37
12 D
14

MAG 3117

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

37. 12. D. 14

# ITALIA SACRA

## SIVE

## DE EPISCOPIS ITALIÆ,

*ET INSULARUM ADJACENTIUM.*

## TOMUS SEPTIMUS.

Complectens Metropolitanas, earumque ſuffraganeas Eccleſias, quæ in Lucaniæ ſeu Baſilicatæ, & Apuliæ tum Dauniæ, cum Peucetiæ Regni Neapolitani præclaris Provinciis continentur.

A U C T O R E

FERDINANDO UGHELLO

Florentino Abbate SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias Ordinis Ciſtercienſis, & Sacræ Congregationis Indicis Conſultore.

*Editio ſecunda aucta, & emendata*

CURA ET STUDIO

Nicolai Coleti, Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS. Apud Sebaſtianum Coleti. MDCCXXI.

*SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.*

40

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, ac Reverendiſsimo
D. D.

# MUTIO
DE
# CAJETA

BARIENSI ARCHIEPISCOPO,
ET HIEROSOLYMITANO PATRIARCHÆ.

Sebaſtianus Coletus F.

QUem morem auctur us ego dignitatem, & exiſtimationem meo huic Operi Ughelliano reviviſcenti ſervandum, quemque delectum in præfigendo ſingulis deinceps voluminibus Viri alicujus ſpectatiſſimi nomine, ex quo decus, & præſidium laboribus meis accederet, habendum initio cenſui, ne huic quidem recens in lucem prodituro deſiderandum mihi jure optimo viſum fuerat.

Quoniam autem adeò feliciter cum reliquis jam editis actum erat, ut meritò conatibus meis honorem tam eximium gratularer, diutiùs cunctabundus animo fueram, quem nunc quoque ex tota ſerie Virorum ampliſſimorum, quos hiſtoricus ordo complectitur, Patronum adſciſcerem: ne, quod alienis meritis mihi hactenus fuerat impenſiùs erogatum, leviori mentis meæ judicio ſub finem ſubtraheretur. Uſque eò tamen ambigendi locus relictus, donec in perlegendis tot præſtantiſſimorum viventium Antiſtitum faſtis Genus, Sapientia, Virtutes Tuæ ILLUSTRISSIME, AC REVERENDISSIME PRÆSUL oculis ſtupentibus occurrere. Tunc mihimet æquè gratulabundus, erectus ſpe non minori quàm antea, immo ſecurior ſpem felici ſuperandam eventu, in inquiſitione conſtiti, certumque animum ſtatim ad illuſtrandum hoc Opus etiam Tui præclariſſimi Nominis auſpicio contuli. Cum ſic igitur ſtudiis meis conſultum fuerit, haud exiſtimet quis æquè conſultum laudibus Tuis, quas hìc proferre luculento locus eſſet eloquio, ſi vel eas pateretur Tua inſignis animi moderatio, vel latiſſimè patentis materiæ dignitati infantis calami tenuitas aliquatenus reſponderet. Verum enim vero quandoquidem Tuarum virtutum præconiis ſupremam hìc imponere manum mihi minimè licet, liceat ſaltem brevioribus lineis appingere, quod hiſtorica ſimplici, ſed fideli ſtylo ſuo loco recenſet veritas. Et ſanè nonne ibi, etſi ego hìc Tibi indulgens tacere voluerim, planè noverit, qui legat, Te ampliſſima ortum Familia, quæ nulli ſæcularibus, ſacriſque, quinimmo etiam Pontificiis titulis, muneribus, dignitatibus inferior Generis nobilitatem plura per ſæcula incorruptam propagarit? Te, ne quis aliena fulgentem luce criminaretur, non contentum Majorum gloria, ſed Avitæ virtutis æmulum adhuc puerum adeò enixè humanioribus literis cum Latinis, tum Græcis inſudaſſe, ut ætatis infirmæ ſuperaveris impedimenta? Te jam adultum reliquas ſcientias, Philoſophiam, Matheſim, Theologiam, quam ſcholaſtica methodus enucleat (ut illam omittam, quæ moribus conſulit Te magiſtro exhauſtam) præſertim Ius utrumque primò in Complutenſi Academia, mox in Neapolitana Univerſitate adeò feliciter ebibiſſe, ut ex tyrone emeritus, cedentibus Tibi legum vetitis, ea Tuam doctrinam videris laurea donatam, cui ætas certa nondum abſoluta reſiſtebat? Verum eximia pietate non minùs, quàm alta mente præditus Tuam præclaram indolem accuratiſſimo omnium virtutum ſtudio, moribuſque integerrimis excolere Tui muneris eſſe duxiſti, ſicut ingenii Tui aciem omnium bonarum artium, ac diſciplinarum genere exornare Tui decoris eſſe didiceras. Quid mirum, ſi tot, tantiſque ad ſummum gloriæ faſtigium præſidiis ſupereffluens, ubique jam notus, undique accitus, vix clericali militiæ dato nomine, ad ſacras evectus fueris dignitates? Hinc gradatim ad majora conſcendens, ut palam fieret non alienis aut favoribus, aut meritis, ſed Tuæ probatæ virtutis præmio illuſtribus honorum titulis decoratum, perfunctus (ut cætera miſſa faciam) Adminiſtratione Tiburtina, Prolegatione Urbinate, Prætura Lauretana, ubi, quam benignè, ac liberaliter non ſolum inſignibus Viris, verum etiam Principibus eò vel pietatis, vel voti cauſa confluentibus deferendum ſit hoſpitium, mirum prorſus exemplum edideras, ad ſacras Inſulas evocaris. At veritus Pontifex tunc INNOCENTIUS XII. felicis memoriæ ne conferendam dignitatem deprecatus, ſicut antea pluries conſueveras, divinæ obſiſteres voluntati, Te adſtantibus Purpuratis Sacri Senatus Patribus aut teſtibus, aut authoribus Barienſem Epiſcopum dixit, ne ulterius tibi foret integrum obluctari. Hac auctus dignitate quanta præſtiteris quis credat? Templa ſæpius inſtaurata,

ſacris imaginibus, pretioſa ſupellectile luculentius ornata, aula magna ex parte à fundamentis erecta Tuam Pietatem, Tuam Magnificentiam prædicant. Vota, quibus Diœceſis univerſa, ut diu ſuperſis incolumis, à divina Bonitate etiam, atque etiam contendit, Vigilantiſſimi, & Pientiſſimi Paſtoris meritum concelebrant. Cui unquam mœrenti conſilio, opera defuiſti? Cui unquam indigenti pecunia, ope vitæ præſidia non es elargitus? An non, cum quidam Aulæ patentem alioquin aditum obſidere erubeſcerent, illorum miſeratus incommoda blando vultu, lenibus verbis, paterno affectu vocabas, invitabas, trahebas ſpondens Te nunquam vacuos dimiſſurum? An non cum immaniſſimi piratæ aliquot ex Tua diœceſi captivos abduxiſſent, jejunus, inſomnis, emendicantis ſpecie concurſans urbem æſtate media maximo Tui incommodo pecunia inopi præ temporum anguſtia coacta, ære tamen aucta proprio ad tantam vim auri, quæ redimendis ſatis eſſet, geminæ ſervitutis jugum depuliſti? Quid Tuam perſequar in tuendis Eccleſiæ Tuæ, Sediſque Apoſtolicæ juribus invictam animi Fortitudinem? Quid Tuam in imbuenda juventute optimis moribus, perfectis artibus, ac diſciplinis, accitis eruditiſſimis Viris, conquiſitis undequaque præmiis, privilegiiſque honorificentiſſimis pervigilem ſolertiam? Quid in obeunda Tui Paſtoralis muneris demandata provincia divini cultus, animarumque ſalutis, etſi intenſiſſimum, magis tamen, magiſque tot luſtris incaleſcens, tanquam recens labori, continuum, indefeſſumque ſtudium? Noverit, quanti ſis faciendus, CLEMENS XI. feliciter regnans, à quo benigniſſimè, & honorificentiſſimè exceptus, cum Tuam operam ad alia non levioris momenti præſtanda interponendam ſtatuiſſet, ad Eccleſiam Tuam, cujus amor eſt in Te quantus poteſt eſſe maximus, reditum maturans, ægrè dimiſſus es, Patriarchali tamen Heroſolymitana inſignitus dignitate. At nimius profectò viderer, ſi liberet, & diffiderem, cum liberet, ſingula attingere. Sit Virtutis Tuæ Ampliſſimæ breve, ſed verax encomium: Quæ etiam præſtantiſſimorum Virorum merita excederent laudes, Tua omnino æquare non poſſunt. Quæ cùm ita ſint, duplex me ſpes certa tenet, & Te in novum Tuæ Humilitatis argumentum non detrectaturum laudes Tuis meritis impares, & me finem conſequuturum, quo Tuum ſpectatiſſimum Nomen huic præfixi volumini; dummodo pro Tua Benignitate meo annuas Obſequio, & digneris, ut iis, qui Te admirantur veluti Sacrorum Præſulum exemplar, ipſe quoque poſtremus adnumerer.

Dabam Venetiis Idibus Martii 1721.

# L E C T O R I.

SExtum Italiæ Sacræ Volumen vix menſe elapſo tibi , amice Lector , legendum dedimus , Septimum nunc eodem ferè tempore typis abſolutum proferimus , quæſitum , ut cætera , ſummo noſtro labore , & ſtudio inter vetera , atque recentiora Eccleſiarum monumenta . In hoc Septimo de iis ſcripſimus Eccleſiis , quæ in Lucaniæ , Apuliæque Provinciis Chriſtianæ pietatis altas egerunt radices ; inter omnes autem dignitate , ac magnitudine Salernitana eminet Eccleſia ; hæc aliis præcedere debuiſſet , quia antiquior , ac nobilior , ſed dabit illa locum inferioribus , more noſtro , alphabetico quidem ordine deſcriptis , hactenuſque obſervato . Huic volumini Appendicem earum rerum licet ſubnectere , *a* quæ in aliis deſiderantur . Interim Octavum ac noſtri conatus poſtremum , ſi Deo Opt. Max. placuerit , propediem abſolvendum expecta , & Vale.

*a* Nos ea omnia, ubi deſiderabantur, remiſimus.

„ *IN hoc ſeptimo Ughelliani laboris volumine noviter cudendo his adminiculis uſus*
„ *ſum.*
„ *In Caputaquenſibus* CHRONOLOGIA *Epiſcoporum Pæſtanorum, nunc Caputa-*
„ *quenſium* JOSEPHI VULPII. 4. *Neapoli* 1720.
„ *In Barenſibus* COMPENDIO CHRONOLOGICO *Vitarum Archiepiſcoporum Ba-*
„ *renſium* FRANCISCI LOMBARDI. 4. *Neapoli* 1697.
„ *In Juvenacenſibus* HISTORIA JUVENACENSI LUDOVICI PAGLIA. 4. *Nea-*
„ *poli* 1700.
„ *In Sipontinis* CHRONOLOGIA *Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Sipontinorum*
„ POMPEII SARNELLII. 4. *Siponti* 1680.
„ *In Vigilienſibus ejuſdem* SARNELLII MEMORIIS *Epiſcoporum Vigilienſium* . 4.
„ *Neapoli*. 1693. *qui omnes ſuas vernacula lingua elucubrationes edidere . Pauca de-*
„ *ſumpſi ex* ACTIS SANCTORUM BOLLANDI *atque ſociorum, neque plura ex no-*
„ *viſſima* CONCILIORUM HARDUINI COLLECTIONE . *Nonnulla ſuppeditavit*
„ *Abbatis* LUCENTII *Italiæ Sacræ reſtrictæ , & auctæ tomus tertius Mſ. & longiora*
„ *Epiſcoporum elogia , qui poſt primam Ughellianam editionem infulis decorati fuere ,*
„ *eruditiſſimus vir, qui quo magis de re litteraria benemereri , eo plus latere ſtudet .*
„ *Solitas Cl. viri Equitis* PROSPERI MANDOSII *notulas in margine videbis, amice*
„ *lector, quem plurimum valere cupio.*

AD-

# A D M O N I T I O
## A D
# L E C T O R E M.

LECTOR adverte in elogiis virorum Illuſtrium, quos hoc libro amplexus ſum, nulla me obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videantur adſcribere: perſtringo nonnumquam aliqua ab iis geſta, quæ cum vires humanas ſuperent, miracula videri poſſunt: præſagia futurorum, arcanorum manifeſtationes, revelationes, illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia hujuſmodi: beneficia item in miſeros mortales eorum interceſſione appellationem tribuere. Verum hæc omnia ita meis Lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tamquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tamquam, quæ à ſola ſuorum auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter quam humanam Hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum S. Congregationis S. R. & univerſalis Inquiſitionis decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inviolate, juxta declarationem ejuſdem decreti à S. mem. Urbano Papa VIII. anno 1631. factam, ſervari à me omnes intelligant, nec velle, vel cultum, aut venerationes aliquas per has meas narrationes ulli arrogare, vel famam, vel opinionem ſanctitatis, aut martyrii inducere, ſeu arguere, nec quicquam ejus exiſtimationi adjungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando ullius beatificationem, vel canonizationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtante quocumque longiſſimi temporis curſu. Hoc tam ſancte profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſui ſcriptione, & actione dirigi.

*Ferd. Ughellus Abbas, &c.*

# N O I R E F O R M A T O R I
## Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di reviſione, & approbatione del P. Fr. Tomaſo Maria Gennari Inquiſitore nel Libro Intitolato *Italia Sacra, Tomus ſeptimus, Tomus octavus, & Tomus nonus Auctore Ferdinando Ughelli*, non v'eſſer coſ'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à *Sebaſtiano Coletti Stampatore* che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 18. Genaro 1720.

Gio: Franciſco Moroſini Cav. Ref.
Franceſco Soranzo Proc. Ref.

*Agoſtino Gadaldini Seg.*

SY-

# SYNOPSIS ALPHABETICA
## ARCHIEPISCOPATUUM, ET EPISCOPATUUM.

Qui in hoc Septimo Tomo Italiæ Sacræ continentur.


| | | |
|---|---|---|
| Acheruntini | *Acerenza* | 6 |
| Amalphitani | *Amalfi* | 183 |
| Barenſes | *Bari* | 589 |
| Nazareni | *Nazaret* | 769 |
| Salernitani | *Salerno* | 343 |
| Sipontini | *Siponto* | 809 |
| Tranenſes | *Trani* | 885 |

| | | |
|---|---|---|
| Acernenſes | *Acerno* | 445 |
| Andrienſes | *Andri* | 920 |
| Anglonenſes | *Anglona* | 68 |
| Bitectenſes | *Bitetto* | 679 |
| Bituntini | *Bitonto* | 686 |
| Campanienſes | *Campagna* | 452 |
| Cannenſes | *Canne* | 788 |
| Caprenſes | *Capri* | 256 |
| Caputaquenſes | *Capaccio* | 464 |
| Catharenſes | *Cataro* | 696 |
| Cuperſanenſes | *Converſano* | 700 |
| Gravinenſes | *Gravina* | 114 |
| Iuvenacenſes | *Giovenazzo* | 720 |
| Lavellenſes | *Lavello* | 740 |
| Litterenſes | *Lettere* | 270 |
| Marſicani | *Marſico* | 485 |
| Minerbini | *Minerbino* | 745 |
| Minorenſes | *Minori* | 281 |
| Montis Viridis | *Monte Verde* | 802 |
| Nucerinenſes | *Nocera de' Pagani* | 524 |
| Nuſcani | *Nuſco* | 532 |
| Policaſtrenſes | *Policaſtro* | 542 |
| Polymnianenſes | *Polignano* | 748 |
| Potentini | *Potenza* | 132 |
| Rapollani | *Rapolla* | 878 |
| Rubenſes | *Ruvo* | 762 |
| Scalenſes | *Scala* | 321 |
| Scalpenſes | *Salpi* | 917 |
| Sarnenſes | *Sarno* | 580 |
| Tricaricenſes | *Tricarico* | 184 |
| Venuſini | *Venoſa* | 165 |
| Veſtani | *Veſti* | 865 |
| Vigilienſes | *Veglia* | 935 |


ITA-

# ITALIA SACRA
## FERD. UGHELLI
### Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

# PROVINCIA DECIMASEXTA,
## SEU
## LUCANIA SIVE BASILICATA.

### Quam hodie Principatum Citra vocant, ubi de Metropolitanis Eccleſiis Acheruntina, Amalphitana, & Salernitana, earumque ſuffraganeis Epiſcopis accuratè pertractatur.

LUCANIA hodie Baſilicata dicta, unde, incertum, quam etiam modo Principatum Citra vocant, partem Picentinorum, Hirpinorumque continet; terminatur ab Occaſu Silaro amne, qui Campaniæ Felicis limes eſt; à Meridie mari Tyrrheno; ab Oriente Jao fluvio & Brutiis Magnæ Græciæ parte; à Septentrione Peucetiis in Apulia cum Hirpinorum portione. Montuoſam & aſperam eſse totam indicat Livius. Hodie forte, quàm olim incolis eſt frequentior: quamquam adhuc magna multis in locis ſolitudo, propter vias difficiles, horridoſque nemorum ſaltus latrociniis infeſta. Cœlum habet ſatis clemens, duobus irrigatur fluminibus Syri & Acre latè alveo rapidis, & ubique undoſis in ſinum Tarentinum ſe ſe exonerantibus. Omni bonorum genere adfluens, frumento, vino, oleo, caſeo, fructibus, animalibus quadrupedibus, volucribus, piſcibus, & lignis ad ſtruendas fabricas aptiſſimis. Gens ad labores patientiſſima eſt, verborum prodiga, Religionis Catholicæ, quam Apoſtolorum temporibus accepit, tenaciſſima, ſuorum Antiſtitum perquam

A obſervantiſſima; ingenioſa eſt & plurimum valet in diſputationibus, ſi quis ingenii nervos intenderit, nec qua patet terrarum Orbis, genus hominum eſt liti ac contentionibus forenſibus magis addictum, quàm hujus regionis incolæ. Pars eorum colendis agris, pars equorum & vaccarum armentis, ovium, caprarumque, & ſuum gregibus alendis ſtudet; pauci autem mercaturæ intendunt. Hujus regionis præcipuæ urbes Acheruntia Archiepiſcopali dignitate ornata in Apenninis montibus ſita, Anglona, Graviana, Tricaricum, Agripolis oppidum ab Silario oſtio m. 12. originis eſse Græcæ, ut hoc tractu pleraque, ipſum indicat nomen, Piſciotta, Buxetum Plinio, Melæ, & Ptol. Policoſtum, nobilis urbs Ducatus titulo inſignis. In mediterraneis Capaccia civitas olim frequens admodum & opulenta. Picentinis vero, qui in Principatus nunc provincia continentur, termini ſunt, ab Occaſu Campania Felix; à Meridie mare Tyrrhenum; à Septentrione Hirpini; ab Ortu Silaris
B amnis, & Lucani. Eorum præcipuæ civitates ſunt Nuceria, Ravellum, Scala, Minor, & Metropolis Amalphis, titulo Ducatus illuſtris, in qua primum uſus pyxidis, ſeu acus nauticæ inventus fuit. Ab hac urbe nomen cepit ora, ſeu coſta Amalphitana ad Meridiem ſpectans, amœna tota, lataque adeo ut vix cum alia quavis regione comparari rectè poſſit. Eſt quoque in hac Picentino-

rum regione urbs antiqua, & nobilis Salernum, intra cujus muros, ac etiam extra horti ſunt amœniſſimi & cultiſſimi, aquiſque irrigui, qui mala medica, & omnia fructuum genera abundantiſſimè ferunt. Gymnaſium quoque publicum habet, & Principatus titulo decoratur. In hac igitur decima ſexta Provincia noſtra haud mihi animus eſt de omnibus civitatibus, quæ in ea continentur agere. ſed de illis tantum nobis eſt inſtituta narratio, quæ ſub tribus Metropolitanis Eccleſiis Acheruntina nempe, Amalphitana, atque Salernitana nunc recenſentur, & quas modo habent ſubjectas, ſive ſint in hac provincia ſitæ, ſive alibi conſtitutæ. Habuit antiquitus Lucania quoſdam alios Epiſcopatus, nunc antiquati. Blanda Ptolomæo civitas mediterranea Lucanorum, haud procul à Potentia. Hanc quidam putant eſse eam, quæ nunc appellatur *Caſtello à mare della bruca.* Gabriel vero Barrius *Bellovederium* Brutiorum oppidum eſse contendit; fuiſſe Blandam exiſtimat ab aere blando ſalubrique dictam. Sed hic fortaſse patriæ ragioni amplificandæ indulgens, Ptolomei & Livii auctoritatem, qui Blandam, ſeu Blandos in Lucanis ponunt, facile contempſit. Epiſcopatum hic fuiſse patet ex Concilio Romano ſub Martino Primo Papa, cui ſubſcripſit *Paſchalis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Blandanę*. Pæſtum Ptolomeo littoralis fuit civitas Lucanorum, Græcis Poſſidonia dicta, roſariis biferis celebrata à Virgilio, nunc vero diruta prorſus jacet. Epiſcopalem hic fuiſse ſedem patet ex Concilio eodem Romano ſub Martino Primo, in quo legitur nomen *Joannis Epiſcopi Pæſtani*, *ſeu Pæſtanenſis*. Buxetum Melæ lib. 2. capit. 4. vulgo *Piſciotta*, Ruſticus Epiſcopus Buxetanus ſubſcripſit tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho. A-

A gropolis urbs Epiſcopalis, D. Greg. epiſt. 29. libr. 2. indic. 10. hujus Epiſcopo Felici curam viſitandarum Velinæ, Blandanæ & Buxentinæ Eccleſiarum in Lucania injungit. Hæc ſcribentibus nobis erant in hac provincia Principatus Citra, tres Archiepiſcopales ſedes Acheruntina, Amalphitana, & Salernitana; Epiſcopatus autem decem & octo: quoniam vero aliqui alii, tametſi in hac ſint Provincia ſiti, cum aliis Metropolitanis ſuffragentur, ſub iis quarum ſubjecti ſunt recenſentur. Melphienſem, cum Ropollano unitum, atque Montis Peluſii, & Ravellenſem Epiſc. ſub Romano Pontif. cujus arbitrium immediatè venerantur & colunt, rejecimus in prim. noſtr. tom. Præter cæteros autem Sanctorum natales, qui in propriis locis hujus regionis celebrantur, in Romano Martyrol. 29. Octobris legitur natalis SS. Martyrum Hyacinthi, Quincti, Feliciani, & Lucii. De Reliquiis S. Hyacinthi agit Greg. Papa. Item in Lucania apud Silarum

B flumen 15. Martii natalis SS. Martyrum Viti, Modeſti, atque Creſcentii, qui ſub Diocletiano Imp. è Sicilia illuc delati, ibidem poſt ollam ferventis plumbi, poſt beſtias, & cataſtas divina virtute ſuperatas curſum glorioſi certaminis peregerunt. Corpus S. Viti translatum fuiſse Roma Pariſios Sigebertus ſcribit in Chron. ann. Dom. 755. Inde vero, ut idem tradit, in Saxoniam anno 836. *Unde* (inquit) *Franchi teſtati ſunt, quod ab illo tempore gloria Francorum in Saxones translata eſt*. Porro nullus antiquorum recentiorumque ſcriptorum eſt, qui hujus Provinciæ non meminerit; eos conſulat, qui de ea ampliora requirunt: nos modo de Acheruntina Metropoli, & poſt ipſam de aliis duabus inſtituemus narrationem.

# ACHERUNTINA METROPOLIS,

## Cujus Archiepiſcopus nunc Acheruntinus & Materanus nuncupatur, eidemque ſuffraganei ſunt

Epiſcopi
( Anglonenſis.
( Gravinenſis.
( Potentin.
( Tricaricen.
( Venuſinen.



ACHERUNTINA [a] civitas eſt Lucaniæ antiquiſſima, hodie Baſilicatæ ex eminentiori Apennini colle utrumque mare proſpectante, nomen retinens. Non eo in ſitu eſt, ut Frizia ſcribit, in quo primitus ſecundum Euſtachium libr. de ſitu urbium, erat, ex terræmotu collapſa. Poſt declinationem Romani Imperii ſedes fuit Gothorum ſub Præfecto Mona, ſub Narſete tamen Juſtiniani Duce ad Imperium rediit. Grimoaldus Arechis Beneventani Principis filius, poſt captum à Carolo Magno Deſiderium Regem, Acheruntiam funditus diruit, & ſolo adæquavit, ac denuo extruxit, mœnibus, prætorio, palatio, & templo decoravit. Primum hujus urbis exordium omnino incertum, cum vix quicquam occurrat, quod de ea enarretur, cum levis omnino apud Livium, Strabonem, cæteroſque antiquos ſcriptores extet memoria. De qua ſic Horatius Carm. lib. 3. ode 4.

*Mirum quod foret omnibus*
*Quicunque celſæ nidum Acheruntiæ,*
*Saltuſque Bantinos, & arvum*
*Pingue tenens humilis Ferenti.*

[a] Acheruntia, ſeu Acheruntio, vel Acherontus, vulgo *Acerenza*, rudioribus incolis *Cirenza*.

Olim ſamoſa, ampla, & fœta populo, regioniſque caput & propugnaculum Acheruntia fuit, nunc autem, ut fert humana conditio, anguſtis præcincta muris, paucos habet habitatores, cujus ſi priorem ſpectes dignitatem, propemodum deſolata videatur. Verum quamquam cætera deſint, Ducatus tamen Pinellæ gentis nobiliſſimę, & Metropolitanæ ſedis vetuſtiſſimæ dignitate nobilitatur. Ut autem Acheruntiæ latet origo, ſic non potuimus indagare, quis eidem primus Evangelium prædicaverit; fert tamen traditio à majoribus derivata, Apoſtolorum temporibus ſacra ſuſcepiſse Chriſtianæ fidei rudimenta, & ante annum noſtræ ſalutis trecenteſimum proprios habuiſse Paſtores, cum Juſtus ejus Epiſcopus primæ ſynodo Romanæ ſub Symmacho Papa anno 499. ſubſcripſerit. In diptycis autem hujus Eccleſiæ ſex & decem ante Juſtum recenſentur Epiſcopi, qui ducentorum propemodum annorum ſpatio Acheruntinam rexerunt Eccleſiam. Igitur ſi diptycis ulla fides, Marcellini Papæ temporibus Acheruntia Epiſcopali dignitate exornata eſt, cujus Pręſules aliquando Hydruntino Antiſtiti, ut Luitprandus ſcribit, per impii Nicephori Focę Imperatoris dominandi libidinem, & Polyeucti Patriarchę Conſtantinopolitani inſolentiam ſubjecti fuere; aliquando verò, ex legitima Roman. Pontificum ſanctione, Archiepiſc. Salernitano fuerunt ſuffraganei, quem etiam Salernitanum poſt adeptam Archiepiſc. dignitatem, tanquam Primatem ſuum ex Urbani II. diplomate venerati ſunt. Sed ne in re gravi, atque abdita ipſe nulla fretus auctoritate judicare videar, placet hic attexere quorundam ſumm. Pontificum verba, ut prout ſe res habuerit clarius conſtet. Joannes XV. in bulla confirmationis Salernitani Archiepiſc. ad Grimoaldum Archipręſulem ſcripta ann. ſal. 993. Pontificatus 8. quam integram dabimus in ſerie Salernitanorum, hęc habet. *Decernimus ut tu, & ſucceſſores tui in perpetuum habeatis licentiam, & poteſtatem ordinandi Epiſcopos in his ſubjectis nobis locis, Peſtanenſem Epiſcopatum, cum parochiis & adjacentiis ſuis,*

*necnon Epiſcopatum Acheruntinum, ſimul etiam Epiſcopatum Nolanum, &c.* Iiſdem omnino verbis Sergius IV. anno 1012. ad Michaelem; Clemens II. anno 1047. ad Joannem; Leo IX. anno 1051. ad eundem Joannem Salernitanos Archiepiſcopos, ſtatutum Joannis XV. confirmarunt. Cæterum cum Leo IX. vel ejus ſucceſſor Nicolaus II. ad Metropolitanam dignitatem ſublimaſſet Acheruntinam Eccleſiam, Alexander II. qui proxime Nicolao ſuccemt, an. 1067. Arnoldo tunc Archiepiſcopo dignitatem elargitam confirmavit, *Una cum Parochiis ſuis* (verba ſunt diplomatis) *& civitatibus Venuſio ſcilicet, Monte Milone, Potentia, Tulbiti, Tricarico, Monte Peluſo, Gravina, Matera, Oblano, Turri, Turſio, Latiniano, S. Quirico, Virola cum caſtellis, & villis, Monaſteriis ac plebibus. Pallium autem fraternitati tuę ex more ad Miſſarum ſolemnia celebranda ſicut conceſſum eſt anteceſſoribus tuis concedimus, videlicet in Natali Domini, &c.* Urbano deinde II. ſuo diplomate ſanxit, ut Acheruntinæ, & Conſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi, una cum earum ſuffraganeis Salernitanum Archiepiſcopum tanquam Primatem ſuum venerarentur, & colerent. Diplomadatum eſt Salerni anno 1099. 13. Kal. Aug. ad Alphanum Salernitanum Archiepiſcopum, in quo inter reliqua hæc habentur verba; *Tibi deinceps, tuiſque ſucceſſoribus ſuper Conſanam & Acheruntinam Eccleſias, & earum ſuffraganeos Primatum gerere ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate concedimus. Has nimirum Eccleſias, ſive civitates Eccleſiæ veſtræ privilegia continent, tamquam veſtræ Metropoli olim ex Apoſtolicæ Sedis conceſſione ſubjectas. Verum & ipſæ, quæ novimus ratione, Pallii dignitatem, & Privilegiorum auctoritatem preteritis temporibus à Sede Apoſtolica meruerunt. Verum quia prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta inconvulſa, & intemerata manere cupimus, eis quidem propriæ dignitatis gratiam conſervamus, ut Archiepiſcopali honore, & nomine potiantur. Veſtræ vero Eccleſiæ ſuorum privilegiorum integritatem hoc ordine ſtatuimus. Quicquid igitur ſubjectionis Primatibus perſolvendum ſacrorum Canonum decreta conſtituunt, tibi deinceps, tuiſque legitimis ſucceſſoribus à Conſano, & Acheruntino Archiepiſcopis perſolvatur. Quin etiam ex abundantia gratiæ plenioris adiicimus, ut etiam præſente Romano Legato Eccleſiæ in ſupradictis duabus Metropolitanis urbibus, cum tuo tempore, aut ſucceſſorum tuorum conſilio Archiepiſcopi eligantur. Cum veſtris etiam litteris, aut nuntiis conſecrandi ad ſedem Apoſtolicam dirigantur. Et ipſi ad ſucceſſorum tuorum electionem nihilominus advocentur. Poſt conſecrationem vero, vel Pallium ab Apoſtolica ſed perceptum, tibi tuiſque ſucceſſoribus tanquam Primati obedientiam promittant, & exhibeant, ſalva in omnibus ſecundum canonicas ſanctiones Romanæ auctoritate Eccleſię, ipſarum etiam urbium privilegiis robur proprium obtinentibus, &c. Datum, &c.* Ab anno itaque 993. uſque ad an. 1051. Acheruntinus Epiſcopus ſuffraganeus fuit Salernitano, ab hoc anno, vel paulo infra ſub Nicolao II. evaſit Metropolitanus: Gerardus enim hujus ſedis Archiepiſcopus ſubſcripſit privilegio Roberti Guiſcardi Ducis Calabriæ conceſſo Eccleſiæ S. Joannis de Salo Venuſinæ Diœceſis an. 1063. & Arnoldus ſucceſſor ab Alexandro II. privilegio exornatus eſt 1067. & ſub Urbano II. an. 1099. ipſe idem Arnoldus Salernitanum tamquam ſuum Primatem juſſus eſt venerari, ut ex ſupra citatis, & infra exhibendis ſacris monumentis liquet. Non deſunt tamen qui ſcribant Acheruntinis Preſulibus dignitatem acceſſiſſe Metropolitanam ſub Benedicto V. ſed gratis aſſeritur. Habuit, ut diximus, ex Alexandri II. diplomate ſuffraganeos Epiſcopos Anglonenſem, Gravinenſem, Potentinum, Tricaricenſem, & Venuſinum, cum lata Diœceſi, quibus longo poſt tempore cum propemodum Acheruntia civitas bellorum injuria diſſoluta, & deſtituta habitatoribus eſſet, adjun-

A cta fuit Materanenſis, Cathedrali dignitate decorata ab Innocentio III. perpetuaque unione conjuncta eum Acherantina, ea tamen lege unita, ut Archiepiſcopus Acheruntinus ad augendam Materanę urbis dignitatem, Materanenſis etiam denominaretur, publiciſque tabulis dum Acheruntię in ejuſque Diœceſi moraretur, Acheruntinus & Materanus, dum vero Materę eſſet, Materanus & Acheruntinus denominaretur. Non ſemper & ubique perduravit unionis fœdus, nam ſub Eugenio IV. ad tollendas diſſenſiones, utramque Eccleſiam juſſit rem ſuam ſeorſim agere, attribuitque Materanæ Eccleſiæ proprium Epiſcopum, quæ vix paucos annos ab Acheruntina abjuncta Paſtore complevit, iterumque cum ea ſocietatem inire ad perennitatem compulſa eſt. Demum ſub Leone X. aliiſque ſummis Pontificibus diu in Romana Curia inter Acheruntinum atque Materanenſem Cleros, civeſque litigatum eſt de primæva dignitatis denominatione, & Metropo-
B litica juriſdictione ac Diœceſi, quæ tandem ſub Cclemente VIII. ad favorem Acheruntinorum per Romanæ Rotæ Auditores adjudicata eſt; ſicque ſapientiſſimi Patres litem omnem diremerunt, atque compoſuerunt, illæſam, illibatamque cum ſua vetuſta diœceſi Acheruntinam conſervaverunt Eccleſiam; tametſi utriuſque Eccleſiæ Archiepiſcopus ob loci commoditatem, & ædes ſumptuoſe ædificatas apud Materam agere ſoleat, cum vix ſatis ſuam dignitatem Acheruntia tueri poſſe videretur. Tandem non ſum neſcius nonnullos ſcriptum reliquiſſe longè ante Innocentii III. tempora Materanum fuiſſe inſtitutum Epiſcopatum, & ab eodem deinde Pontifice Archiepiſcopali dignitate fuiſſe decoratum, atque cum Acheruntino unitum: ſed hæc gratis, & ex eorum hallucinatione ſcripta, dictave, ex iis quæ ſupra retulimus, aſſerenda ſunt, ut infra ex variis documentis etiam audiet Lector. De Archiepiſcopo Acheruntino ſæpè mentio in Regeſt. Vatic. & in cap.
C *cum Clam. de teſt.* & in cap. *ſi de colluſ. de reg. Eccleſ.* ſcribit Innoc. III. cap. *cum olim de cleric. conjug.* qui & de ſuffraganeis Acheruntinæ Eccleſiæ ſcripſit. De præſtantia, ac nobilitate Eccleſiæ Acheruntinæ ſcripſit Henricus Scipio adverſus Equitem Stilianum, qui de Materanenſis Eccleſiæ dignitate ſatis longam ediderat literam, ſeu memoriale ad Urbanum VIII. Pontiſ. Max. Cæterum Acheruntina Metropolitana Baſilica, vetuſtate, magnificentia, atque ſtructura, ſacrave omni ſupellectile abundè inſtructa Beatiſſimæ Virgini Mariæ Aſſumptæ, & Divo Martyri Caniani conſecrata eſt; ſatis decens habet Capitulum, quod cum ſuo Archidiacono, Cantore, & duodecim Canonicis divinis Officiis vacet; ſunt præterea in ea Baſilica alii inferiores Presbyteri, & Clerici. Ædificatam olim fuiſſe hanc Eccleſiam ab Arnoldo Archiepiſcopo in honorem ejuſdem Deiparæ Virginis, & S. Canionis anno 1082. ſcribit Lupus Prothoſpota, ſeu ille, qui Lupo multa ad-
D didit; melius dixiſſet renovatam: cum ante illum annum conditam eſſe conſtet; quo anno primùm inventum fuit corpus S. Canionis. Mirabilis eſt admodum hujus Baſilicę altitudo, longitudo, & latitudo, eaque, ut his temporibus in hac regione, & adjacentibus provinciis primarium locum merito ſibi vendicare poſſit. Tribus alis diſtinguitur, & in medio dividitur ad modum crucis, à lateribus habens duos angulos, locum quoque ſubterraneum, Ctyptam, ſeu Subconfeſſionem vocant, in qua tria altaria, in quorum medio jacere dicunt corpus Divi tutelaris Canionis ibi reconditum à Leone laudatiſſimo ejus urbis Epiſcopo, anno Domini 799. Ejus translationis feſtus dies celebratur 11. Martii, feſtivitatis vero 15. Maii; in qua die, quod mirum eſt dictu, ex lapideo loculo liquor pretioſus manare ſolet dulcis & omnibus infirmitatibus ſalutaris. Prope ſacrarium viſitur locus,

ubi

ubi aſſervatur ſimulacrum ejuſdem Sancti in altari compaginato ex candido marmore, vacuo tamen: in eo aſſervatur Paſtorale pedum Martyris, quod per foramen conſpicitur, & tangitur; aliquando vero per menſes multos nec apparet, nec tangi poteſt; quod ferunt cum accidit flagellum, iram divinam haud longius abeſſe. Aſſervatur in argentea pretioſa ſtatua ejuſdem inſignis reliquia ad populorum confugium, & devotionem. Sunt præterea in jam dicta Baſilica triginta ſupra centum Sanctorum Reliquiæ, ex ligno ſcilicet S. Crucis; B. Jacobi Apoſtoli, Antonii Abbatis, Dens S. Catharinæ virginis & martyris inter inſignes. In ſacrarii altari reconditum eſt corpus S. Mariani Martyris mirabiliter nuper inventum. Traditio erat ad poſteros derivata, quod dicto in loco ſacra ejuſdem Martyris lipſana jacerent, ubi & imago depicta ſatis vetuſta venerationi erat, ſed cum locus aptus viſus fuiſſet ad divinas laudes celebrandas, in demolitione veteris altaris inventa eſt arca marmorea, quam cum aperuiſſent, apparuerunt oſſa S. Martyris ad modum cataſtæ conſarcinata, & lapis in quo ſculptæ litteræ SANCTUS MARIANUS, qui uſque in præſentem diem religioſè aſſervatur, ubi pretioſus theſaurus inventus eſt. Accidit inventio iſta die 30. Maii 1613. Joanne Spilla tunc religioſiſſimo Archiepiſcopo. In hac vero Acheruntina civitate aſſervatur etiam pars corporis S. Laverii Martyris, qui apud antiquum Grumentum coronam ſumpſit Martyrii, imperante Magno Conſtantino; quo tamen in loco, qua in Eccleſia ſit, adhuc incompertum, licet Acta B. Martyris aſſerant recondita fuiſſe in Eccleſia B. Joannis Baptiſtæ; creditur tamen in Eccleſia vetuſtiſſima, quæ hodie B. Laverii dicitur, olim eidem Præcurſori dicata, à ſupra memorato Leone Epiſcopo recondita eſſe. At Capitulum Acheruntinum hoc habet inter cætera dignum, ut ſede vacante penes ipſum eligendi Vicarii Generalis ſit facultas, qui toti provinciæ jus divinum dicat, & omnia ſarta tecta ad adventum uſque novi Archipræſulis ſervare. In civitate item Acheruntina præter Metropolitanam, Eccleſia Parrochialis nulla eſt, ſed ex ipſa ſacra toti urbano populo adminiſtrantur: is vero conſtituit familias fermè quadrigentas; nonnullæ etiam in ea ſpectantur Eccleſiæ, & ſacra loca *a*, quæ maxima pietate frequentantur ab Acheruntinis. Ager ejus parvus eſt, tritici, aliarumque frugum ferax, & aucupiis dives.

*a* Et in his duo virorum Cœnobia.

Diœceſis Acheruntina latiſſimè patet, continetque oppida decem, quæ terras appellant, pluraque pia loca & Monaſteria. Oppida ſunt Montis Caveoſi ab Acheruntia Metropoli diſtantis milliariibus 42. Geneſii milliaribus 48. Lateritii, Bernaldæ 54. Turris Montis 58. Piſtitii 50. Vigiani, quod Ferandinam nuncupant 48. Pomeriaci, ubi Sanctus Franciſcus puellam vita functam toto circumſpectante populo ad vitam revocavit: Milioniani 30. Decimum Gripſolæ diſtans milliaribus 32. Quibus in oppidis matrices Eccleſiæ ſunt cum numeroſo Clero, & Populo, ſuiſque Archipresbyteris, qui die 25. Maii Divi Canionis tutelaris feſto in Metropolitana Acheruntina obedientiam & ſubjectionem Acheruntinæ Eccleſiæ ex vetuſto ritu pręſtare ſolent. Noſtris vero ferè temporibus cum inter utraſq; Cathedrales orta diſſenſio eſſet, cujus Diœceſi ſupra enumerata oppida forent ſubjecta, à Romana Rota, ubi lis iterum æſtuabat, proponente Joanne Gartia Mellino, qui ſub Paulo V. evaſit ad purpuram, ad favorem Acheruntinorum ultima prodiit deciſio 24. Januarii 1600. quæ ex auctoritate Clementis VIII. confirmata eſt, ne Acheruntina Eccleſia vetuſtiſſima debitis obſequiis, privilegiis, ac Diœceſi perantiqua fraudaretur; ſicque poſt maximas utriuſque Eccleſiæ tempeſtates, pax redit ad perennitatem. Hactenus de civitate, Eccleſiaque Acheruntina, nunc de Materana civitate, & Eccleſia aliqua proferemus.

MATERA *b* Apulię Peucetię magna civitas quadraginta milliaribus ab Acheruntia diſſita in ſinu Tarentino, quæ regio nunc Hydruntina nuncupatur, declivo loco fere medio duarum amœniſſimarum vallium poſita. Fundatam ferunt aliqui, & Materam ſic appellatam, ab incolis Metaponti, Heracleæque vetuſtiſſimarum in Samnio civitatum, poſt earum devaſtationem. Volunt alii à Q. Metello Romanorum Conſule ante Chriſtum natum, ſuum habuiſſe principium & nomen Meteolæ, corruptoque deinde vocabulo, Materam vocitatam fuiſſe. Meteolanorum meminit Plinius, & Metellana turris vetuſtiſſima hactenus viſitur prope muros hujus civitatis, quam Metellum exædificaſſe affirmant, Materæ tamen exordium non referunt veteres auctores cordatiores, ſed cives Materani ex Patrum traditione narrant. In ea primum Aborigenes dominati ſunt, deinde Romani, iis Græci ſucceſſere, quorum ſedes aliquando fuiſſe ſcribit Frizia; Græcis Longobardi, & Sarraceni, quibus exactis iterum ad Græcorum Imperium rediit: anno 1042. Comes Materæ creatus eſt Monaco Tarenti Magiſter, & anno 1064. in Normannorum poteſtatem devenit, & Goffredo Comiti dono data: anno 1133. ex aliquorum civium proditione à Rogerio Rege occupatur, capto Goffredo Comite Lofredi filio, ſucceſſere Normannis Suevi, Galli, Aragoniæ, Hiſpaniæque Reges, quorum indulgentia Reguli nonnulli eam aliquando rexerunt. Non ſemel ex bellorum injuria, igni, ferroque vaſtata, & à civibus ad priorem faciem reſtituta eſt. Ludovicus II. Imper. anno 866. hanc munitiſſimam urbem Sarracenis ademit, ut Leo Oſtienſis tradit *lib. 1. cap. 35.* Anno autem 987. ferè deſolata ad Græcos rediit, iterumque à Sarracenis obſeſſa 996. quatuor poſt menſes, ut Lupus Prothoſpata ſcribit, capta dirutaque eſt, quo tempore matrem fame correptam, proprium comediſſe filium idem Auctor narrat. Hoc noſtro ævo utitur felicitate non modica, incolis frequens eſt, opibus dives, & nobilitate civium ſpectatiſſima, eoque fortunatior, quod ſub regia poteſtate ſuaviſſimè conquieſcit. Ejus ſitum, ſtellatum cœlum, noctu jucundiſſimè repræſentatum deſcribit Leander in Apulia Peucetia. Matera patria fuit S. Joannis Pulſanenſis Cœnobii Abbatis, qui ſub Innocentio II. evolavit ad cœlos 1139. & B. Eugenia monaſterii S. Agathæ Benedictini Ordinis Abbatiſſa defuncta 1093. cujus cum laude meminit idem Prothoſpata. Hilarius Abbas S. Vincentii de Vulturno vir venerabilis & ſanctitate clarus Materienſis fuit, qui in pace quievit 1045. à ſua præfectura anno quarto & trigeſimo. Vitus Dominicani Ordinis inſignis Theologus; & noſtris diebus vixit Thomas Stilianus eques Hieroſolymitanus Poeta inſignis, qui inter cætera ſui ingenii monumenta, edidit de Mundi creatione. Alios quoque viros in omni genere illuſtres protulit civitas hæc nobiliſſima. Chriſti fidem jam inde cum cæteris finitimis civitatibus ab Apoſtolorum temporibus Matera, cum omni pietate amplexata eſt; in ea poſt multa ſæcula à Chriſto nato Polyeuctus Patriarcha Conſtantinopolitanus, accedente auctoritate Nicephori, Focæ Imperat. facultatem dedit Hydruntino Præſuli novum Epiſcopum ordinandi, ut Luitprandus Cremonenſis ſcribit: *Nicephorus*, inquit, *cum in omnibus Eccleſiis homo ſit impius, livore quo in nos abundat Conſtantinopolitano Patriarchæ præcepit, ut Hydruntinam Eccleſiam in Archiepiſcopatus honorem dilatet, nec permittat in omni Apulia, ſeu Calabria, Latinè amplius, ſed Græcè divina myſteria celebrari. Scripſit itaque Polyeuctus Conſtantinopolitanus Patriarcha, Hydruntino Epiſcopo, quatenus ſua auctoritate habeat licentiam Epiſcopos*

*b* Quæ, & Meteola vulgo Matera.

*conſecrandi in Acerentilæ, Turcico, Gravina, Matera, Tricarico, qui ad conſecrationem Domini Apoſtolici pertinere videntur.* Verum ex profana Nicephori auctoritate, neſandus hic auſus altas radices non egit, cum neque in Conciliis vetuſtis, neque in ſacris Romanorum Pontificum tabulariis nullus reperiatur Materanus Epiſcopus, tametſi circumferatur quoddam inſtrumentum, ſuſpectæ tamen fidei, ubi fit mentio cujuſdam Stephani Materienſis Epiſcopi, qui anno 1065. donationem factam ab Unfredo Montis-Veteris Comite, monaſterio S. Michaelis Archangeli de Monte Caveoſo, confirmavit: ſed inſtrumentum non ſolum ſuſpectæ fidei cenſendum eſt, ſed omnino ſuppoſitum, cum ſatis conſtet eo anno Montem Caveoſum fuiſſe Acheruntino Archiepiſcopo obnoxium, & anno 1067. in Alexandri II. diplomate confirmationis Archiepiſcopatus Acheruntini ad Arnoldum, tunc Archipræſulem, Matera inter Diœceſanas Parrochias, non ſuffraganeas recenſeatur. Innocentio III. ad clavum ſedente anno 1203. ut Andreæ Acheruntino Archipræſuli conſuleretur, qui in deſolata, ac propemodum habitatoribus deſtituta Acheruntia, ſuam haud tueri poſſe videretur dignitatem, Materana Divi Petri Eccleſia Cathedralis effecta eſt, & priori Acheruntinæ juncta, ſub uno eodemque Archipræſule perpetuo ſervanda. Scripſit Innocentius de hac re ſequentem literam, quam ipſi legimus atque exſcripſimus in Regeſto ſanctioris tabularii Vaticani n. 73. fol. 58. pontif. 6. illam exhibeo.

*Andreæ Archiepiſcopo Acheruntino, ejuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum. Fratres & Coepiſcopos noſtros &c. Ad hæc propter evidentem utilitatem, & neceſſitatem urgentem, de communi fratrum noſtrorum conſilio Cathedralem Eccleſiam apud Materam ſic duximus ſtatuendam, ut priori Cathedræ uniatur; utrumque Pallii, &c. Datum Præneſte per manum Joannis, &c. 3. nonas Maii anno* 6. Ab Innocentio itaque III. Materana Eccleſia in Cathedralem Eccleſiam erecta eſt, & priori Acheruntinæ unita, & in ea uſum deferendi Pallium Andreæ Archiepiſcopo Acheruntino, & ſucceſſoribus conceſſum fuit, non tamen Epiſcopali dignitate ornata. Alias legimus ejuſdem Pontificis literas, ubi nullum Cathedralis vel Epiſcopi Materani veſtigium; imò in altera earum ad Raynaldum novum Acheruntinum Archiepiſcopum ſcripta, quæ extat in eodem Regeſto Vaticano anno 6. Innoc. fol. 181. num. 158. obſervo Materanam Eccleſiam ſancti Petri ann. 1199. ad menſam Acheruntinæ Eccleſiæ pertinere. Stetit unio hæc, ut non ſemel diximus, per annos multos, donec orta inter utrumque Clerum, populumque diſſenſio & æmulatio eſt, ut aliquandiu neceſſe fuerit unionem diſſolvere, & Materanam Eccleſiam, Motulano Epiſcopo regendam tradere, ex Pontificiis diplomatibus habetur. Aliquando unitam animadverto in veteri m. ſ. membranaceo Indiculo apud me, cujus titulus Taxæ omnium mundi Eccleſiarum, ubi littera M. hæc leguntur verba. *Materanen. & Potentinen. Eccleſiæ invicem unitæ in Apulia & Provincia Acheruntinen. Flor. C.* & littera P. *Potentinen. & Materanen. in Apulia & Provincia Acheruntinen. Flor. C.* Scriptus videtur Indiculus iſte Bonifacii IX. temporibus, vel paulo ante, quem mihi dono dedit ſanctæ memoriæ Horatius Juſtinianus S. R. E. Presb. Cardinalis Bibliothecarius. In alio Mſ. Indiculo celebris Bibliothecæ Barberinæ ſignat. n. 2535. fit mentio de unione Materanenſis Eccleſiæ cum Acheruntina in hæc verba, *Archiepiſcopus Acheruntinus hos habet ſuffraganeos, E. Materanenſis unita eſt Metropolitanæ Eccleſiæ Acheruntinæ.* Et vidi in libris conſiſtorialibus E. Materan. appellari metropolin. In alio Mſ. Indiculo ejuſdem Bibliothecæ ſignat. num. 1312. temporibus Joannis XXII. ſcripto, nulla fit mentio Materanæ Eccleſiæ. *In Apulia* ait Indiculus, *Archiepiſcopus Acheruntinus hos habet ſuffraganeos Potentin. Tricaricen. Gravinen. Venuſinen. Anglonen.* In aliis poſterioribus Romanæ Curiæ Indiculis, Matera veluti Metropolis, cum Acheruntina tamen unita, legitur taxata ad florenos 400. Cæterum Eugenius IV. anno 1440. in gratiam Joan. Antonii Urſini Tarentini Principis, ac Materæ Domini, utrique Eccleſiæ rem ſuam agere decrevit, attribuitque Materanæ Eccleſiæ gubernatorem Petrum Epiſcopum Motulanum, quæ vix quatuor annos ab altera abjuncta iterum cum Acheruntina, novo creato Antiſtite, ſocietatem & unionem inire compulſa eſt. Sixtus vero IV. ut omnem litigiorum fomitem tolleret, an. 1471. perpetuo ſanxit, ut harum Eccleſiarum Archiepiſcopi, qui pro tempore eſſent, dum in Acheruntina ſuaque Diœceſi agerent, Acheruntini & Materani, dum verò Materæ eſſent, Materani & Acheruntini nuncuparentur, ac publicis in tabulis ſe ſe ſubſcriberent. Nec deinde proſperiorem Eugenii, Sixtique Pontificum decreta exitum habuere, ſiquidem cum ſub Leone X. iterum inter eas acriter certatum, tandem ad Eugenii, ac Sixti decreta, lis perpetua ſanctione ſedata eſt anno 1519. At hoc noſtro ſæculo harum Eccleſiarum Archipræſules ab ignaro vulgo, ob illuſtriorem, ac percommodam civitatem Materæ, Archiepiſcopi Materani appellantur, cum in ea Clero ſplendidiori, ædibuſque ampliſſimis condecorata, ibidem ſedem fixerunt, tametſi Cathedralis Materanæ Eccleſiæ, extra civitatem nullam Diœceſim habeat. Cæterum Cathedralis Materæ Eccleſia magnificentiſſimè extructa eſt, in qua viginti ſeptem Canonici [a], cum Decano, Archipresbytero, & Cantore dignitatibus, aliique Presbyteri, & Clerici multi numerantur, qui cum dignitate ſacrum penſum exſolvunt. Templa in ipſa civitate extant, magnificè extructa, piaque Oratoria, ac Religioſorum monaſteria, inter quæ olim celebre & vetuſtum S. Euſtachii Benedictini Ordinis à Stephano Abbate exædificatum, & ab Arnoldo Acheruntino Archiepiſcopo conſecratum ann. 1080. cuius ruinæ prope Cathedralem viſuntur: S. Franciſci cœnobium ab ipſomet Seraphico conditum, & B. Dominici ab Joanne Juvennacenſi ejuſdem Divi diſcipulo erectum, quibus acceſſere Auguſtiniani, Capuccini, ac diſtrictioris Obſervantiæ Religioſi. Olim in ea erant tria inſignia Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti monaſteria, nempe S. Mariæ de Armenis, S. Mariæ de Picciano, & S. Salvatoris de Tirribono, quæ vetuſtate ſua corruerunt. Hodie viſitur ſacrarum Virginum ſeptum Ss. Luciæ & Agathæ, ſub eadem S. Benedicti regula militans ante octingentos ferè annos extructum, in quo anno 1093. ſanctiſſimè obiit Eugenia Abbatiſſa. Extat aliud Monialium cœnobium D. Annunciatæ, ſucceſſit monaſterio de Nova, quod extra civitatem erat Ord. ſancti Auguſtini, nunc Ord. Dominicani. Nec deſunt alia pia loca, & laicorum ſodalitia ad pietatem excitandam. Ad quindecim millia Matera perducit, alitque ſubditos, qui à tribus Parochis trium collegiatarum Eccleſiarum ſacra percipiunt ſacramenta. Acheruntini, & Materani Archiepiſcopatus annuus cenſus ampliſſimus eſt, cum trium millium & trecentorum ſcutorum ſummam efficiat, quorum tria millia ex Diœceſi Acheruntina, trecenta verò ab Eccleſia Materana percipiuntur. Taxatur verò Acheruntina in libris Cameræ Apoſtolicæ ad floren. 300. Materana ad flo. 100. ſimul conjunctæ florenorum taxam efficiunt 400. Harum Eccleſiarum Archiepiſcopus ad Regiam præſentationem eſt, ex Clementis VII. Papæ indulto. Porro Epiſcopi, & Archiepiſcopi Acheruntini, qui jam inde à ſua inſtitutione fuere, & poſt Materanæ Eccleſiæ unionem cum ipſis, qui uſque ad hæc noſtra tempora floruerunt, ſequentes ſunt, quos haud parvo labore, & diligentia ex diverſis harum Eccleſiarum ſcripturis, ac Vaticanis monumentis depromſimus.

[a] Et inter hos deſideratur hactenus utraque præbenda Theologalis, & Pœnitentialis.

I. 1 ROMANUS primus Acheruntinus Epiſcopus recenſetur in dypticis ejuſdem Eccleſiæ, quem tradunt in Epiſcopatu vixiſſe ann. 29. circa annum Domini 300. Pontificiam tunc gerebat dignitatem ſanctus Marcellinus Papa: quo Præſule Acheruntiæ carceri mancipatus eſt S. Leucius, qui anno 312. apud antiquum Grumentum gloriam martyrii percepit.

II. 2 MONOCOLLUS poſt Romanum ſedit in hac Cathedrali annis 8.

III. 3 PETRUS ann. 3.

IV. 4 SYLVIUS ann. 5.

V. 5 THEODOSIUS ann. 8.

VI. 6 ALORIS præfuit ann. 22.

VII. 7 STEPHANUS Primus an. 2.

VIII. 8 ARALDUS ann. 4.

IX. 9 BERTUS ann. 3.

X. 10 LEO hujus nominis primus ſedit ann. 23.

XI. 11 LUPUS ann. 3.


XII. 12 EVALANIUS, ſeu Evaldinus ann. 12.

XIII 13 AZO ann. 3.

XIV. 14 ASEDEUS ann. 8.

XV. 15 JOSEPH ann. 23. m. 1.

XVI. 16 JUSTUS ſubſcripſit primæ Synodo Romanæ ſub Symmacho Papa an. 499. Sedit ann. 2. Horum acta ignorantur. Juſto deinde defuncto, qui ſucceſſerint fere 377. ann. ſpatio, non habemus.



XVII. 17 LEO II. vir ſanctiſſimus ſedere cœpit in Acheruntina Eccleſia circa annum ſalutis 776. quam piè ſanctèque rexit ann. 23. men. 4. qui cum deſiderio flagraret videndi ſanctam civitatem Hieruſalem, & loca ſancta, Sepulchrumque Chriſti Domini venerandi, antequam peregrinationem inchoaret ex Atella Acheruntiam tranſtulit corpus S. Canionis Epiſcopi, conſtructoque templo in ejus honorem, ſacras ibi exuvias repoſuit. Dum vero Hieroſolymam pergeret in civitate Africæ regionis Julianæ ſancto fine quievit an. 799. ibidemq; tumulatus miraculis claruit. In calce Divi Canionis vitæ, veterique membranaceo libro Longobardicis characteribus conſcripto legitur in Acheruntina Eccleſia. *Poſt plurima, denique annorum curricula cum labi Civitas* (de Atella loquitur) *& dives dogmatibus devia, & tantæ virtutis decus inreverenter recolens privata extitit, & ſalutis ingrata ſibi aliena permanſit. Anno namque Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo nonageſimo nono, vir inſignis Acheruntinæ ſedis Leo Pontifex, ſancto ſuggerente ſpiritu, Hieroſolymam venerabile ſemper Paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti oraculum, & ſanctæ Reſurrectionis ejus Sepulchrum, & glorioſiſſimæ Aſcenſionis ſalutiferum indicium devotus petere cupiens, perennem plebi providet ſalutis Patronum, & ubique in omnibus Protectorem: nam urbem præfatam Atellam quoque petiit & ſublato ſancto corpore theſauro Evangelico, negotiatori ſimilis ad Pontificatus ſui eximiam ſedem tranſvexit, & conſtructum præcipui operi. induſtria Templum, & huic plurima adminiſtrans ornamenta in honorem Beatiſſimi Martyris, & Confeſſoris peractam dedicavit Eccleſiam. Ipſe vero Antiſtes poſt dictę devotionis iter arreptum,*

A *Dei providentia factum eſt, ut qui ejus fidei indicia in terrena Hieruſalem videre cupivit, in illa æterna Hieruſalem, quæ eſt viſio pacis & mater noſtra, juxta Apoſtoli illud, ubi dicitur, illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra, eum, qui eſt pax vera in ſua meruit majeſtate, & cum ſanctis ejus gloriam poſſidere ſempiternam. Defunctus verò, & ſepultus in civitate Africæ regionis Julianæ, ubi beneficia divinæ ſalutis in virtutum miraculis inſignibus credentibus, per ejus merita Chriſti largiendo præbet præſentia. O omnipotentis Dei clementia. O infallibilis pietas! O immenſa diſpenſatio, qui ſic omnia diſpenſando gubernas, & gubernando diſpenſas, ut tuæ nunquam in te ſperantes ſalutis careant munere. Qui dum B. Canionem præfatæ urbis Julianæ Pontificem ad confeſſionem ſui nominis in martyrii certamine, & per Angelum tuum ad plurimorum viam ſalutis, ſicuti dictum eſt, tranſtuliſti, inenarrabili virtutis magiſterio feciſti, ut qui ejus corpus in tuo tranſtuliſti*

B *Pontificio tuæ providens plebi, poſteris opem ſalutis, ipſe in urbe ejus pontificatum glorioſis miraculis egregiæ virtutis ſignifer, & ſine fine perpetuus ſalutis apex, & pius ſemper transferatur Patronus.* Hactenus codex. Porro cum S. Canionis Acheruntinæ civitatis Patroni Acta necdum in lucem edita ſint; ad augendam Acheruntinorum populorum devotionem, hìc verbatim ad fidem ejuſdem membranacei codicis eadem enarrare non pigebit.

JESUS, MARIA.

*Incipit Prologus Paſſionis Beati Canionis Epiſcopi, & Martyris.*

*Poſtquam Deus, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus miſſum Verbum ab arce Patris per uterum Marię ſemper Virginis incarnatum homo fieri dignatus eſt, & induit noſtram mortalitatem, ut nos efficeret participes immortalitatis ſuæ, deſtructo quoque mortis imperio, & mundi devicto principe, cum Sanctorum agmine, & triumpho gloriæ ad ſedem redire Patris, juxta illud Prophetæ; cum exaltatus fuero à terra,*

C *omnia traham ad me ipſum: & ſi patienter dicat omnia, ideſt mea membra omnia enim traxit, quia de electis ſuis apud inferni clauſtra nullum reliquit; Catholicæ etenim fidei ſacramenta myſteriis evidentiſſimis, & præconibus inclytis declaravit; ſicut enim Divinitas illius incomprehenſibilis fatetur, eò quod ſuper omnia eſt, & continet omnia, ut eſt illud: Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum, ſic incomprehenſibiliter omnia ordinando diſponit, & diſponendo ornat, & ornando beatificat, & beatificando glorificat: Cęlum namque coruſcantibus ornatur ſtellis, quæ velut diverſo conſtant lumine, diviſis curriculorum diſponuntur officiis. Regnum itaque ſupernum humanis ſenſibus inviſibile, ut oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe innumerabilium diſpoſitionum Beatorum conſtat militia. Haud ſecus regnum Cœlorum quod eſt præſens Eccleſia, ipſa teſte veritate, quæ ait, Regnum Dei intra vos eſt. Ita myſterio diſpoſitionis*

D *peragitur, Sanctorum ſcilicet præconiis, & uſque ad martyrii coronam fidelibus teſtimoniis, ut ſupernæ contemplationi Sanctarum animarum inhæreant, juxta egregium Doctorem, qui ait, Noſtra autem converſatio in cęlis eſt. Sanctorum ſiquidem corpora idcirco nobis veneranda magnificis exhibeantur miraculis; ut dum eorum ſpiritus æterna perfrui beatitudine non ambigimus. Quod non perpendens quidam hæreſeos nefandæ Vigilantius aſſerit Sanctorum corpora nec veneranda eſſe, nec eorum feſtivitates celebrius glorificandas. Quod etenim inſanum caput, aut everſum cerebrum, caput, vel corpus ſine membris teſtatur honorandum? Erunt, inquit Apoſtolus, duo in carne una; Sacramentum hoc magnum eſt; Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia, Spiritus denique Sanctorum æternitati dediti, cum tranſierint à gloria in gloriam, & cum corruptibile induerit incorruptionem, tunc erit perfectum membrum in corpore, & duo in carne una. Quemadmodum*

*Joan-*

A *Joannes Apoſtolus; Scimus, inquit, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt. De quorum laudabilium Sanctorum numero ſanctus Confeſſor, & Martyr Chriſti CANIO celeberrimus potiſſimis extitit meritis; qui dum Deum, & Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM in hoc mortali corpore fideliter credidit, & imitatus ſuper omnia perfecto dilexit amore, ex hoc ut fieret inæſtimabilis gloriæ particeps, & noſtræ ſalvationis adjutor, & opifex, quotidie etiam nos prædicationibus ad ſuam æternitatem conſortes vocat, teſtimonio Martyris roborat, jugibus miraculis coruſcat; defenſor vigil nos impiorum hoſtium viſibilium, & inviſibilium tuetur pietate paterna piiſſimus patronus, fovet, & protegit: idcircò & virtutum opera, & confeſſio cum conſtantia, & glorioſa martyrii palma tanto perſpicacius eſt attendenda, & devotius amplectenda, quanto excellentiorem cum in æthera dignitate ab hoc in quo ſumus corruptibili ſublimatum detrimento, Angelorum conſortem, Prophetarum* B *ſocium, & Martyrum cohæredem, continuis en prodigiis credimus, & confitemur. Et ut efficaces in agonis ſtudio tyrones præmium ſequentes ducem feliciter conſummato curſu bravium ſupernæ vocationis adipiſci valeamus, & æterna beatitudine, cum corona gloriæ potiri mereamur. Explicit Prologus.*

*Incipit Vita, vel Paſſio ejuſdem Beati Canionis.*

*Anno ſecundo impiiſſimorum Principum Diocletiani, & Maximiani cognomento Herculei, cum unus Eoas Provincias, alter Occiduas ad devaſtandas ſævitia tyrannica Eccleſias Chriſti, & eos affligendos & puniendos Chriſtianos fremendo promoverentur unius conſpirationis inſania hujuſmodi continens Decretum per univerſas deſtinavere provincias.*

*Quoniam Deorum beneficia in bellis dimicantes accepimus, & eorum auxilio ex devictis trophea hoſtibus ſumpſimus; hujus voto rei, quo cuncti ſalvi efficiamini univerſos duximus admonendos, ut omnes homines utriuſque ſexus, vel regiis cunctis faſcibus ſublimati, vel Clerici Eccleſiarum, atque Monacho-* C *rum ſocietas renunciantes Religionibus propriis, Deorum, ideſt Apollinis, Dianæ, & Minervæ ſacrificiis accingantur. Quod ſi quiſquam hominum noſtra juſſa, vel imperia, vel tanta numina crediderit abnuenda, ſacrilegii reus, noſtri judicii pœna plectatur.*

*Et dum hæc præcepta per totum orbem obſequentibus impiiſſimæ prophanitati delata fuiſſent, & perveniſſent in civitatem Juſtinianam regionis Aphricæ, ubi Beatus CANIO Epiſcopus in divinis laudibus perſpicuus, & ſacris ſemper intentus dogmatibus morabatur, hactenus in tota urbe edictis jura à Pygraſio Præfecto illata inſani rumoris undique perſtrepebat opinio, & per triduum vox præconii crepitabat per nubila, & talis continentium clamor diffundebatur in auribus.*

*Omnes in quocumque loco conſtituti præceptis Imperatorum ad ſacrificia Appollini, Dianæ, & Minervæ celebranda, conveniant. Et dum hæc ad Beatum CANIONEM Pontificem perveniſſent, immotus pervigil paſtor ſuper ovium lucratarum cuſto-* D *dia, & Verbi Dei diſpenſator fidelis, & providus diſtributor, & talentorum negotio argumentoſus acquiſitor inceſſanter credentium exhortabatur, & confirmabat in Deum, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus fidei conſtantiam hoc modo.*

*O fratres, & filii in regno adoptati Regis æterni, ſurſum colla ſuſpendite, & Deum, qui in cœlis regnat contemplamini; ipſe eſt enim Rex regum, & Dominus dominantium JESUS CHRISTUS Dominus noſter, qui propter nos, per Virginem incarnari dignatus eſt, & per Crucis patibulum omnibus juſtis in ſe credentibus cæleſtia regna reſeravit, ad quæ vos per me ſervum ſuum vocare voluit, & Beatis Angelis conſortes fieri; iſti enim Reges minime ſunt, qui viam veritatis, & juſtitiam quæ Chriſti eſt ignorant; ipſe eſt veritas, via, lux, & vita. Dii autem iſtorum ſunt Idola muta, conſtantia ex ligno, & lapide, & metallo, diabolicis infecta venenis lethiferis, & ſe colentes ad inferni deducunt tartara, ubi lux nunquam eſt, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguetur, ubi fletus eſt, & ſtridor dentium; Hæc poſſident cultores dæmonum in æterna damnatione cum principe illorum diabolo; ipſe utique colendus, & confitendus eſt, qui eſt verus Deus de Deo, lumen de lumine, Creator, & Salvator totius generis humani, & perennis largitor gloriæ, & principis mundi, qui eſt diabolus, conculcator; non ſunt iſti timendi, qui corpus ſolum occidere poſſunt, ſed ille potius timendus eſt qui poteſt & animam, & corpus mittere in gehennam, & pro quo ſi quis perdiderit animam ſuam in vita æterna inveniet eam; idem namque coram Regibus, & gentibus invicta fide confitendus eſt qui in ſancto Evangelio promiſit dicens: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cælis. Hæc, & his ſimilia Beatus CANIO adteſtando, Epiſcopus roborabat mentes credentium, & ad martyrii palmam pertingere, & ad cæleſtem gloriam deſiderantiſſimè animabat.*

*Jam enim cæleſtis culturæ ſalutifera eminebant præconia: jam verbum Chriſti prolatum in tenebris prædicabatur ſuper tecta, jamque lucerna Dei de ſub modio educta, & poſita ſuper candelabrum lucebat omnibus, qui in domo, ideſt in Eccleſia Dei fidelibus congregati erant; jam ad ſacrilega dæmonum ſacrificia populorum numerus quantocius minuebatur; Chriſti fides, & gratia diffundebatur in plurimis.*

*Interea ad Pygraſium Carthaginenſis urbis Præfectum volutabat ſuperbum, quod in urbe Præfecturæ ſuæ Juliana juſſa Auguſtorum, & Deorum ſacrificia execrante CANIONE Epiſcopo, & populum ab eorum libamine evertente minime valerent, ſed Chriſti nomen cunctorum penè cordibus inſertum divulgata confeſſione adorandum, ſeu colendum veraciter profiteretur. Quod audiens præfatus Pygraſius concitè direxit plurimam manum, ut ubicumque hujuſmodi auctor culturæ CANIO inveniretur Epiſcopus, ejus præſentiæ ſine ulla dilationis mora deduceretur. Hæc ubi dicta cohors juvenum inſana capeſſit, ad præfatæ urbis properabat mœnia tendens. Quam magno perſtrepentes impetu ingreſſi cœperunt furioſis querelis Canionem Epiſcopum quærere, Canionem Epiſcopum proclamare; ille verò hoc audiens divis benefidus in armis, ſeſe eis imperterritus offert Chriſti cultorem, & fidei invincibilem, & Chriſtianorum protectorem proteſtatur, ac doctorem, & idolorum cultibus idoneum adverſatorem.*

*Hunc ergo cum ſacrilega atris manibus prophanis comprehenſum attingens retro unde venerant præpeti curſu repedant Cartaginis arces, & Pygraſii præfecturam; at ubi impio à tiſentibus nuntiatum eſt, quod Canio Epiſcopus Chriſtianæ Religionis Confeſſor, & diffamator Deorum eorumque culturæ contumax repugnator ante januam à militibus comprehenſus aſſiſteret, fallaci exultat gaudio, inſanos criſpat cachinnos, tandemque adverſus veritatis oraculum probroſa inſania dimicaturus aggreditur. Nam cum multis veſaniæ æſtuaret ignibus, & furorum nefandis vexaretur impietatibus, juſſit ſibi tribunalia prophanatica præparari. Verè prophanatica, & cathedram peſtilentiæ, ſub qua ſemper fervet conſilium impiorum, & via peccatorum, quæ ducit ad Inferos, & juſtos et obrenunciantes ad perpetuam gloriam.*

*Sedente eo pro tribunali introductus eſt Beatus Canio eorum obtutibus: ingrediens ergo arcanum cordis hæc muniebat pſallens inſtanter; Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & doloſi ſuper me apertum eſt: ſed tu Deus meus reſpice, & ne derelinquas me, neque diſcedas à me, intende in adjutorium meum Domine virtus ſalutis meæ.*

*Præfectus denique Pygraſius his eum aggreditur affatibus. Quæ tibi religio? aut quæ ſacrificii vota, vel quibus ea quotidianis perſolvis cultibus? Sanctus Canio repletus Spiritu ſancto conſtans dicebat: Ego Chriſtianæ Religioni devotum, & inconvertibilem me aſſero cultorem, & mendatium, ajebat, Idolorum veſtrorum probatiſſimum contemptorem. Præfe-*

*ctus*

ctus quoque ſubſequitur dicens; Hortor te conſulere canis ſenectutis tuæ, ut ſecundum decreta invictiſſimorum Principum accedas, & ſacrifices diis; ſanctus Canio reſpondit; Ego inceſſanter ſacrifico, & vota laudis perſolvo Deo Patri Omnipotenti, & Jeſu Chriſto filio ejus, & Spiritu ſancto, juſtiſſimum eſt enim ſacrificare Creatori, non creaturæ; hæc enim, quæ colitis Idolorum ſurda, & muta, non videntia, diaboli fallacia infecta, ſuoſque quod ſunt cultores efficientia; quibus illud Poeticum aptandum eſt; Ligneæ ligna rogat, ſurdis clamare videris, à mutis reſponſa petis? David enim Propheta de his dicit; Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum; Os habeat, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt; aures habent, & non audient, nares habent, & non odorabunt; manus habent, & non palpabunt; pedes habent, & non ambulabunt, non clamabunt in gutture ſuo; Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

Audiens hæc Præfectus dixit; Ignoras quia invictiſſimi Principes domini noſtri juſſerunt hujuſmodi non negantem fidem graviter puniri; ſanctus Canio reſpondit; Ego non negavi, nec nego me eſſe ſervum Chriſti, & ſanctæ Deitatis ejus veriſſimum Confeſſorem: Mihi autem vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Aſt ubi tantam iniquus in Beato Canione invictæ fidei audivit conſtantiam animas undique ſæviebat, & ſe ad quæ calliditatis argumenta contradicendi poſſet vertere neſciebat; iterum repetens puſillanimitatis vecordiam, ajebat: Deſine quantocius ab hac pertinacia perfidia, quam prædicas, & diis, deabuſque noſtris ſacrifica.

Sanctus verò Canio munitus ſcuto fidei, & galea ſalutis, gladium ſpiritus objiciebat, dicens; Jam me ſacrificatorem magni Dei, & Salvatoris Jeſu Chriſti audiſti, & me illi ſacrificium laudis conſtanter immolare & vota reddere, cui eſt propria divinitas, & æternitas per infinita ſæculorum ſæcula.

Ergo ubi devinci ſe conſpicit, tram impius pandit furiis ſtimulatus iniquis; Si tamen ille queat Præfectus jure vocari, Virtutum nullo, qui ſit prælatus honore, in Sanctum ceu leo infrendens furor arma miniſtrat inertiæ. Exſpolians eum plumbatis cędi præcepit; Cum autem cæderetur reſpiciens in cęlum dicebat; Ad te Domine levavi animam meam, in te ſperans non confundar in æternum. Præco verò vociferatur dicens; Conſenti Præfecto, & ſacrifica diis; ſubſequitur von Præfecti tu caſſis blandimentorum adulationibus: Sacrifica homo, & conſule venerandæ ſenectuti tuæ, & faciam te ſacerdotem Templorum.

Beatus Canio reſpondit; Væ tibi, miſerrime, cui potius neceſſarium erat ut diabolicis errorum exutus laqueis, Dominum Deum, & Salvatorem cognoſceres Jeſum Chriſtum: miror enim veſtræ impudicitiæ ſacrilegium, ut veram ſpernentes viam ſalutis, delubra nullius ſenſus adorantes colitis: Pygraſius verò ferventiori ſuccenſus inſaniæ rabie, juſſit lateribus ejus lampades igneas applicari, & vehementiſſimè eum ad ſacrificandum diis urgeri. Sanctus autem Dei agonotheta factus in agonia glorioſi certaminis belliger ad Præfectum ajebat; O miſer, qui ignoras quod tormenta tua me Deo, & Domino meo Jeſu Chriſto gratiſſimam exhibent hoſtiam, tibi verò, & faventibus tibi æterni damnationem interitus minantur.

Poſt hæc jubetur detrudi in carcerem, & januas carceris anulo ſignari Cæſareo; ubi orans ſine ceſſatione, divinum in tanti certaminis prælio poſcebat auxilium dicens: Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum reſpice; Ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.

Præfectus denique hæc ſuggeſtionis ſcripta impiis dirigit Auguſtis; Piiſſimi Principes ſubvenite legibus veſtris, & Canionem Chriſtianorum Epiſcopum, veſtris conſpectibus præſentate. Imperatores autem hanc reſcripſerunt licentiam Præfecto Pygraſio, ut ſi Canio Epiſcopus in hac perſeveraverit confeſſione, habere licentiam, quali eum vellet pœna mulctare; Et cum hoc præceptum accepiſſet miſit eum in inferiorem carcerem; Beata autem fides quanto in interioribus putabatur occultari tenebris, tanto eminentior luce divinitatis exaltabatur in gloria, ſicut ſcriptum eſt; Aurum probat fornax, & juſtos tentatio tribulationis.

Incluſus ergo tenebris orabat Beatus Canio dicens, Deus Cœlorum, qui judicium inenarrabile decreviſti, per quem conſtant omnia ſæcula, quem contremiſcunt omnes poteſtates ſuperorum, & inferorum, reſpice in me, & miſerere mei, ut agonis hujus bellum immaculato calle perficere poſſim, & palmam cum Sanctis tuis victor comprehendere, & immarceſſibilem gloriæ coronam accipere.

Poſt tertium verò diem publica cognitione volens eum audire, jubet ſibi illum ſub voce præconiali de carcere præſentari; Cumque fuiſſet adductus Hyacinthus Commentator pronunciabat: Canio Chriſtianorum Epiſcopus, qui in carcere fuerat mancipatus, ecce nunc examinandus exiſtit; Pygraſius dixit, Omnis ſenectutis concio Canionem, ut ab hac deſiſtat perfidiæ pertinacia, & ſecundum ſtatuta invictiſſimorum Principum, accedat, & ſacrificet diis hortetur, Hyacinthus Commentator ei dicebat; O homo, intellexiſti quid tibi conſulendo pia dixerit Præfectura?

Beatus Canio reſpondit, Ego permanſi, & permaneo veræ fidei in Jeſum Chriſtum confeſſor, ſicut ipſe præcepit, ſpondens fidelibus, Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Præfectus furore perculſus proſequitur Canionem ſacrilegum, qui ſe teſtatur in hac uſque in finem perſeverare confeſſione, jubet eum expoliari, & burdillis cędi; cumque cęderetur ferè una hora non reſpondit ei aliquod verbum. Poſt hæc exclamavit ad Dominum, dicens; Domine Jeſu Chriſte ad adjuvandum me feſtina, & dum defecerit virtus mea, Deus, ne derelinquas me; Adſit mihi tuæ virtutis poteſtas, per quam tres pueros ab igne camini eduxiſti ardentis.

Hæc illo loquente Pygraſius ſuæ prophanitatis oraculo faventibus dicebat; Dicite ei, ut ſaltem, vel nunc reſipiſcat, & ſuæ conſulat ſenectuti. Sanctus ergo Canio ad hæc reſpondebat nihil, ſed in ſua perſiſtebat orationis inſtantia. Aſt ubi impius Præfectus videt eum nec blandis mulcere poſſe ſermonibus, nec ſpe promiſſorum flecti, nec minis, tormentiſque moveri, ad auſteriorem ſeſe iterum convertit amentiam, & ſanctum Canionem in cataſta ſuſpendi, & flagellis vehementiſſimè cędi jubet. Tanta enim divina tuebatur potentia, ut nec torturam confractionis elevatus in cataſta ſentiret, nec flagrorum penitus injuria vexaretur. Jam enim in eo carnalis effectus paſſibilitatis non erat, nec ejus inſtantia, & Spiritus ſancti roborabatur non ſentiendo mirabilis gratia.

Cum verò carnifices tam ferocibus nihil eum torturis dolere, vel ſentire vidiſſent, acrius ejus inſtimulabantur membra miſerabilius laniare verberibus, ita ut multus de ejus corpore emanans cruor decurreret. Multitudo enim circumſtantium prædita habentes viſcera pietate, flebant amariſſimè ſuper Martyrem Chriſti. Spiritus quoque Sanctus eorum præveniens illuminavit pectora, & beatiſſimam in Agonotheta Dei videntes conſtantiam confeſſionis, & ſpe perennis gratiæ roborati cęperunt Deum, & Dominum Jeſum Chriſtum cognoſcere, & apertis vocibus Dei gloriam confiteri. Erant autem qui crediderunt viri centum ſexaginta, clamabantque ad Beatum Canionem, & dicebant; Serve Dei excelſi ora pro nobis ad Dominum Deum tuum, ut poſſimus & nos ſervi ipſius eſſe. Ad horum itaque voces nimio Præfectus commotus furore, & irarum inflammatus facibus ajebat: Magicis, ut video artibus vincimur, & Deorum noſtrorum numina Canionis evertuntur illuſionibus.

O milites, inquit, invictiſſimorum parentes juſſis, & Deorum, Dearumque ſacrificiis idonei accingimini armis potentibus, & quanti hoc nomen vociferati ſunt, uſque ad internecionem gladio perimite; Cum autem interficerentur, & cruentatus eis militum ſacrocraſſaretur cruore, attentius eorum beatæ pul-

ſabant

A ſabant ſidera voces; It clamor cælo, & Spiritus ſancti donum fidelibus cœlitus multiplicabatur in cordibus, una fides, & vox una pro Chriſto morientium conſonans erat. Serve Dei excelſi, ora pro nobis ad Dominum Jeſum Chriſtum, ut illius efficiamur ſervi, & ejus tecum gloriæ in æternum conſortes.

Beatus itaque Canio poſitus in tormentis orabat, Domine Jeſu Chriſte, Deus de Deo, dignare ſuſcipero ſervos, & Martyres tuos pro tui nominis confeſſione morientes æternu in beatitudine, quos feciſti per Spiritum Sanctum tuum gloriam tui nominis agnoſcere, & confiteri; Nam cum ſacræ lectionis Evangelicæ teſtentur dogmata; Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt intrare in regnum cœlorum; nemo dubitet eos Spiritu ſancto eſſe renatos ab infidelitate ad fidem, à peccatorum ſordibus in gratiam remiſſionis fonte ſacri ſanguinis ſuo ablutos, Angelorum, & omnium Sanctorum conſortium, & perennis gloriæ promereri coronam.

B Pygraſius denique Præfectus infrendens, & ſtridens dentibus juſſit deponi eum de cataſta, & in equuleo ſuſpendi, & virgis cędi, & torqueri; & dum torqueretur, dicit ei Pygraſius. O homo aſſenti mihi, & obtemperans juſſis invictiſſimorum Principum, deſine ab hac magica pertinacia, & ſacrifica Diis, Deabuſque noſtris immortalibus, & multiplici auri, & argenti pretioſarumque gemmarum ditaberis fulgore procereo.

Beatus autem Martyr, & athleta Chriſti ſubridens ait; Vera fides habet, & ſacræ teſtantur dogmata Scripturæ, quod quæ videntur temporalia, & peritura ſunt ex ſe ſe; quæ autem Dei noſtri Jeſu Chriſti inviſibilia, mirabilia ſunt, nullus denique oculus vidit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Hæc enim ſuper omnia ſunt amanda, quia non ſunt mutanda; quicquid enim corporeis oculis videmus, & affectu diligimus carnis, mutabile conſtat, & ad nihilum redigendum; ſive enim parentes ſunt, moriuntur, ſivè amici, mu-
C tantur, ſeu propinqui, non permanent, ſolus autem Deus repertor Orbis, & conditor cœlorum, cujus majeſtas æterna, cujus gloria incommutabilis, quem niſi quis ſuper aurum, & argentum, & gemmas, & omnem honorem mundi dilexerit, non videbit, nec ejus gloriam promerebitur. Et facta eſt vox de cælo dicens; Canio ſerve Dei bone conſtans eſto, quia in Campania erit tibi requies, & vita per infinita ſæcula ſæculorum.

Tunc Pygraſius Præfectus juſſit ſanctum Canionem de equuleo deponi, & dixit ei; Conſenti mihi, & ſacrifica Diis, ut bene ſit tibi, quia per ſalutem deorum, & piiſſimorum Principum, aut ſacrificaveris, aut diverſis te pœnis interficio; Beatus Canio dixit, O miſer, & perfidorum crudeliſſime, fac quod facturus es, quia ſi conſideraret quid tu ipſe eſſes, vel Principes tui, humiliareminì Deo, & Jeſu Chriſto filio ejus. Tunc Præfectus furore repletus juſſit eum ſub voce præconiaria iterum plumbatis cędi, clamans, & dicens, Deos, Deaſque blaſphemare noli. Poſt hæc juſſit plumbum, & reſinam ſolvi, & ſuper plagas di-
D laniatas perfundi; Sanctus quoque Canio immotus in confeſſione Chriſti perſiſtens, dicebat, Tranſeo per ignem, & aquam, ut deducar in refrigerium. Suſpiciens ergo ad Cęlum dicebat; Gratias tibi ago Domine Jeſu Chriſte, quia hoſtia in tua effici merui, & me in numerum ſervorum tuorum fidelium aggregare dignatus es.

Intundebantur autem membra ejus vehementer, & miſerabiliter dilacerabantur fuſtigationi verberum. Unus verò carnificum crudelis impietatis miniſter circumſtantibus minando dicebat; Iſtius, qui deſtruenda templa prædicat, qui Deos noſtros dæmonia appellat, omnis pariter Deorum, Dominorumque noſtrorum vindicemus injurias. Aſt ubi ſacrilegi carnifices ejus ceſſaverunt vulnera ferventi plumbo, reſinaque prophanaliter comburere, Præfectus his eum alloquitur dicens; Canio, quid dicis, vel ubi corpus tuum miſerabile conſpicis? Aſſenti mihi, & ſacrifica, non enim potes præcepta Imperatorum, & conventum omnium Deorum convincere.

Beatus ergo miles Dei ad hæc nihil reſpondit. Præfectus dixit, Nihil reſpondes? Beatus Canio dixit; Ad nihilum, nihil reſpondere oportet. Tu autem, & Idola tua, & Dii, Dominique tui nihil eſtis, ipſe enim nullius ſenſus nec veræ virtutis, nec ſalutis aliquod habens, ſicut & omnes, qui confidunt in eis; Deus autem altiſſimus credendus eſt, qui creavit omnia, qui per Filium ſuum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum veram nobis ſalutis viam aperuit, & regna cælorum largitus eſt fidelibus in ſe credentibus; huic immolo, huic libamina grata perſolvo, huic ſacrifico ſacrificium laudis, & juſtitiæ, & reddo Altiſſimo vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea, & quæ loquutum eſt os meum in tribulatione mea. Elevans autem oculos ſuos ad cęlum dicebat; Domine Jeſu Chriſte, qui habitas in æterna gloria, & regnas in ſæcula ſæculorum diſrumpere digneris vincula mea, ut tibi cum Sanctis tuis in gloria tua reddam hoſtiam, & victimam laudis tuæ.

Tunc Pygraſius videns & ſuis tormentis in ipſo fidei augere conſtantiam, & inexpugnabilem, invictamque in Chriſti conſiſtere confeſſione, jubet ſibi afferri per Hyacinthum commentarium geſta Cantonis Epiſcopi; Cumque in præſenti lecta fuiſſent, dedit ſententiam adverſus eum ſcribens ita; Canionem reſiſtentem, & Diis libamina non offerentem, vel Imperatorum præcepta contemnentem, gladio capito cædi jubemus; Traditus ergo viris Sanctus operator iniquis; Et cum duceretur ad decollandum miniſtri iniquitatis exprobrabant illudentes, & dicentes; Quid tibi profuit hæc tua temeritas? ut quid non potuit Chriſtus tuus, in quem ſperas eripere te de tormentis iſtis immanibus? Ut autem Deus glorificaret ſeipſum in Sancto ſuo, volens oſtendere ſuam potentiam in vaſa iræ, apta in interitum, & reddere indignationem ſuam ſecundum duritiam cordis, & cor impœnitens theſaurizantibus ſibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, factum eſt dum talibus inſaniæ luſibus Beatum deriderent Canionem, ſubito facta ſunt tonitrua, & pluviæ, grandines, & coruſcationes, & terræmotus. Videntes verò præfati milites de ſupernis poteſtatibus tam terribilem furoris iram erumpere; alii ſemivivi fugientes huc illuc latebant diſperſi; alii autem cadentes in faciem ſuam miſerabiliter expirabant.

Angelus autem Dei apprehendit Beatum famulum, & Sacerdotem Chriſti, & eripuit eum de medio inimicorum ejus; & ut adhuc velut aurum igne paſſionis probabile factum multis lucidius lumen efficeretur in via ſalutis æternæ, quaſi Columbam Chriſti plaudentē in Atellam Campaniæ civitatem perduxit.

Altera verò die cum facti fama Cartaginem crepitaret per urbem, undique clamor inſurgit, undique tumultuantium populorum fremitus, undique quæſtus querelarum adverſus Pygraſium erumpebant. Quod ille audiens nimio confuſionis hebefactus horrore, anxiis undique coercebatur anguſtiis, paſſa manu frontem percutiebat dicens; Quid dicturus ſum populo huic, vel Imperatoribus? Chriſtiani quippe inſtantiſſime Chriſtianitatis ſuæ requirebant auctorem, Viduæ, & pupilli patronum & Epiſcopum requirebant dicentes; Redde ſalutis noſtræ legiſlatorem, redde piiſſimum patronum, & animarum ſalvatorem.

Pygraſius etenim timore perterritus ubi ſe nimis circumſeptum conſpexit anguſtiis, irruente ſuper eum populorum ſtrepentium impetu, quid ageret, vel quò ſe verteret neſciebat; hæc tandem falsò depromere cœpit ab ore; Angelus, inquiens, eum in cœlo rapuit, & ut à quibuſdam fertur, quod per præmium ſe redemit. Præterea veniens Beatus Canio ante amphitheatrum præfatæ urbis Atellæ quod ſitum erat in ſuburbana ejuſdem habens juxta ſe fornicem opere conſtantem marmoreo; & ecce quidam ſynancico præditus morbo ita ut etiam ad extremum vitæ jam deveniret, obvius eſt ei, & ab offerentibus ſuppliciter rogatus eſt, ut ejus precibus, & meritis ſoſpitatem recipere poſſet.

San-

*Sanctus autem Canio ſuſpiciens in cælum orabat; Domine Jeſu Chriſte Rex ſupernarum Virtutum, qui me per Angelum tuum ad hanc civitatem transduxiſti, cuſtodi introitum meum, & ſuper infirmum hunc per hoc Crucis ſalutare ſignum potentiæ tuæ oſtende virtutem, ut cognoſcant circumſtantes, quia tu es benedictus in ſæcula, & verus Deus de Deo, qui creaſti & gubernas omnia. Tunc æger priſtinæ eſt redditus ſanitati; Et videntes, qui circum adſtabant miraculum factum, crediderunt Deo, & glorificaverunt Jeſum Chriſtum filium ejus; Nec minus etiam, ut æterna beneficia poſteris Deo tribuente in ejus introitus memoria darentur; iterum orabat dicens: Præſta Domine JeſuChriſte, ut ſi quis Sinancico depreſſus morbo iſtum arcum tranſierit, in virtute nominis tui incolumis abſcedat ab hoc dolore. Et facta eſt vox illi de cælo dicens; Canio, ſerve bone, omniaque petiſti, accepiſti; In eodem loco pro meritis quidem orationum, & teſtimonio ſanctæ fidei, ejuſque miraculi ab hac ægritudine beneficia orationum permanent uſque in hodiernum diem; itaut quicumque hanc patiatur debilitatem, & in loco ipſo advenerit, confidens in Deo precibus Beati Canionis Martyris, & Confeſſoris ſoſpes abſcedat.*

*Deinde vir Dei divis ſemper benefidus in armis intrepidus civitatem ingreditor Atellam, & cœpit continuò prædicare verbum Dei, & evangelizare Jeſum Chriſtum verum eſſe Deum, & hunc certam omnibus dare ſalutem. Dilatabatur etiam Dei virtus & gratia in teſtimonio gloriæ nominis Chriſti; Surdi reparabantur auditu; claudi infeſſa erigebantur debilitate, & variæ corporum infirmitates per invocationem nominis Chriſti corrigebantur; dæmonia quoque à multorum effugabantur corporibus; ſed & allati mortui ad eum in virtute veræ ſalutis, & vitæ ſuſcitabantur; leproſi mundabantur, paralytici curabantur; inſignia quoque baptiſmatibus, & virtutibus in nomine Domini Jeſu Chriſti operabantur; de quibus pauca ad memoriam reducere compendioſo ſtilo cenſuimus, ut inclyti Martyris, & Confeſſoris gloeioſa magnificentur in virtutibus adverſus antiqui hoſtis molimina vincendi trophæa, & in cœlis quanta fulgeat redimitus perennis exultatione gloriæ monſtretur.*

*Multi verò audientes verba vitæ, & miraculorum opera à beatiſſimo cernentes facta Antiſtite, unanimiter Spiritu ſancto compuncti Deum laudabant, dicentes; Domine Jeſu Chriſte rerum omnium Creator, ſit nomen tuum Deus benedictum in ſæcula; Et crediderunt in Domino animæ circiter ſexaginta ſeptem.*

*Erat autem quidam homo habens ſpiritum nequam, audiens, inquit opinionem Beati Canionis, quia omnes ab infirmitatibus ſuis liberavit, & dæmonia etiam ab obſeſſis corporibus effugabat ſacris exorciſmatibus rogabat obnixè, ut ad Beatum deduceretur Pontificem; Cumque adductus fuiſſet ubi Beatus Verbum ſalutis prædicabat Epiſcopus multitudine credentium, & audiens ex ore ejus tanta veritatis egredi miracula, cæpit pedibus ejus advolvi, & indulgentiam petere ex peccatis ſuis.*

*Dicit ei Beatus Canio: Quid vis, ut faciam tibi? Ille autem cum lacrymis exclamavit dicens; Rogo, ut facias effugare à me ſpiritum nequam, quia ecce novem anni ſunt, ex quibus datus ſum ei in poteſtate, ut me torqueat. Hæc cum audiſſet Beatus Canio Epiſcopus, quod abligatus eſſet a ſpiritu immondo, cœpit flere, & lacrymas fondere & orare dicens; Immunde ſpiritus, tibi dico in nomine Domini Jeſu Chriſti recede ab hoc puero, quem Dominus plaſmavit: Ipſe tibi contradicit diabole, ut recedas ab eo, nec ulterius imaginem creaturæ ſuæ dilacerans aggredi præſumas. Et ecce diabolus apparuit nudus, & totum corpus plenum vulneribus, & ita vociferabatur, dicens; Adjuro te ſerve Dei per ipſum, qui nos relegavit cum patre noſtro, quando paſſus eſt pro mundi ſalute, ut non mihi auferatur de manibus meis, quia ecce anni novem ſunt, ex quibus eum in mea accepi poteſtate.*

*Tunc dicit ei Beatus Canio; tibi dico immunde*

A *ſpiritus, vade in profundo abyſſi, & ibi eſto uſque in conſummationem ſæculi, ne quemquam lædere poſſis religatus. Ad hæc diabolus vociferabatur, & diræ, torvæque vocis mugitus in aera emittebat dicens; O violentia, ò ſævitia, quam ab hoc ſene decrepito patior; O acquiſitæ poſſeſſionis impius ereptor. Non tibi ſufficiebant ducenta millia Africanorum, quæ mihi abſtuliſti; inſuper & ſpem meam mihi funditus abſcidiſti eripiens, & Dio tuo per baptiſmum offerens ſacrificaſti. Iterum adverſus gemitus converſus repetebat dicens; O violentia, ò ſenectus nequiſſima, jam ultra non ſuffero machinationes tuas, & inſuper diurnis corporum humanorum receptaculis avulſus, inhabitabilibus latebris demergor abyſſi; Pereat dies illa annorum ex numero, nec ſolis illuſtretur radiis, ſed in maledictione obſcuretur æterna, in quam tu omnis meæ virtutis, & dominationis adverſator perfidus naſci permiſſus es; Nam flumina lacrymarum tuarum, velut torrens impegit domicilium meum infirmum, & ſpes mea dilapſa ſubruit.*

B *Multitudo ergo circumſtantium audientes mugitum abeuntis maligni ſpiritus vehementem, & videntes virtutis miraculum, quod per ſervum ſuum Dei operabatur potentia, attoniti ſtupentes laudaverunt, & confeſſi ſunt nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti; Nam & puer ipſe à diaboli venatione, & nexibus ereptus, & cætera multitudo numero centum credentium baptizati ſunt à Beato Pontifice, confitentes, & dicentes, Benedictus es Domine Jeſu Chriſte Deus omnipotens, & benedictum nomen Majeſtatis gloriæ tuæ; Tu enim es Deus unus, & verus, quem miſer hic mundus ignorat; Nos autem credimus, & cognoſcimus mundati ſacri baptiſmatis unda, dum viam ſalutis æternę per Beatum famulum tuum Canionem agnoſcere meruimus.*

*Tunc ſanctus Canio ſpirituali in Domino Jeſu exultans gaudio dicebat; Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, qui congregaſti numerum hunc fidelium animarum, ut laudent nomen tuum in atrio ſancto tuo, & ordinent teſtamentum tuum ſuper ſacrificia laudis*
C *tuæ, & multiplicata creſcat, & creſcens multiplicetur Eccleſia ſancta tua, & gloria Regni tui in ſæcula ſeculorum.*

*Præterea cum inſignis virtutis opinio plurima manu Senatorum celeberrima ubique divulgaretur fama; Vidua quædam nomine Eumenia, marito, geminiſque orbata liberis, multo tempore plorans amiſſis oculis cæca facta fuerat; quæ audiens de miraculis ſancti Antiſtitis venit ad eum cum lacrymis, & ejus cum ingenti luctu, & ſuſpiriis provoluta pedibus precabatur dicens; Adjuro te per Deum, & Dominum Jeſum Chriſtum, ut facias me videre lumen cœli, quia quinquennium eſt ab obitu mariti, filiorumque meorum, quod in tenebris vivo, & lumen cœli videre non poſſum.*

*Beatus autem Canio nihil hæſitans, ſed fidei fretus munimine, elevans oculos ſuos ad cęlum dixit; Deus, & Dominus Jeſus Chriſtus, qui aperuit oculos cæci nati, ipſe te illuminet; Et facto Chriſti ſignaculo in oculis ejus eadem hora aperti ſunt, & vidit lumen,*
D *& cępit clamare dicens; Benedictus Dominus Jeſus Chriſtus, Deus æternus, qui me illuminavit per ſervum ſuum Canionem Epiſcopum, ſtatimque baptizata eſt cum domo ſua promiſcui ſexus numero decem, laudes, & gratias agentes Domino noſtro JeſuChriſto.*

*Audientes quippe carnifices, quod fiebat in eadem civitate in mirabilibus mirabilius geſtis in nomine Domini Jeſu Chriſti ſtridebant dentibus, & quærebant occidere eum; Quod cum nunciatum fuiſſet Beato Pontifici, ut à carnificibus ad occidendum quæreretur; factum eſt enim dum inſtanter eum quærerent invenerunt eum curantem unum paralyticum in nomine Jeſu; Dicebant enim intra ſe; Nonne iſte eſt ipſe ſenex, de quo nobis dictum eſt, quia Deos, Deaſque noſtras deridet, & prædicat illum, qui dicitur Chriſtus, & quærebant qualiter eum apprehendere poſſent.*

*Sanctus verò Canio imitatus eſt Chriſtum, cum Judæi tulerunt lapides, ut jacerent in eum, ille au-*

tem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*tem abſcondit ſe, & exivit de templo, & tranſiens per medium illorum ibat, & cępit fugere ante eos ſecundum illud evangelicum; Si vos perſecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam. Quidam autem dicit eis; Quem quæritis? & Reſpondit unus carnificum, Illum ſenem, qui dicitur Canio, qui Deos noſtros deludit. Dicit illis; Ecce ante vos pergit; At illi hæc audientes cęperunt celeriter ſequi eum, videbatur enim à longe. Sanctus autem Canio, cum reſpiceret poſt tergum, vidit poſt ſe carnifices inſtanter currere; Sciens etiam, quod eum ſequerentur, quia jam ei dictum fuerat, quod ab eis quæreretur; ingreſſus eſt domus cujuſdam anus, in qua erat minantis ruinæ veteris monimentum, ubi ſe Beatus abſcondit Pontifex; Mulier verò ſtans ante fores domus ſuæ, & appropinquantes carnifices dixerunt; Mulier nonne vidiſti hominem tonſuratum ſenem decrepitum hic fugientem? quæ ait ad eos; Vidi eum præpete greſſu præterire; At illi incertum iter inane proſecuti ſunt tramite; Et ingreſſa ad eum mulier dixit; Ecce carnifices, qui te perſequebantur præterierunt, ne moreris autem egredi, ne fortè revertentes te hic inveniant, & pariter nos igni cremabimur.*

*Beatus autem Canio egreſſus monimentum, pervenit ad quendam rubum quem locum beatifica poſthæc ſepultura ſacravit; Cœlitus verò divinum affuit numen, & aranea totum circa rubum telam miræ texuit artis ingenio; Aſt ubi miniſtri impietatis, huc, illucque diſcurrentes, & nimia diſcurſus fatigati inertia pervenerunt ad locum ubi Dei Sanctus latebat divino ſeptus munimine: Hæc autem intra ſe inſano volvebant murmure dicentes; Videamus ne fortè ſub hoc ſe celaſſet rubo; Circumſpicientes autem viderunt tela araneæ circumtextum locum, & dicebant; Si ille homo hìc introiſſet, telam hanc araneæ procuidubio dirupiſſet. Hoc divino nutu obcæcati, & devii effecti voto fruſtrati ſacrilego, retro unde venerant reverſi ſunt.*

*Beatus igitur Dei famulus Canio Epiſcopus, dum hujus mortalis habitaculi tæderet horrorem, & ſupernæ beatitudinis gloriam anhelaret, venit in eo loco, ubi ad duarum Baſilicarum aditum uſque in pręſenti introitus patet, quo Sanctorum corpora, ideſt Felicis, & Vincentii Confeſſorum, & Sacerdotum celeberrimo recondebantur affectu, quandoque honorificentiæ privilegio, nec minus & aliorum duorum Confeſſorum Felicis, & Felicis; felicis ſemper pacis gratia ſepultorum in Baſilica cognomento Argentaria; ibique in ipſo devians itinere, fixis genibus, expanſis manibus, inclinato capite diutius Dominum Jeſum Chriſtum deprecabatur, ut ab hoc corporis mortalis ergaſtulo animam ejus eriperet, & in cęleſtis beatitudinis gloria collocare dignaretur; ut adimpleretur illud Prophetæ; In deſerto, & in invio ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Orans ergo dicebat;*

*Ego Canio ſervus tuus de hoc loco non diſcedo, donec audias gemitum meum, & liberes me de ſæculi hujus ſordibus, & in conſpectu majeſtatis tuæ immaculatum ſpiritum meum præſentari jubeas; Te benedico, & glorifico, qui me ad hanc diem pervenire feciſti, ut accipiam partem in numero ſanctorum Martyrum fidelium tuorum. Nunc autem, quia jam tempus eſt ut ad te veniam, deſiderans te videre; Domine Jeſu Chriſte, in manus tuas commendo ſpiritum meum; His dictis, ſanctum tradens ſpiritum in pace obdormivit in Domino.*

*Ac dum per multos dies jaceret corpus Sancti illæſum, nullo ſciente Chriſtianorum, nutu Dei factum eſt, ut pervigil cuſtos avis ſuper ſanctum corpus pervolans, ne à ferali fędari quiret attactu, tuebatur. Venientes ergo quidam fidelium ſecus locum, audierunt voces ſimul millia millium, dicentium: Ecce homo juſtus verus Dei cultor, qui ſequutus eſt viam Domini, & partem habet cum eo in ſempiternum.*

*Cognoſcentes denique Chriſtiani de corpore Sancti per virtutem Dei, gratias agentes Deo, cum dignis funerum exequiis, & hymnidicis laudibus ſepelierunt eum in Cęmeterio Sanctorum Felicis, & Vincentii octavo Kalendas Junii: Beatus quoque Elvidius poſt aliquod tempus ſopita jam perſecutione in Chriſtianos graſſata populos, circa ſextam noctis horam, vidit in viſione Angelum Dei ferentem animam ſicut columbam; qui ait ad eum; Anima iſta, quam vides conſervi noſtri Canionis Martyris eſt, invenit enim locum apud omnipotentem Deum perpetuæ refectionis.*

*At ubi Sanctus cognovit Elvidius obitum Beatiſſimi Martyris, & Confeſſoris, venit ad locum ubi à fidelibus ſepultus eſt, una cum plebe Dei inſiſtente & ad perfectum perducente; ædificavit Eccleſiam, & cubiculum ſuper corpus ejus omni variarum ſpecierum decoratum fulgore, ſicut teſtimonium tituli in fronte ipſius cubiculi ſcriptum declarat.*

18 RODULPHUS hujus ſedis Antiſtes ſedit XVIII
ann. 5. Hic partem corporis S. Liverii Martyris, diruto à Sarracenis Grumento, Acheruntiam aſportavit, & in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ repoſuit: præſidente in Romana Eccleſia Joanne VIII. ut in Actis ejuſdem Martyris legitur.

19 LEO III. ſucceſſit Rodulpho circa annum XIX.
ſalutis 880. Is etiam venerabilis Præſul, quæ ſuperfuerunt S. Laverii Martyris ſacra lipſana, deſtructo etiam templo ejuſdem Sancti apud Grumentum abſtulit, & religioſè Acheruntiam retulit, ac recondidit in eadem Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, ubi ejus prædeceſſor alias corporis partes repoſuerat. Translationis Hiſtoriam leges in Actis ejuſdem Laverii infra in Epiſcopis Grumentis, & Marſicanis. Præfuit Leo ann. 30.

20 ANDREAS hujus nominis primus ſedit poſt XX
Leonem ann. 29.

21 JOANNES ſedit ann. 35. menſ. 4. dies 22. XXI.

22 JOANNES II. dictus Junior ex Monacho XXII.
Ordinis S. Benedicti floruiſſe legitur in hac ſede an. 3.

23 STEPHANUS III. poſt Joannem evaſit XXIII
Epiſcopus Acheruntinus, ſub quo, ut Frizia ſcribit, magnum patratum fuit miraculum in Acheruntino Epiſcopio, quod exſcripſit ex mendoſo Chronico & adulterino, quod ſub nomine Lupi Prothoſpotæ circumferebatur, illud idem publici juris factum ab erudito Antonio Caracciolo. *Anno*, inquit Chronicon, 1024. *factum eſt ſignum magnum in Epiſcopio Acheruntino ſub Præſule ſecundo Stephano Materienſi in 5. die Paſchæ: Crucifixus enim magnus argenteus concuſſus eſt tribus vicibus, capite, brachiis, & pedibus, cunctis hoc aſpicientibus, & cecidit nix magna. Et tranſfretavit Bugianus, &c.* In autographo vetuſtiſſimo membranaceo codice Salernitano ignoti civis Barenſis ſive Lupi Prothoſpotæ, qui primum nuper ad fidem prodiit in lucem cura, & diligentia viri eruditiſſimi Camilli Pellegrini Capuani lib. 2. p. 2. Hiſt. Principum Longobardorum non reperiuntur illa verba ſupra relata; ſed ſequentia tantùm: *Mill. XXIV. Ind. 7. Bacchavit Bugiano in Carbatia, cum Barenſes, & comprehendit ipſam Principiſſam uxorem Coſmizi, & adduxit illam in Bari, miſitque eam cum filio ſuo in Conſtantinopolim.* Factum illud in Epiſcopio Acheruntino ſub Stephano ſecundo Præſule Materienſi, mea quidem aliorumque ſententia ſuperadditum videtur, vel ad laudem ingenii, vel ad augendam dignitatem Materæ civitatis à quodam fortaſſe cive Materano, ut etiam arguit Agnellius Paca vir eruditus. Utcumque ſit, Stephanus cujus ſimplex nomen tantùm legitur in dypticis, poſtquam ann. 30. Acheruntinam Eccleſiam rexiſſet appoſitus eſt ad patres ſuos.

24 STEPHANUS III. cognomento Suratus, XXIV
ſucceſſit Stephano. Sedit annos 12.

25 STEPHANUS IV. iis ſucceſſor fuit, qui XXV.
cùm præfuiſſet annis 9. depoſitus eſt.

26 GODERIUS Stephani ſuperioris filius, XXVI
patri ſucceſſit. Vixit in Epiſcopali dignitate an. 20.

27 GODERIUS II. Goderii ſuperioris XXVII.

ne-

nepos ſedit ann. 2. & ad Oritanum Epiſcopatum translatus eſt. Hic cenſetur ultimus Epiſcopus Acheruntinus.

# ACHERUNTINI

## ARCHIEPISCOPI.




XX VIII 1 GERALDUS primos inventus eſt, qoi Atchiepiſcopali dignitate fulſetit in Acheruntina Eccleſia, vel à Leone IX. vel certe à Nicolao II. Atchiepiſcopali inſula condecoratus. Eios mentio habetur io monumento donationis Roberti Guiſcatdi Ducis ad favorem monaſterii ſanctiſſimæ Ttinitatis de Venuſio, anno 1063. cui donavit Eccleſiam S. Joanois de Ssla inter Aſculum, & Catnetum poſita; teſtes ſuetunt Urſus Barenſis, Geraldus iſte Acheruntinus Archiepiſcopi, Balduinus Melphienſis, Stephanus Trojanus, & Oddo Bovini Epiſcopi. Parum deinde ſupervixit Geraldus; obiit circa an. Dom. 1066.

XXXI 2 ARNOLDUM meritorum gratia ad Atchiepiſcopalem Acheruntinæ Eccleſiæ ſedem vocavit Alexandet II. Pontifex circa anoum 1066. à quo ſequenti anno Archiepiſcopatus digultatis inſtitutionis confirmationem, & pallium recepit, cuſo ſequenti diplomate in hunc modum exſcripto, quod exhibeo ex veteri membranaceo codice Acheruntinæ Eccleſiæ, aſſervato in tabulario ejuſdem.

*Alexandet Epiſcopas ſervus ſervorum Dei. Arnoldo Acheruntinæ Eccleſiæ venerabili Archiepiſcopo perpetuam in Domino ſalutem.*

*Convenit Apoſtolico moderamini pia celigione pollentibus affectu debitæ charitatis in neceſſitatibus ſubvenire, & eorum juſtis petitionibus benevolum præbere aſſenſum. Tunc enim lucri potiſſimam præmium apud conditorem omnium Deum, nos habituros ſperamus, ſi venerabilia loca Sanctorum per nos fuerint ad meliorem ſtatam perducta. Igitur quia poſtulaſtis à nobis quatenus concederemus, confirmaremus tibi Archiepiſcopatum prædictæ Acheruntinæ Eccleſiæ, cum omnibus Parrochiis ſuis civitatibus quinque, videlicet Venuſio, Moate-Milone, Potenza, Tulba, Teicario, Monte Peloſo, Gravina, Matera, Oblano, Tarri Turſio, Laſiniano, ſancto Quiriaco, Vtcolo. cum caſtellis, & villis, monaſteriis, ac plebibus, tam Græcis quam Latinis, exceptis iis, quæ ad dominatam noſtrum jure nobis retinemus, petitioni tuæ libentes annuimus, Montem Urrani quoque & armentum, quæ largitione fidelium in dominium ſanctæ Acheruntinæ Eccleſiæ recenter tranſierunt, tibi tuiſque ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus. Pallium autem fraternitati tuæ ea more ad Miſſarum ſolemnia celebranda, ſicut conceſſum eſt anteceſſoribus tuis, concedimus, videlicet in Natali Domini, in Octava Domini, in Epiphania, in Purificatione & aliis feſtivitatibus ſanctæ Mariæ, in Cœna Domini, in Sabbatho ſancto, in die Dominico Reſurrectionis, in Aſcenſione Domini, in Pentecoſte, in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ, in natalitiis omnium Apoſtolorum, & ſancti Michaelis Archangeli, & omnium Sanctorum, ac veſtrorum Sanctorum, quorum corpora apud vos habetis. In dedicatione Eccleſiarum, & quando ordinationes facis. Hortamur itaque charitatem tuam, ut mores vitæ tuæ tanti honoris ornamento exempli ubique poſſis eſſe conſpicui. Vita igitur tua filiis tuis ſit regula, ut ſi qua fortitudo deprehenditur in ea dirigatur cor erga ſuum, neque proſpera, quæ temporaliter blandiuntur extollant, neque adverſa dejiciant, ſed quicquid illud fuerit virtutum puritate devincatur. Nullum apud te locum odia, nullus favor indiſcretus inveniat. Sacræ benedictionis tuæ, juſtique judicii opus nulla venalitatis interventio commaculet; ſit in te & boni Paſtoris dulcedo, & judicis ſevera diſtrictio, unum ſcilicet, innocenter viventes foveas; aliud inquietos à pravitate compeſcat. Miſericordem te, prout virtus patiatur pauperibus exhibe, oppreſſis defenſio tua ſubveniat. Opprimentibus modeſta ratio contradicat. Nullius faciem contra juſtitiam accipe. Cuſtodia in te æquitatis excellat, ut nec divitem potentia tua aliquid apud vos extra viam rationis audire ſuadeat. Nec pauperem de re tua faciat humilitas deſperare, quatenus Domino miſerante talis poſſis exiſtere, qualem ſacra lectio præcipit dicens,* Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. *Sed iis omnibus uti ſalubriter poteris ſi magiſtram charitatem habueris, quam qui ſequutus fuerit à recto tramite non ſecedit. Scriptum per manus Joannis Scriniarii, & Notarii, ac Regionarii ſacri Palatii. Datum Later. Idibus Aprilis per manus Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, ac Bibliothecarii, anno ab Incarnat. Domini 1068. Ind. 6. Pontif. vero Dom. Alexandri Papæ II. ann. 7.*

Anno 1071. interſuit Arnoldus conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis ab eodem Alexandro II. celebratæ, ubi ſubſcribitur, teſte Anonymo Caſinenſe iis verbis, *Arnoldus Epiſcopus Acheruntinus*, & poſt ipſum *Hugo Hydruntinus Epiſcopus*, tametſi ſatis perſpicuum ſit ante hæc tempora Acheruntinam, Hydruntinamque Eccleſias fuiſſe Archiepiſcopali dignitate ornatas, & idem Hugo Hydruntinus ao. 1068. in Alexandri II. privilegio ad Alſanum Archiepiſcopum Salernitanum, Hydruntinum ſe ſubſcripſit Archiepiſcopum in hunc modum: *Ego Hugo Ydruntinus Archiepiſcopus me affuiſſe teſtificans ſubſcripſi*. Id etiam ab aliis vel caſu, vel humilitatis gratia factum obſervo, ut in Concilio Florentino, *Angelus electus Epiſcopus Barrenſis* legitur ſubſcriptus. Anno 1074. in Roberti Ducis diplomate ad favorem ſanctiſſimæ Trinitatis de Venuſio conceſſo, teſtes reperiuntur inter reliquos Urſus Barenſis, & idem Arnoldus Acheruntinus Archiepiſcopi. Anno verò 1075. Gregorius VII. apud quem Arnoldus plurimum gratia, & auctoritate valuit, ſcripſit eidem Epiſtolam 2. Martii Ind. 14. in qua poteſtatem fecit abſolvendi à peccatis Rogerium Comitem, una cum ejus militibus, contra Paganos pugnaturis, ſi tamen pœnitentiam egiſsent; monuitque ut ad religionem inter paganos propagandam eoſdem incitaret: paratum ſe eſse Robertum ab excommunicatione abſolvendi, ſi devotum erga Romanam Eccleſiam ſeſe oſtendiſset. Injungit ut Balduino Melphienſi Epiſcopo, poſt peractam pœnitentiam Epiſcopale munus reddat. Epiſtola eſt 11. lib. 3. ejus Regeſt. cujus titulus *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Arnoldo fratri & Coepiſcopo Acheruntino*. Hoc etiam titulo uſus eſt idem Gregorius ſcribens Roffrido Beneventano Archiepiſcopo, ut hæreticum quemdam exquirat, examinet, obſtinatum ab Archiepiſcopatu ſuo expellat. Ut in lib. 7. n. 28. an. 1079. ind. 3. & lib. 8. ep. 8. Dat. Romæ Kal. Octob. ann. 1080. gratulatur Alſano Archiep. Salernitano de beati Matthæi Apoſtoli corporis inventione, ipſum fratrem & Coepiſcopum Salernitanum vocat: eodem modo anno 1078. libr. 6. epiſt. 35. ſcribens Rotho-

magenſi, Turonenſi, & Senonenſi Archiepiſcopis, eos fratres, & coepiſcopos ſuos denominat: id crediderim factum honoris gratia à Gregorio, cum Epiſcopum ſervum ſervorum Dei humilitatis cauſa ſe Summus Pontifex inſcribat. Ceſſet igitur cujuſdam moderni ſcriptoris admiratio, qui Acheruntinæ Eccleſiæ Archiepiſcopalem dignitatem in Arnoldo ante annum 1075. viſus eſt adimere, quod Gregorius ad Arnoldum ſcribens fratrem ſuum, & Coepiſcopum Acheruntinum vocaverit, cum pleroſque alios Archiepiſcopali fulgentes dignitate, coepiſcopos ſuos vocaverit idem Gregorius Papa. Ajunt anno 1080. ab Arnoldo inventum fuiſſe corpus ſancti Canionis eo in loco, quo ante annos 282. Leo Epiſcopus condiderat. Hujus inventionis meminit is, qui plura addidit Chronico Lupi Prothoſpotæ, ibi addita cenſentur verba illa, *Idem Archiepiſcopus conſtruere cœpit novum Epiſcopium, ideſt Eccleſiam ſanctæ Dei Matris Mariæ*. Hæc non leguntur in autographo illo membranaceo Salernitano, ubi nulla mentio conſecrationis templi ſancti Euſtachii apud Materam, quam factam fuiſſe habet adulterata Chronica Caraccioli anno 1082. quam ex marmorea inſculpta inſcriptione in columna ejuſdem templi vetuſta, anno 1080. Majo menſe fuiſſe peractam patet; En illa.

*Stephanus Abbas ſenex, quam cœpit condidit Ædem,*
*Hinc placet Arnaldo ſacrari Præſule magno*
*Millenis annis octo decies peractis*
*Ut Deus eſt noſtram dignatus ſumere formam.*
*Majus Agenorici dum Tauri cornua punit.*

Interea Arnoldus aſſenſum præbuit donationi factæ monaſterio S. Michaelis Montis Caveoſi ſuæ Acheruntinæ diœceſis ab Ufrido Normanno Comite anno 1082. cui ſubſcripſit, ac plura deinde eidem cœnobio largitus eſt privilegia. Monaſterium hoc Ordinis eſt Divi Benedicti, & Caſinenſi Congregationi, in gratiam Ferdinandi I. utriuſque Siciliæ Regis, & Petri de Baucio Principis Altæmuræ à Sixto IV. Papa unitum anno 1484. Præſule Arnoldo. De Acheruntia hæc habet Prothoſpota in Chronica, ſuſpectæ tamen fidei. *Anno 1090. menſe Auguſti Acheruntia admirandum in modum cremata eſt à ſe ipſa: & anno 1093. Indictione prima obiit Eugenia Abbatiſſa monaſterii ſancti Benedicti Materienſis menſe Octobris. Et eodem menſe Urbanus Papa venit in Materam, & applicuit ad cœnobium ſancti Euſtachii, cum grandi plebe hominum*. Eodem anno Urbanum II. Eccleſiam ſanctæ Mariæ Bantini monaſterii Ordinis S. Benedicti haud longe ab Acheruntia dedicaſſe 9. Kalend. Septembris pluresque indulgentias eidem conceſſiſſe narrat vetus monumentum, quod hic exſcribimus, cum in eo habeatur Urbanum aliquando in illo monaſterio Monachum egiſſe.

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad honorem ſummæ & individuæ ſanctiſſimæque Trinitatis.*

*Perpetuis temporibus duraturæ ipſæ ſtationes & indulgentiæ per Urbanum Papam Secundum religioſo, & venerabili monaſterio ſanctæ Mariæ de Panſo vulgariter nuncupato Deventuum, cujus Eccleſiam idem ſummus Pontifex manibus propriis conſecravit, die nono Kalendas Septembris conceſſæ contemplatione cujuſdam prærogativæ ſpiritualis ſanctitatis, quam expertus fuit in eodem cęnobio, imo potius propter perfectam religionis obſervantiam dum eſſet in eodem cęnobio in minoribus Ordinibus conſtitutus, videlicet quod omnes fideles cauſa devotionis dictum monaſterium viſitantes prædicta die nonas Kalendas Septembris, & per totum diem ſequentem, necnon in die Jovis ſancti, & per totum Veneris ſancti, & per octavam, & feſta Reſurrectionis ſequentia, & in omnibus feſtivitatibus Beatæ Virginis Mariæ de omnibus peccatis de quibus confeſſi fuerint, vel ſaltem contriti, cum propoſito confitendi, plenariam conſequantur indulgentiam, & gaudeant omnibus indulgentiis plenariis perpetuis, & temporalibus gratiis, & remiſſionibus, quibus gaudent perſonaliter Civitas & Eccleſia ſancti Jacobi de Compoſtella; reliquis verò temporibus, & diebus feſtivis cauſa devotionis illuc accedentes, quatuor annos, & totidem quadragenas de vera indulgentia conſequantur, de Sedis Apoſtolicæ gratia ſpeciali. Qui verò capellam majorem ipſius monaſterii eadem die conſecratam per venerabilem fratrem Brunonem Epiſcopum Signanum in diebus feſtivis, & omnibus diebus Dominicis totius anni viſitaverint ſeptem annos & totidem quadragenas de vera indulgentia conſequantur. Viſitantes etiam Eccleſiam conſtructam in Caſali ipſius monaſterii conſecratam per venerabilem fratrem Rogerium Epiſcopum . . . . . ipſo die non. Kalen. Septembris, & omnibus diebus Dominicis & feſtivis, & etiam in diebus feſtivis Beatæ Virginis Mariæ, ad cujus honorem conſtructa eſt, & ſuo vocabulo nuncupata, prædictam Indulgentiam annorum ſeptem, & totidem quadragenarum conſequantur. Apparent hęc omnia ex Bulla plumbea, Datum Salerni per manus Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis decimo octavo Kalendas Octobris, indictione prima, anno Domini milleſimo nonageſimo tertio, Pontificatus Urbani Papæ ſecundi, anno ſexto.*

Anno 1100. conſentiente Arnaldo Archiepiſcopo, Raul Montis Scabioſi Dominus conceſſit Eccleſiam S. Michaelis Archangeli, Altari S. Mariæ de Paſticio hoc modo ab exemplari Archivii ſancti Laurentii de Patula.

*Ego Raul gratia Dei omnipotentis inclytus ſenior Montis Scabioſi, & aliarum urbium, cum conſilio noſtrorum ſeniorum, dono Abbati Joanni venerabili Abbati ſanctæ Mariæ de Piſticio, Eccleſiam ſancti Michaelis Archangeli juxta flumen Baſentum in præſentia Aſpoti ſenioris de Caſtelluzzo, & Domini Arnoldi ſenioris de Gaunano, & Domini Arſinadi ſenioris de Ciuliano, & Domini Alaymi Stiatigo, & aliorum noſtrorum militum, una cum Domina Emona inclyta Comitiſſa, noſtraque conjuge, & Guillelmo, & Roberto meis fratribus, dictam Eccleſiam cum caſale, cum hominibus ibi habitantibus, & omnibus ſuis pertinentiis, cum aquis, terris, paſcuis, &c. cum conſenſu Dom. Arnoldi venerabilis Sedis Acheruntinæ Archiepiſcopi ſub pœna anathematis, &c. per manus Joannis Notarii noſtri. Sub anno Dominicę Incarnationis 1100. menſe Septembri; Indictione ſeptima.*

† *Signum manus Raul Domini Scabioſi Montis,*
† *Signum manus Dominæ Emonæ Comitiſſæ filiæ Rogerii Comitis Calabriæ & Siciliæ.*
† *Signum manus Alaymi Comeſtabilis.*
† *Signum manus Goſridi Domini Pulniani.*

Aliam fecisse donationem 1105. eundem Raul, qui & Rodulphus eſt, eidem monaſterio de Piſticio, cum conſenſu Arnaldi Acheruntini Archiepiſcopi docet alia vetuſta membranacea charta ejuſdem Archivii Palutani.

*Ego Rodulphus Machabæus gratia omnipotentis Dei inclytus ſenior, civitatis Severinæ, & aliarum urbium, inſpirante divina Omnipotentia, quia vox divina aſſidue nos admonet, Eccleſias Dei toto mentis anniſu fideliter ſervire; una cum Domina Emona inclyta Comitiſſa chariſſima conjuge noſtra pro animarum noſtrarum remediis, noſtrorumque parentum, obtulimus monaſterio ſanctæ Mariæ de Piſticio, & tibi fratri Joanni venerab. Abbati monaſt. ejuſdem, pro menſa tam tua, quam Monachorum Eccleſiæ ſancti Andreæ de Pomanio, cum omnibus juribus ſuis, & pertinentiis, videlicet domibus, iardinis, vineis, & terris ſuis, cultis, & incultis. Et Eccleſiam ſancti Nicolai de equo cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, quæ ſita eſt non longe à caſtello Lagutii, cum tenimentis, ſylvis, aquis, & paſcuis, per pręceptum & conſenſum Dompni Arnoldi venerabilis ſedis Acheruntinæ Archiepiſ. in præſentia domini Arnoldi ſenioris Gaunani, Dompni Aſmundi ſenioris Ciſiliani, & Guillelmi, & Roberti fratrum noſtrorum, & ſub pœna ſolidorum Michalottorum quingentorum*

mo-

*monaſterio, & totidem Regio Palatio, per manus Maraldicii Protbónotarii noſtri ſub anno Dom.* 1105.

† *Signum manus domini Rodulfi Macbabæi ſenioris civitatis Severinæ.*

† *Signum manus dominæ Emonæ Comitiſſæ filiæ Rogerii Comitis Calabriæ., & Siciliæ.*

† *Signum manus Rogerii Comitis Calabriæ.*

† *Signum manus domini Guillelmi Macbabæi.*

† *Signum manus Roberii Macbabæi.*

† *Signum manus domini Arnoldi ſenioris Gaanani.*

† *Signum manus Aſmundi ſenioris Ciſiliani.*

† *Signum manus Alaymi Striatigoti.*

Arnoldus vero poſt bene adminiſtratam Eccleſiam Acheruntinam annis plurimis mortuus eſt poſt annum 1105. ſed narrat Chronicon Lupi Prothoſpotæ à Caracciolo editum, Arnoldum exceſſiſſe an. 1101. in hæc verba, *hoc eodem anno 1101. obiit Arnoldus Archiepiſcopus Acheruntinus*. Salernitanus verò purus codex iſta verba non habet, quæ certè addita videntur, & adulteratus codex, com ſupra relatum documentum Rodulphi Machabæi rotundè ſcribat Arnoldum in vivis fuiſſe an. 1105. cum Rodulphus eam donationem ex conſenſu Arnoldi Acheruntini Archiepiſcopi fecit.

XXX 3 PETRUS poſt Arnoldom electus eſt Acheruntinus Archiepiſcopus, cujus electio rejicitur in aonum 1102. à Chronico illo Prothoſpotæ; *Anno*, inquit, 1102. *Indictione decima, menſe Novembris obiit Stephanus Abbas Materienſis, & Simoa Abbas ſucceſſit ei, & menſe Maji electus eſt Petrus Acheruntinus Archiepiſcopus.* Sed aſſertio iſta falſa eſt, & addita ab eo ipſo qui codicem Prothoſpotæ adulteravit. Poſt annum igitur 1105. Petrus evaſit Archiepiſcopus Acheruntinus defuncto Arnoldo. Hic anno 1106. pro ſe tuiſque ſucceſſoribus a Paſchale II. privilegium obtinuit ſequentis tenoris ab exemplari exſcriptum.

*Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri noſtro Petro Acheruntino Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè promovendis in perpetuum.*

*Poteſtatem ligandi atque ſolvendi in cælis & in terra Beato Petro, ejuſque ſucceſſoribus authore Deo principaliter traditam illis Eccleſiæ verbis agnoſcitur, quibus Petrum eſt Dominus allocutus; Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis, ipſi quoque firmitas propriæ, & alienæ fidei confirmatio eodem Deo Auctore prædicatur, cum ad eum dicitur; Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Oportet ergo nos, qui licet indigni, Petri videmur reſidere in loco, prava corrigere, recta firmare, & in omni Eccleſia, ad interim arbitrium judicis, ſic diſponenda diſponere, ut de vultu ejus judicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem. Fraternitatis igitur tuæ juſtis petitionibus annuentes, ſanctam Acheruntinam Eccleſiam præſentis Decreti auctoritate munimus, tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmantes quæcumque Metropolitano jure præteritis temporibus pertinuiſſe noſcuntur, videlicet Venuſinum, Gravinam, Tricaricum, Tarſum, Potentiam, ut tu, tuique legitimi ſucceſſores poteſtatem habeatis canonicè & decretabiliter in eis Epiſcopos ordinandi ac conſecrandi, ſalva in omnibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritate. Ad hæc ſtatuentes decernimus ut quæcunque oppida, villæ, vel Eccleſiæ parochiales jure ab eadem Eccleſia Acheruntina poſſidentur, quæcunque bona in præſentiarum juſtè poſſidet, ſive in futurum juſtè ac canonicè poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, acillibata permaneant: iis nimirum exceptis, quæ Sedis Apoſtolicæ privilegiis ſpecialibus muniuntur. Pallium præterea fraternitati tuæ, plenitudinem videlicet pontificalis officii ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate concedimus, quod te in Eccleſia tantum ad Miſſarum ſolemnia ſubſcriptis diebus noveris induendum, ideſt Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Hypapantes, in tribus ſolemnitatibus Beatæ Mariæ, Cœnæ Domini, Sabbati ſancti: Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ; feſtivitatis Apoſtolorum omnium, Michaelis Archangeli, Commemorationis omnium Sanctorum, & eorum Martyrum, vel Confeſſorum, qui in Acheruntina Eccleſia requieſcunt, in conſecratione Eccleſiarum, Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, cujuſmodi nimirum volumus te per omnia genium vindicare; hujus ſiquidem indumentum, honor, humilitas, atque juſtitia eſt. Tota ergo mente fraternitas tua ſe exhibere feſtinet, in proſperis humilem, & in adverſis (ſi quanda eveniunt) cum juſtitia erectum, amicum bonis, perverſis contrarium; nullius unquam faciem contra veritatem reſpicias; nullius unquam faciem premas, miſericordiæ operibus junta virtutem juſtitiæ inſiſtas, & tamen inſiſtere etiam ſupra virtutem cupias, infirmis compatiaris, benevolentibus congaudeas, aliena damna propria reputes, de alienis gaudeas, tanquam de propriis exultes: in corrigendis vitiis piè ſævias, in fovendis virtutibus auditorum animas demulceas: in ira judicium ſine ira teneas: in tranquillitate autem ſeveritatis juſtè cenſuram non deſeras. Hæc eſt (frater chariſſime) Pallii accepti dignitas quam ſi ſollicitè ſervaveris, quod foris accepiſſe oſtenderis intus habebis. Fraternitatem tuam ſuperna miſeratio per tempora multa incolumem conſervare dignetur. Amen, Amen, Amen.*

*Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Datum Albani per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis decimoſexto Kalen. Julii indictione decimaquarta Incarnationis Dominicæ 1106. Pontificatus autem Domini Paſchalis II. Papæ 8.*

Sed nec reticendom puto, quod idem Paſchalis antea, hoc eſt anno 1103. conceſſerat privilegium nobili monaſterio Bantino in Apulia, ac diœceſi Acheruntina, quod à Normannis extructum ſub ſpeciali cura Romanæ Eccleſiæ fuerat reſervatum ab Urbaoo II. ut Baronius narrat ad annum 1090. ubi Rogerii Ducis donationem exhibet & confirmat.

Paſchalis privilegii meminit idem Baronius, ſed non recitat, quod hic libet referre ab exemplari, cum in eo plura ſint digna ad diverſarum Eccleſiarum jura conſervanda.

*Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto in Chriſto filio Abbati cœnobii S. Mariæ, quod apud Bantium ſitum eſt, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum.*

*Cum univerſis ſanctæ Eccleſiæ filiis, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate, & benevolentia debitores exiſtamus, illis tamen locis atque perſonis, quæ ſpecialius ac familiarius Romanæ ſunt Eccleſiæ addictæ, quæque ampliori Religionis gratia eminent, propenſiores nos convenit eorum tanto ſtudio imminere, quia igitur Beatæ Mariæ cœnobium, cui Domini authoritate filii legitimi Præſides Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ hactenus jure proprio adhæſiſſe cognoſcuntur; Nos pro devotione ac reverentia ejuſdem Dei, Genitriciſque ſemper Virginis Mariæ ipſum ſub noſtræ manus protectione ſpecialiter confovemus atque dirigimus. Unde tibi, tuiſque ſucceſſoribus ad prædictæ domus regimen, auctoritatem concedimus, confirmamus ſiquidem vobis cœnobium ipſum, & omnia quæ ad illud pertinent monaſteria, ſive cellas cum ſuis pertinentiis videlicet Eccleſiam S. Salvatoris, cum aliis Eccleſiis de caſtello Bandusii: item Eccleſiam s. Nicolai, cum caſali ſuo, Eccleſiam s. Mariæ de Cacunigio, s. Mariæ de Sala, s. Mariæ de Servaritia cum caſali ſuo, Sancti Petri de Monachis, s. Michaelis de Monte Salvolo, cum Eccleſiis & pertinentiis ſuis. Eccleſiam s. Mariæ de Calapano, s. Petri in Genaano, cum caſali ſuo, Eccleſiam s. Vitalis in oppido Gentiani, ſancti Michaelis in loco Firminiano, cum villanis ſuis, Eccleſiam ſanctæ Anaſtaſiæ apud Acheruntiam cum*

*Eccleſiis ad eam pertinentibus, Eccleſiam ſanctorum Martyrum Gervaſii & Protaſii in Banduſino fonte apud Venuſiam, Eccleſiam ſanctæ Luciæ cum ſuis pertinentiis apud Melfiam, Eccleſiam s. Criſtophori cum hæreditatibus, & villanis à Duce Ruggerio vobis datis in territorio Montellarum, Eccleſiam s. Laurentii cum caſali ſuo in territorio Montis Milonis, Eccleſiam s. . . . . quæ dicitur de Veruſo, cum caſali ſuo, & Eccleſiam ſanctorum Quadraginta cum pertinentiis ſuis in territorio Caſtellinovi in Galliſaro, Eccleſiam s. Nicolai cum caſali & ſuis pertinentiis in territorio Julbæ; Eccleſiam ſancti Theodori cum ſuis pertinentiis, & in eodem caſtello Eccleſiam s. Angeli, & villanos, quos Rivardus filius Cuſtaini Motulenſis Eccleſiæ videlicet obtulit; in oppido Gravino, Eccleſiam s. Archangeli, & in ejus territorio Cellanrio ſancti Felicis cum caſali ſuo, ſuiſque pertinentiis. Item & s. Stephani cum caſali, & ſuis pertinentiis; apud Cannas, s. Jacobi, s. Nicolai ſuper Portu cum ſuis pertinentiis, s. Martini apud Ranum cum ſuis Eccleſiis, & pertinentiis, s. Trinitatis ſuper Portu ejuſdem cum ſuis pertinentiis; s. Joannis, s. Nicolai, & s. Simeonis apud Melfucam cum ſuis pertinentiis; Eccleſiam s. Mariæ apud Juvenitiam; Item s. Silveſtri, & s. Leonis, & s. Eugenii cum ſuis pertinentiis; apud Barum Eccleſiam s. Jacobi, & s. Nicolai cum ſuis pertinentiis: In Lippia s. Andreæ cum ſuis pertinentiis: in territorio Tarenti Eccleſiam s. Mariæ, & s. Joannis: in territorio ium Gentiani cum ſuis pertinentiis, s. Petri, & s. Matthæi; in territorio Caſtellaneti cum villanis, & ſuis pertinentiis; in territorio Genuſii ſuper flumen Blandani Eccleſiam s. Mariæ cum ſuis pertinentiis. In oppido Saraceno s. Mariæ, qua dicitur de Carratello cum aliis Eccleſiis & pertinentiis, & villanis ſuis. Propterea conſtituimus ut quæcumque hodie præfatum cœnobium juſtè poſſidet, quæque in futurum Pontificum conceſſione, Principum liberalitate, & oblatione fidelium juſtè atque canonicè poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; eorum quidem pro quorum ſuſtentatione, ac gubernatione conceſſa in uſibus omnimodis profutura, ſalvo tamen canonico Epiſcoporum jure, quod in eis habuiſſe noſcuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temerè perturbare, aut poſſeſſiones ad illud pertinentes invadere, vel invaſor retinere, minuere, auferre, vel ſuis uſibus applicare, vel temerariis vexationibus fatigare. Obeunte te ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quacumque ſubjectionis aſtutia præponatur niſi quem fratres ejuſdem Cœnobii communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris vulgariter cum Dei timore elegerint. Electus autem ad Romanum Pontificem conſecrandus accedat. Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſive Baſilicarum, ordinationes Clericorum, cellarum veſtrarum fratres à diœceſanis Epiſcopis accipiant, ſi quidem Catholici fuerint, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſi ea impendere gratis, & ſine pravitate voluerint, alias liceat fratribus à quocunque voluerint catholico Epiſcopo eandem conſecrationem, & ſacramenta percipere. Ad ordinandos vero clauſtri veſtri Monachos tibi tuiſq; ſucceſſoribus infra monaſterium ipſum advocare concedimus; qui ſi noſtra fultus authoritate conſentiat, ne vagandi foris Monachis occaſio permittatur. Super hæc etiam ſi infeſtatione aliqua prægravatus Romanam Sedem appellaveris, non liceat alicui Epiſcoporum, niſi ante Romanum Pontificem, vel ejus Legatum aliquam ſub occaſione Judicii violentiam tibi, aut ſucceſſoribus tuis inferre. Vos ergo filii dilectiſſimi oportet regularis diſciplinæ ſtudiis, ſollicitudinis ac devotionis inſudare, ut quanto à ſeculari tumultu liberiores eritis, tanto amplius placere Deo, totis mentis & animi viribus anheletis; ad judicium, ut perceptæ hujus à Romana Eccleſia libertatis annis ſingulis auri unciam Lateranenſi palatio perſolvatis. Si qua igitur in craſtinum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginã ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque divino Judicio ſe exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri JESU CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictũ Judicẽ præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.*

*Scriptum per manus Raynerii Scribæ Regionarii, & Notarii ſacri Palatii.*

*Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, &c.*
*Locus † ſigilli.*

*Datum Laterani per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Diaconi undecimo Kalend. Junii Indictione 11. Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo tertio, Pontificatus quoque Paſchalis Papæ anno 5.*

Memoratur Petrus in vita S. Gerardi Epiſcopi Potentini anno 1123. Eccleſiæ vero Acheruntinæ præfuit annis 40. obiitque circa ann. Dom. 1142.

4. DURANDUS Petro ſucceſſit anno 1142. ſedit ann. 9. XXXI

5 ROBERTUM Eugenius III. ad Acheruntinam evexit ſedem anno 1151. cui quæ olim à Paſchale II. inſerta fuerant Petro prædeceſſori ſuo, novo cuſo diplomate confirmavit, quod etiam hic referemus, tametſi iiſdem ferè fuerit conceptum verbis. XX XII.

*Eugenius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Roberto Acheruntino Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum.*

*In eminentis Sedis Apoſtolicæ ſpecula, diſponente Domino conſtituti, fratres noſtros Epiſcopos, tam vicinos, quam longè poſitos, debemus diligere, & Eccleſiis, in quibus Domino militare noſcuntur, ſuam juſtitiam obſervare. Eapropter venerab. fr. in Chriſto Roberte Archiepiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſoris noſtri fel. mem. Paſchalis veſtigiis inhærentes, ſanctam Acheruntinam Eccleſiam præſentis decreti auctoritate munimus, Tibi, tuiſque ſucceſſoribus, confirmamus quæcunque ad ipſam Metropolitano Jure, præteritis temporibus pertinuiſſe noſcuntur, videlicet Venuſium, Gravenam, Tricaricum, Turſum, Potentiam, ut tu, tuique legitimi ſucceſſores poteſtatem habeatis, canonicè, ac decretaliter in eis Epiſcopos ordinandi, ac conſecrandi, ſalva in omnibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritate. Ad hæc ſtatuentes, decrevimus, ut quæcunque oppida, villæ, vel Eccleſiæ Parochiales jure ab eadem Acheruntina Eccleſia poſſidentur, quæcunque bona in præſentiarum juſtè poſſidet, ſive in futurum juſtè, atque canonicè poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant: iis nimirum exceptis, quæ Sedis Apoſtolicæ ſpecialibus privilegiis muniuntur. Pallium præterea fraternitati tuæ, plenitudinem videlicet Pontificalis officii ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate concedimus, quod te intus Eccleſiam tantum ad Miſſarum ſolemnia, ſubſcriptis diebus, noveris induendum, idiſt Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Hypapanthes, tribus ſolemnitatibus Beatæ Mariæ, Cœnæ Domini, Sabbato ſancto, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Nativitatis ſancti Joanis Baptiſtæ, feſtivitatibus Apoſtolorum omnium, Michaelis Archangeli, Commemoratione omnium Sanctorum, etiam eorum Martyrum vel Confeſſorum, qui in Acheruntina Eccleſia requiſcunt: In conſecratione Eccleſiarum, Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum. Cujus nimirum pallii volumus, & per omnia genium vendicare: hujus ſiquidem indumenti honor, humilitas, atque juſtitia eſt. Tota ergo mente fraternitas tua ſe exhibere feſtinet in proſperis humilem, & in adverſis (ſi quando eveniunt) cum juſtitia erectum, amicum bonis, perverſis contrarium; nullius unquam faciem contra charitatem recipiens; nullius unquam faciem pro veritate loquentis premens; miſericordiæ operi-*

bur

A *bus, juxta virtatem ſubſtantiæ inſiſtens, & tamen inſiſtere etiam ſupra virtutem cupiens, infirmis compatiens, benevalentibus congaudens, alienn damna propria deputans, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans; in corrigendis vitiis, piè ſæviens, in fovendis virtutibus auditoram animum demulcens; in ira judicium ſine ira tenens, in tranquillitate autem ſeveritatis juſtæ cenſaram non deſerens. Hæc eſt, frater chariſſime, Pallii accepti dignitas, quam ſi ſollicitè ſervaveris, quod foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis.*

*Decernimus itaque ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, ubilibet omninò profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi* B *non ſatisfactione congrua reatum ſuum correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate, cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.*

*Datum Ferentini per manum Martini ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſcriptoris, Kalend. Aprilis; Ind. 14. Incarnationis Dominicæ 1151. Pontif. verò Domini Eugenii Papæ III. anno 7.*

Præfuit Robertus annos 26. defunctuſque eſt circa annum ſalutis 1178.

XXXIII. 6. RICHARDUS per Alexandrum III. ad hanc Acheruntinam dignitatem traductus an. 1178 privilegioque munitus, in quo tranſitiſæ dignitatis C Acheruntini Archiepiſcopatus eidem & ſucceſſoribus fit mentio, nulla verò Materæ. Hoc diploma cum ſit iiſdem verbis conceptum cum ſuperiore Eugenii, hæc tantum annotabimus, incipit enim; *Alexander Epiſcopus ſervus, &c. Venerabili Fratri Ricardo Acheruntino Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, &c. In eminentis Sedis Apoſtolicæ, &c.* uſque *annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum fel. record. Paſchalis & Eugenii, Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes ſanctam Acheruntinam Eccleſiam præſentis decreti auctoritate munimus, tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus, quæcunque ad ipſam, Metropolitano jure præteritis temporibus pertinuiſſe dignoſcitur, videlicet Venuſinum, Gravinam, Tricaricam, Turſum, Potentiam, ut ea tuique legitimi ſucceſſores poteſtatem habeatis canonicè ac decretaliter, in eis Epiſcopos ordinandi, & conſecrandi ſalva in omnibus S. R. E. auctoritate. Ad hæc ſtatuentes, &c.* uſque *præmia æternæ pacis* D *inveniant. Amen, Amen, Amen.*

*Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Ubaldus Oſtienſis Epiſcopus.*
† *Ego Theodinus Portuenſis & S. Rufinæ Epiſcopus.*
† *Ego Matthæus Presb. Card. tit. s. Marcelli.*
† *Ego Gratianus Diac. Car. Ss. Coſmę & Damiani.*
† *Ego Matthæus S. Marię Novę Diac. Card.*

*Datum Signię, per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii, ſeptimo Idus Septembris, Indict. 11. Incarnationis Dominicæ anno 1179. Pont. vero Dom. Alexandri Papę III. anno 20.*

Hoc eodem anno 1179. celebratum eſt Lateranenſe Concilium ſub eodem Alexandro Pontifice, à quo Richardus abfuit, interfuerunt tamen ejus ſuffraganei, Petrus videlicet Venuſinus, Joannes Potentinus, Robertus Gravinenſis, & Roboam Anglonenſis Epiſcopi. Meminit Richardi Innocentius III. ep. Decr. lib. 2. de infeudatione Eccle-

A ſiæ S. Mariæ de Matera, quæ ad menſam Acheruntinæ Eccleſiæ pertinebat, quam Richardus, illicitè feudaverat, de qua re infra in Raynaldo. Exceſſit Richardus anno Domini 1184. cum ſediſſet ann. 6. menſ. 9. dies 9.

7. PETRUS ad hanc dignitatem vocatus eſt anno 1184. præfuit ann. decem. XXXIV.

8 PETRUS Petro ſucceſſit Cœleſtino III. Pontifice, electus eſt anno 1194. Is cum Romæ eſſet anno 1196. interfuit dedicationi Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina ſolemni ritu à Cœleſtino habita, cujus meminit marmorea inſcriptio ibidem conſervata. Sedit Petrus in Acheruntina Eccleſia plus minus annis tribus, quem felicis recordationis vocat Innocentius III. in epiſtola ad Raynaldum ſucceſſorem. XXXV.



9. RAYNALDUS longo tempore in Romana Curia nutritus, & fortaſſis Romanus patria, egregii animi vir, literatura & rerum experientia clarus, potens in opere, & ſermone, præcipuaque gratia apud Innocentium III. pollens, ex Procancellario ac Notario Romanæ Eccleſiæ electus eſt C Acheruntinus Archiepiſcopus, & conſecratus ab eodem Pontifice menſe Martio ann. 1198. Hunc in ſolatium Acheruntinæ Eccleſiæ tunc temporis penè deſolatæ, Innocentius dedit Archipræſulem, illumque ſuffraganeis Acheruntinis commendavit, epiſtola illa quæ cum aliis ejuſdem Pontificis excuſa eſt libr. 2. Decret. in eaque ruinas ac deſolationem deplorat: Epiſtola digna viſa eſt, quæ hic iterum typis mandetur, excerpta ex ipſo Vatic. Reg. XXXVI.

*Suffraganeis Acheruntinę Eccleſiæ, &c.*

*Quantum honoris & gratię vobis conſecratione venerabilis fr. noſtri R. Acheruntini Archiepiſcopi, & in conceſſione Pallii facta eidem, duxerimus exhibendum, veſtra (ſicut credimus) fraternitas ſatis intelligit per ſeipſam. Non enim in hoc vel utilitatem noſtram, vel ipſius Archiepiſcopi commodum, ſed neceſſitatem Eccleſiæ veſtræ duximus potius attendendam, cùm non modicum, obſequiis noſtris ex ejus abſentia, ſi ad vos acceſſerit, ſubtrahatur: & ipſe licet promotus videatur in ordinem, in eo tamen* D *intelligitur minoratus, quod à latere matris, circa quam longo tempore laudabiliter deſervivit, ad filiæ transfertur amplexus: in qua, & ſi ſollicitudinem exercere debeat paſtoralem, non tamen minus ei oneris ex hoc proveniet, quam honoris. Intelligentes autem neceſſitatem Eccleſiæ Acheruntinæ, quæ communi cum vicinis Eccl. gravatur excidio, & bonæ memoriæ N. quondam Archiepiſcopi Acheruntini exitium ſola deplorat, redacta in ſolitudinem, & diminutionem converſa: quæ prius commiſſos ſibi populos tam verbo, quam exemplo muniebat pariter, & monebat, inter ejuſdem regionis Eccleſias inclyta quodammodo, & præcellens, cum non inveniſſet conſolatorem ex omnibus charis ſuis dictum Archiepiſcopum probatum vita, litteratura politum, honeſtate præclarum, potentem in opere, & ſermone regimini ejus duximus deputandum: ſubtrahentes non modicum commoditatibus noſtris, ut ipſius Eccleſiæ poſſimus neceſſitatibus ſubvenire: ac ſperantes quod*

*per ſalubrem doctrinam ipſius ſic in ſpiritualibus proficiat inſtitutis, quod in temporalibus etiam per accuratam ejus ſollicitudinem convaleſcat. Gratis igitur, & humiliter factam vobis gratiam attendentes, ne videamini exhibitæ vobis benignitatis ingrati, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ad eum ſicut patrem, & paſtorem veſtrum pium geratis devotionis reſpectum: & licet propter inclementiam aeris & tempus impacatum obſequiis noſtris detentus, nondum ad gerendam ejuſdem Eccleſiæ ſollicitudinem, & difficultatem itineris, & viarum diſcrimina fuerit ſubire permiſſus, nihilominus tamen procuratorem, & officiales ipſius ſicut ipſum recipere, ac univerſis juſtitiis ejus ipſis curetis plenarie reſpondere: quoniam auctore Domino, vos in proximo viſitabit. Sicut enim gratum habebimus, ſi ei curaveritis in omnibus humiliter, & devotè deferre, ſic non poterimus æquanimiter ſuſtinere, ſi inobedientes ei fueritis, & rebelles. Datum ut ſupra.*

Quanta vero fuerit Raynaldi virtus, & apud Innocentium exiſtimatio, docet ejuſdem epiſtola ad Capitulum Anglonenſe eodem die ſcripta, qua commendat eundem, ut illum reverenter excipiant, atque benignè tractent. *Quantum honoris, &c.* uſque ad verbum *convaleſcant, &c Cum igitur ipſum non ſolum in his, in quibus ejus honoravimus deceſſorem, verum etiam in majoribus diſpoſuerimus honorare, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus præter id, quod ei tanquam Metropolitano veſtro reverentiam teneamini debitam exhibere, de univerſis juſtitiis Epiſcopalibus plene reſpondere curetis, donec de proviſione Eccleſiæ veſtræ aliud ſtatuamus. Procuratorem etiam, & officiales ipſius ſicut ipſum recipere, ac de univerſa juſtitia ejus, ipſis curetis plenius reſpondere. Scituri quod non poſſemus in patientia ſuſtinere, ſi mandatis noſtris præſumeretis contumaciter refragari. Noveritis etiam, venerabilibus fratribus noſtris Cuperſanen. & Gravinen. Epiſcopis dediſſe firmiter in mandatis, ut perſonaliter ad veſtram Eccleſiam accedentes, & litteras noſtras vobis aſſignent, & vos ad id monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellant. Ita quod ſi ambo, &c. alter eorum, &c. Datum ut ſupra.*

Aliam ſcripſit Innocentius epiſtolam ad Raynaldum, ſignificans eidem Eccleſiam ſancti Petri de Matera ad menſam Archiepiſcopi Acheruntini per anteceſſores ſuos illicitè infeudatam, eidem menſæ per ſententiam latam reſtitutam eſſe, ex qua dilucidè videtur, Materam tunc temporis, Acheruntino Archipræſuli obnoxia eidem fuiſſe: epiſtola extat in lib. 2. Decret. epiſt. Innocentii, & in Regeſt. Vatic. num. 158. fol. 181. ann. 2. à quo illam exſcripſimus.

*Acheruntino Archiepiſcopo, &c. Ad audientiam apoſtolatus noſtri pervenit, quod cum Eccleſia ſancti Petri de Matera, quæ ad menſam dignoſcitur Acheruntinæ Eccleſiæ pertinere, à bon. mem. R. & P. Acheruntinæ Eccleſiæ Archiepiſcopis, fuiſſet quibuſdam minus licite infeudata, fel. record P. ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſc. ad venerab fratrem noſtrum Potentin. Epiſcopum ſuper hoc commiſſionis litteras à Sede Apoſt. impetravit, qui perſonaliter ad locum accedens, Eccleſ. ipſam menſæ Acheruntinæ reſtitui ſententialiter judicavit. Nos igitur ſententiam, ipſa ſicut rationabiliter lata eſt, nec legitima appellatione ſuſpenſa, ratam habentes, & firmam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pagina communimus. Nulli ergo, &c. Datum Laterani 6. Idib. Aug.* Eodem die ad eundem de decimis Eccleſiæ perſolvendis ſcripſit Innocentius aliam epiſtolam, quæ extat in eodem Decr. lib. ex Reg. ejuſdem. Hæc pauca de Raynaldo optimo Acheruntino Archiepiſcopo habentur, cum vix Archiepiſcopali infula decoratus, elatus eſt ad ſepulchrum, & in ipſa D. Canionis Eccleſia Cathedrali tumulatus an. 1200.

10. ANDREAS proximè ſucceſſit Raynaldo, ex Acheruntino Archidiacono delectus Archiepiſcopus anno 1200. à Capitulo Acheruntino, & ab XXXVII.
Innocentio confirmatus, ac privilegio munitus, quod hìc integrnm damus, tametſi fere iiſdem verbis fuerit conceptum, ut videant lectores, quo ordine, qua ſucceſſione Acheruntinæ Eccleſiæ per temporum ſeriem aſſerta ſint à Summis Pontificibus privilegia, & aſſignati Epiſcopi ſuffraganei, in quibus de Epiſcopatu Materano, gratis ab aliquibus ante Innocentium aſſerto; neque de unione Materanæ Eccleſiæ cum Acheruntina ulla extet mentio. En diploma ab exemplari ſcriptum.

*Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Andreæ Acheruntino Archiepiſcopo ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.*

*Fratres & Coepiſcopos noſtros tam vicinos, quam longe poſitos ex injuncto nobis Apoſtolatus officio ſincero caritatis affectu debemus diligere, & Eccleſiis, in quibus Domino militare noſcuntur, ſuam dignitatem & juſtitiam conſervare; Eapropter venerab. in Chriſto frater Archiepiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Acheruntinam Eccleſiam cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, præſentis Decreti auctoritate munimus, tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmantes quæcunque ad ipſam Metropolitano jure pertinere noſcuntur, videlicet Venuſium, Gravinum, Tricaricum, Potentiam, Turſum. Ut tu, tuique legitimi ſucceſſores poteſtatem habeatis canonicè, ac decretaliter, ſicut eorum Archiepiſcopus in eis Epiſcopos confirmandi ac conſecrandi: præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum rationabiliter poſſidet; aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam S. Angeli de Oblano, cum omnibus pertinentiis ſuis; in omnibus inſuper oppidis, villis, monaſteriis, & Eccleſiis quæ infra fines Parochiæ tuæ conſiſtunt, tibi, & per te Acheruntinæ Eccleſiæ jus Epiſcopale ſancimus habendum, his nimirum exceptis quæ ad Eccleſiam Romanam ſpiritualiter pertinere noſcuntur. Uſum quoque Palii Pontificalis, ſcilicet officii plenitudinem tibi de Sedis Apoſtolicæ dignitate concedimus, ſicut tuis prædeceſſoribus à noſtris noſcitur anteceſſoribus fuiſſe conceſſus, ut videlicet ipſo utaris in feſtivis diebus, & temporibus, aliiſque quæ in privilegiis tuæ Eccleſiæ continentur. Admonemus igitur ut ita te circa ſubjectos debeas exhibere placabilem, ut rectitudinem tuam diligere provocentur potius quam timere, quorum ſi culpa forte popoſcerit, ita exceſſus emendare procures, ut paternum affectum de animo nullo modo relinquas: eſto in cuſtodia commiſſi gregis, vigilaque ſollicitus diſciplinæ zelo diſtrictus, ut lupus inſidians nec ovile turbare Dominicum, nec ovibus aliqua fraudis occaſione prævaleat. In lingua tua vitam eſſe aliam plebs commiſſa cognoſcat: ſit illis fraternitatis tuæ doctrinæ gratus cohortationis ſtimulus, & vita imitationis exemplum. Quid enim diligere & timere debeant caritatis tuæ ſermo prædicationis aperiat, fructum efficacia tua æternæ hujuſmodi retributionis acquirat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam Acheruntinam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia illibata atque integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt omnibus omnimodis profutura, ſalva nimirum in omnibus Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire forte temptaverit ſecundo tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo cor-*

*pore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.*

*Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*

† *Ego Octavianus Oſtienſis & Vellitrenſis Epiſcopus.*

† *Ego Joannes Albanen. Epiſcopus.*

† *Ego Petrus tituli ſanctæ Cæciliæ Presbyter Cardinalis.*

† *Ego Jordanus ſanctæ Pudentianæ tituli Paſtoris Presbyter Cardinalis.*

† *Ego Guido Presbyter Cardinalis ſanctæ Mariæ Transtyberim tituli Calixti.*

† *Ego Hugo Presbyter Cardinalis ſancti Martini tituli Equitii.*

† *Ego Gofredus tituli ſanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis.*

† *Ego Joannes tituli ſanctæ Priſcæ Presbyter Cardinalis.*

† *Ego Petrus tituli ſancti Marcelli Presbyter Cardinalis.*

† *Ego Gregorius ſanctorum Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis.*

† *Ego Gerardus ſancti Adriani Diaconus Cardinalis.*

† *Ego Gregorius ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis.*

† *Ego Gregorius ſancti Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis.*

† *Ego Gregorius ſancti Angeli Diaconus Cardinalis.*

† *Ego Hugo ſancti Euſtachii Diaconus Cardinalis.*

† *Ego Joannes ſanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis.*

*Datum Anagniæ per manum Blaſii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii quarta Idus Decembris, Indictione quinta, Incarnationis Dominicæ anno milleſimo ducenteſimo primo, Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ III. anno quarto.*

Anno deinde 1203. vel ex Andreæ inſinuatione, vel potius urgente neceſſitate, & utilitate Acheruntinæ Eccleſiæ tunc temporis penè deſolatæ, Innocentium Cathedralem apud Materam de novo, erexiſſe, ac priori Acheruntinæ Cathedrali, cum Pallii uſu univiſſe docet ſemel bene relatum diploma, à Vaticano Regeſto exſcriptum fol. 58. nu. 73. anni ſexti, Pontificatus Innocentii, quod iterum hic tanquam neceſſarium duximus recitandum.

*Andreæ Archiepiſcopo Acheruntino, ejuſque ſucceſſoribus canonice inſtituendis in perpetuum.*

*Fratres & Coepiſcopos noſtros, &c. Ad hæc propter evidentem utilitatem, & neceſſitatem urgentem, de communi fratrum noſtrorum conſilio, Cathedralem Eccleſiam apud Materam, ſic duximus ſtatuendam, ut ea priori Cathedræ uniatur, uſumque Pallii, &c. Datum Præneſte per manum Joannis, &c. nonis Maii an. 6.*

Vel ex hoc diplomate arguuntur, qui Materanam Eccleſiam jam diu Epiſcopalem Sedem in Metropolitanam erectam, & unitam priori Acheruntinæ exiſtimarunt, deluſi, ni me deludo, ex eo quod ſcripſerit Innocentius in diplomate, *Cathedralem Eccleſiam apud Materam ſic duximus ſtatuendam, ut priori Cathedræ uniatur, uſumque Pallii, &c.* Sed hic nihil aliud eſt, nec aliud intelligi poteſt, quam quod diœceſana lege Matera, Acheruntinæ priori Cathedrali ſubjecta fuerit, eique tunc primo unita, & uſu Pallii in ea etiam ſtatutis diebus condecorandus Archiepiſcopus, qui tunc forte in Matera tanquam commodiori in loco Sedem fixerat, hinc factum eſt, & uſu evenit, ut Archipræſul Acheruntinus, etiam & Materanus

A dictus ſit, ut in quodam inſtrumento factum inveni ab Andrea, qui Acheruntinum & Materanum ſe ſubſcripſit, & poſt ipſum plures alii, quod ante annum 1203. non habemus. Andream vero poſt hæc de ſui Capituli aſſenſu confirmaſſe omnia jura, ac privilegia à ſuis anteceſſoribus Montis Caveoſi Acheruntinæ Diœceſis Benedictini Ordinis Cœnobio aſſerta lego in carthulario olim Romanæ Rotæ exhibito, dum Acheruntinos inter & Materanos de Diœceſi lis æſtuaret.

*Andreas, &c. Acheruntinæ Eccleſiæ Miniſter humilis, &c. Dilecto, &c. Abb. S. Michaelis de Monte Caveoſo, &c. ſucceſſoribus, &c.*

*Juſtis petentium, &c. Attendentes devotionem, &c. quæ monaſterium, &c. de Monte Caveoſo, nobis & Eccleſiæ noſtræ, &c. exhibuit, &c. eumexhibuit, &c. ſupplicantes, ut &c. quas præfatum monaſterium ſuum hactenus in Ache. diœc. tenuit, &c. Paterna, &c. dignaremur confirmare, &c. Sicut au-*
B *thentico, &c. Arnoldi Archiepiſc. Acher. &c. Prædeceſſoris, &c. Proſpeximus contineri, &c. Tandem tuas, & fratrum, &c. Petitiones admittentes, &c. De communi fratrum noſtrorum conſilio, &c. Præfato monaſterio, &c. Concedimus, &c. In quibus propriis duximus exprimenda vocabulis, &c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Monte Caveoſo, &c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Pomario, &c. Eccleſiæ ſancti Nicolai de Oggiano, &c. ut autem hæc noſtra, &c. fieri fecimus, &c. noſtra, &c. Noſtrorumque Canonicorum ſubſcriptione & ſigilli munimine roboratum, &c. Actum &c. Anno 1220.*

*Ego Andreas Archiepiſcopus Acheruntinus.*

*Ego Damianus Archid. Ache.*

*Ego Joannes &c. Acher. Canonicus, &c.*

Sequuntur deinde cæteri Can. Acher. ſubſcripti.

Inter cætera verò memoriæ recolenda, quæ Andrea Acheruntinorum, Materanorumque Archiepiſcopatum gerente contigere, monaſterii S. Mariæ de Nova Monialium pœnitentium de Accona
C Auguſtinianæ Congregationis extitit exordium, quod in Materam civitatem inſignem congeſſit honorem. Etenim, cum pœnitentium Moniales S. Mariæ omniumque Sanctorum in civitate Acconenſi vitam degerent propemodum angelicam, odor ſanctitatis uſque ad Apuliæ partes flagravit, adeoque cives Materienſes excitavit, ut ex eis aliquot expeterent ad novum exædificandum apud ipſos monaſterium. Opus ſanctum ſummoperè adjuvit Andreas, Eccleſiam namque S. Mariæ Novæ prope mœnia civitatis contulit, ubi condiderunt Cœnobium, eiſdemque dono dedit Eccleſiam S. Mariæ de Bolveolo, cum juribus & pertinentiis ſuis anno 1229. ſcripto documento, cujus initium *Andreas dignatione divina Acheruntinæ, & Materanæ Eccleſiæ humilis Miniſter, &c.* In fine ita ſe ſubſcripſit: *Ego Andreas Acheruntinus, & Materanus Archiepiſcopus.* Autographum documenti non vidi, nec authenticum exemplar; hæc tamen mihi per ſuas litteras inſinuavit egregius ſenex I. U. D.
D D. Franciſcus de Blaſiis Materanæ Eccleſiæ Archipresbyter, qui etiam humaniter tranſmiſit tria Bullarum Gregorii IX. ſimplicia exemplaria, quorum prima anno 1231. ſcripta confirmantur ea omnia, quæ Andreas iiſdem Sanctimonialibus in Matera, ejuſque diſtrictu donaverat tenoris ſequentis.

*Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus, Prioriſſæ & Conventui monialium S. Mariæ, & omnium Sanctorum Acconen ſal. & Apoſt. benedict.*

*Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, Dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, perſonas veſtras, & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futu-*

rum,

*rum, juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus; ſpecialiter autem S. Mariæ de Bagnola, & S. Mariæ Novæ, Eccleſias in tenimento Materæ ſitas, cum terris, domibus, vineis, nemoribus, hortis, pratis, poſſeſſionibus, & aliis pertinentiis ſuis, quas venerab. fr. noſter Andreas Acheruntinus, & Materanus Archiepiſcopus, Capituli ſui accedente conſenſu, vobis, ut dicetur, pia & provida liberalitate conceſſit, ſicut eas juſtè, & pacificè poſſidetis, vobis & per vos, monaſterio veſtro, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum, &c. Si quis autem, &c. Indignationem omnipotentis Dei &c. Datum Anagniæ, tertio Idus Aug. Pontificatus noſtri anno ſexto.*

Secunda, quæ omnibus Apuliæ Epiſcopis dirigitur in earundem Sanctimonialium commendationem ita exſcripta eſt anno 1238.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Apuliam conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Scientibus vobis, quod, qui divini obtentu Numinis habentur affabiles Congregationi Pauperum, merentur præmia ſupernorum, tantoque plenius colenda ſunt opera charitatis, quanto ſuſcepti cura officii, vos ad hæc promptiores ſollicitat inveniri. Dignam igitur univerſitatem veſtram rogandam duximus monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus dilectas in Chriſto filias, Prioriſſam, & Sorores, pœnitentes incluſas Ordinis ſancti Auguſtini, in Apuliæ partibus conſtitutas. Quas tanta penuria gravare proponitur, ut eas ſine alienæ ſuſtentationis impendio poſſe ſubſiſtere non credatur. Pro reverentia glorioſæ Virginis fovendo ſubſidiis opportunis, fideles ad veſtræ prædicationis audientiam, accedentes, piis monitis, ſecundum datam vobis à Deo prudentiam, inducatis, ut Sorores eaſdem, retributionis obtentu perpetuæ, ſtudeant ſubventionis opportunæ gratiam confovere, ſicque fiat, quod eis veſtro ſuffragio facultate conſequentibus, in timore Domini laudabiliter perſiſtendi, tam vobis, quam benefactoribus earundem, ſolatia ſuperna percipere, de divina proveniat pietate, &c.*

*Datum Laterani 6. Id. Januar. Pontif. noſtri ann. 11.*

Tertium Gregorii diploma datum videtur eodem anno, vel ſuperiori, ex Cardinalium ſubſcriptionibus; ſcriptum verò ad Priociſsam, & Sanctimonialium Cœnobii Acconenſis Præſidem cæterarum hujuſce Congregationis Auguſtinianæ Monaſteriorum, quod cum ſit ſatis conſpicuum, libet hic exſcribere ex triplici copiali, tametſi ex injuria temporum exeſus ſit ar nus, dieſque, quibus datum fuit à Gregorio.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus M. Prioriſſæ Sanctæ Mariæ, & omnium Sanctorum in Acconen. ejuſque Sororibus incluſis; tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum.*

*Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ Religionis enervet. Ea propter Dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum in Accon, in qua eſtis divino Officio mancipatæ, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Dominicus, qui ſecundum Deum, & Beati Auguſtini Regulam, in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & eis, quę vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, à chariſſima in Chriſto filia noſtra, A. Illuſtri Regina Cypri, pia vobis liberalitate collatum, in quo Eccleſiam ad honorem ſanctę Mariæ Ægyptiacæ, bon. mem. Paphen. Epiſcopi, & Capituli ſui accedente conſenſu, conſtruere incæpiſtis: ſancti Nicolai in Nicoſia, ſanctæ Mariæ Novæ in fovealibus Materæ, ſanctæ Marię Balneolis, in Campeſtribus, inter Gravinam, & Materam: & S. Trinitatis in Burgundia Eccleſiis cum omnibus juribus & pertinentiis earundem, in quibus veſtri Ordinis Conventus exiſtunt: monaſterium quoque ſanctę Marię trium umbrarum, ſitum in Epiſcopatu Lidden. prope civitatem Ramathen. cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, in quo veſtri Ordinis debet eſſe Conventus: villas & caſalia, cum domibus, curtibus, terris cultis, & incultis, planis, & montanis, vineis, hortis, jardinis, cenſibus, redditibus, villanis, capitagiis, angariis, libertatibus, immunitatibus, aquis, puteis, ciſternis, lacubus, rivis, nemoribus, conſuetudinibus approbatis, & omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. Domum, quam habetis in ſuburbiis Joppen. prope portam, qua itur ad Hieruſalem, domum quam habetis in civitate Nicoſien. ex dono nobilis viri Baltani, Domini Sidonien domos & curtes ſitas in civitate Sidonien. apud Accon, ex dono quondam Garnerii Alamannii, annuum redditum viginti modiorum frumenti. Domos, quas habetis in civitate Tripolitan. ex dono præfatæ Reginæ Cypri, de aſſenſu chariſſimi in Chriſto filii noſtri Illuſtris Regis Cypri, nati ſui. Annuum redditum quadraginta duorum modiorum frumenti, vini quoque metretarum ducentarum ſexaginta ſex: caſei rotarum ducentarum ſexaginta ſex, leguminum modiorum octoginta minus quatuor: riſi modiorum decem & novem: olei rotarum centum minus quinque. Zuccari rotarum triginta octo. Candelarum rotarum duodecim: ſaponis rotarum quinquaginta duarum: lignorum ſalmarum ducentarum & octo. Biſanciorum alborum, mille & nonaginta duorum, percipien. in redditibus civitatis Paphen. & territorio ejus, prout in litteris ipſius Regis, inde confectis plenius dicitur contineri. In territorio Materæ, ex dono quondam Thomaſii dicti Malabucchi, & Accibardi nepotis ſui, terras ſitas apud Montem aratorii, & ad patraria ſanctæ Eugeniæ. In civitate Gravinæ cryptas duas, cum duabus partibus unius ciſternæ, quæ eſt ante dictas cryptas, & cum duabus partibus unius horti ſiti ſuper ipſis cryptis, & cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, quas habetis ex oblatione Alamannæ ſororis veſtræ. Et alias poſſeſſiones veſtras, cum pratis, vineis, hortis, terris, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis, in boſco, & plano, in aquis & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sanè Novalium veſtrorum, quæ propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas, è ſæculo fugientes, ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum, poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem, fas ſit, abſque Prioriſſæ ſuæ licentia, niſi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco diſcedere: diſcedente verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina Officia celebrare, dummodò cauſam non dederitis interdicto. Chriſma vero, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, bene-*

*di-*

A *dictiones Corporalium, & ordinationes Clericorum veſtrorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem ſacroſanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochiæ veſtræ, nullus ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi, & veſtro, Cappellam, ſeu Oratorium denuo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc, novas, & indebitas exactiones, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis ſecularibuſque perſonis vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci, liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut publici uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea, & poſſeſſiones, ad jus* B *Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorundem, & ad Eccleſias, ad quas pertinent revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte verò te, nunc ejuſdem loci Prioriſſa, vel aliqua earum, quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia, præponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu, vel ipſarum major pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & beati Auguſtini Regulam, providerint eligendam. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ, paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu granciarum veſtrarum, nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem opponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu moleſtiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, Eccleſiæ veſtræ conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum, à Re-* C *gibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultis, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur earum, pro quarum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ authoritate, ac Diœceſanorum Epiſcoporum juſta parte. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum, congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino Judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco, ſua* D *jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.*

*Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
*Ego Jacobus Tuſculanus Epiſcopus.*
*Ego Romanus Portuen. & ſanctæ Rufinæ Epiſc.*
*Ego Raynaldus Oſtien. & Velletren. Epiſcopus.*
*Ego Fr. Jacobus Præneſtin. Epiſcopus.*
*Ego Thomas tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis.*
*Ego Joannes tit. ſanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis.*
*Ego Gaifridus tit. s. Marci Presb Card.*
*Ego Sinibaldus tit. s. Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis.*
*Ego Stephanus s. Mariæ Tranſtyberim tit. s. Calixti presb. Card.*
*Ego Raynerius s. Mariæ in Coſmedin, Diac. Card.*
*Ego Ægidius Ss. Coſmæ, & Damiani, Diac. Card.*

Crevit hocce Cœnobium S. Mariæ de Nova opibus & religione conſpicuum, quod cum bellorum injuria, quæ ex factioſorum Regum per multos annos Regnum in partes diſſecuerant, aliquando intra mœnia ſe recipere Moniales impuliſſet, dirutoque deinde veteri cœnobio, apud Eccleſiam D. Annunciatæ novum reædificarunt ſeptum, Alphonſo I. Rege indulgente, ex ea tranſmigratione Auguſtinianum habitum, & inſtitutum poſthabitum Dominicanum ſuſceperunt, hactenuſque retinent ſub Archiepiſcopi regimine. Ferunt ex patrum traditione Materanæ Moniales, ferè omnia, quæ Cypri Regina olim iiſdem elargita fuerat, quot annis pia munificentia Materam uſque ad earum ſuſtentationem delata fuiſse, quouſque Turcarum Tyrannus Regnum illud Venetis ademit. Cæterum Andreas ſub Honorio III. anno 1217. de ſimonia & colluſione accuſatus, officio, ac beneficio privatus, cum neglexiſſet Apoſtolico ſe conſpectui præſentare, inde ex Honorii benignitate abſolutus, & dignitati reſtitutus, ad vomitum rediit ſub Gregorio IX. qui anno 1231. commiſit Barenſi, & Rhegino Archiepiſcopis, & fratri Joſepho Florenſis Cœnobii Ordinis Ciſterciensis Monacho viris clariſſimis, ut de criminibus Andreæ diligenti inquiſitione perquirerent, eumque certiorem facerent, ut in reg. Vatic. fol. 111. anni 5. legitur in peculiari litera n. 101. ad eos ſcripta hujus tenoris.

*Baren. & Rhegin. Archiepiſcopis & Fr. Joſepho Monacho Floren. Cuſentin. Diœc.*

*In tantum clamor, qui jam dudum frequenter aſcendit contra vener. fratrem noſtrum Acheruntinum Archiepiſcopum invaleſcit, quod diſſimulare ipſum ulterius, ſine ſcandalo non valemus, nec ſine periculo tolerare. Præter alia quippe gravia, quæ pluries, & à multis ſunt inculcata de ipſo, nuper noſtris eſt auribus intimatum, quod cum multiplicis ſit infamiæ nota reſperſus, abjecta Pontificalis officii gravitate, & deditus illecebris carnalium voluptatum, timore divino, & humano pudore prorſus abjectis, talia perpetrat, quæ verecundiam referenti, & audientibus ſtuporem inferunt, & horrorem; ut enim de multis aliqua referamus, ſubticeri non debent, Eccleſiæ, ac alia, beneficia, quæ pertinent ad collationem ipſius ita venalia facta ſunt apud ipſum, quod per eum plus offerentibus conceduntur. Conſecrationes Eccleſiarum, clericorum ordinationes vix aut nunquam alicui conferuntur, niſi manum impleverit largitoris, & cum dicatur vitæ penitus diſſolutæ, ita ut ejus exemplo ſubditi ſui corrupti ad inhoneſta & turpia prolabantur, non ſolum exceſſus eorum non corrigit, verum etiam recepta pecunia potius ab eiſdem, permittat eis retinere publicè concubinas, quaſdam etiam Moniales, quas adduxit de partibus Orientis in Monaſteriis ſuæ Diœceſis collocandas, ſicut fama, immo infamia publica deteſtanda teſtatur, inhoneſtè pertractans, eis apud Brunduſii civitatem tranſlatis, neceſſaria ſubminiſtrat, & quia nequit ſine ſumptibus paſſim voluptatibus indulgere, cum ſaltem . . . . ſatisfieri ſit neceſse, Eccleſiæ bona dilapidat, ipſa in uſus illicitos convertendo. Idem quoque Archiepiſcopus tempore claræ mem. O. quondam Imperatoris officium juſtitiaratus exercens duobus hominibus, uni pedem, & alteri manum fecit impiè mutilari. Hæc & alia multa committens enormia, quæ oculos divinæ Majeſtatis offendunt, & homines graviter ſcandalizant. Et licet Apoſtolica Sedes frequentibus clamoribus excitata inquiſitionem quorundam exceſſuum ſuorum duxerit committendam, propter tergiverſatiores tamen ipſius, eodem cum inquiſitoribus & examinatoribus colludente, necnon corruptis teſtibus, & inquiſitoribus, ac examinatoribus ſupradictis, non ſolum prædicti exceſſus remanſerunt hactenus incorrecti, verum etiam pejora prioribus committere non expavit. Quare dicta Eccleſia in temporalibus diminuta, in*

*ſpi-*

*ſpiritualibus eſt penè penitus deformata, ita quod niſi celeriter ſuccurratur eidem, vix adiiciet ut reſurgat. Illius itaque ſequentes exemplum, qui & ſi nihil ignorat, deſcendere tamen voluit & videre utrum clamores Sodomorum, qui ad eum aſcenderant, veri eſſent, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus habentes præ oculis ſolum Deum, ſi de hujuſmodi colluſione, ac corruptione conſtiterit, ex integro ſuper præmiſſis inquiratis, & aliis, quæ inquirenda videritis. Alioquin ſuper novis duntaxat diligentiſſimè veritatem, & quæ inveneritis nobis per veſtras litteras fideliter reſcribatis, ut ex veſtra relatione ſufficienter inſtructi procedamus prout ſecundum Dominum viderimus procedendum. Præfixo eidem Archiepiſcopo termino peremptorio competenti, quo per ſe, vel per procuratorem idoneum noſtro ſe conſpectui repræſentet. Attentius proviſuri, ne ſicut aliis Inquiſitoribus ab Apoſtolica Sede datis vobis contingat illudi, & interim Eccleſia ſua per eum majoris dilapidationis diſpendium non incurrat. Quod ſi non omnes, duo veſtrum, &c. Dat. Reate 7. Kal. Aug. ann. 5.*

Interea Andreas, conſcientia teſte, cum ante Apoſtolicos delegatos ſe haud præſentare voluiſſet, volens nolens Archiepiſcopali dignitate privatus, miſere deinde vitam finiit, eodem Gregorio IX. ad clavum ſedente. Quis verò poſt ipſum in Acheruntina ſucceſserit Eccleſia, non inveni.

XXXVIII. 11. M. ANSELMUS Canonicus Neapolitanus, ex Capellano Petri S. Georgii ad Velum aureum Diaconi Cardinalis per Innocentium IV. creatus eſt Acheruntinus Archiepiſcopus anno 1252. 14. Kal. Maii Pontif. 10. extat epiſtola eodem die, & anno Innocentii Capitulo Acheruntino ſcripta in Anſelmi à ſe electi commendationem, eſt num. epiſt. 638. fol. 264. Deceſſit ſub Clemente IV. Pontifice circa ann. Dom. 1267.

XXXIX. 12. Fr. LAURENTIUS Ord. Prædic. vir litteratiſſimus ex Capellano Annibaldi Card. tit. Baſilicæ XII. Apoſtolorum à Clemente IV. renunciatus eſt Archiepiſcopus Acheruntinus anno 1268. ut ex Regeſt. Vatic. Dat. Viterbii Non. Aprilis ann. 3. epiſt. eſt num. 10. fol. 135. inſtat pro decimis apud Carolum I. Regem, anno 1269. in Regeſt. Reg. ubi dicitur L. Archiepiſcopus Acheruntinus, & Materanus. Obiit 15. Novembr. anno 1276.

XL. 13. PETRUS de Archia per viam compromiſſi à Capitulo electus eſt Acheruntinus Archipræſul Joanne XXI. Pontifice anno 1277. Ejus electio, an canonicè fuerit celebrata dubitavit Nicolaus III. Joannis ſucceſsor, commiſitque fratri Salvio Romano Ord. Præd. ut Acheruntiam ſe conferret, & eam electionem diſtinctè examinaret. Litteræ ad Salvium datæ 13. Kal. Januar. pontif. primo, ſunt in Reg. Vatic. fol. 198. Salvius verò cum exquiſita diligentia Petri electionem diſcuſſiſset, eam canonicè celebratam invenit, & Petrum dignum, ut tanto muneri admoveretur, exiſtimavit. Confirmatus igitur eſt à Nicolao 10. Kalend. Julii anno pontif. 2. qui fuit ſalutis 1279. ex Reg. Vatic. epiſt. 118. fol. 172. Sedit à ſua confirmatione ann. 21. mortem obiit anno 1299. Hic aliquando compromiſsarius factus à Capitulo Potentino (1) poſt obitum Petri, quendam Leonardum Ordinis Minorum Fratrem in Epiſcopum delegit anno 1284. quam electionem confirmavit Martinus IV. ut infra dicemus. Defuncto Petro, Bonifacius VIII. ex Caroli II. utriuſque Siciliæ Regis voluntate Acheruntinæ Eccleſiæ ad Sedis Apoſtolicæ placitum adminiſtratorem conſtituit. Fr.
XLI GENTILEM Urſinum Romanum Ordinis Præd. doctrina, eloquentia, ac rerum experientia clarum; tunc Cataniensis Eccleſiæ in Sicilia electum Epiſcopum, 3. Non. Jan. ann. 1300. pont. 6. Hunc virum nobiliſſimum legationibus, & rebus tractandis aſſuetum, Cataniensium creaverat Epiſcopum Bonifacius Caroli ſtudioſiſſimus, ratus, Catanienſes & cum eis cæteros Siculos hortatu Gentilis Carolum, vel filium Robertum, repudiato Federico II. in Regem ſuſcepturos; ſed cum ſpes feſelliſſet conſilium, Siculique in fide Federici ſtetiſſent, Gentilis omnem ademit conatum & potiundi Catanienſis Sacerdotii deſiderium. Interea Pontifex exuli Gentili Acheruntinam Eccleſiam contulit adminiſtrandam, quam cum ad annum uſque ſatis eximiè rexiſſet, in ea mortem oppetiit anno 1303. à quo ſuperiori anno ſtatutum fuerat, ut ſuffraganei Acheruntinæ Eccleſiæ Epiſcopi, cæterique diœceſanei Prælati in die Natalis Beatiſſimæ Virginis pro die S. Canionis Eccleſiam matricem Acheruntinam viſitarent.

*Nos fr. Gentilis, &c. Adminiſtrator Eccleſiæ Acheruntinæ, &c. Notum facimus, &c. Quod in noſtræ Matricis Eccleſiæ Acheruntinæ privilegiis antiquis habeatur, qualiter in die Aſſumptionis Virginis, &c. in cujus reverentiam Eccleſia Matrix, &c. eſt fundata, &c. Epiſcopi ſuffraganei ipſius Eccleſiæ, &c. nec non inferiores aliæ dignitates ipſam Eccleſiam debeant viſitare, &c. quidam verò Archiepiſcopus devotus ſancti Canionis commutavit dictam viſitationem de die Aſſumptionis, &c. in diem S. Canionis, &c. Dictis ſuffraganeis, & Prælatis acceptantibus, &c. Nos verò, &c. Præſentibus DD. Epiſcopis ſuffraganeis Gravinen. Potentinen. Venuſinen. Anglonen. & Tricaricen. &c. Ac de conſenſu, &c. Abbatum noſtræ Acheruntinæ Eccleſiæ ſubjectorum, &c. Nec non Archidiaconi Capituli noſtræ Eccleſiæ Acheruntinæ, &c. Viſitationem prædictam de die Beati Canionis, &c. in diem Nativitatis Virginis Mariæ commutamus, &c. Omnibus prædictis laudantibus. Datum apud Acheruntiam, &c. ann. 1302. Pontificatus Bonifacii Papæ VIII. Anno ejus 9. Nos Marcus, &c. Epiſcopus Anglonen. Nos Jacobus, &c. Epiſcopus Gravinen. Nos Guido Epiſcopus Venuſinus. Nos Fr. Leo Abbas monaſterii de Monte Caveoſo. Nos Fr. Petrus Abbas monaſterii, &c. de Ogiano, &c.* Authenticum exemplar hujus monumenti fuit productum in Romana Rota, dum inter Acheruntinum & Materanenſem Clerum lis æſtuaret. Cæterum Bonifacius poſt mortem Gentilis, GUIDONEM quendam (quem alii Guillelmum vocant) Monachum Ciſtercienſem, ac mo- XLII
naſterii Belliloci Ord. Cluniacenſis Virdunenſis diœceſis Abbatem Doctorem, ac Regentem Theologicæ facultatis in Romana Curia, Acheruntinæ Eccleſiæ adminiſtratorem ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum fecit 8. Id. Septemb. anno pontif. 9. ſalutis 1303. ut habetur in Reg. Vatic. Rexit Guido Acheruntinam Eccleſiam ann. 3. & ad Tullenſem in Gallia translatus à Clemente V. anno 1306. Obiit eodem anno ante adeptam poſſeſſionem Roma rediens, cui ſucceſſit in Tullenſi Eccleſia Joannes de Angileriis Claudio Roberto incognitus. Porrò monaſterium Belliloci Congregationis Cluniacenſis diœceſis Virdunenſis in Aragona fundatur anno 642. in honorem ſancti Mauritii à ſancto Rodingo Scoto.

14. LANDULPHUS (alii Rodulphus) Epi- XLIII
ſcopus Viciæquenſis ex Ordin. Prædic. aſsumptus ad Acheruntinam Eccleſiam transfertur à Clemente V. die 2. Id. Aug. anno 1306. Pontif. 1. ita in epiſt. 322. Reg. Vatic. ubi mentio de adminiſtratione Gentilis & Guidonis. Magnarum virtutum, omniumque ſcientiarum genere ornatum fuiſse Landulphum narrat Leander in Nomenclatura Archiepiſcoporum Ord. Prædicatorum; fuerat ante adeptum Epiſcopatum S. Theologiæ Lector, & fidei quæſitor in Neapolitana civitate, de quo honorifica mentio in proceſsu vitæ ac doctrinæ Angelici Doctoris Aquinatis. Brevi tempore Acheruntinam Eccleſ. rexit, cum mortuus aſseratur anno 1308. in Reg. Vatic.

15. Fr. ROBERTUS ex eodem Ord. Præd. Phi- XLIV
lippi

(1) Hic mendum irrepſit. Nam tale jus eligendi Tricaricenſis, non Potentinus ſenatus Capitularis tranſtulit in Petrum per obitum non Petri, ſed Palmerii de Galluſio, ut ibi dicemus.

lippi Achajæ & Tarenti Principis à confeſſionibus, prædeceſſoris virtutum imitator, & quaſi hæres Neapoli florebat honoribus, & gratia, cum in Acheruntinenſem Archipræſulem aſſumptus fuiſſet à Clemente V. Pontifice confirmata Capituli Archeruntini poſtulatione, 15. Kalend. Septemb. anno Pontificatus 3. humanæ ſalutis 1308. ex Reg. Vat. epiſt. 605. fol. 118. cujus ſæpè mentio in reg. Neapol. Ad Robertum ſcripſit Joannes XXII. Datum Avenione 18. Kalen. Martii ann. Pontif. 11. ſalutis 1327. ut monaſterium Clariſſarum caſtri Gontiani Acheruntinæ diœceſis ab Aquilina Domina caſtri ejuſdem Gontiani ſub vocabulo S. Mariæ Annunciatæ conditum, privilegiis & exemptionibus aliorum ejuſdem Ordinis gaudere ſinat. epiſt. eſt 1434. Vatic. Archiv. à Waddingo exſcripta in 3. tom. Annalium Minorum. Sextum ſupra trigeſimum annum optimis inſtitutis Acheruntinam Eccleſiam rexit Robertus, exceſſitque ſub Joanne XXII. anno 1334.

XLV. 16. PETRUS de Monte Caveoſo Epiſcopus Venuſinus ad hanc Acheruntinam Eccleſiam translatus eſt à Joanne XXII. anno 1334. 4. Non. Julii, Pontif. 18. Obiit ſub Clemente VI. ann. 1343.

XLVI 17. JOANNES Contellus civis & Canonicus Neapolitanus legum Doctor clariſſimus ex ſacri Palatii Auditore evaſit Acheruntinus Archiepiſcopus ad eam dignitatem vocatus à Clemente VI. anno 1343. 4. Kalend. Febr. ut in Reg. Vatic. ep. 121. fol. 191. fato functus eſt Urbano V. ad clavum ſedente anno 1362.



XLVII. 18 BARTHOLOMÆUS Prignanus *a* Canonicus Neapolitanus defuncto Joanne ſucceſſit 11. Kalend. April. anno 1363. ſedit ann. penè 14. & ad Barenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1377. pauloque poſt creatus eſt Summus Eccleſiæ Pontifex, Urbanus VI. dictus de quo alibi.

*a* De quo Ciaconius Oldoini t. 6 c. 615.


XLVIII. 19 NICOLAUS Acconciamuri *b*, Averſanus, menſe Maii electus eſt Acheruntinus Archiepiſcopus à Gregorio XI. anno 1377. nec diu Pontifex fuit, cum unico tantum anno ſediſſet.

*b* Accroccia muri.

20 JACOBUS *c* de Sylveſtro, Averſanus, per Clementem VII. Antipapam intruſus eſt an. 1379. inde vel obiit, vel de Sede deturbatus eſt ab Urbano VI. Ejus mentio habetur in libris obligat. Præl. Clementis ejuſdem Pſeudopontificis.

*c* Omittendus utpote illegitimus.


XLIX 21 BISANTIUS Morellus Materanus, olim Vicarius Acheruntinæ, & Materanæ Eccleſiæ ſub Bartholomæo Prignano ab eodem jam ad Pontificatum aſſumpto Acheruntinus Archiepiſcopus electus eſt anno 1380. ſedit annos 11.



22 (1) PETRUS JOANNES de Baraballis nobilis Neapolitanus ſucceſſit Biſantio 1392. à Bonifacio IX. creatus, à quo anno 1395. ad Corinthinenſem Eccleſiam translatus eſt, ut in lib. oblig. legitur. L.

23 Fr. STEPHANUS Gobernus, olim Epiſcopus Nemovienſis, tunc Corinthienſis Archiepiſcopus eodem die & anno, quo Petrus Joannes ad Corinthien. translatus fuerat, ipſe ad Acheruntinam tranſitum fecit, in qua ſedit ann. 8. ad Calvenſem Epiſcopatum iterum translatus eſt 8. Id. Novemb. 1402. LI.

24 RICHARDUS de Olibano ex Epiſcopo Bellicaſtrenſi, Archiepiſcopus Acheruntinus renunciatus eſt à Bonifacio IX. ann. 1402. 8. Id. Novembris, obiit anno 1407. LII.



25 NICOLAUS Piſcicellus Neapolitanus Richardo ſucceſſit anno 1407. die 17. Martii, vir LIII.
præter generis nobilitatem ſpectatiſſimam, omnium virtutum genere ornatus, poſt annos ſeptem meruit, ut ad nobiliorem Sedem Salernitanam transferretur, de quo ibi. Dederat facultatem Clericis & hominibus terræ Lateritiæ Acheruntinæ diœceſis viros idoneos, & procuratores creandi in condenda matrice Eccleſia ſancti Laurentii: facultas talis fuit. *Nicolaus, &c. Archiepiſcopus Acheruntinus. Dilectis, &c. Clericis, univerſitati, & hominibus Terræ Lateritiæ noſtræ Acheruntinæ diœceſis, &c. Nuper pro parte veſtra, &c. qualiter in erectione fabricæ, &c. Eccleſiæ matricis ſancti Lauren-*

(1) THOMAS Dominæ Laviniæ, hodie vero Iabini, nobilis Bituntinus, filius Henrici, & Reginæ Perreſæ, electus Archiepiſcopus Acheruntinus dicitur an. 1392. Obiit in ſua diœceſi poſt paucos annos. Oſſa ejus translata fuerunt Bituntum in ſuorum majorum ſepulchro in Cathedrali in Capella S. Jo. Evangeliſtæ, ubi adhuc inſpicitur lapides effigies cum ſtemmate, & ſequenti Epitaphio: *D.O.M. Hic jacent oſſa Archiepiſcopi Acheruntini D. Thomæ dominæ Laviniæ. Orate pro eo.* Verum hunc Thomam vel ad alia tempora, vel inter illegitimos Præſules à Pſeudopontifice intruſos referendum cenſeo. De Pontificatu vero Materanenſi cujuſdam Jo: Antonii Santi, Senenſis, Ordinis Servorum, à Bonifacio IX. electi, de quo Ugurgerius in Pompis Senenſ. t. 1. p. 31. ex Bondelmontii Idyllio, nihil laborandum, cum hujus Archiepiſcopi nulla alibi extet memoria, & aliàs notum ſit, quàm frequenter lectoribus imponat Bondelmontius.

*rentii, &c. viros idoneos, &c. Procuratores creare,* A *&c. Quapropter, &c. de fide N.N. &c. ipſos procuratores elegiſtis, &c. auctoritate noſtra confirmamus, &c. Datum Milioniaci Achec. diœc.* 1408. Eodem anno idem Archipræſul confirmavit donationem & fundationem Eccleſiæ ſancti Nicolai ejuſdem Terræ, à quodam Nicolao devotionis gratia conditam. *Nicolaus Acheruntinus Archiepiſcopus. Magnæ devotionis, &c. quæ Nicolaus, &c. de Lateritia noſtræ Acheruntinæ diœc. ad nos & noſtram Acheruntinam gerit Eccleſiam, exhibita ſiquidem, &c. quandam Eccleſiam ſub vocabulo, &c. S. Nicolai, &c. fundavit, & dotavit. Quapropter, &c. ut dictæ fundationi robur noſtræ auctoritatis addere dignaremur, nos igitur præſentium tenore conferimus, &c. Datum Milioniaci noſtræ Acheruntinæ diœceſis, &c.* 1408. Hæc & alia quædam, quæ in Nicolai Præſulatu in diœceſi Acheruntina peracta ſunt, obſervavimus, in authenticis documentis ejuſdem Eccleſiæ, quæ cum ſint parvi momenti haud enarrare libuit. B

LIV. 26 MANFREDUS Averſanus patria, ob ſingularem prudentiam, ſcientiarumque cognitionem quibus effulſit, apud omnes exiſtimationem collegit, præcipuaque gratia floruit apud Joannam II. Reginam, cujus à conſiliis fuit, cum Epiſcopus Acernenſis eſſet, à qua ad Conſtantienſe Concilium præcipuus Orator delectus, in eo à Joanne XXIII. Papa transfertur ad Acheruntinam Eccleſiam an. 1414. 10. Kalend. Maii, eique in Commendam conceditur Gravinenſis Eccleſia tunc per obitum Rogerii Epiſcopi vacans: ſub Martino V. deinde, & Eugenio IV. Pontificibus pro Regina variis functus muneribus, varioque eventu hanc adminiſtravit Eccleſiam annis omnino triginta. Siquidem emergentes inter Joannam, Alphonſumque Aragoneum in Regni ſpe adoptatum, ſimultates in hoc parum ſapiens Manfredus partes Renati Andegavenſis ab eadem Regina in repudiati Alphonſi locum ſucceſſuri, ſuſcepit adjuvandas. Inviſus itaque Alphonſo, ac Joanni Antonio Urſino Tarenti Principi Comitique Materæ eorundem duriorem moleſtiam expertus eſt, adeò ut à C Regno penè exulare coactus, Materanam, Acheruntinæ unitam Eccleſiam, fereque totam diœceſim Urſino obnoxiam admiſerit: quamobrem Materani ſpe elati proprium obtinendi Paſtorem, vel ipſo adjuvante Comite, vel tumultuario concilio quendam Maſium Franciſcani Ordinis cucullatum in Materanenſem Eccleſiam intruſerunt. Hæc ſive falſa, ſive vera cum Eugenius IV. à Manfredo didiciſſet, Tricaricenſi Epiſcopo litteras dedit anno 1439. ut ſi vera narrarentur, intruſum deturbaret de Sede, & ad unitatem perduceret ſubtractam Eccleſiam, ut in iiſdem litteris plenius continetur, quarum tenor talis eſt ab ipſo exemplari, quod extat in Acheruntini Archivii tabulario.

*Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum, &c.*
*Epiſcopo Tricaricen. &c.*

*Paſtoralis officii, &c. Referente Manfredo Archiepiſcopo Acheruntino ad audientiam noſtram pervenit, quod nonnulli tam laici, quam Clerici de Terra* D *Materæ ſuæ diœceſis propria temeritate Eccleſiæ Acheruntinæ in ſpiritualibus ad quam ipſi tenentur obedientiam ſubtrahentes, ut Terram ipſam in Civitatem erigere poſſent, quendam Maſium Ordinis Fratrum Minorum, &c. in dicta Terra in Epiſcopum, imò Idolum elegerunt, quin potius profanarunt, & eidem terræ Materæ quatuor alia caſtra de diœceſi Acheruntina pro ejus diœceſi adjungentes in contemptum Sedis Apoſtolicæ, &c. Igitur committimus, &c. ut ſingula omnia irrita, & inania, &c. & ad priſtinum reducas, &c. Dat. Florentiæ* 1439.

Degebat tunc Florentiæ Manfredus, dum Concilium celebraretur, & inter Patres aſſedit, tametſi mendosè in nomenclatura legatur Laurentius Epiſcopus Acheruntinus pro Manfredo Archiepiſcopo Acheruntino. Quo etiam anno poteſtatem A fecit Eugenius Fratribus Ord. Minorum tria in Apulia Cœnobia, & unum in terra Milioniaci Acheruntinæ Diœceſis condendi.

*Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Domorum Ordinis Minorum in Provincia Apuliæ conſiſtentium ſecundum morem, &c.*

*Merita veſtræ Religionis expoſcunt, &c. Hinc eſt, quod nos, &c. unum vobis in terra Milioniaci Acheruntinæ diœceſis pro Fratribus ſub Regulari Obſervantia, & tria alia loca infra Provinciam Apuliæ, &c. pro Fratribus veſtri Ordinis etiam ſub Regulari Obſervantia hujuſmodi inibi deputandis recipiendi, &c. Eccleſiam cum Campanili, &c. officinis pro uſu & habitatione Fratrum hujuſmodi fundandi, conſtruendi, &c. fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. cæteriſq; contrariis nequaquam obſtantibus, &c. licentiam elargimur. Et inſuper Fratribus in Domibus, ſive locis deputandis hujuſmodi, &c. ſingulis gratiis, & uti, &c. gaudere valeant, &c. concedimus per præſentes, jure tamen, &c. ſalvo. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis infringere, &c. Datum Florentiæ anno* B *1439. 10. Kalend. Junii, anno nono.*

Cæterùm ſive vera, vel falſa fuerint à Manfredo relata; viſum tamen eſt Eugenio in gratiam Joannis Antonii Urſini loci Comitis, cui inviſus erat Manfredus, Materanam Eccleſiam ab Acheruntina ex Apoſtolico beneplacito divellere, eidemque non proprium Paſtorem, ſed adminiſtratorem, dare, qui eam Eccleſiam, terraſque omnes tunc Comitatui obnoxias, Acheruntinæ tamen diœceſis, tranquillè, ac benè regeret. Ex pluribus unum delegit Eugenius, Petrum Motulanum Epiſcopum virum impigrum, & Urſino gratum, quippe qui tunc temporis Joannis Urſini Cardinalis Archiepiſcopi Tarentini Generalis Vicarius erat. Ad hunc annum 1440. has litteras dedit Eugenius, quas ex ſimplici copiali hic inſerimus.

*EUGENIUS EPISCOPUS, &c.*
*Venerab. Fratri Petro Epiſcopo Motulanen. Eccleſiæ Materanen. in ſpiritualibus &* C *temporalibus Gubernatori, per Sedem Apoſtolicam deputato ſalutem.*

*Apoſtolatus officium, &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri, Joannis Antonii de Urſinis de Baucio, Principis Tarentini, petitionis ſeries continebat, quod licet Eccleſia Materanen. alias per Sedem Apoſtolicam Metropolitanæ Acheruntinæ Eccleſiæ unita, & annexa fuerit; tamen quia perſona Venerab. Fratris Manfredi Archiepiſcopi Acheruntini ex juſtis, & rationabilibus cauſis ſibi ſuſpecta eſſe multorum gravium virorum teſtimonio dignoſcitur, & præſertim his temporibus, quibus regnum noſtrum Siciliæ, bellorum turbinibus undique agitatur, non poteſt tolerare, ut idem Archiepiſcopus, ſuper dicta Materanen. Eccleſia paſtoralem curam gerat, cum ſine magna ſui ſtatus ſuſpicione curam hujuſmodi habere non poſſit. Quare pro parte dicti Principis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ne prædicta Materanen. Eccleſia, ejuſque diœceſis, in temporalibus, & ſpiritualibus detrimentum* D *patiatur, & ſtatui ſuo etiam provideatur, ut ad gubernationem dictæ Eccleſiæ, aliquam perſonam idoneam, de benignitate Apoſtolica deputare dignaremur. Nos igitur, ad quos ſpectat omnibus Eccleſiis providere ſalubriter, ac de perſona tua, quæ ob ſinceritatem fidei, & devotionem, & circumſpectionem, & prudentiam in rebus agendis plurimum eſt commendata, ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, ipſius Principis etiam in hac parte ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ auctoritate Apoſtolica committimus, & mandamus, quatenus Eccleſiam, & Diœceſim prædictas, & Populum, qui ſuæ juriſdictionis eſſe dignoſcitur, tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, juxta datam tibi à Deo prudentiam uſque ad noſtrum beneplacitum regas, & gubernes, fructuſque ipſi Eccleſiæ, & diœceſi Materanen. debitos, & debendos, percipias, eoſque pro cultu divino, &c. expendas, &c. prout prudentiæ tuæ, &c. videbitur expedire, &c. Tibique dicto beneplacito du-*

eante, curam, &c. plenariè, committendo. Et ſi proptee curam, & regimen Eccleſiæ Motulanen. aut Tarentin. in qua pro Vener. Featre noſtro Joanne S. R. E. Peesbytero, Cardinale, & Arebiepiſcopo Tarentine Vicarius exiſtis, dictę Eccleſię Materan. commodè vacaee non poteris, aliquam perſonam idoneam, etiamſi Religioſus & cujuſcunque Ordinis etiam Mendicantium fuerit (dummodo dicto Principi accepta exiſtat) cum omnimeda poteſtate tibi conceſſa, prędictę Eccleſię Materanen. deputandi, harum ſerie tibi concedimus facultatem. Intendentes, &c. ut tu nemini ſuper gubernatione, &c. reddere rationem tenearis, & idem deputandus, nulli alteri, niſi featernitati tuæ, &c. Mandantes dilectis filiis Canonicis, & Capitulo, & Populo, ac omnibus & ſingulis Civibus dictæ Materanen. Eccleſię, & ſuę diœceſis incolis & habitatoribus, quatenus tibi dicto beneplacito durante, &c. plenè paeeant, &c. alioquin ſententias, ſive pœnas, quas ritè tuleeis, ſive ſtatueris in rebelles, eatas habebimus, &c. non obſtantibus quibuſcunque, &c. Datum Floeentiæ anno Iacarnationis Dominicæ 1440. pridie non. Julii, aan 10.

Porro Petrus Motulanus Epiſcopus Materanæ Eccleſiæ adminiſtrator, cum utriuſque Eccleſiæ Tarentinæ, ac Materanæ haud ſatis eſset, ut benè regerentur, illum eundem Fratrem Maſium, ſeu Madium Hydruntinum Comitis Urſini à ſacris Confeſsionibus virum prudentem, & rerum agendarum clarum, quem ſupra, referente Manfredo, Eugenius Materanum intruſum deturbarat, Eccleſiæ Materanæ gubernatore conſtituit d.e 10. Septembris ejuſdem anni.

Petrus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Motulanen. ac Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & Domini, Domini Joannis, miſeratione Divina, digniſſimi Presbyteri Caedinalis tituli SS. Nerei, & A.hillei, nec non Archiepiſcopi Tarentini in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius geneealis, & noviter Materanen. Eccleſię, & ipſius Diœceſis in ſpiritualibus, & temporalibus Gubernator, & Adminiſtrator per Sedem Apoſtolicam deputatus.

Dilecto nobis in Chriſto venerab. viro Fratri Madio de Hydruntino, Ordinis Fratrum Minorum, Provincię Apulię, Miniſtro Provinciali, ſalutem in Domino ſempiternam. Probitatis & virtutum, tuarum, &c. Cum igitur quaſdam, &c. per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem, & D. N. D. Eugenium, divina providentia Papam Quartum, &c. cum bulla plumbea, &c. quas vidimus, &c. tenoris & continentiæ ſubſequentis videlicet, Eugenius Epiſcopus, &c. ut ſupra, etc. cupiamus, etc. Apoſtolicis in eiſdem litteeis contentis obedire mandatis. Veęum quia propter curam et eegimen Eccleſię Motulanen. et Tarentinen. in qua Vicarius exiſtimus, dictæ Eccleſiæ Materanen. commodè vacaet non poſſumus, Te, de cujus vita laudabili, etc. Teque Illuſtriſſimo Domino Principi Tarenti, gratum fore cognoſcentes, quem ſua Serenitas, vivę vocis oraculo, tanquam ſuum fideliſſimum ſervitorem, et perſonam ideneam et aptam, ac ſufficientem elegit, et peæſentialiter nobis aſſignavit, in dicta Eccleſia Materan. et ejus Diœceſi, cum plena ſupradicti Domini noſtri Summi Pontificis, nobis eradita, et conceſſa facultate, et poteſtate, prout in prædictis litteris Apoſtolicis, etc. Rectorem, Gubernatorem, etc. et adminiſtratorem de mandato Apoſtolico, et cum omni juris et facti ſolemnitate; conſtituimus, ordinamus, et deputamus, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, etc. Ita tamen quod poſſis, et valeas auctoritate Apoſtolica Eccleſiam Materanen. et Diœceſim prędictas, ac populum, qui ſuę jurisdictionis eſſe dignoſcitur tam in ſpiritulibus, quom in temporalibus junta datam tibi à Deo prudentiam uſque ad beneplacitum memoeati Summi Pontificis regere et gubernare, eademque Apoſtolica poteſtate, fructus, etc. ipſi Eccleſiæ et Diœceſi Materanen. debitos, etc. percipere, etc. eoſque pro cultu divino, etc. pro Dei honore, etc. atque diſtribuere, etc. prout prudentiæ tuæ, etc. videbitur expedire, etc. ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, etc. Tibi dicto beneplacito durante curam, etc. dictę Eccleſiæ Materan. etc. plenariè committendo; Ita tamen quod nemini de geſtis, etc. niſi nobis tenearis reddere eationem. Mandantes, etc. dilectis nobis in Chriſto filiis Canonicis, ac Capitulo, et Clero, nec non Populo, et omnibus, et ſingulis Civibus dictę Materanen. Eccleſiæ, ejuſque diœceſis, incolis, et habitatoribus, quatenus tibi dicto beneplacito durante, in his, quæ ad hujuſmodi commiſſionem ſpectant, pareant, obediant, atque intendant devotè, alioquin ſententias, ſive pœnas, &c. eatas habebimus, &c. In cujus teſtimonium, &c. Datum Tarenti, &c. die 10. menſis Septembris, anno vero Dominicæ Incarn. 1440. Indict. 4. Pontif. vero D. D. N. Eugenii, &c. Anno decimo. Petrus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Motulan. & Vicarius Tarentin. ac Gubernator Eccleſiæ Materanen. qui ſupra prædicta fatetur, et manu propria ſe ſubſcripſit, etc.

Interea gratum fuit, & ratum Eugenio Pontifici, quod Petrus Motulanus ad bonum Materanæ Eccleſiæ regimen conſtituerat, ſcripſitque vaſſallis oppidorum tunc ditionis ejuſdem Eccleſiæ, ut dictum Madium adminiſtratorem venerarentur, eidemque ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum tanquam proprio Epiſcopo obedientiam præſtarent. En litteræ Eugenii.

EUGENIUS EPISCOPUS, &c.

Dilectis filiis univerſis vaſſallis Latertiæ, Genuſii, Pomarici, Montis Caveoſi, Miliontaci, Grottularum, Oggiani, & Piſticii Terrarum Eccleſiæ Materanen. ſalutem & Apoſt. benedict. &c. Regimini univerſalis Eccleſiæ, &c. Dudum ſiquidem juſtis & rationabilibus cauſis inducti venerab. Fr. noſtro Petro Epiſcopo Motulan. commiſimus, etc. ut Eccleſia Materanen. uſque ad noſtrum beneplacitum, etc. gubernaret. Quod ſi propter curam, etc. commodè facere non poſſet, aliquam perſonam idoneam, etiamſi religioſam, etc. ad eegimen ipſius Materanen. Eccleſiæ deputaret, etc. cujus facultatis vigore, &c. Dilecto filio Madio de Hydrunto Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, prædictæ Eccleſiæ Materanen. in ſpiritualibus & temporalibus Adminiſtratori, &c. curam, eegimen, & adminiſtrationem ipſius Materanen. Eccleſiæ, &c. uſque ad noſtrum beneplacitum auctoritate noſtra commiſit, &c. prout tam noſtris, quam ipſius Epiſcopi litteris plenius continetur. Nos igitur, qui de fide dignis perſonis informati fuimus, quod dictus Madius, in eegimine, & adminiſtratione ipſius Materan. Eccleſię laudabiliter ſe præbuit, commiſſionem hujuſmodi, &c. ratam habentes, & gratam, eam, & omnia, inde ſequuta, auctor. Apoſt. aliarum noſtrarum ſerie litterarum approbavimus, atque confirmavimus. Et quia etiam prædictus Madius, de religionis zelo, vitę munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliiſq; virtutum donis apud nos multipliciter commendatus exiſtit, ſperantes quod dicta Materan. Eccleſia ſub ipſius Madii regimine majora ſuſciperet incrementa, & quod idem Madius, Clerum, & Populum civitatis, & Diœceſis Materanen. ad frugem melioris vitę, &c inducere poſſet, eundem Madium, qui etiam dicti ſui Ordinis in Provincia Apulię Miniſter exiſtit, adminiſtratorem prædictæ Materanen. Eccleſię, &c. uſq; ad Sedis Apoſtolicę beneplacitum, &c. fecimus, &c. ſibi adminiſtrationem plenam, & liberam dictę Eccleſię Materanen. &c. ac bonorum, &c. plenariè committentes, &c. necnon de fructibus, &c. diſponere, &c. valeret, &c. ſicuti veri Epiſcopi Materan. &c. Quocirca univerſitati veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Madium adminiſtratorem ſuſcipientes devotè, & debita honorificentia proſequentes, & fidelitatem debitam, necnon conſueta ſervitia, & jura ſibi à vobis debita, exhibere integrè ſtudeatis. Alioquin ſententiam, &c quam idem Madius adminiſtrator, &c. in rebelles, ratam habebimus, &c Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ 1442. 3. non. Decembris, Pontif. noſtri anno 12.

Materanam Eccleſiam rexit Madius quouſque vitam protraxit Manfredus, quam cum anno 1444. Julio menſe, cum morte commutaſſet, Eugenius

eodem die, eodemque anno Manfredo ſucceſſorem dedit Marinum, iterumque perpetua unione Acheruntinam, Materanamque Eccleſiam conjunxit, & Madio Materanæ Eccleſiæ adminiſtrationem ademit.

*Eugenius Epiſcopus, &c. Et Apoſtolicis ſervitiis, libenter ea complectimur, &c. Ad Eccleſias Cathedrales & Metropolitanas providere debemus opportunè. Hodie ſiquidem Marinum olim Epiſcopum Fundanen. &c. in Archiepiſcopum electum, ipſum ad Acheruntin. & Materan. Eccleſias invicem unitas, tranſtulimus. Cumque nos aliàs, dilectum filium Madium de Hydrunto Ordin. Minorum adminiſtratorem Eccleſiæ Materan. per alias noſtras litteras, duxerimus deputandum, Nos certis ſuadentibus rationibus, deputationem ipſam revocamus. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis 1444. prid. non. Septemb. Pontificatus noſtri an. 14.*



I.V. a Marinus filius Jo: Pauli cognomento de Paulo.

27 MARINUM a de Paulis ex oppido Calvani nobilem & impigrum virum Epiſcopum Fundanum, & ex rerum experientia ad populos placandos aptiſſimum Eugenius Acheruntinum & Materanum delegit Archiepiſcopum anno 1444. in cujus commendationem Acheruntino Clero, & Populo eodem die litteras direxit, quo iiſdem ferè verbis populo Materano ſequentes dedit.

*Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Populo Civitatis & Diœceſis Materan. ſal. & Apoſt. benedict.*

*Romani Pontificis, quem Paſtor ille cœleſtis, & Epiſcopus animarum, &c. Eccleſiis prætulit univerſis, nunc per ſimplicis officium proviſionis, nunc verò per miniſterium tranſlationis, accommodè (prout perſonarum, temporum, & locorum qualitas exigit, & Eccleſiarum utilitas perſuadet) Eccleſiis ſingulis Paſtor accedat idoneus, & Rector providus deputetur, qui populum ſibi commiſſum ſalubriter dirigat, & informet, &c. Dudum ſiquidem bo. mem. Manfredo, &c. Regimini Acheruntin. & Materan. invicem canonicè unitarum Eccleſiarum præſidente, Nos cupientes eiſdem Eccleſiis cum vacarent, per Apoſtol. Sedis providentiam utilem & idoneam præſidere perſonam, proviſionem ipſarum Eccleſiarum, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ duximus, ea vice, ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſcunque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Poſtmodum verò præfatis Eccleſiis per obitum ipſius Manfredi Archiepiſcopi Acheruntin. & Materan. qui extra Romanam Curiam, debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtitutis, Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſarum Eccleſiarum celerem & felicem, de quibus nullus præter nos, ea vice, ſe intromittere potuerat, ſive poterat, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne Eccleſiæ ſupradictæ, longæ vacationis exponerentur incommodis, paternis, &c. poſt deliberationem, quam de præficiendo ejuſdem Eccleſiis perſonam utilem, & fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus diligenter, demum ad vener. Fr. Marinum, Epiſcopum olim*

A *Fundanen. in Archiepiſcopum Acherunt & Mater. electum, conſideratis, &c. Et quod idem Marinus electus, qui regimini Fundanen. Eccleſiæ hactenus laudabiliter præfuerat, eaſdem unitas Eccleſias, ſciret, & poſſet (auctore Domino) ſalubriter regere, & feliciter gubernare, direximus oculos noſtræ mentis. Intendentes igitur tam d. Eccleſiis unitis, quam earum gregi Dominico ſalubriter providere, eundem Marinum, &c. à vinculo, &c. de Fratrum eorundem conſilio, &c. abſolventes, ipſum ad eaſdem unitas Eccleſias Apoſtolica auctoritate tranſtulimus, illiſque præfecimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam, &c. ipſarum Eccleſiarum unitarum, &c. plenariè committendo, &c. firma ſpe, &c. præfatæ unitæ Eccleſiæ, &c regentur utiliter, & proſpere dirigentur, &c. Quocirca Univerſitatem veſtram rogamus & hortamur attentè, &c. quatenus eundem electum, tanquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum grato admittentes honore exhibeatis eidem obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas; ita quod, &c. Datum Romæ apud*
B *ſanctum Petrum, ann. Incarn. Dom. 1444. pridie non. Septemb. Pontif. noſtri anno 14.*

Perbellè Marinus utramque Eccleſiam cœpit adminiſtrare, & omnia qua diligentia, qua ſagacitate Archiepiſcopatus jura ad priſtinum reduxit decorem. Obierat menſe Majo 1450. Jacobus Squaquarus Epiſcopus Potentinus Marini ſuffraganeus, de cujus obitu cum certior ille factus eſſet, requiſivit à Capitulo Potentino, Cleroque juxta vetuſtum & laudabilem morem ejuſdem defuncti, equum, lectum, & annulum Metropolitico juri obnoxia, quemadmodum à cæteris ſuffraganeis Capitulis defunctis Epiſcopis exhibebantur, quæ omnia ob paupertatem Capitulo Potentino liberaliter donavit, cum illud pro debitis rebus uncias duas argenti dediſſet, ut in pubblico ſuper iis confecto inſtrumento legimus, quod hic ad aſſerendum vetuſtum ritum libuit exſcribere ex ſimplici copiali.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen.*

C *Anno Nativitatis ejuſdem 1450. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Nicolai V. Summi Pontificis in civit. Acheruntiæ. Nos D. Antonius Farina de Miltonico publicus ubilibet per totum Orbem Apoſtolica auctoritate Notarius, D. Petrus Perrenſis de Rubo, Decretorum Doctor, D. Angelus Archidiaconus Acheruntinus, & D. Nicolaus Cantor ejuſdem Acheruntin, &c. teſtes, &c. tenore, &c. notum facimus, &c. quod prædicto die conſtitutis, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Domino Marino, miſeratione divina Archiepiſcopo Acheruntino, & Materano ea una, &c. & D. Stephano de Pergula de Potentia, Canonico majoris Eccleſiæ Potentinæ & Nuncio, &c. deputato per Capitulum majoris Eccleſiæ Potentin. prout nobis conſtitit, per quaſdam litteras, per ipſum Capitulum & Clerum, eidem Domino Archiepiſcopo directas, quarum tenor, &c. ex parte altera, prædictus Dominus Archiepiſcopus aſſeruit, &c. dicto D. Stephano præſenti, &c. & acceptanti, qualiter de præſenti menſe Maii præſentis*
D *anni, &c. Rev. Pater D. Jacobus Squaquarus ſuum diem clauſit extremum: ex cujus morte, ſecundum laudabilem conſuetudinem hactenus obſervatam, &c. Canonici & Capitulum Potentin. tenentur, & debent tranſmittere equum, lectum & annulum dicti eorum Epiſcopi, ſi extant, & ſi non extant, eorum pretium, & valorem cum æſtimatione taxandum: Unde pre dictis Juribus, &c. prædictus Dominus Archiepiſcopus, audita morte dicti Epiſcopi ſui ſuffraganei, Vicarium ſuum deſtinavit ad Capitulum prædictum, & Canonicos Potentin. ut deberent, infra certum dierum ſpatium, tranſmittere dictum equum, lectum & annulum, ſeu eorum pretium, & valorem ut ſupra. Qui Canonici Potentin. & Capitulum ad dominationem prędicti Domini Archiepiſcopi, deſtinaverunt certos eorum Nuntios ſpeciales, &c. videlicet Dominũ Stephanum jam dictum, & Fratrem Vitum Guardianum Conventus S. Franciſci de Potentia cum quibuſdam litteris, etc. ſigillo d. Capituli, ubi erat imago glo-*

rio-

*rioſæ Virginis, & ſancti Gerardi, &c. & erant tenoris, &c. Rev. in Chriſto Pater, & Domine, Domine noſter Domine Rev. Poſt recommendationem, &c. Veneno loco Donno Stephano Canonico di queſta Eccleſia, e Fratre Vito preſenti latori, &c. placciavi darli fede, quanto alle perſone noſtre proprie. Potentię die 28. Maii, 13. indict. In quarum litterarum pede erant hæc verba videlicet, Paternitatis veſtræ humiles ſervitores, Archidiaconus, Archipresbyter, & Cantor Potentin. & Capitulum majoris Eccleſiæ Potentin. &c. à tergo autem: Rev. in Chriſto Patri, & Domino, Domino Marino Archiepiſcopo Acheruntin. & Materan. eorum Domino Rev. &c. Poſt quarum litterarum, &c. prædicti Nuntii, &c. expoſuerunt, &c. qualiter propter abſentiam dicti eorum Epiſcopi, qui dum pro majori parte temporum vixerat, extra ſuum Epiſcopatum vixit, Epiſcopatus ipſe pauper erat, & ad nihilum redactus. Unde rogaverunt Dominationem ſuam, quod dignaretur habere dictos Canonicos, & Capitulum, & Epiſcopatum, &c. Supplicantes eidem, quod ſi non in totum, ſaltem in aliquam partem, &c. dignaretur, &c. facere aliqualem gratiam, &c. venerunt ad infraſcriptam concordiam cum dicto Domino Archiepiſcopo, &c. pro Juribus, &c. dicto Domino Archiepiſcopo competentibus, ſolverent uncias duas carlenorum, & prędictus Dominus Archiepiſcopus donaret, &c. totum reſiduum, &c. quod aſcendit ad alias uncias octo, &c. Et cum hac concordia reverſi ſunt, &c. Unde prætitulato die 29. menſ. Martii in noſtri, &c. pręſentia prædictus Dominus Stephanus, &c. tradidit, &c. idem Domino Archiepiſcopo pręſenti, &c. in auro, & Aragonenſibus, uncias duas, &c. & prædictus Dominus Archiepiſcopus donavit totum reſiduum, &c. Remittens omne Jus, &c.*

Pręſuit Marinus plus minus ann. 27. obiitque anno 1471. menſe Septembri; alii habent Milioniaci ſuę diœceſis Acheruntinæ urbe extremam diem clauſiſse; alii in proprio ſolo Caivani affirmant: utroque in loco extant inſcriptiones ſepulchrales, quas hìc referemus. In majori Eccleſia Milioniaci ita legitur, ut mihi relatum eſt, in marmorea tabula, ſuppoſita tamen, ut aliqui ſcribunt.

*Qui fuit immunis vitiorum, quique Tudertum,*
*Rexerat, exiguus contegit iſte lapis.*
*Hic mira gravitate puer, ſurgentibus annis,*
*Promeruit docti nomen habere viri.*
*De Paulo dictus, ſua nomina dicta Marinus*
*Ingenio clarus . . . . . . . . . . .*
*Hic Caivanis, generoſa prole creatus,*
*Fundorum electus, Præſul ab Urbe fuit.*
*Hic Materanus fuit Archiepiſcopus, inde*
*Acheruntinus Præſul amatus erat.*
*Omnibus unus amor, ſed qui ſucceſſit amator*
*Turbavit patriæ gaudia læta ſuæ.*
*Has tamen exoſus tenebras expertus Olympo,*
*Ipſius illa libens oſſa reliquit humi.*

Caivani verò in patria, & in majori Eccleſia propè Joannem de Paulo olim urbis Senatorem viſitur ejuſdem ſepulchrum, hac inſculpta inſcriptione.

*Marinus Caivanenſis.*
*Cognomento de Paulo Archiepiſcopus*
*Acheruntinus*
*Hoc ſibi vivens poſuit anno*
*MCCCCXXI.*

*Publica cui juveni res eſt commiſſa Tuderti*
*Fundorum & merui Præſul ut Urbe forem,*
*Mox Acheruntinæ redimitus honore tyaræ*
*Exegi hic vitæ tempora longa meæ.*
*Amiſſum nunc me Cayvanum patria luget,*
*Et mage de Paulo ſtirps mea certa domus.*

In ſepulchro vero Joannis urbiſ Senatoris hæc proſtant legentibus.

*Hic jacet*
*corpus egregii viri Domini Joannis*
*de Paulo,*
*olim Capitaneus Capuæ,*
*Juſtitiarius Aprutii Citra,*
*regens magnæ Curiæ Vicariæ,*
*Senator Urbis Romæ anno Domini*
*M.CCCCIX.*

28. Fr. HENRICUS Lunguardus Panormita- LVI.
nus Ordinis Prædicatorum Epiſcopus Policaſtrenſis, cum eſſet Ferdinandi ſenioris Regis Neapolitani à ſacris Confeſſionibus, ac Conſiliis ad Acheruntinum & Materanum Sacerdotium tranſlatus eſt à Sixto IV. anno 1471. cujus laudes non tacuit Leander Albertus lib. de Vir. Illuſtr. Ord. Prædic. *Petrus Ranzanus, Orator inſignis, Sicilia oriundus, Præſul digniſſ. &c. cum altero Siculo Antiſtite, Henrico nomine (loquitur de Lunguardo) viro ingenii acris, oſtendente cæteris, quantum in diſceptationibus litterariis apud Pariſienſes valuerit. Quem ob eminentem ſcientiam, ejuſque doctrinam, atque prudentiam, Ferdinandus junior Neapolis Rex ad ſe adſciverat, & in Patrem elegerat, &c.* Commendavit Sixtus Henricum per ſuum diploma Capitulo, & hominibus Materanæ Eccleſiæ, ſignificans illum Acheruntinum Archiepiſcopum, & Materanum Epiſcopum delegiſſe, virum optimum, ac bonum, cui obedientiam præſtare debuiſſent, in hunc modum.

*Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, &c. Dilectis, &c. Capitulo & hominibus Eccleſiæ Materanæ. Venerab. Fratrem Henricum, &c per obitum Marini Archiepiſcopi Acheruntini, & Epiſcopi Materani in Archiepiſcopum Acheruntinum, & Epiſcopum Materanum, &c. præfecimus: Quocirca, &c. mandamus, &c. dicto Henrico Archiepiſcopo Acheruntino, & Epiſcopo Materano obedientiam exhibeatis, &c. Datum Romæ, &c. 1471.*

Cæterùm haud ſtetit in Acheruntinos liberalitas Sixti, longius quippè Materanis progreſſa videbatur, nova Eccleſiæ Materanæ diminutura dignitate, & pro Archiepiſcopali prærogativa ex unione aliorum Pontificum diu antea conceſſa, Epiſcopali titulo Materana Eccleſia inſigniretur. Siquidem ad ipſum Pontificem humiliter exorandum viros primarios ex ſuis Oratores miſerunt, ne pateretur, Materanam Eccleſiam, quippe quæ in nobili, præpotentique civitate poſita, Archiepiſcopali dignitate ſpoliari. Quorum petitionibus benignè annuit Pontifex, alterumque cudi fecit diploma favorabile, quo iterum ſtatuit, adjecitque ut utriuſque Eccleſiæ Antiſtes, Acheruntinus, & Materanus, dum in civitate ac diœceſi eſſet, dum vero Materæ degere contigiſſet, Materanus, & Acheruntinus denominarentur, ut in diplomate.

*Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam.*

*In ſupremæ dignitatis ſpecula, licet inſufficientibus meritis, à Domino conſtituti, circa ſtatum Eccleſiarum omnium, præcipuè Cathedralium ſtudiis intendentes aſſiduis, ita ipſius Eccleſiis, Metropolitanis præſertim, & vetuſtis, quas ſiniſtra temporum conditio, ad diminutionem, egeſtatemque adduxit, & pro quarum conſervatione, ſuorumque Antiſtitum, vitæ ſubſidio ab aliis Eccleſiis conſequendo, Sedes Apoſtolica per unionis remedium providere curavit, proſpicimus opportunè, quod eis conceſſis non deſtituatur auxiliis, & quæ de propriis bonis Eccleſiaſticis, & Prælatis paupertate depreſſis communicant, pro oneris ſublevatione hujuſmodi, honoris præmium conſequantur. Sanè pro parte dilectorum Capituli Eccleſiæ Materanen. necnon Cleri & populi civitatis, & diœceſis Materanen. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet olim Metropolitana Eccleſia Acheruntina, antiquis temporibus inſignis, bonis temporalibus (ut fertur) ſufficienter dotata: civitas verò Acheruntina populoſa inter illarum partium civitates famoſa extitiſſet; quia tamen poſtmodum ſiniſtris eventibus temporum varietate cauſantibus, civitas ipſa ad magnam diminutionem devenit, ac civibus deſtituta, à paucis habitatur perſonis, dictaque Eccleſia Acheruntina tectura pro magna parte, & prout ipſius decentiæ conveniret, miniſtris*

*carcus, deformi quodammodo ruinæ ſubjacere conſpicitur: Pro quibus detrimentis, & incommodis hujuſmodi ſublevandis, ut à pleriſque aſſeritur, & facti evidentia indicat, ne Archiepiſcopalis dignitas hujuſmodi præmiſſorum occaſione vileſcere, & ipſius Archiepiſcopus, qui pro tempore eſſet, ſtatum ſuum juxta dignitatis Archiepiſcopalis exigentiam tenere poſſet: dictaque Materana Eccleſia, &c. quæ benedicente Altiſſimo, populoſa, & bonis temporalibus ad hominum victus opportunis referta, dignis quoque, & venerabilibus Collegiatis, & aliis Eccleſiis, ac etiam virorum, & mulierum monaſteriis pluribus inſignita eſt, eidem Acheruntinæ conjuncta, ſibique annexa, & è contra, ſeu invicem, ambæ per unum Præſulem regendæ in poſterum unitæ fuerunt, prout hodierno tempore per unum reguntur, & gubernantur Antiſtitem. Qui juxta quarundam litterarum Apoſtolicarum, præſertim fel. record. Eugenii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri tenorem Acheruntinus & Materanus Archiepiſcopus nominatur, & ſtatum ſuum ex fructibus, redditibus, & proventibus menſæ ipſius Eccleſię Materanen. quodammodo ſe ſuſtentat: cumque propterea, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dignum cenſeri debet, ut idem Archiepiſcopus Eccleſiam Materanen. prædictam, à qua vitæ ſuſcipit nutrimenta, recognoſcere, & favore debito proſequi teneatur, prout venerab. Frater noſter Henricus Archiepiſcopus ſe facturum pollicetur, pro parte Capituli, Cleri, & Populi prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſis omnibus paterna conſideratione penſatis, utriuſque Eccleſiarum earundem ſtatui, decentiæ & honori proſpicere, ac aliàs ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod etſi juxta doctrinam Apoſtoli, alter alterius onera portare teneamur; de jure tamen naturæ, & ſecundum eruditionem Evangelicam, bene facientibus nobis, grati, & officioſi eſſe debemus: Capituli, Cleri & Populi prædictorum, in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ſtatuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, modernus, & qui pro tempore erit Acheruntin. & Materan. Archiepiſcopus, quoties in Acheruntina Eccleſia, ſive ejus diœceſi reſidentiam fecerit, ſe Acheruntin. & Materan. Archiepiſcopum; quando verò in Materan. ſeu ejus diœceſ, ipſum reſidere contigerit, Materan. & Acheruntin. Archiepiſcopum ſe nominare, & in ſuis litteris appellare teneatur & debeat: & nihilominus eidem Materanen. Eccleſiæ, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indultis, & gratiis per Sedem Apoſt. aut Reges & Principes ſęculares eidem Acherun. Eccl. conceſſis, uti & gaudere valeat, eique communia eſſe debeant in omnibus, & per omnia, ac ſi eidem Materanen. Eccleſiæ conceſſa forent, auctoritate prædicta concedimus per præſentes; Non obſtantibus Conſtitutionibus, &c. necnon Eccleſiarum earundem ſtatutis, &c. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, ordinationis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dom. 1471. 16 Kalend. Febr. Pontif. noſtri ann. 1.*

Interea præſidente Henrico viro probo & ad omnia facto, & ex determinatione Sixti Pontificis aliquando mutua charitate quievit utriuſque Eccleſiæ Clerus, donec ſub Henrico ſucceſſore iterum lites, & jurgia de titulo ſervando, deque diœceſi ſtatuenda inſurgere cœperunt, quæ ferè uſque ad noſtra ſæcula propudioſæ pacem, concordiamque fregerunt. Henricus verò poſtquam eximiè utramque Eccleſiam rexiſſet, Materæ lento, ſed pertinaci morbo extinguitur anno 1482. die 4. Decembris ſepultus in Cathedrali.



29. VINCENTIUS Palmerius deinde Neapolitanus, natalibus, virtutibuſque clarus anno 1483. demortuo Henrico ſuffectus eſt die 14. Martii. Huic vix dum electo de Eccleſiaſtica immunitate benemerendi præclara ſeſe dedit occaſio: etenim plures ejus diœceſis Dinaſtæ, ſeu Barones dominandi libidine jura ejus Eccleſiæ perturbare ſunt aggreſſi, quorum Vincentius infracto animo coram Ferdinando I. æquiſſimo Rege petulantiam fregit, & ablata ſuæ vindicavit Eccleſiæ, unde Regiam, Pontificiamque gratiam meruit, & Eccleſiaſticæ libertatis aſſertor fuit appellatus. Eadem felicitate pacem inter Acheruntinos, Materanoſque Clericos, civeſque, iterum inter ſe diſſentientes, ex præſcripto Joannis Cardinalis Aragonei delegati compoſuit, ac Sixti IV. diploma jam antea ſub Henrico prædeceſſore ſuo ſcriptum obſervandum mandavit. Milioniaci ſuæ diœceſis majorem Eccleſiam in Collegiatam erexit an. 1516. quam confirmavit Leo X. eodem anno nonis Novembris LVII.

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*Dilectis filiis Archipresbytero, Cantori, Canonicis, Beneficiatis, & Presbyteris Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Majoris terræ Milioniaci Acheruntinæ & Materanæ diœceſis, &c. Cum à nobis, &c. quod venerab. Frater Vincentius Archiepiſcopus Acheruntinus, & Materanus, Parochialem Eccleſiam ſanctæ Mariæ Majoris terræ Milioniaci ſuæ diœceſis, &c. in Collegiatam Eccleſiam, &c. auctoritate ſua ordinaria erexit, &c. Datum, &c. 1516.*

Has rexit Eccleſias plus minùs ann. 35. ultroque anno 1518. dignitati nuncium remiſit die 30. Julii Archiepiſcopali titulo retento, quod ad mortem uſque retinuit, Neapoli exceſſit, & in Sacrario Eccleſię S. Catharinę ad Formellum terrę mandatus eſt. Habuit ſuum generalem Vicarium, dum Acheruntinam, Materanenſemque Eccleſias regeret, Petrum Epiſcopum Motulanum.



30. ANDREAS MATTHÆUS Palmerius a Vincentii nepos claræ indolis juvenis patruo cedente, Acheruntinus, & Materanus Archiepiſcopus effectus eſt à Leone X. 3. Kalend. Auguſti 1518. Vix inauguratus, ab Acheruntinis, Materaniſque LVIII

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 491.

Cle-

Clericis, & populis per litteras eodem die commendatus, diffidentibus partium ſtudiis, lis aliquando ex Vincentii dexteritate ſopita, in deterius prorupit, animoſque inflammavit ad ſua cuique tuenda jura. Acheruntinis in primis res jucunda obvenit, cum à Leone litteras in forma brevis ſurripuiſſent die 11. Novembris ejuſdem anni 1516. quibus Andreæ Matthæo Archiepiſcopo demandatum fuit, ut deinceps Acheruntinum Archiepiſcopum, Materanumque Epiſcopum ſeſe denominaret, ut in litteris ab exemplari exſcriptis plenius continetur.

*Dilecto filio Andreæ Matthæo electo Acheruntino, & Materanenſi, Leo Papa X. Dilecte filii ſalutem, & Apoſtolicam benedict.*

*Nuper Acheruntina & Materanenſi Eccleſiis invicem unitis ex eo, quod venerab. Frater noſter Vincentius Archiepiſcopus nuper Acheruntinus, & Materanus regimini, & adminiſtrationi dictarum Eccleſiarum, quibus tunc præerat in manibus noſtris ſponte, & liberè ceſſit; noſque ceſſionem ipſam duximus admittendam Paſtoris ſolatio deſtitutis, nos de perſona tua eiſdem Eccleſiis de Fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate providimus, præficiendo te illis in Archiepiſcopum, & Paſtorem, prout diverſis noſtris indè confectis litteris plenius continetur, ac attendentes prefatam Eccleſiam Materanenſem olim Eccleſiæ Acheruntinæ in ſuffraganeam per felic. record. Alexandrum Papam II. prædeceſſorem noſtrum conceſſam & aſſignatam fuiſſe, ac poſtmodum tempore Pontificatus piæ mem. Sixti Papæ IV. etiam prædeceſſoris noſtri de perſona bon. mem. Henrici olim Archiepiſcopi Acheruntini, & Epiſcopi Materanenſis eiſdem Eccleſiis etiam tunc invicem unitis tunc per obitum ſimilis mem. Marini Archiepiſcopi Acheruntini, & Epiſcopi Materanenſis extra Romanam Cur. defuncti vacantibus Apoſtolica auctoritate proviſum, ipſumque Henricum Acheruntinum in Archiepiſcopum, & Materanenſem Eccleſiis prædictis in Epiſcopum præfectum, & deinde de dictis Eccleſiis per obitum dicti Henrici Archiepiſcopi Acheruntini, & Epiſcopi Materanenſis vacantibus de perſona præfati Vincentii, ita ut cum idem Vincentius in Acheruntina civitate, & diœceſi, ſe Acheruntinum, & Materanenſem, dum verò in Materanenſi civitate, & diœceſi reſideret Materanenſem & Acheruntinum Archiepiſcopum appellare deberet proviſum fuiſſe, ipſamque Eccleſiam Materanenſem, licet, ut præfertur unitam, non tamen Metropoliticam indè cenſeri, nec ipſarum unitarum Eccleſiam Preſulem in Acheruntina ſe Materanenſem Archiepiſcopum, aut vice verſa in Materanenſi civitate, ſeu diœceſi reſidendo ſe Materanenſem, & Acheruntinum Archiepiſcopum, neque diœceſanos Acheruntinos extra civitatem, & diœceſim Acheruntinam, & ad civitatem & diœceſim Materanenſem hujuſmodi evocari, ſed ſeparatim juriſdictionem in eiſdem civitati, & diœceſi exercere debere, ac volentes, ne Clerus, & Populus Acheruntinus indè graventur, & contentiones & ſcandala oriantur providere, motu & ex certa ſcientia diſtrictius tibi in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſione à regimine, & adminiſtratione utrarumque Eccleſiarum prædictarum pœnis mandamus, quas ſi contra feceris, eo ipſo abſque declaratione deſuper facienda incurrere volumus, & decernimus, & quarum relaxationis beneficium præterquam in mortis articulo conſtitutus ab alio, quam à Romano Pontifice nequeas obtinere, ne de cætero aliàs quam Archiepiſcopum Acheruntinum, & Epiſcopum Materanenſem nominare, appellare, ſeu inſcribere, aut juriſdictionem, vel ſuperioritatem aliquam in Clerum, & Populum civitatum, & diœceſum prædictarum, niſi ſeparatim, niſi præterquam in his, quæ mero jure Metropolitico pertinent, & quem in civitate, vel diœceſi Acheruntina dumtaxat ingerere debeas per te aut Vicarios, ſeu alios officiales tuos quomodolibet directè, vel indirectè quovis quæſito colore exercere præſumatis. Decernentes Clerum & Popu-* A *lum utriuſque civitatum, & diœceſum prædictarum ad parendum aliàs tuis, aut Vicariorum, vel officialium prædictorum mandatis, & monitionibus extra civitates, vel diœceſes eorum, in quibus reſpectivè deguerint minimè teneri, neque ad id compelli, neque propterea aliquibus cenſuris, ſeu pœnis innodari poſſe; Decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuper iis à quocunque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictarum Eccleſiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 11. Novembris 1518. Pontificatus noſtri ann. 6.*

Interea Materani nec rei novitate proſtrati, nec fracti adverſariorum lætitia, ad Leonis humanitatem appellarunt; ac per ſupplicem libellum enixè ipſum ſummum equumque Judicem rogarunt, ne B dignitatem Archiepiſcopalem eorum Eccleſiæ ab aliis prædeceſſoribus Pontificibus benignè aſſertam adimeret, facturos ſe quod ſpopondiſset juſtitia, & Pontificia humanitas, ne iterum lis revocaretur ad pilum.

*Clementiſſime Pater.*

*Quantum præjudicium afferat, quantumque attendi debeat honoris detractio, & ſtatus mutatio tam in Eccleſiaſticis, quam in temporalibus, Sanctitas veſtra opportune novit. Cum itaque per præinſertas, honori Civitatis, & Eccleſiæ Materanen. detrahatur, ac illarum ſtatus mutetur, cum à trecentis annis citra, & ſupra, non ſolum à tempore Vincentii tunc Archiepiſcopi Materan., ſed tempore Henrici etiam Archiepiſcopi Materanen. & non ſolum tempore Henrici, ſed etiam tempore Marini Henrici prædeceſſoris; & non ſolum tempore Marini, Henrici, ſed etiam tempore Manfredi, Marini Archiepiſcopi prædicti prædeceſſoris Archiepiſcopi Materanen. & Acheruntin. nominati fuerunt, ubi Materan. principaliter nominatus* B *fuerit Archiepiſcopus, ac unuſquiſque eorum fuit Archiepiſcopus, & fuit ſola illa differentia, per dictas litteras Sixti inducta, quod idem Archiepiſcopus præponeret nomen Eccleſię, apud quam reſideret; prout hactenus fuit obſervatum. Et ſi aliquid mutandum eſſet, potius in favorem Materanen. civitatis, quæ plurimum inſignis & populoſa, ac regia, & de temporali dominio Regis Catholici exiſtit, & non Acheruntina, quæ reſpectu Materanen. urbis eſt depreſſa, Clero & Populo deſtituta, ac ſub temporali Dominio non dicti Regis, ſed cujuſdam Baronis, Comitis exiſtit, fieri deberet; Cum etiam per talem mutationem, dicto Regi Catholico magnum fieret præjudicium, & præfato Comiti multum accreſceret, eo quod veriſimiliter magna pars Cleri & populi de Materan. ad Acheruntin. transiret, ſi ſolum apud jam dictam Acheruntin. jura Metropolitana exiſterent, cum hactenus apud utramque fuerint, & principalior Domus Archiepiſcopi, & ejus juriſdictionis exercitium frequentius in dicta Materanen. fuerit. Ne* D *igitur ex iis, quæ antiquam conſuetudinem habuerunt, aliquid immutetur, ſed, ut decet mos antiquæ vetuſtatis, ac honor, & ſtatus conſuetus cuique conſervetur, ac ſcandalis, quæ ex tali mutatione provenire poſſent, occuratur, pro parte devotorum Sanctitatis Veſtræ Oratorum, Cleri, & Populi Materanen. prędictorum ad beatiſſimos pedes Sanctitatis Veſtræ recurritur humiliter ſupplicando, quatenus ea, quæ importunitate, vel inadvertentia, ac ſine cauſæ cognitione, in prædictorum Regis, Cleri & Populi præjudicium, & dedecus ſunt conceſſa, ad conſuetum ſtatum reſtituentes, & reducentes, eoſque ſpecialibus favoribus & gratiis proſequentes, prædicto Rev. Patri D. Andreæ Matthæo moderno Materanen. & Acherunt. Archiepiſcopo, ejuſq; ſucceſſoribus, ſub omnibus & ſingulis in præmiſſis contentis, & etiam privationis prędictarum Eccleſiarum, & Apoſtolicæ maledictionis, ac damnationis æternę & decem millium ducatorum auri de Camera, Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolo-*

*rum de Urbe applican. cenſuris, & pœnis eo ipſo incurren. quarum abſolutio non niſi de dictorum Oratorum conſenſu haberi poſſit, quod deinceps perpetuis futuris temporibus prædictus Andreas Matthæus modernus Archiepiſcopus, ejuſque ſucceſſores nominari & deſcribi debeant, &c. prout & quemadmodum dictus Andreas Matthæus, in litteris Sanctitatis Veſtræ, in proviſione de ejus perſona, dictis Eccleſiis facta, nominatus & deſcriptus fuit, videlicet Materanen. & Acheruntin. Archiepiſcopus. In aliis verò in præinſertis contentis, prout hactenus fuit obſervatum procedat, proinde omninò, ac ſi præinſertæ nullatenus emanaſſent diſtrictè præcipiendo mandare, ſicque ſtatuere & ordinare. Et nihilominus aliquibus probis viris in partibus illis, ac eorum cuilibet, ut prædictis Oratoribus perpetuo efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant, Andream Matthæum modernum Archiepiſcopum, ejuſque ſucceſſores prædictos, ac alios contradictores, inobedientes, & rebelles, cenſuras & pœnas incurriſſe declarent, aggravent, ac reaggravent, interdictum Eccleſiaſticum apponant, & auxilium brachii ſæcularis (ſi opus fuerit) invocent, cæteraque alia neceſſaria, &c. etiam appellatione remota exequantur, committere, mandare dignemini, de gratia ſpeciali, præmiſſis, ac præinſertis, ac inde forſan ſequutis, & fel. record. Bonifatii Papæ VIII. &c. & aliis Conſtitutionibus, &c. Cæteriſque contrariis non obſtantibus, &c.*

B

Poſt hæc Leo, ut æqua lance utrarumque partium jura illibata ſervaret, & dignitas illa Archiepiſcopalis, ſi juſtitia ſuaderet, in Materanos caderet, ita inducere videbatur, per ſummorum hominũ Laurentii Puccii, & Dominici Jacobacii Cardinalium judicium, Sixti IV. decretum cenſuit confirmandum, revocatiſque prioribus litteris (ſine tamen præjudicio volentium agere ſuper ſubreptione litterarum Sixti) ſanxit, ac decrevit, ut deinceps Materanæ Eccl. Archiepiſcopalis dignitas aſſereretur, præcepitque Andreę Matthęo ut ſeſe Acheruntinum, Materanumque Archipręſulem adtitularet. Litterę datę fuerunt die 26. Maii 1519. quas hic libenter abexempiari damus, cum uſque ad hęc noſtra tempora veluti juſtiſſime prolatæ ſerventur ab eorum Archiepiſcopis illibatæ.

C

*Venerabili Fratri Andreæ Archiepiſcopo Acheruntin. & Materan.*

*Leo Papa X. venerab. Fratr. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Dudum fel. rec. record. Sixtus Papa IV. prædeceſſor noſter, provide conſiderans, quod aliàs Acheruntia quæ in Clero, Populo, facultatibus, & divitiis, admodum decreverat, & Materan. Eccleſia, quæ Clero & Populo, atque opibus, & rebus humano victui opportunis copioſa, & pluribus inſignibus Collegiatis Eccleſiis, & utriuſque ſexus religioſorum Cœnobiis abundabat, invicem, ut altera alteri in honore, & decenti earum Præſulis ſtatu, mutuo eſſet ſubſidio, Apoſtolica auctoritate perpetuò unitæ fuerant, unuſq; & idem Antiſtes, qui à tempore pię mem. Eugenii Papæ etiam IV. & prædeceſſoris noſtri, tunc*

D

*ſui Acheruntin & Materan. Archiepiſcopus vocabatur, ipſas Eccleſias rexerat, & gubernaverat, prout tunc regebat, & gubernabat; & dignum judicans, ut earundem Eccleſiarum Paſtor, Materanam Eccleſiam, à qua vitæ nutrimenta ſuſcipiebat, grato proſequeretur honore, & juxta Evangelicam diſciplinam, ſe erga illam officioſum præberet, auctoritate prædicta ſtatuit, ordinavit, quod ex tunc de cætero in perpetuum, tunc & pro tempore exiſtens Acheruntin. & Materan. Archiepiſcopus, quoties in Acheruntin. ſe Acheruntin. & Materan. & quoties in Materan. Eccleſiis, civitatibus, & diœceſibus reſideret, Materan. & Acheruntin. Archiepiſcopum ſe nominare, & inſcribere teneretur; Nos verò ſuperioribus diebus prędicta ignorantes, cum accepiſſemus, dictam Eccleſiam Materanam fuiſſe olim à recol. mem. Alexandro Papa II ſimiliter prędeceſſore noſtro, prędictę Eccleſię Acheruntin. in ſuffraganeam conceſſam, & propterea*

A

*minus decens videri, ut ipſius Antiſtes, qui illius ratione Epiſcopus erat, Archiepiſcopus vocaretur, confunderetur ex eo Metropolitica juriſdictio, & auctoritas, ac Clero, & populo dictæ Eccleſiæ Acheruntin. pręjudicium inferretur, etiam ad evitandum ſcandala, ne qua inde orirentur, motu proprio, & certa noſtra ſcientia, tibi in virtute ſanctę Obedientię, & ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis à regimine & adminiſtratione dictarum Eccleſiarum pœnis, eo ipſo quo contra feceris, incurrendis, per quaſdam mandavimus, ne te ex tunc aliàs, quam Archiepiſcopum Acheruntin. & Epiſcopum Materanum nominare, vel ſcribere, neve juriſdictionem, vel ſuperioritatem aliquam in Clerum & populum, civitatum, & diœceſum prædictarum, niſi ſeparatim: præterquam in his, quæ ad te Metropolitico jure ſpectarent, & quæ in civitate, & diœceſi Acheruntina dumtaxat expedire deberes, per te, aut Vicarios, vel alios officiales tuos directè, vel indirectè, quovis quæſito colore exercere quoquo modo præſumeres: Decrevimuſque Clerum & populum dictarum civitatum, & diœceſum, ad alias parendum tuis, vel Vicariorum, aut officialium prædictorum, mandatis, & monitionibus, nequaquam teneri, nulliſque propterea cenſuris, vel pœnis innodari poſſe, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper iis à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Et deinde dilectis filiis Capitulo, & ſingulis Canonicis prædictæ Eccleſiæ, ac populo civitatis Materanen. ac aliis perſonis ibi expreſſis, quia mandato noſtro prędicto noluiſſe acquieſcere dicebantur, per alias noſtras litteras ſub excommunicationis ſententia, & aliis etiam pecuniariis pœnis tunc expreſſis diſtrictè præcipimus, ut dictis prioribus litteris noſtris, & mandato in omnibus obediret, prout in dicti Sixti prędeceſſoris, ſub ejus plumbea bulla, & ſingulis inde prędictis, per breve confectis litteris, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererẽtur, pręſentibus pro expreſſis habemus, plenius continetur. Cum autem, ſicut Capitulum & Canonici prędicti, &c. Dilectis filiis*

C

*noſtris Laurentio Sanctorum Quatuor Coronatorum, & Dominico ſancti Bartholomæi in Inſula, titulorum Presbyteris Cardinalibus, vivæ vocis oracula commiſimus, ut de his ſe diligenter informarent, & deinde nobis referrent, fidem legitimè fecerunt, quod ſtatutum, & ordinatio Sixti prædeceſſoris noſtri hujuſmodi effectum ſortita, & ab illorum editionis tempore citra uſque ad dictarum litterarum noſtrarum publicationem Eccleſia, civitas, & diœceſis Materan. prædictæ, & earum Clerus & populus in eorundem ſtatuti, & ordinationis poſſeſſione, vel quaſi fuerunt pacificè & quietè; & per eoſdem Cardinales nobis relatum fuerit, honeſtum non fuiſſe civitatem Materan. & illius Clerum, & populum, eis non vocatis, ac cauſa minimè incognita, ſua poſſeſſione minimè ſpoliari. Nos ad eorundem Cardinalium relationem honeſtum fore cenſentes, dictas litteras, & proceſſus habitos per eaſdem, ac alia inde ſequuta quæcunque revocantes, caſſantes, & annullantes, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod*

D

*tu & pro tempore exiſtentes Archiepiſcopi Acheruntin. & Materan. omne id, quod antequam litteræ noſtræ hujuſmodi à nobis emanaſſent, ſervare ſolitus fueras, & fuerant prædeceſſores tui (ſine tamen præjudicio volentium agere, ſuper ſubreptione litterarum Sixti, prædeceſſoris hujuſmodi) interim, donec aliud declaratum non fuerit, obſervare debeatis, & teneamini. Vobis nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis à regimine, & adminiſtratione utriuſque Eccleſiæ hujuſmodi, pœnis, eo ipſo, abſque aliqua declaratione incurren. & quarum relaxationem non niſi à Nobis & à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, & in mortis articulo obtinere valeatis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus voluntatem, & decretum noſtrum hujuſmodi, inviolabiliter obſervetis, & à Vicariis, & Officialibus, & aliis ſubditis veſtris, obſervari faciatis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationi-*

*bus Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quæ idem Sixtus prædeceſſor noſter in dictis litteris, voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, &c. Die 26. Maii 1519. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.* A

Porrò quod ad Andream Matthęum attinet, plura eſſent dicenda. Ex his pauca proferemus, cum non defuerint, qui eius meritas laudes inſeruerint in Commentariis. Hic utique magni animi vir, qui plerumque etiam infulatus ex avitę ſuę gentis laude, ac memoria præcipuè Luchini Palmerii Mediolanenſis primipili invictiſſimi, qui ſub Sfortia meruit, & Neapoli gentis ſuæ genus propagavit, cum ſpiritus militares gereret, quorum impulſu, & Chriſtianæ Religionis amore zelo accenſus, ut Theodorus Catacuzenus ſcribit, Adriano VI. Pontifici ſe exhibuit ad ſuppetias Rhodianis militibus tunc à Selino Turcarum Imperatore obſeſſis deferendas, ſuaque, & amicorum pecunia ſcripto milite, dum iter pararet, Pontificiumque expeteret auxilium, ex Adriani vecordia, vel avaritia Palmerii nobile facinus nudatum eſt, & dum Romæ ab Adriano conſulitur, Rhodum expugnatur, & in Selini poteſtatem devenit. Andreas vero parum abfuit quin ex animi dolore vitam amiſerit, ſtatimque relicta Aula ad Eccleſiam ſuam benè regendam ſe contulit, è qua poſt paucos annos à Clemente VII. revocatus, ſumma omnium hominum gratulatione S. R. E. Presbyter Cardinalis renunciatus eſt ad titulum ſancti Clementis, anno 1527. die 3. Maji, quo munere virorum Principum, præcipuè Caroli V. Imp. & Clementis VII. expectationi reſpondit, ac præclarum in Chriſtiana Republica Senatorem ſe geſſit. Acheruntinam, Materanamque Eccleſias anno 1528. ad favorem Franciſci fratris ſui cum regreſſu dimiſit, Sarnenſem jam acceperat, eoque præmortuo iterum eas reaſſumpſit, iterumque ſe exolvit anno 1531. Policaſtrenſem habuit commendatam, & Mediolanenſis Ducatus à Carolo V. delectus Gubernator, eoque in munere diem clauſit extremum 13. Kalen. Febr. ann. 1537. ibidem depoſitus, in patriam delatus in communi Fratrum oſſuario apud Eccleſiam S. Catharinæ de Formello reconditus eſt, ut Cæſar Eugenius ſcribit. Victorellus in additionibus ad Ciaconium ex Nomenclatore ſcribit Palmerium Romæ obiiſſe, & inſcriptione ſequenti honoratum fuiſſe in Eccleſia S. Mariæ de Populo.

*Andreæ Matthæo Palmerio*
*Neapolitano*
*S. Clementis Presbytero Cardinali*
*Jo Vincentius Palmerius fratri*
*optimo*
*multis cum lacrymis poſuit.*
*Qui vixit*
*annis 43. menſ. 5. dieb. 10.*
*Deceſſit 13. Kal. Febr.*
*M. DXXXVII.*

Sed hæc inſcriptio (1) non reperitur inter inſcriptiones & epitaphia Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Populo, quam nuper una cum deſcriptione ejuſdem Eccleſię publici juris fecit Ambroſius Landuccius Senenſis, olim Illyritanę Congregationis Ord nis Heremitarum ſancti Auguſtini Generalis Vicarius, nunc ſanctiſſimi Domini noſtri Alexandri VII. Pont. Max. Sacriſta, & digniſſimus Philadelfienſis Epiſcopus, doctus vir, & venerandę antiquitatis cultor, eximius, ingeniique ſui monumentis clarus.

LIX.

31 Fr. FRANCISCUS Palmerius, Cardinalis ſuperioris germanus frater *a* Ordin. Conventualium ſancti Franciſci, cedente fratre, à Carolo V. pręſentatus evaſit Archiepiſc. Acherun. & Materan. die 21. Auguſti 1528. qui poſt duos adminiſtrationis annos Milioniaci ſuę diœceſis oppido mortalitatem

*a* Non ordinis Conventualium, ſed miles ordinis Hieroſolymitani, ut legitur in Actis Conſiſtor.



B explevit Auguſto menſe 1530. de quo acta conſiſto. de quo etiam unum tantum familiaritatis documentum legimus, cujus initium. *Frater Franciſcus Palmerius miſeratione divina Archiepiſcopus Acheruntinus, & Materanus. Dilecto nobis in Chriſto, filio, Diacono Dominico de Simivello Canonico Acheruntino, &c. Datum in civitate Acheruntiæ die 8. menſis Julii 1529. Pontificatus noſtri anno primo.* Hujus non meminit noſter doctus Vvaddingus in Annal. Minor. Ex Franciſci obitu, vi regreſsus hę Eccleſię ad Cardinalem Palmerium redierunt, qui illas paucis menſibus deinde adminiſtravit, & Capitulo, Clericiſque majoris Eccleſię Milioniaci, quod jam dudum conceſſerat aſſeruit, & benignè confirmavit ſcripto documento tenoris ſequentis.

*Andreas Matthæus, miſeratione divina tit. Clementis S.R.E. Presbyter Cardinalis Palmerius nuncupatus Acheruntin. & Materan. Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator, ſeu Archiepiſcopus.*

C *Dilectis nobis in Chriſto Archipresbytero, Cantori, Capitulo, Canonicis, & Beneficiatis, cæteriſque Presbyteris intitulatis in Collegiata Eccleſia S. Mariæ Majoris terræ Milioniaci, &c. Cum aliàs bon. mem. Vincentius Archiep ſcopus Materanus, & Acheruntinus, patruus noſter interveniente unanimiter bon. mem. Bernardino Biſignani, Domino temporali, ac Univerſitate, & hominibus, necnon univerſo Clero dictæ terræ Milioniaci, Eccleſia ſanctę Mariæ Majoris prędictam in Eccleſiam Collegiatam, &c. omnes, & ſingulos fructus, &c. ſub certis modo & forma dividen. &c. perpetuò univerit, &c. dictiſque & pro tempore exiſten. Archipresbytero, Cantori, Canonicis & Capitulo, &c. Jus præſentandi perſonas idoneas, & ſeptem ex Canonicatibus, &c. reſervaverit, & deinde nos alias, tunc & dictę Eccleſiæ, &c. Archiepiſcopus, in minoribus conſtituti, &c. veſtigiis prædicti bon. mem. Vincentii Archiepiſcopi Patrui noſtri, &c. erectionem, &c. confirmantes, &c. Et ſucceſſivè poſtquam Nos, miſeratione divina ad Cardinalatus honorem aſſumpti fuimus, Sanctiſſimus*

D *in Chriſto Pater & D. N. D. Clemens, &c. paterna benignitate, &c. indultum conferendi omnes, & ſingulas dignitates, Canonicatus, &c. in dicta noſtra Acheruntina, & Materana Eccleſia, illiuſque diœceſi exiſten. nobis, &c. conceſſerit, &c. Idcirco, &c. illaque omnia & ſingula, quatenus opus ſit, ex novo concedimus, &c. Dantes, &c. plenam, liberam, & amplam facultatem, &c. quaſcunque perſonas idoneas ad ſeptem ex Canonicatibus, &c. dum pro tempore vacaverint juxta dictarum bon. mem. Vincentii Archiepiſcopi, & priorum noſtrarum litterarum hujuſmodi informationem continentia, &c. non obſtante indulto nobis ut præfertur conceſſo, &c. In quorum, &c. Datum Romæ in domo habitationis noſtræ*

(1) Reverà Romæ obiit. Hujus autem inſcriptionis laudatus Auctor faciliimè oblivisci potuit, ut ſæpe numero evenit, cum & Oldoinus in Ciaconium t. 3. col. 402. eamdem referat, quam & in illa baſilica bene obſervare potuit, quia duos alios verſus ab Ughello prætermiſſos, ipſe deſcribit, qui ſunt: *Hujus, & plus conſtans animus nos mitaus docuit fortunam adverſam ſuperare, quam ſecundam contemnere.* Philippus Rondininus, qui nuperrimè de S. Clemente P. & M. ejuſque baſilica ſcripſit, l. 2. c. 12. eadem in S. Mariæ de Populo inſcriptione cohonellatum refert.

*ſtræ ſub anno, &c. 1530. Die vero 15. Decemb. pontiſ. Sanctiſſ. &c. Clementis, &c. Papæ VII. Anno 8. &c.* Ita eſt *A: Card. Palmerius, etc.*



LX

*a De quo Ciaconius Oldoini tom 1. col. 771.*

32. JOANNES MICHAEL Saracenus *a* Neapolitanus, cum eſset Archipresbyter Torellæ, ex præſentatione Caroli V. Imp. à Clemente VII. Acheruntinam, & Materanam obtinuit Cathedras die 3. Julii anno 1531. vir utique virtutis eximiæ, quippe qui ex generis nobilitate claritudinem videretur traxiſse. Conſtat ejuſdem affines majores, ut Camillus, Borellus ſumm. deciſion. & Sulmontes p. 2. ſcribunt Torellæ dominium geſſiſse ad annum uſque 1297. Igitur Saracenus, ut erat vir doctus, & in rebus agendis ſummoperè peritus ad varia munia à Clemente VII. Pauloque III. adhibitus Romanæ Urbis Gubernator aliquandiu fuit, & ad Tridentinum Concilium miſsus, inter Patres aſſedit, & præclarum virtutis nomen ſibi comparavit, unde Purpuram meruit, & Presb. Card. evaſit anno 1551. Abſens has Eccleſias rexit, & ad favorem Sigiſmundi nepotis dimiſit anno 1556. Romæ mortuus Epiſcopus Card. Sabinenſis an. 1568. 5. Kal. Maii, apud S. Mariam ſuper Minervam tumulatus eſt, ubi epitaphium legitur, quod in Epiſcopis Sabinenſibus retulimus, dum de eo ſermonem haberemus; ajunt tamen cadaver deinde in patriam delatum in majorum ſepulchro reconditum eſſe ad S. Catharinæ ad Formellum.



LXI.

*a 4. Maii 1556. ex Actis.*

33 SIGISMUNDUS Saracenus ex dimiſſione patrui Cardinalis Acheruntinus, & Materanus Archiepiſc. electus eſt die 20. Febr. *a*. 1557. anno 26. ſuæ ætatis poſseſsionem adipiſcitur die 17. Aprilis ejuſdem anni. Interfuit Tridentino Concilio ſub Pio IV. Præfuit ſumma cum ſui nominis laude ann. 28. Materæ fato ceſſit die 7. Januarii 1585. & temporaneo tumulo in Cathedrali conditus, deinde Neapolim translatus, in Eccleſia S. Mariæ de Aromata jacet. Sede vacante per mortem Sigiſmundi, Capitulum Acheruntinum generalem Vicarium delegit Andream Florentiam Archidiaconum Acheruntinum, Materanenſe verò alterum conſtituit generalem Vicarium Lucam Antonium Giacuzzium, ſed Acheruntinus prævaluit; unde lites inter utrumque Capitulum æſtuare cœperunt, & tandem ſub Clemente VIII. anno 1600. favorabilis ſententia emanavit ad favorem Acheruntini Capituli, & vetuſta diœceſis oppidorum decem Acheruntinis adjudicata eſt.

„ ( *Franciſcus Antonius de Affictо, nobilis Neapolitanus, S. Marci Epiſcopus ad Acheruntinum, & Materanum Archiepiſcopatum fuit deinde præſentatus; ſed nondum digniſſimi Præſulis re propoſita in ſacro Conſiſtorio morte adveniente evanuit. Sepelitur in Eccleſia S. Mariæ oppidi Belvederi Marcopolitanæ diœceſis cum inſcriptione ſepulchrali, quæ de ipſo deſignato Archiepiſcopo teſtimonium facit.* Lucentius. )



34 FRANCISCUS ANTONIUS Sanctorius Caſertanus Julii Sanctorii Cardinalis germanus frater, („ *prius majoris Eccleſiæ Neapolitanæ* „ *Canonicus* ) Archiepiſcopus S. Severinæ, ad Acheruntinam, Materanamque Eccleſiam translatus die 28. Julii 1586. vix poſſeſſionem adeptus fuerat, cum advocatur ad tumulum in oppido Milioniaci, ubi obiit die 28. Auguſti 1588. ejus cadaver translatum deinde eſt Acheruntiam à Scipione ſucceſſore, ſequenti inſcriptione exornatum in Metropolitana Eccleſia. LXII

D. O. M.
*Franciſco Antonio Sanctorio*
*Archiepiſcopo ſanctæ Severinæ*
*Julii Antonii S. R. E. Card. fratri,*
*diverſis virtutibus prædito*
*ad Acheruntin. & Materan.*
*Archiepiſcopatum tranſlato,*
*Milioniaci mortuo,*
*& in hac*
*ſacra æde S. Canionis ex teſtamento*
*depoſito.*
*Scipio de Telſa*
*ejuſdem Acheruntin. & Materan.*
*Eccleſiæ Archiepiſcopus,*
*hoc voluit*
*adverſus amiciſſimum ſuæ voluntatis*
*extare monumentum.*
*Vixit ann. 49.*
*Obiit ann. Dom.*
*M. DXXCIIX.*
14. *Kalend. Septembris.*

Vacavit Sedes ann. 2. menſ. aliquot.

35. FRANCISCUS de Abillaneda *a* Luſitanus ex Archidiacono ſancti Jacobi de Compoſtella, à Philippo Rege præſentatus, factus eſt Acheruntinus, & Materanus Archiepiſcopus die 30. Januarii 1591. non diu Pontifex fuit, cum Materæ fato ceſſerit die 3. Octobris ejuſdem anni, qui in Cathedrali humatus fuit. Sedes vacavit ann. 2. menſ. 2. dieb. aliquot. LXIII.

*a In hujus obitum carmen Italic. cecinit Stilianus in opere: Il Canzoniere pag. mihi 409. Mandoſ.*

SCI-



LXIV 36 SCIPIO de Tolſa Neapolitanos ſatis clara litteratura, & nobilitate ſpectabilis ex Archiepiſcupo Tranenſi & Priore ſancti Nicolai de Baro ad has Eccleſias tranſlatus eſt die 20. Decembr. 1593. ſedit ibi ann. plus minus duobus. Materæ diem ſuum obiit 24. Febr. 1595. jacet in Cathedrali.

LXV 37 JOANNES Mirus *a*, Hiſpanus, patria Barcinonenſis *b*, cum Stabienſi Eccleſiæ per ſeptem ferè annos jus divinum dixiſſet, ad Acheruntinum, Materanumque Archiepiſcopatum aſſumptus eſt die 11. Martii 1596. & cum per aliquot annos bene rexiſſet, Materæ ſato ceſſit die 3. Decembris. Poſt Joannis obitum duo fuerunt à Catholico Rege præſentati Jo. Baptiſta de Tufo Epiſcopus Acerranus, qui gratias egit, & Andreas de Fraochis Archiepiſcopus Traneoſis, qui antequam à Ponrifice transferretur (1), diem ſuum obiit.

*a* Miri. *b* Al. Tarraconenſis. Hujus meminit Sanctius Cicatelli in Vita P. Camilli de Lellis l. 3. p. 13. *Mandoſ.*

LXVI 38 JOSEPH Rubeus è Caſtello Paganico Aquilanæ Diœceſis Epiſcopus Ugentinus, mox Aquilaous, ad Acheruntinam, Materanamque Eccleſias à Rege Catholico poſtularus die 12. Septembris 1605. à Paulo V. tranſlatus eſt, Joanni ſucceſſit. Collegium Canonicorum Materæ ad numerum 30. reduxit, dignitatemqoe Cantoratus, vel reſtituir, vel erexit, Clericorumque Seminarium ibidem conſtituit. Decem annos eximiè ſedit, deceſſit in patria die 5. Feb. 1610. ibidem ſepultus.

LXVII. 39 Fr. JOANNES Spilla *c* Alcantarus Hiſpanus Ordio. Præd. in Academia Salmaticenſi Lector inſignis, ac Theologus illuſtris Acheruntino & Materano throno nobilitatus eſt die 11. *d* Jaouar. 1611. octo omnioo annos cum laode prudenriæ ſedit. Materæ deceſſit 20. Septemb. 1619. ubi tumulatus quieſcit io Cathedrali.

*c* de Eſpilla. *d* 19. Jan. ex Actis.



LXVIII. 40 FABRITIO deinde Antinoro *e* Neapolitano, Florentia orinodo, morum elegantia, generis nobilitate viro clariſſimo, Philippi III. quondam Capellano ex Regia preſentatione Paulus V. Acheruntinę & Materanę Eccleſię curam demandavit die 11. Januarii 1621. *f* Romę conſecratus eſt die 16. Januar. 1622. Gregorio XV. ad clavum ſedente. Hic in ea admioiſtratione oon minus pium, quam

*e* De eo, ejuſque familia Carolus de Lellis de familiis nobil. Regni Neapol. par. 2. pag. 110. *Mandoſ.* *f* 10. Jan. 1621. ex Actis.

A prudentem ſe prębuit, in primis in utrumque Clerum pacis ſervandę laude effulſit, quem ſaluberrimis decretis in Synodo celebrata ad Eccleſiaſtica munia benè agenda edocuit. Materanam Metropolitaoam Eccleſiam aote 357. anoos conditam ſolemni ritu ſacravit die 24. Octob. 1627. hujuſce rei extare voluit in marmore memoriam ad Templi fores poſitam io hunc modum.

*D. O. M.*
*Urbano VIII. Pont. Philippo IV. regnante*
*Fabritius Antinorus Archiepiſcopus*
*Materanus & Acheruntinus*
*Regius Conſiliarius*
*Templum hoc anno M.CC. LXX.*
*conditum,*
*gregi ſuo invigilans*
*Deiparæ Mariæ Brunæ Metropolitanæ*
*Eccleſiæ titulari,*
*ac ſancto Martyri Euſtachio*
*Civitatis Patrono*
B *opus egregium*
*conſecravit 9. Kalend. Novemb.*
*M. D. CXXVII.*

Romæ ſequenti anno die 12. Septemb. juſsu Urbani VIII. Pont Max. in Varicana Baſilica altaria conſecravit ſancti Gregorii Magni, ſancti Petri Cruce affixi, alterumque quod Saphiræ & Ananiæ appellant.

Præfuit iis Eccleſiis ferè annis 10. & ad Hydruntioam Eccleſiam poſtulatur, mox antequam illam adipiſceretur, Eccleſiæ Syracuſanæ in Sicilia præficitur anno 1630. 2. Novemb. ab eodem Urbano cum retentione denominationis Archiepiſcopi Acheruntini, ut in diplomate legitor. *Nec non tibi Fabrici quoad vixeris, dictum nomen, & denominationem Archiepiſcopi Acheruntini denominare, & inſcribere, & ab aliis denominari, & inſcribi liberè & licitè valeas, ac ſi ejuſdem Eccleſiæ Acheruntinæ verus Præſul exiſteres, &c.* Tranſlatus ad Syracuſanam Eccleſiam in ea benè regenda vixit uſque ad C annum 1635. Neapoli deceſſit die 25. Julii, cadaver in Oratorio Albatorum terræ mandatum eſt. Cujus memoriam deinde Flaminius Antinorus frater germanus Brundiſii in Lucania Dominus in ſuæ familiæ Sacello Eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum excitavit in marmore ejuſmodi.

FABRITIUS ANTINORUS
*Privata indole, publica virtute cum paucis ſpectatus, e Philippi Catholici Regis quaſi ſacello & aula, Archiepiſcopus Materanus, atque Acheruntinus, Hydruntinæ deinde Sedi deſtinatus, tacita nondum poſſeſſione, Syracuſas transfertur. Ejus Urbis Præſul, Regnique Siciliæ à ſtatus Conſiliis ſplendida hęc officiorum munera ſumma fide, inſigni prudentia, morum zelo egregiè cum adminiſtraſſet Neapoli ſpiritum poſuit. Inter Albatos, è quorum cœtu fuerat, conſepultus; Optimæ memoriæ Germani fratris benemerentiſſimi Monumen-* D *tum iſthuc benevolentię, ac Germanitatis P.*



41 DOMINICUS Card. Spinula *g*, non modo gene- LXIX.

*g* De quo Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 554.

(1) Sed in Tranenſibus apud ipſum Ughellum legitur ejus profeſſione n ſuiſſe ad Pactenſem in Sicilia.

generis nobilitate, virtutum decore, ſed multis A
aliis titulis illuſtris ſucceſſit Antinoro die a. *a* Novembris 1630. deinde translatus ad Lunenſem, & Sarzanenſem Epiſcopatum in Liguria *b* 2. Kalen. Decembris 1636. à quo poſt annos decem ad Mazarienſe in Sicilia opimum Sacerdotium tranſitum fecit, ubi vale dixit huic mortali ſæculo, Innocentio X. ſedeote, ibique tumulatur in Cathedrali.

*a* Die 11. Novemb. ex Actis. *b* 16. April. 1632. die vero 2. Decemb. 1636. præficitur Mazarienſi. Ex Actis.



B

LXX 42 SIMEON Carraſa *c* Roccellæ Ducis ex matre Tagliavia Aragonia, Cardinalis Aragooię ſorore filius, Ordinis Clericorum Regularium, factus eſt Acheruntinus, & Materanus Archipręſul die 6. *d* Auguſti anno 1638. Has inſulas ſingulari animi moderatione, iotegritate vitæ, gravitate morum, ſedulitate, zelo decoravit ferè ao. to. translatuſque eſt ad Meſſanam in Sicilia Eccleſiam anno 1647. dic 18. Septembris.

*c* De quo Silos in hiſt. Cleric. Regul. par. 1 l. 5 p. 164 165. *d* Mandoſ. d 30. Aug. ex Actis.



C

LXXI 43 JOANNES BAPTISTA Spinula Cardinalis Dominici nepos, ex Abbate ſæculari à Philippo IV. Rege præſentatus electus eſt Archiepiſcopus die 18. Maji 1648. Qui nunc feliciter gregem ſibi commiſsum regit, gubernatque ſumma ſui nominis fama.

*A D D I T I O.*

D

*(„ Ad Januenſem deinde translatus eſt Eccle- „ ſiam.*

LXXII. *„ VINCENTIUS Lanfrancus, Epiſcopus Triventinus, promovetur ad has Eccleſias die 7. Decemb. 1665. Obiit an. 1676.*

LXXIII. *„ ANTONIUS del Rio Colminares à Cajetana ſede ad has transfertur anno 1678. die 14 Martii, „ quas cum duo ſupra viginti annos laudabiliter occupaſſet, deceſſit menſe Aprilis 1702.*

LXXIV. *„ ANTONIUS Maria Brancaccius, nobilis Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, poſt „ nonnulla ordinis ſui obita munera, his Eccleſiis „ præficitur 4. Junii 1703.)*

# ANGLONENSES
## ET
# TURSIENSES
## EPISCOPI.



B

ANGLONA olim Aquilonia io veteri Calabria, finibuſque Lucaniæ, nonc in Baſilicata, ſuper aprici collis planitie poſita mediterranea civitas Magnę Gręciæ quondam percelebris ſuit urbs, Pandoſia Græco nomine dicta, Alexandri Epirorum Moloſſorumque Regis interitu, ac Romanorum clade ibidem à Pyrrbo accepta nobilis. Diſtat ab Heraciea, quæ & Syris à vicino flomine appellatur, Plinio, & Trogo antiquiſſima Salentinorum Colonia octo milliariis ſita inter duos fluvios Syrim, & Acrim, quorum hic paululum mutato nomine Acherus Græcis illius regionis incolis dicebatur, In cujus ripa, referente Livio, & Trogo ſpiculo confoſſus periit Alexander, extatque etiam nunc apud indigenas tamqoam per maoos tradita ejus rei geſtæ memoria. Loci antiqoitatem arguont rudera, exinde monumenta, numiſmata, oſſa humana duplo triplove majora, quæ quotidie

C

in hoc loco eruuntor; extant & pervetuſtæ arcis veſtigia. Aotiquæ Aquiloniæ Romanæ Hiſtorię Princeps frequentem, ac honorificam habet mentionem, illamque celeberrimam Aquiloniæ oppugoationem expugnationemque à Lucio Papyrio Curſore Romani exercitus illuſtri Imp. illatam egregiè recenſet. Hæc tam antiqua, tam præclara orbs ob varios bellorum caſus ac temporum calamitates tempore Federici II. Imp. & Siciliæ Regis in vicum ſatis vilem, & anguſtum redacta fuit, qui & ille tandem ſub Joanna I. Regina Siciliæ à centuria militum flagitioſorum ac perditorom, quibus neque ſpes, neque res domi relicta eſſet, incendio conſumptus ſuit, ſolom intacto Virginis Dei Cathedralis templo. Ager Anglonenſis in circuitu patet ſexdecim mill. p. ſitu qua plano, qua clivoſo, uberi admodum gleba ferax, tritici, hordei, leguminom, vioi, olei, xyli, ſeu goſſypii, fructuum cujuſque generis præcipuè, quos à vernacula lingua mutato oomine acrumina vocavit Pontanus; paſcuorum præterea obertate gramioiſ-

D

que dulcedine adeò celebratum territorium, ut in hac regione nulli ſecundom, ſed potius omnium pinguiſſimum habeatur. Colles amœniſſimos habet veſtitos olcaſtro, lentiſco, roremarino, ciſto, ledo, polio, thymo, origano, thymbra, pulegio, aliiſque herbis odoriſeris, & ad humanos uſus ſalutaribus ſponte naſcentibus: fontes ubique aqua homini, & pecori ſaluberrima ſcaturieotes. Quare haud immerito Pandoſia olim nuncupata, quaſi dicas bonorum omniom largitricem.

Haud ſatis conſtat, quis huic civitati prætulerit Evangelii lumen, poteſt tamen ex conjectura colligi priſcis illis Apoſtolorum temporibus didiciſſe ſacra Chriſtiana, eorum Diſcipulis ea in regione prædicantibos. Epiſcopatus Anglonenſis vetuſtus eſt, & Acheruntino Archiepiſcopo ſuffragaoeus, cujus menſæ Epiſcopalis annuus ceoſus ducatorum fere trium milliom, qui colliguntur ex vectigalibus civitatis, & paſcuis agri Anglonenſis, quæ cum

A Pleno jure Federicus II. Imp. Epiſcopis Anglonenſibus donavit, eamque donationem confirmarunt poſtea Ludovicus, & Joanna I. Siciliȩ Reges, & noviſſime Carolus V. Auguſtus. Cathedralis Baſilica titulo Deiparæ Virginis naſcentis ſita eſt in ſummo colle, qui vicinis omnibus ſupereminet, ac dominatur; unde proſpectus eſt in totum ſinum Tarentinum, Salentinos, Apulos, Lucanos, & duo promontoria maris Jonii veterum ſcriptis celebrata, Lucinium, & Leucopetram Tarentinorum. Mole eſt admodum conſpicua, ſaxo quadrato conſtructa, intus picturis, ac imaginibus Græcis ornata, & choro, aris, ſacrario, ſacriſque veſtimentis, ſignis, & reliquis ornamentis Eccleſiæ neceſſariis abunde inſtructa. Ad quam venerandam ex antiqua piaque conſuetudine non ſolum ex diœceſi, verum etiam ex locis longinquis, & remotis, quotannis ſexto Idus Septembris ipſo Nativitatis Mariæ feſto ingens hominum multitudo religionis cauſa concurrit: quo etiam tempore nundinæ ibidem celebrantur.
B Verum cum hominum incuria, & ipſa compſuntrice rerum omnium vetuſtate Anglonenſis civitas à ſtirpe interiiſſet anno Domini 1546. die 8. Auguſti Pauli III. Pontif. Max. auctoritate Cathedra Epiſcopalis Anglonæ traducta fuit Turſium Anglonenſis diœceſis oppidum Ducatus gentis Doriæ (cujus incolæ lanificio telis lineis texendis dediti ſunt) quatuor milliaribus Anglona diſtans, eoque in civitatem erecto, Eccleſia ibidem poſita titulo Annunciationis Deiparæ Virginis magnifica fabrica inſignis, Cathedralis facta eſt: de qua translatione hoc eſt decretum in actis Conſiſtorialibus ſub eodem Paulo III.

*Anno 1546. die 8. Auguſti in Conſiſtorium apud S. Petrum. Referente Reverendiſs. Pariſio, S. D. N. extinxit in Eccleſia Anglonenſi titulum Cathedralis Eccleſiæ, & Archidiaconatus, Decanatus, & Cantoriæ dignitatum, ac aliorum officiorum, & beneficiorum de conſenſu obtinentium ſi accederet, & oppidum Turſium Anglonenſis diœceſis titulo Civitatis inſignivit,*
C *illud in civitatem Turſinenſem nuncupandum cum juribus, & privilegiis, aliarum Civitatum partium illarum, necnon Parochialem Eccleſiam ſancti Michaelis in medio fere dicti oppidi conſiſtentem in Cathedralem cum inſigniis, & juriſdictionibus Epiſcopalibus ad inſtar circumvicinarum aliarum Eccleſiarum Cathedralium, ita quod Bernardinus Epiſcopus nuper Eccleſiæ Anglonen. illi præſit, & ejuſdem privilegiis quibus utebatur utatur, necnon Eccleſiæ civitatis, ac diœceſis Turſien. ac illarum Clerus, ac Populus . . . . & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Turſien. curæ, & juriſdictioni, prout antea habuerat, ſubſint, & in dicta Eccleſia ſancti Michaelis Archidiaconatum, & Decanatum dignitates, & decem Canonicatus, & totidem præbendas erexit, & Eccleſia Turſien. Eccleſiam Anglonenſem pro menſa Epiſcopali, & palatium Anglonen. pro Palatio Epiſcopali Turſien. nec non dignitatibus, & ſingulis Canonicatibus, & præbendis erectis earundem dignitatum, ac canonicatuum ac præbendarum, nec non aliorum beneficiorum, & beneficiorum ſuppreſſo-*
D *rum bona juxta diviſionem, & diſtributionem per dictum Bernardinum faciendas perpetuo conceſſit, & aſſignavit, & Sedem Epiſcopalem Anglonen. ad dictam Eccleſiam Turſien. tranſtulit, & eidem D. Bernardino hujuſmodi dignitates, & canonicatus, & præbendas ab eorum primæva erectione vacan. conferendi, &c. ſtatuta condendi per facultatem conceſſit, & voluit quod dictus Bernardinus electus, & ſui ſucceſſores Eccleſiæ prædictæ Præſules Anglonen. & Turſen. vel electi denominari poſſint, Eccleſiæque Anglonen. prædictæ nomen tantum Cathedralis Eccleſiæ reſervavit & cum derogationibus opportunis.* Hæc ibi.

Sacris porro in ea Eccleſia nunc miniſtrant Canonici 13. è quibus tres dignitate eminent Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Decanus, & Archipresbyter; præterea Manſionarii tres, Cœremoniarum Magiſter, Lector Doctrinæ Chriſtianæ, Organiſta, atque alii Diaconi, Subdiaconi, Clericique permulti. Pœnitentiarii autem officium Archidiaconus, & Archipresbyter exercent. Habet etiam hæc Eccleſia Sacrarium ſatis ornatum rebus omnibus ad ipſius uſus neceſſariis. In civitate Turſienſi (Anglonenſis ſiquidem nullo habitatore colitur) præter Cathedralem eſt Collegiata altera titulo S. Mariȩ Majoris habens Præpoſitum, Canonicos decem, Manſionarios quatuor, Sacriſtam, Cæremoniarum Magiſtrum, doctrinæ Chriſtianæ lectorem, & Clericorum non exiguum numerum. Tertia eſt ſimplex Parochialis, & tamen præter Rectorem habet Presbyteros decem, & Diaconorum, Subdiaconorum, ac Clericorum numerum ad inſtar Collegiatæ. Nec deſunt huic Civitati Ludi magiſtri, qui pueritiam humanioribus informent litteris, muſicamque vocalem, atque organicam edoceant. Animæ fidelium extra mœnia degentium ad quatuordecim millia cenſentur ex deſcriptione Epiſcopi, ex cenſu verò Fiſci Regii conſtat familias eſſe 1799. Fructus Epiſc. menſæ aſcendit ad ſummam ducatorum trium millium monetæ illarum partium, taxatur verò in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos centum. Diœceſis Anglonen. admodum ampla, per longa itinera deducitur, quippe quæ viginti quatuor nobiles terras recenſet, oppidula, & caſalia octo, quorum quatuor ab Albanenſium gente ruſtica, & barbara egena, ac in die victitante Græcorum rituum tenaci, jampridem à Dalmatiæ finibus ad has Lucaniæ plagas appulſa multis abhinc annis incoluntur. Ejus longitudo ultra quinquaginta quatuor paſſuum millia protenditur, nempe è finibus Spinuſii Amydolariam uſque. Sacerdotes ultra quadringenti urbanis exceptis, in diœceſi dumtaxat cenſentur, Clerici verò minores ſupra octingentos. Oppida celeberrima hujus diœceſis duo ſunt Clarimontium, & Siniſium, quorum utrumque præclaram habet Eccleſiam Collegiatam à Margarita comite Clarimontana Jacobi Comitis Tricarici ex familia Sanſeverina uxore fundatam. In univerſum in tota hac diœceſi continentur Collegiatæ duæ, Parochiales pro numero oppidorum; virorum Cœnobia diverſorum ordinum quindecim, unum Monachorum Carthuſianorum opulentiſſimum in Comitatu Clarimontano poſitum prope Francavillam eorundem Monachorum ditionis; Abbatiæ Conſiſtoriales tres; prima eſt s. Mariæ de Sagittario Ordinis Ciſtercienſis in territorio Clarimontano ſita, montibus, ac ſylvis prægrandium, quercuum, cerrorum, & abietum undique cincta, ſummȩ apud vicinos populos venerationis. Locus quippè inſignis in quo trecentis decem & ſeptem abhic annis aſſervatur corpus B. Joannis de Caramola Toloſatis Ord. Ciſtercienſis Religioſi converſi integrum adhuc, & incorruptum.

Secunda Abbatia eſt s. Heliȩ & Anaſtaſii Martyris dicta de Carbona Ord. s. Baſilii, quam s. Magnus Lucas cognomento Carboni Magni Sabæ diſcipulus, & ſocius condidit, quamvis origo ignoretur, ſuppreſſa fundatorum gloria, poſteritas tamen ejuſdem S. Magni Lucæ providentiæ, ac laboribus attribuit: Cœnobii Hiſtoriam luculenter ſcripſit Paulus Æmilius Sanctorius Cuſentinus Archiepiſcopus.

Tertia Abbatia eſt s. Angeli Montis Rapari religione, & miraculo naturæ apud Lucanos celebris locus, non longe diſtans à Grumento antiquiſſimo Lucanorum oppido Carthaginenſium cæde ſub Hannone, & Annibale eorum Ducibus à Coſſ. Rom. Sempronio Longo, Claudio Nerone accepta, admodum claro. Ædem habet Divo Michaeli Angelorum Principi dicatam, Græcorum quondam Monachorum Ord. D. Baſilii Cœnobium. Sita eſt ad radices Rapari Montis vaſti ab natura, & humano cultu ſaxoſi nullis veſtiti arbuſtis præter ilicem, eamque raram: in ſummo planities perpetua, quæ pecore æſtivo frequentatur tempore, alioquin tota hyeme, ut omnis reliquus mons nivibus

coo-

cooperitur. Abbas hujus loci commendatarius eſt. Fidelium animæ totam hanc diœceſim incolentium, comprehenſa etiam civitate, ſunt ad quinquaginta millia. Cæterum Epiſcoporum Anglonenſium longam ſeriem retexere ob Civitatis eiuſdem devaſtationem, & varia humanæ vitæ diſcrimina, & calamitates minime datum fuit; aliquorum tamen Præſulum nomina ſexcentis abhinc annis dumtaxat in variis monumentis reperire fas fuit, quæ infra ſubiiciuntur.

*A D D I T I O.*

(„ *Deſolatæ Anglonenſi Eccleſiæ in annexa domo* „ *nunc Presbyter adeſt, qui in ea divinum opus per-* „ *urget. Turſium autem, ſeù Turſia, incolis* Turſi, „ *quo Anglonenſis ſedes translata eſt, jure Cathe-* „ *dræ Epiſcopalis civitas nunc eſt, olim oppidum* „ *Anglonenſis diœceſis, circuitus duorum milliarium* „ *in Baſilicata provincia, 500. lares circiter conti-* „ *nens, & duo millia mortalium, in temporalibus* „ *nobiliſſimæ Dorię gentis Januenſis dominium agno-* „ *ſcens. Chori autem reſidentia, quæ ad Turſienſem* „ *Eccleſiam tranſiit, conſtat ex 13. Canonicis, è* „ *quibus tres dignitate eminent, cum aliis miniſtris,* „ *prout ab Ughello fideliter recenſentur. Caret Ca-* „ *nonicorum cœtus utraque præbenda: licet pęniten-* „ *tiarii officium impleant Archidiaconus, & Archi-* „ *presbyter. Penès Capitulum eſt animarum cura,* „ *quæ per Archipresbyterum exercetur: & duæ aliæ* „ *Turſii ſunt parochiales Eccleſiæ. Cathedrali con-* „ *tiguum eſt Epiſcopium ſatis decens pro habitatione* „ *Præſulis. Adeſt pro peregrinis hoſpitium: deſi-* „ *derantur uſque nunc Seminarium, & mons Pieta-* „ *tis.* Lucentius.)

I. 1 SIMON illuxit primus ex iis, qui ad noſtram venere notitiam Anglonenſis Epiſcopus anno 1077. vir egregiis moribus clarus, cujus creationis tempus, neque cui in ea dignitate ſucceſſit, in eis Eccleſiæ monumentis non redditur; vixiſſe tamen hoc ipſo anno, & Ugonis de Claromonte Gimargæque ejus uxoris donationi percelebris Cœnobii ss. Eliæ, & Anaſtaſii Martyris egregii, quod Carbonarium dicitur Ord. S. Baſilii interfuiſſe ac ſubſcripſiſſe ipſum oſtendit donationis documentum, tametſi non Anglonenſis, ſed Turſitanæ Sedis Epiſcopum ſe ſubſcripſerit; cur autem ſic ſe denominaverit, neſcio, niſi divinare velimus, tunc temporis Anglonenſi, jam diù à Gothis diruta civitate, apud Turſium Epiſcopos manſiſſe; certum tamen habemus hoc anno Simeonem Sedem Anglonenſem rexiſse. Ugonis donationem quam Paulus Æmilius Sanctorius digniſſimus Cuſentinus Archiepiſcopus in hujus Carbonenſis Cœnobii hiſtoria retulit, hic libenter exſcripſimus, hic damus, cum in ea cultus ac veneratio antiquorum erga Sanctos Monachos eluceſcat. Erat tunc temporis loci Abbas Beatus Blaſius, B. Lucæ ſucceſsor, & germanus diverſus à s. Luca Magno cognomento Carboni, unde nomen Cœnobii, Magni Sabæ diſcipulus & ſocius, qui primus cenſetur tanti Cœnobii Abbas defunctus anno 893. 15. Kalend. Novemb. cui ſucceſserunt Beatus Blaſius, Menus, Stephanus cognomento Theodolus, B. Lucas, deinde Blaſius cujus intuitu Ugo donationem fecit tenoris ſequentis.

† *Signum manus meæ Ugonis de Claromonte.*

† *Signum manus meæ Gimargæ conjugis ſuæ.*

*Scientes nos Sanctæ Matris Eccleſiæ lavacro regeneratos, & per eam æternæ vitæ pabulo ſatiatos, decet nos tantæ Matri, in quantum humana natura valeat, totis viribus famulari, ejuſdem Paſtoribus, Deo quotidie ſervientibus vitam æternam inde expectantes beneficium, & honorem exhibere, & pro temporalibus ſempiterna prævidentes eorum tenimenta, & poſſeſſiones augere. Igitur dum nos prænominati Ugo Claromontis, & Gimarga uxor ejus apud Claromontem eſſemus, Tu Blaſius venerabilis Abbas Beati Anaſtaſii, qui dicitur de Carbone, veniens ad nos multimodis precibus rogaſti nos, ut Monaſterium tuum prædictum, quod ſub regimine noſtro, in terra noſtra adjacet, cum tenimento ſuo; tibi, & tuis ſucceſſoribus cum Privilegio noſtræ auctoritatis, & donationis perpetuæ concederemus. Nos autem cognoſcentes ipſum Monaſterium bonorum, & religioſorum Monachorum vita, & Regula permanere: non ſolum ipſum tenimentum, verum etiam de alio noſtro tenimento, ut ipſum Monaſterium abundanter pro laborando, & animalia ſua paſcendo augeretur, tibi, & tuis ſucceſſoribus largiri voluimus. Annuentes enim tuæ ſanctæ petitioni pro ſalute noſtra, noſtrorumque omnium parentum tam vivorum, quam defunctorum, hujus noſtri Privilegii auctoritate Monaſterium ipſum cum omni tenimento ſuo, & obedientiarum ſuarum in ipſo habentium, tibi & tuis ſucceſſoribus perpetuo concedimus, donamus, & confirmamus. Eſt enim ipſum tenimentum, quod tibi, & tuis ſucceſſoribus concedimus, & donamus incipiens à flumine, quod ſubtus Calabram vadit in loco, ubi conjungitur cum rivo, qui deſcendit per Mabri, & ſicut aſcendit ipſum flumen, & per vallonem de Gambari in rectum, & tendit ad collem Ariæ, quæ vulgo dicitur Ilicum, & perinde colle vadit ad Mandaccum, & inde ducit ad viam publicam, per quam itur à Zygana, ad Epiſcopiam, & aſcendit ipſa via uſque ad illas arbores, in quibus ſunt Cruces, & inde pergit ad ſiniſtram partem ad viam publicam, per quam itur ad Claramontem, & de inde pergitur per ſerram, & tendit in rectum ſerra, ſerra uſque ad ſerricellam de Bullo, & deinde recte ad majorem ſerram limpidam ſuperioris partis: inde deſcendit, ſicut deſcendit ad partes caſtelli Sarraceni uſque ad viam, & ab ipſa via aſcendit ad ſerram, ubi ſunt arbores fagi, & inde ſicut deſcendit per viam, & venit ad ſemitam quę vadit à ſancto Pantaleone contra caſtellum Sarracenum, & deinde per viam, quæ vadit per ſerram uſque ad pedem ſerricellę, quæ vocatur caſtellum de Notanis, & inde per viam ſimiliter uſque ad caput vallis, ubi conjungitur cum tenimento de Calabra, & ſicut deſcendit per vallem, & intrat per vallonem, & recte per vallonem ipſum ad viam, quæ vadit ad ſerram de Picileo, & inde vertitur per viam ipſam, & per tenimentum ſanctæ Mariæ de Coccari, & inde per viam, viam uſque ad rivum aquæ, quæ venit de monaſterio Churamidi. & inde qualiter deſcendit rivus ipſe cum terris, quæ ſunt juxta ipſum rivũ à parte tenimenti de Calabra, & de ipſo rivo ſicut vertitur, & erigitur per fines tenimenti de Calabra, & venit ad ſerram per viam, quæ vadit ab area prædicti monaſterii Churamidi ad monaſterium ſancti Archiſtratici, & deinde ſicut vadit per tenimentum ipſius ſancti Archiſtratici recte ad fontem ſancti Archiſtratici, & ſicut deſcendit ad prędictum rivum de Mabri, & concluditur in primo fine. Cuncta, quæ præleguntur à nobis data, & conceſſa, prænominato monaſterio ſancti Anaſtaſii de Carbone, tibiq; venerabili Patri prædicto Domino Blaſio ejuſdem monaſterii Abbati, & tuis omnibus ſucceſſoribus, quiete, libere, ſine ullo ſervitio, & ſine quolibet impedimento, firma ſemper, & inviolata permaneant, & ut ſecurius, & firmius omni tempore habeantur pręſens ſcriptum per manus Presbyteri Riccardi noſtri Capellani ſcribere, & tibi Domino Blaſio prædicto venerabili Abbati dari juſſimus. Anno Dominicæ Incarnationis 1077. menſe Martii, indict. 2.*

† *Simeon Dei gratia Turſitanæ Sedis Epiſcopus interfui.*

† *Signum manus Rogerii filii Othonis.*

† *Urſo frater prænominati Rogerii.*

† *Gualetrius de Battebarano.*

† *Alferius de Sicilifio.*

† *Robertus de Belem.*

*Eſmundus de Grutta.*

*Ego Presbyter Riccardus Sacettus de Nucera publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, præmiſſis omnibus, & ſingulis una cum prænominatis Teſtibus, præſens fui, eaque omnia, & ſingula propria manu ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, meoque conſueto ſigno ſignavi.*

*Locus † ſigni.*

Situm eſt hoc Cœnobium in Claromontenſi Comitatu Anglonenſis diœceſis hactenus à Baſilia-


nis

nis Monachis inhabitatum ſub commendatariorum poteſtate, quorum incuria penè collapſum reſtituit una cum regulari obſervantia Julius Sanctorius Card. Epiſcopus Prænestinus Commendatarius. Archimandritarum, & Commendatariorum hujus venerabilis Monaſterii nomina ſunt ſequentia, quæ extant in hiſtoria apud eundem Paulum Æmilium Sanctorium.

*Sanctus Magnus Lucas cognomento Carboni Magni Sabæ diſcipulus, & ſocius, cujus providentiæ, ac laboribus incrementum attribuit poſteritas. Præfulſit Cœnobium præcipuo honore, famaque ſanctitatis annorum mille, & amplius ſpatio. Ad Cœlum evolavit Lucas anno 893. 3. Id. Octob.*

1 *Blaſius Lucæ ſucceſſor 893. non minoris ſanctitatis ac famę.*
2 *Menas, qui Turcarum catenas diu perpeſſus eſt.*
3 *Stephanus cognomento Theodolus.*
4 *B. Lucas priori ſimillimus: hic cum terram ſanctam peragraret, advexit ſecum corpus S. Mariæ Aegyptiacæ, & caput S. Joannis Eleemoſynarii, & aliorum Sanctorum plures Reliquias, & Carbonum detulit.*
5 *B. Blaſius.*
6 *Lucas.*
7 *Clemens.*
8 *S. Nilus de Roſſano.*
9 *B. Bartholomæus de Roſſano.*
10 *Climius.*
11 *Nilus Junior.*
12 *Blaſius.*
13 *Lucas cognomento Religioſus.*
14 *B. Bartholomæus vir inſignis doctrinę & ſanctit.*
15 *Hilarius.*
16 *Bartholomæus.*
17 *Coſmas.*
18 *Hilarion.*
19 *Philomarinus*
20 *Pannuntius.*
21 *Sinus ſive Sivus.*
22 *Jacobus.*
23
24 *Placidus.*
25 *Thimoteus.*
26 *Elias.*
27 *Antonius Cologorus.*
28 *Placidus Lucas.*
29 *Hieronymus Continentia de Carbone.*
30 *Baſilius.*
31 *Clemens.*
32 *Jacobus Ferrarius de Carbone.*
33 *Jonas.*
34 *Gabriel.*
35 *Placidus.*
36 *Romanus Pauli.*
37 *Paulus Abb. olim . . . . primus Commendatarius.*
38 *Robertus Sanſeverinus ex Principibus Biſiniani Commendatarius.*
39 *Alexander de Alexandris Neapol. Commendatarius.*
40 *Lælius à Valle Romanus Commendatarius.*
41 *Joannes Geſualdus Neapol. Commendatarius.*
42 *Ferdinandus Rogerius Salernit. Commendat.*
43 *Cæſar Rogerius Salernitanus Commendatarius.*
44 *Julius Antonius Sanctorius Conſentinus Epiſcopus Card. Præneſtinus Commendatarius.*
45 *Paulus Aemilius Sanctorius Caſertanus Commendat.*
46 *Joannes Baptiſta Card. Panfilius, poſtea Innocentius X. Pont. Max. Commendatarius.*
47 *Franciſcus Angelus Cardin. Rapacciolus Commendat.*

II. 2 JOANNES Anglonenſis Epiſcopus interfuit conſecrationi Eccleſiæ Cathacenſis à Callixto II. celebratæ anno 1123. Ejuſdem habetur memoria in monumentis Eccleſiæ hujus ad annum uſque 1139. quo ſe ſubſcripſit donationis cujuſdam factæ cœnobio Carbonenſi in hunc modum. *Ego Joannes Epiſcopus laudo hoc, & affirmo.* Eo etiam Præſule cœnobio Carbonenſi multæ acceſſerunt donationes à Normandis Principibus eidem elargitæ, quorum aliquas hic recenſere viſum eſt ad tantorum virorum excitandam memoriam, recolendamque erga pia loca eorum pietatem, & gloriam.



Prima erit Richardi Siniſcalchi magni Rogerii filii ann. ſalutis 1100. ſcripta: ſecunda Boemundi Principis junioris data anno à condito orbe 6633. Chriſti verò 1125. cui ſubſcripſerunt Petrus Hydruntinus, & Gualterius Barenſis Archiepiſcopi. Tertia Alexandri, & Ricardi de Claramonte fratrum anno mundi 6634. Domini verò 1126. quarta Rogerii Regis anno Orbis 6640. ſalutis 1132. quinta ſupra relati Alexandri anno mundi 6643. incidit in annum Domini 1135. quorum exemplaria extant ab origine apud Sanctorium.

*Quoniam, ut ait Scriptura, in multis offendimus omnes, & neque per nos ipſos ſalvari, & Deo reconciliari poſſumus, niſi Sanctorum ejus precibus adjuvemur; Ideo ego Riccardus Siniſcalcus Magni quondam Rogerii filius, una cum Domina Albenda uxore mea, dum reſideremus apud Maxafram, & veniſſet ad nos Dominus Nilus venerabilis Abbas S. Anaſtaſii de Abbatia, quæ dicitur Carbonum, una cum Triſtano Monacho ſuo, & requiſiſſet à nobis, ac deprecatus fuiſſet quatenus tenimentum ſanctæ Mariæ de Hoſpitali Ponti ſibi donaremus, & concederemus. Nos autem divina inſpiratione commoti, exaudientes Dei viri dignas, & juſtas petitiones, pro amore Dei, & remedio animæ patris mei commemorati glorioſæ memoriæ, & Roberti Guiſcardi Ducis Italiæ, & Rogerii Ducis Barii, filiorum ejus, & omnium parentum noſtrorum defunctorum, atque remiſſione omnium peccatorum noſtrorum donavimus, & conceſſimus prædictum tenimentum ſanctæ Mariæ prædicti Hoſpitalis Ponti Domino Nilo prædicto Abbati, & Triſtano Monacho, & omnibus ſucceſſoribus ſuis ad dominandum, & poſſidendum quiete, & libere omni futuro tempore. Similiter donavimus, & confirmavimus, & conceſſimus prædictæ Abbatiæ Carbonis, & Domino Nilo prædicto Abbati, omnibuſque rebus ſuis mobilibus, & immobilibus, una cum omnibus tenimentis ſuis, quorum fines ita incedunt. Ab Oriente eſt mare ſicut deſcendit coram ſancto Georgio in mare, & à ſancto Georgio ipſo, circa Meridiem pergit circa ad quatuor petras fictas, & ſic aſcendit ab ipſis petris recto tramite uſque ad viam publicam, quæ dicitur apud Tarentum, & ſicut vadit ipſa via uſque ad Serronem Oleaſtri, & inde aſcendit uſque ad vallem de Acbetanilis, & ab ipſa valle pergit ad fontem, qui dicitur de Cromida, & ab inde ſicut pergit ſerra prædicti fontis, & ſic vadit de ſerra in ſerram, & vadit recto tramite ad flumen Chelandræ, & ſic deſcendit per ipſum flumen uſque ad mare, qui eſt primus finis. Hæc vero omnia, quæ ſuperius ſunt annotata, tam Domino Nilo, quam omnibus ſuis ſucceſſoribus de prædicta Carbonis Abbatia donavimus, & liberè conceſſimus, & confirmavimus, ad poſſidendum, retinendū propriamque voluntatem faciendum ſine noſtra, noſtrorumque hæredum & ſucceſſorum contrarietate, & requiſitione, in omni futuro tempore. Si quis diſcep-*

tare voluerit hoc noſtræ offertionis, & oblationis donum noſtrorum hæredum, vel ſucceſſorum ſub anathemate jaceat, & à gremio ſanctæ Eccleſiæ, ſeu à corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti omnino privetur. Quod ſi aliquis noſtrorum ſubjectorum hoc donum evacuare tentaverit, componatur in numero publico libris auri puriſſimi decem; & ſigillum noſtræ donationis firmum, & inviolatum ſemper permaneat. Unde & perſeveritatis, & ſtabilitatis cauſa hoc ſigillum factum à noſtro Notario ſcribi, & noſtra Bulla plumbea bullari, ipſique Domino Nilo prædicto Abbati dari juſſimus. Anno videlicet Incarnationis milleſimo centeſimo, decimæ Indictionis, menſe Majo.

† Hoc ſignum manus Seneſcalchi hujus doni largitoris.
† Signum propriæ manus Albendæ uxoris ejus.
† Signum manus Riccardi de Mauſtarello.
† Signum manus Ruberti Aruggæ.
† Signum manus Roberti filii Riccardi Seneſcalchi.
† Signum manus Haymerii militis.
† Signum manus Gualterii de Media, qui interfui.
† Signum manus Roberti de Tarent. qui vidi, &c.

Privilegium factum à me Boemundo filio, & hærede felicis memoriæ Boemundi celebris, & famoſi Antiochenorum Principis, & conceſſum ſanctiſſimo, & divino Templo Beati Martyris Anaſtaſii, qui dicitur de Carbono, tibique ſanctiſſimo, Deoque Chariſſimo ejus Abbati patri Nilo, tuiſque ſucceſſoribus. Menſe Septembri, indict. tertia, ab Orbe condito 6633.

Cum nuper ad nos tu Reverendiſſime Abbas Pater Nile veniſſes Hydrunta, privilegiumque attuliſſes felicis memoriæ patris mei Domini Boemundi, in quo continebatur immunitas, & exemptio prædictæ Eccleſiæ Beati Martyris Anaſtaſii, & omnium, quæ ad ipſam ſpectant grangiarum, & omnium aliarum ejus rerum, petens præterea, ut ipſam ſanctam Eccleſiam, & ejus ſingula in noſtram ſuſciperemus protectionem. Iniquum itaque duximus veſtras negligere preces, pro tali materia, & petitione nobis factas, noſtræ animæ ſalutari: ac propterea tuo deſiderio, & petitioni aſſentientes, pro ſalute animæ, & corporis noſtri, proque vitæ incolumitate, & pro remiſſione peccatorum Inclyti Domini noſtri Patris Domini Boemundi, & ejus patris Illuſtriſſimi Ducis confirmavimus omnia, quæ à prædictis huic ſanctæ Eccleſiæ donata, & conceſſa fuerunt, & ex nunc in antea ejus exemptionem ratificamus, ut à nemine moleſtetur, neque turbetur, ut æquum eſt; ſed omnia ejus bona, & granciæ, mobilia, animalia, & ſtabilia ſint immunia, & exempta in perpetuum, neque liceat alicui noſtrorum ſubditorum quovis modo, quavis cauſa, vel occaſione, ſeu prætextu, moleſtare dictam Eccleſiam, ſeu perturbare: quinimo non ſolum per hoc noſtrum Privilegium ratificavimus, & confirmavimus prædicta omnia, ſed etiam pontem Pollicorii una cum venerabili, & ſacro monaſterio Beatæ Virginis, & ejus caſali una cum Eccleſia Beatiſſimæ Virginis, quæ eſt in Scanzana, una cum territoriis per hos confines confinatis, ideſt ab Occidente quomodo deſcendit à fonte, qui dicitur della Cromida, ſeu Cepollaro, & per radicem montis, qui dicitur Murica, qui deſcendit recto tramite, uſque ad flumen, qui dicitur Chelandra, & quomodo prædictum flumen deſcendit uſque ad mare, & per litus maris deſcendit ad Eccleſiam ſancti Georgii, & quomodo à dicta Eccleſia ſancti Georgii aſcendit ad fontem, qui dicitur Ducato, & ab hoc fonte aſcendit ad alium fontem prędictum della Cromida. Omnia prædicta territoria, cum injuſtè ablata fuerint, & uſurpata dictæ Eccleſiæ, illi reſtituimus, ut ex nunc in antea habeat, & poſſideat, abſque ullo impedimento, & moleſtia, quemadmodum prædicta monaſteria Beatæ Virginis, quę eſt in prædicto ponte Pollicorii, & Scanzanę tenuerunt, & poſſederunt, & omnia prædicta bona, ut ſupra dictum eſt, habeat, & poſſideat prędictum monaſterium Beati Martyris Anaſtaſii, & ejus Abbas, & ſucceſſores in perpetuum, abſque ullo impedimento.

Si autem aliquis noſtrorum ſubditorum parvus, aut magnus, dominus, aut ſubditus, vel nos ipſi, quæ à nobis confirmata, & ratificata ſunt aliquo pacto mutare, aut annullare tentaremus, nos quidem incurramus maledictionem 318. ſanctorum Patrum: noſtrique ſubditi ſolvant quinquaginta libras auri noſtro fiſco, totidemque alias ſanctæ Eccleſiæ, ejuſque Superioribus, & habebit præterea noſtram indignationem. Pręſens enim privilegium inviolabile, & immutabile in ſempiternum permanebit: quod ad majorem cautelam, & robur, noſtro ſolito plumbeo ſigillo ſigillatum, & confirmatam, noſtraque ſubſcriptione munitum, & propria manu noſtri Notarii Michaelis ſcriptum, traditum, & aſſignatum fuit Reverendiſſimo Abbati Nilo, menſe, Indictione, & anno, ut ſupra.

† Conſtantia † ſignum manus meæ Boemundi qui ſupra.
† Ego Petrus Dei gratia Hydruntinus Archiepiſcopus.
† Ego Gualterius Dei gratia Barenſis Archiepiſcopus.
† Ubus Talabotes me ſubſcripſi ſigno Crucis, ſubſcriptio autem Notarii.
† Michael Tercudii me ſubſcripſi ſigno Crucis, ſubſcriptio vero Notarii.
† Guidus filius David me ſubſcripſi ſigno Crucis, ſubſcriptio vero Notarii.

Privilegium factum à me Alexandro Claromonte, & Ricciardo fratre meo, & conceſſum ſacroſancto Monaſterio ſancti Martyris Anaſtaſii de Carbono, & tibi ſanctiſſimo illius Abbati Domino Nilo, tuiſque ſucceſſoribus in dicto Monaſterio. Menſe Septembri, Indictione quarta anno 6634.

Cum dominium, & poteſtatem civitatis Pollicorii à Domino Boemundo accepiſſemus, veniſti ad nos ſanctiſſime Abbas Domine Nile, petens à nobis ut tibi, & ſucceſſoribus tuis confirmaremus pontem Pollicorii, cum venerando monaſterio ſanctæ Mariæ, & juriſdictionibus ejus, nec non Eccleſiam Dei Genitricis Iſcanzanę cum ejus poſſeſſionibus, ferens etiam alia privilegia, & felicis recordationis conjugum Riccardi Siniſcalchi, & Dom. Albendæ amitæ noſtræ, & Illuſtriſſimi Principis Domini Boemundi: in quibus, quæ ab illis, in locis prædictis tibi conceſſa fuerant, & per te juſtè, & quietè obtenta, & poſſeſſa, continebantur. Nos igitur indignum arbitrati tuas in hujuſmodi re animabus noſtris utili, preces deſpicere, tuæ voluntati, & tuis juſtis precibus, & petionibus annuimus; tum propter animarum noſtrarum, & corporum ſalutem, tum etiam propter remiſſionem peccatorum parentum noſtrorum. Quare ea quæ ab illis tibi, & ſucceſſoribus tuis donata, & conceſſa fuerunt, nos fratres prædicti toto animo confirmamus, & benigne rata habemus amodo, & in perpetuum, ut dicta Monaſteria ſine aliquo gravamine, & perturbatione tanquam à nobis accepta obtineas, & poſſideas, tu & tui ſucceſſores. Nulli igitur liceat ſub noſtra poteſtate degentium, vel alii cuipiam modo aliquo, vel occaſione aggravare, perturbare, vel moleſtare ea in aliquo. Præterea pontem prædictum Pollicorii cum monaſterio ſanctæ Mariæ, & Eccleſiam Dei Genitricis Iſcanzanæ, cum bonis, juriſdictionibus eorum, ut diximus, tibi confirmantes, & confirmamus ea (quod juſtum eſſe, & animabus noſtris conferre arbitramur) cum campis etiam, qui ſunt in circuitu eorum juxta confinia infraſcripta, videlicet ab Occidente à fonte Cromida, & à pede loci Muricos appellati, qui deſcendit rectus uſque ad fluvium Chelandræ, qui recto curſu deſcendit ad mare, & per maris ripam uſque ad Eccleſiam s. Georgii, & ab ea tendit ad fontem, qui dicitur Ducatus, & inde ad alium ſupradictum fontem Cromida. Hæc omnia, ut diximus, per te juſtè obtenta, & poſſeſſa, nobis etiam confirmantibus, ut ſupra, volumus, ut ea in perpetuum, ſine perturbatione aliqua, vel moleſtia obtineat, & poſſideat præfatum monaſterium ſancti Anaſtaſii, & illius Abbas, & ejus ſucceſſores, quemadmodum prædicta monaſteria, videlicet illud ſanctæ Mariæ ad pontem Pollicorii cum omnibus

bonis ejus mobilibus, & immobilibus, & illud Dei Genitricis Iſcanzanæ ſemper ea omnia obtinuerunt, & poſſederunt. Si quis autem ex his, qui ſub noſtra poteſtate exiſtunt tam ex Præfectis, ſeu Miniſtris, quam ex equitibus, ſeu popularibus, vel nos ipſi, ſeu hæredes noſtri hæc à nobis confirmata modo aliquo immutare, alterare, ſeu irrita facere (quod nunquam fiat) tentaverit, Nos quidem, & noſtri hæredes, maledictionis ſanctorum Patrum participes efficiamur, illi verò quinquaginta libras auri Eccleſiæ, & ejus Abbatibus ſe noverint ſoluturos, atque indignationem noſtram incurſuros. Præſens vero privilegium firmum, & infractum uſque in perpetuum duret, & permaneat. Quod etiam ob abundantiorem ſecuritatem, noſtra Bulla plumblea roboratum, & noſtra ſubſcriptione munitum, & manu propria Mina Notarii noſtri ſcriptum, traditum, & conceſſum fuit tibi venerandiſſimo Abbati Nilo, menſe, Indictione & anno ſupradictis.

† Signum manus Alexandri Claromontis.
† Signum manus Ricciardi hujus fratris.
† Andras Martini præſens ſubſcripſi manu mea venerandam Crucem teſtis.
† Ubus filius Gullielmi Phileanaldi præſens ſubſcripſi manu mea venerandam Crucem teſtis.
† Raos Donatus tunc Præfectus Pollicorii Domini mei, Domini Alexandri Claromontis ſubſcripſi manu mea venerandam Crucem teſtis.
† Gulielmus Sangianus habitator Caſtronovi ſubſcripſi manu mea venerandam Crucem teſtis.
† Joannes Varini ſubſcripſi manu mea venerandam Crucem teſtis.
† Petrus Cambrinus habitator Claromontis præſens ſubſcripſi manu mea venerandam Crucem teſtis.
† Uvus filius Rainerii Conteſtabilis præſens ſubſcripſi manu mea venerandam Crucem teſtis.
† Uvus filius Aſcanii habitator Claromontis præſens ſubſcripſi manu mea venerandam Crucem teſtis.

Rogerius Dei gratia Rex Siciliæ.

Cum deceat Imperium noſtrum petitionem omnium adimplere, religioſis tamen, & ſanctis Viris Deum pro nobis ſemper placantibus, multo dignius eſt obſequi, & ſatisfacere, per quod etiam Deus ipſe maxime colitur. Hinc eſt quod cum ſanctiſſimus Pater Nilus Abbas monaſterii ſancti Martyris Anaſtaſii cognomento de Carbono, exiſtens noſtra in civitate Tarenti, ad nos veniſſet, & Privilegia ſibi conceſſa à felicis recordationis Domino Roberio Guiſcardo Illuſtriſſimo Duce, & à filio ejus Boemundo, nec non à Ricardo Siniſcalco, & Albenda ejus uxore, & à piæ memoriæ Regina, & ejus filio Boemundo nepote noſtro, ac etiam privilegium noſtrum, quod ei prius conceſſeramus oſtendiſſet; à nobis petiit, ut hæc omnia per privilegium ab Imperio noſtro ſibi confirmarentur. Quibus apertis, & diligenter conſideratis, indecens, & indignum judicavimus hujuſmodi ſancti Viri petitionem, animæ & corpori admodum utilem reiicere, eique aſſentiri nolle. Quapropter ejus petitioni annuentes, omnia prædicto monaſterio prius conceſſa, & ab eo obtenta, & juſtè poſſeſſa, juxta ſuorum privilegiorum tenorem confirmavimus, & approbamus, quatenus ea omnia inviolata habeat, & poſſideat ſemper, & in perpetuum uſque in ſeculi conſummationem. Inſuper omnibus ſub poteſtate noſtra degentibus Principibus Præfectis, & reliquis Imperii noſtri agentibus præcipimus, ut nullam facultatem immutandi, perturbandi ea, quæ juſtè prius obtinebat, & poſſidebat ſanctum Monaſterium juxta ſuorum privilegiorum (ut ſupra diximus tenorem) habeat. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, non ſolum maledictione ſanctorum Patrum, verum etiam indignationem noſtram ſe noverit incurſurum. Hæc vero etiam ab hæredibus noſtris, & ſucceſſoribus confirmari, & uſque in ſæculi conſummationem durare decernimus. Ad majorem autem fidem, & abundantiorem prædictorum cautelam præſens Imperii noſtri privilegium ſigillo plumbeo communitum, præfato Monaſterio, & ejus Abbati, & ſuceſſoribus eſt conceſſum. Die 13. menſis Maji anno 6640.

† Signum manus Alexandri Domini terræ Claromontis.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Ego igitur prædictus Alexander Dominus Claromontis, qui mea propria manu hic ſupra ſignum venerandæ, & ſalutiferæ Crucis, cum meo nomine ſubſcripſi, facere volui tibi Patri Nilo Abbati monaſterii de Carbono, tuiſque ſucceſſoribus hanc veram perfectam, & juſtam alienationem noſtræ terræ, quæ dicitur Calaura. Cum enim audiviſſem Dominum Ricciardum meum fratrem tibi donaviſſe dictam terram Calauram, moleſtè tuli, cum ab initio rei veritatem mihi non dixiſſet, verùm quia deinde ab eodem veritatem intellexi, qualiter dictus Dominus Ricciardus meus frater vendidit tibi dictam terram Calauræ, tuque ei ſolviſti pretium, & valorem, ideſt quingentos ducatos. Cum igitur hæc audiverim ſtatim acquievi, & dictam alienationem gratam habui, quam dictus meus frater vobis Patri Abbati Nilo monaſterii delli Carboni, veſtriſque ſucceſſoribus, nec aliquo pacto voluntati mei fratris contravenire intendo, ſed potius eam adimplere, habeoque ratam, & firmam dictam venditionem ad omne futurum tempus: quinimo ut habeatis, & poſſideatis dictam Terram cum omnibus ſuis juribus tu tuique ſucceſſores, eam vobis trado, ut quemadmodum antea habebatis, dominium à meo fratre, ita à nobis habeatis liberum, & abſque ulla exceptione in perpetuum. Si quis autem aliquando ſive ego, ſive meus frater Dominus Ricciardus, ſive alii noſtri conſanguinei, moleſtaverint vos, aut perturbaverint Eccleſiam, ſint maledicti à Deo omnipotente, & à 318. ſanctis Patribus, habeatque laqueum Judæ proditoris, ſintque condemnati ad ſolvendum magnę Curię duplum, totidemque dicto monaſterio delli Carboni, dictaque venditio ſit firma, & ſtabilis uſque ad finem ſæculorum in ſancta Eccleſia delli Carboni, quę venditio ſcripta fuit de mandato noſtro, manu Gregorii noſtri Notarii, in Claromonte coram infraſcriptis teſtibus fide dignis. Anno 6643. Indict. 3. menſe Majo 16. Aſgerius Judex Claromontis teſtis ſubſcripſi.

Gregorius Forginus teſtis ſubſcripſi.
Bianus Stratiota Syneſi teſtis ſubſcripſi.
Raus Barberius teſtis ſubſcripſi.
Dominus Vitalis teſtis ſubſcripſi.
Dominus Obolonus Stratiota teſtis ſubſcripſi.
Aſcetinus Viaggio teſtis ſubſcripſi.
Robertus Romanus ſigno Crucis ſubſcripſi.

Vuillelmus Rex Tancredi filius ob devotionem, quam erga B. Lucam Carbonenſis Monaſterii Archimandritam gerebat, quæ Pater Rogerius Rex eidem Cœnobio aſſeruerat confirmavit anno 1154. legitur Vuillelmi Privilegium illi conceſſum his verbis.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Gulielmus Divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Ad noſtram ſpectat ſollicitudinem, Dei Eccleſias, ab ipſo defenſi, defendere, earum poſſeſſiones augere, perturbantes ipſas potenti brachio conterere. Nobis itaque in Palatio urbis Panormi de more reſidentibus cum Comitibus, & Magnatibus noſtris, Lucas venerabilis Archimandrita monaſterii Carbonenſis preces humillimas, & devotas clementiæ noſtræ fudit, ut privilegium quoddam à Genitore noſtro Illuſtriſſimo Rege Rogerio prædeceſſoribus ſuis, & eidem ſuo monaſterio factum, Græcis litteris ſcriptum, menſe Madii decimæ Indictionis, ſibi piè renovari, & noſtro ſignaculo decorari, noſtroque ſigillo roborari, juberemus. Nos itaque ſolita conſuetudine ad pia provocati, volentes ſemper devotos actus prædicti Domini, & glorioſiſſimi Regis patris noſtri beatæ memoriæ, perenni obſervantia celebrari, pri-

*vilegium ipſum paternis liberalitatibus ſibi conceſſum, eo modo, ut ſcriptum eſt confirmavimus, ſalvis tenoribus, & conditionibus in eo deſcriptis. Ad hujus autem noſtræ confirmationis robur, & inviolabile firmamentum, præſens ſcriptum per manum Sauli noſtri Notarii ſcribi, & Bulla plumbea Regio noſtro ſigillo impreſſa inſigniri, & ſignaculo noſtro decorari juſſimus. Data in urbe Panormi per manum Malonis magni Ammiranti Ammirantorum. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto, menſe Octobris, Indictione tertia, Regni vero Domini Gulielmi Dei gratia Magnifici & glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno quarto, feliciter, Amen.*

III. 3 VVILELMUS Anglonenſis Epiſcopus à Vvilelmo II. Siciliæ Rege pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus Caſtellum Nucariæ accepit in expiationem Vvillelmi Regis patris anno 1167. Regni ſecundo, pro qua re hoc cudi diploma fecit, quod extat in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

*Vvilelmus Divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Princeps Capuæ, una cum Domina Margarita glorioſa Regina matre ſua.*

*Cum ad regendum, ampliandumque totius noſtri regni ſtatum ex regali noſtræ diſpenſatione providentiæ univerſaliter deliberationis adduximus ſollicitudinem, ſpecialius tamen, & propenſiore cura regendarum ſtudio trahimur Eccleſiarum, ut Domus Dei, cujus munere ſubſiſtimus, cujus virtute Regni moderamen feliciter & ſumpſimus, & conſervamus, ſub protectione culminis noſtri rerum ſuarum. & ſecuritate vigeat & incremento. Hac itaque ducti conſideratione, & memores fidelitatis tuique boni ſervitii Vvilelme venerabilis Anglonen. Epiſcope: pro remedio quoque, ac ſalute animæ Domini quondam glorioſiſſimi Regis Vvilelmi patris noſtri bonæ memoriæ Epiſcopatui Anglonæ, & tibi tuiſque in eadem Eccleſia ſucceſſoribus conceſſimus in perpetuum caſtellum quod dicitur Nucara cum omnibus juſtis tenimentis, & pertinentiis ſuis, ad hujus autem conceſſionis noſtræ memoriam, & perpetuam firmitatem præſens Privilegium per manus Joannis noſtri Notarii ſcribi, Bulla aurea noſtro typario impreſſa roboratum noſtro ſignaculo duximus decorari, anno, menſe, & indictione ſubſcriptis. Datum in urbe felici Panormi per manus Stephani Regii Cancellarii anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo ſeptimo, menſe Octobri, indict. prima, Regni vero Domini Vvilelmi Dei gratia glorioſiſſimi, ac magnifici Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ an. 2. feliciter Amen, &c.*

IV. 4 ROBOAM Anglonenſis Epiſcopus interfuit Concilio Lateranenſi ab Alexandro III. celebrato anno 1179. electionis ejus annus, obituſque dies ignoratur. Hic anno 1181. menſe Julio dedit monaſterium Carbonenſe Gulielmo II. Montis Regalis Archiep. apud Rocchum Pyrrhum not. 3. Sicilienſium Eccl. Extat Tancredi Regis Siciliæ diploma ad favorem Carbonenſis Cęnobii datum ann. 1191. ubi quæ anteceſſores Reges eidem indulſerunt jura & bona affirmantur, fortè vivente Roboam ſcriptum in hunc modum.

✠ In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Amen.

*Tancredus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.*

*Ex divina providentia, quæ in ſui diſpoſitione non fallitur, nos aviti ſolii conſcendiſſe veſtigia cognoſcentes, ejus intuitu, cujus clementia præſide gubernamur, Sacroſanctis Eccleſiis, locis venerabilibus propria jura conſervare diſponimus, & eorum utilitatibus pia ſollicitudine providere. Inde eſt quod cum tu Hilari venerabilis Archimandrita monaſterii ſancti Eliæ de Carbono fidelis noſter, ad curiam noſtram veniens, celſitudini noſtræ attentius ſupplicares, ut confirmaremus Privilegia, & inſtrumenta ipſi monaſterio à felicibus Regibus prædeceſſoribus noſtris recolendæ memorię clementer indulta, necnon homines, poſſeſſiones, & tenimenta, quæ tam dono, & conceſſione prædictorum felicium Regum, quàm aliunde ipſum Monaſterium habere, & juſte dignoſcitur poſſidere; intuitu Dei, tuæque fidelitatis obtentu ſupplicationes tuas ſuper hoc benignius admittentes, de innata ſolii noſtri clementia, privilegia omnia, & inſtrumenta, quibus Eccleſia ipſa hactenus uſa eſt; nec non homines, poſſeſſiones, & univerſa tenimenta quæ ipſa Eccleſia juſtè dignoſcitur poſſidere, præſenti privilegio communimus, & auctoritate Regia perpetuo confirmamus. Ad hujus autem confirmationis, & conceſſionis noſtræ memoriam, & inviolabile firmamentum, præſens privilegium per manus Samſonis Notarii, & fidelis noſtri ſcribi, & Bulla plumbea, noſtro typario impreſſa, juſſimus roborari. Anno, menſe, & indictione ſubſcriptis.*

*Data in urbe Meſſanæ, per manus Ricciardi filii Matthæi Regii Cancellarii, eo quod ipſe Cancellarius abſens erat. Anno Dominicæ Incarnationis, milleſimo, centeſimo nonageſimo primo, menſe Auguſti, nona Indictione; Regni verò Domini noſtri Tancredi Dei gratia magnifici, & glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, anno ſecundo feliciter. Amen. Ducatus autem Domini Rogerii glorioſi Ducis Apuliæ filii ejus anno primo, proſpere. Amen.*

5 N. . . . cujus nomen non exprimitur, ex Cantore Tricaricenſis Eccleſiæ à Capitulo Anglonenſi in Epiſcopum poſtulatus, ad eam dignitatem evectus eſt ab Andrea Archiepiſcopo Acheruntino Metropolitano, cui ſcripſit Innocentius III. anno 1202. ut illum ſi tanto muneri dignum inveniret, confirmaret; extat epiſtola in Reg. Vatic. ejuſdem Pontif. anno 5. n. 139. fol. 8. *Datum Ferentini nonis Septemb.* Paulò ante hujus Præſulis electionem, hoc eſt anno 1200. in hac Diœceſi juxta oppidum Claromontis initium habuit celebris Abbatia Ord. Ciſtercienſis s. Mariæ de Sagittario, cujus origo ita recenſetur in veteri ejuſdem Cœnobii monumento. *Anno 1200. miraculoſè fundata eſt, & condita hæc Abbatia ſanctæ Mariæ de Sagittario Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Anglonen. in Provincia Baſilicatæ juxta oppidum Claromontis, cum quidam venator per luſtra ſylvæ illius (eſt enim circumcirca Abbatiam hanc ſylva nemoroſa, & ſylveſtribus arboribus denſiſſima, puta abietibus, caſtaneis, fagis, quercubus, filiis, cornoliis, & reliquis hujuſmodi arboribus, & frutetis, unde per conſequens venationi eſt optima) feris inſidiaretur, intendens emittere ſagittam in cervum veluti alter Euſtachius à cervo monitus, & cervi monitione perterritus, dum ea quam emiſerat ſagitta ad ſeipſum regreſſa eſt, abſque læſione tangens eum, illic proſpexit imaginem Beatiſſimæ Virginis prope radices arboris caſtaneæ erectam, qua proſpecta viſione perrexit ad Epiſcopum Anglonen. qui cum Clero ſe conferens Eccleſiam illic Beatiſſimæ Virgini dicandam ædificari, eamque Ordini noſtro deſtinari ſatagit. Floruit Abbatia hæc & nimiæ fuit devotioni populo; aucta ac magnificè dotata ab Comitibus Claromontis; aliiſque Principibus & ab Anglonenſibus Epiſcopis mirificè privilegiis ac bonis ditata.* Hactenus documentum. Claruit Cœnobium hocce viris ſanctitate illuſtribus, quorum memoria in benedictione erit, inter quos anteſignanus fuit B. Joannes à Toloſa miraculis clarus, cujus corpus uſque hodie manet incorruptum, de quo inferius vitam, & geſta dabimus ex veteris M.S. Cæterorum hujus Cœnobii monumentorum jacturam ingemiſcimus, ac dolemus. V.

VI. 6 PETRVS Anglonenſis Epiſcopus, ſuæ dignitatis violator Eccleſiæque dilapidator ab Honorio III. depoſitus eſt, anno 1219. legimus in Vatic. Reg. ejuſdem Honorii III. epiſtolam ad Archiepiſcopum Coſentinum, Biſinianenſem Epiſcopum, & Abbatem Sambucinæ Ord. Ciſtercienſis ſcriptam 3. Id. Novemb. anno Pontificatus primo, qui

fuit

fuit ſalutis 1216. ut contra hunc Epiſcopum ſuæ Eccleſiæ dilapidatorem inquirant; anno vero 1219. in eodem Reg. habetur alia ejuſdem Honorii epiſtola nu. 558. fol. 226. ſub datum Later. 3. Non. Septemb. ann. 4. ad Cuſentinum eundem Archiepiſcopum, ut inquirat de electione Eccleſiæ Anglonenſis, cum una, & ſanior pars Nicolaum Archidiaconum ejuſdem Eccleſiæ virum idoneum delegiſset in Epiſcopum, qui metu mortis electioni de ſe factæ renunciavit, alia pars favore Comitis Gravinenſis, aliorumque nobilium, quendam Presbyterum de Brundiſio ſimoniacum nominaſset, qui ab Archiepiſcopo Acheruntino, contra juſtitiam, & appellationem, munus conſecrationis accepit. Quid ſuper hujuſcemodi negotium factum ſit, non conſtat, cum nil aliud in iis regiſtris appareat. Quis Petro exauctorato ſucceſserit adhuc incompertum; conſtat tamen in epiſtola 319. anno 6. Pontif. ejuſdem Honorii ad Archiepiſcopum Acheruntinum ſcripta 5. Kalend. Aprilis, ut Petro quondam Epiſcopo Anglonenſi ad ſui ſuſtentationem quædam beneficia, quæ ante adeptam Epiſcopalem dignitatem obtinebat, aſſignet.

VII. 7 N. . . . nomen non habemus qui depoſito Petro in Anglonen. Eccleſia ſuffectus eſt anno 1220. ſub quo, vel alio ejus ſucceſsore Federicus II. Imp. an. 1231. ob devotionem, qua ferebatur ad majorem gloriam Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, Virginiſque Mariæ. cum ſit humani generis ſpes, & mortalium vita, pro remedio animarum Henrici Imp. patris ſui, ſuorumque prædeceſsorum donavit in feudum Eccleſiaſticum civitatis, caſalis Angloni Lucaniæ Provinciæ, è conſpectu Tarentinæ regionis, omne territorium, & tenimentum Anglonen. cum pertinentiis ſuis, quod erat dictæ civitatis Caſalis, necnon eodem munificentiæ dono dedit eidem Eccleſiæ civitatem ipſam Caſalis Angloni, homines, vaſſalloſque ejuſdem, nonnullaſque domos hominum habitantium in caſtro Turſii, nec non alias domos in terra ſancti Angeli, ut in donationis documento habetur ſub his verbis ab authentico copiali exſcripto.

*Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.*

*Etſi omnia caduca ſive hominum, ac temporum diuturnitate labantur, ſunt tamen ex hominibus aliqua perpetua ſtabilitate connexa, illa videlicet, quæ divinis addicata cultibus funiculum hæreditatis Dei ſatagunt inter homines ampliare. Decet igitur Imperialem Excellentiam, quod illis precibus benignius inclinetur, quæ divino cultui precantur augmentum, & Sacroſanctis Eccleſiis protectionis noſtræ poſtulant indulgeri favorem. Notum itaque fieri volumus univerſis fidelibus Regni noſtri, quod Nos intuitu Divinæ retributionis, & pro remedio animarum felicium Regum prædeceſſorum noſtrorum, & felicis quoque memoriæ Divi Imperatoris patris noſtri, intuitu etiam Beatæ Virginis, in cujus nomine Anglonen. Eccleſia noſcitur eſſe fundata, ipſam Eccleſiam cum omnibus bonis ſuis ſub protectione culminis noſtri recipimus, concedentes, & confirmantes Eccleſiæ ſupradictæ in perpetuum caſale Angloni, cum omnibus tenimentis, & pertinentiis ſuis, quorum tenimentorum, & pertinentiarum fines ſunt iſti; Incipit, à Vallone de Lauro, & vadit per viam, quę ducit per caput Vülgari, & vadit ad ſtratam ſanctę Cenapurę, quę dicitur ſtrata Franca, & perducit ad flumariam Argri, & per ipſam flumariam ducitur ad vallem Cupam, & per Criſtam ipſius vallis ducitur per frontem de Cruce, & deſcendit per vallonem de Cuntirato ad ſtratam, quæ vadit Colubratum, & per ipſam ſtratam ducitur per frontem de Briga ad flumen Sinni, & ab ipſo flumine ducitur ad vallonē de Lauro, ubi concluditur. Concedimus etiam prędictę Eccleſię Anglonen. homines, quos habet in caſtris Turſii, & ſancti Archangeli, & omnia quæ in præſentiarum juſtè, & rationabiliter poſſidet, vel quę in antea juſto titulo poterit adipiſci. Inſuper eximimus ipſam Eccleſiam, & Prælatos ejus . . . ejuſdem caſalis, & diœceſis ejus homines, & vaſſallos ipſius ab omnibus ſervitiis, taliis, collectis, & exactionibus Curię noſtræ, & ſucceſſorum noſtrorum Comitum, & Baronum, & nihil nobis, & ſucceſſoribus noſtris in prælibatis ejus hominibus, vaſſallis ipſius penitus reſervamus præter judicium ſanguinis, & quod Prælati ejus nobis, & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum facient, & juramentum præſtabunt fidelitatis. Mandamus igitur, & Imperiali ſancimus edicto, ut nulli omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis, & confirmationis infringere paginam, vel ei auſu temerario contraire. Ad hanc autem conceſſionis, & confirmationis noſtræ memoriam, & inviolabile firmamentum præſens privilegium fieri, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum Tarenti poſt Curiam Capuæ celebratam, Imperii noſtri anno vigeſimoprimo.*

Anno ſequenti cum Bartholomæus Carbonenſis Cęnobii Archimandrita magno apud Federicum in honore eſſet, ab ipſo ampliſſimum pro ſuo cęnobio obtinuit privilegium, in quo bona ejuſdem recenſentur, quod cum multi faciat ad Eccleſiæ Anglonenſis jura agnoſcenda hic exſcribimus; non ſemel enim inter Epiſcopos Anglonenſes, & Carbonenſes Monachos lis æſtuavit, quæ tandem ex monumentis, ac privilegiis utriuſque Eccleſiæ prolatis laureata pax æquavit omnia, jurgiaque ſuppreſſit. Porrò Federici privilegium ita ſe habet apud Sanctorium:

*Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex.*

*Quam ſit Imperiali celſitudini glorioſum, quantamque laudem apud Deum, & homines mereatur ad Eccleſiarum conſervationem intendere, & earum jura illibata ſervare, ex eo conjicitur manifeſtè, quia cœleſtia majoris ſunt meriti, quam terrena, & humanis divina prærogativa ſemper non irrationabili preferuntur, quod in illis præſertim fulget Eccleſiis in quibus viget obſervantia Regularis, & ſervatur ordo Monaſticæ diſciplinæ. Inde eſt igitur, quod Nos attendentes laudabilem famam, & converſationis ſcientię propoſitum, quibus claret monaſterium Carbonenſe, optantes etiam ſervitorum ipſius monaſterii orationibus jugiter adjuvari, Bartholomæum venerabilem Archimandritam, Monachos, & ipſum Monaſterium, & omnia bona ſua tam Eccleſiaſtica, quam mundana ſub ſpeciali Majeſtatis noſtræ protectione recipimus, omnes poſſeſſiones, & omnia bona, quæ in præſenti, largitione Principum, oblationibus fidelium, & quibuſcunque aliis juſtis titulis idem monaſterium tenet, & poſſidet, ut in antea poterit, dante Domino, rationabiliter adipiſci, ex liberalitate gratiæ noſtræ eidem monaſterio perpetuo confirmamus, niſi fuerint de feudis, vel ſervitiis obligata. De innata ergo clementia, & munificentia noſtra, & pro remedio animarum progenitorum noſtrorum, ac pro ſalute noſtra concedimus, & donamus dicto Archimandritæ, & ſucceſſoribus ejus, necnon eidem monaſterio in perpetuum tenimentum terrarum de Demanio noſtro, quod eſt in Policorio inter flumen Acri, & tenimentum Scanzanæ, ſicut eſt per quatuor latera deſignatum. Ab Oriente eſt mare, à Meridie dictum flumen Acri, ab Occidente territorium ſancti Nicolai de Sylva conjunctum territorio Montis Albani. Ab Aquilone tenimentum Scanzanæ. Salvo jure, ſi quod ibidem habet domus hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani, & Eccleſia ſancti Juliani tenendum ipſum liberè ſine aliqua rei, vel juris diminutione, abſque contradictione, & moleſtia alicujus, ſicut tenimentum ipſum tempore Regis Gulielmi Secundi recordationis inclytæ Curia poſſidebat. Non obſtante aliquo privilegio de terra Policorii à noſtra Majeſtate alicui perſonæ conceſſo. Præterea confirmamus eidem Archimandritæ, ſucceſſoribus ejus, & eidem monaſterio in perpetuum privilegia univerſa, quæ à prædeceſſoribus noſtris felicibus Regibus ipſi monaſterio rationabiliter ſunt conceſſa. Necnon libertates cunctas,*

*quibus idem monaſterium temporibus felicium Regum dignoſcitur eſſe gaviſum. De abundantiori ergo gratia noſtra damus prædicto monaſterio liberam poteſtatem habere propriam Barcam in flumine Acri capacem equorum decem, cum qua, & in qua tranſvehi poſſint ultro, citroque gratis, & liberè; ac intuitu Dei quilibet tranſeuntes, ſine aliqua Camerariorum, Bajulorum, & quorumlibet hominum contrarietate. Quam barcam ipſum monaſterium in eodem flumine, omni futuro tempore teneatur habere propter conceſſionem, quam ei facimus de tenimento prædicto. Salvo mandato, & ordinatione noſtra. Ad hujus autem conceſſionis, donationis, & confirmationis noſtræ memoriam, & robur perpetuo valiturum præſens privilegium per manus Procopii de Matera Notarii, & fidelis noſtri fieri, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri, anno, menſe, & indictione ſubſcriptis. Datum Melphiæ, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo, trigeſimo ſecundo, menſe Septembris, ſextæ Indictionis. Imperante Domino noſtro Friderico Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ Rege. Anno Imperii ejus duodecimo, Regni Hieruſalem ſeptimo, Regni vero Siciliæ trigeſimo quinto feliciter. Amen.*



VIII. 8 ROBERTUS Ciſtercienſis Ordinis Monachus ex Sagittario cœnobio aſſumptus ad Anglonenſem Epiſcopatum ſub Gregorii IX. vixit Pontificatu, vir egregiis moribus, & ingenio clarus, cujus tempus notum redditur ex unico monumento, quod extat in tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

*Menſe Februario vigeſimo die ejuſdem quintæ indictionis, anno Dominicæ Incarnationis 1291. regnante Domino Karulo Secundo, anno ejus ſeptimo apud Ordeolum Alexander de Bibila, & Regerius de Bonojumo terræ Ordeoli Judices, cum Curiam regerent ad inſtantiam Fratris Joannis Prioris monaſterii Sagittarii, & Fratrum ejuſdem monaſterii aſſerentium propter guerrarum ſævitiam ſe non poſſe de Archivioſuæ Eccleſiæ extrahere, & per regionem deferre eis minimè tutum eſſe, &c. Tranſumptant privilegium dicto monaſterio conceſſum. Menſ. Februarii 14. Indict. anno 1241. anno 14. Domini Gregorii Papę Noni, Domini Friderici Romanorum Imperatoris, anno Imperii 21. Regni Hieruſalem 16. Siciliæ 44. per Robertum Dei gratia Anglonen. Epiſcopum continens, quod cum verteretur quædam lis inter ipſum Dominum Epiſcopum, & Dopnum Guillelmum venerabilem Abbatem, & conventum monaſterii Sagittarii ex altera, videlicet de Eccleſia ſanctæ Mariæ de Lauro ſita in tenimento Rotundę maris, & tenimentis, & poſſeſſionibus ſuis ipſe Dominus Epiſcopus ad memoriam reducens Eccleſiam eandem ſub annuo cenſu conceſſiſſe ſimiliter cum dicto monaſterio Sagittarii venerabili Abbati, & conventui monaſterii Caſamariæ Ciſtercien. Ordinis cum conſenſu Canonicorum ſuorum . . . . monaſterium ipſum ſanctæ Mariæ de Sagittario ſuper poſſeſſione dictæ Eccleſiæ nunquam turbari, vexari, moleſtari, &c. Inſuper attendens eorumdem Abbatis, & conventus devotionem erga ſe ipſum Dominum Epiſcopum, ejuſque Anglonen. Eccleſiam de* A *conſilio Fratrum ſuorum concedit eis licitè recipere corpora mortuorum totius Anglonen. diœc. qui monaſterio prædicto, vel obedientiis ſuis elegerint ſepulturas, & etiam legata ſuper quibus idem prænominatus Dominus Epiſcopus relaxat quartam ſibi debitam, quia dicti Fratres laudabiliter, & vita aſpera quotidie Domino famulabantur, quod privilegium ſcripſerat Bartholomæus publicus Notarius, & matris Eccleſiæ Anglonen. Notarius. Canonici vero qui una cum dicto Epiſcopo dicto privilegio ſe ſubſcripſerant, hi ſunt, videlicet Dominus Aegidius quondam Anglonen. Archidiaconus, Dominus Guillelmus quond. Anglonen. Canonicus, Dominus Bonus olim Anglonen. Canonicus, Dominus Alamagnus dudum Anglonen. Canonicus, Dominus Joannes quond. Anglonen. Canonicus Archipreſb. Roccæ Imperialis.*

Obiiſſe Robertum ſub Innocentio IV. circa annum Domini 1253. ex ſucceſſoris electione in Reg. Vatic. habemus, cætera ejus acta periere.

9 Fr. DEODATUS de Squillacio Ord. Minorum vir doctus, & in rebus agendis peritus, & nobili viro Ioanni de Monte Fuſculo Anglonenſis civitatis domino acceptus, cui Innocentius IV. Pontif. in hac proviſione placere voluit, ſucceſſit Ruberto anno Chriſti 1254. Perſonam idoneam eligendi auctoritatem idem Innocentius per ſuum diploma dederat Fratri Henrico ex Ord. Præd. electo Barenſi, cui circa Deodati electionem, litteras ſuis inſertas confirmavit, atque alias Capitulo Anglonen. ſcripſit, ut electo tanquam vero Paſtori obedirent. Extant litteræ in Reg. Vatic. ann. 11. Innocentii n. 108. IX. B

*Capitulo Anglonenſi.*

*Cum dilectus filius Frater Henricus Baren. electus, dilectum filium Fratrem Deodatum de Squilacio Ordin. Fratrum Minorum Anglonen. elect. Anglonenſi Eccleſiæ tunc vacanti litterarum noſtrarum auctoritate ſibi ſuper proviſione ipſius Eccleſiæ directarum in Epiſcopum præfecerit, & Paſtorem prout in ipſius Baren. electi litteris confectis exinde plenius dicitur contineri. N . . . quod à præfato Baren electo litterarum noſtrarum auctoritate factum eſt, in hac parte ratum habentes, & gratum, id per noſtras duximus litteras confirmandum; Mandamus quatenus memoratum Anglonen. electum tanquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum devotè ſuſcipientes, ſibi obedientiam, & reverentiam debitam impendatis, ejus monitis, & mandatis ſalubribus intendendo. Alioquin ſententiam quam ipſe ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Laterani 5. Idus Ianuarii anno 11.* C

Parum vixiſſe Deodatum colligere eſt, cum eo ipſo anno poſt aliquot menſes, Innocentius ſequentem electum eidem Barenſi Archiepiſcopo electo per ſuas commendavit litteras, nec amplius de eo mentionem habeat doctus noſter eruditiſſimus Wadingus in Annal. Minor.

10 JOANNES de Monte Fuſculo, Anglonæ civitatis Dominus, electus Anglonenſis reperitur eodem anno 1254. In Regeſt. Vatic. epiſt. 272. fol. 33 anno 11. Innocentii IV. ad Henricum Barenſem electum ſcripta Dat. Laterani 5. Kalend. Decembr. in ea commendat nobilem virum Joannem de Monte Fuſculo, cui Anglonen. civitas in temporalibus eſt ſubjecta, electum in Epiſcopum Anglonenſem, de quo nil aliud habeo quod in medium proferam. „ (*Ad Nolanam deinde tranſlatus eſt, ubi de* „ *eo.*) X. D

11. LEONARDUS Monachus Ciſtercienſis Ordinis cœnobii s. Mariæ de Sagittario electus eſt in Epiſcopum Anglonenſem; florebat anno 1269. quo quædam conventiones & pacta olim facta inter Abbatem & Monachos de Sagittario, & Robertum tunc Epiſcopum Anglonenſem, ritè confirmavit, accedente ſuorum Canonicorum Capitulo. Documentum autographum extat in eiuſdem Cœnobii tabulario, quod hic recenſemus, ubi Leonardus ſe ex Ordine Ciſtercien- XI.

ſi ad

ſi ad Cathedralem infulam Anglonenſem aſſumptum narrat.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen.*

*Anno ab Incarnatione ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, menſe Novembris, tertiæ decimæ Indictionis.*

A *Nos Frater Leonardus miſeratione divina Epiſcopus Anglonenſis præſentis ſcripti ſerie declaramus, quod venerab. Abbas Robertus & Conventus monaſterii Sagittarii Ciſtercienſis Ordin. noſtrę diœceſis nobis humiliter ſupplicarunt, ut quædam pacta & quandam concordiam, quę facta fuerunt inter eos & prædeceſſorem noſtrum felicis memoriæ Robertum tunc Anglonenſem Epiſcopum confirmare, & denuo concedere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod in eodem Ordine induti ſumus, & de ipſo aſſumpti licet indigni adhujus apicem dignitatis; Conſiderantes etiam religionem eorum, & devota obſequia, quę continuè exhibent Creatori; Cupientes quoque fieri participes orationum ipſorum, ut Deus nos & Eccleſiam noſtram in proſperitate conſervet, pro remedio quoque animæ noſtræ ad honorem Virginis glorioſæ in cujus nomine dictum monaſterium eſt fundatum, eadem pacta, & eandem concordiam confirmamus & de novo concedimus, & decernimus inviolabiliter obſervari. Pacta vero & concordia iſta ſunt ſicut apparet per publicum inſtrumentum inde confectum, videlicet, ut pro omnibus Eccleſiis, & poſſeſſionibus, quas detinet ad annuum cenſum ab Anglonenſi Eccleſia & pro quarta mortuorum & vivorum Bizantium unum annis ſingulis in feſto Nativitatis Beatæ Mariæ perſolvant. Unde ad futuram memoriam, & prædicti monaſterii cautelam præſens ſcriptum exinde fieri fecimus per manus Domini Nicolai Canonici noſtri, & publici Notarii ſubſcriptionibus Fratrum & Canonicorum noſtrorum, & ſigilli noſtri pendentis munimine roboratum. Scriptum apud caſtrum Nucarię. Anno, menſe, & Indictione premiſſis.*

*Ego Dominus Nicolaus Anglonen. Canonicus, & meo ſigno ſignavi.*

*Locus † ſigilli.*

† *Nos Frater Leonardus Anglonenſis Epiſcopus concedimus & confirmamus.*

† *Ego Abbas Raynalis Anglonenſis Canonicus & Subdiaconus interfui, & conſenſi.*

† *Ego Laurenſius Anglonenſis Canonicus teſtis ſum, interfui & ſubſcripſi.*

† *Ego Raynaldus Archipresbyter Roſeti, & Canonicus Anglonenſis interfui & ſubſcripſi.*

† *Ego Dominus Nicolaus Anglonenſis Canonicus interfui & ſubſcripſi.*

† *Ego Dominus Joannes Archipresbyter Bollicæ & Canonicus Anglonen. interfui, & ſubſcripſi.*

† *Ego Dominus Arencus Canonicus Anglonenſis interfui, & ſubſcripſi.*

† *Ego Richardus Canonicus Anglonenſis interfui, & ſubſcripſi.*

† *Ego Dominus Rogerius Anglonen. Canonicus interfui, & ſubſcripſi.*

† *Ego Robertus Archipresbyter Roccæ Imper. Canon. Anglonenſis interfui, & ſſ.*

† *Ego Dominus Philarctus Archipresbyter . . . . . . . & Canonicus Anglonenſis interfui, & ſubſcripſi.*

*Locus † ſigilli.*

Poſthæc quanto tempore Leonardus vixerit, vel quo anno exceſſerit non habemus.

XII. 12 GUALTERIUS Anglonenſis Epiſcopus memoratur in Reg. Neapolitano, anno 1296. cujus oneris ſe exolvit, pauloque poſt ab Canonicorum ſenatu Tarentinus olim Archiepiſcopus poſtulatus, confirmatuſque eſt ea in dignitate à Bonitacio VIII. Papa, anno 1298. decimo Kalend. Junii ann. 5. ut in epiſtola Vatic. Regeſt. num. 290. fol. 202. cujus initium: *Gualtero dudum Epiſcopo Anglonenſi in Tarentinum Archiepiſcopum electo, &c.*

XIII. 13 MARCUS Epiſcopus Anglonenſis recenſetur inter ſuffraganeos Acheruntinæ Eccleſiæ anno 1302. in Bulla Gentilis electi Epiſcopi Catanienſis tunc temporis Acheruntini Archiepiſcopatus adminiſtratoris. Is anno 1318. Roberto Neapolitano Rege, auctoritate præcipuus apud Regios Miniſtros arma cepit, in Carbonenſis cœnobii Abbatem, & Monachos, inlectus occaſione abſentis Pontificii ſolii (ut Sanctorius ait) trans Alpes amoti à Clemente V. maxima cum totius Italiæ clade rerumque Eccleſiaſticarum diſturbatis monaſteriis, occupatiſve, aut Baronum Epiſcoporumque Imperio violenter mancipatis, nullo contranitente, procul Romano fulmine, acerrimè concuſſum eſt monaſterium hocce, & litibus abſciſſis, deventum in concordiam, verbis ſpecioſam, re inanem, cum Epiſcopus ingenti cupiditate æſtuaſſet conferendi Chriſma, Sacerdotia, Dignitates videlicet Archipresbyteratus, & Cantoratus, adeundique Pontificali auctoritate templa, & ſacra pleno jure, ut Princeps faciundi, irritis Epiſcoporum omnium votis, cum nemo eorum deſiderium hoc B impleſſet, à Marco Epiſcopo uſque ad Joannem Antonium Scotium Neapol. obſervatum eſt prætorium edictum: Uti poſſidetis ita poſſideatis. At Marci Epiſcopi, cum Jacobo Archimandrita inita concordia an. 1320. ita exſcripta fuit ex authentico copiali tabularii Anglonenſis Eccl.

*Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo trecenteſimo vigeſimo, regnante Domino noſtro Roberto Dei gratia Illuſtriſſimo Hieruſalem & Siciliæ Rege, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ Forqualqueriis ac Pedimontis Comite, Regnorum ejus anno 11. feliciter. Amen.*

*Menſe Maii die primo ejuſdem tertiæ Indictionis apud Turſium nos Scipio de Laurentio Judex Turſii, Hugolottus de Chomaſio publicus ejuſdem terræ Turſii Regia auctoritate Notarius, & Teſtes ſubſcripti ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati præſenti publico ſcripto fatemur, quod venerabilis in Chriſto Pater Dominus Marcus Dei gratia Epiſcopus Anglonenſis, & Capitulum Anglonenſe intus in choro ſancti Michaelis de Turſio Anglonenſis diœceſis de mandato ipſius* C *Domini Epiſcopi, & voluntate ejuſdem Capituli, ut ipſi aſſeruerunt ad infraſcripta ſpecialiter congregati, finem litibus imponere cupientes, ſicut aſſeruerunt coram nobis, pro eo, quod inter ipſos prædeceſſores eorum, & Anglonenſem Eccleſiam ex parte una, & Religioſos viros Fratrem Jacobum Archimandritam monaſterii ſancti Eliæ de Carbono Ordinis ſancti Baſilii diœceſis Anglonenſis, & conventum ejuſdem monaſterii, ac prædeceſſores ipſorum, & ipſum monaſterium ex altera fuit orta longo tempore ſuper ſubjectione ipſius monaſterii controverſia, quæſtio, ſive lis, quæ nuper eſt Dei gratia partium voluntate, & veritatis agnitione ſopita, & dicti Frater Jacobus, & Conventus dictos Epiſcopum, Capitulum, & Eccleſiam in ſuos Superiores ordinarios agnoſcentes ad eorum obedientiam ſunt reverſi pro bono pacis, ſerenitate, & tranquillitate Archimandritæ conventus & monaſterii prædictorum conſentientes in nos tanquam in ſuos Judicem, & Notarium cum ex certa ſcientia ſcirent ſuos Judicem, &* D *Notarium non eſſe bona, & ſpontanea voluntate ipſorum promiſerunt, & obligaverunt, ac ſtipulatione ſolemni pro ſe, Eccleſia eorum, & ſucceſſoribus ſuis dicto Domino Archimandritæ, conventui, et monaſterio prædictis, et ſucceſſoribus eorum in manibus dicti Archimandritæ, et Religioſorum virorum Fratris Niſi, Fratris Jonathæ, Fratris Jacobi, et Fratris Barnabæ, Monachorum dicti monaſterii recipientium, et ſolemniter ſtipulantium nomine ipſorum conventus, et ſucceſſorum eorum, ac monaſterii ſupradicti ſub pœna mille florenorum auri medietatem ipſius pœnæ ſi ipſa committi contigerit, parte dictorum Archimandritæ conventus, et monaſterii, et reliquam medietatem ipſius pœnæ Romanæ Eccleſiæ applicandam ſemper autoriſare, et defendere dictos Archimandritam, conventum, et monaſterium, ac ſucceſſores ipſorum propriis expenſis ipſorum Epiſcopi, Capituli, et Eccleſiæ Anglonen. ſi ipſos Ar-*

chi-

A

chimandritam, conventum, monaſterium, aut ſucceſſores ipſorum impeti quocunque tempore contigerit per Dominum Archiepiſcopum Montis-Realis, Capitulum, ſeu conventum ipſius, vel Eccleſiam Montis-Realis, aut Procuratores, ſeu nuncios ipſorum ſuper ſubjectione ipſorum, vel cenſu quem dicti Archiepiſcopus, Eccleſiæ, Capitulum, vel Conventus aſſererent dictum monaſterium Carbonenſe deberet eis reddere annuatim coram quocunque Judice Eccleſiaſtico, ſive coram Domino Papa, aut Auditoribus ipſius Legatis Apoſtolicæ Sedis, vel delegatis ipſorum, prout de jure fuerit, & Juſtitia ſuadebit ea conditione, & pacto, ut dicti Archimandrita, & conventus, & Capitulum, ac ſucceſſores ipſorum non fiat contra dictos Epiſcopum Anglonenſem, & Capitulum, ac ſucceſſores ipſorum: ſed concurrant cum voluntate, & aſſertionibus eorundem per viam Juris, non tamen contradicendo aliquatenus in expenſis propterea faciendis; alioquin dicta obligatio, & ſtipulatio ſit irrita, & vacua, & nullius penitus firmitatis: item ſub ſtipulatione, obligatione, & ſolemnitate prædictis promiſerunt, & obligaverunt ſe, pro ſe, & ſucceſſoribus eorum dicto Domino Archimandritæ, & conventui, ac ſucceſſorum in manibus dictorum Archimandritæ, & Monachorum nomine quo ſupra recipientium, & ſolemniter ſtipulantium ſub pœna prædicta, quod tam dictus Dominus Epiſcopus, & Capitulum, quam ſucceſſores ipſorum ſemper manu teneant, & augmentent omni futuro tempore in prædicto monaſterio Carbonenſi Ordinis S. Baſilii ſecundum Regulam ipſius, & ſemper ſint ibi Monachi Græci, ac Latini ſecundum voluntatem ipſius Archimandritæ, & conventus, ac ſucceſſorum ipſius monaſterii, & Archimandrita Græcus omni futuro tempore, & nunquam ibi præficiatur Abbas Latinus, aut alterius Ordinis contrarii Ord. ſancti Baſilii ſupradicti. Item pro bono pacis, concordiæ, & ut de cætero non ſit diſſenſionis occaſio inter eos dictus Dominus Epiſcopus, & Capitulum pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſia Anglonenſi habito inter eos in communi conſilio, & diligenti tractatu deliberatione ſolemni, quia juſtum fuit eis, ſicut aſſeruerunt coram nobis ipſis, & eorum Eccleſiæ expedire de cenſu quem dictum monaſterium dictæ Eccleſiæ Anglonenſi debebat ſolvere annuatim ad certum, & determinatum finem devenire voluerunt & ordinaverunt, ut loco dicti cenſus dicti Archimandrita, conventus, & monaſterium ſolvant annuatim per ſe, vel per Nuncios dictæ Eccleſiæ Anglonenſi in feſto Nativitatis Virginis glorioſæ in ſignum ſubjectionis tantum ſexdecim libras ceræ, & non aliquid aliud neque thus, neque pecuniam, ac aliquid aliud dicti Epiſcopus, & Capitulum pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis promiſerunt, & obligaverunt ſe Domino Archimandritæ & conventui prædictis & ſucceſſoribus ſuis ſub ſtipulatione & ſolemnitate prædictis in manibus prædictorum Archimandritæ, & Monachorum nomine quo ſupra recipientium, & ſolemniter ſtipulantium nullo unquam tempore petere alium cenſum à Monaſterio ſupradicto, quam prædictas libras ceræ, neque pecuniam, nec ſubventionem, nec occaſione dicti cenſus ipſos aliquatenus moleſtare, nec aliquid aliud ſive in pecunia, ſive in quacunque re nomine dicti cenſus præterito tempore non ſoluti de quo cenſu, ſeu debito per Aquileanam ſtipulationem, & acceptilationem in manibus dictorum Archimandritæ, & Monachorum nomine quo ſupra ſolemniter ſtipulantium dictos Archimandritam, & monaſterium liberaverunt, & perpetuo quietaverunt pro bono pacis, & concordiæ ſupradictæ: item pro bono pacis, & concordiæ, veritatis agnitione dictus Dom. Epiſcopus, & Capitulum agnoſcentes bonam fidem confeſſi ſunt Archimandritam, conventum, & monaſterium prędictos habere in caſalibus ſuis, videlicet, in Farato. Scanſana, & aliis caſalibus, & granciis ſuis ſpiritualem juriſdictionem, videlicet viſitationem, correptionem Clericorum, & laicorum ad conditionem eorum de iis quæ ad forum Eccleſiaſticum ſpectant, & Canonicam portionem, puta mortuorum & vivorum, & omnia jura, quæ comprehenduntur nomine Canonicæ portionis. Item pro bona pacis, & concordiæ ad occaſionem ſcandali, & diſſenſionis materiam amputandam, & ut occaſione præteritæ diſcordiæ omnis ſuſpitionis occaſio auferatur, voluerunt, promiſerunt dicti Epiſcopus, & Capitulum, & obligaverunt ſe ſolemniter Archimandritæ, & Monachis, conventus, & monaſterii ſupradictis in manibus dictorum Archimandritæ, & Monachorum nomine quo ſupra recipientium, & ſolemniter ſtipulantium, quod de exceſſibus, delictis, vel defectibus eorum prædictis ſi quos ipſos contigit commiſiſſe, viſitatione, correptione, ſeu punitione ipſorum ſe nullatenus intromittere per ſe, vel alios, vel officiales, ſeu delegatos ipſorum publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, in judicio, ſive extra; & renunciaverunt expreſſè beneficio reſtitutionis in integrum, exceptionis doli, quo metus cauſæ, & omni aliæ exceptioni, ſeu beneficio Juris quibus poſſent venire contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum, nec non juribus, ſeu rationibus innuentibus, ſive dicentibus generalem renunciationem, vel renuntiationem hujuſmodi in talibus non valere, ſalva reverencia, & obedientia dictorum Epiſcopi, & Capituli, & Eccleſiæ Anglonenſis ſecundum Canonica inſtituta. Item pro bono pacis, & concordiæ, & ut de cætero non ſit diſſenſionis occaſio inter eos dictus Dominus Epiſcopus, & Capitulum pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſia Anglonenſi, ut tempore Viſitationis non ſint dicto monaſterio oneroſi in procuratoribus & expenſis, habita inter eos collatione de conditione Eccleſiæ Anglonenſis, & facultatibus dicti monaſterii Carbonen. cum ſubſcriptis evectionum, ſeu equorum muneris poſſit eſſe competens, & ſufficiens pro Epiſcopo, qui pro tempore fuerit Anglonenſis; et ſi dictum monaſterium ulterius gravaretur, non poſſet ſufferre, & longi temporis victum conſumet hora brevis, & occaſione Viſitationis incurreret intolerabile detrimentum, & exinde occaſio diſcordiæ oriretur habito diligenti tractatu ſolemniter ſtatuerunt, & promiſerunt, & obligaverunt ſe cum omni ſolemnitate, quam melius facere potuerunt, & debuerunt in perpetuum dictis Domino Archimandritæ, & Monachis recipientibus, & ſolemniter ſtipulantibus pro ſe, & eorum monaſterio, ac ſucceſſoribus, quam tam dictus Dominus Epiſcopus, quam ſucceſſores ipſius, qui pro tempore fuerint nunquam niſi tantum ſemel in anno poſſint cauſa viſitationis accedere ad dictum monaſterium, vel alios mittere loco ſui, nec ad grancias, Capellas, ſeu membra ipſius monaſterii accedere, vel mittere pro viſitatione præfata, niſi tantum ad monaſterium ſupradictum, nec petere vecturas, pro equitaturis, ſeu equos, vel aliquod aliud emolumentum, nec epulas ſumptuoſas; ſed eas tantum, quæ honeſtè, & competenter fuerint miniſtratæ, nec ultra decem equos, ſeu equitaturas, & duos ſommerios pro arneſio poſſint ducere, aut expenſas, ſeu Procuratorem petere pro eiſdem, & quod ſi quandoque facient per alios viſitare quantumcumque non poſſint excedere numerum ſupradictum, et ſi mitterent minorem numerum, vel aliquos ad ſe cauſa viſitationis vocarent, quod non poſſint aliquas expenſas, vel aliquod aliud emolumentum petere, vel habere occaſione viſitationis prædictæ, vel occaſione, quod ipſi cum decem equis, & duobus ſommeriis, cauſa viſitationis poſſint accedere ad monaſterium prædictum, niſi tantum, quod illi qui mittentur expenſas pro ſeipſis recipiant moderatas, & quod non poſſint morari in dicto monaſterio cauſa viſitationis prædictæ, niſi tantum illo die quo acceſſerint, & ſequenti ad plus, & ſi contrarium facerent, vel vellent acceptare, quòd Archimandrita, & Monachi ſupradicti poſſint negare, & auctoritate propria prohibere, & ſi dicti Archimandrita, & conventus dicti monaſterii, ac ſucceſſores ipſorum quocunque tempore, quocunque modo ſe ſubtraxerint à ſubjectione, & obedientia Eccleſiæ Anglonenſis, omnia, & ſingula ſupradicta ſint vacua, & irrita, & ex nunc pro nullis, vacuis, & irritis habeantur. Et ſi dictus Dominus Epiſcopus, & ſucceſ-

B

C

D

ſores ſui non obſervarent dicto Archimandritæ, & monaſterio, ac ſucceſſoribus ſuis omnia, & ſingula ſupradicta, quod dictus Archimandrita, & ſucceſſores ipſius non teneantur obſervare obedientiam, & ſubjectionem per ipſos promiſſam dicto Domino Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, ac Eccleſiæ Anglonenſi, nec ullum eis ex præmiſſis circa poſſeſſionem, vel aliud præjudicium generetur. Unde ad futuram memoriam, & cautelam dictorum Archimandritæ, conventus, & monaſterii Carbonen. de voluntate, & mandato Dominorum Epiſcopi, & Capituli prædictorum præſens exinde confectum eſt Inſtrumentum pendentibus ſigillis dictorum Domini Epiſcopi, & Capituli, & ſubſcriptionibus ejuſdem Epiſcopi, Archidiaconi, Diaconi, Cantoris, & Canonicorum prædictorum; necnon noſtri qui ſupra Judicis, & ſubſcriptorum teſtium roboratum, quod ſcripſi ego, qui ſupra Ugolottus publicus ejuſdem terræ Turſii Notarius, qui vocatus, & rogatus interfui una cum prædicto Judice, & teſtibus omnibus, & ſingulis ſupradictis in publicam formam redegi, & meo ſolito ſigno ſignavi, unde ego, qui ſupra Notarius volens mandatis dicti Domini ſubdelegati, ut teneor obedire, dictum inſtrumentum authenticavi, copiavi, & exemplavi, & ejus copiam in præſentem publicam formam redegi de verbo ad verbum nihil addito, mutato, vel diminuto, præſente coram nobis in dicta Curia præfato venerabili Priore monaſterii ſancti Eliæ, qui omnibus prædictis interfuit, & ſe contentante de dicta authenticatione, eamque ratificante, emologante, & confirmante coram nobis Judice, Notario, & teſtibus ſupradictis. Quo quidem inſtrumento copiato, & exemplato de verbo ad verbum, ut præmittitur, præfatus Dominus Joannes Nicolaus Procurator, & Oeconomus, quo ſupra nomine nos præfatos Judicem, Notarium, & Teſtes, ex Regia parte requiſivit, & attente rogavit noſtrum ſuper hoc officium implorando, quod de prædictis omnibus conficere deberemus publicum inſtrumentum cujus requiſitioni, & precibus devotè annuentes, quia officium noſtrum publicum eſt, illudque nemini denegare poſſumus, nec debemus in his præſertim, quæ honeſtatem ſapiunt, & requirunt, quodque juſta petiit, & juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus; propterea ad futuram rei memoriam, & tam præfati Domini Epiſcopi, & ſuorum ſucceſſorum, ac dictæ venerabilis Eccleſiæ Anglonen. factum eſt exinde de præmiſſis hoc præſens publicum inſtrumentum per manus mei, qui ſupra Notarii ſigno meo ſolito ſignatum ſubſcriptione noſtri, qui ſupra Judicis, & noſtrum ſubſcriptorum teſtium ſignis, & ſubſcriptionibus roboratum, quod ſcripſi ego, qui ſupra Notarius, qui præmiſſis omnibus vocatus, rogatus, & requiſitus interfui, & meo ſolito, & conſueto ſigno ſignavi. Et in pede inſtrumenti magis infra poſt ſignum dicti Notarii, quo apparet dictum Inſtrumentum ſignatum, erant, prout ſunt, ipſorum Canonicorum, & Judicis ſubſcriptiones infraſcriptæ, quæ fuerunt omiſſæ in præſenti copia ex errore mei Notarii ſupradicti, & ſunt de verbo ad verbum, ut infra;

Ego Scipio de Laurentio Judex Turſii, qui ſupra†

Nos Marcus miſeratione divina Epiſcopus Anglonen. qui ſupra.

Ego Petrus Archidiaconus Anglonenſis interfui, & conſenſi.

Ego Presbyter Jordanus Anglonen. Decanus interfui, & conſenſi.

Ego Abbas Angelus de Cepullis de Matera Cantor Anglonenſis interfui, & conſenſi. Signum Crucis propriæ manus Presbyteri Joannis de Anglono Anglonenſis Canonici, & ſubcentoris interfui, & conſenſi.

Ego Presbyter Nicolaus de Nigro Anglonenſis Canonicus interfui, & conſenſi.

Ego Abbas Guglielmus de Monte Sion Anglonenſis Canonicus interfui, & conſenſi.

Ego Presbyter Nicolaus de bono Hſtorio Anglonenſis Canonicus interfui, & conſenſi.

Ego Presbyter Ventura de Senſiſio Anglonenſis Canonicus interfui, & conſenſi.

Ego Presbyter Sergius de Turſio Anglonenſis Canonicus interfui, & conſenſi.

Ego Presbyter Ricardus de Rotundis Anglonenſis Canonicus interfui, & conſenſi.

Ego Presbyter Robertus de Piſario Anglonenſis Canonicus interfui, & conſenſi.

Prædictæ ſiquidem ſubſcriptiones magis infra erant prout eſt ſcriptum ſigillum Domini Marci Epiſcopi Anglonenſis, ſigillum Capituli Anglonenſis prædictæ quidem ſubſcriptiones ex errore fuerunt omiſſæ per me Notarium ſupradictum: ſuperius autem ubi legitur ipſorum Canonicorum, & ſequitur, & Judicis abraſum, & emendatum apparet, prædicta omiſſa, & abraſio non noceat, quia Ego qui ſupra Notarius in ſcribendo erravi.

Locus † ſigni.

Teſtantur Joannes de Albano Judex, Magnificus Dominus Joannes Patavinus de Amendolaria, Angelus de Monte Sion, Julius Rufulus, Polydorus Gallus, Capuncus Perjoannis de Senſiſio, Vincislaus de Benevento de Senſiſio, Joannes Eli de Turſio, Joannes Franciſcus de Forciuto de Caſtellucio†

Ego Joannes de Albano, qui ſupra Judex interfui, & me ſubſcripſi.

Ego Joannes Patavinus de Amindolaria V.I.D. teſtis ſum.

Ego Julius Rufulus de Senſiſio pro teſte interfui.

Ego Capancus Perjoannis de Senſiſio teſtor.

Ego Polydorus Gallus de Senio in præmiſſis pro teſte fui.

Ego Vincislaus de Benevento de Senſiſio interfui, & me ſubſcripſi.

Ego Joannes de Eli de Turſio in hoc pro teſte affui.

Ego Joannes Franciſcus Forciutus interfui, & me ſubſcripſi.

Marcus verò poſtquam Anglonenſem Eccleſiam rexiſſet annis plurimis exceſſit ſub Joanne XXII.

14 *SYLVESTER ex nobili genere Matera Carentinus erat Epiſcopus Anglonenſis an. 1322. ſi vera ſunt quæ refert Ferdinandus della Marra in deſcriptione ejuſdem familiæ. XIV.

* Ex App. tom. 9.



15. FRANCISCUS della Marra nobilis Neapolitanus Anglonenſis Eccleſiæ gubernacula ſuſcepit ſub Joanne XXII. Pontifice, ſub quo anno 1330. translatus eſt ad Cuſentinum Archiepiſcopatum, in qua dignitate obiit ſub Innocentio VI. XV.

16. GUILLELMUS electus dicitur Anglonenſis die 2. Auguſti 1330. in lib. obligat. Joannis XXII. de eo fit mentio eodem anno in Reg. Regio Neap. XVI.

17. JOANNES proximè ſucceſſit Guillelmo, 1333. in eodem obligat. li 22. Julii electus, & confirmatus Eccleſiæ Anglonen. habetur: quo ſedente anno 1338. a die 26. Aug. ad cælos evolavit B. Joannes de Calamola Toloſanus Religioſus Converſus Ordinis Ciſtercienſis in Monaſterio S. Mariæ de Sagittario, clarus miraculis, cujus vitam ſcripſit Anonymus ejus ſynchronus, quam hic exſcribere non pigebit ex ipſo originali, quod eo in Ce- XVII.

a Seu 1339 ut alii volunt.

no-

nobio aſſervatur, ut ſaltem viri ſanctiſſimi geſta perennentur, cujus ſacrum corpus incorruptum honoratur à fidelibus, eaque in Eccleſia quotidie ad divinas laudes ejus celebratur memoria.

*Incipit Prologus de Vita & miraculis B. Joannis Ordinis Ciſtercienſis Converſi Religioſi ſanctæ Mariæ de Sagittario.*

*Ad ſcribendam vitam cœlibem, & ſtupenda miracula hujus cœleſtis viri, & terreſtris Angeli, cujus tentamus hiſtoriam texere, alterius linguæ eſſet opportuna facundia, & alterius claritas intellectus: Ego enim ubi illius ad Deum me juvit oratio, cui jam non per ænigmata, ſed facie ad faciem loquitur, ad hoc impeditioris linguæ & hebetis ingenii me cenſerem, & ubi moveret, imo me potius impelleret, & grandis devotio quibus ad ipſum per Dei donum afficior, & affectus ſum, etiam cum adhuc in carne ejus ſacratiſſima anima teneretur, illius reminiſcens dicti; altiora te ne quæſieris, nunquam ad hæc tanquam effrons meretrix proſilire, ſed per ea, quæ dicta, ſunt, & ne temporum tandem antiquitas deleret de mentibus hominum viri hujus geſta glorioſa, quæ Deus dignatus eſt ante oculos noſtros apponere diebus iſtis, quibus quod ſine cordis amaritudine referendum eſt, omnium charitatem frigidam cernimus, ſi non dicimus jam extinctam tanquam puer balbutiens locutus ſum, & ſi non volans, reptans tamen more animalium reptantium ſuper terram.*

*Incipit de Vita & miraculis Beati Joannis.*

*Joanni igitur originem dedit civitas Tholoſana, neſcio autem quamobrem advenit Baſilicatę Provinciam trahens moram continuam infra & circa Comitatum, qui dicitur Clarimontis, ubi aliquandiu inter ſæculares permanens non ſæculariter vivens; ſed honeſtiſſimam vitam duxit: Et ut in præſentiarum innoteſcat quantæ puritatis extiterit, cum adhuc per mundi hujus impedimenta decurreret, ſubticendum non exiſtimo, quod vulgi publico divulgatur oraculo: fertur enim quod cum in ſudore vultus ſui vellet ſicco pane veſci, & conductus denario cuſtos cujuſdam vineę poneretur, ſine petita prius, & obtenta Domini ſpiritalis licentia, etiam arripere unius uvæ botrum tanquam à gravi facinore præcavebat. O mens timore caſto repleta! cur tanto timore trepidas, ubi non eſt timore aliquatenus trepidandum; pertimeſcis ne furtum committere, ubi credis Dominum permiſſurum? ſed Sanctarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere ubi culpa non eſt; ſed cum jam ſpiritus, qui calere cœperat ſatis ferveſceret, trahente fortiter ipſo ſpiritu, omnia propter Chriſtum poſt tergum relinquens, ut ſtercora, curſu concito ad convicinam, quæ erat Eremum properavit, Ubi quantæ auſteritatis rigore ſe ipſum afflixerit, quanta alimentorum inopia corpuſculi ſui membra ſiccaverit, quantaque aſpera pro Redemptoris amore pertulerit, difficulter poſſet exprimi, & difficilius credi: ibi enim, ut ajunt, ex ſepteno . . . . . quod vix ad ſeptenum prandiolum ſuffeciſſet, refectionem ſuam totius quadrageſimæ coarctavit. Ibi interdum nulla ſollicitudine fatigatus eo veſci tantum ſueſcebat edulio, quod ei deferebant agricolæ, qui ad illum devotionis gratia divertebant. Ibi nonnulli viri Belial ſuæ cupiditatis impetum exercentes, ſpe ſurripiendæ pecunię, illum paupertatis veriſſimum ſectatorem, qui præter Chriſtum ſub cœlo nihil aliud poſſidebat crudeliter afflixerunt, quos tandem ut proderet nullis potuit ſuaderi ſermonibus, nullis precibus adduci. Sed cum per tot bona adhæreret Altiſſimo, & jam ſecundum Scripturam cum eo ſpiritus unus eſſet effectus, pollere cœpit, ut firmiter creditur, gratia prophetiæ: Refert enim veritatis amica Domina Margarita Comitiſſa Clarimontis, quæ per annos, & annos fuerat ſterilis, & jam vehementer de ſterilitate perpetua timeſcebat, quod cum pro ſe, pro impetranda progenie, illius ſæpe ſe precibus commendaſſet, ipſe tandem quodam die iis eam ſermonibus eſt affatus: Forti inquit animo eſto, noli te plus mœrore conſumere,*

A *redde bona Eccleſiæ, indubitanter, quod multa, & grata tibi ſoboles eſt futura, ut non poſthac reſerentur concluſa viſcera, utriuſque ſexus inde erit uberrimus, Deo, Matri quæ genuit, & hominibus valde gratus. Sed Angeli Domini Rubii obitum ante dixit: ſuo enim inquit Abbati; Vade dic illi Angelo, ut illius quo tenetur monaſterio noſtro ſolvat ſe cito vinculis debiti, quoniam ſatis brevis terminus eſt, quo eſt carnis debitum ſoluturus: quod ita quippe factum eſt, nam intra brevis temporis ſpatium de hac luce eſt ſubtractus. Sed cum diu in hac Eremo duceret vitam Angelicam potius, quam humanam, ordine, ut videtur, præpoſtero, ſed non præpoſtero merito, relicta vita anachoretica, quæ eſt in perfectionis apice conſtituta; deſcendit ad Cœnobiticam in monaſterio Sagittarii Ciſtercienſis Ord. & qui magiſter eſſe meruerat ſub forma diſcipuli curvavit cervicem humiliter regularibus diſciplinis. Ad cujus cœnobiticæ vitæ ima numquam de anachoreticæ vitæ vertice deſcendiſſet, niſi quia jam ingruens gravis invalitudo*
B *corporea, præſertim quædam genuum, & capitis incomitata dolore tumiditas, humanum auxilium cum inſtantia ſuadebat. Ubi oblivisci neſciens inſtrumenta perfectionis præteritæ, auſteritatem ſolitam totis viribus cuſtodivit ſolo pane ſe ſuſtentans, non albo, ſed furfureo: pro reprimendo æſtuantis ſitis ardore rarò aliud quam aquæ poculum hauriebat. Huic erat quidem, ſi dici meretur, breviſſimus lectulus quadratus, & concavus, & quadrupedalem menſuram vix tranſiens, ubi poterat ſolum, contractus accumbere tribuendæ quietis non gerens ſpeciem, ſed laboris, quippe cum totum teſtetur Cęnobium, quod nullus extiterit Monachus, qui ipſum conſpexerit dormientem. Hic tantum obſervabat ſilentium, ut non mereretur dici tam tacitus quam relinqui, & tanta contemplationis ſedulitate erat intentus, ut ſemper videretur cum Maria ſedere ad pedes Jeſu, in carnis adhuc mole ſubmerſus totius carnis gravedinem pertranſibat. Cumque de tanto bono munerare eum divina largitas decreviſſet, ſu-*
C *ſtulit eum de hac valle miſerabili lachrymarum, & concivem ſibi cęleſtis patriæ fecit illum. In ipſo autem ſuo felicitatis exitu, quid ſignificet neſcio, Deus ſcit, tantus venti flantis impetus inſurrexit, ut totam illius cellulam, totumque Cęnobium concutere videretur. Sed mirum dictu! ventus validus, qui totam, ut dictum eſt, cellam videbatur evertere, per foramina ipſius cellæ tranſgrediens quinque faces magnas, flatu ſubito potuiſſet extinguere, nullam exiguarum ardentium lampadum extinguebat. Robertus autem dictus Maccaronus habitator Siniſii, cujus brachium vetus jam, & dirum ulcus invaſerat, adeo ut ipſius membri omni eſſet officio deſtitutus, perrexit ad quendam barberium pro alicujus medelæ ſubſidio implorando, cum medicus ipſe inquit, præfodit tibi multum humoris malignitas ſurſum deorſumque brachium, niſi per inciſionem veniamus ad radicem ulceris, nullam tibi poſſum medelam adhibere ſalutis. Interea tranſitus hujus viri, qui in opinionem hominum omnium magni meriti habe-*
D *batur, cœpit undique reſonare; quo lætanter æger audito, non, inquit, terreſtrem medicinam ſuſcipiam, de cœlo credo quod ſoſpitatem mihi homo iſte ſanctiſſimus impetrabit. Sumptaque grandi pluſquam potuit dici fiducia, ad præfatum Monachum accedit, ſancti cellam ingreditur. His & ſimilibus verbis eum Abbas alloquitur: hic eſt baculus quem geſtare ſolebat in manu, hæ ſunt ſportellæ, quas ipſe contexerat. Inter hæc verba ægrotus ſe reſpicit mox ſoſpitem, & corruit. Tunc omnes aſtantes ſtupor maximus apprehendit, dum repente vident membrum tumefactum, & tenue, mundum, & putridum & ulceroſum ſolidum, adeo ut nullæ ibi miro modo ulcerationis imaginer remanerent. Maſella quoque filia Joannis magiſtri Udonis de Senſiſio ita habebat brachium fiſtula inveterata depaſtum, ut fruſtatim deciderent inde oſſa. Cumq; Pater eam ad jam dictum monaſterium deportaret, invento Abbate, his ſermonibus orat eum: oſtende nobis ait, corpus Sancti,*

*ſifor-*

*ſi forte dignabitur filiam meam ſalvare. Non, inquit Abbas, corpus ſacrum poſſum vobis oſtendere; latenter enim depoſuerat illud, ne tantus theſaurus poſſet ſubtrahi ſibi furto, ſed de veſtibus ejus tibi dabo particulam involvens illu membrum invalidum, ſi placuerit Domino, potens eſt in tua genita mirificare hodie Sanctum ſuum, quo involuto ibidem pernoctarunt; credibile quidem eſt, ut ad veſtimentum tactum, mox ſalus evenerit, ſed quia uſq; quo domum redeant brachium non detegunt, tunc ſolum inſpiciunt pleniſſime ipſum ſalvum. Dominus inſuper Joannes Capanus ſacerdos de ipſa terra Siniſi biennio vocem habuit penitus ſuffocatam, nulla ipſum longe lateque quæſita juvari potuit peritia medicorum. Erat autem, ut ait, ad tantam deſperationem inductus, ut jam girovagare per mundum proponeret, erubeſcens tantæ infelicitatis fato inter notos, & amicos ſic turpiter converſari, ſed humani auxilii ſuffragio deſtitutus ad Dei clementiam ſe ſe convertit, ſupra Sancti viri tumulum obdormivit, vocem priſtinam impetravit.*

*Gentilis curſus puer de Noba diuturno tremore brachii tenebatur, adeo ut ſi interdum pro experienda menſura læſionis ſuæ vas aqua plenum manu tentabat arripere, mox penitus fundebat, ſed hujus Sancti meritis eſt pleniſſime factus ſoſpes. Quædam quoque de ipſa terra Nobe mulier quam vidi quidem, ſed neſcio nomine, patiebatur tumorem durum, & veterem ſuper pede, qui hujus Sancti virtute incomparabiliter citius eſt quam ſinat cera ab ignis facie reſolutus. Sed celebratum in Joanne dicto Barone de Arimento memoria dignum non omitto miraculum, qui cum haberet ſic tibiam morbidam, ſic turpiter ulceratam, ut neſciam quid ibi plus fuerit de putredine videlicet, an de ſano; confeſtim ut Sancti viri hujus ingreditur cellulam memoratam ad tactum herbarum quas in ſuo ſolebat lectulo ſternere, totius tibiæ horrenda læſio pertranſiit omnino inſtanter, ulcerum eſt ſolidata roſura tota, & corroſionis eſt concavitas adimpleta. Multa & alia fecit Jeſus per hunc virum Sanctiſs., quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis; credite firmiter quicunq; futuris temporibus venietis, quæ hic inſerta ſunt: nam ea tantum inſcripſi, quæ notoria erant, quæ luce clarius potuerunt meum animum informare; tot enim habent teſtes præmiſſa miracula, quæ dicta ſunt; quot homines habent Siniſi atque Nobo. Poſtremorum enim duorum duntaxat fide dignorum virorum, de viſu teſtimonium perhibentiam relatione didici, quos ſic vitæ honeſtas, & morum gravitas reddunt dignos, ut nullo modo exiſtimem ipſos potuiſſe mentiri. Cætera autem quæ à ſingularibus accepi perſonis, vel quæ aliqua mihi potuiſſent nube fuſcari, hic immiſcere contempſi, ne contigiſſet forſan ſub veritatis velamine mendacium ſubinferre. Geſta quoque hujus viri omni diligentia qua potui perſcrutatus ſum, ſecum, licet indignus colloquia merui; ferme omnes quos oppreſſos dixi fuiſſe languoribus videre volui, vidi & vera ſingula conſpexi. Obiit autem imo verius in cæleſti patria natus eſt vir iſte dilectus, & electus à Domino ſeptimo Kalendas Septembris anno M.CCC.XXXVIII. Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.*

XVIII 18. RICARDUS fuit Anglonenſis Epiſcopus familiaris, & conſiliarius Joannæ I. ac Ludovici Regum Neapolitanorum, quorum gratia pollebat an. 1352. ab iiſdem confirmationem privilegii Federici II. Imp. Eccleſiæ Anglonenſi conceſſi accepit contra Turſienſes, Eccleſiæ Anglonenſis perturbatores. Confirmationis diploma ita recitatur in tabulis ejuſdem Eccleſiæ, quibus ſane certis, & aliis id genus documentis liquido conſtat Anglonenſem civitatem ad Epiſcopum ſpectaſſe. Copiale hujus diplomatis nobis exhibuit vir nobilis Abbas Joannes Baptiſta de Afflicto Neapolit. & Scalenenſis Patritius olim Anglonenſis Generalis Vicarius.

*Ludovicus, & Joanna Dei gratia Rex, & Regina Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ Forcalquerii, ac Pedimontis Comites univerſis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus, quam futuris.*

A *Quod factum legitimè per prædeceſſores noſtros plerumque comperimus in evidentioris cautelæ præſidium, per adjectum confirmationis noſtræ ſuffragium renovamus. Sane venerabilis in Chriſto Pater Ricardus Dei gratia Epiſcopus Anglonen. Conſiliarius, familiaris, & fidelis noſter Majeſtati noſtræ reverenter expoſuit, quod quondam Federicus Romanorum Imperator, & Rex Siciliæ motus inſtinctu, & reverentia B. Mariæ Virginis glorioſæ, cujus vocabulo ipſa mater Anglonen. Eccleſia inſignitur, eidem Eccleſiæ, ejuſque Præſulibus in perpetuum quoddam pariter conceſſit privilegium præſentatum per eum noviter noſtris obtutibus ejuſdem Imperatoris, Regis verò, & noto certo ſigillo munitum, non abolitum, non abraſum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum, tenoris & continentiæ ſubſequentis. Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Au-* B *guſtus, & Rex Siciliæ. Quod ſi omnia caduca ſunt, &c. Noviter autem præfatus Epiſcopus apud nos ſupplicans inſtitit, & de conceſſione, & confirmatione, tum dicti privilegii, & contentorum in illo humiliter ſupplicavit. Nos igitur zelo caritatis paternæ, quæ ad venerandas Eccleſias, & alia pia loca digne nos provenit, prædictam Anglonen. Eccleſiam ejuſque miniſtros incidentes fulcire præſidiis gratiiſque & commoditatibus confovere, præſertim in laudem ipſius glorioſæ Virginis, ſub cujus virtute proficimur, & actiones noſtras ſub pia ejus aſſiſtentia temporaliter præſervamus, ut per incrementa noſtræ liberalitatis, & gratiæ ejuſdem Eccleſiæ ſtatum quantum favorabilius poſſimus noſtris proſecutionibus augeamus, porrectis nobis ejuſdem Epiſcopi ſupplicationibus in hac propria, & delectabili parte inclinati, tam dictum privilegium præfati prædeceſſoris noſtri Siciliæ Regis, ac immunitates exemptiones quaslibet, ex alia omnia in ipſius privilegii ſerie declarata pariter, & diſtincta, decreto noſtro, ſua, ex ſpe-* C *ciali gratia acceptamus, & ratificamus expreſſe, illaque ratificationis, & approbationis noſtræ munimine tenore præſentium confirmamus. Volentes & de ipſa noſtra ſcientia declarantes, quod præmiſſum privilegium, necnon immunitates, & exemptiones ſpe aliqua in eo contenta, velut præmittitur, præſenſque noſtra ſpecialis ratificatio, & confirmatio ſubſecuta jam dictæ Anglonen. Eccleſiæ, ſuiſque Præſulibus in perpetuum efficaciter, ſtabiles, & incommutabiliter ſint reales. Mandantes de ipſa noſtra ſcientia tam Juſtitiariis Baſilicatæ, quam terræ Hydronti, necnon & officialibus, & Magiſtratibus, aliiſque dicti Regni, ad quos ſpectat, ſeu ſpectare poterit præſentibus, & futuris, ut jam dictum privilegium, & contenta in eo, præſenteſque noſtras confirmatorias litteras ſervent, & ſervari faciant eidem Eccleſiæ juxta illarum ſeriem efficaciter illibatas, nou adverſus eas quicquam ſeu per directum, vel per obliquum revocent: Nos enim ex nunc prout ex tunc, quidquid adverſus mentem, & ſeriem pri-* D *vilegii prædicti, & contentorum in eo, ac hujus confirmationis noſtræ attentatum exiſteret, hactenus quantumcumque vel in futurum forſitan contingeret attentari, irritum, ac revocandum fore decernimus, & inane, & ex decreto præſenti nullius eſſe roboris, efficaciæ, ſeu momenti generalium collectarum cedulis miſſis, & mittendis, de Curia, quibus & aliis exemptionibus, & oneribus eandem Eccleſiam, ejuſque Prælatos, Clericos, homines, & vaſſallos, juxta tenorem dicti privilegii, hujus etiam confirmationis vigore exemptos eſſe volumus, & immunes, ac litteratis, & mandatis quibuſcumque contrariis non obſtantibus quoquomodo, fidelitate quoque noſtra ſemper ſalva; In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum Neapoli per Sergium Domini Urſonis de Neapoli militem Juris Civilis profeſſorem, magnæ noſtræ Curiæ magiſtrum rationalem, & Vice-protonotarium Regni Siciliæ anno Domini M.CCCLII. Die*

xii.

*xii. Julii quintæ Indictionis Regnorum noſtri Regis anno quinto, noſtræ vero Reginæ anno duodecimo.*

A Richardo Præſule Innocentius VI. Monaſterium Carbonenſe ſub Apoſtolica Sede ſuſcepit, omniaque privilegia à Regibus, Principibuſque eidem conceſſa aſſeruit, anno 1361. hoc modo.

*Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Archimandritæ, & Conventui monaſterii S. Eliæ de Carbono Ord. S. Baſilii, Anglonen. diœceſis ſal. & Apoſtolicam benedict.*

*Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, vel alias indulgentias vobis, & monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones* B *ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis, & monaſterio veſtro indultas, ſicut ea juſtè, & pacificè obtinetis, vobis per vos eidem monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Avinion. 13. Kalen. Aprilis, Pontificatus noſtri anno nono.*

XIX. 19 PHILIPPUS Epiſcopus Minorenſis ad hanc Eccleſiam translatus eſt ab Urbano V. anno 1363. Id. Novemb. ex Reg. Vatic. ann. 5. Pontificatus ejuſdem. Obiit anno 1364.

XX. 20 PHILIPPUS a Primicerius Salernitanus demortuo altero Philippo ſucceſſit 17. Kalend. Januarii anno 1364. ab eodem Urbano V ad hanc dignitatem vocatus ex eodem Reg. an. 5. Plures annos vixit Philippus in dignitate; quo Præſule conditum fuit in comitatu Claromontenſi, nobile cœnobium S. Nicolai Ord. Carthuſianorum ab inclyto Comite Vinceslao de S. Severino. Fundationis C monumentum non vidimus, habuimus tamen publicum aſſertum ab eodem deſumptum, quod nobis communicavit eruditus amicus noſter Camillus Tutinus, tenoris ſequentis.

a Philippus Sarlura ex documentis apud Cl. v. Didocum Mana Pa- t ttium Salernitanum.

*Fateor ego Sebaſtianus Celanus de terra Francavillæ publicus ubilibet Apoſtolica, & Regia auctoritatibus notarius, quatenus ſub anno Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto regnante Sereniſſimo quondam Ludovico II. per publicum Inſtrumentum rogatum manu quondam Notarii Antonii de Urſo de civitate Neapolis ibidem celebratum ſub die ſextodecimo menſis Januarii, tertiæ Indictionis in publico teſtimonio conſtitutus quondam Illuſtriſſimus Dominus Vinceslaus de ſancto Severino miles, Dux Venuſiæ, Tricarici,* D *& Claromontis comes fundavit venerabile monaſterium ſancti Nicolai Carthuſienſis Ord. in valle Claromontis Anglonen. diœceſis, Lucaniæ ſeu Baſilicatæ provinciæ de dicto Regno Neapolis, itemque dotavit pluribus juribus, introitibus, & territoriis, & pro illo ædificando inter cætera donavit venerabili, & religioſo viro Fratri Matthæo de Tito Priori monaſterii ſancti Martini prope Neapolim ejuſdem Ordinis Commiſſario deputato per venerabilem, & religioſum virum Fratrem Gulielmum Priorem Carthuſiæ auctoritate Capituli generalis ſtipulanti nomine Religionis prædictæ, & ipſo monaſterio conſtruendo quoddam territorium dictum S. Helania ut illic ædificaretur, in quo Inſtrumento ipſe Illuſtriſſimus Dux, & Comes aſſeruit, propalavitque id feciſſe gratitudinis cauſa erga omnipotentem Deum pro tantis ſibi ab illo collatis gratiis, à quibus ſemper in progreſſu proſperitatis fuit auctus, nolens in ejus conſpectu vacuus apparere, ne valeat de talento duplicato in* A *noviſſimo die redargui, in ſignum ſuperioritatis, dominii, & ſpecialem devotionem ad dictum Ord. Carthuſiæ, & vitam laudabilem Fratrum ipſius pro eorum Regulari Obſervantia,, ſolitudine, & ſilentio vacantium, devotionemque pariter quam diu geſſit in veriſicum Confeſſorem Beatum Nicolaum Pontificem, in cujus precibus confidentia maxime exſtitit, prout hæc & alia largius in dicto fundationis, & dotationis Inſtrumento continentur in pergameno valde magno exiſtente omni ſolemnitate vallato, à Judice, & Teſtibus in numero copioſo ſubſcripto, roborato, & ſignato, non abraſo, non cancellato, non vitiato, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carente, à me præfato Notario ab Archivio ipſius venerab. monaſterii deſumpto, & in illo reſtituto.*

*Qua quidem præmentionata fundatione, & dotatione, & contentis in ea, per dictum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & Comitem facta idem Sereniſſimus Ludovicus II. Rex Siciliæ, & Hieruſalem de certa ejus ſcientia, & ſpeciali gratia volens proſe-* B *qui devotionem dicti Illuſtriſſimi Ducis & Comitis, affinem ſuum & dilectum Conſiliarium illum proſerens, non obſtante, quod ipſa dotatio & fundatio proceſſit in bonis feudalibus, aſſenſit, conſenſit beneplacitum regiumque ſuum aſſenſum præſtitit, prout apparet ex dicto Regio aſſenſu in forma Cancellariæ expedito, cum inſerto tenore præmentionatæ fundationis ſub olim die primo Junii quintæ Indictionis anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, ipſoque Regio aſſenſu ſubſcripto, & magno ſigillo dictæ Majeſtatis pendente, munito, in rubea Cera impreſſo, appenſo per cordulam ſericam in pergameno ſcripto intelligibili ſcriptura, ſimiliter non cancellato, non abraſo in nulla ejus parte, & omni ſuſpicione carente, omnique tantum ſolemnitate vallato, ex eodem loco deſumpto, & ibidem repoſito.*

*In quorum omnium fidem, & præmiſſorum veritatis teſtimonium ego præfatus Notarius hic me ſubſcripſi, & ſignum quo in publicis ſcripturis utor ap-* C *poſui conſuetum requiſitus ab Rev. Patre Domino Bruno Peluſio Vicario ſub præſidiatu vigilantiſſimi admodum Reverend. Patris Dom. Dionyſii de Neapoli Prioris ipſius venerabilis monaſterii hodie die 29. menſis Junii 1626. Laus Deo. Idem qui ſupra Notarius Sebaſtianus Celanus manu propria.*

Fundatum Cœnobium hocce S. Severini Comites variis deinde beneficiis, ac privilegiis nobilitarunt, inter quos Antonellus unus fuit, qui ſequentem incluſit donationem.

*Antonellus de ſancto Severino Princeps Salerni, Comes ſancti Severini, Marſicique, Turſique ac Regni Siciliæ Admiratus.*

*Univerſis & ſingulis Officialibus noſtris ubilibet in omni dominio, & juriſdictione noſtris conſtitutis, & conſtituendis, eorumque Locatenentibus præſentibus, & futuris, ad quos ſeu quem præſentes litteræ pervenerint & ſpectabunt fidelibus cariſſimis ſalutem, & ſingularem dilectionis affectum.*

D *Pro parte venerab. & religioſi viri Fratris Ludovici de Mediolano Ordinis Carthuſienſis Prioris venerab. monaſterii, & Eccleſiæ ſancti Nicolai prope Clarummontem dicti Ordinis Carthuſienſis, fuit nobis nuper expoſitum, quod cum per anteceſſores noſtros dudum fuerit conceſſum eidem Eccleſiæ monaſterium, quod eorum animalia cujuſcumque generis, & ſexus, & quantitatis fuerint, poſſit Eccleſia ipſa paſculari facere in toto eorum dominio præter quam in defenſis antiquis & glandibus; ſed propterea nobis humiliter ſupplicat, ut hujuſmodi gratias prout in privilegiis, & ſcripturis, quæ & quas præfata Eccleſia habet à dictis noſtris anteceſſoribus ad quas nos referimus confirmare dignaremur. Nos autem hujuſmodi ſupplicationibus annuentes, & altàs moti ob ſingularem devotionem quam erga dictam Eccleſiam gerimus, gratiam, & licentiam hujuſmodi paſculandi eorum animalia confirmantes eidem Eccleſiæ tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & gratia ſpe-*

*ciali*

A

*ciali de novo concedimus, & licentiam, & facultatem omnimodam concedimus, & impartimur. Ita quod dicta Eccleſia, ſeu ejus Prior qui pro tempore fuerit, vel aliquivis poſſint, & liberè valeant dicta animalia de die, & de nocte in dicto noſtro dominio paſculare, ſeu paſculari facere ſine ſolutione juris alicujus à fide, aut alterius cujuſvis vectigalis Curiam noſtram tangentis niſi in defenſis noſtris antiquis & glandibus noſtræ Curiæ. Mandantes vobis dictis officialibus, & unicuique veſtrum, quatenus hujuſmodi gratiam, & licentiam eidem Eccleſię & monaſterio ſancti Nicolai obſervetis, & obſervari faciatis ad unguem, juxta præſentium ſeriem, & tenorem, nec contrarium faciatis pro quanto gratiam noſtram caram habetis, in pœnam unciarum centum, &c. In cujus rei teſtimonium præſentes inde fieri facimus parvo noſtro ſigillo in pede munitas, ac ſubſcriptione noſtræ propriæ manus roboratas, quas poſt earum opportunam inſpectionem reſtitui volumus ſingulis præſentatas. Datum in civitate Neap. die 8. menſis Maii 1495. Antonellus manu propria. Dominus Princeps mandavit mihi Gallutio Tragallo.*

B

XXI. 21 JACOBUS Epiſcopus Anglonenſis à Bonifacio IX. electus anno 1399. 17. Maii; deinde translatus eſt ad Eccleſiam Strungulenſem anno 1400. 4. Kalen. Maii, ex lib. obligat.

XXII. 22 ROGERIUS de Moreſcallis eligitur in tranſlati Jacobi locum Epiſcopus Anglonenſis eodem anno 1400. ac die; exceſſit 1418. ex eodem libro. Eo Præſule Ladislaus Rex anno 1406. quæ Vinceslaus Comes Carthuſiano cęnobio donaverat hoc diplomate rata habuit & forma, quod extat in Reg. Regio Neapol. fol. 147.


*Ladislaus Rex, &c. Univerſis, &c.*

*Etſi ab ineffabili Dei clementia cuncta recepimus, quæ in terris fertiliter poſſidemus, tenemur equidem erga pia, & Eccleſiaſtica loca, quæ divinis ſunt Officiis deputata, exercere debitum gratitudinis, ut à Conditore omnium, & cunctorum retributore bonorum poſſimus conſequi largitiones muneris amplioris. Sane ad venerabile monaſterium ſancti Nicolai de valle Clarimontis Ord. Carthuſienſis, necnon religioſos viros Priorem, & conventum dicti Monaſterii oratores, & fideles noſtros dilectos gerentes noſtræ benignę charitatis, & dilectionis affectum, &c. Attendentes merita ſinceræ devotionis, & fidei quam dicti Religioſi erga Majeſtatem noſtram geſſerunt, & gerunt, & intendentes prout aſtringimur ipſis Religioſis aliquid impendere, quo inducantur promptiores pro nobis, & ſtatu noſtro magis proſperis augendis ſucceſſibus, crebris, & aſſiduis orationibus Altiſſimum exorare, jam dicto monaſterio S. Nicolai, ac dictis Priori, & conventui ipſius monaſterii tam pręmiſſorum intuitu, quam in recompenſationem excambii Bajulationum terrarum Senisii, Clarimontis, & Caſtrinovi eis ab olim per quondam Vinceslaum de ſancto Severino olim Amalſiæ Ducem. . . . ut aſſeruit conceſſarum, ac etiam pro ipſorum Religioſorum vita, & ſuſtentatione infraſcripta bona noſtræ Curiæ, & ad curiam ipſam noſtram de jure ſpectantia, & pertinentia infraſcriptiſque locis, & finibus deſignata, videlicet, olivetum unum ſitum in territorio terrę noſtrę Senisii intus vineam magnam dictæ noſtrę curię confinatum cum viis publicis, foſſato dictæ terrę, ac vinea prędicta, aliiſque confinibus. Item vineam unam ſitam in territorio Clarimontis confinatam cum vineis hæredum Ricardi Sarinaracce, vinea Joannis de Blaſio, vinea Joannis Angeli, vinea Philippi Magnanini, & aliis ſuis finibus, & defenſam unam ſitam in dicto territorio Clarimontis, quæ de Carraſa confinatam cum territoriis Epiſcopiæ, Ægidii, Caveboni, Clarimontis, & aliis ſuis confinibus, cum viribus, arboribus fructiferis & infructiferis, territoriis, cenſibus, redditibus, fructibus, juriſdictionibus pertinentibus omnibus ad olivetum, vineam & defenſam prædict. quovis modo abſque alicujus recognitione, vel preſtatione ſervitii, annuos redditus, ſive cenſus per eos nobis noſtrę Curię propterea faciendos damus, donamus, concedimus ex cauſa donationis proprii noſtri*

A

*motus inſtinctu præſentium tenore concedimus de certa noſtra ſcientia, liberalitate mera, & gratia ſpeciali ad habendum, & poſſidendum hujuſmodi olivetum, vineas, & defenſam cum juriſdictionibus pertinentiarum earum prædictis per ipſorum monaſterium, & Religioſos, vel alios pro eiſdem locandum, diſlocandum eiſdem conducendum, & uti fruendum libere, & ſine impedimento quocumque, legibus, conſtitutionibus, capitulis, reſcriptis quibuſcumque contrariis, conceſſione, & donatione bonorum dominialium, ſive fiſcalium fieri prohibentibus, quarumcumque tollimus in hac parte vigorem, non obſtantibus quoquomodo: inveſtientes Religioſum virum Fratrem Joannem de Neap. dicti Ordinis oratorem fidelem noſtrum dilectum pro eiſdem monaſterio, & Religioſis de præſenti noſtra conceſſione, & gratia per parvum noſtrum ſigillum præſentialiter ut eſt moris. Quam inveſtitura vim & vigorem veræ donationis, & realis aſſecutionis bonorum prædictorum omnium volumus, & decrevimus obtinere, aliis noſtris cuilibet alteri jure ſemper ſalvis. In cujus, &c. Datum in noſtro felici Campo, ut ſupra per eundem virum nobilem Nicolaum Muzapede de Aquila legum Doctorem, &c. Anno 1406. die 23. Aprilis 14. Indictione. Regnorum noſtrorum ann. 20.*

B



C

XXIII 23 JOANNES Caracciolus [a] Neapolitanus electus Caputaquenſis à Martino V. ad Anglonenſem ſedem tranſlatus eſt 4. Non. Nov. anno 1418. mortalitatem explevit anno 1439. ut in actis Conſiſtorial.

[a] Qui & Joannellus Poncella dictus, à 9. Mutil ex Actis.

XXIV 24 JACOBUS Turſienſis Anglonenſis Eccleſiæ Archidiaconus, ordinatus fuit Epiſcopus die 5. Octob. 1439. jacet in Eccleſia S. Michaelis Turſii.

XXV. 25 LUDOVICUS Flonoblet hujus Eccleſiæ fuit Epiſc. an 1468. ac Regis Ferdinandi I. Conſiliarius, & in Romana Curia Orator, à quo exemptionem à ſolutione vectigalium per decennium, nundinarumque indictione pro ſua Anglonenſi civitate gratioſè impetravit. Deſiit eſſe anno ſalutis 1472.

XXVI 26 JACOBUS Chiaſconius, Anglonenſem adeptus eſt Præſulatum, 8. Kalend. Maii 1472. à Sixto IV. Pont. cœnobii Carbonenſis immunitatibus ex veteri prædeceſſorum Epiſcoporum libidine

D

ſemper infeſtus Romanum Archimandritam virum egregium injuſte vexavit, privandumque curavit ab eodem Pontifice: tunc primus Carbonenſis Commendatarius efficitur Paulus è S. Soſtii oppido diœceſis S. Marci in Calabria anno 1477. Indignationem Jacobi Epiſcopi, atque Baronum incurrerat antea Romanus cum adverſus eundem in medium fuerat allata quæſtio de Oblatis, quos in aliena ditione ex omni hominum genere admittebat cum capitibus, & fortunis in famulatum, & jus patrociniumque S. Eliæ ex antiquiſſima diplomatum prærogativa, ac Principum, Regumque indulgentia, pietateque non ſine fremitu indignationeque ordinariorum, atque Baronum, adverſus quos poſtea Romanus animoſe prorupit, tali à Ferdinando Rege impetrato reſcripto.

A *Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ, Illuſtribus, Magnificis, nobilibus, & egregiis viris Magiſtro Juſtitiario hujus Regni, ejuſque Locumtenenti, ſeu Regenti, & Judicibus magnæ Curiæ Vicariæ, necnon Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Terrarumque Dominis, & Dominabus Vicemgerentibus, inſuper Gubernatoribus, Juſtitiariis, Capitaneis, Commiſſariis, Ballivis, Judicibus delegatis, & ſubdelegatis, & cæteris demum univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus quocunque nomine nuncupatis, ac officio, juriſdictione, & auctoritate fungentibus, eorumque Locatenentibus, & ſubſtitutis, ad quem, ſeu quos ſpectet præſentibus, & futuris, Collateralibus Conſiliariiſque fidelibus noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem.*

*Noviter pro parte Reverendi in Chriſto Patris Fratris Romani Archimandritæ venerabilis monaſterii ſancti Eliæ de Carbonis fuit Majeſtati noſtræ,* B *ſeu noſtro ſacro conſilio oblata ſupplicatio quædam tenoris ſequentis.*

*Sacræ Regiæ Majeſtati reverenter exponitur, & humiliter ſupplicatur pro parte Reverendi in Chriſto Patris Fratris Romani Archimandritæ venerabilis monaſterii S. Eliæ de Carbonis, Provinciæ Baſilicatæ, oratoris Majeſtatis ejuſdem, dicentis; Quod cùm idem exponens, nomine dictæ ſuæ Eccleſię habuerit, prout habet, quamplures vaſſallos, rendentes, emphyteoticos, Fratres, Clericos, Presbyteros, & alias perſonas, & oſſertos ſubjectos ſuæ juriſdictioni, & aliquos exemptos, quorum aliqui eorum fuerunt, & ſunt inobedientes, aliqui verò eorum ſalutis immemores, inſiluerunt etiam cum armis contra eum, aliqui recuſant reſpondere de redditibus, decimis, cenſibus, & aliis juribus debitis eidem ſupplicanti, & ſuæ Eccleſiæ, committuntque multa alia delicta, opprobria, etiam rebelliones contra ipſum exponentem. Et quia ſupplicans ipſe fuit, & eſt perſona Eccleſiaſtica, & non poteſt dictos delinquentes punire, alioſque* C *inobedientes caſtigare, dictoſque rendentes, vaſſallos, emphyteotas, & cenſuarios cogere, & compellere in perſona, nec in bonis, in maximum damnum, & prejudium dicti ſupplicantis, & dictæ ſuæ Eccleſiæ, habere brachium, favorem, & auxilium veſtræ Majeſtatis, veſtrorumque officialium. Idcirco dignetur veſtra Majeſtas exorata indemnitati ipſius ſupplicantis, & dictæ ſuæ Eccleſiæ ſuper præmiſſis providere, & brachium veſtræ Majeſtatis implorando committere, & mandare omnibus quibuſcunque officialibus præſentibus, & futuris, ſubditis veſtræ Majeſtatis quocunque officio, & juriſdictione fungentibus, quatenus eidem ſupplicanti, & dictæ ſuæ Eccleſiæ tam contra ſuos vaſſallos rendentes, emphyteutas, cenſuarios, debitores, & detentores bonorum dictæ Eccleſię indebite exiſtentes, tam in ejus juriſdictione, quàm extra, & ubique in toto Regno, quàm contra ſuos Presbyteros, Clericos, Fratres, Oſſertos, ac Procuratores dictæ Eccleſiæ, & alias quaſvis perſonas* D *circa conſequutionem jurium dictæ Eccleſiæ, & carcerationem, ſeu detentionem perſonarum earundem perſonaliter ſive realiter ad omnem ſimplicem requiſitionem ipſius ſupplicantis, & ſuorum Procuratorum, præſtent eidem auxilium, conſilium, & favorem, & exequantur ea, quæ eidem ſupplicanti, & dictæ Eccleſiæ ſuæ fuerint neceſſaria, & opportuna: & proinde mandari fieri litteras opportunas, ut Deus, &c.*

*Qua quidem ſupplicatione, ut prædicitur, oblata, fuit pro ipſius ſupplicantis parte noſtræ Majeſtati, ſeu noſtro ſacro Concilio humiliter ſupplicatum, ut indemnitati ipſius noſtrum brachium, & favorem implorando ſuper contentis in dicta ſupra inſerta ſupplicatione opportunè providere dignaremur. Nos dicta ſupplicatione benigna audita, & admiſſa, hujuſmodi jurium, reſponſionum, obedientiarum in dicta ſupplicatione contentarum, indebitas renitentias ægre ferentes, volentes ſuper his quantum in nobis eſt opportunè providere, harum ſerie de certa noſtra ſcientia, præfatique noſtri ſacri Concilii matura deliberatione præeunte, vos perſonas Eccleſiaſticas requirimus, & hortamur, vobiſque aliis prędictis dicimus, committimus, mandamus, quatenus vocandis, dicto ſupplicanti, & quibuſcunque ejus, & dictæ ſuæ Eccleſiæ fautoribus, Procuratoribus, & adminiſtratoribus nomine, & pro parte ipſius ſupplicantis, & antedictæ ejus Eccleſiæ ſuper præmiſſis, & contra prædictos in dicta præinſerta ſupplicatione contentos ſummariè, ſimpliciter, & de plano, remotis omnibus calumniis, ſubterfugiis, & dilationibus, ſola facti veritate inſpecta, Eccleſiarum expoſcente favore, prout ad unumquemque veſtrum, & juriſdictionem veſtram melius ſpectat, & pertinet, juſtitiam expeditam miniſtretis, & faciatis. Cogentes, & viribus, quibus decet, compellentes eos, quos prævia cognita prædicta reperietis Oblatos, & ad prædicta, & infraſcripta teneri pronunciabitis ad prȩmiſſas prętenſas obedientias, reſponſiones, & alia jura eidem ſupplicanti debitas, & conſuetas nomine dictę ſuę Eccleſię, taliter quod ſupplicans dictę ſuę Eccleſię nomine conſequatur, & habeat integrè quidquid ab eiſdem juſtè, & legitimè habere debet, præſtantes, & præſtari facientes eidem quo ſupra nomine, prout ad veſtrum quemlibet melius pertinet debitos favores, ac conſilium, & auxilium opportuna pro conſecutione eorum in eadem ſupplicatione contentorum juſta, ſolita, & conſueta, neminem indebite, & contra juſtitiam aggravando. Committentes vobis ſuper prȩmiſſis cum dependentibus, emergentibus, & connexis ex eiſdem auctoritatem, & poteſtatem noſtras plenariè per præſentes. Et contrarium non faciatis, ſicut vos decet, perſonæ Eccleſiaſticæ nobis complacere, alii vero prędicti officiales, & ſubditi noſtri gratiam noſtram caram habetis, iramque, & indignationem, ac pœnam unciarum centum noſtro fiſco applicandarum cupitis non ſubire. In cujus rei teſtimonium prę ſentes fieri fecimus, noſtro ſigillo pendenti munitas, remanſuras ſingulis vicibus præſentanti. Dat. Neapoli in ſacro noſtro Conſilio, per Magnificum utriuſque Juris Doctorem noſtrum Conſiliarium, & Viceprotonotarium Lucam Tozzulum Romanum Locumtenentem ſpectabilis, & magnifici viri Honorati de Aragonia, Cajetani, Fundorum Comitis, Regni Logothetæ, & Protonotarii, Collateralis Conſiliarii fidelis nobis plurimum dilecti, die quarto menſis Junii, quintæ Indictionis ann. 1472.*

*Rex Ferdinandus.*

*Dominus Rex mandavit mihi Bartholomæo de Racaneto.*

Jacobi Epiſcopi memoria pervenit ad ann. 1500. quo è vivis ſublatus eſt.




27 JACOBUS de Capua Neapolitanus clarus natalibus, Anglonenſis evaſit Epiſcopus poſt Jacobum ſub Julio II. Epiſcopatum dimiſit ann. 1508. die 10. Novemb. ad favorem nepotis, ut ſcribunt acta Conſiſtorialia. XXVII.

28 FABRITIUS de Capua Neapolitanus Jacobi ex fratre nepos ad Cathedram Anglonenſem aſſumptus eſt eodem anno 1508. ac die 10. Novemb. quam paucis annis rexit. De familia legendus noſter eruditus Carolus Borellus in Vindice libello Neapolitanæ Nobilitatis. Hodie XXVIII.


gens

*a* Oſcitatur Auctor, durat enim adhuc nobilis gens Artius Principiſ, Magnorum Altevillæ Comitum, & Thermularum Ducum.

XXIX

gens hæc extincta eſt *a* in ſedili Nido, è qua plures Præſules, ac purpurati Patres prodiere, de quibus alibi plura recenſuimus. A

29 JOANNES ANTONIUS Scotius Neapolitanus Epiſcopus Anglonenſis Lateranenſi Concilio interfuit ſub Julio II. anno 1512. à quo ad Epiſcopatum aſsumptus eſt. Hic (ut ſcribit Sanctorius) ex more gentis ſemper inquietæ, quæſtionem Hieronymo Continentiæ Archimandritæ Carbonenſis Cœnobii de juriſdictione movit, cauſamque Epiſcopalem diuturnitate temporis jugulatam, à buſto ibi lucem revocare, & tanquam exulem poſtliminio reverſam pęoatibus excipere, annixus eſt, veteri io monaſterium livore incenſus, & jamdin bellum machinatus alitus in ſchola Beſiniani Principis, inter miniſtros auctoritate inſignis, haud ſpernendi vir ingenii, atque doctrinæ, animi pugnacis, mira nec indigna Epiſcopali munere complexus, amator Cleri, ornatorque templorum, quæ procul Præſulum inter mercenariorum miniſteria manuſque ſquallentia, & horrida ſpectabantur. B Nec animo cecidit Archimandrita, prolata ſunt privilegia, & oſtenſa diplomata Pontificum, quibus cautum, declaratumque eſt monaſterium Carbonenſe terrarum duntaxat ſubeſse rectori, pendereque à ſacroſanctæ Sedis Imperio poteſtateque. Scotius cum ultra progredi non poſſet, ſua deceptus ſpe, deſtitit ab incepto, & ſapieoter lenita iracundia iterum pax fuit, & quies ab Epiſcopis uſque ad Joannem Paulum Amoniam. Obiit Scotius ſub Clemente VII. Pontifice.



XXX

*b* Ex Codulis denominatur tantum Vincentius. Adminiſtrator an. 1528. die 31. Auguſti.

De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 489.

30 JOANNES VINCENTIUS *b* Caraſa S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopus Neapolitanus, fuit hujus Anglonenſis Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator anno 1530. quod ad favorem Oliverii nepotis reſignavit ſub Paulo III. Pontifice anno 1536.

XXXI

31 OLIVERIUS Caraſa Neapolitaous ex ceſſione Patrui Anglonenſem ad Epiſcopatum aſſumptus die 6. Septembris 1536. ſex omnino annis illum tenuit, ultroque eo ſe abdicavit anno 1545. id ex Actis liquet Conſiſtorialibus.

XXXII.

*c* De quo citatus Ciaconius tom. 3. col. 586.

*d* Obiit 24. Novemb. 1564.

32 GUIDO ASCANIUS *c* Sfortia Diaconus Cardinalis Pauli III. nepos exinde factus eſt D Anglonenſis Eccleſię perpetuus adminiſtrator *d*, quam ad paucos dies retiouit, eamque cum regreſſu reſignavit.

XXXIII.

*e* Die 11. Decemb.

33 BERNARDINUS Helvinus (1) litterarum Apoſtolicarum Abbreviator Anglonenſem Sedem adeptus eſt die 11. *e* Decembris 1545. quo ſedente Turſium oppidum ſuæ diœceſis in civitatem, & Eccleſiam S. Michaelis in Cathedralem erexit Paulus III. Pontifex, voluitque ut deinceps Epiſcopus Anglonenſis, & Turſienſis denominaretur. Variis muneribus functus eſt Bernardinus in Romana Curia, ejuſdemque Pontificis fuit generalis Theſaurarius, quo in miniſterio florente adhuc ætate Romæ extioctus eſt, & in Eccleſia S.





Mariæ de Populo ſepultus, hoc epitaphio inſignitus.

*D. O. M.*
*Bernardino Helvino Epiſcopo Anglonenſi*
*Pauli III. Pontif. Max. Theſaur. generali.*
*Dianora ſoror, Camillus cariſſ. Dianoræ*
*vir Fratri optime merito F. Vixit annis*
*XLIV. dieb. XLI. Deceſſit M.D.XLVIII. v.*
*Idus Julii.*

XXXIV.

*f* De eo Libanorius in Ferraria doctes par. 2. p. 80. Mandoſ.

34 JULIUS de Grandis, *f* Ferrarienſis, præclara virtute, ac rerum experientia Ateſtinis Priocipibus charus, ex Cameræ Apoſtolicæ Præſidente Paulo III. demandante, cujus erat intimus familiaris, Eccleſiæ Anglonenſi præfectus eſt die 27. Julii 1548. ſedit ann. 15. abſens ferè, cum apud Pontificem Max. pro Ferrariæ Duce Oratoris munere fungeretur; ultro Eccleſiæ ſuæ nuncium remiſit anno 1560. aliquot deinde annos ſuperſtitit. Extat Julii mem. in epitaphio, quod Horatio Gatto alumno ſuo poſuit Romæ in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam hujus tenoris.

C

*Horatio Gatto Romano præſtantiſſ. ingenii*
*adoleſcenti cujus inſignem prudentiam*
*fides non ſuperavit. Vixit ann. xxvi.*
*M. vii. D. vii. Obiit vii. Julii MDLII.*
*Julius de Grandis Epiſcopus Anglonen.*
*& Ducis Ferrariæ apud Sum. Pont. Oratoe*
*Alumno cariſſ. & à ſecretis poſuit.*

Paulo antea Julium Sarraceſum Ferrarienſem nepotem ſuum funeraverat in Eccleſia ſanctorum Simonis & Judæ de Urbe, & ad tumulum epithaphium in marmore ſcribi fecit, quod extat.

*D. O. M*
*Julio Sarraceno Ferrarienſi*
*inſigni probitate viro.*
*Julius de Grandis Epiſcopus Anglonenſis*
*nepoti cariſſimo poſuit.*
*Vix. an. xxxiv. Obiit nonis Novembris*
*M D LVII.*

XXXV.

35 JOANNES PAULUS Amanius Cremenſis delectus eſt Anglonen. Præſul die 5. Aprilis 1560. & à Pio IV. ad Concilium Tridentinum miſſus ei ſubſcripſit. Suæ Eccleſiæ deinde ad formam Concilii gubernacula ſuſcepit; D is erat non mediocris ingenii Præſul, & multa rerum experientia nobilis, auctoritate, & doctrina præpollens, acceptus aulicis, & natura facilis; fretus Ferrarienſi, & Ateſtino Eminentiſſimis Cardinalibus, præcelleotis auctoritatis, & inter præcipuos, veterum litium adverſus Carbonenſe cęnobium ſuſcitator molituſq; ſui juris Carbonii ditionem facere, cujus audaciæ, S. Elia & Anaſtaſio Martyre Monaſterii Patronis occurrentibus dignas deinde pœnas luit: nam à Nicolao Granio ejus coadjutore in Epiſcopali munere, & cive haud humaniter tractatus intra biennium coadjutoriæ ſpiritum exhalavit, anno 1580. valido corpore, & præſtanti valetudine multis virtutibus commendatus,

E a

(1) Sorianum patria fuiſſe Helvinum pronunciat Ciampinus in Enarratione Synopt. Abbrev. Parci Majoris p. 29. ex Alberto verò Caſtruccius in Deſcript. Ducatus Albeti p. 56. qui tamen perperam addit fuiſſe creatum Cardinalem à Paulo III. Helvinus jugiter podagra laborabat. Vmata vero B. Virgini, de Populo dictæ, & omnem dolorem à ſe penitus abſceſſiſſe ſenſit. De hac re vide Ambroſium Landucci in Opere: *Origine del Tempio di S. Maria del Popolo*, p. 94. videndus etiam p. 169. *Mandoſius*.

datus, & clarus, ſepultus in Eccleſia terræ Sinenſii Anglonen. diœceſis in Sacello Converſionis S. Paoli a ſe elegantiſsimè conſtructo in ſepulchro, quod ſibi, ſucceſsoribuſque paraverat, ubi legitur hæc inſcriptio.

*D. O. M.*
*Jo. Paulus Amanius Cremenſis Epiſcopus*
*Epiſcopus Anglonen. fecit ſibi*
*& ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis.*
*M. D. LXXVII.*

XX XVI.

*a* De quo citatus Libanorius par. 1. p. 91. *Mandoſ.*

36 NICOLAUS Grana *a* Ferrarienſis datus eſt coadjutor cum futura ſucceſsione Amanio die 12. Decemb. 1578. à Gregorio XIII. Papa, demortuoque ſucceſsit anno 1580. quem ingrati animi poſtulavit Sanctorius. Vixit ad ann. uſque 1595.

XX XVII.

*b* Die 12. Aprilis.

37 ASCANIUS Jacobatius Romanæ nobilitatis illuſtris Epiſcopus Anglonenſis, cui dignitatem illam detulit, cum eſset utriuſque Signaturæ Referendarius, Clemens VIII. Pontif. die 10. *b* Aprilis 1595. & apud Ferdinandum I. Magnum Etruriæ Ducem Apoſtolicæ Sedis Nuncium miſit, quo in munere diu cum laude verſatus, revocatus ad Aulam, ſub Paulo V. Epiſcopali onere ſe exſolvit anno 1609. Romæque defunctus eſt anno 1611. & in ſacello à ſe conſtructo in Eccleſia S. Pauli ad Antonianam columnam humatus eſt nulla proloquente inſcriptione.




XX XVIII

*c* De eo Oldoinus in Athen. Liguſtico & Mongitorius in Bibl. Sicula tom. 1. p. 107. *Mandoſ.*

38 BERNARDUS Juſtinianus *c* gradum fecit ad Epiſcopatum Anglonenſem die 15. Martii 1609. Meſſanæ in Sicilia ann. 1573. parentibus Andrea, & Liſchineta Juſtinianis Chienſibus natus, Vincentii Card. Patruelis Juſtiniani virtutum ſtudioſus à puero amænioribus litteris apud Patres Societatis Jeſu operam dedit, deinde ad Theologicas, aliaſque liberales artes animum adjecit, in iis cum mirabiliter profeciſſet laurea ornatus eſt, ac ſuper Decalogi præcepta non contemnendum ſcripſit tractatum, qui manuſcriptus aſservatur apud Andream Juſtinianum Baſsani Principem Annæ Panfiliæ Innocentii X. Papæ nepotis maritum, Canonicatum in Meſsanenſi Metropoli promeruit, ſacriſque initiatus ab Annibale Afflicto Rhegino æternæ memoriæ digno Archiepiſcopo anno 1603. A Paulo V. ex Benedicti Cardinalis Juſtiniani commendatione ad Anglonenſem Cathedram evectus fuit. Conſecratus Epiſcopus ad ſibi creditam Eccleſiam ſe contulit, ab omnibuſque ordinibus gratanter exceptus, ſynodum celebravit, cujus Decreta extant adhuc præclariſſima; Eccleſiaſticum jus adverſus ejus diœceſis Barones ad priſtinum decorem reſtituit. Pueros ſacra Chriſtiana doctrina, vel per ſe, vel per alios fideles miniſtros, ſingulis Dominicis diebus erudivit in fide. Beatiſſimæ Virginis Mariæ, omni ſabbati die, quem ſanctè colebat, ſolemni ritu poſt Completorium Litanias decantari mandavit; inſtituit etiam ut tertio quoque cujuslibet anni menſe ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum in eadem Cathedrali exponeretur, ut populus pro expiandis peccatis, aliiſque neceſsitatibus Eccleſiæ, orationes effunderet. Palatium Epiſcopale apud Clarummontem penè dirutum reſtauravit. Denique poſt ſeptimum ſuæ adminiſtrationis annum, florente adhuc ætate, Claromontii ſublatus è vivis ſepultus eſt in Sacello ſanctiſſimi Sacramenti Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ, ubi hæc ſequentia verba leguntur in marmore.

*Bernardum Juſtinianum Epiſcopum Anglonenſem D. Joſeph de Salvo Archiepreſbyter Clarimontis, & Heracles Traſſuritus Bononienſis acceptorum beneficiorum memores grato animo hic ſic obſervarunt anno Domini M. DC. XVI. die xxv. Octob.*



39 INNICUS Siſcara *d* Vincentii Agelli Comitis, & Lucretiæ ex Marchionibus Camerottæ filius, Neapolitanus, ſplendore generis, legum ſcientia, & morum elegantia ornatiſsimus, ex utriuſque ſignat. Referendario Epiſcopus declaratus eſt Anglonenſis die 19. Decemb. 1616. Clarimontii vitam finivit anno 1619. ſepultus in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ cum inſcriptione & inſigniis, quæ cum præ humiditate deleta ſit, legi non poteſt. XX XIX.

*d* Sic reponendus Innicus Siſcara Vincentii Domini Petræſtoininæ, & Lucretiæ Marcheſiæ è Marchionib. Cameroteæ filius, nepos ex filio Alphonſi Siſcaræ Comitis Agelli. Vide Lellium in famil. Neapol. par. 2. p. 284.



40 ALPHONSUS Giliolus *e*, nobilis Ferrarienſis, miti animo, & egregius moribus ornatus, à Paulo V. Anglonæ Epiſcopus factus eſt die 17. Julii 1619. Sub Gregorio XV. ac Urbano VIII. apud Sereniſsimum Ferdinandum II. Magnum Etruriæ Ducem Apoſtolicus Nuncius diu fuit, quo in munere cum bene ſe geſsiſset, Principum, Pontificumque gratiam promeruit, & cum ad Eccleſiam ſuam viſendam profectus eſset, ad majora revocandus ex humanis eripitur die 24. Martii 1630. & in Divæ Annunciatæ Eccleſia Turſii terræ mandatus eſt. XL

*e* Laudatur à Superbo in Apparatu viror. illuſt. Ferrar. par. 2. p. 14. & à Libanorio in Ferraria aurea par. 2. p. 94. & par. 1. p. 22. *Mandoſ.*

( „ *Alphonſus Giliolus, Anglonenſis Epiſcopus,* „ *Comitis Scipionis filius, ex nobili vetuſtaque familia prognatus fuit, quæ de Pellizzariis olim vocabatur. Inter ejus avos recenſetur Guillelmus* „ *Glioli filius, germanus frater illius Jacobi, qui* „ *Sarravallenſis Comes à Sigiſmundo Imperatore* „ *declaratus fuit, edito diplomate Budæ 4. Septemb.* 1425. Nobili & Egregio Jacobo Zilioli „ de Piliciariis de Ferraria Cancellario magnifi- „ ci Nicolai Marchionis Eſtenſis, ſacri Latera-

nen.

,, nenſis palatii Comiti noſtro , & Imperii ſacri A
,, fideli . *Guilielmus pariter una cum Jacobo prædicto eodem anno à Martino V. Pontifice Comes*
,, *creatus eſt, confirmatus deinde ab Eugenio IV.*
,, *an. 1431. expedito diplomate :* Nobilibus Domi-
,, nis Jacobo & Guilielmo q. Gilioli de Piilza-
,, riis de Ferraria fratribus Comitibus Serraval-
,, læ . *Jacobus inter Cives Florentinos cooptatus*
,, *eſt à Florentina Republica, ampliſſimiſque pri-*
,, *vilegiis ornatus die 20. Febeuarii 1430. ut ex*
,, *Reformationam archivo ejuſdem civitatis : cum-*
,, *que inter Mediolani Ducem atque Fœderatos ſol-*
,, *licitaſſet pacem, atque territorium Piſanum Flo-*
,, *rentinis reſtituendum curaſſet, ob ejus præclara*
,, *in Rempublicam merita à quibuſcumque oneri-*
,, *bus perpetuam immunitatem obtinuit, ut ex de-*
,, *creto die 2. Septemb. 1432. edito in citato Archi-*
,, *vo exiſtenti clare colligitur . Filium habuit Ja-*
,, *cobus Comitem Bonaventuram viva Federici II.*
,, *Imperatoris voce Legum Doctorem Piſauri decla-*
,, *ratum an. 1469. à quo recta linea deſcendit Ca-* B
,, *rolus Alphonſus Giliolus , qui patriam ſuam Flo-*
,, *rentiam urbem non tam nobilitatis vetuſtæ ſplen-*
,, *dore , quàm virtutum ſuarum claritate inpræſen-*
,, *tiarum vivens illuſtrat .*
,, *Ut autem ad Alphonſum Epiſcopum redeamus,*
,, *errat Ughellius , dum defuncti cadaver Tarſii tu-*
,, *mulatum affirmat : nam terræ mandatum fuit*
,, *Florentiæ in D. Mariæ Annunciatæ Patrum Ser-*
,, *vitarum in ſepulchro Gonzagæ familiæ , in quo*
,, *conditum fuit 23. Junii 1630., ut legitur in li-*
,, *bro Emortuali B. pag. 326. qui in inſignis illius*
,, *cœnobii archivo adſervatur . Ibi appellatur Al-*
,, *phonſus Sarravallis , & Telgnani Comes , dici-*
,, *turque extitiſſe Legatus à Ferrarienſi Duce ad*
,, *ſummum Pontificem extra ordinem miſſus , & bis*
,, *ad Proregem Neapolitanum : deinde Cubicula-*
,, *rius ex participantibus ſecretis Clementis VIII.*
,, *à quo ad Urbinatem Ducem Apoſtolicus Nuncius*
,, *electus fuit . Camerinum Gubernator rexit ; fuit*
,, *Protbonotarius Apoſtolicus , & ſacræ Conſultæ* C
,, *Prælatus, Pontificiæ Capellæ Adſiſtens , & Flo-*
,, *rentiæ Apoſtolicus Gregorii XV. Nuncius . In ce-*
,, *lebri bibliotheca Strozziana habetur Codex n.*
,, *784. in quo , ſicut & in aliis decem ac ſeptem*
,, *ſequentibus extant variorum Epiſtolæ ad Alphon-*
,, *ſum ſcriptæ : in aliis verò ſubſequentibus unde-*
,, *cim Codicibus leguntur literæ ab Alphonſo variis*
,, *datæ . )*



XLI 41 JOANNES BAPTISTA Detus Patritius Florentinus, Epiſcopus antea Caſtrenſis in Provincia Hydruntina, ad Auglonenſem translatus eſt die 13. Maii 1630. Vix anno in ea dignitate expleto mortuus eſt Clarimontis, ac ſepultus in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, habetque in marmoreo tumulo hoc epitaphium.

*Joannes Baptiſta Detus Patritius Florentinus , vitæ , ac morum integritate fragrans ex Caſtrenſi jam Eccleſia ob ſui benemerita ad Anglonenſem Epiſcopatum tranſlatus , non diuturna luce fruens , hic à* A
*Rev. D. Joſepho de Salvo Archipresbytero V. I. D. & D. Stephano Lucarella Cantore Clarimontis eorum par ſingulari ſtudio , ſic conditur tumulo die ſexto Auguſti an. Dom. M.DCXXXI.*

42 ALEXANDER Detus Florentinus Joannis Baptiſtæ germanus frater demortuo ſucceſſit die prima Septembris 1631. *b* nec ipſe diuturnus Pontifex fuit, cum atra mors è vivis illum abſtulerit Senifii Anglonenſis diœceſis oppidi 1637. ibidem tumulatur eo in ſepulchro, ubi Joannes Paulus Amanius jacet; tumulaverat antea Petrum Franciſcum fratrem præmortuum juxta Joannem Baptiſtam Epiſcopum, ubi in marmore hæc legentibus proſtat inſcriptio. XLII

*a Die 2. Aprilis 1632. ex Actis.*

*Petrus Franciſcus Detus Patritius Florentinus quieſcens hic prope cineres Joannis Baptiſtæ Deti Epiſcopi Anglonen. germani fratris , piorum ſe precibus , ad Altiſſimum commendat , ut quorum corpora brevi ſpatio disjunguntur , animæ non ſegregentur in Cœlis . Chriſtiane Viator ne deneges , ut & ta aliquando eodem pietatis officio fruaris ab humanis quibus fuit aſſumptus anno Domini MDCIII. die xv. Auguſti , vocatuſque v. Novembris . M.DCXXXIII.* B

*Heu quanto mœrore tam dulcia Germanaque pignora Alexander Detus fratri in Epiſcopatu ſucceſſor corde recenſet .*

Ex hac vetuſta ac nobili Deta familia plures in Republica Florentina vexilliferi graveſque viri fuerunt, ac noviſſime ex ea ad Purpuram Joannes Baptiſta Detus vix puer à Clemente VIII. Pontifice in memoriam Letæ Detæ matris ſuæ aſſumptus, qui Oſtienſis Epiſcopus, & ſacri Senatus Decanus Romæ deceſſit eo ipſo anno 1630. quo Joannes Baptiſta Alexandri frater evaſit Epiſcopus Anglonenſis.

C



43 M. ANTONIUS Coccinus nobilis Romanus, vir eruditus, & doctus Anglonenſis Epiſcopus delectus eſt, ab Urbano VIII. Pontifice die 15. Janu. 1638. ſedit annis octo, & ad Imolenſem Eccleſiam translatus eſt, die 19. Februarii 1646. de quo vide quæ diximus in Epiſcopis Imolenſis Eccleſiæ tom. 2. XLIII D

44 FLAVIUS Gallettus, Romanus, Monachus Vallis-Umbroſæ, in gratiam Marchionis de Buſalo ab Innocentio X. Papa traductus eſt ad Anglonenſem Epiſcopatum die 16. Julii 1646. ineptus Præſul, & in felicitate corruptus, variis brevi tempore criminibus innodatus juſſu ejuſdem Pontificis ad ſe expurgandum Romam vocatus in monaſterio S. Mariæ de populo carceri mancipatus eſt, ubi improviſa morte obiit die 25. Nov. an. 1653. ea in Eccleſia ſepultus inglorius jacet. ( ,, *Obſcuro* ,, *loco natus erat Gallettus, de quo multum mentitur Simius in Catalogo Viror. Illuſt. Congreg.* ,, *Vallis Umbr. p. 104.* Mandoſius. ) XLIV

45 FRANCISCUS ANTONIUS de Luca electus anno 1654. die prima Junii. Vivit. XLV.

### *ADDITIO.*

*(Clarus genere in civitate Melphictenſi, propriis clarior virtutibus, clariſſimus autem devotione erga S. Philippum Nerium, qua ſemper uſque ad extremum vitæ ſpiritum ferbuit, adeò ut nil ſibi gratius, ſibi nil jucundius in ſuo Præſulatu ſemper fuerit oratorii Congregatione. Jure quidem merito, quia ita vagientem invenit, utpote vix decem, & octo menſibus ante excitatam, ut penè ſuo tempore natam ſua educare induſtria, ſuo auſpicio fovere, ablactare, ad maturitatem denique ducere feliciſſime potuerit. Hujus ergo nobiliſſimæ, & exemplariſſimæ Congregationis originem primam, ac progreſſus hic recenſere, non abs re videtur, & quia eadem Congregatio prima veluti gemma enitet in inſula Anglonenſi, & quia primas, imo continuas Præſulis Franciſci Antonii de Luca ſorbuit curas, ita ut de illa cum dicitur, de tanto etiam Præſule ſermo fiat uberrimus.*

*P. Alphonſus Pariſius ex inclyta Societate Jeſu cum Apoſtolicis Miſſionibus Turſii urbem perluſtraſſet, omnemque diœceſim, magnumque à ſuis laboribus ſpiritualem fructum anno 1617. aucupatus fuiſſet, timens ne per abſentiam ſui repente ſudores areſcerent, Sodalitium quoddam è melioribus Urbis excitavit, qui quolibet Sabbato veſpertinis horis, mane vero Dominicis, aliiſque feſtis anni diebus in D. Mariæ Magdalenæ ſe ferrent, ubi meditatione, ſpirituali ſermocinatione, lectione ſacrorum librorum, piis operibus, & quod caput eſt, ſacramentorum frequentia ſe exercerent, quibus Intelligentium titulum fecit idem P. Pariſius. Magno itaque fervore excitatum Sodalitium, eodem duravit aliquandiu, ſed poſtea Directoris egens adeo tepuit, ut vix illud pauci ſodales frequentarent, qui nec omnibus perſcriptis regulis obtemperabant. Placuit tandem Divinæ charitati illud optimo directore anno 1649. ditare, Julio nempè Cæſare Modarelli tunc nec adhuc in ſacris conſtituto, qui oblatam ſibi provinciam adeo naviter procuravit, ut mox Sacerdos die 11. Junii 1650. & fere eodem tempore Confeſſarius uno omnium ore præfectus, ac pater Spiritualis ad vitam electus fuerit. Coaluit illico verbo, & exemplo Modarelli Sodalitium, cui licet laicorum, etiam Sacerdotes ſuum nomen dare voluerunt, ut ſub tanto præfecto perfectionis ſtadium brevi percurrerent: quare & in eadem eccleſia alia Congregatio inſtituta fuit* vulgò la Secreta, *in qua Sodales ardentiores ſpiritu ferv idioribus operibus, & præcipue publicis, vel occultis mortificationibus, & pœnitentiis infereriorem ſuperiori partem ancillantem reddebant maximo quidem proprio, & publico emolumento, & proborum omnium gaudio, qui tamen feraciſſimam ſegetem Modarelli morte, ut per abſentiam Pariſii evenerat, in paleas procu dubio caſuram indolebant. Ut tantorum ergo bonorum operum fructus perennaret, una omnium ſententia fuit Eccleſiam Modarello donandam cum omnibus ejus redditibus, ac juribus, ut in ea Congregationem nonniſi Oratorii inſtitueret ſub titulo, ac regulis D. Philippi Nerii, cujus ſemper unus director, ac pater ſpiritualis foret Intelligentium ſodalitii. Sic die 5. Nov. 1652. in Turſii Civitate inſtituta fuit oratorii Congregatio, quæ brevi hanc urbē ſylvam olim frementium beſtiarum, & turbulentiſſimæ profunditatis oceanum, ut olim de Roma S. Leo, electiſſimam vineam reddidit, copioſos, & optimos undique fructus emittentem: fruſtrà obnitente Tartari Principe, qui ſuas per illam benè prævidens ruinas nullum non movit lapidem, vel per ſe ipſum, vel per alios, & ut Intelligentium Congregatio non reflореret, & ut illa Oratorii non inſtitueretur, & ut inſtituta, vel diſſolveretur, vel ad incrementum uſque non perveniret. Epiſcopus de Luca adeo illam magnifecit, ut antequam hujus Anglonenſis Eccleſiæ poſſeſſionem iniret, et ſtatuam S. Philippi Nerii cum ejuſdem ſacris lipſanis donarit. Cum Eccleſia confluente in illam tota ferè Civitate, ac etiam vicis, ut ad ſalutis apertam ſemitam per Oratorii Patres incederent, nimis anguſta foret, adeoque prolatanda, imò de novo fundanda eſſet, idem Epiſcopus largiſſima dedit è ſuo cenſu ſubſidia, quo etiam à fundamentis in ea magnificum in honorem D. Philippi Nerii ſacellum condidit, aram aureis ornamentis, & etiam ſacris pretioſis ſupellectilibus prò incruento ſacrificio ditavit, ibique hæc legitur inſcriptio.*

Franciſcus Antonius de Luca Melphictenſis
Epiſcopus Anglonenſis
Sacellum hoc in honorem S. Philippi Nerii
Suis ſumptibus, ſingulari pietate
A fundamentis erexit Anno Domini.
MDCLXI.

*Laqueare ejuſdem Eccleſiæ mirè exornavit, feneſtras vitris affabrè diſpoſitis concinnavit. Cumque in dies erga D. Philippum devotio ſemper magis, atque magis excreſceret, enixè petiit à ſuo Epiſcopo ipſa Civitas, ut ſibi Patronum eumdem indigetem à ſancta Sede aſſignari ſtuderet, quod aſſequi ob varios obices tunc non potuit, licet ſemper pro virili inſteterit, & maximè anno 1656. cum ſub peſtis flagello gemente ferè omni Neapolitano Regno, Turſii Civitas per interceſſionem B. Philippi immunis fuit, licet in ipſam à vicinis vicis, qui vaſtati erant, infectorum multa ſpolia invecta fuiſſent. Nemine ideò diſcrepante ordo, & populus, Collegium Canonicorum & omnis Clerus in hæc verba jurarunt: Se præcipuum, ac primum tutelarem velle D. Philippum Nerium, eique cereum quotannis in clientelæ teſſeram oblaturos, ejuſque feſtum veluti de præcepto Eccleſiaſtico, omni opere ſervili interdicto, obſervaturos.*

*Epiſcopus intereà Clerum ſuæ diœceſis, omnemque ſibi commiſſam plebem, & per ſeipſum, & per ſuos oratorii Patres litteris, bonis moribus, pietate, religione, prædicatione, & ſacramentorum frequentia conſpicuos voluit: Civitas quippe ante oratorii inſtitutionem, Evangelii miniſtris carebat, & qui pauci erant, vel prorſus ignari, vel ſuo muneri minimè reſpondentes, quæque duæ ſunt in diœceſi Fratrum Divi Franciſci domus longe à Civitate diſtant, paucoſque alunt ob eleemoſynarum tenuitatem Religioſos. Quare gratiſſimus Præſul ſuarum ovium aſſertori D. Philippo Nerio ejus feſtum pluries ſollemniter propriis ſumptibus in Eccleſia oratorii Pontificia quam maxima potuit pompa, ac majeſtate, adſiſtente Capitulo, etiam muſicorum à longè perquiſito concentu celebravit. Synodum coegit valde ſalutarem Venetis impreſſam Typis anno 1656. Cum ſuis diebus Epiſcopi nullam propriam haberent in Civitate Turſii domum, palatium in ea cum quodam territorio ſuæ Epiſcopalis Menſæ permutavit, quod & refecit, prolatavit, ornavit, ut & Præſulum, ac in miniſtrorum commodum cederet. Plura denique ſuæ diœceſi, maxima ſuæ Oratorii Congregationi erat impartiturus, ni ſuæ ſaluti aer Turſii inſalubris evadens coegiſſet propriam Sponſam cum Nazarena anno 1667. die 7. Febr. commutare, Corpore autem, non animo ab illa aberat, quia de omnium, imò ſingulorum in virtute progreſſibus ſemper certior eſſe voluit, & uſque ad obitum largiſſimis ſemper ſubſidiis proſecutus fuit oratorii Congregationem de Anglonenſi diœceſi, ut proprio periculo noverat, omnibus titulis benemerentiſſimam.*

XLVI *MATTHÆUS Conſentinus parentibus ortus in provincia Calabriæ citra, & propriè è Marchionibus Aytæ Franciſcum Antonium excepit. A puero pietate, & litteris imbutus fuit, Eccleſiæ tamen ſe litare tunc non in animo omnino habebat, quando delapſum è Cœlo fulmen, non ipſum tunc in oppido Piſticii cubantem, ſed tantum ipſius pulvinar comburens cœleſti veluti monuit lingua, ut Eccleſiaſticæ Militiæ nomen daret. Quare non amplius anceps illico ſtudia, ac pompas ſæculi abhorrens*

*Cle-*

A ,, *Clericum induit. Et ut erat in utroque jure conſul-*
,, *tiſſimus, in Divinitate etiam in Almæ Urbis Sa-*
,, *pientiæ Archigymnaſio lauream conſequi voluit.*
,, *Sacris Apoſtolicis miſſionibus ſe Romæ applicuit, &*
,, *ut erat mira in dicendo gratia ornatus, eadem in-*
,, *numeros peccatores è vitiorum veterno excitavit.*
,, *Cum trigeſimum tertium ſuæ ætatis annum ageret,*
,, *Clemens IX. die 3. Octobris 1667. huic Eccleſiæ*
,, *præfecit, quam continua verbi Dei prædicatione*
,, *edolavit.*
,, *Qualibet feria VI. quadrageſimali tempore, ex-*
,, *poſito publicæ adorationi Auguſtiſſimo Altaris Sa-*
,, *cramento, coram illo quinque vulnera Domini no-*
,, *ſtri Jeſu Chriſti venerabatur, quaſdam ſacras*
,, *preces recitabat, ſeptemque ſermones vere fervi-*
,, *dos, vere igneos, devotionem vere, ac contritio-*
,, *nem excitantes habebat ad populum, prout habuit*
,, *ſemper, quoad uſque vixit. Cum peculiari devo-*
,, *tionis affectu proſequeretur D. Ignatium de Lojola,*
,, *ac Philippum Nerium, multorum annorum ſpatio*
B ,, *exercitia ſpiritualia ejuſdem S. Ignatii quotannis*
,, *ad Clerum, ad omnem populum eo ſemper fructu,*
,, *qui hujuſmodi meditationem comitatur, in Eccle-*
,, *ſia Congregationis oratorii D. Philippi Nerii ex-*
,, *plicavit, in qua etiam in quadrageſimæ Domini-*
,, *cis diebus Chriſtianæ fidei rudimenta palam edo-*
,, *cebat. Quotidie ſacris operatus fuit. Impurita-*
,, *tem in Eccleſiaſticis ſemper abhorruit, adeò ut*
,, *numquam ad Canonicatus admiſerit illos, qui li-*
,, *cet ſanguinis prærogativa, doctrinæ merito, vitæ*
,, *etiam ſolida probitate conſpicui, tamen aliquando*
,, *de puritate non benemerentes fuerant: quare ſui*
,, *contubernales, familiares, officiales, ultimi ſer-*
,, *vuli, hanc circa virtutem, ſtrictiſſimæ obſervan-*
,, *tiæ religioſas familias æquabant.*
,, *Suo Præſulatu, imò & ipſius ſummo ſtudio, ac la-*
,, *bore D. Philippus Nerius tandem Urbis Turſii*
,, *Protector Vaticani oraculo renunciatus fuit, & die*
,, *26. Maii 1672. publica ſupplicatione Amburbium*
,, *celebratum per omnes quidem primas plateas Ci-*
C ,, *vitatis floribus ſparſas, oloſericis contextas, va-*
,, *riis artis, feſtivis arcubus, aliiſque id genus ſuper-*
,, *bis machinis ornatas circumducta fuit Statua no-*
,, *vi protectoris, ut urbem ſuam ſuo veluti numine,*
,, *ac maieſtate repleret, omni clero ſæculari, ac Re-*
,, *gulari, Magiſtratu, ordine, ac populo comitan-*
,, *tibus, & pſallentibus maxima, ut numquam alias,*
,, *eccleſiaſtica pompa, ac ſacro triumpho. Arrham*
,, *ſui patrocinii ſuæ dare Civitati voluit & ipſe Di-*
,, *vus Philippus. Sacra quidem functione peracta*
,, *repentè de Cœlo copioſus imber effluxit, qui ari-*
,, *dos agros, prata ſquallentia exhilaravit, omnem-*
,, *que diœceſim inſperato gaudio replevit, ac præci-*
,, *puè epiſcopum, qui bono ſemper ſpirituali, non*
,, *minus, quam corporali ſuarum ovium conſulerat.*
,, *Egenis largiſſimè ſemper opitulatus fuit, Infirmo-*
,, *rum ſollicitam etiam curam habuit, quos & conti-*
,, *nua ſubventione, & ſua etiam præſentia refecit.*
,, *Nobilium Virginum die 7 Martii 1674. excitavit in*
,, *civitate cœnobium. Ædem principem non reſtau-*
D ,, *ravit modo, ſed & pavimento, ac laqueari, quod*
,, *etiam illuſtri voluit pennicillo depictum, exorna-*
,, *vit. Vitris pellucidis ejus feneſtras induit. Sacra-*
,, *rium ſphæra argentea magni ponderis pro expoſi-*
,, *tione Sacramenti Altaris, integro Pontificis, &*
,, *Miniſtrorum in diviniſſimi Sacrificii uſum ornatu*
,, *Phrygio opere ex auro contexto, ut & ferè conſimili*
,, *illud eccleſiæ Claromontis ſuæ diœceſis donavit.*
,, *Sacras Ceræmonias ſuo priſtino nitori reſtituit; im-*
,, *munitatem acerrimè tutatus fuit. Epiſcopale pa-*
,, *latium in civitate Turſii ruinam minitans magno*
,, *reparavit impendio. Duas celebravit Synodos,*
,, *quarum primam 1700. typis Romæ dedit. In ſancta*
,, *viſitatione, quam per ſeipſum fere ſemper exple-*
,, *vit, e Mortalium coetu die 8. Aprilis 1702. pie de-*
,, *migravit in oppido Rocchæ Imperialis ære alieno*
,, *gravatus, quia Suæ Sponſæ dos, quæ id temporis*
,, *nec trium millium Scutorum erat, duum millium*
,, *penſioni erat obnoxia, cum ſediſſet ann. 33. Menſ.*

A ,, *5. E venditione ſuæ ſupellectilis, aliarumque*
,, *rerum, quæ communi vocabulo Mobilia dicuntur,*
,, *conflata fuere Sex ærea candelabra cum cruce*
,, *ejuſdem metalli pro ara maxima, & nobile pulpi-*
,, *tum e lignis nuceis in matre Eccleſia illius oppidi.*
,, *Ejus Cadaver, prout ipſe juſſerat, in civitatem*
,, *Turſii delatum fuit. Parentavit ſuo Præſuli, imò*
,, *verè Patri diœceſis maxima quidem Eccleſiaſtica*
,, *pompa, & lugubri majeſtate, prò concione etiam*
,, *laudavit admodum Rever. P. Andreas Picolla no-*
,, *bilitate generis, probitate vitæ, Eccleſiaſtica do-*
,, *ctrina, non modo ſuæ Congregationis oratorii D.*
,, *Philippi Nerii, ſed & ipſius civitatis Turſii, imò*
,, *univerſæ diœceſis ſingulare decus, & ornamentum,*
,, *qui non amplius uno die ſibi dato, eam de tanto Præ-*
,, *ſule Orationem habuit extemporaneam, quam vix*
,, *talem alter Orator per menſem concinnare potuiſ-*
,, *ſet. In medio pavimenti ſuæ ædis principis huma-*
,, *tus fuit ſub hac inſcriptione, quam ipſe moriens*
,, *dictitavit.*
B ,, Hic jacent Oſsa miſerabilis peccatoris
,, Matthæi Conſentini olim dicti
,, Epiſcopi Anglonenſis.
,, *DOMINICUS Caroli Sabbatini, & Franciſcæ* XL
,, *Amatæ filius, utroque genere in civitate Strongoli* VII.
,, *etiam in provincia Calabriæ citra nobiliſſimus,*
,, *utriuſq; juris, & ſacræ theologiæ Doctor ſucceſſor fuit*
,, *Conſentini die 20. Nov. 1702. In Alma Urbe mul-*
,, *torum annorum ſpatio incolatum & ipſe fecerat, &*
,, *ob ferè omnes partes, quas in eo Innocentius XII.*
,, *optimo Præſule dignas deprehenderat, Oppidi in-*
,, *fulis ornatum voluit, quas ipſe recuſavit, ut &*
,, *alias etiam meliores ea conſtantia, quæ in pectore*
,, *ambitus omnis experte regnare ſolet. Cum autem*
,, *eſſet in urbe viſitationis Apoſtolicæ Fiſcalis, & cle-*
,, *ri Romani Camerlenghus, proprio motu regnans*
,, *feliciter Clemens XI. hujus Eccleſiæ voluit Epiſco-*
,, *pum, & ut tanto oneri lubens acquieſceret, obedien-*
,, *tiæ præceptum injunxit. Ut ad ſuam pervenit diœ-*
,, *ceſim, cujus ſollemniter die 2. Febr. 1703. poſſeſ-*
C ,, *ſionem inierat, Seminarii domum in civitate Tur-*
,, *ſii à fundamentis erexit, & optimis illud præce-*
,, *ptoribus inſtruxit maximo pietatis emolumento.*
,, *Princeps templum elegantiori opere exornavit; ſa-*
,, *cellum verè magnificum pro ſacratiſs. corpore Do-*
,, *mini noſtri Jeſu Chriſti in eo ſervando, de novo*
,, *condidit, quod jam penè perfectum eſt: nobili ſi-*
,, *metria turrim etiam Campanariam erexit. Anti-*
,, *quam baſilicam Anglonenſem refecit, ac perpoli-*
,, *vit, quam ſacris veſtibus, vaſis, aliiſque ad di-*
,, *vinum cultum neceſſariis donavit. Epiſcopale pa-*
,, *latium undequaque perfecit. Duas Eccleſias con-*
,, *ſecravit, alteram cœnobii Patrum Ciſtercienſium*
,, *in loco vulgò* il Sagittario *in territorio Claromon-*
,, *tis, alteram Congregationis Oratorii D. Philippi*
,, *Nerii in civitate Turſii. Juſtitiam omnibus invio-*
,, *labiliter æqua lance miniſtrat, & ut meritum be-*
,, *neficiis ſemper cumulat, ſic demeritum dulcedine*
,, *potiùs, quam rigore proſequitur. Diœceſim conti-*
,, *nuo per ſe viſitat, viculos etiam omnes rimatur,*
D ,, *optimas regulas, ſalutaria monita ubique diſper-*
,, *gens, ut zizania, quæ ſemper inimicus homo ſu-*
,, *perſeminat, minime creſcant, & vix nata frequen-*
,, *tibus Apoſtolicis miſſionibus eradicat. Quadrageſi-*
,, *mali tempore ſacros hortatur concionatores, ut e-*
,, *xercitiis ſpiritualibus S. Ignatii clerum, & præci-*
,, *pue ordinandos imbuant, ſine quibus præviis ma-*
,, *nuum impoſitionem ab eo ſperare minime poſſunt.*
,, *Cathechesim in parœciis qua majori claritate fieri*
,, *poteſt, explicari inſtat: improviſus ſolet & ipſe*
,, *etiam explicationi intereſſe; atque ob id fit, ut*
,, *quiſque ſacerdos ſui muneris partes impleat cumu-*
,, *latiſſime. In tuenda Eccleſiaſtica immunitate ſem-*
,, *per conſtans, & ſibi par cauſam in terris ſui æter-*
,, *ni Pontificis proprio etiam ſanguine promptus, pa-*
,, *ratuſque defendere. Abbates Commendatarii Ec-*
,, *cleſiæ S. Eliæ in oppido Carbonis jamdiu credide-*
,, *rant tale ſacerdotium eſſe nullius, quod jam à ju-*
,, *riſdictione Epiſcopi Anglonenſis, cui vicinius eſt,*

exem-

*exemptum poſſidebant; at Præſul Sabbatinus ita apud ſacram Congregationem Concilii ſuo jure fretus inſtitit, ut primum ſancita fuerit jurisdictio delegata in favorem Epiſcopi, ut jam aliàs ſedente de Luca, demum Novemb. 1714. pro jurisdictione ordinaria eadem ſacra Congregatio ita pronunciavit.* Non conſtare ex deductis Abbatiam S. Eliæ terræ Carbonis eſſe nullius, & habere territorium ſeparatum, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. *Hodie idem oppidum Anglonenſi Epiſcopo morem gerit, qui menſe Auguſti 1717. poſſeſſionem iniit perſonalem, & illud 1718. ſolertiſſime viſitavit, exceptuſque ibi fuit ab omni clero, & populo ea amoris ſignificatione, qua amantiſſimi filii patri obviam eunt poſt longam peregrinationem redeunti; ipſe autem paterna omnes charitate complexus fuit, ac præcipue pauperes, quos largiſſime juvit. Fundos vel incultos, & frugiferos reddidit, vel uſurpatos, & eccleſiæ aſſeruit, quare nunc ejuſdem cenſus eſt ſeſquimajor quàm antea. In oppido Claromontis, in quo æſtivo tempore reſidere ſolent Anglonenſes Epiſcopi, villam aperuit valde feracem, ac fontibus irriguam, in qua ſub imagine B. Mariæ Virginis Anglonenſis hæc inſcriptio extat.*

D. O. M.
Nativitatis Immaculatæ Virginis Anglonen.
Villam hanc denominari juſſit
Præſul Dominicus Sabbatinus
è Patritiis Strongolen.
ut primo ſundamentorum domus, & porticus
benedixit lapidi.
Viator
Ingredere, Deambula, Fruere, Liba,
Bibe, Adora, & Abi.
Anno Domini MDCCXI.

*Pauperibus verecundis ſtipem clam elargitur; puellarum honeſtati ſemper conſulit dotibus opportunis; omnes autem egenos victu, ac veſtibus ſemper fovet, cunctorumque ſemper præſto eſt indigentiis. Etiam pro infirmis in civitate Turſii medico, chirurgo, & pharmacopolæ è proprio cenſu ſalarium pendet; & cum in oppido Claromontis Medicus ſit ære publico conſtitutus, chirurgum tantum, ac pharmacopolam ſuo ibi habet, ut pauperibus omnibus non modo Medici, ac chirurgi viſitatio, ſed gratis ſit & ipſa etiam pharmacorum præſtatio. Duas habuit uſque adhuc ſynodos diœceſanas alteram Aprili 1706. alteram eodem menſe, ſed 1718. Sua induſtria, & ſollicitudine nonnullæ religioſæ familiæ reſtitutæ fuerunt, videlicet illa Fratrum Capuccinorum in oppido Seniſii, Colorit-tarum D. Auguſtini in Colubrariæ, Minorum obſervantium in loco, qui audit* Terranova, *& eorumdem etiam in Caſtro Cannarum. Congregatio autem oratorii ejus omnes amores venatur, utpote illa, quæ in procuratione Anglonenſ. gregis poſt eum primas obtinet. Omnes ejus deliciæ tecta, homineſque Congregationis: in illorum Eccleſia, quæ ter dilatata fuit, ut omnes ad illam præcipue feſtis diebus à ſummo mane uſque ad horam meridianam ſine numero adventantes, poſſet excipere, frequens adeſſe, illius nitore ſummopere delectari, illius ſacra lipſana, & præcipue D. Philippi Nerii venerari, illius functionibus omnibus intereſſe; glorioſa geſta illius defunctorum, & præcipue Julii Cæſaris Modarelli fundatoris, Alphonſi Muroli, qui primitias ſpiritus D. Philippi Nerii hauſerat in Archiſodalitio Neapolitano Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium, in cujus ſacra domu varia munera obierat, & Franciſci Guidæ, qui ſanctitatis opinione prodigiis uſque confirmata laudabilis vitæ curſum conſummarunt, lubenter audire, ac de ipſis non ſemel ſermones habere, illius omnibus lætari progreſſibus, & præcipue cum participatione ſuorum donavit meritorum laudatum Archiſodalitium Neapolitanum Ss. Trinitatis ſequenti diplomate, quod hìc tranſcribimus, cum in decus ipſius Congregationis redundet.*

Nos Joannes Laurentius Panevino Congregationis oratorii S. Philippi Nerii civitatis Turſii Præpoſitus.

Illuſtriſs., & nobiliſſimis Dominis D. D. Primicerio, Cuſtodibus, Confratribus & conſororibus omnibus Illuſtriſſimæ, & Regalis Neapolitanæ Archiconfraternitatis Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium, virtutum omnium oceani, cunctarumque ſodalitatum ſpeculi perſulgentiſſimi, conſanguineis eorumdem, & affinibus uſque ad quartum incluſivè gradum, nec non miniſtris, & officialibus omnibus ejuſdem ſodalitii, & ſacræ domus præſentibus, & futuris in perpetuum.

Si cunctos, ut charitati omnino, juxta noſtram vocationem, vacemus, ad noſtrorum meritorum participium admittere debemus, quo mage te illuſtriſſima, & vere regia Archiconfraternitas, cujus meritum adeo undequaque ſingulare, ut per hoſpitalitatem, quam more exerces prorſus regio, toti prodeſſe noveris chriſtianitati? Apoſtolorum vere una tu hæres, ſi vere una fers Chriſti nomen coram gentibus ipſos Antipodas tua per hoſpitia Chriſti Vicario ad pedum oſcula humiliter offerens, & Apoſtolico, quo flagras, zelo multis nominibus in vinea Domini famoſa reſulges, proſpiciens corporibus proximorum, aut Xenodochio, aut valetudinario, mage conſulis animabus, & eodem tempore corporalibus refecti indigentiis, ſpiritalibus ditati ſunt theſauris, reluctante nequicquam tartari principe, & ingemente innumeras animas gehennæ fercula ſuis ex unguibus forti manu divelli. Cunctis fugandis ærumnis vere tu una, divinitus, audemus dicere, terris immiſſa. Tu à mulieribus quaſcumque infirmitates ditiſſimo noſocomio, à pauperculis virginibus metum amittendæ pudicitiæ, aut dotibus præſto erogatis, aut parthenonibus adapertis, ab ipſis meretricibus inferni ſervitutem, aut matrimonia ſanciens, aut ipſam reſtituens, ſacra per aſyla, pudicitiam, à detentis in carcere libertatis amiſſionē promptiſsime de tuo ſolvens illorū creditoribus, ab egenis omnibus, quod omne illos angit, tu charitatis explens munia, quæ una opitulatur omnibus, abigis, pellis, amoves. Spiritualia tua exercitia ſilemus omnia, ſemper pauca, licet multa dicentes, proferremus in medium. Hinc non immerito inter reliquas ſub eadem invocatione, ſed inter cunctas cujuſcumque tituli ſodalitates fulges veluti candelabrum ſuprà montem poſitum luce adeò forti, ut etiam abſentes irradies, in longinquo poſitos colluſtres. Hæc tuis debetur corona virtutibus, illis inquam, quæ tuos filios, filiaſque non paucas nobilitate generis præclaros, vita inculpabili præclariores, gloriæ fruitione clariſſimos reddiderunt. Ipſa vel antecedentia, vel ſubſequuta mortem prodigia loquuntur. De tua tamen celſitudine meritorum mirari deſinimus illico, cum ad tuum, qui noſter pariter eſt. Cœleſtem omnino fontem recurrimus. Filia & quidem tu es primogenita illius Apoſtolici viri Philippi Nerii, cujus primitias ſpiritus, non ſummis quidem labris, ſed tuam dilatans animam deſorbuiſti, quando miro ſuccenſus charitatis incendio Sanctiſs. Patriarcha, quo toti ardebat prodeſse mundo, te toti neceſsariam mundo in Urbe Domina mundi fundavit præludens veluti futuræ Oratorii Congregationi. Debemus ergò tecum in uno communi P. Philippo Nerio, Soror noſtra dilectiſſima, dulciſſima, jucundiſſima gaudium & corona noſtra, bona ſingula, cunctaque noſtra Spiritualia communicare, ut te aliqua venerationis nota proſequamur. Te ſemper, tamque nobiliſſimam ſobolem in vita, in obitu, & poſt obitum in noſtris Orationibus præſentem habere promittimus. Divina Sacrificia, preces horariæ, indulgentiæ, ſermones familiares, jejunia, lachrymæ, pœnitentiæ, & omnia exercitia ſpiritualia, quæ vel pro nobis, vel pro proximo ſuſcipiuntur, tecum etiam per

,, hanc noſtram conceſſionem, communia ſunto. A
,, Annuat de Cœlo SS. Patriarcha ut vere hæc teſ-
,, ſera Sanctæ confœderationis illum ſortiatur effe-
,, ctum, quem tua, quem noſtra exigunt vota. Da-
,, tum ex hujus noſtræ Congregationis ædibus die
,, decima tertia menſis Maii 1707. P. Joannes Lau-
,, rentius Panevino Congregationis Oratorii Præ-
,, poſitus. Joannes Antonius Margiotta Secretarius
,, -- adeſt Signum.
,, *Sodalitas autem SS. Trinitatis, quæ nullis um-*
,, *quam Officiis ab aliquo vinci paſſa fuit, in ſuorum*
,, *borreum bonorum eamdem Congregationem admi-*
,, *ſit hac altera teſſera, quam viſum hic appingere,*
,, *ut non modo præſenti, ſed futuræ potius ætati pa-*
,, *teat ſacra inter Sorores palmulas neceſſitudo.*
,, D. Bernardinus de Campulo eques ordinis, ac
,, militiæ Beatæ Mariæ de Galatrava Primicerius,
,, D Franciſcus Antonius de Pſalterio, D. Leonar-
,, dus Valente, D. Joannes Baptiſta Odoardi, Ho-
,, nuphrius Portanova Cuſtodes Regalis Sodalitii
,, SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcen- B
,, tium fideliſſimæ Civitatis Neapolitanæ Illuſtriſ-
,, ſimæ, ac Venerabili Congregationi Oratorii Ci-
,, vitatis Turſii.
,, In charitate SS. Patriarcha Philippus Nerius
,, Sodalitatem ſub invocatione SS. Trinitatis, &
,, Oratorii Congregationem charitate ſuccenſus
,, inſtituit, ut utramque per charitatem virtutum
,, omnium reginam illi, qui charitas eſt, reſtitue-
,, ret. Charitatis exercere munia ſi ſpeciali tenen-
,, tur titulo erga omnes, & noſtra Sodalitas, &
,, veſtra Congregatio, quo magis inter ſe, quas
,, uno de patre progenitas ſuis ipſa lactat Charitas
,, uberibus, enutritque. Vos omnes ergò Turſii
,, Congreſiationis, quam dicere non ambigimus
,, Sacroſanctum Virtutum Domicilium, Patres,
,, Fratres, quotquot eſtis, & eritis deinceps pro
,, mutuæ charitatis exercitio, ſingulorum meri-
,, torum hujus noſtræ Sodalitatis ſororis veſtræ di-
,, lectiſſimæ participatione donamus integra. Quid-
,, quid ergo per ſacras excubias in primo cujuſque C
,, menſis die dominico Divinæ Majeſtati ſub ſpe-
,, cie panis latenti pro quadraginta horarum ora-
,, tione: quidquid per Sacramentorum frequentiam,
,, divinam pſalmodiam, ſacris concionibus adſiſten-
,, tiam, ſeptemdiale ſpatium pro renovatione Spi-
,, ritus: quidquid per peregrinorum hoſpitalitatem,
,, pedum lotionem, convaleſcentium receptionem,
,, diſcumbentibus ſervitutem, carcere detentis ære
,, alieno gravatis libertatis reſtitutionem, hone-
,, ſtis Virginibus dotum erogationem, pauperibus
,, verecundis ſecretam opitulationem: quidquid
,, per infirmorum viſitationem, defunctorum ex-
,, ſequias; quidquid denique per ſingula, & ſpi-
,, ritualis, & corporalis charitatis opera, auguſtiſſ.
,, favente Trinitate, Deipara Virgine patrocinan-
,, te, communi noſtro parente Divo Philippo Ne-
,, rio intercedente, noſtra meretur Sodalitas, vo
,, bis etiam per has noſtras communicationis gra-
,, tioſas litteras Secretarii noſtri manu ſubſcriptas,
,, ſigilloque noſtro munitas ſuffragari ſcitote; ſi D
,, charitas id chriſtiana requirit, communis origo
,, repoſcit, quæ vos Nobis fratres aſſerit dulciſſi-
,, mos, dilectiſſimos, jucundiſſimos. Altiſſimum
,, bonorum omnium fontem vos enixius interea
,, exorate, feliciter in nobis adaugeat meritum,
,, ut vos latius ad ornamentum porro, non ad indi-
,, gentiam coronet. Unus pater eſt, unus inſtitu-
,, tor Divus Philippus Nerius; unum ſit Sodalita-
,, tis, & Congregationis ſpirituale patrimonium.
,, Datum ex ſacris ædibus hujus noſtræ Sodalitatis
,, IX. Kalend. Junii anno Redemptionis humanæ
,, MDCCVII. -- D. Joſeph Sabbatini Secretarius
,, -- adeſt Signum.
,, *Et ad epiſcopum Dominicum Sabbatinum rede*
,, *undo, plura meditatur pro ſua diœceſi, quam con-*
,, *tinua vigilantia, ac pietate feliciſſime regit, atque*
,, *gubernat. Deus Opt. Max. diu eum ſoſpitet ad ma-*
,, *jora tendentem, adeo ut, quæ nobis geſta Anglo-*
,, *nenſium Præſulum ſuffecit admodum Rever. Fran-*
,, *ciſcus Antonius Bonavita V. I. D. Archipreſbyter*
,, *Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtę in oppido Claromontis,*
,, *& Anglonenſis Curiæ Examinator Synodalis,*
,, *unus ipſe exſuperet doctrina, moribus, & pietate*
,, *inſignis Antiſtes Dominicus Sabbatinus.*)

# GRAVINENSES
## EPISCOPI.



INTER Mediterraneas Apuliæ Peucetiæ civitates, in provincia terræ Barii non procul à Monte-Piloſo, fortiſsima murorum ambitu, pulchraque Gravina eſt, Urſinorum Ducum ſedes nobiliſsima, aeris temperie, populorum frequentia, agrique fœcunditate celebris, unde, *Dives multum grani & vini dat opulenta Gravina*, lauta, ſatiſque ſplendide ædificata. De ejus origine, ne quidem verbum antiqui, nec moderni tradidere ſcriptores. A Gravinis dictam cavernis ſeu cryptis, quas nominant, ſcribit Frezia de ſubfeudis. Illam anno 976. cum Sarraceni vallo cinxiſsent, teſte Lupo Prothoſpata minime capere potuerunt; eam tamen anno 999. Trachamotum, qui & Gregorius Catapanus, vi cepiſse idem tradit. Ut ejus latet origo, ita quis eidem lucem dederit Evangelii, aut quando Epiſcopali dignitate exornata fuerit, vel quis primus in ea Epiſcopus extiterit, non conſtat. Alexander II. Papa cum aliis quatuor Epiſcopis Acheruntinæ Metropoli nuper ea dignitate exornatæ, ut Gravinæ Præſul accederet ſuo diplomate ſtatuit: nulla ante Alexandri pontificatum Gravinenſis Epiſc. mentio extat (1), niſi velimus Petrum adnumerare, qui ſub Adriano II. Romano Concilio interfuit an. 871. ſed mendosè ibi legitur Gravinenſis, pro Cannenſi; Cavenſem apud Baronium in emendatione ad annum 867. legi cum Petrus ille Gavenſis ſcriptus, cum Leone Sylvæ Candidæ, & Donato Oſtienſi Adrianum inauguraret, ſed Cavenſis Epiſcopatus non niſi ſub Bonifacio IX. ſumpſit exordium, Salinenſem, vel Cannenſem *a* legendum puto, pro mendoſo Gavenſi, vel Gavinenſi. Amplum habet Clerum, & populum Gravinenſis Epiſcopus, cujus animæ recenſentur ad quindecim millia. Pulcherrima eſt Baſilica Cathedralis ſanctiſſimæ Deiparæ Aſsumptæ dicata, ubi brachium S. Thomæ Cantuarienſis aſservatur: quatuor dignitatibus fulget, Archidiaconatu, Archipresbyteratu, Cantoratu, & Primiceratu, cum viginti Canonicis, Capellanis duodecim, aliiſque minoris Cleri ordinibus, qui divina cum dignitate perſolvunt. Alumni in Seminario 12. ſunt, animarum vero cura in Cathedrali, & aliis quinque Eccleſiis per Sacerdotes amovibiles exercetur. Eſt & alia Collegiata Eccleſia Sancto Nicolao dicata, ubi cæteri civitatis Clerici inſerviunt. Virorum monaſteria quinque, tria Monialium numerantur, Laicorum Sodalitates quinque, cum unico Xenodochio *b*. Epiſcopale Palatium haud longe a Cathedrali percommodum exurgit, Epiſcopalis tamen juriſdictio, ſeu diœceſis haud ultra muros civitatis extenditur. Cenſus Epiſcopalis

*a* Vel potius Gabinenſem.

*b* Et Pietatis Monte.

(1) Excidit hic Ughelli narratio; nam præcedentibus jam ferè 100. annis initium ſumit ex eodem Ughello ſeries Gravinenſium Epiſcoporum.

lis menſæ ſunt ad mille & ducenta ſcutata pondere
illins Provinciæ, taxa vero in libris Fiſci Apoſtolici
500. florenorum. Series hnjus Eccleſiæ Præſulum
ſequens eſt, tamen elumbis,& jejuna cum illius mo-
nnmeotis deſtitnti fuerimus.
I. 5 LEO Gravineoſis Epiſcopus in Concilio Pon-
tigonenſi orationem dedit ſuper ingredientes apud
Baronium anno ſal. 876. tom. 10.
( ,, *Pluries ibi nominatur Leo Epiſcopus, & enun-*
,, *ciatur Apocriſarius, ac uepos Apoſtolici, at ibi n.*
,, *21. qaem ſane hunc Gravineuſem eſſe non incon-*
,, *grue opinamar. Qui deinde ſucceſſerint uſqae ad*
,, *an. 1092. non babemas. Conſtat tamen ex mon*
,, *enarrandis Pontificalem dignitatem deſiiſſe ali-*
,, *quando apud Gravinenſes, cum jam ſablatis Epi-*
,, *ſcopalis menſæ opibas, deperditiſqae Eccleſiaſticis*
,, *redditibas ſuæ infulæ decorem non poſſet amplius*
,, *tueri ſacroram princeps. Stetit interim gregis bu-*
,, *jas regimen apad Acherantinum Archipræſulem,*
,, *donec Unfridas è Normannoram genere Roberti*
,, *Guiſcardi germanus frater, & Gravinæ Dominus,*
,, *agnoſceus ob paaperiem hanc Epiſcopos deſeraiſſe*
,, *Cathedram, pio, ſaactoque deſiderio flagrans eam*
,, *ſuo Antiſtite decoratam videndi, Arnoldi Acherun-*
,, *tini Archiepiſcopi animam ſammis precibus perur-*
,, *ſit, ut Gravinenſi ovili propriam paſtorem reſtitue-*
,, *re dignaretur, prædiis, decimis, redditibaſque*
,, *pro ejus ſabſtentatione attributis; quæ res qaomo-*
,, *do, qaaliterque feliciſſimè contigerit, narrat ve-*
,, *tus monamentum, quod ex tabulario hujus Eccle-*
,, *ſiæ hic exſcribimus, à nobis ſaper faciem loci at-*
,, *tente recognito.*
,, In nomine D.N. J.C. &c. Ego Unfridus filius,
,, & hæres D. Aitardi Domini civitatis Gravinæ,
,, dum nihil in hoc mundo firmum, nihil tutum,
,, ſed omoia caduca, atque labentia ſæpiſſimè in
,, anima mea volverem, me etiam viderem priva-
,, tum bonis, quæ ad animæ meæ ſalntem pertine-
,, rent, eo quod ſecularibus curis, & mundanis
,, deliciis nimium deditus pauca bona opera pro
,, utilitate animæ meæ exercueram, cum Eccle-
,, ſiam Gravinenſem diù orbatam paſtore perveni:
,, quæ quamvis erat ſub regimine D. Arnaldi A-
,, cheruntinæ ſed s venerab. Archiepiſcopi, tamen
,, ſuper illam per nimium dolui, eo quod viduata
,, exiſtebat Antiſtite. Conſilio accepto à patre meo
,, Aitardo, & à meis militibus, atque nobilioribus
,, Gravinæ habitatoribus, me toto nixu hortanti-
,, bus, ut Paſtor peteretur, legatos miſi ad præfa-
,, tum Ven. Archiepiſcopum cauſa petendi Eccle-
,, ſiæ Rectorem, qui tunc prorſus renuit dicens:
,, Eccleſiam Gravinenſem non nportere Epiſcopa-
,, li ſede fungi paupertatis tanto onere depreſſa,
,, quod aliquis ſi in ea ordinaretur Epiſcopus, vi-
,, ctum ſibi una die vix inveniret. Hoc audiens ab
,, incœpto deſiſtere nolui, quoniam turpiter duxi
,, cœpta relinquere. Diverſa inde cœpi cogitare.
,, Demum mihi viſu eſt utile, quod ſi decimatio-
,, nem mearum rerum, presbyteros, Diaconos,
,, Subdiaconos Gravinæ ordinatos, vel ordinan-
,, dos, & omnia, quæ Epiſcopali jure artinent; nec
,, non poteſtatem etiam homines affidandi præno-
,, minatæ Eccleſiæ concederem, atque id ipſum
,, domino inſinuarem Archiepiſcopo, meique mi-
,, lites ſuarum decimationem rerum ſimiliter con-
,, cederent, nobis Epiſcopum conſtitueret. Ad
,, montem Pelnſium illum adii, ſuppliciter, devo-
,, teque illum deprecans, ut Gravinam veniret,
,, ibique de utilitate Eccleſiæ cum eo vellem habe-
,, re colloquium: quod impetravi. Me autem Gra-
,, vinam cum D. Archiepiſcopo veniente congre-
,, gatis meis militibus, & aliis quamplurimis boois
,, hominibus, coram eodem D. Archiepiſcopo ſa-
,, cramentario libro accepto meis propriis manibus
,, pro remiſſione peccatorum meorum, & reden-
,, tione animæ meæ, meique patris, & matris,
,, meorumque parentum per eumdem librum obtu-
,, li ſnper ejuſdem Eccleſiæ altare, & conceſſi in
,, perpetuum cunctam integre decimationem no-

A ,, ſtram frumenti, hordei, vini, monetæ, omnium-
,, que quatrupedum noſtrorum, & fructuum horto-
,, rum abſque ulla diminntione, meo fratre Aitar-
,, do, meiſque militibus præſentibus, cunctam
,, ſuam decimationem ſimiliter concedentibus, &
,, offerentibus. Conceſſi poteſtatem homioes aſ-
,, ſidandi, quicumque ipſi Eccleſiæ ſe affidare vo-
,, luerint; & ut Epiſcopus poteſtatem habeat ho-
,, minibus Eccleſiæ judicem ordinandi. Volo etiam
,, ut hoc inter Eccleſiam & nos ſit ſemper ſtabili-
,, tas, nec aliqua diſcordia inter nos oriatur. Vi-
,, delicet ut ſi aliquis noſtrorum affidatorum à civi-
,, tate Gravinæ exhabitaverit, & ipſam iterum ali-
,, quo tempore redire voluerit, Eccleſia non habeat
,, poteſtatem recipiendi eum. Similiter ſi aliqnis
,, hominnm Eccleſiæ fuerit exhabitatus à Gravi-
,, na, & iterum illuc venire voluerit, non recipie-
,, mus eum; ſed affidatus Eccleſiæ ſicut antea fue-
,, rat. Conceſſi prædictæ Eccleſiæ molendinum, &
,, furnum facere, ut molat, & coquat abſque ulla
B ,, contradictione quibuſcumqne potuerit. Conceſſi
,, etiam presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos or-
,, dinatos, & ordinandos, ſed eos, quos cum fi-
,, liis, familiis, & hæreditatibus, & omnibus eo-
,, rum pertinentiis Gravinenſi Eccleſiæ in perpe-
,, tuum donavi, bonum eſt denotare: ſcilicet Leo-
,, nem presbyterum filium Sabari (*ſequuntur plu-*
,, *rium presbyterorum nomina*) reliquos vero pres-
,, byteros, Diaconos, ſubdiaconns univerſos tam
,, præſentes, quam futuros cum filiis, & omnibus,
,, quæ acquiſierint, & integra omnia judicia, &
,, compoſitiones, & foris facturas, & plateam,
,, & bannum omninm hominum Clericorum, &
,, laicorum, & plancam unam in macello Eccleſiæ
,, perpetuo conceſsi. Ipſi etiam homines tam Cle-
,, rici quam laici habeant licentiam arandi, & ſe-
,, minandi terras noſtras, & plantandi vineas, ſal-
,, vo jure noſtro. Sed Eccleſia, Epiſcopi, & Ca-
,, nonici ſine terratico ſemper laborent, nbi volue-
,, rint, terras noſtras, et plantent vineas ſine ali-
C ,, quo redditu vini, et non ſint ſub aliquo banno
,, publici juris. Conceſsi etiam perpetuò omnibus
,, hominibus ipſius ſanctæ Eccleſiæ poteſtatem æ-
,, dificandi domos, & cavandi cryptas ſibi, & fo-
,, veas in terris noſtris abſque ulla datione penitus,
,, & gratuito. Omnia verò animalia eorum ha-
,, beant communem herbam, & aquam per noi-
,, verſas terras Gravinæ ſine aliqua affidatione, &
,, impedimento, & ligna pro foco communia eſſe
,, volumus; & ſtatuimus, ut omnes utilitates to-
,, tius Gravinenſis terræ . . . tanquam noſtris pro-
,, priis hominibus. Præterea conceſsi, & omnia
,, animalia ſacri noſtri Epiſcopi ſemper habeaot
,, paſcua, ubicumque noſtra animalia paſcunt; &
,, ut ligna incidanrur in noſtris nemoribus, & inci-
,, ſa deferantur ad utilitatem Eccleſiæ, & ad ædi-
,, ficationem domorum ejus, ac ulteriora, & om-
,, oia jura, quæ Epiſcopali honori pertinent, &
,, omnia pręſcripta Gravinenſis Eccleſię ſine mea,
,, meorumque hæredum, vel ſucceſſorum contra-
D ,, rietate, vel contradictione ſtabilivi, & perpe-
,, tuo conceſſi. Quicumque hanc noſtram oblatio-
,, nem, & conceſſionem irrumpere tentaverit,
,, duas libras auri puri Eccleſiæ exponat, & in an-
,, tea etiam ab invito impleantur omnia prædicta.
,, Ut autem hæc noſtra donatio inviolata, & in-
,, tegra permaneat, prædictus D. Archiepiſcopns
,, noſtro rogatu, & voluntate, coram nobis, &
,, coram clero, & populo Gravinæ extinctis ce-
,, reis, & pulſatis campanis publice excommuni-
,, cavit ſuper altare ipſius Eccleſiæ omnes illos,
,, qui aliquo futuro tempore hoc noſtrum donum,
,, & conceſſionem irruperit, aut in aliquo dimi-
,, nuerit.
,, Et hoc præceptum taliter ſcripſit Sando No-
,, tarius noſtra juſſione, in quo ſignum ſanctæ Cru-
,, cis noſtris propriis manibus inferius depixi, &
,, noſtra bulla plumbea cum typario bullari feci
,, anno ab Incarnationis Dom. N. J. Chriſti 1092.

Ego

A ,, menſe Decembris Indictione XV.
,, † Ego Arnaldus Archiepiſcopus.
,, † Signum manus ejuſdem D. Unfridi.
,, † Signum manus D. Roberti filii ejus.
,, † Signum manus D. Aiſardi fratris ejus.
,, † Signum manus Ugonis filii D. Angotei.
,, † Signum manus Roberti filii Encardi.
,, † Signum manus Rogerii Infantis.
,, † Ego Johannes filius Zocoplani.
,, † Signum manus Guigerii.
,, † Simeon filius Reſi teſtis ſum.
,, † Ego Mazo Archidiaconus teſtor ita pleniter.
,, † Johannes Archipresbyter.
,, † Ego Papaleo presbyter teſtor.
,, † Ego Simon judex ita novi.
,, † Ego Rodoltonus teſtis.
,, † Ego Nicola Frumareta teſtis ſum.
,, † Hoc ſignum S. Crucis factum per manus
,, Melæ filii Coleradi. *Lucentius.*)

II. B 2 GUIDO, qui anno 1099. die 29. Septemb. interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli de Monte Caveoſo Acheruntinæ diœceſis, cujus etiam mentio anno 1123. in vita S. Gerardi Epiſcopi Potentini comprovincialis.

III. 3 URSUS Gravinenſis Epiſcopus vivebat an. 1152. cum quo conſilium habuit Philippa Marchioniſſa de conſtruenda capella in ipſa Eccleſia Gravinenſi, ut in inſtrumento plenius continetur in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

IV. 4 ROBERTUS interfuit Concilio Laterano ſub Alexandro III. celebrato anno 1179.

( ,, *Impetraſſe comperimus S. Cantuarienſis Pontificis, & martyris invictiſſimi Thomæ eam partem*
,, *ulnius brachii, quam cubitum dicimus, & argentea theca incluſit ad formam brachii extructa, quæ*
,, *hactenus in hujus Eccleſiæ ſacrarum reliquiarum*
,, *theſauro aſſervatur, in ejus baſe hæc exſculpta*
,, *verba leguntur*: Memento Domine famuli tui
,, Roberti Gravinenſis Epiſcopi. *Fruſtulum ex oſ-*
,, *ſe abſciſſum fuit ab Epiſcopo Dominico Cennino,*
C ,, *Cardinali de Aragona Neapolitano Proregi in-*
,, *ſtantiſſime expoſcenti ut illud elargiretur. Cæte-*
,, *rum dum in Romana Curia Pontifici gratiſſimus*
,, *Robertus verſaretur, ibidem obiit, mortaleſque*
,, *exuvias in Lateranenſi Baſilica ſepeliendas dimi-*
,, *ſit, ut hujus Eccleſiæ acta produnt.* Lucentius.)

V. 5 THOMAS Epiſcopus Gravinenſis temporibus Tancredi de Saii Comitis Gravinenſis erat an. 1189. de quo etiam mentio in tabulario Carthuſiæ Caprearum anno 1209

( ,, *Ab eodem Tancredo pro ſe, ſuiſque hæredibus*
,, *hæc inter cætera profuſa largitate dona accepit*
,, *Thomas, ut ex charta donationis.* Per hoc noſtræ
,, authoritatis ſcriptum, deo dante, perpetuo va-
,, liturum conceſſimus, & donavimus eidem Ec-
,, cleſiæ terras, quæ ſunt inter Vicum majorem,
,, & Vallonem, qui deſcendit à fonte, qui dicitur de
,, Cardaſca, & finibus deſignatur: primus ab O-
,, riente curſus atque ipſius rivi majores, atque
D ,, conjungitur inferius cum prædicto Vallone fon-
,, tis Cardanæ: ſecundus à meridie, & de vallo
,, fontis Cardanæ uſque ad eumdem fontem, & ab
,, ipſo fonte aſcendit ſuperius, quantum durat
,, idem vallo, ſurſum vadens uſque ad planum in
,, introitu ipſius Vallonis: tertius ab Occidente ſi-
,, cut vadit, & rectè per planum ab introitu ipſius
,, Vallonis uſque ad terras, quas laborat Raimun-
,, dus Foliaminus: quartus à Settentrione olivis
,, valliatus, qui eſt ſecus eaſdem terras Raimundi
,, Foliamini, & deſcendit uſque ad fontem prædi-
,, cti rivi majoris, ea ratione ut amodo in antea
,, omni futuro tempore idem D. Epiſcopus, & e-
,, jus ſucceſſores habeant, teneant, & poſſideant,
,, atque dominentur totas præſignatas terras à fine
,, in finibus cum omnibus ſuis pertinentibus ad uti-
,, litatem, & commodum ipſius Gravinenſis Ec-
,, cleſiæ franca ratione, faciantque in eis quidquid
,, voluerint ſine noſtra, noſtrorumque hæredum,

A ,, ſeu ſucceſſorum contrarietate, contradictione
,, vel requiſitione &c. *His auctus donariis Thomas*
,, *vitæ finem feciſſe ex hujus Eccleſiæ actis habetur*
,, *an. 1215. eique proxime enumerandum ſucceſſiſſe*
,, *monemur.*

VI. ,, *SAMUEL immediatus Thomæ ſucceſſor regimen,*
,, *vitamque produxit uſque ad annum 1244. Dum boni*
,, *Paſtoris munus in locis ſibi ſubiectis exercet, in*
,, *noviter exurgente oppido Altamura ſuæ diœceſis*
,, *ſacræ primariæ ædis ſub Invocatione S. Mariæ pri-*
,, *mum lapidem poſuit, eamque ad faſtigium dedu-*
,, *ctam ſacravit, clerum ad normam inſignis collegiatæ*
,, *inſtruxit, inſtituto ibi Archipresbytero. Facti ſeriem*
,, *regium Caroli II. regeſtum comprobat de anno*
,, *1300. & 1301. lit. B. fol. 156. in eoque ad quaſdam*
,, *ſubortas lites juriſdictionales inter plures articulos*
,, *ſequentes adſtipulatur.* Item quod eo tempore,
,, quo fuit conſtructa terra Altamuræ Epiſcopus
,, Samuel, qui tunc erat Epiſcopus Gravinenſis,
,, fecit fundari Eccleſiam S. Mariæ de Altamura,
B ,, & benedixit primum lapidem, & poſuit in fun-
,, damento Eccleſiæ tanquam Epiſcopus diœceſa-
,, nus ipſius loci. Item quod dictus Epiſcopus Sa
,, muel ſtatim quod fuit conſtructa dicta terra Alta-
,, muræ, & fundata ipſa Eccleſia S. Mariæ inſti-
,, tuit ibi Archipresbyterum D. Dominicum Serl-
,, em de Gravina tunc habitantem Altamuræ tan-
,, quam Epiſcopus Ordinarius ipſius loci &c. *Viſi-*
,, *tur etiam nunc in ſacrario Eccleſiæ Gravinenſis*
,, *crux argentea, in cujus ſinu de reliquiis includun-*
,, *tur SS. Innocentium, nec non aliorum SS. Clemen-*
,, *tis, Fabiani, Innocentii, Coſmæ & Damiani,*
,, *Blaſii, & Baſilii, qui omnes famulantur fruſtulo de*
,, *de ligno Dominicæ crucis ibidem coruſcanti: inque*
,, *ea leguntur inciſa hæc verba.* Memento Domine
,, famuli tui Samuelis Gravinenſis Epiſcopi.

VII. ,, *PANTALEON Samueli ſuffectus ex dipiycis*
,, *hujus Eccleſiæ: deceſſit 1256.*

VIII. ,, *JACOBUS de Taranto ſubſequitur ex eodem al-*
,, *bo, de quo ad confirmationem diœceſani juris ſuper*
C ,, *oppidum Altamuræ hæc plura leguntur in allega-*
,, *to regeſto Caroli Regis:* Item quod dictus D. Do-
,, minicus Archipresbyteratum dictæ terræ Alta-
,, muræ ex inſtitutione dicti Epiſcopi (*Samuelis*)
,, & per 16. annos & amplius pacificè, quietè,
,, & communiter habitus fuit pro Archipresby-
,, tero ejuſdem Eccleſiæ. Item quod poſtea
,, D. Dominicus renunciavit dictum Archipresby-
,, teratum tum in manibus D. Jacobi de Taranto
,, tunc Epiſcopi Gravinenſis tamquam Ordinarii,
,, & diœceſani ſui; & idem D. Jacobus, recepta
,, dicta renunciatione, inſtituit ibi Archipresby-
,, terum D. Gverrerium Canonicum Gravinenſem
,, tamquam Epiſcopus, & Ordinarius ipſius loci
,, &c. *Ex his tum Jacobi præſulatus tempus, tum*
,, *Epiſcopi Gravinenſis ordinariæ juriſdictionis ſuper*
,, *Altamuræ terram firmiſſimum judicium ſatis com-*
,, *mendatum habemus. Et deinceps ex iiſdem inno-*
,, *teſcit ab hujus Epiſcopatus munere ceſſaſſe per de-*
,, *poſitionem Jacobum an.* 1266 Item quod ſtatim
D ,, poſt adventum b. m. D. Regis Caroli I. vacavit
,, Cathedralis Eccleſia Gravinenſis per ſexdecim
,, annos, & plus per depoſitionem D. Jacobi de Ta-
,, ranto, qui fuerat Epiſcopus Gravinenſis &c. *Cæ-*
,, *terum ſilentii tenebris involuta deliteſcunt incom-*
,, *moda, quænam eruperint, ut longo annorum de-*
,, *curſu Paſtore orbatus fuerit Gravinenſis grex.* Lu-
,, centius.)

IX. 6 PETRUS an. 1282. forſan ille qui ex Monacho Caſinenſi factus eſt Gravinenſis Epiſcopus, cujus obitus memoratur in Emortuali Caſinenſis Eccleſiæ in hæc verba. *6. Kalend. Decembris obiit Petrus Epiſcopus Gravinenſis & Monachus Caſinas.* Eo ipſo anno 1283. vacabat Eccleſia Gravinenſis.

X. ( ,, *PALMERIUS ex monumentis hujus Eccleſiæ*
,, *obiit 1286.*

XI. ,, *Fr. NICOLAUS de Madia, Potentinus civis,*
,, *Ordinis Prædicat. præfuit poſt Palmerium, fato-*
,, *que ceſſit 1291. ex iiſdem monumentis.*

JOAN-


XII. „ *JOANNES deviχit ex eodem tabulario an.*1294 A
„ Lucentius. )

XIII. 7 JACOBUS ſucceſſit Petro *a*; vixit ſub Carolo II. Rege Neapol. cujus in Regeſt. anno 1283. fol. 139. hujuſmodi extat memoria. (1) *Pro parte venerab. Patris Jacobi Epiſcopi Gravinenſis fuit querela expoſita quod intentata lite inter eum, conſanguineos & familiares ſuos ex parte una, & Theodorum militem, die Dominico 16. menſis Junii proximè præteriti dum prædict Epiſcopus circa horam tertiam eſſet in majori ſua Eccleſia; miles prædictus Miſſam audiens, Franciſcus gener prædicti Theodori, & Nicolaus filius Judicis Franciſci, ac nonnulli eorum complices armati armis prohibitis egredientes de domo dicti Theodori intrarunt in Eccleſiam, & ubi erat Epiſcopus ante altare cum lancea & aliis armis prohibitis irruerunt in Epiſcopum, &c. Mandat Rex Capitaneis Gravinæ, ut coercerentur prædicti facinoroſi homines*, &c. Idem Jacobus ſcripſit decreto tranſmutationis ritus Eccleſiæ Acheruntinæ de obedientia habenda Metropolitano Acheruntino à B ſuffraganeis cęteriſque Prælatis Acheruntinæ provinciæ die Nativitatis Beatiſſimæ Virginis, quæ antea habebatur in feſto s. Canionis Acheruntinæ urbis Protectoris: hoc factum eſt anno 1302. Gentile Urſino Acheruntinæ Eccleſiæ adminiſtratore, cujus decreto ſubſcripſerunt alii ſuffraganei, ut ſupra retulimus. Jacobi item memorat Neap. Reg. ann. 1306.

*a Joanni.*

XIV. 8 FRANCISCUS cujus unica memoria reperitur in Regio Archivio Neapol. anno 1311. („ *Obiiſſe enunciat Gravinenſe tabularium an.* 1318.

XV. „ *NICOLAUS ex eodem tabulario Franciſci ſucceſſor deſiit eſſe* 1335. Lucentius. )



XVI. 9 RICHARDUS Caracciolus Neap. ex ea Caracciola familia dicta Carnecchia, cujus inſignia ſunt ſuperius allata, hujus Eccleſiæ Epiſcopus obiit anno 1343. Surrenti, ubi jacet in Eccleſia s. Franciſci, cum hoc epitaphio.

*Hic jacet venerab. vir Dom. Richardus Caracciolus, divina miſeratione Epiſcopus Gravinenſis, qui obiit anno M.CCCXLIII. menſis Madii xi. Indict. cujus anima cum miſericordia Dei requieſcat in pace.*

XVII. 10 Fr. ANDREAS Peruſinus Ord. Minorum alumnus demortuo Richardo ſuffectus eſt à Clemente VI. anno 1343. 3. Nonas Septembris in Regeſt. Vatic. epiſt. 187. ann. 2. Exceſſit Andreas anno 1345.

XVIII 11 Fr. TANCREDUS de Auleta ejuſdem Ordinis ſucceſſit prid. Idus Martii 1345. Clementis VI. an. 4. ita in Reg. Vat. epiſt. 62. fol. 49.

XIX. 12 BERNARDUS de Coccio de Limoſano Canonicus Piſanus, in demortui Tancredi loco ſucceſſit 5. Kalend. Februar. ann. 1349. à Clemente VI. ad hanc dignitatem evectus ann. Pontif. 7 ut in Regeſt. Vatic. ep. 208. fol. 98. Obiit eodem anno, vel initio ſequentis.

13 Fr. JOANNES de Gallinario Ord. Minorum eligitur ab eodem Clemente VI. per obitum Bernardi 6. Kalend. Junii anno 1350. ex Reg. Vatic. ep. 17. fol. 39. de quo mentio in monumentis Carthuſiæ Caprearum ann. 1364. XX.

(„ *Joannæ I. Reginæ à confeſſionibus ab eadem*
„ *privilegio donatus fuit confirmationis omnium ju-*
„ *rium, & conceſſionum ſuæ Eccleſiæ, his notatus*
„ *titulis:* pro parte venerab. Patris Joannis nunc
„ Epiſcopi Gravinenſis Eccleſiæ, Capellani, &
„ Confeſſarii noſtri dilecti &c. *Lucentius.* )

14 LUCIANUS Epiſcopus Gravinenſis bonæ mem. vocatur in Reg. Urbani VI. an pont. 7. fol. 112. 20. Decemb. ubi fit etiam mentio Andreæ de Gravina ejus fratris. XXI

15 PHILIPPUS ſub Urbano VI. hac ſede potitus, & adminiſtrator monaſterii s. Laurentii Ordinis s. Benedicti Tudenſis diœceſis erat anno 10. ejuſdem Urbani Pontif. qui fuit ſalutis 1388. Non. Aprilis; translatus deinde eſt ad Hydruntinum Archiepiſcopatum anno 1395. à Bonifacio IX. ut in l. ſolut. Prælat. XXII.

16 Fr. FRANCISCUS Bonaccurſi Ordin. Minorum anno 1395. à Bonifacio IX. fuit adlectus Gravinenſis Epiſcopus die 16. Aprilis, & ab eodem in inſulis Sardiniæ & Corſicæ deputatus Apoſtolicæ Sedis Nuncius, & hæreticæ pravitatis Inquiſitor, deinde Accienſis Eccleſiæ in Corſica adminiſtrator, abſente Raymundo illius Eccleſiæ Epiſcopo, de cujus vita, vel obitu per decennium veridica relatio haud haberi potuit, inde factus eſt ejuſdem Eccleſiæ Accienſis Epiſc. ut in lib. ſolut. habetur. XXIII

17 ANTONIUS de Ruffis Sueſſanus Epiſc. Guardienſis transfertur ad Eccl. Gravinenſem à Bonifacio IX. ann. 1400. die 3. Id. Octob. ſedit ann. 2. & ad Inſulanam Eccleſiam translatus eſt ann. C 1402. XXIV

18 ROGERIUS de Longobardis, Gravinenſis, Rector Eccleſiæ S. Mariæ Novæ de Gravina, patriæ fuit adlectus Epiſcopus ann. 1402. *b* die 2. Non. Januarii pontif. 13. Bonifacii IX. Ex Longobarda familia hodie vivit Fr. Franciſcus Calaber Ord. Minimorum doctus & eruditus amicus noſter, qui S. Franciſci de Paula Epiſtolas una cum eruditiſſimis notis in lucem emiſit. („ *Deceſſit* 1411. ) XXV

*b* 1403.

19 Fr. HENRICUS Daſmani Ordin. Minorum factus eſt hujus Eccleſiæ adminiſtrator die 18. Octob. 1411. an. vero 1420. 4. Kalend. Maii electus eſt Epiſcopus, ita in Act. Conſiſt. Martini V. Papæ. XXVI

(„ *Fr. Henricus Daſmaris Ord. Minorum factus*
„ *eſt Epiſcopus per obitum Rogerii 16. Octob. 1411. ut*
„ *habetur ex Actis Conſiſtor. Joannis XXIII. Verum*
„ *cum is non feciſſet literas expediri infra debitum*
„ *tempus, idem Joannes Pontifex hanc Eccleſiam*
„ *in adminiſtrationem dedit Manfredo Archiepiſco-* D
„ *po Acheruntino an.* 1414. *Succedens deinde Marti-*
„ *nus V. iterum eumdem Fr. Henricum providit de*
„ *hac Eccleſia; & ſucceſſivè cum idem Fr. Henricus*
„ *non feciſſet litteras expedire, revocata hujuſmodi*
„ *proviſione, in adminiſtrationem dedit cuidam Fr.*
„ *Ord. Prædicat. qui ſimiliter cum litteras expedire*
„ *non feciſſet, caſſata ejuſdem adminiſtratione, con-*
„ *ſiderans Gravinenſem Eccleſiam ſic vacantem, &*
„ *paſtore viduatam, eidem providit de perſona pro-*
„ *xime enumeranda, ut hæc omnia adſtipulantur in*
„ *actis Conſiſtor. Martini V. à nobis attente conſide-*
*ratis,*

(1) Hæc recitat Ughellus ex regeſto an. 1281. ſed error in anno, cum nonniſi poſt Joannem Jacobus iſte hac ſede fulſerit. De eo in præfato regeſto ſæpius agitur an. 1301. 1304. & 1305. cum de novo actum eſſet de jure ordinario Gravinenſis Epiſcopi ſuper Altamuræ terram: in iiſdem rata habentur à rege Carolo jura omnia decimarum, largitionum, & conceſſionum Gravinenſis Eccleſiæ, & à Rege hiſce notis Jacobus enunciatur, *Sane venerabilis Pater Fr. Jacobus Gravinenſis Epiſcopus dilectus, & fidelis noſter &c.* Ex his ex præmiſſa nota *Fr.* elicitur Religioſum virum Clauſtralis inſtituti fuiſſe, eumque vel Franciſcani, ſeu Dominicani Ordinis, poterat etiam eſſe Monaſtici, cum tunc temporis Monachi omnes hac notula *Fr.* præmiſſa advocarentur, & invicem ſe ſalutarent, inſcriberentur publicis in quibuſve monumentis. Cæterum cum Carolus Rex in commodum celeberrimæ Eccleſiæ Collegiatæ S. Nicolai de Bario eidem plures Eccleſias, & beneficia unienda curaſſet à Bonifacio Papa VIII. hujus auctoritate avulſa eſt à diœceſano jure Gravinenſis Epiſcopi Terra Altamuræ an. 1309. ejuſque proventus, & bona obvenire voluit Barenſis Eccleſiæ s. Nicolai Theſaurario ab eodem Carolo inſtituto, ut ex diplomate aſſervato in archivo præfatæ Eccleſiæ, & excerpto à Beatillo in vita s. Nicolai; de quo etiam regiùm regeſtum Caroli II. Quod Pontifex Bonifacius peregit, confirmavit deinde Clemens V. reclamante ſemper Gravinenſi Epiſcopo, donec per viam concordiæ quies inter partes eluxit anno 1622, ut ſuo loco enarrabimus. *Lucentius.*

„ *ratis, & ut recitavimus perlectis.*
XX VII. „ *JOANNES Robertus, Gravinenſis Eccleſiæ Archidiaconus, à Martino Papa ad ejuſdem Cathedram aſſumptus 13. Kalend. Junii 1429. Hinc prior hæc ſeries deducenda ab Henrico Daſmaris ad hunc Joannem, qui in hac dignitate quandiù ſteterit incompertum. Ex documentis tamen Gravinenſis Eccleſiæ aliquamdiu ejus regimen uti adminiſtrator ſuſtinuiſſe liquet jam ante enumerandum Marinum.*
XX VIII „ *MARINUS Urſinus, Domicellus Romanus, dum eſſet Archiepiſcopus Tarentinus ab an. 1445. uſque ad noviſſimum vitæ ſuæ Chriſti annum 1471. hanc adminiſtraſſe Eccleſiam compertum habemus ex Gravinenſi Archivo, ubi plures ab ipſo factæ Eccleſiaſticæ proviſiones leguntur.* Lucentius.)

20 GERARDUS *a* obiit ann. 1429. Eugenio IV. ſedente.


*a* Hic nunquam fuit.

21 Fr. HENRICUS *b* Ord. Minorum hanc eandem Sedem eſt aſſequutus 5. Id. Martii 1429. per obitum Gerardi.

*b* Hic idem cum ſuperiori.

XXIX 22 JACOBUS de Appiano ex Plumbini Dominis, Emanuellis, & Cæliæ Aragoniæ filius, eligitur à Sixto IV. Gravinenſis Epiſcopus Kalend. Febr. ann. 1473. Fato functus eſt ann. 1482. De Appiana familia legendus Ammiratus.

(„ *Hunc Jacobum conſecraſſe principem aram Beneventanæ Cathedralis die 14. Novemb. 1473. deſumitur ex ſeptima Synodo diœceſana eminentiſſ. Archiepiſcopi Urſini: & ex Gravinæ documentis habetur ex Primicerio Beneventanæ Metropolis ad hunc gradum aſcendiſſe: qui etiam pergratus Ferdinando I. Regi Neapolitano ab eodem pro ſua Eccleſia omnium bonorum confirmationem adeptus eſt an.* 1478. Lucentius.)




XXX 23 MATTHÆUS de Aquino *c* Neapolitanus ad hanc ſedem evectus 14. Kalend. Septemb. anno 1482. Sedit an. 27. translatuſque deinde eſt ad Lycienſem Eccleſiam die 8. Feb. 1508.

*c* De hujus familia Campanilis de Famil. Neapol. p. 215. *Mandoſ.*

XXXI. 24 Fr. ANTONIUS Brancatus Neapolitanus, origine Hiſpanus, Ord. Prædicatorum, vitæ puritate, omniumque ſcientiarum genere exornatus à Julio II. creatus Gravinæ Epiſc. die 8. Febr. an. 1508. vixit in ea dignitate piè ac ſanctè, populum ſibi commiſſum verbo & exemplo inſtituit, fuitque Eccleſiaſticarum ceræmoniarum ſtudioſiſſimus: mortuus eſt ut vixerat an. 1518. Neapoli, & ex humilitatis virtute in communi fratrum ſuorum oſſuario apud Eccleſiam S. Dominici condi voluit.




XX XII. 25 LUCAS de Raynaldis Clericus Capua-

A nus Antonio ſucceſſor datus eſt die 1. Decemb. 1518. Mortem obiit an. 1552.

26 JOANNES ANGELUS Peregrinus, Fundanus civis, & Epiſcopus ad hanc eandem Sedem tranſlatus eſt die 14. Decembr. 1552. obiit ann. 1568. XX XIII.

27 FRANCISCUS Boſius *d* Mediolanenſis Gravinenſis Epiſcopus creatus eſt 2. Auguſt. 1568. ubi ſedit plus minus ann. 6. translatuſque eſt ad Novarienſem, *e* mox ad Perusinam Eccleſias, ubi plura de hoc laudatiſſimo Præſule diximus tom. 1. & 4.. XX XIV.

*d* De eo Piccinellus in Athen. Liter. Mediol p. 203 *Mandoſ.*

*e* Ad Peruſinam, inde ad Novarien.

28 ASTOR Paganellus Camers electus die 10. Maii 1574. nondum à ſua adminiſtratione completo anno interiit. XX XV.

29 IULIUM Riccium Firmanum antea Epiſcopum Muranum Gregorius XIII. Pontifex ad Gravinenſem evexit Epiſcopatum die 4. *f* Maii 1575. & poſt annos ſex eidem Aprutinenſem dedit Eccleſiam. Vide tom. prim. in illius Eccleſiæ Epiſcoporum ſerie. B XX XVI.

*f* Die 17. Maii.




30 ANTONIUS MARIA Manzolus, nobilis Mutinenſis, origine Florentinus, ex cujus familia floruit B. Lucas Ord. Humiliatorum Epiſcop. Feſulanus, & Romanæ Eccleſiæ Presb. Card. a Gregorio XIII. creatus, hac die 27. *g* Septembris 1581. renunciatus eſt Gravinæ Epiſcopus, ubi cum per annos fere undecim ſediſſet, tædio, ac ſenio affectus liberè onus dimiſit an. 1593. ſub Clemente VIII. ſub quo Romæ valedixit huic mortali ſæculo, & in Eccleſia Sancti Sylveſtri ad Campum Martium in ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat, humatus eſt, cum hac inſcriptione. XXX VII. C

*g* Die 17. Septemb. 1581. ex Actis.

*Antonius Maria Manzolus*
*Mutinenſis, Epiſcopus Gravinenſis*
*adhuc vivens locum*
*hunc ad perpetuam*
*ſuam requiem ſibi conſtituit*
*anno M. DLXXXXVI.*
*Menſe Junii.*

D




31 VINCENTIUS deinde Juſtinianus *h* Patritius Genuenſis a Clemente VIII. Pontifice Gravinæ præficitur die 2. Auguſt. anno 1593. Natus eſt Vincentius in inſula Chii Jo. Baptiſta & Violante Juſtinianis parentibus anno 1550. qui à puero XXX VIII.

*h* De eo Oldoinus in Athen. Liguſtico & Juſtinianus de Gubernat. Tiburt. p. 179. *Mandoſ.*

cum amęniores litteras avidius imbibiſset, dum ad nobiliora ſtudia anhelaret, ex Solimano Turcarum Imp. tyrannide, qui eam inſulam ſuæ ſubjecit poteſtati ann. 1566. deturbatus, cum M. Antonio germano fratre poſtea Genuæ Senatori graviſſimo, antiquam patriam repetiit, mox Taurinum adiit, vitam acturus apud Angelum Juſtinianum Epiſcopum Gebennenſem Chriſtiani orbis clariſsimum decus & lumen. A patruo benignè receptus, virtutibuſque omnibus excultus, poetica inde laude, & linguarum peritia excelluit, mox legalibus ſtudiis operam dedit, & Laureatus evaſit anno 1581. ob quas animi dotes cum Romam veniſset Sixto V. Pontifici charus fuit, a quo Tyburtinæ civitatis Præfectus declaratus; quo in munere adeo ex fide verſatus eſt, ut præ omnibus, qui huic muneri tunc incumberent, laudem tulerit potiorem, ut in cuſa oratione ſcribit Joſeph Martius Tyburtinus. Idem deinde Sixtus ad ſupplendas vices Benedicti Card. Juſtiniani gentilis ſui in legatione Marchiæ illum promovit. Clemens VIII. Epiſcopum Gravinæ creavit, ad quam Eccleſiam bene regendam ſtatim omnibuſque curis abdicatis ſe contulit, & in omni pietate regendam ſuſcepit. Immunitatem Eccleſiaſticam coluit ac qui maxime, adeoque in ea conſervanda pervigil, ac dexter fuit, ut aliquando gliſcente lite cum Regiis miniſtris, Eccleſiæ ſuæ jura illibata ſervaverit, & Proregis Neapolitani promeruerit gratiam. Mores Clericorum caſtigavit. Seminarium inſtituit, cui redditus neceſsarios attribuit, Canonicorumque cenſus auxit. Conſervatorium puellarum (Capuccinellas vocant) ædificavit, ubi ad omnem pietatem ſupra ſeptuaginta aluntur virgines. Acheruntinam, Materanamque Eccleſias Apoſtolicus Commiſsarius ſedulo viſitavit, ſuaque prudentia litem inter Cleros compeſcuit, æquaque lance munus ſibi commiſſum abſolvit, & litem ad Romanam Curiam remiſit terminandam. Extra Gravinam B. Virginis Gratiarum templum condidit forma, & ſtructura nobile, ubi inſcriptio.

*S. M. Gratiarum,*
*& Matri Virgini Deiparæ*
*Vincentius Juſtinianus Januenſis,*
*Epiſcopus Gravinenſis*
*à fundamentis erexit.*
*M DCII.*

Sed quod ad eius in populum pietatem attinet, adhuc memoria viget, illum in pauperes bona, quæ ſupererant, aliquando etiam ex neceſsariis, liberali manu diſpenſaſse, adeo ut pater pauperum, norma virtutum, Præſulum exemplar dictus & habitus ſit. Cujus prudentiam, laudem ingenii, doctrinamque non tacuit Vincentius Brunus in Theatro inventarum rerum. Ferunt plura tum pietatis ſacra, tum politioris litteraturæ monumenta ſcripſiſse; quæ cum a ſpoliorum Commiſsariis eo defuncto per ſummam inſcitiam deperdita fuiſsent, cùm pro auro, argentoque, quæ ipſe vivens in pauperes diſperſerat, plura Mſſ. ejus ingenii monumenta inveniſsent, furente avaritiæ indignatione, indigne projecere in ignem. Viginti duos annos huic Eccleſiæ cum laude, cumque animarum fructu, & jucunditate præfuit, innocentis vitæ vir, cum illis priſcis Eccleſiæ Præſulibus comparandus, ſpiritum exhalavit die 3. Octobris anno 1614. Paulo V. ſedente, nec ſine Cleri, populorumque lachrymis: defuncto in Cathedrali contigit ſepulchrum cum hac inſcriptione, ut pii Præſulis memoriam Gravinenſes propriis uſurparent oculis.

*Vincentio Juſtiniano Genuenſi ex Condeminis Chii Epiſcopo Gravinenſi, viro & morum ſuavitate, integritateque inſigni, & ſcientiarum omnium, maximè utriuſque prudentiæ eruditiſſ. qui in Anconitana primum Marchia Ill. Card. Juſtiniani legati Viceſgerens, cui erat conjunctiſſimus, deinde hujus Eccleſiæ, cui per annos xxii. magna cum laude præfuit, libertatem, juriſdictionemque qua prudenter auxit, qua accerrime defendit, Cives, exteroſve conſilio fideliter adjuvit; Urbem hanc, quam plurimis ædificiis, Eccleſiis, Seminario, orfanarum Puellarum Collegio illuſtravit; Patriæ Patri, pauperumque (quorum erat apprime beneficentiſſimus) Heroico perpetuo Capitulum, & Clerus defenſori ſuo, Antiſtitique meritiſſimo mœrens grati animi Monumentum poni curavit. A. D. M. DCXIV. Obiit iii. Octob. ætatis ſuæ lxiv.*

31 Fr. AUGUSTINUM Ordinis Minorum Juſtinianus habuit ſucceſsorem die 24. Novemb. 1614. XXXIX
obiit 1623.

(„ *Fr. Auguſtinus Caſſandra è Caſtro Fidardo Ord.*
„ *Min. Conventualium ad hanc ſedem aſſumitur 24.*
„ *Novemb. 1614. Muneri ſuo integerrimè incumbens,*
„ *quæ diſpoſuit deceſſor Juſtinianus, ex fide impleri*
„ *ſtuduit; & ipſe ejuſdem virtutum æmulus popu-*
„ *lum ad pietatem ut enutriret, in honore Virginis,*
„ *martyriſque Cæciliæ Templum erexit, quod jam*
„ *fere collapſum reparavit modernus Epiſcopus Fr.*
„ *Marcellus de Cavaleriis. Sed eum pervigil jura ſuæ*
„ *Eccleſiæ conſervare nititur, duriores recruduere*
„ *lites Altamurani Cleri, populique, adeout & lo-*
„ *cus interdicto, plures ex principalioribus Anathe-*
„ *mati, & ipſe Archipresbyter Romano carceri inclu-*
„ *ſus fuerit. His denique terminandis per viam con-*
„ *cordati prodiit, quod exhibemus, Apoſtolicum di-*
„ *ploma.*
„ Gregorius PP. XV. ad perpetuam rei memoriam.
„ Decet Romanum Pontificem in ſupremo mili-
„ tantis Eccleſiæ ſolio, & Apoſtolicæ poteſtatis
„ plenitudine per inſcrutabilem divinę providen-
„ tiæ ſapientiam conſtitutum, ea, quæ pro ſedan-
„ dis differentiis inter perſonas quaslibet, præſer-
„ tim Pontificali, & aliis dignitatibus Eccleſiaſt.
„ conſpicuas vertentibus facta, & per S.R.E. Car-
„ dinales in partem ſollicitudinis Apoſtolicæ voca-
„ tos approbata fuerunt, quò firmius, & inviola-
„ bilius ab omnibus, quos ea concernunt, obſer-
„ ventur, Apoſtolicæ confirmationis robore com-
„ munire, prout perſonarum, rerum, & tempo-
„ rum qualitatibus debitè penſatis conſpicit ſalu-
„ briter in Domino expedire. Cum itaque, ſicut
„ accepimus, inter venerabilem fratrem Ulpianum
„ Archiepiſcopum Theatin nunc Epiſcopum No-
„ varien. ac Datarium, & Prælatum noſtrum do-
„ meſticum, ut à fel. rec. Paulo Papa V. prædeceſ-
„ ſore noſtro deputatum, & uti venerabilis, e-
„ tiam fr. Auguſtini Epiſcopi Gravinenſis Procu-
„ ratorem ex una, nec non dilectum filium Joan-
„ nem Baptiſtam Migliorinum Regium in Regno
„ Neapolis Conſiliarium, & dilecto filio noſtro
„ Antonio tituli Sanctæ Balbinæ Presb. Cardinale
„ Zapata nuncupato, dicti Regni Prorege ad Ro-
„ manam Curiam pro componendis, & terminan-
„ dis differentiis juriſdictionalibus, ac in ſpecie
„ controverſiis inter dictum Auguſtinum, ac dile-
„ ctos filios Archipresbyterum, & Clerum oppidi
„ Altamuræ nullius diœceſis Provinciæ Acherun-
„ tinę vertentibus, & nonnullis aliis negotiis deſti-
„ natum ex altera parte, infraſcriptę conventio-
„ nes, reſervato noſtro, & Sedis Apoſtolicę bene-
„ placito ſtabilitę, & per venerabiles fratres no-
„ ſtros S. R. E. Cardinales negotiis dicti regni hu-
„ juſmodi prępoſitos approbatę fuerunt tenoris
„ ſubſequentis. Videlicet:
„ 1 Che l'Arciprete ſuddetto poſſa ritornare alla
„ ſua reſidenza, ed eſercitare il ſuo carico, ed à
„ queſto effetto ſi aſſolva dalle cenſure, e gli ſi levi
„ la ſuſpenſione.
„ 2 Che la giuriſdizione, e cognizione delle cauſe
„ civili, criminali, e miſte aſpettanti al foro Eccle-

„ ſiaſtico in Altamura ſia dell'Arciprete ſuddetto, A
„ o ſuo Vicario, e non d'altri.
„ 3 Che l'approbazione de Confeſſori così ſeco-
„ lari, come regolari ſpetti all'Arciprete.
„ 4 Che s'alzi, e levi l'interdetto poſto in detta
„ Città, ſi reſtituiſcano i Sagramenti, ed ogni al-
„ tra coſa nel ſtato, nel quale ſi ritrovavano prima,
„ che foſſe poſto l'interdetto, ed ancora i Sagra-
„ menti trasferiti nelle Chieſe de' regolari, così
„ fù ſatto ultimamente.
„ 5 Che ſi aſſolvino tutti i ſcommunicati, come
„ Eccleſiaſtici, come ſecolari, imponendo loro ſem-
„ plici penitenze ſalutari.
„ 6 Che gli huomini di eſſa Città per ricevere la
„ prima tonſura, e gli ordini così minori, come
„ maggiori, ſiano obligati andare da Monſignor
„ Veſcovo di Gravina, come più vicino ordinario,
„ ed il medeſimo faccia le dimiſſorie, quando oc-
„ correrà loro pigliare gli ordini ſuddetti da altri
„ Veſcovi per aſſenza del ſuddetto Monſig. nè in
„ queſto poſſa l'Arciprete pretendere coſa alcuna, B
„ benche minima.
„ 7 Che la conſecrazione delle Chieſe, degli Al-
„ tari, Creſime, ed altre funzioni Epiſcopali in
„ Altamura ſpettino tutte al ſuddetto Monſignore
„ Veſcovo di Gravina, e non ad altri.
„ 8 Che in dar licenza d'eſtraere i delinquenti
„ dalle Chieſe, e dichiarar ſe ſono in caſo d'eſſer
„ dati alli Giudici ſecolari, ſi oſſervino le coſtitu-
„ zioni Apoſtoliche.
„ 9 Che il medeſimo Monſig. Veſcovo di Gravi-
„ na poſſa, come delegato Apoſtolico viſitare le
„ Chieſe di detto luogo, e loro ſervizio, li SS. Sa-
„ cramenti, e la loro amminiſtrazione, e non per
„ queſto poſſa far proceſſo di ſorte alcuna, nè cono-
„ ſcere cauſe civili, nè criminali, mà ſolo ſecondo
„ la forma preſcritta dal Sacro Concilio di Trento,
„ provedere, e correggere eſtragiudicialmente quel-
„ li, che hanno carico di amminiſtrare i ſuddetti
„ Sacramenti, e che averanno commeſſo errore, e
„ mancamento nell'amminiſtrazione di eſſi, e che C
„ quando occorrerà al medeſimo Monſig. di andare
„ ad Altamura per queſto effetto, non vi ſi poſsa
„ fermare più di dieci giorni al più, a ſpeſe parte
„ del Clero, riſpetto alla procurazione della viſi-
„ ta, e parte dell'univerſità, per riſpetto di confe-
„ rire il Sacramento della Confirmazione, non le-
„ vando per queſto la facoltà all'Arciprete di viſi-
„ tar le ſue Chieſe jure ordinario, ogni volta che lo
„ ſtimerà neceſsario.
„ 10 E perche il Sacro Concilio di Trento ordi-
„ na, che ſi faccia la viſita una volta ogni anno,
„ convengono le medeſime parti, che la ſuddetta
„ viſita ſi faccia ſolamente una volta ogni due an-
„ ni, e che di queſto ſi ſupplichi la Santità ſua a con-
„ tentarſene, per eſser contro la diſpoſizione del
„ Sacro Concilio medeſimo.
„ 11 Che nel reſto Monſig. Veſcovo ſuddetto non
„ poſsa intrometterſi in coſa alcuna nè contro il
„ Clero, nè contro il Popolo d'Altamura, eccet-
„ tuatene però ſempre le cauſe del Santo Offizio, D
„ le quali toccano al medeſimo Veſcovo, e piaccia
„ a Dio, che non ve ne ſucceda mai alcuna.
„ Nos, ut conventiones prædictæ ſublatis qui-
„ buslibet obſtaculis, ſuum ſortiantur effectum
„ quantum cum domino poſsumus, providere vo-
„ lentes, ac ſingulares prædicti Auguſtini Epiſco-
„ pi, nec non Archiepiſcopi, & Cleri prædicto-
„ rum perſonas a quibuſvis excommunicationis,
„ ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſti-
„ cia ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab
„ homine latis quavis occaſione, vel cauſa, ſi qui-
„ bus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum
„ præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie
„ abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, de eo-
„ rumdem Cardinalium conſilio, conventiones
„ præinſertaſque hujuſmodi, omniaque ac ſingula
„ in eis contenta authoritate Apoſtolica, tenore
„ præſentium perpetuo approbamus, & confirma-
„ mus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis Apoſto- A
„ licæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, &
„ ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnita-
„ tum quarumcumque de jure, uſu, vel conſuetu-
„ dine, aut alias quomodolibet requiſitarum, & ne-
„ ceſsariarum, ac quoſvis alios etiam quantumvis
„ ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodoli-
„ bet intervenerint, aut interveniſse dici, vel cen-
„ ſeri poſſint, in eiſdem ſupplemus. Decernentes
„ eaſdem conventiones, ac omnia, & ſingula in
„ eis contenta hujuſmodi perpetuo valida, & ef-
„ ficacia eſse, & fore, ſuoſque plenarios & inte-
„ gros effectus ſortiri, & obtinere, ac tam prædi-
„ cto Auguſtino Epiſcopo, ejuſque ſucceſsoribus
„ Eccleſiæ Gravinen. Præſulibus, ſeù adminiſtra-
„ toribus, ac Archipresb. & Clero prædictis pro
„ tempore exiſtentibus, aliiſque intereſse haben-
„ tibus, ſeù habere prætendentibus, ac quibuſvis
„ aliis, ad quos nunc quomodolibet ſpectat, &
„ ſpectare poterit in futurum, perpetuo, firmi-
„ ter, & inviolabiliter, ac cum effectu obſervare, B
„ & adimplere debere, neque ab illis, ſive illorum
„ quolibet ullo unquam tempore nec coniunctim,
„ nec diviſim ſub quovis prætextu, colore, vel
„ ingenio reſiliri, vel recedi, nec aliquid adverſus
„ omnia, & ſingula in prædictis conventionibus
„ contenta dici, opponi, retractari, replicari, aut
„ reſtitutionem in integrum peti, vel impetrari ex
„ quavis cauſa, capite, ingenio, & quæſito colo-
„ re etiam quantumvis rationabili, & privilegiato
„ etiam neceſſario exprimen. minuſque noſtras
„ præſentes litteras ex quocumq; etiam enormis, &
„ enormiſſimæ læſionis, vel quovis alio capite,
„ quantumvis legitimo, & veridico de ſubreptio-
„ nis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut
„ intentionis noſtræ vel quopiam alio defectu nota-
„ ri, impugnari, retractari, annullari, invali-
„ dari, ſeu in jus, vel controverſiam vocari, aut
„ ad viam & terminos juris reduci, aut adverſus
„ illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti reme-
„ dium impetrari, neque præſentes noſtras litteras C
„ ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium juris, vel
„ gratiæ derogationibus, revocationibus, ſuſpen-
„ ſionibus, limitationibus, moderationibus, mo-
„ dificationibus, aut aliis contrariis diſpoſitioni-
„ bus etiam per Nos, vel Romanum Pontificem,
„ ſucceſſores noſtros, etiam motu proprio, certa-
„ que ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis pleni-
„ tudine facien. ſeu forſan per quoſcumque impe-
„ trandis comprehendi nec per eos revocari, ſuſ-
„ pendi, limitari, moderari, aut ad terminos Ju-
„ ris reduci poſſe; ſed eas perpetuo validas, & ef-
„ ficaces fore, ac ſuos plenarios, & integros, ir-
„ retractabiles & irrevocabiles effectus ſortiri, &
„ obtinere, & quoties illæ emanabunt, toties illas
„ in priſtinum, & eum in quo erant, ſtatum re-
„ ſtitutas, ac ſub poſteriori datas per predictum Au-
„ guſtinum Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores, ac
„ Archipresbyterum & Clerum prædictos quando-
„ cumque eligen. conceſſas eſſe, & cenſeri, ac ita
„ per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, D
„ etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores,
„ ac etiam S. R. E. Cardinales in quavis cauſa, &
„ inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis
„ aliter judicandi, & interpretandi facultate, &
„ authoritate judicari, & definiri debere, & ir-
„ ritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque
„ quavis auth. ſcienter, vel ignoranter contigerit
„ attentari. Quocirca eidem Auguſtino moderno,
„ & pro tempore exiſtente Epiſcopo Gravinen.
„ per præſentes committimus, & mandamus, quate-
„ nus ipſe per ſe, vel aliũ, ſeu alios pręſẽtes litteras,
„ & in eis contenta quæcumque ubi, & quando
„ opus fuerit ſolemniter publicans auth. noſtra eaſ-
„ dem litteras, ac conventiones, & pacta, in eiſque
„ contenta hujuſmodi obſervet, & exequatur, ac
„ ab omnibus, ad quos ſpectat inviolabiliter obſer-
„ vari faciat; Contradictores quoslibet, & rebel-
„ les, ac præmiſſis non parentes per ſententias,

,, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque op-
,, portuna juris, & facti remedia appellatione poſt-
,, poſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi
,, opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non ob-
,, ſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & ordina-
,, tionibus Apoſtolicis,& dictæ Gravinen.& Colle-
,, giatæ dicti oppidi Eccleſiarum etiam juramento,
,, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate
,, alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, pri-
,, vilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis
,, illis, earumque Præſulibus,ac Archipresbytero,
,, & Clero prędictis, & quibuſvis aliis perſonis ſub
,, quibuſcunque tenore, & formis, ac cum quibuſ-
,, vis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque
,, efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſu-
,, lis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere,
,, vel ſpecie motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac
,, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam conſi-
,, ſtentibus, & alias quomodolibet in contrarium
,, etiam pluries, & iteratis vicibus conceſſis, con-
,, firmatis,& innovatis. Quibus omnibus,& ſin-
,, gulis etiamſi de illis, eorumque totis tenorib. ſpe-
,, cialis, ſpecifica, expreſsa, & individua ac de ver-
,, bo ad verbum, non autem per clauſulas genera-
,, les idem importantes, mentio, ſeu quævis alia
,, expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita for-
,, ma ad hoc ſervari foret tenore hujuſmodi, ac ſi
,, de verbo ad verbum, nihil penitus omiſso, & for-
,, ma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præ-
,, ſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis
,, alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumta-
,, xat ſpecialiter, & expreſse derogamus, ac ſuf-
,, ficienter derogatum fore, & eſse, ac cenſeri de-
,, cernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.
,, Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo
,, Piſcatoris die XV. Februarii M.D.CXXII.Pon-
,, tificatus noſtri anno ſecundo. S.Cardinalis S.Su-
,, ſannæ. Regiſtratum.
,, *Hoc edito, admiſſoque Apoſtolico præcepto quie-*
,, *vere quæ dietim emergebant hinc inde ſimultates.*
,, *Auguſtinus vero pacis amator omnium promeritus*
,, *dum vixit benevolentiam, mœrentium lachrymas*
,, *reportavit ex hac mortali vita decedens, cuius aſ-*
,, *fixere ſepulchro in Cathedrali hanc inſcriptiun-*
,, *culam.*
,, *Auguſtinus Caſſandra à Caſtro Ficardo*
,, *ex Ord. Min. Convent. doctrina, facun-*
,, *dia, & Eccleſiaſtico cultu nemini ſecun-*
,, *dus, poſt officium Conſultoris S. Inquiſi-*
,, *tionis, Procuratoris in Ordine Genera-*
,, *lis, Pauli V. Inclyti concionatoris Epiſco-*
,, *patum Gravinenſem obtinuit. Obiit an.*
,, *1623. die 17. Septembris.* Lucentius.)



XL 32 JULIUS Sacchettus *a*, Florentinus, patriæ noſtræ decus, & ornamentum,ad Gravinenſem Eccleſiam traductus ab Urbano VIII. die 14. Decemb. 1623. mox in Hiſpaniam Apoſtolicę Sedis Nuncius miſsus, purpura ab eodem meruit exornari. Fanenſis deinde Eccleſię evaſit Epiſcopus anno 1626. Propria virtute, & variis Legationibus clariſſimus vivit Epiſcopus Card. Sabinenſis, diuque vivat ſupremo dignus honore, de quo vide ſeriem noſtram Fanenſium Epiſcoporum.


*a* De quo Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 479.

XLI 33 Fr. JOANNES ARCHANGELUS Baldi- A nus Florentinus Ord. Prædicatorum verbi Dei declarator inſignis, Julio Sacchetto in Epiſcopatu ſucceſſit die 19. Julii ann. 1626. deceſſit autem 1630.

( ,, *Ejus obitus memoriam excitavit ſucceſſor Ar-*
,, *caſius his exaratis in Cathedrali ad tumulum li-*
,, *teris.*
,, Archangelus Baldinus, Florentinus,
,, Ord. Prædicat. clarus ſcientiæ dono,
,, in concione ornatus, ad Eccleſiæ Gra-
,, vinenſis regimen aſſumitur, cui trien-
,, nio præfuit. Evolavit ad cœlum an.
,, 1629. M. Novemb. die 27.
,, *Lucentius.*)

34 ARCHADIUS Riccius Gravinenſis Epiſcopus declaratus die 15. Decemb. 1630. Mortuus eſt 1636. XLII

( ,, *Arcaſius Riccius, nobilis Piſcienſis, J. U.D.*
,, *& V S.R. urbem Beneventanam, aliaſque Ponti-*
,, *ficio nomine rexit; ſacrorum Antiſtes declaratus*
,, *eſt 15. Decemb. 1630. Ingentis animi vir qua ædi-*
B ,, *ficiis, qua juribus ſacris Gravinam auxiſſet, ſi*
,, *mors illum citò non abripuiſſet. Primo ſui præſu-*
,, *latus anno ſumptuoſo opere in Cathedrali ſacellum*
,, *Ss. Sacramenti excitavit, & perfecit, & in eo*
,, *ſuæ deponendæ mortalitati conditorium poſuit hac*
,, *adjecta epigrapha.*
,, Arcaſius Riccius, Piſcienſis, præſe-
,, cturis perſunctus, & ſolutus plurimis,
,, Gravinenſi Eccleſiæ præpoſitus ſacel-
,, lum hoc ſacroſancto Servatoris corpori
,, dedicavit: cineri ſuo tumulum poſuit
,, vivens anno Præſulatus ſui primo
,, 1631.
,, *Altero ſui regiminis anno Cathedrale templum*
,, *ſolemni ritu conſecravit, in eodem ſacellum ſub-*
,, *ſtruxit S. Mariæ conſolatricis afflictorum, cui ad*
,, *perpetui ſacerdotis ſervitium opes addidit tum*
,, *proprias, tum ex eleemoſynis piorum. Aſt dum*
,, *manus apponit ampliſſimis conſtruendis ædibus*
,, *Pontificiis ſecus Cathedralem, ad cœli ſecreta vo-*
C ,, *catur 1636.* Lucentius.)



35 PHILIPPUS Canſacchus patria Amerinus nobili, & vetuſta familia natus, moribus & litteris eximiè cultus, ab Urbano VIII. Gravin. Epiſcopatum obtinuit die 15. Decembr. 1636. Sedit omni cum laude ann. 8. è vivis exceſſit 1644. XLIII

D

36 DOMINICUS Cenninus *b*, Senenſis Franciſci Card. Cennini conſobrinus, demortuo Philippo ſuffectus eſt ab Innocentio X. die 6. Martii 1645. XLIV

*b* De quo Ugurgerius in Pompis Senen. par. 1. p. 159. *Mandoſ.*

ADDITIO.

,, ( *Fuit hic Epiſcopus inter cæteras ſcientias, qui-*
,, *bus imbutus fuit, in utroque jure conſultiſſimus.*
,, *Non vulgarem à ſuis præclarè geſtis memoriam ſi-*
,, *bi vindicavit, & præcipue in munere generalis*
,, *fidei quæſitoris in Regno Neapolitano, quod ſpa-*
,, *tio non minùs ſeptemdecim annorum ſumma cum*
,, *ſui nominis exercuit fama, quia in Tribunali ſem-*
,, *per ibi exoſo, S. Sedis Apoſtolicæ Ordinis, & Po-*
,, *puli Neapol. imò & Proregum, & præcipuè Inclyti*
,, *Carpii Marchionis gratiam, ſua dexteritate, pro-*
,, *meruit. Sponſam ſuam teneriime dilexit, quam*

ſu-

,, ſupremis etiam tabulis hæredem dixit. Principi
,, templo nobiliſſimum adjunxit Epiſcopium; non
,, modico prolatavit impendio duas Epiſcopales do-
,, mos, alteram in villa Salamandræ, alteram ædi
,, Divæ Mariæ Gratiarum contiguam, parum ab
,, urbanis mœniis diſtantem. Ut Clerus in ſcientiis
,, proficeret, bibliothecam voluit e ſuis libris effor-
,, matam, in quibus electiſſimis, & numero non
,, ſpernendis habetur quidquid avidum diſcendi in-
,, genium deſiderat, & maxime in eccleſiaſtica pa-
,, leſtra. Biennio poſt ejus mortem illa aperta fuit,
,, & adhuc audit -- la Biblioteca Cennini -- Obiit
,, tantus Antiſtes Neapoli die 21. Auguſti 1684. poſt
,, annos infulæ, non minus 40., ſepultuſque ibi fuit
,, in D. Dominici Majoris PP. Prædicatorum, in
,, quorum domo ſuam pro fide ditionem exercuerat,
,, ſine tamen honore purpuræ, quam illi Innocen-
,, tius XI. in proxima promotione reſervarat.
,, Obiit quidem, ſed vivunt adhuc ejus ingenii
,, monumenta in Synodo Diœceſana, cujus ſanctio-
,, nes pari ſemper doctrina, Zelo, & charitate di-
,, ctitavit anno 1647., licet typis non dederit uni-
,, verſalis Eccleſiæ gravioribus curis præpeditus,
,, quamquam publica luce etiam dignę ſint propter la-
,, tini Sermonis candorem, brevitatis dote ſufful-
,, tum. Multas pariter Epiſtolas graviſſimi momen-
,, ti negociorum plenas reliquit ſtylo quidem conciſo,
,, ſed inprimis claro, Italicæ linguæ puritatem re-
,, dolentes, ab eruditis ſummopere expetitas, quæ
,, manuſcriptæ ſervantur in Bibliotheca clariſſimi.
,, Jure Conſulti Antonii Majorani Patritii civi-
,, tatis Gravinæ, & ejuſdem Majoris Eccleſiæ
,, Canonici ſibi relictæ ab avo ſuo item I. C. Bo-
,, naventura Majorani Seniore, qui uxore defun-
,, cta Clericum induerat, & in paucis charus fuit
,, ſuo Epiſcopo Cennini, ita ut illum Archipresbyte-
,, rum, & ſuum Vicarium voluerit.

XLV. ,, DOMINICUS Patritius Mediolanenſis ex il-
,, la antiquiſſima gente, cui munus à claudendis
,, valvis aulæ Principis cognomen peperit Valva-
,, ſerra, poſtea progreſſu temporis, Valvaſori,
,, Auguſtinianæ familiæ in ſua adoleſcentia nomen
,, dedit, in qua, & in religioſe vivendi modo,
,, & in omnibus ſcientiis, & præſertim in divini-
,, tate mire profecit. Diu pro ſuo ordine Romæ
,, præfuit negociis Italiæ, tandemque dum eſſet
,, ejuſdem ſui Ordinis Prior Generalis hanc Ca-
,, thedram conſcendit 18. Martii 1686.. Quam be-
,, ne autem in ipſa ſederit, ex uno hoc pateat.
,, Synodum habuit, cujus Conſtitutiones univerſa-
,, lem plauſum meruerunt propter catholicæ do-
,, ctrinæ robur, ſacri textus, Canonum, & Pa-
,, trum authoritatibus undequaque ſuffultum, la-
,, tiæ linguæ nitorem, & ſummum ſtudium, quo
,, in ſuo clero una cum pietate ſcientias promovit,
,, Theologali lectione in omnes annos, continua
,, caſuum Moralium academia conſtitutis, & mu-
,, nere adaucto Pœnitentiarii Majoris ſuo Canoni-
,, corum collegio. Seminarium etiam inſtaurare
,, cœperat, & jam regulas, & neceſſarias leges
,, perſcripſerat, ſed ejus mors die 2. Octobris
,, 1689. tot bona huic invidit diœceſi. Sepultus fuit
,, in Confeſſione ſuæ Cathedralis.

XLVI ,, MARCELLUS Cavalerius Patritius Bergo-
,, mas, Cardinalis Riccii clar. mem. conſobrinus,
,, in ſuo Prædicatorum Ordine Magiſter, ex in-
,, dulto Apoſtolico Vicarius per quinquennium in
,, ſpiritualibus, & temporalibus Eminentiſſimi
,, Urſini cum in Cathedra Sipontina ſederet, &
,, per ſexennium cum in Cęſenate, & etiam in
,, Beneventana, niſi ab onere vere maximo,
,, omni niſu ſe exemiſſet, ejuſdem tamen Theolo-
,, gus, & illius vaſtiſſimæ Archidiœceſis Viſitator
,, Generalis, ab Alexandro VIII. hanc Eccleſiam
,, die 11. Jan. ann. Domini 1690., & ſuæ ætatis
,, 41. invitus, reluctans nonniſi reiterato præcepto ſui
,, Rev. P. Magiſtri Generalis Antonini Clocle ſuſce-
,, pit, & Eminentiſſ. Urſini, qui eum Romæ ſacra-
,, vit in D. Mariæ ſupra Minervam die 15. ejuſdem

A ,, menſis, & anni, & eum in primo ad ſuam ſponſam
,, acceſſu comitari voluit, & primæ concioni, quæ ad
,, ſuam plebem habuit, præſens adeſſe, quæ poſtea
,, typis data fuit. In clero ſanctitatem, & doctri-
,, nam ſummopere voluit, quare ſuo palatio conti-
,, guam ædem pro ſeminario à fundamentis excita-
,, vit, cum vetus eſſet nimis incommoda, & inca-
,, pax reſtaurationis; præceptores optimos ſcien-
,, tiarum, bonorum morum, cantus Gregoriani, &
,, ſacrarum cerœmoniarum aſſignavit. Conſervato-
,, rium puellarum, titulo tenus, Divæ Claræ, non
,, reformavit, ſed in melius omnino mutavit: in
,, eo ſquidem una cum regulis, & habitu excalcea-
,, tarum Divæ Tereſiæ clauſuram poſuit, & ſpiri-
,, tum ejuſdem ſanctæ inſinuavit, adeo nunc ipſæ
,, florent non mediocri vitæ ſanctimonia. Suam
,, Cathedralem reſtauravit, opere tectorio, ac pi-
,, cturis exornavit, & præcipue ſacellum, in quo
,, SS. Corpus Domini aſſervatur; organa refecit.
,, Septem in eadem Baſilica vario è marmore con-
B ,, cinnatas aras voluit, maximam, in qua duo cor-
,, pora ſanctorum locavit cum aliis ſacris lipſanis,
,, quæ alibi parum decenter ſervabantur, illas Ar-
,, chiconfraternitatum, alterius ſub titulo Aſſum-
,, ptionis B. M. Virginis, alterius ejuſdem Deipa-
,, ræ, ſed de Conſtantinopoli, alteram in antiquiſ-
,, ſimo ſacello Charitatis in divini paraclyti hono-
,, rem, alteram Angelorum principis Divi Michae-
,, lis, alteram Divi Joſephi, ultimam denique Divi
,, Philippi Nerii, quos ambos ſuæ diœceſis tutela-
,, res aſſeruit. Ut autem devotio magis, ac ſemper
,, magis efferveſceret erga eundem D. Michaelem,
,, Gravinæ primarium patronum, & quem ipſe à te-
,, neris principe ſtudio ſemper coluerat, cryptam ipſi
,, dicatam laxe exornavit, aram in illa maximam
,, electiſſimo marmore incruſtavit, duabus additis,
,, altera in D. Gabrielis, & altera D. Raphaelis hono-
,, rem. Ut ſpirituali exigentiæ civitatis conſuleret,
,, in loco, à quo multum aberant ſacræ ædes, pro-
,, prio excitavit impendio parœcialem, cui beata
C ,, virgo, & martyr Cæcilia titulum fecit. In vaſtiſ-
,, ſimo Gravinenſi territorio, quod quinquaginta
,, mille, & amplius paſſuum latitudinem excedit,
,, novas etiam Eccleſias opportunis locis extruxit,
,, ut coloni, ac villici feſtis diebus incruento altaris
,, ſacrificio intereſſe, & ibidem Chriſtianam doctri-
,, nam edoceri poſſint. Pauperibus, Eminentiſ. Urſi-
,, num imitatus, numquam publice eleemoſynas ero-
,, gavit, niſi poſt catechiſmi explicationem. Le-
,, ctionem theologalem, cum pro ea conſtitutus cenſus
,, evanuiſſet, fere ipſe ſemper exercuit, & maximo
,, emolumento, quia cum audituri omnes accurre-
,, bant, cum eſſet ipſe, non ſolum omnibus, ſua in-
,, duſtria, imbutus ſcientiis, ſed etiam mira in di-
,, cendo gratia à natura ornatus. Duo illa epiſcopa-
,, lia palatia, quorum mentio facta fuit in Epiſcopo
,, Cennini, reſtauravit, & exornavit. Conventum
,, ſui ordinis Gravinæ aliquot redditibus auxit, illum
,, etiam Bergomi argentea ſtatua D. Bartholomæi
,, cum ejuſdem ſancti lipſanis, oſtenſorio item argen-
D ,, teo affabre elaborato, ſacris ſupellectilibus, ac li-
,, bris donavit. Typis dedit 1686. opus inſcriptum la
,, Statera ſacra in quo agitur de incruento altaris ſa-
,, crificio practice, & theorice etiam quoad ſenſum
,, myſticum, & juxta ſui Ordinis Prædicatorum,
,, Carmelitarum, & Carthuſianorum ritus enuclea-
,, to, opus omnibus perquam utile & præſertim illis
,, ſacerdotibus, qui minus ſui muneris ſapiunt. Item
,, anno 1690. opuſculum in 8. inſcriptum il Pellegri-
,, no al Gargano bipartitum; in prima parte agitur
,, de inventione illius celeberrimi ſanctuarii cum
,, omnibus documentis ex antiquis hiſtoriis deprom-
,, ptis, & de veneratione, in qua ſemper habitum fuit
,, in orbe catholico, à ſummis Pontificibus, ab ipſis D.
,, Petri Vicariis. In 2. de maxima potentia ejuſdem
,, Archangeli in beneficium militantis Eccleſiæ. Opu-
,, ſculum alterum inſcriptum. Il Rettor Eccleſiaſtico
,, inſtruito nelle regole della fabrica, e della ſupel-
,, lettile ſacra. Opus etiam utile. Qui quidem liber

*in concilio provinciali Beneventano anno 1693., cui & etiam ipſe interfuit, laudatus ſummopere fuit, & denuo impreſſus Moeratæ anno 1695. ſtudio P. Jo. Baptiſtæ Spata Urſini e n ordine etiam P. P. Prædicatorum Provincialis inſubriæ, ac iterum ab ipſo Cavalerio typis datus fuit. Primam partem ediderat anno 1703. alterius operis in 4., cui titulus:* l'Eccleſiaſtico in Coro, *opus quidem qua delectatione ob italicæ in eo peculiarem linguæ candorem, qua utilitate refertum ob ſacram doctrinam, dogmata patrum, & illuſtrium magiſtrorum ſpiritus circa vocalem orationem ab interna animæ unione in odæo non disjunctam, & circa conjunctionem, quæ ibi fundatiſſime oſtenditur honoris; ac dignitatis odæi triumphantis Eccleſiæ cum illo militantis. Hujus præclari operis ſecunda pars continens quinquaginta pſalmorum lucubrationem, ob ejus obitum, lucem non vidit, quæ manuſcripta reperitur apud Eminentiſſ. Benevent. Archiepiſcopum Urſinum, ut nec etiam ob eamdem cauſam vidit chronologica hiſtoria ſuorum prædeceſſorum Præſulum, & rituale Dominicanum, quod mendis purgatum, & notis illuſtratum juſſu ſui Rever. Magiſtri Generalis Clocle edere jam animo volutabat. Die tandem 22. Aug. 1705. poſtquam ſexdecim annorum ſpatio hanc rexiſſet Eccleſiam, mortalitatem laudatiſſime concluſit, ſui apud omnes deſiderio relicto. Nonnullis legatis, ut potuit, quia paupertatem ſemper largiſſime juverat, ſuarum ædium paræcialium recordatus fuit. Sepultus fuit in ſua Cathedrali propter aram D. Michaelis in cornu epiſtolę, ut ipſe juſſerat. Vide Joannem Michaelem Cavalerium in ſua Galleria Dominicana tom. primo, Chronol. p. 5. Centuriæ num. 211. fol. 684. ad 687.*

XL VII. *ALOYSIUS Capuanus, Neapolitanus Patritius, ab Epiſcopatu Ravellenſi 1705. 14. menſ. Decembr. ad hunc tranſiit; Pręſul ingenio ſublimis, doctiſſimus theologus, & fere in omnium SS. Patrum, & ſacrorum expoſitorum lectione verſatus. Quare ſuo clero in principe templo omnibus ſabbatis quadrageſimæ, & dominici adventus ante ſolitam moralium caſuum academiam, ſacram ſcripturam mira facilitate, & claritate explicabat, dum autem irreprehenſibilis paſtoris partes omnes impleret cumulatiſſime, & quo debebat pectore, ſuæ Eccleſiæ jura propugnaret, fato antea ceſſit, quam zelo domus Domini, qui enim comedit an. 1708. die 13. Septembris. In ſua æde principe, cujus vaſtiſſimum quidem lacunar ſuis ſumptibus auro cælaverat, in latere dextro ſacelli SS. Crucifixi, ut in mandatis reliquit, humatus fuit. Ejus funus ſacra pompa, & publico luctu curatum eſt, & pro concione laudatus fuit à Canonico Gravinenſi Antonio Majorani, cujus ſupra meminimus, & quem hic denuo honoris cauſa nominamus, adeo ipſe gravioribus, non modo diſciplinis, ſed & etiam politioribus litteris inſtructus enitet: quæ oratio cum reliquis tanti viri feraciſs. ingenii partubus forſan quamprimum publici juris erit.*

XL VIII. *CÆSAR FRANCISCUS Lucinus Aloyſio ſucceſſit anno 1718. die 11. Maji, Julii Cæſaris Patritii Novocomenſis, qui pro ſua patria oratorem prius in civitate Mediolani egerat, in qua ſenator renunciatus fuit, & Hippolytæ Turconæ paris etiam nobilitatis filius. Adoleſcens Mediolani, ubi ipſe natus fuerat, Prædicatorum ordini adſcriptus, in illo pietate una cum omnibus ſcientiis imbutus fuit; Philoſophiam Neapoli in Collegio D. Thomæ perdocuit, & omnes illius univerſitatis Cathedras matutinas, ac veſpertinas, ſpatio non minus ſexdecim annorũ, ſumma ſemper cum laude occupavit. Theologiam etiam Neapoli in conventu Jeſus, & Marię ſuis PP. Prædicatoribus, ſed Samniticæ Reformationis per biennium enucleavit. Pro ſua Inſubrica Provincia laureatus Magiſter, accerſitus illico fuit Beneventũ ab illius Em. Archiep. Urſino, à quo ſui theologi, Examinatoris Synodalis, Commiſſarii Cauſarum Sancti Officii, & Viſitatoris Generalis ſuæ archidiœceſis munere cohoneſtatus, non minus ibi annorum 13. ſpatio moratus fuit, quo tempore etiam Tuſculanæ viſitator, & cum eodem Eminentiſſimo, Bovini, Vulturariæ, & Gravinæ diœceſum Convisitator fuit. Suæ religioſitatis ergo a ſuo Reverendiſſimo P. Magiſt. Generali, ut Congregationem ſui ordinis S. Marci de Cavotis inviſeret, habuit in mandatis, quam ſibi ultrò demandatam provinciam adeò navus procuravit, ut regularem obſervantiam, ac ſtudia ſcientiarum ad miraculum in eadem promoverit. Prior etiam electus fuit conventus Gratiarum Mediolani, ſed Eminentiſſimus Urſinus pro ſui gregis bono a ſe noluit abeſſe. Electus hujus Eccleſiæ Epiſcopus conſecrationem die 15. Maii 1718. poſſeſſionem 1720. die 1. ejuſdem Maii obtinuit. Ad ſuæ ſponſę thalamum die 9. Jun. ejuſdem anni publico exceptus plauſu pervenit. Præſul vitæ integritate, ſingulari doctrina, mira in rebus gerendis prudentia percelebe r, quotidiano periculo ſe probat optimum Eminentiſſimi Urſini in hac benè procuranda diœceſi imitatorem. Soſpitet diu illum D. O. M., ut ſicuti ſui germani fratres Marchiones Antonius Mediolani quæſtor, Matthæus unus è ſtrenuis, & ſupremis Ducibus Cæſarei exercitus, & impræſentiarum Meſſanenſi urbi in Sicilia præfectus, Abbas Hieronymus propria virtute ſpectatiſſimus, Aloyſius Maria item Dominicanus in Alma Urbe S. Officii Commiſſarius antiquum Lucinæ gentis decus novo in dies ſemper cumulant, ita & iis omnibus unus præſtantior ipſe Cæſar Franciſcus, non modo ſuis, & patriæ, ſed & Prædicatorum ordini, imo & Eccleſiaſticæ hierarchiæ addere æternum valeat ornamentum.*

# POTENTINI

## EPISCOPI.

POTENTIA antiqua Lucaniæ civitas, qua ſpectat ad Peucetios Apulos in planitie ſupra Apennini juga, non procul à vetuſta jam olim anno 1250. funditus deleta, ſubſtructa eſt, medio fere itinere inter Salernum, & Tarentum ſupra 60. m. paſ. diſtans à Salerno in Ortu, ab Acheruntia Metropoli ad 18. Marſico, Tricarico, & Muro finitima, à Venuſia in Euronotum, cui magnitudine, aut incolarum numero haud cedit, quam ab Acheruntia remotior, aliique ad octo millia mortalium: cœlo adeo frigido, ut vel per æſtatem camino luculento cives utuntur. Ptolomæus eam in Lucanis ponit, Plinius Potentinos populos commemorat, eiuſque meminit Antoninus in Itinerario. Ejus origo adeo perantiqua eſt, ut nobiliorum ſcriptorum deluſa induſtria, ſolum conſtat in iis populis haud poſtremam fuiſſe, quæ in Chriſtianam naſcentem fidem concurrere non dubitaverit, propriumque habuerit Paſtorem. Etenim Amantius, vel Amandus Potentinus Epiſcopus ſubſcripſit Synodis tertiæ & quartæ Romanis ſub Symmacho Papa anno 501. & 502. Petrus Potentinus Epiſcopus ſub Gelaſio I. vixit anno 551. & Potentiæ Epiſcopus fuit S. Gerardus Confeſſor, cujus natalis ex Rom. Martyrologio agitur 30. Decembris. Potentiæ Arontius, Honoratus, Fortunatus, & Sabinianus 8. Kalend. Septemb. ſub Valeriano Judice Maximiano Imp. palmam ſumpſerunt Martyrii; horum alii octo germani fratres diverſis Apuliæ in locis pari corona fuerunt condecorati; quorum omnium ſacra lipſana collegit Arechis Princeps, & in templum S. Sophiæ Beneventi tranſtulit anno 760. Vitam, agonemque ipſorum verſu heroi-

co

co conſcripſit Alfanus Archiepiſcopus Salernitanus ad Rofridum, quæ extant apud Surium to. 7. quorum meminit Martyrol. Romanum Kal. Septemb. Epiſcopatus Potentinus vetuſtus eſt, olim Rnmano Pootifici immediate ſnbjectus, cujus deinde vnluntate ſuffraganeus attributus eſt Acheruntiæ Metropoli, hacteouſq; ejus faſces adorat, & Regiæ præſentationi nbnoxius, cujus annuus cenſus eſt ſcntatorum ferè 220n. taxatur in lib. Fiſci Apoſt. ad flnr. 108. Primarium templum hujus civitatis, in quo ſacrorum Antiſtes ſibi ſedem fixit, poſterioribus ſæculis fundatum, D. Gerardo urbis Epiſcopo & tutelari conſecratum eſt: in eo tria digniora munera ad Eccleſiaſticum decus effulgent, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & Cantoratus, quibus novem ordioarii Canonici ſubſunt cum 25. Capellanis. In civitate præter Cathedralem duæ aliæ habeotur Parochiales Eccleſiæ, virorum cœnobia quinque, cum grancia Carthuſienſium S. Laurentij de Palude, ubi duo Monachi perpetuo degebant, Sanctimonialium ſeptum unum, Laicorum ſodalitia octo, Xeoodochlum unum, („ *& clericorum Seminarium. Mons Pietatis, & præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria hactenus deſiderantur.*) Diœceſis duodecim milliaria omni quaque parte diſtincta in oppida ſeptem, quæ ſunt, Veniola magno Hnſpitali D. Aonunciatæ Neapolitanæ temporaliter ſubjectum, cum unn Capuccinorum cenobin, & animarum ferme duobus millibus. Abriola Aſculano Priocipi ſubjecta mille & quingentis animabus cenſetur. Titium Principi Stiliani ſubditum unum habet Obſervantium cenobium, & animarum fermè duo millia. Picemum Duci Martinæ obnoxium Collegiatam Eccleſiam habet, & monaſterium Capuccinorum, animarum fermè 400n. Rocium, & Avilianum, illud mille, hoc duobus millibus animarum habitatum, & virorum cenobin utrumque ornatum. Septimnm & poſtremum Baragianum ſub Principe Avellinenſi animarum fermè 500. In univerſa autem tota hac diœceſi Parochiales Eccleſiæ octo, Collegiata una, virorum cœnobia quinque, laicorum ſodalitia perplura, animæ fidelium fermè 13000. Hujus civitatis Præſulum ſeriem explicabimos, quorum notitiam concinnavit noſtra induſtria.

I. („ *FAUSTINUS, Romanæ Eccleſiæ Legatus, interfuit Synodo Carthagtnenſi an. 419.*)

II. 1 AMANTIUS, ſen AMANDUS ſub Symmacho Pontifice ſubſcripſit Synodis III. & IV. Romanis anno 501. & 502. („ *& 503. 504 in quarum quinta, quæ fuit an. 503. pro* Potentinus *corrupte legitur* Potrranus.)

III. 2 PETRUS vixit Pelagii I. Papæ temporibns ano. 555. cui idem ſcribit c. 12. de ordinatione, & ſabbato Sancto poſt baptiſmum. Multi poſt Petrum deſideraotur Epiſcopi ſpatio quingentorum & amplius anoorum.

IV („ *BALAS Potentinę ſedis Epiſcopus ſedit inter Patres Romani Concilii an. 826. cui etiam adfuit Sebaſtianus Barenſis Epiſcopus ex his regionibus. Vide Harduini Concil.*)

V. 3 N. . . cujus nomen ignoratur prædeceſsor S. Gerardi, quo Præſule abſoluta eſt Eccleſia S. Joan. Baptiſtæ anno 1080. a Roberto & Paima uxore ſua, cœpta fuerat ædificari an. 41n. ut ſnpra fores ejuſdem Eccleſiæ proloquitur inſcriptio.

*Virginis à partu ſunt luſtra ſequuta decem . .*
*Sex & triginta fieri tum cœpit ademptis.*
*Uſibus humanis magni domus iſta Joannis,*
*Quod Robertus opus ſen conſultavit in annis*
*Conjuge tum Palma, quos dextera colligat alma.*

VI. 4 GERARDUS longe diverſns a ſancto Gerardo ſucceſsore vixit an. 1099. potuit obiiſse circa ann. 1111.



VII. 5 GERARDUS Placentinus ex illuſtri gente de Porta natus, circa annum Domini 1111. divina diſponente clementia Potentinus Epiſcop. creatus eſt. Hic à pueritia, hauſta cum litteris pietate divino conſilio relictis ſuis, ac peragrata maxima Italiæ parte, tandem Potentiæ in Apulia apud Lucanos conſedit. Ibi charitate ardeos, ut parvulos ad Chriſtum adduceret, aperto ludo litterario teneram ætatem erudire gratis cœpit mirifica patientia, & iotegritate. Admirati hnminis charitatem Potentini, ſublato è vivis Epiſcopo unum omnes dignum cenſuerunt, quem io demortui locum ſubrogarent: id quod eſt factum. Hominnm de illo judicia comprobavit miraculis etiam Deus, in quibus illud non extremæ notæ, quod cum in luſtranda, ut ſolet, diœceſi vinum forte defeciſſet, ſigno Crucis aqua in vinum repente converſa mirabiliter ſuos recreavit. Eccleſia octo annis feliciſſime adminiſtrata, ad extremum vigiliis, laboribus, ac ſenio confectus quievit in Domino 30. Octob. & in eadem urbe cum mœrore omnium ſepultus eſt. Hunc poſtea Calliſtus Pontifex ejus nominis II. ob egregiam viri ſanctitatem pluribus aliis miraculis confirmatam Sanctorum catalogo adſcripſit. Ejus corpus ſepultum diu delituit ad annum uſque 1250. qun Obertus Epiſcopus in eadem invenit Cathedrali, & die 22. Maii alio io loco honorifice collocatum mira civium Potentinorum, finitimorumque populorum veneratione colitur. Gerardi meminit Martyrol. Roman. Ferrarius in Catal. Locatus in hiſtor. Placentio. Breviar. Placeotinæ Eccleſiæ, Petrus Maria Campus hiſtor. Placentin. Pontificum, aliique. Ejus Acta ſimplici ſtylo his verſibus comprehenduotur in veteri ejuſdem Sancti Officio, quod celebratur in Potentina Eccleſia.

*Venit ab Italia, Domino ducente, Gerardus,*
*Ipſe Placentinus civis placuit bene Chriſto;*
*Fitque Potentinus Doctor, ſic poſtea Præſul,*
*Eccleſiam rexit, dictando magnificavit,*
*Commiſſumque gregem egregie faciendo beavit.*
*Sobrius, ornatus, prudens, mitiſque, pudicus,*
*Pervigil, at ſolers, cautus, patienſque, benignus,*
*Cultor juſtitiæ, rectus, pius undique dignus*
*Lector, & aſſiduus Doctor, largitor egenis,*
*Præſentis vitæ dimiſſens lubrica caſtra*
*Terrea commutat Cœlo dum migrat ad aſtra.*
*Pro carnis pugna cœleſtem ſumere palmam,*
*Quod datur his focius, quod amicus crevit amicis*
*Congaudent, ægris ſubita venirnte ſalute,*
*Pelluntur morbi, febreſque fugantur acutæ;*
*Redduntur claudis greſſus, & lumina cæcis.*
*O lumen Patriæ, populi dux, gloria Cleri*
*Digneris precibus nos, ſancte Gerarde, tueri:*
*Illuſtra patriam, populum rege, protege Clerum;*
*Et tecum ſimus per ſecula cuncta dierum,*
*Cernentes pariter lumen de lumine verum.*

Porro vitam ejus conſcripſit Manfredus ejus diſcipulus, & in Pontificatu ſucceſſor, quam hic duximus exſcribendam ex veteri exemplari Poteotinæ Eccleſiæ.

Vita

lis menſæ ſunt ad mille & ducenta ſcutata pondere illius Provinciæ, taxa vero iu libris Fiſci Apoſtolici 100. florenorum. Series hujus Eccleſiæ Præſulum ſequens eſt, tamen elumbis, & jejuna cum illius monumentis deſtituti fuerimus.

I. 5 LEO Gravinenſis Epiſcopus in Concilio Pontigonenſi orationem dedit ſuper ingredientes apud Baronium anno ſal. 876. tom. 10.

( ,, *Pluries ibi nominatur Leo Epiſcopus, & enunciatur Apocriſarius, ac nepos Apoſtolici, at ibi n. 21. quem ſane hunc Gravinenſem eſſe non incongrue opinamur. Qui deinde ſucceſſerint uſque ad an. 1092. non habemus. Conſtat tamen ex mox enarrandis Pontificalem dignitatem deſiiſſe aliquando apud Gravinenſes, cum jam ſublatis Epiſcopalis menſæ opibus, deperditiſque Eccleſiaſticis redditibus ſuæ infulæ decorem non poſſet amplius tueri ſacrorum princeps. Stetit interim gregis hujus regimen apud Acheruntinum Archipræſulem, donec Unfridus è Normannorum genere Roberti Guiſcardi germanus frater, & Gravinæ Dominus, agnoſcens ob pauperiem hanc Epiſcopos deſeruiſſe Cathedram, pio, ſanctoque deſiderio flagrans eam ſuo Antiſtite decoratam videndi, Arnoldi Acheruntini Archiepiſcopi animum ſummis precibus perurſit, ut Gravinenſi ovili proprium paſtorem reſtituere dignaretur, prædiis, decimis, redditibuſque pro ejus ſubſtentatione attributis; quæ res quomodo, qualiterque feliciſſimè contigerit, narrat vetus monumentum, quod ex tabulario hujus Eccleſiæ hic tranſcribimus, à nobis ſuper faciem loci utcunte recognito.*

,, In nomine D.N. J.C. &c. Ego Unfridus filius, & hæres D. Aitardi Domini civitatis Gravinæ, dum nihil in hoc mundo firmum, nihil tutum, ſed omnia caduca, atque labentia ſæpiſſimè in anima mea volverem, me etiam viderem privatum bonis, quæ ad animæ meæ ſalutem pertinerent, eo quod ſecularibus curis, & mundanis deliciis nimium deditus pauca bona opera pro utilitate animæ meæ exercueram, cum Eccleſiam Gravinenſem diù orbatam paſtore perveni: quæ quamvis erat ſub regimine D. Arnaldi Acheruntinæ ſed s venerab. Archiepiſcopi, tamen ſuper illam pernimium dolui, eo quod viduata exiſtebat Antiſtite. Conſilio accepto à patre meo Aitardo, & à meis militibus, atque nobilioribus Gravinæ habitatoribus, me toto nixu hortantibus, ut Paſtor peteretur, legatos miſi ad præfatum Ven. Archiepiſcopum cauſa petendi Eccleſiæ Rectorem, qui tunc prorſus renuit dicens: Eccleſiam Gravinenſem non oportere Epiſcopali ſede fungi paupertatis tanto onere depreſſa, quod aliquis ſi in ea ordinaretur Epiſcopus, victum ſibi una die vix inveniret. Hoc audiens ab incœpto deſiſtere nolui, quoniam turpiter duxi cœpta relinquere. Diverſa inde cœpi cogitare. Demum mihi viſu eſt utile, quod ſi decimationem mearum rerum, presbyteros, Diaconos, Subdiaconos Gravinæ ordinatos, vel ordinandos, & omnia, quæ Epiſcopali jure attinent; nec non poteſtatem etiam homines affidandi prænominatæ Eccleſiæ concederem, atque id ipſum domino inſinuarem Archiepiſcopo, meique milites ſuarum decimationem rerum ſimiliter concederent, nobis Epiſcopum conſtitueret. Ad montem Peluſium illum adii, ſuppliciter, devoteque illum deprecans, ut Gravinam veniret, ibique de utilitate Eccleſiæ cum eo vellem habere colloquium: quod impetravi. Me autem Gravinam cum D. Archiepiſcopo veniente congregatis meis militibus, & aliis quamplurimis bonis hominibus, coram eodem D. Archiepiſcopo ſacramentario libro accepto meis propriis manibus pro remiſſione peccatorum meorum, & redemtione animæ meæ, meique patris, & matris, meorumque parentum per eumdem librum obtuli ſuper ejuſdem Eccleſiæ altare, & conceſſi in perpetuum cunctam integre decimationem no-

A ſtram frumenti, hordei, vini, monetæ, omniumque quatrupedum noſtrorum, & fructuum hortorum abſque ulla diminutione, meo fratre Aitardo, meiſque militibus præſentibus, cunctam ſuam decimationem ſimiliter concedentibus, & offerentibus. Conceſſi poteſtatem homines affidandi, quicumque ipſi Eccleſiæ ſe affidare voluerint; & ut Epiſcopus poteſtatem habeat hominibus Eccleſiæ judicem ordinandi. Volo etiam ut hoc inter Eccleſiam & nos ſit ſemper ſtabilitas, nec aliqua diſcordia inter nos oriatur. Videlicet ut ſi aliquis noſtrorum affidatorum à civitate Gravinæ exhabitaverit, & ipſam iterum aliquo tempore redire voluerit, Eccleſia non habeat poteſtatem recipiendi eum. Similiter ſi aliquis hominum Eccleſiæ fuerit exhabitatus à Gravina, & iterum illuc venire voluerit, non recipiemus eum; ſed affidatus Eccleſiæ ſicut antea fuerat. Conceſſi prædictæ Eccleſiæ molendinum, & furnum facere, ut molat, & coquat abſque ulla
B contradictione quibuſcumque potuerit. Conceſſi etiam presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos ordinatos, & ordinandos, ſed eos, quos cum filiis, familiis, & hæreditatibus, & omnibus eorum pertinentiis Gravinenſi Eccleſiæ in perpetuum donavi, bonum eſt denotare: ſcilicet Leonem presbyterum filium Sabari (*ſequuntur plurium presbyterorum nomina*) reliquos vero presbyteros, Diaconos, ſubdiaconos univerſos tam præſentes, quam futuros cum filiis, & omnibus, quæ acquiſierint, & integra omnia judicia, & compoſitiones, & foris facturas, & plateam, & bannum omnium hominum Clericorum, & laicorum, & plancam unam in macello Eccleſiæ perpetuo conceſſi. Ipſi etiam homines tam Clerici quam laici habeant licentiam arandi, & ſeminandi terras noſtras, & plantandi vineas, ſalvo jure noſtro. Sed Eccleſia, Epiſcopi, & Canonici ſine terratico ſemper laborent, ubi voluerint, terras noſtras, et plantent vineas ſine ali-
C quo reddit u vini, et non ſint ſub aliquo banno publici juris. Conceſſi etiam perpetuò omnibus hominibus ipſius ſanctæ Eccleſiæ poteſtatem ædificandi domos, & cavandi cryptas ſibi, & foveas in terris noſtris abſque ulla datione penitus, & gratuito. Omnia verò animalia eorum habeant communem herbam, & aquam per univerſas terras Gravinæ ſine aliqua affidatione, & impedimento, & ligna pro foco communia eſſe volumus; & ſtatuimus, ut omnes utilitates totius Gravinenſis terræ . . . tanquam noſtris propriis hominibus. Præterea conceſſi, & omnia animalia ſacri noſtri Epiſcopi ſemper habeant paſcua, ubicumque noſtra animalia paſcunt; & ut ligna incidantur in noſtris nemoribus, & inciſa deferantur ad utilitatem Eccleſiæ, & ad ædificationem domorum ejus, ac ulteriora, & omnia jura, quæ Epiſcopali honori pertinent, & omnia prӕſcripta Gravinenſis Eccleſię ſine mea, meorumque hæredum, vel ſucceſſorum contra-
D rietate, vel contradictione ſtabilivi, & perpetuo conceſſi. Quicumque hanc noſtram oblationem, & conceſſionem irrumpere tentaverit, duas libras auri puri Eccleſiæ exponat, & in antea etiam ab invito impleantur omnia prædicta. Ut autem hæc noſtra donatio inviolata, & integra permaneat, prædictus D. Archiepiſcopus noſtro rogatu, & voluntate, coram nobis, & coram clero, & populo Gravinæ extinctis cereis, & pulſatis campanis publice excommunicavit ſuper altare ipſius Eccleſiæ omnes illos, qui aliquo futuro tempore hoc noſtrum donum, & conceſſionem irrupetit, aut in aliquo diminuetit.

,, Et hoc præceptum taliter ſcripſit Sando Notarius noſtra juſſione, in quo ſignum ſanctæ Crucis noſtris propriis manibus inferius depixi, & noſtra bulla plumbea cum typario bullari feci anno ab Incarnationis Dom. N. J. Chriſti 1092.

Ego

„ menſe Decembris Indictione XV. A
„ † Ego Arnaldus Archiepiſcopus.
„ † Signum manus ejuſdem D. Unfridi.
„ † Signum manus D. Roberti filii ejus.
„ † Signum manus D. Aiſardi fratris ejus.
„ † Signum manus Ugonis filii D. Angotei.
„ † Signum manus Roberti filii Encardi.
„ † Signum manus Rogerii Infantis.
„ † Ego Johannes filius Zocoplani.
„ † Signum manus Guigerii.
„ † Simeon filius Reſi teſtis ſum.
„ † Ego Mazo Archidiaconus teſtor ita pleniter.
„ † Johannes Archipresbyter.
„ † Ego Papalco presbyter teſtor.
„ † Ego Simon judex ita novi.
„ † Ego Rodoſtonus teſtis.
„ † Ego Nicola Frumateta teſtis ſum.
„ † Hoc ſignum S. Crucis ſactum per manus Melæ filii Coleradi. *Lucentius.*)

II. 2 GUIDO, qui anno 1099. die 29. Septemb. interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli de Monte Caveoſo Acheruntinæ diœceſis, cujus etiam mentio anno 1123. in vita S. Gerardi Epiſcopi Potentini comprovincialis. B

III. 3 URSUS Gravinenſis Epiſcopus vivebat an. 1152. cum quo conſilium habuit Philippa Marchioniſſa de conſtruenda capella in ipſa Eccleſia Gravinenſi, ut in inſtrumento plenius continetur in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

IV. 4 ROBERTUS interfuit Concilio Laterano ſub Alexandro III. celebrato anno 1179.

( „ *Impetraſſe comprimus S. Cantuarienſis Pontificis, & martyris invictiſſimi Thomæ eam partem unius brachii, quam cubitum dicimus, & argentea theca incluſit ad formam brachii extructa, quæ hactenus in hujus Eccleſiæ ſacrarum reliquiarum theſauro aſſervatur, in ejus baſe hæc exſculpta verba leguntur:* Memento Domine famuli tui Roberti Gravinenſis Epiſcopi. *Fruſtulum ex oſſe abſciſſum fuit ab Epiſcopo Dominico Cennino, Cardinali de Aragona Neapolitano Proregi inſtantiſſime expoſcenti ut illud elargiretur. Cæterum dum in Romana Curia Pontifici gratiſſimus Robertus verſaretur, ibidem obiit, mortaleſque exuvias in Lateranenſi Baſilica ſepeliendas dimiſit. ut hujus Eccleſiæ acta produnt.* Lucentius.) C

V. 5 THOMAS Epiſcopus Gravinenſis temporibus Tancredi de Saii Comitis Gravinenſis erat an. 1189. de quo etiam mentio in tabulario Carthuſiæ Caprearum anno 1209.

( „ *Ab eodem Tancredo pro ſe, ſuiſque hæredibus hæc inter cætera profuſa largitate dona accepit Thomas, ut ex charta donationis.* Per hoc noſtræ authoritatis ſcriptum, deo dante, perpetuo valiturum conceſſimus, & donavimus eidem Eccleſiæ terras, quæ ſunt inter Vicum majorem, & Vallonem, qui deſcendit à fonte, qui dicitur de Cardaſca, & finibus deſignatur: primus ab Oriente curſus atque ipſius rivi majores, atque conjungitur inferius cum prædicto Vallone fontis Cardanæ: ſecundus à meridie, & de vallo D fontis Cardanæ uſque ad eumdem fontem, & ab ipſo fonte aſcendit ſuperius, quantum durat idem vallo, ſurſum vadens uſque ad planum in introitu ipſius Vallonis: tertius ab Occidente ſicut vadit, & rectè per planum ab introitu ipſius Vallonis uſque ad terras, quas laborat Raimundus Foliaminus: quartus à Settentrione olivis vallatus, qui eſt ſecus eaſdem terras Raimundi Foliamini, & deſcendit uſque ad fontem prædicti rivi majoris, ea ratione ut amodo in antea omni futuro tempore idem D. Epiſcopus, & ejus ſucceſſores habeant, teneant, & poſſideant, atque dominentur totas præſignatas terras à fine in finibus cum omnibus ſuis pertinentibus ad utilitatem, & commodum ipſius Gravinenſis Eccleſiæ franca ratione, faciantque in eis quidquid voluerint ſine noſtra, noſtrorumque hæredum, ſeù ſucceſſorum contrarietate, contradictione vel requiſitione &c. *His auctus donariis Thomas vitæ finem feciſſe ex hujus Eccleſiæ actis habetur an. 1215. eique proxime enumerandum ſucceſſiſſe monemur.*

„ *SAMUEL immediatus Thomę ſucceſſor regimen, vitamque produxit uſque ad annum 1244. Dum boni Paſtoris munus in locis ſibi ſubiectis exercet, in noviter exurgente oppido Altamura ſuæ diœceſis ſacræ primarię ædis ſub Invocatione S. Mariæ primum lapidem poſuit, eamque ad faſtigium deductam ſacravit, clerum ad normam inſignis collegiatę inſtruxit, inſtituto ibi Archipresbytero. Facti fidem regium Caroli II. regeſtum comprobat de anno 1300. & 1301. lit. B. fol. 156. in eoque ad quaſdam ſabortas lites juriſdictionales inter plures articulos ſequentes adſtipulantur.* Item quod eo tempore, quo fuit conſtructa terra Altamuræ Epiſcopus Samuel, qui tunc erat Epiſcopus Gravinenſis, fecit fundari Eccleſiam S. Mariæ de Altamura, & benedixit primum lapidem, & poſuit in fundamento Eccleſiæ tanquam Epiſcopus diœceſanus ipſius loci. Item quod dictus Epiſcopus Samuel ſtatim quod fuit conſtructa dicta terra Altamuræ, & fundata ipſa Eccleſia S. Mariæ inſtituit ibi Archipresbyterum D. Dominicum Seriem de Gravina tunc habitantem Altamuræ tanquam Epiſcopus Ordinarius ipſius loci &c. *Viſitur etiam nunc in ſacrario Eccleſiæ Gravinenſis crux argentea, in cujus ſinu de reliquiis includuntur SS. Innocentium, nec non aliorum SS. Clementis, Fabiani, Innocentii, Coſmæ & Damiani, Blaſii, & Baſilii, qui omnes famulantur fruſtulo de de ligno Dominicæ crucis ibidem coruſcanti: inque ea leguntur inciſa hæc verba.* Memento Domine famuli tui Samuelis Gravinenſis Epiſcopi. VI.

„ *PANTALEON Samueli ſuffectus ex diptycis hujus Eccleſiæ; deceſſit 1256.* VII.

„ *JACOBUS de Taranto ſubſequitur ex eodem albo, de quo ad confirmationem diœceſani juris ſuper oppidum Altamuræ hæc plura leguntur in allegato regeſto Caroli Regis:* Item quod dictus D. Dominicus Archipresbyteratum dictæ terræ Altamuræ ex inſtitutione dicti Epiſcopi (*Samuelis*) & per 16. annos & amplius pacificè, quietè, & communiter habitus fuit pro Archipreſbytero ejuſdem Eccleſiæ. Item quod poſtea D. Dominicus renunciavit dictum Archipreſbyteratum tum in manibus D. Jacobi de Taranto tunc Epiſcopi Gravinenſis tamquam Ordinarii, & diœceſani ſui; & idem D. Jacobus, recepta dicta renunciatione, inſtituit ibi Archipreſbyterum D. Gverrerium Canonicum Gravinenſem tamquam Epiſcopus, & Ordinarius ipſius loci &c. *Ex his tum Jacobi præſulatus tempus, tum Epiſcopi Gravinenſis ordinarię juriſdictionis ſuper Altamuræ terram firmiſſimum judicium ſatis commendatum habemus. Et deinceps ex iiſdem innoteſcit ab hujus Epiſcopatus munere ceſſaſſe per depoſitionem Jacobum an. 1266.* Item quod ſtatim poſt adventum b. m. D. Regis Caroli I. vacavit Cathedralis Eccleſia Gravinenſis per ſexdecim annos, & plus per depoſitionem D. Jacobi de Taranto, qui fuerat Epiſcopus Gravinenſis &c. *Cæterum ſi etiamnum tenebris involuta deliteſcunt incommoda, quæ tam eruperint, ut longo annorum decurſu Paſtore orbatus fuerit Gravinenſis grex.* Lucentius.) VIII.

6 PETRUS an. 1285. forſan ille qui ex Monacho Caſinenſi factus eſt Gravinenſis Epiſcopus, cujus obitus memoratur in Emortuali Caſinenſis Eccleſiæ in hæc verba. *6. Kalend. Decembris obiit Petrus Epiſcopus Gravinenſis & Monachus Caſinas.* Eo ipſo anno 1283. vacabat Eccleſia Gravinenſis. IX.

( „ *PALMERIUS ex monumentis hujus Eccleſiæ obiit 1286.* X.

„ *Fr. NICOLAUS de Madia, Potentinus civis, Ordinis Prædicat. præfuit poſt Palmerium, fatoque ceſſit 1291. ex iiſdem monumentis.* XI.

JOAN-

Digitized by Google

XII. „ *JOANNES devixit ex eodem tabulario an. 1294*
„ Lucentius. )

XIII. 7 JACOBUS ſucceſſit Petro *a*; vixit ſob Carolo II. Rege Neapol. cujus io Regeſt. anoo 1283. fol. 139. hojuſmodi extat memoria. (1) *Pro parte venerab. Patris Jacobi Epiſcopi Gravinenſis fuit querelæ expoſita quod intentata lite inter eum, conſanguineos & familiares ſuos ex parte una, & Theodorum militem, die Dominico 16. menſis Junii proximi præteriti dum prædict. Epiſcopus circa horam tertiam eſſet in majori ſua Eccleſia; miles prædictas Miſſam audiens, Franciſcus gener prædicti Theodori, & Nicolaus filius Judicis Franciſci, ut nonnulli eorum complices armati armis prohibitis egredientes de domo dicti Theodori intrarunt in Eccleſiam, & ubi erat Epiſcopus ante altare cum lancea & aliis armis prohibitis irruerunt in Epiſcopum, &c. Mandat Rex Capitaneis Gravinæ, ut coercerentur prædicti facinoroſi homines*, &c. Idem Jacobus ſcripſit decreto tranſmutationis ritus Eccleſiæ Acheruotioæ de obedientia habenda Metropolitano Acheruntino à ſuffraganeis cęteriſque Prælatis Acheruntinæ provinciæ die Nativitatis Beatiſſimæ Virginis, quæ antea habebatur in feſto s. Canioois Acheruntinæ urbis Protectoris: hoc factum eſt anno 1302. Gentile Urſino Acheruntinæ Eccleſiæ adminiſtratore, cujus decreto ſubſcripſeruot alii ſuffraganei, ut ſupra retulimus. Jacobi item memorat Neap. Reg. ann. 1306.

a Joanni.

XIV. 8 FRANCISCUS cujus unica memoria reperitur in Regio Archivio Neapol. anno 1311. („ *Obiiſſe enunciat Gravinenſe tabularium an.* 1318.

XV. „ *NICOLAUS ex eodem tabulario Franciſci ſucceſſor deſiit eſſe* 1335. Loceotius. )



XVI. 9 RICHARDUS Caracciolus Neap. ex ea Caracciola ſamilia dicta Carnecchia, cujus inſignia ſunt ſuperius allata, hujus Eccleſiæ Epiſcopus obiit anno 1343. Surreoti, ubi jacet io Eccleſia s. Fraociſci, cum hoc epitaphio.

*Hic jacet venerab. vir Dom. Richardus Caracciolus divina miſeratione Epiſcopus Gravinenſis, qui obiit anno M.CCCXLIII. menſis Madii xi. Indict. cujus anima cum miſericordia Dei requieſcat in pace.*

XVII. 10 Fr. ANDREAS Peroſinus Ord. Minorum alumous demortuo Richardo ſuffectus eſt à Clemente VI. anno 1343. 3. Nonas Septembris in Regeſt. Vatic. epiſt. 187. ann. 2. Exceſſit Andreas anno 1345.

XVIII 11 Fr. TANCREDUS de Auleta ejuſdem Ordinis ſucceſſit prid. Idus Martii 1345. Clemeotis VI. an. 4. ita in Reg. Vat. epiſt. 62. fol. 49.

XIX. 12 BERNARDUS de Coccio de Limoſano Canonicus Piſanus, in demortui Tancredi loco ſucceſ-

A ſit 5. Kalend. Februar. ann. 1349. à Clemeote VI. ad hanc dignitatem evectus ann. Pontif. 7 ut io Regeſt. Vatic. ep. 208. fol. 98. Obiit eodem anno, vel initio ſequentis.

13 Fr. JOANNES de Gallinario Ord. Minorum eligitur ab eodem Clemente VI. per obitum Bernardi 6. Kalend. Junii anno 1350. ex Reg. Vatic. ep. 17. fol. 39. de quo meotio in mooumentis Carthuſiæ Caprearum ann. 1364. XX.

(„ *Joannæ I. Reginæ à confeſſionibus ab eadem*
„ *privilegio donatus fuit confirmationis omnium ju-*
„ *rium, & conceſſionum ſuæ Eccleſiæ, his notatus*
„ *titulis:* pro parte venerab. Patris Joannis nooc
„ Epiſcopi Gravinenſis Eccleſiæ, Capellani, &
„ Cooſeſſarii noſtri dilecti &c. *Lucratius*. )

14 LUCIANUS Epiſcopus Gravinenſis bonæ mem. vocatur in Reg. Urbani VI. an pont. 7. fol. 112. 20. Decemb. ubi fit etiam meotio Andreæ de Gravina ejus fratris. XXI

15 PHILIPPUS ſub Urbano VI. hac ſede potitus, & adminiſtrator monaſterii s. Laurentii Ordinis s. Benedicti Tudenſis diœceſis erat anno 10. ejuſdem Urbani Pontif. qui fuit ſalutis 1388. Non. Aprilis; tranſlatus deinde eſt ad Hydruntinum Archiepiſcopatum anno 1395. à Bonifacio IX. ut in l. ſolut. Prælat. XXII.

B

16 Fr. FRANCISCUS Bonaccurſi Ordin. Minorum anno 1395. à Bonifacio IX. fuit adlectus Gravinenſis Epiſcopus die 16. Aprilis, & ab eodem in inſulis Sardiniæ & Corſicæ deputatus Apoſtolicæ Sedis Nuncius, & hæreticæ pravitatis Inquiſitor, deinde Accienſis Eccleſiæ in Corſica adminiſtrator, abſente Raymundo illius Eccleſiæ Epiſcopo, de cujus vita, vel obitu per decennium veridica relatio haud haberi potuit, inde factus eſt ejuſdem Eccleſiæ Accienſis Epiſc. ut in lib. ſolut. habetur. XXIII

17 ANTONIUS de Ruſſis Sueſſanus Epiſc. Guardienſis transfertur ad Eccl. Gravinenſem à Bonifacio IX. ann. 1400. die 3. Id. Octob. ſedit ann. 2. & ad Ioſulanam Eccleſiam tranſlatus eſt ann. 1402. XXIV

C

18 ROGERIUS de Longobardis, Gravinenſis, Rector Eccleſiæ S. Mariæ Novæ de Gravina, patriæ fuit adlectus Epiſcopus ann. 1402. *b* die 2. Non. Januarii pontif. 13. Bonifacii IX. Ex Longobarda ſamilia hodie vivit Fr. Franciſcus Calaber Ord. Minimorum doctus & eruditus amicus ooſter, qui S. Franciſci de Paula Epiſtolas ona cum eruditiſſimis notis in lucem emiſit. („ *Deceſſit* 1411. ) XXV

b 1401.

19 Fr. HENRICUS Daſmani Ordio. Minorum factus eſt hujus Eccleſiæ adminiſtrator die 18. Octob. 1411. an. vero 1420. 4. Kalend. Maii electus eſt Epiſcopus, ita in Act. Conſiſt. Martini V. Papæ. XXVI

(„ *Fr. Henricus Daſmaris Ord. Minorum factus*
„ *eſt Epiſcopus per obitum Rogerii 16. Octob. 1411. ut*
„ *habetur ex Actis Conſiſtor. Joannis XXIII. Verum*
„ *cum is non feciſſet literas expediri infra debitum*
„ *tempus, idem Joannes Pontifex hanc Eccleſiam*
„ *in adminiſtrationem dedit Manfredo Archiepiſco-*
D „ *po Acheruntino an. 1414. Succedens deinde Marti-*
„ *nus V. iterum eumdem Fr. Henricum providit de*
„ *hac Eccleſia; & ſucceſſivè cum idem Fr. Henricus*
„ *non feciſſet litteras expediri, revocata hujuſmodi*
„ *proviſione, in adminiſtrationem dedit cuidam Fr.*
„ *Ord. Prædicat. qui ſimiliter cum litteras expedire*
„ *non feciſſet, caſſata ejuſdem adminiſtratione, con-*
„ *ſiderans Gravinenſem Eccleſiam ſic vacantem, &*
„ *paſtore viduatam, eidem providit de perſona pro-*
„ *ximè enumeranda, ut hæc omnia adſtipulantur in*
„ *actis Conſiſtor. Martini V. à nobis attente conſide-*
*ratis*,

(1) Hæc recitat Ughellus ex regeſto an. 1283. ſed error in anno, cum nonniſi poſt Joannem Jacobus hac ſede fulſerit. De eo in præfato regeſto ſæpius agitur an. 1303. 1304. & 1305. cum de novo actum eſſet de jure ordinationis Gravinenſis Epiſcopi ſuper Altamuram terram: in illiſque tota habentur à rege Carolo jura omnia decimarum, largitionum, & conceſſionum Gravinenſis Eccleſiæ, & à Rege hiſce verbis Jacobus enunciatur: *Sane venerab. Pater Fr. Jacobus Gravinenſis Epiſcopus dilectus, & fidelis noſter &c.* Ex hoc ex præmiſſa nota *Fr.* eliciunt Religioſum virum Clauſtralis inſtituti fuiſſe eumque vel Franciſcani, ſeu Dominicani Ordinis: poterat etiam eſſe Monaſtici, cum tunc temporis Monachi omnes hac vocula Fr. præmiſſa advocarentur, & invicem ſe ſalutarent, inſcriberentur publicis in quibuſvis monumentis. Cæterum cum Carolus Rex in commodum celeberrimæ Eccleſiæ Collegiatæ S. Nicolai de Bario eidem plures Eccleſias, & beneficia omnia curata à Bonifacio Papa VIII. hujus auctoritate evulſa eſt à diœceſano jure Gravinenſis Epiſcopi Terra Altamuræ an. 1300. ejuſque conventus, & bona obvenire voluit Barenſis Eccleſiæ s. Nicolai Theſaurario ab eodem Carolo inſtituto, ut ex diplomate aſſervato in archivio præfatæ Eccleſiæ, & [illegible] à Bentillo in vita s. Nicolai, de quo etiam regiam regeſtum Caroli II. Quod Pontifice Bonifacio peregit, confirmavit deinde Clemens V. reclamante ſemper Gravinenſi Epiſcopo, donec per iam concordatis quies inter partes claruit anno [illegible], ut ſuo loco enarrabimus. *Lucentius*.

XXVII. „ *ratis, & ut recitavimus perlectis.*
„ *JOANNES Robertus, Gravinenſis Eccleſiæ Archidiaconus, à Martino Papa ad ejuſdem Cathedram aſſumptus 13. Kalend. Junii 1429. Hinc purior hæc ſeries deducenda ab Henrico Daſmaris ad hunc Joannem, qui in hac dignitate quandiu ſteterit incompertum. Ex documentis tamen Gravinenſis Eccleſiæ aliquamdiu ejus regimen uti adminiſtrator ſuſtinuiſſe liquet jam ante enumerandum Marinum.*

XXVIII „ *MARINUS Urſinus, Domicellus Romanus, dum eſſet Archiepiſcopus Tarentinus ab an. 1445. uſque ad noviſſimum vitæ ſuæ Chriſti annum 1471. hanc adminiſtraſſe Eccleſiam compertum habemus ex Gravinenſi Archivo, ubi plures ab ipſo factæ Eccleſiaſticæ proviſiones leguntur.* Lucentius.)

20 GERARDUS *a* obiit ann. 1429. Eugenio IV. ſedente.

*a Hic nunquam fuit.*

21 Fr. HENRICUS *b* Ord. Minorum hanc eandem Sedem eſt aſſequutus 5. Id. Martii 1429. per obitum Gerardi.

*b Hic idem cum ſuperiori.*

XXIX 22 JACOBUS de Appiano ex Plumbini Dominis, Emanuellis, & Cæliæ Aragoniæ filius, eligitur à Sixto IV. Gravinenſis Epiſcopus Kalend. Febr. ann. 1473. Fato functus eſt ann. 1482. De Appiana familia legendus Ammiratus.

(„ *Hunc Jacobum conſecraſſe principem aram Beneventanæ Cathedralis die 14. Novemb. 1473. deſumitur ex ſeptima Synodo diœceſana eminentiſs. Archiepiſcopi Urſini: & ex Gravinæ documentis habetur ex Primicerio Beneventanæ Metropolis ad hunc gradum aſcendiſſe: qui etiam pergratus Ferdinando I. Regi Neapolitano ab eodem pro ſua Eccleſia omnium bonorum confirmationem adeptus eſt an. 1478.* Lucentius.)



XXX 23 MATTHÆUS de Aquino *c* Neapolitanus ad hanc ſedem evectus 14. Kalend. Septemb. anno 1482. Sedit an. 27. tranſlatuſque deinde eſt ad Lycienſem Eccleſiam die 8. Feb. 1508.

*c De hujus familia Campanilis de Famil. Neapol. p. 215. Mandoſ.*

XXXI. 24 Fr. ANTONIUS Brancatus Neapolitanus, origine Hiſpanus, Ord. Prædicatorum, vitæ puritate, omniumque ſcientiarum genere exornatus à Julio II. creatus Gravinæ Epiſc die 8. Febr. an. 1508. vixit in ea dignitate piè ac ſanctè, populum ſibi commiſſum verbo & exemplo inſtituit, fuitque Eccleſiaſticarum ceræmoniarum ſtudioſiſſimus: mortuus eſt ut vixerat an. 1518. Neapoli, & ex humilitatis virtute in communi fratrum ſuorum oſſuario apud Eccleſiam S. Dominici condi voluit.



XXXII. 25 LUCAS de Raynaldis Clericus Capuanus Antonio ſucceſſor datus eſt die 1. Decemb. 1518. Mortem obiit an. 1552.

XXXIII. 26 JOANNES ANGELUS Peregrinus, Fundanus civis, & Epiſcopus ad hanc eandem Sedem tranſlatus eſt die 14. Decembr. 1552. obiit ann. 1568.

XXXIV. 27 FRANCISCUS Boſius *d* Mediolanenſis Gravinenſis Epiſcopus creatus eſt 2. Auguſt. 1568. ubi ſedit plus minus ann. 6. tranſlatuſque eſt ad Novarienſem, *e* mox ad Peruſinam Eccleſias, ubi plura de hoc laudatiſſimo Præſule diximus tom. 1. & 4.

*d De eo Piccinellus in Athen. Liter. Mediol. p. 205. Mandoſ.*

*e A Peruſinam, inde ad Novarien.*

XXXV. 28 ASTOR Paganellus Camers electus die 10. Maii 1574. nondum à ſua adminiſtratione completo anno interiit.

XXXVI. 29 IULIUM Riccium Firmanum antea Epiſcopum Muranum Gregorius XIII. Pontifex ad Gravinenſem evexit Epiſcopatum die 4. *f* Maii 1575. & poſt annos ſex eidem Aprutinenſem dedit Eccleſiam. Vide tom. prim. in illius Eccleſiæ Epiſcoporum ſerie.

*f Die 17. Maii.*



XXXVII. 30 ANTONIUS MARIA Manzolus, nobilis Mutinenſis, origine Florentinus, ex cujus familia floruit B. Lucas Ord. Humiliatorum Epiſcop. Feſulanus, & Romanæ Eccleſiæ Presb. Card. a Gregorio XIII. creatus, hac die 27. *g* Septembris 1581. renunciatus eſt Gravinæ Epiſcopus, ubi cum per annos fere undecim ſediſſet, tædio, ac ſenio affectus liberè onus dimiſit an. 1593. ſub Clemente VIII. ſub quo Romæ vale dixit huic mortali ſæculo, & in Eccleſia Sancti Sylveſtri ad Campum Martium in ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat, humatus eſt, cum hac inſcriptione.

*g Die 12. Septemb. 1581. ex Actis.*

*Antonius Maria Manzolus*
*Mutinenſis, Epiſcopus Gravinenſis*
*adhuc vivens locum*
*hunc ad perpetuam*
*ſuam requiem ſibi conſtituit*
*anno M. DLXXXXVI.*
*Menſe Junii.*



XXXVIII. 31 VINCENTIUS deinde Juſtinianus *h* Patritius Genuenſis a Clemente VIII. Pontifice Gravinæ præficitur die 2. Auguſt. anno 1593. Natus eſt Vincentius in inſula Chii Jo. Baptiſta & Violante Juſtinianis parentibus anno 1550. qui à pueto

*h De eo Oldoinus in Athen. Liguſtico & Juſtinianus de Gubernat. Tiburt. p. 199. Mandoſ.*

cum amœniores litteras avidius imbibiſset, dum ad nobiliora ſtudia anhelaret, ex Solimano Turcarum Imp. tyrannide, qui eam inſulam ſuæ ſubjecit poteſtati ann. 1566. deturbatus, cum M. Antonio germano fratre poſtea Genuæ Senatori graviſſimo, antiquam patriam repetiit, mox Taurinum adiit, vitam acturus apud Angelum Juſtinianum Epiſcopum Gebennenſem Chriſtiani orbis clariſsimum decus & lumen. A patruo benignè receptus, virtutibuſque omnibus excultus, poetica inde laude, & linguarum peritia excelluit, mox legalibus ſtudiis operam dedit, & Laureatus evaſit anno 1581. ob quas animi dotes cum Romam veniſset Sixto V. Pontifici charus fuit, a quo Tyburtinæ civitatis Præfectus declaratus; quo in munere adeo ex fide verſatus eſt, ut præ omnibus, qui huic muneri tunc incumberent, laudem tulerit potiorem, ut in cuſa oratione ſcribit Joſeph Martius Tyburtinus. Idem deinde Sixtus ad ſupplendas vices Benedicti Card. Juſtiniani gentilis ſui in legatione Marchiæ illum promovit. Clemens VIII. Epiſcopum Gravinæ creavit, ad quam Eccleſiam bene regendam ſtatim omnibuſque curis abdicatis ſe contulit, & in omni pietate regendam ſuſcepit. Immunitatem Eccleſiaſticam coluit ac qui maxime, adeoque in ea conſervanda pervigil, ac dexter fuit, ut aliquando gliſcente lite cum Regiis miniſtris, Eccleſiæ ſuæ jura illibata ſervaverit, & Proregis Neapolitani promeruerit gratiam. Mores Clericorum caſtigavit. Seminarium inſtituit, cui redditus neceſsarios attribuit, Canonicorumque cenſus auxit. Conſervatorium puellarum (Capuccinellas vocant) ædificavit, ubi ad omnem pietatem ſupra ſeptuaginta aluntur virgines. Acheruntinam, Materanamque Eccleſias Apoſtolicus Commiſsarius ſedulo viſitavit, ſuaque prudentia litem inter Cleros compeſcuit, æquaque lance munus ſibi commiſſum abſolvit, & litem ad Romanam Curiam remiſit terminandam. Extra Gravinam B. Virginis Gratiarum templum condidit forma, & ſtructura nobile, ubi inſcriptio.

*S. M. Gratiarum,*
*& Matri Virgini Deiparæ*
*Vincentius Juſtinianus Januenſis,*
*Epiſcopus Gravinenſis*
*à fundamentis erexit.*
*M DCII.*

Sed quod ad ejus in populum pietatem attinet, adhuc memoria viget, illum in pauperes bona, quæ ſupererant, aliquando etiam ex neceſsariis, liberali manu diſpenſaſse, adeo ut pater pauperum, norma virtutum, Præſulum exemplar dictus & habitus ſit. Cujus prudenriam, laudem ingenii, doctrinamque non tacuit Vincentius Brunus in Theatro inventarum rerum. Ferunt plura tum pietatis ſacra, tum politioris litteraturæ monumenta ſcripſiſse; quæ cum a ſpoliorum Commiſsariis eo defuncto per ſummam inſcitiam deperdita fuiſsent, cùm pro auro, argentoque, quæ ipſe vivens in pauperes diſperſerat, plura Mſſ. ejus ingenii monumenta inveniſsent, furente avaritiæ indignatione, indigne projecere in ignem. Viginti duos annos huic Eccleſiæ cum laude, cumque animarum fructu, & jucunditate præfuit, innocentis vitæ vir, cum illis priſcis Eccleſiæ Præſulibus comparandus, ſpiritum exhalavit die 3. Octobris anno 1614. Paulo V. ſedente, nec ſine Cleri, populorumque lachrymis: defuncto in Cathedrali contigit ſepulchrum cum hac inſcriptione, ut pii Præſulis memoriam Gravinenſes propriis uſurparent oculis.

*Vincentio Juſtiniano Genuenſi ex Condeminis Chii Epiſcopo Gravinenſi, viro & morum ſuavitate, integritateque inſigni, & ſcientiarum omnium, maximè utriuſque prudentiæ erudiſſ. qui in Anconitana primum Marchia Ill. Card. Juſtiniani legati Viceſgerens, cui erat conjunctiſſimus, deinde hujus Eccleſiæ, cui per annos xxii. magna cum laude præfuit, libertatem, juriſdictionemque qua prudenter auxit, qua accerrime defendit, Cives, exteroſve conſilio fideliter adjuvit; Urbem hanc, quam plurimis ædificiis, Eccleſiis, Seminario, orfanarum Puellarum Collegio illuſtravit; Patriæ Patri, pauperumque (quorum erat apprime beneficentiſſimus) Heroico perpetuo Capitulum, & Clerus defenſori ſuo, Antiſtitique meritiſſimo mœrens grati animi Monumentum poni curavit. A. D. M. DCXIV. Obiit iii. Octob. ætatis ſuæ lxiv.*

31 Fr. AUGUSTINUM Ordinis Minorum Juſtinianus habuit ſucceſsorem die 24. Novemb. 1614. obiit 1623. XXXIX

(„ *Fr. Auguſtinus Caſſandra è Caſtro Fidardo Ord.*
,, *Min. Conventualium ad hanc ſedem aſſumitur 24.*
,, *Novemb. 1614 Muneri ſuo integerrimè incumbens,*
,, *quæ diſpoſuit deceſſor Juſtinianus, ex fide impleri*
,, *ſtuduit; & ipſe ejuſdem virtutum æmulus popu-*
,, *lum ad pietatem ut enutriret, in honore Virginis,*
,, *martyriſque Cæciliæ Templum erexit, quod jam*
,, *fere collapſum reparavit modernus Epiſcopus Fr.*
,, *Marcellus de Cavaleriis. Sed cum pervigil jura ſuæ*
,, *Eccleſiæ conſervare nititur, duriores recruduere*
,, *lites Altamurani Cleri, populique, adeout & lo-*
,, *cus interdicto, plures ex principalioribus Anathe-*
,, *mati, & ipſe Archipresbyter Romano carceri inclu-*
,, *ſus fuerit. His denique terminandis per viam con-*
,, *cordati prodiit, quod exhibemus, Apoſtolicum di-*
,, *ploma.*
,, Gregorius PP. XV. ad perpetuam rei memoriam.
,, Decet Romanum Pontificem in ſupremo mili-
,, tantis Eccleſiæ ſolio, & Apoſtolicæ poteſtatis
,, plenitudine per inſcrutabilem divinę providen-
,, tiæ ſapientiam conſtitutum, ea, quæ pro ſedan-
,, dis differentiis inter perſonas quaslibet, præſer-
,, tim Pontificali, & aliis dignitatibus Eccleſiaſt.
,, conſpicuas vertentibus facta, & per S. R. E. Car-
,, dinales in partem ſollicitudinis Apoſtolicæ voca-
,, tos approbata fuerunt, quò firmius, & inviola-
,, bilius ab omnibus, quos ea concernunt, obſer-
,, ventur, Apoſtolicæ confirmationis robore com-
,, munire, prout perſonarum, rerum, & tempo-
,, rum qualitatibus debitè penſatis conſpicit ſalu-
,, briter in Domino expedire. Cum itaque, ſicut
,, accepimus, inter venerabilem fratrem Ulpianum
,, Archiepiſcopum Theatin nunc Epiſcopum No-
,, varien. ac Datarium, & Prælatum noſtrum do-
,, meſticum, ut à fel. rec. Paulo Papa V. prædeceſ-
,, ſore noſtro deputatum, & uti venerabilis, e-
,, tiam fr. Auguſtini Epiſcopi Gravinenſis Procu-
,, ratorem ex una, nec non dilectum filium Joan-
,, nem Baptiſtam Migliorinum Regium in Regno
,, Neapolis Conſiliarium, & dilecto filio noſtro
,, Antonio tituli Sanctæ Balbinæ Presb. Cardinale
,, Zapata nuncupato, dicti Regni Prorege ad Ro-
,, manam Curiam pro componendis, & terminan-
,, dis differentiis juriſdictionalibus, ac in ſpecie
,, controverſiis inter dictum Auguſtinum, ac dile-
,, ctos filios Archipresbyterum, & Clerum oppidi
,, Altamuræ nullius diœceſis Provinciæ Acherun-
,, tinę vertentibus, & nonnullis aliis negotiis deſti-
,, natum ex altera parte, infraſcriptę conventio-
,, nes, reſervato noſtro, & Sedis Apoſtolicę bene-
,, placito ſtabilitę, & per venerabiles fratres no-
,, ſtros S. R. E. Cardinales negotiis dicti regni hu-
,, juſmodi prępoſitos approbatę fuerunt tenoris
,, ſubſequentis. Videlicet:
,, 1 Che l'Arciprete ſuddetto poſſa ritornare alla
,, ſua reſidenza, ed eſercitare il ſuo carico, ed à
,, queſto effetto ſi aſſolva dalle cenſure, e gli ſi levi
,, la ſuſpenſione.
,, 2 Che la giuriſdizione, e cognizione delle cauſe
,, civili, criminali, e miſte aſpettanti al foro Eccle-

ſia-

,, ſiaſtico in Altamura ſia dell'Arciprete ſuddetto, A
,, o ſuo Vicario, e non d'altri.
,, 3 Che l'approbazione de Confeſſori così ſeco-
,, lari, come regolari ſpetti all'Arciprete.
,, 4 Che s'alzi, e levi l'interdetto poſto in detta
,, Città, ſi reſtituiſcano i Sagramenti, ed ogni al-
,, tra coſa nel ſtato, nel quale ſi ritrovavano prima,
,, che foſſe poſto l'interdetto, ed ancora i Sagra-
,, menti trasferiti nelle Chieſe de' regolari, così
,, fù fatto ultimamente.
,, 5 Che ſi aſſolvino tutti i ſcommunicati, come
,, Eccleſiaſtici, come ſecolari, imponendo loro ſem-
,, plici penitenze ſalutari.
,, 6 Che gli huomini di eſſa Città per ricevere la
,, prima tonſura, e gli ordini così minori, come
,, maggiori, ſiano obligati andare da Monſignor
,, Veſcovo di Gravina, come più vicino ordinario,
,, ed il medeſimo faccia le dimiſſorie, quando oc-
,, correrà loro pigliare gli ordini ſuddetti da altri
,, Veſcovi per aſſenza del ſuddetto Monſig. nè in
,, queſto poſſa l'Arciprete pretendere coſa alcuna, B
,, benche minima.
,, 7 Che la conſecrazione delle Chieſe, degli Al-
,, tari, Creſime, ed altre funzioni Epiſcopali in
,, Altamura ſpettino tutte al ſuddetto Monſignore
,, Veſcovo di Gravina, e non ad altri.
,, 8 Che in dar licenza d'eſtraere i delinquenti
,, dalle Chieſe, e dichiarar ſe ſono in caſo d'eſſer
,, dati alli Giudici ſecolari, ſi oſſervino le coſtitu-
,, zioni Apoſtoliche.
,, 9 Che il medeſimo Monſig. Veſcovo di Gravi-
,, na poſſa, come delegato Apoſtolico viſitare le
,, Chieſe di detto luogo, e loro ſervizio, li SS. Sa-
,, cramenti, e la loro amminiſtrazione, e non per
,, queſto poſſa far proceſſo di ſorte alcuna, nè cono-
,, ſcere cauſe civili, nè criminali, mà ſolo ſecondo
,, la forma preſcritta dal Sacro Concilio di Trento,
,, provedere, e correggere eſtragiudicialmente quel-
,, li, che hanno carico di amminiſtrare i ſuddetti
,, Sacramenti, e che averanno commeſſo errore, e
,, mancamento nell'amminiſtrazione di eſſi, e che C
,, quando occorrerà al medeſimo Monſig. di andare
,, ad Altamura per queſto effetto, non vi ſi poſſa
,, fermare più di dieci giorni al più, a ſpeſe parte
,, del Clero, riſpetto alla procurazione della viſi-
,, ta, e parte dell'univerſità, per riſpetto di confe-
,, rire il Sacramento della Confirmazione, non le-
,, vando per queſto la facoltà all'Arciprete di viſi-
,, tar le ſue Chieſe jure ordinario, ogni volta che lo
,, ſtimerà neceſſario.
,, 10 E perche il Sacro Concilio di Trento ordi-
,, na, che ſi faccia la viſita una volta ogni anno,
,, convengono le medeſime parti, che la ſuddetta
,, viſita ſi faccia ſolamente una volta ogni due an-
,, ni, e che di queſto ſi ſupplichi la Santita ſua a con-
,, tentarſene, per eſſer contro la diſpoſizione del
,, Sacro Concilio medeſimo.
,, 11 Che nel reſto Monſig. Veſcovo ſuddetto non
,, poſſa intrometterſi in coſa alcuna nè contro il
,, Clero, nè contro il Popolo d'Altamura, eccet-
,, tuatene però ſempre le cauſe del Santo Offizio, D
,, le quali toccano al medeſimo Veſcovo, e piaccia
,, a Dio, che non ve ne ſucceda mai alcuna.
,, Nos, ut conventiones prædictæ ſublatis qui-
,, buslibet obſtaculis, ſuum ſortiantur effectum
,, quantum cum domino poſſumus, providere vo-
,, lentes, ac ſingulares prædicti Auguſtini Epiſco-
,, pi, nec non Archiepiſcopi, & Cleri prædicto-
,, rum perſonas a quibuſvis excommunicationis,
,, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſti-
,, cis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab
,, homine latis quavis occaſione, vel cauſa, ſi qui-
,, bus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum
,, præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie
,, abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, & eo-
,, rumdem Cardinalium conſilio, conventiones
,, præinſertaſque hujuſmodi, omniaque ac ſingula
,, in eis contenta authoritate Apoſtolica, tenore
,, præſentium perpetuo approbamus, & confirma-
,, mus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis Apoſto-
,, licæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, &
,, ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnita-
,, tum quarumcumque de jure, uſu, vel conſuetu-
,, dine, aut alias quomodolibet requiſitarum, & ne-
,, ceſſariarum, ac quoſvis alios etiam quantumvis
,, ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodoli-
,, bet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel cen-
,, ſeri poſſint, in eiſdem ſupplemus. Decernentes
,, eaſdem conventiones, ac omnia, & ſingula in
,, eis contenta hujuſmodi perpetuo valida, & ef-
,, ficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios & inte-
,, gros effectus ſortiri, & obtinere, ac tam prædi-
,, cto Auguſtino Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus
,, Eccleſiæ Gravinen. Præſulibus, ſeù adminiſtra-
,, toribus, ac Archipresb. & Clero prædictis pro
,, tempore exiſtentibus, aliiſque intereſſe haben-
,, tibus, ſeù habere prætendentibus, ac quibuſvis
,, aliis, ad quos nunc quomodolibet ſpectat, &
,, ſpectare poterit in futurum, perpetuo, firmi-
,, ter, & inviolabiliter, ac cum effectu obſervare,
,, & adimplere debere, neque ab illis, ſive illorum
,, quolibet ullo unquam tempore nec conjunctim,
,, nec diviſim ſub quovis prætextu, colore, vel
,, ingenio reſiliri, vel recedi, nec aliquid adverſus
,, omnia, & ſingula in prædictis conventionibus
,, contenta dici, opponi, retractari, replicari, aut
,, reſtitutionem in integrum peti, vel impetrari ex
,, quavis cauſa, capite, ingenio, & quæſito colo-
,, re etiam quantumvis rationabili, & privilegiato
,, etiam neceſſario exprimen. minuſque noſtras
,, præſentes litteras ex quocumq; etiam enormis, &
,, enormiſſimæ læſionis, vel quovis alio capite,
,, quantumvis legitimo, & veridico de ſubreptio-
,, nis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut
,, intentionis noſtræ vel quopiam alio defectu nota-
,, ri, impugnari, retractari, annullari, invali-
,, dari, ſeu in jus, vel controverſiam vocari, aut
,, ad viam & terminos juris reduci, aut adverſus
,, illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti reme-
,, dium impetrari, neque præſentes noſtras litteras
,, ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium juris, vel
,, gratiæ derogationibus, revocationibus, ſuſpen-
,, ſionibus, limitationibus, moderationibus, mo-
,, dificationibus, aut aliis contrariis diſpoſitioni-
,, bus etiam per Nos, vel Romanum Pontificem,
,, ſucceſſores noſtros, etiam motu proprio, certa-
,, que ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis pleni-
,, tudine facien. ſeu forſan per quoſcumque impe-
,, trandis comprehendi nec per eos revocari, ſuſ-
,, pendi, limitari, moderari, aut ad terminos Ju-
,, ris reduci poſſe; ſed eas perpetuo validas, & ef-
,, ficaces fore, ac ſuos plenarios, & integros, ir-
,, retractabiles & irrevocabiles effectus ſortiri, &
,, obtinere, & quoties illæ emanabunt, toties illas
,, in priſtinum, & eum in quo erant, ſtatum re-
,, ſtitutas, ac ſub poſteriori datas per predictum Au-
,, guſtinum Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores, ac
,, Archipresbyterum & Clerum prædictos quando-
,, cumque eligen. conceſſas eſſe, & cenſeri, ac ita
,, per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos,
,, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores,
,, ac etiam S. R. E. Cardinales in quavis cauſa, &
,, inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis
,, aliter judicandi, & interpretandi facultate, &
,, authoritate judicari, & definiri debere, & ir-
,, ritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque
,, quavis auth. ſcienter, vel ignoranter contigerit
,, attentari. Quocirca eidem Auguſtino moderno,
,, & pro tempore exiſtente Epiſcopo Gravinen.
,, per præſentes committimus, & mandamus, quate-
,, nus ipſe per ſe, vel aliũ, ſeu alios pſẽtes litteras,
,, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando
,, opus fuerit ſolemniter publicans auth. noſtra eaſ-
,, dem litteras, ac conventiones, & pacta, in eiſque
,, contenta hujuſmodi obſervet, & exequatur, ac
,, ab omnibus, ad quos ſpectat inviolabiliter obſer-
,, vari faciat; Contradictores quoslibet, & rebel-
,, les, ac præmiſſis non parentes per ſententias,

,, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaqne op- A
,, portuna juris, & facti remedia appellatione poſt-
,, poſita compeſcendn, invocatn etiam ad hoc, ſi
,, opus fuerit, auxilin brachii ſecularis, non ob-
,, ſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & ordina-
,, tionibus Apoſtolicis, & dictæ Gravinen. & Colle-
,, giatæ dicti oppidi Eccleſiarum etiam juramento,
,, confirmatinne Apoſtolica, vel quavis firmitate
,, alia roboratis ſtatutis, & cnnſuetudinibus, pri-
,, vilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtnlicis
,, illis, earumque Præſulibus, ac Archipresbytern,
,, & Clern predictis, & quibuſvis aliis perſonis ſub
,, quibuſcunque tenore, & formis, ae cum quibuſ-
,, vis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque
,, efficacinribus efficaciſſimis, & inſnlitis clauſu-
,, lis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere,
,, vel ſpecie motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac
,, de Apoſtnlicæ poteſtatis plenitudine etiam cnnſi-
,, ſtentibus, & alias quomodolibet in contrarium
,, etiam pluries, & iteratis vicibns conceſſis, con-
,, firmatis, & innnvatis. Quibus omnibus, & ſin- B
,, gulis etiamſi de illis, eorumque tntis tenorib. ſpe-
,, cialis, ſpecifica, expreſſa, & individua ac de ver-
,, bo ad verbum, noo autem per clauſulas genera-
,, les idem importantes, mentio, ſeù quævis alia
,, expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita for-
,, ma ad hoc ſervari foret tenore hujuſmodi, ac ſi
,, de verbo ad verbum, nihil penitus omiſso, & for-
,, ma in illis tradita nbſervata, inſerti fnrent, præ-
,, ſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis
,, alias in ſun robore permanſuris, hac vice dumta-
,, xat ſpecialiter, & expreſse derogamus, ac ſuf-
,, ficienter derogatum fnre, & eſse, ac cenſeri de-
,, cernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.
,, Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo
,, Piſcatoris die XV. Februarii M.D.CXXII. Pon-
,, tificatus noſtri annn ſecundn. S. Cardinalis S. Su-
,, ſannæ. Regiſtratum.
,, *Hoc edito, admiſſoque Apoſtolico præcepto quie-*
,, *vere quæ diutim emergebant hinc inde ſimultates.*
,, *Auguſtinus vero pacis amator omnium promeritus* C
,, *dum vixit benevolentiam, mœrentium lachrymas*
,, *reportavit ex hac mortali vita decedens, cuius aſ-*
,, *fixere ſepulchro in Cathedrali hanc inſcriptiun-*
,, *culam.*

,, *Auguſtinus Caſſandra à Caſtro Ficardo*
,, *ex Ord. Min. Convent. doctrina, facun-*
,, *dia, & Eccleſiaſtico cultu nemini ſecun-*
,, *dus, poſt officium Conſultoris S. Inquiſi-*
,, *tionis, Procuratoris in Ordine Genera-*
,, *lis, Pauli V. inclyti concionatoris Epiſco-*
,, *patum Gravinenſem obtinuit. Obiit an.*
,, *1623 die 17. Septembris.* Lucentius.)



XL 32 JULIUS Sacchettus a, Florentinus, patriæ noſtræ decus, & ornamentum, ad Gravinenſem Eccleſiam traductus ab Urbann VIII. die 14. Decemb. 1623. mox in Hiſpaniam Apoſtolicę Sedis Nuncius miſsus, purpura ab eodem meruit exornari. Fanenſis deinde Eccleſię evaſit Epiſcopus anno 1626. Propria virtute, & variis Legationibus clariſſimus vivit Epiſcopus Card. Sabinenſis, diuque vivat ſupremo dignus honore, de quo vide ſeriem noſtram Fanenſium Epiſcoporum.

a De quo Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 479.

XLI 33 Fr. JOANNES ARCHANGELUS Baldi- A nus Florentinus Ord. Prædicatorum verbi Dei declarator Inſignis, Julio Sacchetto in Epiſcopatu ſucceſſit die 19. Julii ann. 1626. deceſſit autem 1630.

( ,, *Ejus obitus memoriam excitavit ſucceſſor Ar-*
,, *caſius his exaratis in Cathedrali ad tumulum li-*
,, *teris.*


,, Archangelus Baldinus, Florentinus,
,, Ord. Prædicat. clarus ſcientiæ dono,
,, in concione ornatus, ad Eccleſiæ Gra-
,, vinenſis regimen aſſumitur, cui trien-
,, nio præfuit. Evolavit ad cœlum an.
,, 1629. M. Novemb. die 27.
,, *Lucentius.*)

34 ARCHADIUS Riccius Gravinenſis Epiſcopus declaratus die 15. Decemb. 1630. Mortuus eſt 1636. XLII

( ,, *Arcaſius Riccius, nobilis Piſcienſis, J. U. D.*
,, *& V S. R. urbem Beneventanam, aliaſque Ponti-*
,, *ficio nomine rexit; ſacrorum Antiſtes declaratus*
,, *eſt 15. Decemb. 1630. ingentis animi vir qua ædi-*
,, *ficiis, qua juribus ſacris Gravinam auxiſſet, ſi* B
,, *mors illum citò non abripuiſſet. Primo ſui præſu-*
,, *latus anno ſumptuoſo opere in Cathedrali ſacellum*
,, *St. Sacramenti excitavit, & perfecit, & in eo*
,, *ſuæ deponendæ mortalitati conditorium poſuit hac*
,, *adjecta epigrapha.*

,, Arcaſius Riccius, Piſcienſis, præfe-
,, cturis perſunctus, & ſolutus plurimis,
,, Gravinenſi Eccleſiæ præpoſitus ſacel-
,, lum hoc ſacroſancto Servatnris corpori
,, dedicavit: cineri ſuo tumulum poſuit
,, viveos anno Præſulatus ſui primo
,, 1631.

,, *Altero ſui regiminis anno Cathedrale templum*
,, *ſolemni ritu conſecravit, in eodem ſacellum ſub-*
,, *ſtruxit S. Mariæ conſolatricis afflictorum, cui ad*
,, *perpetui ſacerdotis ſervitium opes addidit tum*
,, *proprias, tum ex eleemoſynis piorum. At dum*
,, *manus apponit ampliſſimis conſtruendis ædibus*
,, *Pontificiis ſecus Cathedralem, ad cœli ſecreta vo-*
,, C *catur 1636.* Lucentius.)



35 PHILIPPUS Canſacchus patria Amerinus nobili, & vetuſta familia natus, moribus & litteris D eximiè cultus, ab Urbann VIII. Gravin. Epiſcopatum obtinuit die 15. Decembr. 1636. Sedit omni cum laude ann. 8. è vivis exceſſit 1644. XLIII

36 DOMINICUS Cenninus b, Senenſis Franciſci Card. Cennini conſobrinus, demortuo Philippo ſuffectus eſt ab Innocentio X. die 6. Martii 1645. XLIV

b De quo Ugurgerius in Pompis Senenſ. par. 1. p. 159. [illegible]

*A D D I T I O.*

,, ( *Fuit hic Epiſcopus inter cæteras ſcientias, qui-*
,, *bus imbutus fuit, in utroque jure conſultiſſimus.*
,, *Non vulgarem a ſuis præclarè geſtis memoriam ſi-*
,, *bi vindicavit, & præcipue in munere generalis*
,, *fidei quæſitoris in Regno Neapolitano, quod ſpa-*
,, *tio non minùs ſeptemdecim annorum ſumma cum*
,, *ſui nominis exercuit fama, quia in Tribunali ſem-*
,, *per ibi exoſo, S. Sedis Apoſtolicæ Ordinis, & Po-*
,, *puli Neapol. imò & Proregum, & præcipuè inclyti*
,, *Carpii Marchionis gratiam, ſua dexteritate, pro-*
,, *meruit. Sponſam ſuam tenerrime dilexit, quam*

ſu-

A ,, ſupremis etiam tabulis hæredem dixit. Principi
,, templo nobiliſſimum adjunxit Epiſcopium; non
,, modicoprelatavit impendio duas Epiſcopales do-
,, mos, alteram in villa Salamandræ, alteram ædi
,, Divæ Mariæ Gratiarum contiguam, parum ab
,, urbanis mœniis diſtantem. Ut Clerus in ſcientiis
,, proficeret, bibliothecam voluit e ſuis libris effor-
,, matam, in quibus electiſſimis, & numero non
,, ſpernendis habetur quidquid avidum diſcendi in-
,, genium deſiderat, & maxime in eccleſiaſtica pa-
,, leſtra. Biennio poſt ejus mortem illa aperta fuit,
,, & adhuc audit -- la Biblioteca Cennini -- Obiit
,, tantus Antiſtes Neapoli die 21. Auguſti 1684. poſt
,, annos infulæ, non minus 40., ſepultuſque ibi fuit
,, in D. Dominici Majoris PP. Prædicatorum, in
,, quorum domo ſuam pro fide ditionem exercuerat,
,, ſine tamen honore purpuræ, quam illi Innocen-
,, tius XI. in proxima promotione reſervarat.
,, Obiit quidem, ſed vivunt adhuc ejus ingenii
,, monumenta in Synodo Diœceſana, cujus ſanctio-
B ,, nes pari ſemper doctrina, Zelo, & charitate di-
,, ctitavit anno 1647., licet typis non dederit uni-
,, verſalis Eccleſiæ gravioribus curis præpeditus,
,, quamquam publica luce etiam dignę ſint propter la-
,, tini Sermonis candorem, brevitatis dote ſufful-
,, tum. Multas pariter Epiſtolas graviſſimi momen-
,, ti negociorum plenas reliquit ſtylo quidem conciſo,
,, ſed in primis claro, Italicæ linguæ puritatem re-
,, dolentes, ab eruditis ſummopere expetitas, quæ
,, manuſcriptæ ſervantur in Bibliotheca clariſſimi.
,, Jure Conſulti Antonii Majorani Patritii civi
,, tatis Gravinæ, & ejuſdem Majoris Eccleſiæ
,, Canonici ſibi relictæ ab avo ſuo item I. C. Bo-
,, naventura Majorani Seniore, qui uxore defun-
,, cta Clericum induerat, & in paucis charus fuit
,, ſuo Epiſcopo Cennini, itaut illum Archipresbyte-
,, rum, & ſuum Vicarium voluerit.

XLV. ,, DOMINICUS Patritius Mediolanenſis ex il-
,, la antiquiſſima gente, cui munus à claudendis
,, valvis aulæ Principis cognomen peperit Valva-
C ,, ſerra, poſtea progreſſu temporis, Valvaſori,
,, Auguſtinianæ familiæ in ſua adoleſcentia nomen
,, dedit, in qua, & in religioſe vivendi modo,
,, & in omnibus ſcientiis, & præſertim in divini-
,, tate mire profecit. Diu pro ſuo ordine Romæ
,, præfuit negociis Italiæ, tandemque dum eſſet
,, ejuſdem ſui Ordinis Prior Generalis hanc Ca-
,, thedram conſcendit 18. Martii 1686.. Quam be-
,, ne autem in ipſa ſederit, ex uno hoc pateat.
,, Synodum habuit, cujus Conſtitutiones univerſa-
,, lem plauſum meruerunt propter catholicæ do-
,, ctrinæ robur, ſacri textus, Canonum, & Pa-
,, trum authoritatibus undequaque ſuffultum, la-
,, tiæ linguæ nitorem, & ſummum ſtudium, quo
,, in ſuo clero una cum pietate ſcientias promovit,
,, Theologali lectione in omnes annos, continua
,, caſuum Moralium academia conſtitutis, & mu-
,, nere adaucto Pœnitentiarii Majoris ſuo Canoni-
,, corum collegio. Seminarium etiam inſtaurare
,, cœperat, & jam regulas, & neceſſarias leges
D ,, perſcripſerat, ſed ejus mors die 2. Octobris
,, 1689. tot bona huic invidit diœceſi. Sepultus fuit
,, in Confeſſione ſuæ Cathedralis.

XLVI ,, MARCELLUS Cavalerius Patritius Bergo-
,, mas, Cardinalis Riccii clar. mem. conſobrinus,
,, in ſuo Prædicatorum Ordine Magiſter, ex in-
,, dulto Apoſtolico Vicarius per quinquennium in
,, ſpiritualibus, & temporalibus Eminentiſſimi
,, Urſini cum in Cathedra Sipontina ſederet, &
,, per ſexennium cum in Cęſenate, & etiam in
,, Beneventana, niſi ab onere vere maximo,
,, omni niſu ſe exemiſſet, ejuſdem tamen Theolo-
,, gus, & illius vaſtiſſimæ Archidiœceſis Viſitator
,, Generalis, ab Alexandro VIII. hanc Eccleſiam
,, die 11. Jan. ann. Domini 1690., & ſuæ ætatis
,, 41. invitus, reluctans nonniſi reiterato præcepto ſui
,, Rev. P. Magiſtri Generalis Antonini Cloche ſuſce-
,, pit, & Eminentiſſ. Urſini, qui eum Romæ ſacra-
,, vit in D. Mariæ ſupra Minervam die 15. ejuſdem

A ,, menſis, & anni, & eum in primo ad ſuam ſponſam
,, acceſſu comitari voluit, & primæ concioni, quæ ad
,, ſuam plebem habuit, præſens adeſſe, quæ poſtea
,, typis data fuit. In clero ſanctitatem, & doctri-
,, nam ſummopere voluit, quare ſuo palatio conti-
,, guam ædem pro ſeminario à fundamentis excita-
,, vit, cum vetus eſſet nimis incommoda, & inca-
,, pax reſtaurationis; præceptores optimos ſcien-
,, tiarum, bonorum morum, cantus Gregoriani, &
,, ſacrarum ceremoniarum aſſignavit. Conſervato-
,, rium puellarum, titulo tenus, Divæ Claræ, non
,, reformavit, ſed in melius omnino mutavit: in
,, eo ſiquidem una cum regulis, & habitu excalcea-
,, tarum Divæ Tereſiæ clauſuram poſuit, & ſpiri-
,, tum ejuſdem ſanctæ inſinuavit, adeo nunc ipſæ
,, florent non mediocri vitæ ſanctimonia. Suam
,, Cathedralem reſtauravit, opere tectorio, ac pi-
,, cturis exornavit, & præcipue ſacellum, in quo
,, SS. Corpus Domini aſſervatur; organa refecit.
,, Septem in eadem Baſilica vario è marmore con-
B ,, cinnatas aras voluit, maximam, in qua duo cor-
,, pora ſanctorum locavit cum aliis ſacris lipſanis,
,, quæ alibi parum decenter ſervabantur, illas Ar-
,, chiconfraternitatum, alterius ſub titulo Aſſum-
,, ptionis B. M. Virginis, alterius ejuſdem Deipa-
,, ræ, ſed de Conſtantinopoli, alteram in antiquiſ-
,, ſimo ſacello Charitatis in divini paracliti hono-
,, rem, alteram Angelorum principis Divi Michae-
,, lis, alteram Divi Joſephi, ultimam denique Divi
,, Philippi Nerii, quos ambos ſuæ diœceſis tutela-
,, res aſſeruit. Ut autem devotio magis, ac ſemper
,, magis efferveſceret erga eundem D. Michaelem,
,, Gravinæ primarium patronum, & quem ipſe à te-
,, neris principe ſtudio ſemper coluerat, cryptam ipſi
,, dicatam laxe exornavit, aram in illa maximam
,, electiſſimo marmore incruſtavit, duabus additis,
,, altera in D. Gabrielis, & altera D. Raphaelis hono-
,, rem. Ut ſpirituali exigentiæ civitatis conſuleret,
,, in loco, à quo multum aberant ſacræ ædes, pro-
,, prio excitavit impendio parœcialem, cui beata
C ,, virgo, & martyr Cæcilia titulum fecit. In vaſtiſ-
,, ſimo Gravinenſi territorio, quod quinquaginta
,, mille, & amplius paſſuum latitudinem excedit,
,, novas etiam Eccleſias opportunis locis extruxit,
,, ut coloni, ac villici feſtis diebus incruento altaris
,, ſacrificio intereſſe, & ibidem Chriſtianam doctri-
,, nam edoceri poſſint. Pauperibus, Eminentiſſ. Urſi-
,, num imitatus, numquam publice eleemoſynas ero-
,, gavit, niſi poſt cathechiſmi explicationem. Le-
,, ctionem theologalem, cum pro ea conſtitutus cenſus
,, evanuiſſet, fere ipſe ſemper exercuit, & maximo
,, emolumento, quia eum audituri omnes accurre-
,, bant, cum eſſet ipſe, non ſolum omnibus, ſua in-
,, duſtria, imbutus ſcientiis, ſed etiam mira in di-
,, cendo gratia à natura ornatus. Duo illa epiſcopa-
,, lia palatia, quorum mentio facta fuit in Epiſcopo
,, Cennini, reſtauravit, & exornavit. Conventum
,, ſui ordinis Gravinæ aliquot redditibus auxit, illum
,, etiam Bergomi argentea ſtatua D. Bartholomæi
,, cum ejuſdem ſancti lipſanis, oſtenſorio item argen-
D ,, teo affabre elaborato, ſacris ſupellectilibus, ac li-
,, bris donavit. Typis dedit 1686. opus inſcriptum la
,, Statera ſacra in quo agitur de incruento altaris ſa-
,, crificio practice, & theorice etiam quoad ſenſum
,, myſticum, & juxta ſui Ordinis Prædicatorum,
,, Carmelitarum, & Carthuſianorum ritus enuclea-
,, to, opus omnibus perquam utile & præſertim illis
,, ſacerdotibus, qui minus ſui muneris ſapiunt. Item
,, anno 1690. opuſculum in 8. inſcriptum il Pellegri-
,, no al Gargano bipartitum; in prima parte agitur
,, de inventione illius celeberrimi ſanctuarii cum
,, omnibus documentis ex antiquis hiſtoriis deprom-
,, ptis, & de veneratione, in qua ſemper habitum fuit
,, in orbe catholico, à ſummis Pontificibus, ab ipſis D.
,, Petri Vicariis. In 2. de maxima potentia ejuſdem
,, Archangeli in beneficium militantis Eccleſiæ. Opu-
,, ſculum alterum inſcriptum. Il Rettor Eccleſiaſtico
,, inſtruito nelle regole della fabrica, e della ſupel-
,, lettile ſacra. Opus etiam utile. Qui quidem liber

in concilio provinciali Beneventano anno 1693., cui & etiam ipſe interfuit, laudatus ſummopere fuit, & denuo impreſſus Maceratæ anno 1695. ſtudio P. Jo. Baptiſtæ Spata Urſini ex ordine etiam P. P. Prædicatorum Provincialis Inſubriæ, ac iterum ab ipſo Cavalerio typis datus fuit. Primam partem ediderat anno 1703. alterius operis in 4., cui titulus: l'Eccleſiaſtico in Coro, opus quidem qua delectatione ob italicæ in eo peculiarem linguæ candorem, qua utilitate refertum ob ſacram doctrinam, dogmata patrum, & illuſtrium magiſtrorum ſpiritus circa vocalem orationem ab interna animæ unione in odæo non disjunctam, & circa conjunctionem, quæ ibi fundatiſſime oſtenditur honoris; ac dignitatis odæi triumphantis Eccleſiæ cum illo militantis. Hujus præclari operis ſecunda pars continens quinquaginta pſalmorum lucubrationem, ob ejus obitum, lucem non vidit, quæ manuſcripta reperitur apud Eminentiſſ. Benevent. Archiepiſcopum Urſinum, ut nec etiam ob eamdem cauſam vidit chronologica hiſtoria ſuorum prædeceſſorum Præſulum, & rituale Dominicanum, quod mendis purgatum, & notis illuſtratum juſſu ſui Rever. Magiſtri Generalis Clocle edere jam animo volutabat. Die tandem 22. Aug. 1705. poſtquam ſexdecim annorum ſpatio hanc rexiſſet Eccleſiam, mortalitatem laudatiſſime concluſit, ſui apud omnes deſiderio relicto. Nonnullis legatis, ut potuit, quia paupertatem ſemper largiſſime juverat, ſuarum ædium parœcialium recordatus fuit. Sepultus fuit in ſua Cathedrali propter aram D. Michaelis in cornu epiſtolę, ut ipſe juſſerat. Vide Joannem Michaelem Cavalerium in ſua Galleria Dominicana tom. primo, Chronol. p. 5. Centuriæ num. 211. fol. 684. ad 687.

XLVII. ALOYSIUS Capuanus, Neapolitanus Patritius, ab Epiſcopatu Ravellenſi 1705. 14. menſ. Decembr. ad hunc tranſiit; Pręſul ingenio ſublimis, doctiſſimus theologus, & fere in omnium SS. Patrum, & ſacrorum expoſitorum lectione verſatus. Quare ſuo clero in principe templo omnibus ſabbatis quadrageſimæ, & dominici adventus ante ſolitam moralium caſuum academiam, ſacram ſcripturam mira facilitate, & claritate explicabat, dum autem irreprehenſibilis paſtoris partes omnes impleret cumulatiſſime, & quo debebat pectore, ſuæ Eccleſiæ jura propugnaret, fato antea ceſſit, quam zelo domus Domini, qui eum comedit an. 1708. die 13. Septembris. In ſua æde principe, cujus vaſtiſſimum quidem lacunar ſuis ſumptibus auro cælaverat, in latere dextro ſacelli SS. Crucifixi, ut in mandatis reliquit, humatus fuit. Ejus funus ſacra pompa, & publico luctu curatum eſt, & pro concione laudatus fuit à Canonico Gravinenſi Antonio Majorani, cujus ſupra meminimus, & quem hic denuo honoris cauſa nominamus, adeo ipſe gravioribus, non modo diſciplinis, ſed & etiam politioribus litteris inſtructus enitet: quæ oratio cum reliquis tanti viri feraciſſ. ingenii partubus forſan quamprimum publici juris erit.

XLVIII. CÆSAR FRANCISCUS Lucinus Aloyſio ſucceſſit anno 1718. die 11. Maji, Julii Cæſaris Patritii Novocomenſis, qui pro ſua patria oratorem prius in civitate Mediolani egerat, in qua ſenator renunciatus fuit, & Hippolytæ Turconæ paris etiam nobilitatis filius. Adoleſcens Mediolani, ubi ipſe natus fuerat, Prædicatorum ordini adſcriptus, in illo pietate una cum omnibus ſcientiis imbutus fuit; Philoſophiam Neapoli in Collegio D. Thomæ perdocuit, & omnes illius univerſitatis Cathedras matutinas, ac veſpertinas, ſpatio non minus ſexdecim annorū, ſumma ſemper cum laude occupavit. Theologiam etiam Neapoli in conventu Jeſus, & Marię ſuis PP. Prædicatoribus, ſed Samniticæ Reformationis per biennium enucleavit. Pro ſua Inſubrica Provincia laureatus Magiſter, accerſitus illico fuit Beneventū ab illius Em. Archiep. Urſino, à quo ſui theologi, Examinatoris Synodalis, Commiſſarii Cauſarum Sancti Officii, & Viſitatoris Generalis ſuæ archidiœceſis munere cohoneſtatus, non minus ibi annorum 13. ſpatio moratus fuit, quo tempore etiam Tuſculanæ viſitator, & cum eodem Eminentiſſimo, Bovini, Vulturariæ, & Gravinæ diœceſum Conviſitator fuit. Suæ religioſitatis ergo a ſuo Reverendiſſimo P. Magiſt. Generali, ut Congregationem ſui ordinis S. Marci de Cavotis inviſeret, habuit in mandatis, quam ſibi ultrò demandatam provinciam adeò navus procuravit, ut regularem obſervantiam, ac ſtudia ſcientiarum ad miraculum in eadem promoverit. Prior etiam electus fuit conventus Gratiarum Mediolani, ſed Eminentiſſimus Urſinus pro ſui gregis bono a ſe noluit abeſſe. Electus hujus Eccleſiæ Epiſcopus conſecrationem die 15. Maii 1718. poſſeſſionem 1720. die 1. ejuſdem Maii obtinuit. Ad ſuæ ſponſę thalamum die 9. Jun. ejuſdem anni publico exceptus plauſu pervenit. Præſul vitæ integritate, ſingulari doctrina, mira in rebus gerendis prudentia perceleber, quotidiano periculo ſe probat optimum Eminentiſſimi Urſini in hac benè procuranda diœceſi imitatorem. Soſpitet diu illum D. O. M., ut ſicuti ſui germani fratres Marchiones Antonius Mediolani quæſtor, Matthæus unus è ſtrenuis, & ſupremis Ducibus Cæſarei exercitus, & impræſentiarum Meſſanenſi urbi in Sicilia præfectus, Abbas Hieronymus propria virtute ſpectatiſſimus, Aloyſius Maria item Dominicanus in Alma Urbe S. Officii Commiſſarius antiquum Lucinæ gentis decus novo in dies ſemper cumulant, ita & iis omnibus unus præſtantior ipſe Cæſar Franciſcus, non modo ſuis, & patriæ, ſed & Prædicatorum ordini, imo & Eccleſiaſticæ hierarchiæ addere æternum valeat ornamentum.

# POTENTINI

## EPISCOPI.

POTENTIA antiqua Lucaniæ civitas, qua ſpectat ad Peucetios Apulos in planitie ſupra Apennini juga, non procul à vetuſta jam olim anno 1250. funditus deleta, ſubſtructa eſt, medio fere itinere inter Salernum, & Tarentum ſupra 60. m. paſ. diſtans à Salerno in Ortu, ab Acheruntia Metropoli ad 18. Marſico, Tricarico, & Muro finitima, à Venuſia in Euronotum, cui magnitudine, aut incolarum numero haud cedit, quam ab Acheruntia remotior, alitque ad octo millia mortalium: cœlo adeo frigido, ut vel per æſtatem camino luculento cives utantur. Ptolomæus eam in Lucanis ponit, Plinius Potentinos populos commemorat, ejuſque meminit Antoninus in Itinerario. Ejus origo adeo perantiqua eſt, ut nobiliorum ſcriptorum deiuſa induſtria, ſolum conſtat in iis populis haud poſtremam fuiſſe, quæ in Chriſtianam naſcentem fidem concurrere non dubitaverit, propriumque habuerit Paſtorem. Etenim Amantius, vel Amandus Potentinus Epiſcopus ſubſcripſit Synodis tertiæ & quartæ Romanis ſub Symmacho Papa anno 501. & 502. Petrus Potentinus Epiſcopus ſub Gelaſio I. vixit anno 551. & Potentiæ Epiſcopus fuit S. Gerardus Confeſſor, cujus natalis ex Rom. Martyrologio agitur 30. Decembris. Potentiæ Arontius, Honoratus, Fortunatus, & Sabinianus 8. Kalend. Septemb. ſub Valeriano Judice Maximiano Imp. palmam ſumpſerunt Martyrii; horum alii octo germani fratres diverſis Apuliæ in locis pari corona fuerunt condecorati: quorum omnium ſacra lipſana collegit Arechis Princeps, & in templum S. Sophiæ Beneventi tranſtulit anno 760. Vitam, agonemque ipſorum verſu heroi-

co

co conſcripſit Alſanus Archiepiſcopus Salernitanas ad Roſridum, quæ extant apud Surium to. 7. quorum meminit Martyrol. Romanum Kal. Septemb. Epiſcopatus Potentinus vetuſtus eſt, olim Romano Pontifici immediate ſubjectus, cujus deinde voluntate ſuffraganeus attributus eſt Acheruntiæ Metropoli, hactenuſq; ejus faſces adorat, & Regiæ præſentationi obnoxius, cujus annuus cenſus eſt ſcutatorum ferè 1200. taxatur in lib. Fiſci Apoſt. ad flor. 108. Primarium templum hujus civitatis, in quo ſacrorum Antiſtes ſibi ſedem fixit, poſterioribus ſæculis fundatum, D. Gerardo urbis Epiſcopo & tutelari conſecratum eſt: in eo tria digniora munera ad Eccleſiaſticum decus effulgent, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & Cantoratus, quibus novem ordinarii Canonici ſubſunt cum 25. Capellanis. In civitate præter Cathedralem duæ aliæ habentur Parochiales Eccleſiæ, virorum cœnobia quinque, cum grancia Carthuſienſiam S. Laurentij de Palude, ubi duo Monachi perpetuo degebant, Sanctimonialium ſeptum unum, Laicorum ſodalitia octo, Xenodochium unum, („ *& clericorum Seminariam. Mons Pietatis, & præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria hactenus deſiderantar.*) Diœceſis duodecim milliaria omni quaque parte diſtincta in oppida ſeptem, quæ ſunt, Veniola magno Hoſpitali D. Annunciatæ Neapolitanæ temporaliter ſubjectum, cum uno Capuccinorum cęnobio, & animarum ferme duobus millibus. Abriola Aſculano Principi ſabjecta mille & quingentis animabus cenſetur. Titinm Principi Stiliani ſubditum unum habet Obſervantium cęnobium, & animarum fermè duo millia. Picemam Daci Martinæ obnoxium Collegiatam Eccleſiam habet, & monaſterium Capuccinorum, animarum fermè 4000. Rocium, & Avilianum, illud mille, hoc duobus millibus animarum habitatum, & virorum cęnobio utrumque ornatum. Septimum & poſtremum Baragianum ſub Principe Avellinenſi animarum fermè 500. In univerſa autem tota hac diœceſi Parochiales Eccleſiæ octo, Collegiata una, virorum cœnobia quinque, laicorum ſodalitia perplura, animæ fidelium fermè 13000. Hujus civitatis Præſulum ſeriem explicabimus, quorum notitiam concinnavit noſtra induſtria.

I. („ *FAUSTINUS, Romanæ Eccleſiæ Legatus, interfuit Synodo Carthaginenſi an. 419.*)

II. 1 AMANTIUS, ſeu AMANDUS ſub Symmacho Pontifice ſubſcripſit Synodis III. & IV. Romanis anno 501. & 502. („ *& 503. 504 in quarum quinta, quæ fuit an. 503. pro* Potentinus *corrupte legitur* Potrranus.)


III. 2 PETRUS vixit Pelagii I. Papæ temporibus ann. 555. cui idem ſcribit c. 12. de ordinatione, & ſabbato Sancto poſt baptiſmum. Multi poſt Petrum deſiderantur Epiſcopi ſpatio quingentorum & amplius annorum.

IV („ *BALAS Potentinæ ſedis Epiſcopus ſedit inter Patres Romani Concilii an. 826. cui etiam adfuit Sebaſtianus Bareaſis Epiſcopus ex his regionibus. Vide Harduini Concil.*)

V. 3 N... cujus nomen ignoratur prædeceſſor S. Gerardi, quo Præſule abſoluta eſt Eccleſia S. Joan. Baptiſtæ anno 1080. a Roberto & Palma uxore ſua, cœpta fuerat ædificari an. 410. ut ſupra fores ejuſdem Eccleſiæ proloquitur inſcriptio.

*Virginis à partu ſunt luſtra ſequuta decem . .*
*Sex & triginta fieri cum cœpit ademptis.*
*Uſibus humanis magni domus iſta Joannis,*
*Quod Robertus opus ſtx conſultavit in annis*
*Conjuge cum Palma, quos dentera colligat alma.*

VI. 4 GERARDUS longe diverſus a ſancto Gerardo ſucceſſore vixit an. 1099. potuit obiiſſe circa ann. 1111.



VII. 5 GERARDUS Placentinus ex illuſtri gente de Porta natus, circa annum Domini 1111. divina diſponente clementia Potentinus Epiſcop. creatus eſt. Hic à pueritia, hauſta cum litteris pietate divino conſilio relictis ſuis, ac peragrata maxima Italiæ parte, tandem Potentiæ in Apulia apud Lucanos conſedit. Ibi charitate ardens, ut parvulos ad Chriſtum adduceret, aperto ludo litterario teneram ætatem erudire gratis cœpit mirifica patientia, & integritate. Admirati hominis charitatem Potentini, ſublato è vivis Epiſcopo unum omnes dignum cenſuerunt, quem in demortui locum ſubrogarent: id quod eſt factum. Hominum de illo judicia comprobavit miraculis etiam Deus, in quibus illud non extremæ notæ, quod cum in luſtranda, ut ſolet, diœceſi vinum forte defeciſſet, ſigno Crucis aqua in vinum repente converſa mirabiliter ſuos recreavit. Eccleſia octo annis feliciſſime adminiſtrata, ad extremum vigiliis, laboribus, ac ſenio confectus quievit in Domino 30. Octob. & in eadem urbe cum mœrore omnium ſepultus eſt. Hunc poſtea Calliſtus Pontifex ejus nominis II. ob egregiam viri ſanctitatem pluribus aliis miraculis confirmatam Sanctorum catalogo adſcripſit. Ejus corpus ſepultum diu delituit ad annum uſque 1250. quo Obertus Epiſcopus in eadem invenit Cathedrali, & die 12. Maii alio in loco honorifice collocatum mira civium Potentinorum, finitimorumque populorum veneratione colitur. Gerardi meminit Martyrol. Roman. Ferrarius in Catal. Locatus in hiſtor. Placentin. Breviar. Placentinæ Eccleſiæ, Petrus Maria Campus hiſtor. Placentin. Pontificum, aliique. Ejus Acta ſimplici ſtylo his verſibus comprehenduntur in veteri ejuſdem Sancti Officio, quod celebratur in Potentina Eccleſia.

*Venit ab Italia, Domino ducente, Gerardus,*
*Ipſe Placentinus civis placuit bene Chriſto;*
*Fitque Potentinus Doctor, ſic poſtea Præſul,*
*Eccleſiam rexit, dictando magnificavit,*
*Commiſſumque gregem egregiè faciendo beavit.*
*Sobrius, ornatus, prudens, mitiſque, pudicus,*
*Pervigil, ac ſolers, cautus, patienſque, benignus,*
*Cultor juſtitiæ, rectus, pius undique dignus*
*Lector, & aſſiduus Doctor, largitor egenis,*
*Præſentis vitæ dimittens lubrica caſtra*
*Terrea commutat Cœlo dum migrat ad aſtra.*
*Pro carnis pugna cœleſtem ſumere palmam,*
*Quod datur his ſocius, quod amicus crevit amicis*
*Congaudrat, ægris ſubita veniente ſalute,*
*Pellantur morbi, febreſque fugantur acutæ;*
*Redduntur claudis greſſus, & lumina cæcis.*
*O lumen Patriæ, populi dux, gloria Cleri*
*Digneris precibus nos, ſancte Gerarde, tueri:*
*Illuſtra patriam, populum rege, protege Clerum;*
*Et tecum ſimus per ſæcula cuncta dierum,*
*Cernentes pariter lumen de lumine verum.*

Porro vitam ejus conſcripſit Manfredus ejus diſcipulus, & in Pontificatu ſucceſſor, quam hic duximus exſcribendam ex veteri exemplari Potentinæ Eccleſiæ.

*Vita*

### Vita ſanctiſſimi Patris noſtri Gerardi.

Sicut enim in omnibus libris divinis, & in omni narratione paſſionum omnium Sanctorum operæ prætium eſt non quærere phaleratas dictiones verborum, ſed rei geſtæ veritatem, ſic & nos perutile duximus veſtris ſanctiſſimis auribus nobis auditum præſtantibus de vita, & moribus ſancti Gerardi Epiſcopi, & Confeſſoris intimare veritatem. Sanctam igitur atque magnificam ſimul, & glorioſam, omnique veneratione colendam glorioſiſſimi Patris noſtri, ac Paſtoris eximii Gerardi Epiſcopi nobis fratres cariſſimi, hodie feſtivitatem divina Domini pietate concedere dignatus eſt, quam non minus in cæleſtibus credimus venerandam, dum a nobis peccatoribus, & indignis cum omni devotione veneratur in terris: etiam licet omnis fidelis Chriſtianus non ſit expers omnium Sanctorum ſolemnitatum, ſed amator & laudator, nobis tamen proprie hoc peculiarius eſt manifeſtis vocibus, & indiciis, qui ejus partes Epiſcopatus incolimus, B magis hanc feſtivitatem laudare, & celebrem ducere ad gloriam, & honorem D. N. Jeſu Chriſti, & ſancti Confeſſoris ejus Gerardi. Obitus itaque Domini Confeſſoris Gerardi 3. Kal. Novemb. celebratur, vocibus exultantibus, & corde jucundo, prout poſſumus amabiliter à nobis miſeris famulis extollatur. Ita tamen quod quidquid laudis, & honoris à nobis impenditur noſtri Conditoris gratiæ referatur; ſicut enim fratres, veſtra teſtatur præſentia creditis hujus diei recurſum non ſolum ad animam, ſed ad æternam pertinere ſalutem, dum igitur ad annua celebraturi concurritis feſta Paſtoris, gaudia quæritis. Devotis itaque precibus, & ſolerti ſtudio dum ad ſacras convenitis vigilias hujus Confeſſoris celebrare, votivas epulas Paradiſi deſideratis ſumme æternas. Ille etenim devotionem veſtram non deſerit, cujus vos reverentia cognovit; veſtris nempe fratres pius Pater congaudet obſequiis, & in ſuorum exultat numero filiorum. O veneranda ſancti Patris noſtri feſti- C vitas! quam ſic decoravit divina pietas, ut eam non recuſet recipere Angelorum ſocietas, ò vere beata, & magis laudibus præferenda ſolemnitas, de qua Angeli gratulantur in ſanctos cœtus Apoſtolorum, & Martyrum ac Confeſſorum, omniumque Sanctorum non deſinunt cuſtodire in collegio ſuo, præcipue namque die migrationis ejus in terris per miſerationem ejus implorationem reſerantur mutorum labia, aperiuntur cæcorum lumina, redduntur priſtinæ ſanitati multorum corpora infirma, & ſic cunctorum piorum ſumuntur à Deo juſta vota. Igitur fratres cariſſimi annualem circulum revolventes, & ſacra ejus beneficia implorantes quod voce promimus, teneamus affectu. Ipſe enim non ſurdus auditor benigniſſimè auxilium non denegat miſerationis, quis enim æger crebro ad eum veniens non melioratus regreditur? quis præſumptor delictorum cum gemitu indulgentiam poſtulans vacuus abſceſſit? prorſus nullus; hunc quidem Propheta proſpexerat cum diceret; Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, D Item de eodem, Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti, Domine, inhabitabit in atriis tuis. Magnum etenim, & admirabile præmium huic Dominus tanto conceſſit viro, ut apud populum Potentinum pauco degens tempore Paſtor eorum promeruit fieri, gloria eum expectante Paradiſi. Iſte omnino, fratres, vere eſt prædicandus Chriſti Sacerdos, quem populus Potentinus ſibi voluit ſic repente fieri præferendus. Hic nobili Placentinorum editus progenie litteris ad plene imbutus ad Apuliam divino nutu deſtinatus Potentiam venit, illic vero parvo tempore degens qualis ejus fuerit vita ſanctiſſima ejus declararunt merita. Confidenter igitur illius adjutus hortatu, qui dixit Aperi os tuum, & ego adimplebo illud, ut qui bruti animalis voluit os fari, pauca de hoc ſancto viro miracula auditoribus intimare curavi. Quędam quę noſtris oculis vidimus, quędam quoq; (quoniam non eſt hominis ubiq; videre, & eſſe) quę ab aliis viris religioſis cognovimus, & corde ſcripta tenuimus ſubſequēter aperui-A mus, ſed quoniā perutile duximus ſignificare vobis qualiter in confinio Apulię Epiſcopalem adeptus eſt dignitatem, ſerio quales in eo populus cognovit actiones, quam paucis potero ſervata caſtigatione veritatis notabo. Peto itaque legentium, & audientium benevolentiam, ut non mordeant ſubſannantium more breviloquium noſtrum; ſed corde credulo in melius verſant, quod humiliter expectant; non quærant quæſo phaleratas dictiones Philoſophorum, ſed claram veritatem veridicorum. Adſit igitur nobis beati Gerardi pia invocatio, ut de eo quicquid veſtra expectat pia auditio noſtra ad amuſſim teneat narratio. Ad ejus ergo vitam ſanctiſſimam quibus viguit virtutibus quibuſque floruit operibus, ſtylum narrandi convertimus. Ex nobili itaque ut diximus genere editus Italas perluſtrans provincias Potentiæ pervenit ad urbem, ſancto enim plenus Spiritu verba veritatis non ceſſabat oſtendere dictis, & exemplis, Juſtus quia erat, juſtitiam & veritatem tenebat, caſtus ut erat caſtitatem tenere docebat, humilis, benignus, B manſuetus, humilitatem, benignitatem, manſuetudinem habere omnes jubebat, dicebat enim, humiliamini ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis, corpore integer, & mente decidentes in luxurioſam rabiem accuſabat conſtanter, vir peritus & ornatus cunctorum ſpernebat imprudentiam malorum; nocturnis aſſiduis vigiliis pervigil indeſinenter vacabat orationibus, audierat enim in Pſalmo, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, & Pſallite Domino, qui habitat in Sion, annunciate inter gentes ſtudia ejus. Tanta in eo erat ſobrietas, ut Monachus penitus putaretur, legerat utique, ſancti carnem domant, Spiritum roborant fide, & operibus coruſcant, & ideo fideles inventi ſunt. Talium itaque ſequutus veſtigia æternorum gaudia adeptus eſt præmiorum. Regnat igitur in cælis cum omnibus Sanctis, quia Deo charus eſt inventus cum illis; adjuvent nos ejus merita, cujus vita fulget glorioſa. Cum igitur his, & aliis Beatus Gerardus multis polleret virtutibus, vir veneranda canitie decoratus, Cathedra Pontificali à Clero, popu- C loque Potentino eſt dignus inventus. Eligitur itaque vir per omnia ſanctiſſimus, & ad Metropolitanum Acheruntinum Epiſcopum deducitur conſecrandus. Eo igitur conſecrato, & ad Sedem propriam regreſſo ingens clamor lætitiæ, & exultationis ad Deum extollitur, jucundatur civitas de tanto Paſtore, gaudet cunctus populus decoratus novo Domino; ò beata Apulia, quæ noviter ornaris novo Patrono! ſed beata Potentia, quæ decoraris proprio Domino. Jam novum ſidus fulſit in Apuliæ confinibus, quoniam Pontificali infula beatus eſt infulatus Gerardus. Pontificali ergo decoratus gloria humilior, manſuetior, benignior & in omni virtute ſtudioſior apparuit per omnia tempora; ac proinde ei Dominus tantæ efficacitatis tribuit abundantiam, ut cunctus populus univerſis gauderet, quæ videbat ab eo fieri. Fuerunt præterea de fratribus viri boni teſtimonii Monachi & Clerici, qui, teſtimonio fidei veritatis, aſſerunt Deum pro ejus amore in loco ubi nihil D vini erat de aqua feciſſe vinum. Cum itaque apud diœceſim quondam ſanctam Mariam nomine acceſſum æſtivo tempore gratia viſitandi habuiſſet, in ſicitim cum ex univerſi fratres impatienter vinum, quod non erat in loco illo ſtudioſè quærebant, quod cum vir Dei tantopere ſuos deſiderare videret, commotus animo aquam ſibi de fonte afferri præcepit, ſigno itaque Crucis Domini facto contra naturam mutavit aquam confeſtim ſaporis ſenſuram; ipſe enim ſuum ſaporem mutavit in vinum dulce: ſtupefacti ad hæc ſocii admiratione virtutis, beatus, ut erat nihil gloriæ appetens, poſtulavit dexteras ſuorum ſibi dari omnium ſociorum, ne tantæ virtutis gloriam producant ad terrenam, & vanam famam, dumque illis vitę ſuę terminum ne de eo prorumpant famam in ſeculum. Sed quoniam Deus non patitur ſuum ſidus occultari tenebris, poſt tranſitum ejus vitæ clarere dedit illum in ſeculum. Igitur quia de vita & moribus ejus mentionem facimus, qualiter ad Dominum de hoc ſe-

culo

*culo migravit dictis pariter oſtendamus, & ſcriptis. Octavo itaque ordinationis ſuæ anno, cum jam omnis ardor carnaliter deſeruiſſet, quem vix aut nunquam viſus eſt habuiſſe, reddit Domino animam quam perdiderat mundo. Angeli itaque migrantem ad Dominum læti ſuſcipiunt in cœlis, & æternaliter regnantem, cum gaudio ſecum gaudent habitare in aſtris. Canunt Deo laudes Angeli pro eo, quem ſuſceperunt collegam in Cœlo: in terris omnis exultat Eccleſia, quia illum præmittit ad ſiderea regna, quæ vult habere præmium ad cœleſtia gaudia. Cives itaque ejus dolent ſuo orbati Paſtore, ſed Angeli gaudent de cœlico aucto grege, Populus de amiſſo Domino plorat, & cœtus Angelicus hymnidicis vocibus exultat, quia illum recipiunt in aſtris quem ſemper noverunt Deo fidum in terris. Congaudeamus igitur pariter & nos, fratres cariſſimi, gratiaſque agamus Deo qui dignatus eſt nos decorare corona glorioſiſſimi, & magnifici Patris noſtri Gerardi. Igitur quia & Angelorum, & hominum gaudia prælibavimus, ad virtutes quas Dominus poſt ejus obitum ſuis revelare dignatus eſt famulis noſtrum vertamus articulum. Non multo itaque tempore poſt ex quo finivit vitam ſanctus Dei, fuit homo quadragenarius (quæ oculis noſtris vidimus) tantum palmis extenſis, & curvis incedens genibus, qui cum Deo, & Confeſſori Chriſti Gerardo devoviſſet, liberam abeundi virtutem accepit, firmato greſſu pedum ſuorum. Itaque quod auribus noſtris ad preſens de beato viro legimus, nullum dubium ſit nos mentiri non audere, Scriptura clamante, os quod mentitur occidit animam, & item laudat dicens; Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit adverſus proximos ſuos, &c. o miraculum mirandum! ò res laudanda! quis quadragenarium, aut paralyticum proprio prius inceſſu deſtitutum novæ ambulationi redditum & facile crediderit? quis non contremiſcens ſtupet tanto miraculo? niſi enim Dominus, & Salvator noſter Jeſus Chriſtus tempore prædicationis ſuæ hominem multum tempus ægritudinem habentem curaſſet, nequaquam horum populus fieret credulus teſtimoniorum. Prodigia ergo Domini clara, & manifeſta noſtra reddunt teſtimonia vera, & credibilia, ait enim ipſe diſcipulis ſuis, majora his facietis: ſi ergo majus fieri credimus, minus fieri non dubitamus. Vertentes itaque fratres ſtylum ad ſeriem narrandam virtutum, ſicut propoſuimus, veriſſimaque vidimus, ſeu indubitanter audivimus, pauca de multis dicemus; Fuit homo itaque Monachus, ut ad ſepulchrum beati viri adductus, quem Domini pietas per merita & interceſſionem Beati Confeſſoris Chriſti Gerardi ad plenam reduxit memoriam ſenſuum, & intellectus. De ſimilibus præterea multis ad eum veniſſe, & ſanitatem recepiſſe nullus veſtrum teneat ambiguum, ideo nos de multis unum tamen ſumpſimus ne prolixitas multorum miraculorum hebetaret mentem audientium multorum virorum; etenim quia unum tantum cauſa compendioſę brevitatis narravimus in genere inanitorum narramus. Item unum vel ad multum plus duo in genere cæcorum, qui lumen ſuorum receperunt oculorum, & cum multi alii fuerint illuminati quos nos ſcribentes non vidimus, ſed teſtimonio multorum didicimus, ſanum non duximus non viſum mandare auditoribus, timentes Deum in non viſis virtutibus. Etenim ſi Chriſtus magiſter noſter, & Dominus multa miracula, quæ fecerat voluit fieri occulta, qui nullum prorſus timebat peccatum, fugiebat humanam laudem, quanto magis nos fragiles peccatores fugere debemus, quæ oculis, & auribus non cognovimus, narrare aliis, præſertim cum tot ſint miracula, quæ per eum Dominus, & Salvator noſter dignatus eſt oſtendere nobis præſentibus, quod nos prius ſcribendi facultas deſereret, quam vera notitia miraculorum, quæ facta ſunt in præſentia noſtrorum oculorum. Nos vero ob hoc ſcribere caſugimus, non quod ea facta non credamus, ſed quod in peccatum quodlibet minus, vel plus dicendo cadere timemus. Præterea itaque tanta nos copia virtutum ejus quæ per eum Dominus coram nobis quotidie operatur, quod nulla nos teneat voluntas, ſeu cogit neceſſitas aliorum teſtimonium ſcribere virorum. Dicamus igitur de virtutibus & prodigiis oculis noſtris oſtenſis, ut dum nitimur ſcribendo placere Deo, & ſancto Gerardo non videamur dixiſſe plus vero, quod ſemper eſt contrarium Deo. Fuerunt ergo plures homines tenti carcere, quos præſentia Beati Gerardi tempore nocturno liberavit viſitando; compedes namque quibus tenebantur virtute Dei, & viſitatione B. Gerardi de pedibus eorum ceciderunt, & hi de carcere eruti cum omni celeritate viſitarunt ſepulchrum beati viri liberatoris ſui, hique vota Deo, & S. Gerardo cum hymnis & laudibus devotiſſimè perſolventes hilares redierunt in ſua. Et quoniam Potentina Eccleſia multis ejus floret virtutibus, ſatis jucundum Deo & hominibus credimus non præterire ſilentio miracula, quæ ſæpiſſime didicimus facta in eadem Eccleſia; cum autem Sacriſta in prædicta Eccleſia more ſolito lampades ardentes ſupra ſepulchrum prædicti Confeſſoris extingueret per nullum ignem terrenum, ſed ſola Domini voluntate, qui omnia quæcumque voluit fecit in cœlo & in terra ſæpenumero accenſæ ſunt: vidimus & nos hoc prodigium perſæpè: Candelæ quoque ardentes viſæ ſunt cecidiſſe & arſiſſe ſuper pannos ſepulchri ejus longitudine unius cubiti, vel plus eo, & nihil læſionis habuiſſe. Hæc & alia multa ad celebrandum Dei amicum miracula facta ſunt: verum, quia longum eſt narrare non ſolum languentes quos vidimus ſanatos ejus interceſſioutibus, verum etiam genera infirmitatum, quæ manifeſta ſunt, prius nos tempus deſereret quam copia narrandarum virtutum deficiet, prolixa quidem loquacitas miraculorum obturationem aurium, & hebetationem multorum faceret cordium tædia. Itaque deſiſtimus ſcribere multas ſpecies prodigiorum. Dicamque igitur breviloquio quomodo ad canonizandum ſanctitas, & veneratio glorioſiſſimi viri pervenerit. Apparuit itaque, fratres cariſſimi, mihi Manfredo levi ſomno detento prædictus vir canitie venerandus terribiliter injungens mihi me curam habere ſui, quod cum ego ſtupens, & ignarus quid juberet cogitarem, rurſum adjecit; curam non fugias noſtri corporis, & Eccl. Chriſti, quem authorizandus tuo tempore, ſum reverſatus: adhuc quidem me hæſitantem manum extendit, quaſi ad feriendum, & abſceſſit. Expergeſactus ad hæc tacitus expectavi, quid ſibi vellet viſio talis, at non multo tempore poſt Clerus, ac populus Potentinus quaſi præmiſſa B. Gerardi completurus utilem ſibi unanimiter poſcunt dari Paſtorem, me quoque inutilem ſervum, & Dei famulum Eccleſię ſuæ conclamarunt neceſſarium. Animadverſio igitur illorum & petitio eſt adimpleta continuo. Poſt conſecrationem itaque meam non immemor injunctæ mihi voluntatis B. Gerardi, ejus ſecurus hortaminibus urbe progrediens cum Potentinis Romanum adimus Pontificem: illum etenim ſatis invenimus benignum, & petitioni noſtræ per omnia placitum. Conſenſus ejus & omnium Cardinalium approbat hoc fieri communi decreto fratrum omnium; ſit itaque examinatio de vita tanti viri inter Cardinales, & eſt viſa haberi digna inter ſanctos Confeſſores, poſtquam vero à Romano Pontifice Calliſto nomine viva voce canonizatus eſt, Epiſcopus Præneſtinus nomine Guglielmus, & Petrus Acheruntinus Archiepiſcopus, & Guido Gravinenſis Epiſcopus, & Leo Grumentinus Epiſcopus mittuntur ad decorandam, & confirmandam ſuam Domini & Paſtoris ſententiam. Veniunt itaque Potentiam, & cum humilitate providentia facta condonatione quadraginta dierum omnium venientium ad annuam feſtivitatem ſancti Confeſſoris Chriſti ad laudem, & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit, & regnat nunc, & ſemper & ante omnia ſecula ſeculorum, Amen.*

6 MANFREDUS Gerardi alumnus & ſucceſceſſor ann. 1119. ille qui vitam ejuſdem Sancti ſcripſit. VIII.

7 JOANNES ſubſcripſit Lateranenſi Concilio anno 1179. IX.

BAR-

X. 8 BARTHOLOMÆUS deinde reperitur Potentinus Epiſcopus anno 1197. ille idem, qui anno Domini 1200. ex lapidibus quadratis extruxit ulteriorem partem Cathedralis Eccl. ut docent obſoleta carmina ibidem ad parietes expoſita.

*Aſpiciens miratus opus quod celeriter egi,*
*Proſpice quod non ſum fabrica mat er ego.*
*Filia Pontiſice vovi Bartholomæo,*
*Cujus principium ſollicitudo meum.*
*Mille ducenti. . . . cum præceſſerunt renovare*
*Epiſcopum poſt Patrum fuit atque renovare.*

XI. 9 GRATIAS bonus Epiſcopus reduxit Canonicorum numerum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ tunc Cathedralis an. 1221.

XII. 10 OBERTUS Civis, & Epiſcopus Potentinus, magni nominis vir, cujus temporibus vetus Potentia penè diruta eſt, & non procul renovari cœpta eſt ann. 1250. Oſſa S. Gerardi decentiori loco tranſtulit in eadem Cathedrali die 12. Maji eodem anno in cujus honorem ſacellum extruxit, ubi verſus leguntur. B

*Cum quinquaginta ſunt anni mille ducenti*
*Ex quo per carnem ſit Mater Virgo parenti.*
*Sumptibus hæc populi curavit civis Obertus*
*Sancto Gerardo tunc Præſul in Urbe . . .*

Exceſſit Obertus omnium mœrore, clarus virtute, & pietate anno 1256. ſepultus in Cathedrali in Sacello ſanctæ Mariæ de Ferris à Manfredo Canonico exædificato, quo Manfredum ipſum ſepelierat, ubi extat inſcriptio.

*Cum quinquaginta ſex anni mille ducenti*
*Tranſacti fuerant Mariæ Virginis almæ,*
*Hanc cum Manfredi Cantoris cura peregit*
*Aram, ad quam ſepelivit Præſul Obertus.*

XIII. 11 N. . . . nomen non habetur: quo Præſule Potentiæ conditum fuit Cœnobium ſancti Franciſci ann. 1266. & anno 1268. teſte Collenuccio Potentia deſtructa eſt.

XIV. 12. Fr. GUILLELMUS, vel Gualterus Ord. Prædicatorum Potentinus Epiſcopus conſecravit Eccleſiam S. Mariæ Majoris de Diano, anno 1274. una cum Luca Acernenſi, & Palermo Murano Epiſcopis. Hanc Eccleſiam à fundamentis conſtruxit Rogerius Sanſeverinus Comes Marſici in oppido ſuo Diani, quam magnifice dotavit idem Guillelmus anno 1277. cum à Capitulo Montis-Regalis in Sicilia poſtularetur ad eam Eccleſiam, ſed cum ea poſtulatio a Nicolao III. ad examen vocaretur, reſpuit eum honorem Guillelmus, delatuſque eſt Joanni Boccamaſio Romano die 6. Julii 1279. ut in Reg. Vatic. de quo etiam mentionem facit Rocchus Pyrrhus in deſcriptione Eccleſiæ Montis Regalis.

XV. 13 BONIFACIUS anno 1289.

XVI. 14 FRANCISCUS electus ann. 1290. cujus etiam mentio anno 1301. in Regeſt. Neapol. („*Adfuit Conſecrationi Cathedralis Vigilienſis an.* „ 1295.)

XVII. 15 GUILLELMUS ſub Clemente V. Potentinam regebat Eccleſiam anno 1314. qui Gratiæ anteceſſoris reductionem Canonicorum in Cathedrali affirmavit. Hic anno 1317. Chorum ſepſit lapidibus quadratis, ut verſus ibidem narrant. D

*Excidit iſtud opus Angelus ſub nomine digni*
*Præſulis, & Patris Guillelmi more benigni*
*Annis octo novem Chriſti nunc mille ducentis*
*Regis Roberti ſub tempore ſceptra tenentis.*

Cum multos deinde annos Guillelmus præfuiſſet ſub Clemente VI. extremum clauſit circa ann. Dom. 1343.

XVIII 16 Fr. GUILLELMUS de Turre Adrienſis Ord. Minorum ſucceſſit Guillelmo, ann. 1343. 16. Kalend. Julii, caſſata prius electione à Capitulo celebrata de perſona Petri de Madio Potentini Archidiaconi, ut in Vatic. Reg. habetur ep. 8. fol.

A 43. an. 2. pontificatus ejuſdem Clementis; commendatur ab eodem Pontifice Joanni electo Acheruntino Metropolitano ſuo eodem die.

17 JOANNES electus an. 1351. obiit 1364. XIX.

18 JACOBUS Epiſcopus Muranus huc translatus 3. Id. Martii anno 1364. & cum annos ſediſſet decem appoſitus eſt ad patres ſuos ann. 1374. Sedes tunc vacavit per aliquot menſes, Gratianus de Gratianis tunc Capitularis fuit Vicarius. XX

19 MARCUS ann. 1386. XXI

20 ANDREAS ann. 1389. translatus deinde ad Squillacenſem Eccleſiam à Bonifacio IX. anno 1392. poſtea ad Ferentinam (1) ann. 1399. (2) XXII.



21 Fr. BENEDICTUS de Arpino Ordinis Minorum eligitur Epiſcopus Potentinus in locum Stephani Archiepiſcopi Duracienſis ad hanc Potentinam Eccleſiam translati, qui neglexit litteras ſuæ translationis infra tempus expedire. Benedictus deinde anno 1402. factus eſt Archiepiſcopus Neopatren. ut in lib. ſolut. Præiat. XXIII

22 ANDREAS Sinraus de Averſa Epiſcopus Iſernienſis, transfertur ad hoc Potentinum Sacerdotium 6. Non. Octobr. 1403. *a* Hic aliquando C Vicarius fuit Epiſcopatus Sabinenſis, ac deinde anno 1405. *b* translatus eſt ad Cajacenſem Eccleſiam. X XIV

*a* 1403.

*b* 1404. 15. K... Decemb.

23. Fr. BENEDICTUS Ord. Minorum evaſit Epiſcopus Potentinus 16. Kalen. Decemb. *c* 1045. ſedit an. fere 15. ac nuncium libere remiſit in manibus Martini V. Pontificis. A... V

*c* 15. Kal. Decemb. 1404.

24 ANGELUS Neapolitanus antea Epiſcopus Tricaricenſis huc translatus eſt à Martino V. anno 1419. 3. Id. Septemb. Hic Joannæ Reginæ charus fuit, cujus erat a conſiliis, cujus etiam favore evaſit Archiepiſcopus Roſſanenſis in Calabria, anno 1429. XXVI.



25 JACOBUS Squaquera Monachus & Abbas S. Mariæ de Pontio, ſeu Inſulæ Pontianæ Ordinis Ciſtercienſis Caietanæ diœceſis, factus eſt Epiſcopus Potentinus 5. Kalend. Martii 1429. Mortuus hic XXVII.

(1) Tranſlatum fuiſſe Andream ad Ferentinam Cathedram hic loquit Ughellus, ſed de eo ibi nullam mentionem facit; & in Squillacenſibus dum agit de hoc Andrea è Squillacenſi ad Iſernienſem, nulla facta mentione Ferentinæ, tranſiiſſe ſcribit, & denuo rediiſſe ad Potentinam, & demum quieviſſe in ſede Cajacenſi. Mendum irrepſit ex altero Andrea infra enumerando, qui Iſernienſis, Potentinus, & Cajacenſis ſucceſſive Epiſcopus fuit. *Lucentius.*
(2) Carolus de Lellis in lib. de familiis nobilibus Regni Neapolitani par. 1. p. 201. nominat Bartholomæum Spina Epiſcopum Potentinum, qui vivebat circa an. 1400. *Mandoſius.* De hoc ne verbum Ughellus. Fuerit fortaſſe electus ab Antipapa.

hic eſt ann. 1429. (1) prout docent Acta Conſiſt. A

XXVIII. 26 ANTONIUS Anglus Canonicus Neapolitanus Epiſcop. Lucerinus ad hunc Epiſcopatum transl. eſt Kal. Jul. 1450. Is fuit Regius Conſiliarius.

XXIX. 27 JOANNES de Turre Cremata *a* Presbyt. Cardinalis tit. S. Sixti fuit hujus Eccleſiæ Commendat. an. 1459. („ *ſed ad Antonium titulo ſpe-* „ *ctante, & manente cura.*)

*a De eo Ciaconius Oldoini t. 2 col. 916.*

XXX. 28. * JOANNES Paulus Vaſſallus Neapolitanus Antonio prædefuncto ſucceſſit anno 1463. Præfuit ſex omnino annos Potentinæ Eccleſiæ, & ad Trojanam Eccleſiam translatus eſt.

*Ex Corr. tom. 7.

XXXI. 29 * LUISIUS, vel Joſulus Caracciolus Canonicus Neapolitanus Potentinus evaſit Epiſcopus anno 1469. 15. Kal. Maii. Præerat huic Eccleſiæ an. 1472. quo Synodum habuit. Vitam finivit an. 1482.

*Ex Corr. tom. 7.



B

XXXII. 30 JOANNES PHILIPPUS *b* Caſtelioneus Mediolanenſis ex Archidiacono Parmenſi ſucceſſit Joſulo die 9. Dec. 1482. brevi tẽpore hanc rexit Ecc.

*b ADRIANUS dicitur, & Pennenſis à Toppio Bibl. Neapol. p. 328. Mandoſ.*

XXXIII. 31 GEORGIUS Margera Clericus Pontentinus, electus eſt huius Eccl. Præſul die 10. Jan. ann. 1491.

XXXIV. 32 JOANNES Ortega *c* Hiſpanus hujus Sedis Epiſcopus renunciatus eſt ab Alexandro VI. die 16. Novemb. ann. 1502. Vix annum attigit poſt ſuam inaugurationem; mortuus enim Romæ eſt an. 1503. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Populo, cum ſequenti epitaphio. C


*c Ejus meminit Ciampinus in Enarrat. Synop. Abbrev. Parci majoris. p. 14. Mandoſ.*

*Joanni Ortegæ Comiell Burgen. Epiſc. Potent. ab Alexandro VI. ob fidei integritatem, ac Juris peritiam ſupplicibus libellis ſubnotandis (Datarium vocant) Præfecto, necnon litteris Apoſt. majoris præſ dictand. 12. viro Secretario, ac Subdiacono Apoſt. & ſummarum Magiſtro, aliiſque honeſtis muneribus egregiè functo, cujus mors immatura totius Hiſpaniæ ſpem maximam feſellit: Franciſcus Comiel pietatis memor Fratri Opt. Poſ. Vixit ann. xli. menſ. ii. dies xxiv. Nec verior humanis rebus tantillum fide.*

XXXV. 33 JOANNES tit. S. Clementis Card. Arborienſis *d* factus hujus Eccleſiæ Commendatarius 29. Novemb. 1503. ſequente anno ad favorem ſequentis reſignavit.

*d De eo citatus Ciaconius.*

D



XXXVI. 34 JACOBUS Nini de Ameria electus die 12. Auguſti 1506. præfuit ann. 14. & onere ſe exſolvit ann. 1521.


XXXVII. 35 POMPEJUS Card. Columna *e* Eccleſiam hanc habuit commendatam ab anno 1521. 7. Januarii uſque ad ann. 1526. quo à Clemente VII. ſpoliatus fuit, eamque iterum indulgente Clemente recepit, ſtatimque reſignavit.

*e De quo idem Ciaconius tom. 1. col. 1440.*

XXXVIII. 36 NINIUS Ninius *f* de Ameria Jacobi nepos ſuffectus eſt die 28. Novemb. anno 1526. cum eſſet bonæ indolis juvenis, eique data fuit Eccleſia hæc in adminiſtrationem, quam deinde habuit in titulum ex libera reſignatione Pompeii Card. Columnæ die 5. Julii 1530. Romæ deceſſit ſub Pio IV. anno 1564. jacet in Eccleſia ſancti Auguſtini, cum hoc brevi epitaphio.

*f Hujus curioſa Epiſtola legitur in 3. par. Epiſt. memorab. Juſtiniani p. 171. Mandoſ.*

D. O. M.
*Ninio Ninio Amerino*
*Epiſcopo Potentino*
*Paulus Ninius*
*Fratri amantiſſimo mærens P.*
*Vixit ann. lxii. m. ii. d. v.*
*Obiit die xxi. Januarii MDLXIV.*



XXXIX. 37 TIBERIUS Carrafa *g* Neapolitanus ex præſentatione Philippi Hiſpaniarum Regis à Pio V. Papa delectus eſt Epiſcopus Potentinus die 15. Maii 1566. ſucceſſit Nino. Qui deinde ad Caſſanenſem Eccleſiam translatus eſt die 6. Januarii anno 1579.

*g De eo Ricordatus in hiſt. Monaſt. p. 223. Mandoſ.*

XL. 38 SEBASTIANUS Barnaba („ *Neapolita-* „ *nus, Juvenacenſis Antiſtes*) Potentinæ Eccleſiæ declaratus eſt Epiſcopus die 17. Aug. 1579. Jacet in Cathedrali in Sacello ſanctæ Mariæ, ubi legitur epitaphium. Coadjutorem habuit cum ſpe futuræ ſucceſſionis Antonium Veſpulum Neapolitanum Clericum Regularem Androgonenſi Sacerdotio exornatum, anno 1598. intra annum extinctum. Is fuit germanus frater Thomę Veſpuli Regi à conſiliis. Antonii cum laude meminit Sylos tom. 2. Annal. Cleric. Regul. ad ann. 1598.

XLI. 39 GASPAR Cardoſus *h* Hiſpanus Monachus S. Benedicti electus Epiſcopus Dragonenſis in partibus infidelium & coadjutor Sebaſtiani, cum ſpe futuræ ſucceſſionis die 19. Junii 1606. demortuo Sebaſtiano ſuffectus eſt, vir ſanè clariſſimus. Synodum celebravit, Clerum, populumque ad pietatem inſtituit, & poſtquam per plures annos eximiè Potentinam Eccleſiam rexiſſet, publico omnium dolore fato conceſſit anno 1615.

*h De eo Antonius in Biblioth. Hiſpan. par. 1. p. 400.*



XLII. 40 ACHILLES Caracciolus Piſquitius ex oppido

(1) Seù potius 1450. ut in Acheruntinis habetur. Rogaverat enim Capitulum ſibi condonari ab Archiepiſcopo defuncti equum, lectum, & annulum, quæ omnia ex antiqua conſuetudine erant Metropolitæ obnoxia. Archiepiſcopus paupertati conſulens Potentini Cleri liberaliter indulſit. *Laurentius.*

pido Roſi Potentinæ diœceſis evaſit Epiſcopus die 18. *a* April. ann. 1616. Moritur ann. 1623. A

*a* Die 2. Maii ex Actis.

XLIII 41 DIDACUS de Vargas Hiſpanus, die 19. *b* Julii 1626. electus eſt Epiſcopus; hic cum inveniſset ſacra Gerardi lipſana, exornato ſacello ſolemni pompa recluſit. Obiit anno 1633.

*b* 20. Julii. ex Actis.

XLIV 42 HIERONYMUS Magneſius de Polignano, præfuit huic Eccleſiæ an. 1634. Obiit 1641.

XLV. 43 Fr. MICHAEL Torres Neapolitanus Ord. Prædicatorum Ramiri de Guſman Ducis Medinæ, ac Proregis Neapol. à ſacris Confeſſionibus ad hanc infulam vocatus eſt die 18. Aprilis 1644. Obiit haud expleto anno ab obtenta dignitate, & cunctis lugentibus in Cathedrali humatur: vir ſane morum integritate, doctrina, & in Deiparam Virginem præcipua devotione clarus, ſepelitur in Cathedrali, in qua repoſuerat corpus S. Gæovarię Martyris Roma Potentiam relatum ab ipſo, dum ad eam urbem primo accederet. Idem in Ara maxima oſſa S. Gerardi repoſuit.

( ,, *Fuit hic Epiſcopus, Neapolitanus licet pa-* B
,, *tria, genere tamen nobiliſſimo Hiſpanus, in S. Theo-*
,, *logia Magiſter inſignis, & in ejuſdem Sereniſſ. Col-*
,, *legio laureatus doctor, verbi Dei eximius præco,*
,, *ſalutis animarum zelator fervidus, Neapoli Prior*
,, *conventus S. Petri martyris, & Provincialis pro-*
,, *vinciæ Regni, cum eſſet à confeſſionibus Neapoli-*
,, *tani Proregis Ducis Medinæ de las Torres D. Ra-*
,, *miri Philippi ex eadem regali gente de Guzman,*
,, *è qua fuerat ſuus ſanctus Patriarcha Dominicus,*
,, *illo adnitente obtinuit, ut idem Divus, non modo*
,, *civitatis, ſed & Regni Neapolitani tutelaris re-*
,, *nunciaretur ea ſollemnitate feſtiva, quam adhuc*
,, *fama concinit, ac ipſa prælia teſtantur. A nobili*
,, *pennicillo primum clauſtrum ſui conventus, quem*
,, *etiam aliis beneficiis cumulavit, illuſtratum vo-*
,, *luit ferè omnibus gratiis à B. V. Maria ſuo Prædi-*
,, *catorum ordini impartitis. In octingentis, & am-*
,, *plius domibus Neapoli valde amplis, adeo ut il-*
,, *las incolant multæ familiæ, quæ manualibus va-*
,, *cant artibus, quæ domus communiter Neapoli au-* C
,, *diunt* Fondachi, *plurima laudabilia exercitia*
,, *anno 1623. in honorem B. M. Virginis inſtituit,*
,, *ejuſdem icunculas manu geſtantis roſarium in il-*
,, *larum muris depingi, & ut lampades ante eas ar-*
,, *derent, curavit: ad quas domos ſępius ipſi P. P.*
,, *Dominicani accedentes populo, qui ſubito fre-*
,, *quens eſſe ſolet, familiaribus ſermonibus viam*
,, *æternæ ſalutis oſtendunt, & ad devotionem roſa-*
,, *rii excitant, quod ibi quotidie velut in Regularium*
,, *choro ſumma pietate concinitur. Quod non modo*
,, *cedit ad ſpirituale concinentium lucrum, ſed etiam*
,, *ad univerſæ piiſſimæ civitatis ſacratiſſimum decus.*
,, *Puellulæ illarum domorum quotannis in die ſacro*
,, *B. M. V. de Roſario, & in illo eminentiſſ. D. Pa-*
,, *triarchæ roſis, ac floribus coronatæ laudes Maria-*
,, *nas, & Divi Dominici modulantes ſumma mode-*
,, *ſtia, ac devotione ad ædem ejuſdem Divi Domini-*
,, *ci accedunt, ceramque offerunt. Ipſe etiam ma-*
,, *giſter Torres in eadem ęde ſodalitium laicorum in*
,, *ſtituit ſub titulo SS. nominis Jeſu, qui ſub directio-* D
,, *ne P. P. Prædicatorum, & regulis tertii, ut di*
,, *cunt, ordinis D. Dominici mirè in ſpiritu profi-*
,, *ciunt, roſarium SS. nominis Jeſu recitant, mul*
,, *tiſque aliis pietatis exercitiis vacant. Regalem*
,, *domum S. Mariæ de Populo cum omnimoda facul-*
,, *tate ex commiſſione Proregis procuravit, maxima*
,, *eorum piorum, quæ in ea exercentur, operum*
,, *emolumento. Collegium monialium ſui Ordinis,*
,, *cui titulum fecit S. Mariæ de Roſario, Neapoli*
,, *extra portam Divæ Mariæ Conſtantinopolis in lo-*
,, *co, qui audit,* le Pigne, *excitavit. Occaſione*
,, *Veſuviani incendii an. 1631. Archiepiſcopus Nea-*
,, *politanus Boncompagnus jus omne ei tribuit, ut*
,, *ſuos Religioſos, quos doctrina, ac pietate dotatos*
,, *noſceret, ad excipiendas pœnitentium confeſſiones*
,, *exponeret: quare ipſe & hoc munere, & altero*
,, *etiam concionandi ſuos alumnos exornans, eorum*
,, *opere innumeras animas gratiæ conquiſivit. Epiſ-*
,, *copus Potentinus renunciatus vix illius vineæ ara-*
,, *tro manum impoſuit, cum retrahere coactus fuit*
,, *è mortalium ſtatione evocatus ad immortalitatis*
,, *beatæ regiam, ac ſanctitatis opinione Chriſtiano*
,, *orbi ereptus. De eo loquuntur Paulus Carac-*
,, *ciolus in ſuo libro, cui titulus.* Il trionfo di S.
,, Domenico. *Angelus Florillus in ſuo lib.* Crono-
,, logia del Progreſſo del SS. Roſario *Cent. 5. fol.*
,, *571. Soveges ſub die 17. Jun. in Vita P. Andreæ*
,, *de Sanctoſeverino, Theodorus de Valle fol. 335.*
,, *Michael Cavalerius* in Galleria Dominicana *par.*
,, *pr. Chron. 1 Præſ. Domin. 5. Cent. fol. 594. & 595.*)

44. Fr. BONAVENTURA Claverius, Ordinis Conventualium S. Franciſci, demortuo Michaeli ſucceſſit die 16. Julii anno 1646. XLVI.

*A D D I T I O.*

( ,, *Deceſſit an. 1677. Laudatur autem à Marraccio*
,, *in Bibl. Mariana par. 1. p. 240. & à Joanne Fran-*
,, *chino in Biblioſophia p. 119.*

,, *Fr. DIDACUS Lozano, Ordinis Carmelitarum* XL
,, *S. Theologiæ Magiſter, plurimis clarens virtuti-* VII.
,, *bus, hoc throno decorari meruit 13. Septemb. 1677.*
,, *qui cum munus ſuum bene impleſſet extrema clauſit*
,, *an. 1681.*

,, *Fr. ALOYSIUS de Philippis, Neapolitanus,* XL
,, *Ordinis Fratrum Prædicatorum, S. Theologiæ* VIII.
,, *Magiſter, Miniſter antea Provincialis, bis Prior*
,, *in cœnobiis Neapolitanis, S. Officii conſultor, &*
,, *Cathedraticus in univerſitate Neapolitana, à Re-*
,, *ge Catholico poſtulatus Potentinæ Eccleſiæ præfe-*
,, *ctus eſt an. 1684. die 3. Julii: inſequenti autem anno*
,, *diem clauſit extremum.*

,, *Fr. BALTHASSAR de Benavente, Salmaticen-* XLIX
,, *ſis, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis*
,, *captivorum, nonnullis ordinis ſui adminiſtratis*
,, *muneribus, Potentinus Epiſcopus dictus eſt an.*
,, *1686. die 13. Maji. Sed hic pariter breviſſimus Pon-*
,, *tifex extitit, nam circa finem anni 1687. deceſſit.*

,, *PETRUS de Torres, Archiepiſcopus Raguſinus,* L.
,, *ad Eccleſiam hanc tranſlatus eſt 24. Januarii 1689.*
,, *atque denuo ad Archiepiſcop. Tranenſem an. 1695.*

,, *Fr. AGNELLUS Roſſi, Neapolitanus, Ordinis* LI.
,, *B. M. de Monte Carmelo, Theologiæ Magiſter, &*
,, *eximius Verbi Dei præco, Potentinæ Eccleſiæ*
,, *præfectus eſt an. 1695. die 2. Maii. Mortalitatem*
,, *explevit an. 1707. menſe Aprilis.*

,, *CAROLUS Pignatellus, nobilis Neapolitanus,* LII.
,, *Clericus Regularis Theatinus, hac infula decora-*
,, *tus eſt 23. Septembris 1715. Benedixit, & conſe-*
,, *cravit, Neapoli novam peramplam Eccleſiam*
,, *Monialium Capuccinarum D. Franciſci, in qua*
,, *hæc marmori inciſa legitur epigraphe.*
,, Templum hoc
,, Deo Opt. Max., & Deiparæ Virgini
,, Sine labe conceptæ nuncupatum
,, Carolus Pignatellus Epiſc Potentinus
,, Rite conſecravit.
,, VI. Non. Octob. Ann. Dom. MDCCXVIII.
,, Cavitque, ut annuus dedicationis dies
,, IX. Kal. Decembris deinceps celebraretur.)

# TRICARICENSES
## EPISCOPI.



TRICARICUM *c* ſatis pulchra, ſatiſque nobilis Lucaniæ, quæ hodie Baſilicata nuncu-

*c* Vulgo Tricarico.

patur,

patur, civitas eſt ad radices Apeonioi montis poſita, inter duo flumina Obiiviosſum & Vaſenſum (antiquis Caſuentum) qoæ tamen circiter duo paſſuum millia ab ea diſtant. Aere gaudet mirè temperato, ac ſalubri. Hinc amœoa fructiferorum montium juga urbi imminent; illinc lætiſſimi campi per ſpatioſam planitiem porriguntur. Tam montuoſa quam piana fontibus paſsim ſcateot, ac multis rivulis irrigantur. Tellus optimum frumeotum, ac vinum laudatiſsimum, frugeſque omnis generis, quidquid denique ad vitæ tam voluptatem, quam neceſsitatem ipectat, copioſe producit. Ejus originem vetuſtiſsimam dicunt ſuiſse accolæ, tametſi nu!lus ex antiquis ſcriptoribus reperiatur, qui ejuſdem meminerit, vel fuudationem proferat. Ajunt enim, teſte Georgio Bracinio, Diomedem Capanum Græcorum Ducem, poſt Trojæ excidium cum validis copiis, in Apuliam trajeciſſe, ibique Danii Regis filiam uxorem duxiſſe, accepta dotis nomine à ſocero dimidia Regoi parte; ea vero minime conteotum, & augendi imperii cupidum, proxima quæque involaſſe, ac vicinos ſuo ſubjonxiſſe imperio, deſtructis eorum civitatibus, & inter cęteras Triga, & Argo ſolo æquatis. Quamvis autem hæc ab ipſo reſtaurata fuerit, priores tamen incolas, ut ſtabilem ibi ſedem figereot adduci non potuiſſe, ſed coitione facta cum iis, qui Trigæ antea habitarant, eo in loco ubi hodie Tricaricum ſitum eſt communem ſibi civitatem conſtituiſſe. Inter hæc litem ioter utroſque ortam de nomine civitati imponendo, tam iis, quam illis veteris patrię memoriam retinere cupieotibus; tandem vero ita ioter eos conveniſſe, ut ſicut jam in communia jura, ac civitatem coiiſſent, ita eidem commune ex antiqois utriuſque gentis nominibus compoſitum nomen inderetur, ſicque à Græcis Trigargos initio dicta fuerit, poſtea ab Italis Tricaricum appellata. Hæc quidem illi de origine, & nomine hujus civitatis: quorum fides penes auctores eſto. Utcumque igitur ſit hæc fabuloſa narratio, Tricaricum Regia civitas eſt, fœta populo, ac nobilitate. Diu ſub Comitum fuit ditione, primum Rogerii Roberti Caſertæ Comitis filii, deinde Sanſeverinorum, poſtea Sfortiarum, itemque Sanſeverinorum Biſioiani Principum, nunc a ſub lene Regium jugum quieſcit. Tricarici non exiguum decus Epiſcopalis conciliat dignitas, quæ poſterioribus ſeculis à Chriſtiana religione ibidem diſſeminata initium habuit: digna namque viſa eſt (teſte Luitprando) ut Epiſcopali dignitate exornaretur anno 869. cum Poliectus Coſtantinopolitanus Patriarcha, impii Nicephori Focæ imperatoris juſſu, dediſset in mandatis Hydruntino Epiſcopo, ut in Tricarico Epiſcopum ordinaret: verum cum hoc in contemptum Romanæ Eccleſiæ eſset excogitatum, cum auctore deperiiſse dicendom eſt, cum nulla deinceps ad annum uſque 1060. extet Tricaricenſium Epiſcoporum memoria. Hoc enim ipſo anno, vel circa hunc annum nova Metropolis Acheruntina à Romano Pontifice erecta eſt, cum facultate in Tricarico, aliiſque vicinis civitatibus Epiſcopos ordinandi: eodemque tempore, ſciiicet anno 1061. Robertus Comes, antequam Siciliæ Regnum occuparet, menſam Epiſcopalem magna ex parte Tricarienſi Epiſcopatui attribuit; obtulit enim oppida Montis Muri, & Armenti, cum utriuſque gladii juriſdictione; aucta eſt deinde fidelium pia largitione, ex vectigalibus oppidorum Caniati, Agriani, Murgitæ, Andriaci, & S. Nicolai in Sylva, quæ hactenus ab Epiſcopis poſſidentur, præter Andriacum, quod quidam Epiſcopus abalienavit. Tantis immunitatibus Epiſcopatus hic olim fruebatur, ut quo ad illas, pari fere paſsu, cum quolibet Neapolitani Regni Antiſtite ſuccedere poſset; cujus annuus ceoſus dives eſt, aſcenditque ad ſcutata illarum partium 2000. taxatur vero in libris Fiſci Apoſtolici flor. 300. In Cathedrali Baſilica hujus urbis Deiparæ Virginis

a Nunc paret Salindris Ducibus ex neverteria gente Comitum de Saccoglia.

Mariæ dicata aſservantur Sanctorum reliquiæ Lucæ, Vitalis, Hilarii, & Joannis de Galaſso Eremitarum, qui in vicinis ſolitudinibus Evaogelicam vitam duxerunt. & brachium S. Lucæ argento coopertum. In magna quoque veneratione hic habentur reliquiæ S. Potiti & Paocratii Martyrum, & S. Antonii Abbatis oſsa ad ſtuporem miraculoſo ſplendore fulgentia in hodiernum diem in ea viſuntur. In hac Baſilica ſunt duæ dignitates, Archidiaconus, & Cantor, cum undecim Canonicis, aliiſque Presbyteris & Clericis. Præter Cathedralem ſunt Eccleſiæ Parochiales quindecim, quarum tredecim Canonicis committi ſolent; virorum cœnobia tria, Monialium unum, Confraternitates laicorum aliquot, fidelium animæ quatuor millia. Tricaricenſis diœceſis Orientale latus Adriaticum mare, Occideotale Acheruntina, & ager Montis Peluſii, Septentrionale Acheruntina & Marſicenſis, Meridionale per Acris amnis decurſum Anglonenſis diœceſis circumſcribitur. Conſtat tota dięceſis oppidis 33. quorum unum & viginti habitantur, reliqua duodecim ad ſolitudinem redacta ſunt. Ex oppidis quæ habitantur pręcipua ſunt Albanum, cum Parochiali Eccleſia, Calcianum, Acceptura, ubi unum eſt monaſterium ſancti Franciſci diſtrictioris Obſervantiæ; ſanctus Maurus, in quo cęnobium ciuſdem ſancti Conventualium; Hoſtilianum Principatus titulo inſigne, ibi etiam monaſterium eſt Minorum Obſervantiom; Mons Albanus; Mons Mirum Epiſcopo in temporalibus ſubjectum cum ſua Parrochiali Eccleſia, & cęnobio Ord. Prædicatorum; Armentum ditionis Epiſcopi. Tota hac dięceſi continentur Parochiales & Archipresbyterales Eccleſiæ 21. Virorum Cęnobia quatuor, Abbatiæ commendari ſolitæ duæ, uoa titulo ſanctæ Mariæ de Priato, altera ſanctæ Mariæ de Padia, ſive de Scanzana, quæ Grangia eſt cœnubii s. Eliæ de Carbona Ord. ſancti Baſilii. Animæ autem fidelium hanc diœceſim incolentium ad quadraginta millia recenſebantur. Tricaricenſium Epiſcoporum ſeries ſequens eſt, quam iejunam exhibemus, cum ſcripturis, monumentiſque ejuſdem Eccleſiæ deſtituti fuerimus.

*A D D I T I O.*

(„*Canonici, qui Tricaricenſi Cathedrali inſerviunt, 12. recenſentur cum duabus dignitatibus, inter quos tamen non adſunt adhuc præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria: alii inſuper numerantur hebdomadarii 30 cum plurimis aliis presbyteris, & Clericis. Cura animarum ibidem exercetur per presbyterum ab Epiſcopo deputatam, & præter Cathedralem duæ aliæ parochiales Eccleſiæ curam animarum ter mille & amplius habent. E conſpectu Cathedralis Epiſcopium exſiſtit: tribus virorum, & uno ſanctimonialium cœnobiis fruitur. Diœceſis ad 30. milliaria protenditur, & continet oppida 24. Hujus Epiſcopi annuus cenſus de præſenti, ut edocemur ex ſupplici libello Concil. aſcendit ad ſummam duc. 3800. ejus monetæ: ejuſque taxa eſt flor. 300.* Lucentios.)

1 ARNOLDUS Tricaricenſis Epiſcopus florebat anno 1068. quo pro ſua Eccleſia, ſuiſque ſucceſsoribus à Roberto Montis Scabioſi Comite Domino dono accepit oppidum Armenti die 4. id. Aug. qui eodem die & aono Montem Murum, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis ab eodem Comite habuit perpetuo poſſidendum. Donationum tenor ab ipſis exemplaribus talis eſt, quas nobis ſcribeotibus tranſmiſit Petrus Aloyſius Cartafa digniſſimus Epiſcopus ex Tabulario ejuſdem Eccleſiæ. I

*Ego Rubertus Comes Montis Scabioſi Dei annuente miſer. & Dominator, ac Guberu. Tricaricenſis civit.*

*Cogitans cogitavi homines illos, qui propter Dei amorem S. creſcunt Eccl. ad remedium peccat. ſuor. eo quod volebam hæredem facere Dom. de aliqua parte mear. Terrarũ, diſpoſui in corde meo tribuere aliquod beneficium S. Mariæ Tricaric. Eccl. quæ noviter conſtituta erat, quapropter convocatis amicis, & Baronibus*

*meis, uxore mea Amelina, conſilium ab eis petii, qualem cauſam poſſem tribuere præd. Eccleſiæ noviter conſtitutæ, unde creſcere poſſet, qui laudaveve tribuere Eccleſię eidem prædictę cauſam talem, quam nullo tempore perdere, nec à me, nec à ſucceſſoribus meis. Statim vocato Arnaldo præd. Eccleſiæ Epiſcopo, in præſentia Baronum meorum, & meæ uxoris Amelinæ, & D. Madelmi Abbatis S. Sophiæ de Benevento, tradidi eidem Arnaldo, & præd. Eccleſiæ Epiſcopo perquantum unum, quod in meis tenebam manibus caſtellum Armenti, cum omnibus finibus ſuis, dicens; D. Pater, ego pro mercede animæ meæ, & Parentum meorum, & meæ uxoris Amelinæ, trado & do S. Mariæ Eccleſiæ Tricaricen. & tibi, tuiſque ſucceſſoribus caſtellum Armenti, cum omnibus pertinentibus ſibi, & à modo & deinceps in tua ſit poteſtate, & tuorum ſucceſſorum, ut nec ego, nec mei hæredes, necula poteſtas terrena, ſeu Eccleſiaſtica habeat poteſtatem ſubtrahendi prædictum caſtellum Armenti, aut aliquid de cauſis pertinentibus eidem Caſtello de poteſtate ſæpe nominatæ Eccleſiæ, quam dependentibus in eadem Eccleſia, ſi quis tyrannica poteſtate per aliquam fraudem, aut violentiam ſubtrahere illud Caſtellum voluerit, aut cauſas ſibi pertinentes de manibus dictæ Eccleſiæ, & de in ea præſidentibus, habeat maledictionem Patris, & Filii, & Sp. S. & S. Mariæ Virg. B. Apoſtolorum, omniumque Ss. quouſque Deo, & ſanctæ Matri Eccleſiæ Tricaricenſi ſatisfecerit. Fines prænominati Armenti ſunt iſti; Incipiunt à Genda per viam, quæ ducit ad Criſtam Agreſtis, deinde per ſemitam quandam, quæ vadit ad Lervetos, & exinde vadit uſque ad locum, ubi ſurgit rivus de Cangris, & quomodo deſcendit idem rivus & intrat fluvium, qui dicitur Acer, deinde per idem flumen, uſque ad rivum Cuponii, & quemadmodum aſcendit prænominatus rivus, jungitur Fumoſaccio, via inter utrumque; & exinde quomodo deſcendit Fumosaccium, & vadit uſque ad Canitellum, & à Canitello per Criſtam terrarum ſubjacentium uſque ad ſanctum Stephanum, & exinde per Criſtam terrarum ſubjacentium uſque ad ſanctum Angelum, deinde per viam publicam uſque ad Nuces, & quemadmodum deſcendit uſque ad vallem Lupariæ aquæ, ab aqua Lupariæ exinde per eandem viam uſque ad Furcam fluminum, & exinde per rivum Fabaleti, & exinde aſcenſum ejus uſque ad Gendam in via, quæ ducit ad Agreſtam, & donum hoc fecit ſanctæ Mariæ Tricaricenſis Eccleſiæ ante præſentiam Domini Madelmi prædicti Abbatis S. Sophiæ de Benevento, & aliorum, qui ſubtus teſtes ſubſcripti ſunt, & præcepi Petro Acheruntino meo Notario, ſcribere illud, & dari prædicto Arnaldo Præſuli, anno ab Inc. D. N. J. C. 1068. Ind. 6. 4. Id. Aug.*

*Ego Madelmus Abbas S. Sophiæ de Benevento teſtis ſum.*

*Ego Mainaldus de mala convenientia teſtis ſum.*

*Ego Vafredus de Monte Scabioſo teſtis.*

*Ego Oddo de Saxo teſtis.*

*Ego Goffredus Britanus, &c.*

*Fidem facio ego Notarius Octavius Severinus de Neapoli præſentem copiam extractam fuiſſe è ſuo privilegio originali in pergameno ſcripto, non viſiato, non cancellato, nec aliqua parte ſuſpecta mihi producto ad faciendam præſentem copiam, & deinde una cum præſentibus eidem reſtituto collatione cum dicto originali ſemper ſalvato, & in fidem hic me ſubſcripſi, & ſignavi requiſitus, & rogatus &c.*

*Ego Robertus Comes Montis Scabioſi, Dei annuente miſericordia, & Dominator ac Gubernator Tricaricenſis Civitatis.*

*Cogitans cogitavi homines illos, qui propter Dei amorem ſanct. creſcunt Eccleſiam habere remedium peccatorum ſuorum, & eo, quod volebam hæredem facere Dominum de aliqua parte mearum Terrarum, diſpoſui in corde meo tribuere aliquod beneficium S. Mariæ Tricaricenſis Civitatis Eccleſiæ, quæ noviter conſtituta erat, quapropter convocatis amicis, & Baronibus meis, & uxore mea Amelina conſilium ab eis petii, qualem cauſam potuiſſem tribuere eidem Ec-*

A *cleſiæ prædictæ, cauſam talem, quam nullo tempore perderet, nec à me, neque à ſucceſſoribus meis, ſtatim vocato Arnaldo ejuſdem pręd. Eccl. tunc Epiſcopo, in præſentia Baronum meorum, & meæ uxoris Amelinę, & D. Madelmi Abbatis S. Sophiæ de Benevento, tradidi eidem Arnaldo præd. Eccleſiæ Epiſcopo per quantum unum quem in meis tenebam manibus Montem Murum, cum omnibus finibus ſuis; à parte Orientis eſt finis Fontanella, & quomodo deſcendit vallonum ab ipſa Fontanella, ubi uſque jungitur cum eo vallone, qui vocatur Merdarelus extendens ad ſuum fontem, deinde vadit ad criſtam de Creſſuſis, & tranſit ipſam criſtam per tranſverſum, & deſcendit ad fontem Mirtellæ, & poſtea deſcendit Vallonzellus ab ipſa fonte, & jungitur cum vallone magno, & prius deſcendit ipſe vallonus uſque ubi jungitur cum eo valloncello, qui exit à fonte Alamani, & extenditur per ipſum valloncellum ad præd. fontem, & deinde vadit ad Criſtam tranſiens ipſam criſtam, & tranſverſum, & deſcendit ad Vallonem, & itur per ipſam vallem*

B *per tranſverſum tranſitivam ad fontem de Caunis, & quomodo deſcendit rivus ab ipſo fonte diſtendens ad flumen, quo oritur Acer è Meridie eſt finis, quomodo oſtendit prænominatum flumen, uſque ad locum ubi jungitur cum eo rivo frigidus ab Occidente, eſt finis, qualiter oſtendit ipſe rivus frigidus ad fontem ſuum, ubi naſcitur, deinde extendit per terram, & tranſit viam qua itur ad Bicanum, & vadit ad Fagos præſcripta deinde tranſit ad viam magnam, à Septentrione eſt finis, ſicut vadit ipſa via uſque ad aliam viam deſcendentem ad Fontanellam, quam omnem donavimus de ipſo Montemurſo, cum omnibus terris, cultis, incultis, & cum arboribus quæ prope prædictos fines ſunt à modo, & in perpetuum præd. Ecc. S. Mariæ ad habendum, & poſſidendum ſemper eſſe volumus, & in poteſtate tua D. Epiſcope, & omnium tuorum ſucceſſorum manere tam ſtatuimus faciendo in eis atque ibidem quicquid volueritis jure quieto à fine in finibus, & cum omnibus infra ſe habitis. Quod ſi quis terrarum poteſtate per aliquam fraudem, aut violentiam*

C *aliquam de præſcripta donatione prædict. Eccl. Tricaricen. minuere voluerit, habeat maledictionem Dei Patris, & Filii, & Spir. S. & S. Mariæ ſemper Virg. Ss. Apoſtolorum, & omnium Ss. Dei, quouſque Deo, & S. Matri Eccleſiæ Tricaricenſi ſatisfecerit & donum, quod in præſenti facio Eccleſiæ Tricaric. omne ſuum priſtinum principium robur obtineat, & nec ego, aut hæredes mei, vel ſucceſſores alii illud rumpere, ſeu irritare in aliquo pręſumamus, ſi quis autem contra hoc reſcriptum noſtrum fecerit aliquid moleſtiæ, vel contrarii ipſius Eccl. Tricaricenſis, ſacro altari decem lib. auri componat, quod prorupteum præcepi præd. D. Arnaldo Præſuli, anno ab Incarn. D. N. J. C. 1068. Ind. 6. iv. Id. Aug.*

*Ego Robertus Montis Scabioſi Dominus teſtis ſum.*

*Ego Madelmus Abbas S. Sophiæ de Beneven. teſt. ſum.*

*Ego Raynaldus de Malaguerrenna teſtis ſum.*

*Ego Ufridus de Monte Scabioſo teſtis ſum.*

*Ego Oddo de Saſſo teſtis ſum.*

*Ego Goffridus Britanus teſtis ſum.*

D 2 LIBRANDUS Tricaricenſis Epiſcopus cujus meminit vetus documentum Eccleſiæ Montis Caveoſi Acheruntinæ diœceſis die 29. Sept. 1099. II.

3 ROBERTUS ſub Alexandro III. interfuit Lateranenſi Concilio anno 1179. Teſtis fuerat initi conjugii inter Willelmum Siciliæ Regem, & Joannam Angliæ Regis filiam ann. 1177. Febr. menſe. III.

4 HENRICUS proximè invenitur Tricaricen. Epiſc. teſtis privilegii Henrici VI. Imp. quod Florenſi cœnobio in Calabria idem conceſſit an. 1195. IV

5 ROGERIUS Tricaricenſis Epiſcopus erat an. 1237. cui Gregorius IX. Pontifex favorabile dedit privilegium pro ſe ſuiſq; ſucceſſoribus in hunc modum. Exemplar extat in tabulario ejuſdem Eccleſię. V.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerab. Fratri Rugerio Epiſcopo Tricaricen. ejuſque ſucceſſoribus, canonicè ſubſtituendis in perpetuum.*

*In eminenti Sedis ſpecula, licet immeriti (diſpo-*

*nente*

nente Domino (conſtitutos fratres noſtros Epiſcopos tam propinquos, quam longè poſitos fraterna debemus charitate diligere, & Eccleſiis ſibi à Deo commiſſis Paſtorali ſollicitudine providere: quocirca venerabilis in Chriſto Frat. Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiæ Tricaricen. cui auctore Deo præeſſe dignoſceris ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcepimus, & præſenti ſcripto privilegio communimus ſub protectione Sedis Apoſtolicæ ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus exprimenda vocabulis duximus, locum ipſum in quo prædicta Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis Tricaricum, Campum majorem, Albanum, Calcianum, Gallippolim, Accetturam, Garaguſium, Salandram, ſanctum Maurum, Cracum, Hoſtilianum, Cirilianum, Prædium, Graſſanum, Guardiam, Caſtellum, Alianellum, Aliqnum, Petrollam, Gannanum, monaſterium Amorei, Miſſanellum, monaſterium Palumbarum, Gallicbium, monaſterium Galaſii, Armentum, Montem Muerum, Turrim Peeticarum, Corletum, Caſtillionem Aceuæ, monaſterium S. Benedicti, Gurguglionem, monaſterium S. Mariæ de Refugio, Eccleſiam S. Angeli de Monte Verano, Eccleſiam ſancti Raphaelis de Hoſtiliano, ſancti Martini, & S. Nicolai de Sylva ejuſdem Caſtri cum pertinentiis earumdem, Eccleſiam S. Angeli de Caputo, Eccleſiam S. Catharinæ Craci, Eccleſiam S. Nicolai in altari ſuperiori, Eccleſiam S. Angeli de Rocca Aliani, Abbatiam S. Mariç in S. Mauro, Eccleſiam S. Mariç de Cyniato, ad hęc Cæmeteria Eccl. S. Mariæ Maderoſa, Eccleſiam S. Nicolai, Andriacium, Montem Albanum, Roccam Acheritæ, monaſterium ſancti Vitalis in turri; Eccleſiaſtica Beneficia nullus hereditario jure poſſideat, quod ſiquis facere præſumpſerit cenſura Canonica compeſcatur. Præterea quod communi Capituli tui, vel partis Concilii ſanioris in ſua diœceſi per te, vel ſucceſſores tuos fuerit canonicè inſtitutum, ratum, & firmum volumus permanere. Prohibemus inſuper ne excommun. vel interdictos tuos ad officium, vel communionem Eccleſiaſticam ſine conſenſu tuo, quiſque admittat, aut ſententiam tuam canonicè promulgatam aliquis venire præſumat, niſi fortè periculum mortis immineat, aut, dum præſentiam tuam habere nequierit, per aliam ſecundum formam Eccleſię, & ſatisfactione premiſſa oporteat ligatum abſolvi, ſacrorumque Canonum auctoritate ſequenter ſtatuimus, ut nullus Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, abſque Tricaricen. Epiſcopi conſenſu conventus celebrare, cauſas, vel Eccleſiaſtica negotia Tricaricen. diœceſis, niſi per Romanum Pontificem, vel ejus Legatum fuerit eidem injunctum tractare preſumat, niſi forte Metropolitanus ejus aliquid premiſſorum fecerit in caſibus ſibi à Jure conceſſis, illamque abuſivam conſuetudinem, vel potius abominabilem corruptelam; qua cives Tricaricen. Epiſcopo decedente, bona mobilia Epiſcopi tanquam ad eos jure ſucceſſionis, pertineant rapiunt, & aſportant, inobedientes electioni ingredientes Epiſcopale Palatium, niſi prius jurent ſe illorum conſuetudines ſervaturos penitus abolemus ſub interminatione anathematis prohibentes, ne tales de cætero attentantes in Eccleſia quoque Tricaricen. diœceſis, quæ ad alios pleno Jure non pertineant, nullus Clericum inſtituere, vel deſtituere, vel Sacerdotem perficere ſine conſenſu diœceſano præſumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet venationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis pręſutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona hanc conſtitutionis paginam ſcienter contra eam temerè venire attentaverit, ſatisfacere neglexerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, ac in extremo examine diſtrictè ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eadem loca, jura ſua ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus, & hic fructum bonæ vitæ, & actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia ęternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Gregorius Catholicæ Sedis Epiſcopus.

Ego Joannes Sabinen. Epiſcopus.

Ego Jacobus Tuſculanus Epiſcopus.

Ego Romanus Portuenſis ſanctę Ruſinę Epiſcopus.

Ego Rinaldus Oſtienſis, & Vellitren. Epiſcopus.

Ego Fr. Jacobus Præneſtinus Epiſcopus.

Ego Thomas tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Card.

Ego Jo. tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis.

Ego Goffredus tit. Sancti Marci Presbyter Card.

Ego Sinibaldus tit. S. Laurentii in Lucinæ Presb. Cardinalis.

Ego Stephanus S. Mariæ Transtyberim tit. S. Caliſti Cardinalis.

Ego Raynerius S. Mariæ Coſmedin Diac. Card.

Ego Ægidius SS. Coſmæ, & Damiani Diac. Card.

Datum Viterbii per manum Magiſtri Gulielmi S. R. E. Vicecancellarii 3. non. Junii Ind. X Incar. Dom. an. 1237. Pontific. vero D. Gregorii Papæ IX an. XI.

6 M. PALMERIUS de Galiuſio ſacræ Theologiæ Doctor, Capellanus Epiſcopi Card. Albanenſis electus Tricaricenſis Epiſcopus. Hunc Innocentius IV. commendat Tricaricenſi Capitulo tanquam virum doctrina, & morum lenitate illuſtrem anno Pontif. 10. epiſt. 636. fol. 264. Reg. Vatic. Annus erat ſalutis 1253. prid. Id. Aprilis dum hæc agerentur ab Innocentio pro Palmerio, qui electus à ſaniori parte Capituli, competitorem habuit quendam Rogerium Tricaricenſem Canonicum, poſtulatum ab altera electorum parte, quam Rogerii electionem cum infirmaſſet Innocentius Palmerium declaravit legitimum hujus Eccleſiæ Paſtorem 1254. 5. Kal. Octob. ut in ep. 177. & epiſt. 237. fol. 128. Reg. ad ipſum Palmerium jam conſecratum Epiſcopum. Diu hanc Eccleſiam laudabiliter rexit Palmerius, & fato obiit ſub Martino IV. vel paulo ante; poſt cujus exceſſum duo fuerunt a Tricaricenſi Capitulo poſtulati A. ſcilicet de Turbio, & I. de Bendino Abbates, qui cum electioni libere ceſſiſſent, idem Canonicorum Senatus jus ſuum eligendi Paſtorem in Acheruntinum Archiepiſcopum transfuderunt, à quo, qui ſequitur delectus eſt Epiſcopus. VI.

7 Fr. LEONARDUS Ordinis Minorum vir egregiæ litteraturæ, & honeſtate præclarus evectus eſt ad hanc Tricaricenſem Eccleſiam, & à Martino IV. confirmatur ann. 1284. ut videre eſt in litteris ejuſdem Pontificis in Reg. Vat. ad Sabinenſem Epiſcopum Card. quarum tenor talis eſt. VII.

Epiſcopo Sabinen. Apoſtol. Sedis Legato.

Ex parte tua nobis extitit intimatum, quod nuper Tricaricen. Eccleſia per obitum bonæ memoriæ P. Tricaricen. Epiſcopi Paſtoris ſolatio deſtituta quædam pars Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ dilectum filium A de Turbio, reliqua vero pars Canonicorum ipſorum dilectum filium I. de Bendino monaſteriorum Abbates in Tricaricen. Epiſcopum in diſcordia elegerunt. Verum eiſdem Abbatibus renunciantibus in manibus venerabilis fratris noſtri Acheruntini Archiepiſcopi loci Metropolitani hujuſmodi electionibus de ſe factis, Capituloque prædictæ Eccleſiæ compromittentibus concorditer, & unanimiter ſuper celebranda electione hujuſmodi in Archiepiſcopum prælibatum, idem Archiepiſcopus auctoritate hujus compromiſſi de dilecto filio Fratre Leonardo Ord. Fratrum Minorum Pœnitentiario tuo, tuiſque obſequiis inſiſtente prædictæ Tricaricen. Eccleſiæ duxit canonicè providendum. Cum autem dictus Fr. Leonardus, cui non eſt liberum abſque ſui ſuperioris permiſſione, ſuũ ad hoc præbere conſenſum, à provincia Ja-

*nuen. unde idem Frater exiſtit adeo diſtare dicatur, quod ſuum Provincialem Miniſtrum ipſius Provinciæ, a quo ſecundum ipſius Ordini ſtatuta, & ſpecialem indulgentiam Sedis Apoſtolicæ eidem Ordini ſuper hoc conceſſam, eſſet poſtulanda licentia proviſionem hujuſmodi acceptandi, non poſſint adire commode pro licentia hujuſmodi obtinenda, tu Fratrem ipſum de Religionis honeſtate ac multiplicium muneribus gratiarum commendans, nobis per tuas ſpeciales litteras ſupplicaſti, ut eidem Fratri licentiam ipſam concedere dignaremur. Nos itaque de tua circumſpectione provida plenam in Domino fiduciam obtinentes, Fraternitati tuæ præſentium auctoritate concedimus, ut ſi conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis, quæ ſuper præmiſſis fuerint attendendæ, ſecundum Deum, & utilitatem ejuſdem Eccleſiæ id noveris faciendum, aliudque Canonicum non obſiſtat, inſtitutis, & indulgentia non obſtantibus prælibatis, eidem Fr. Leonardo licentiam ſuper hoc concedere valeas opportunam. Datum apud Urbem veterem Nonis Junii ann. 4.*

Præfuit Leonardus decem & ſeptem omnino annos, translatuſque deinde eſt à Bonifacio VIII. ad Tiren. & Arborenſem Eccleſias in Sardinia ann. 1301.

VIII. 8 RICHARDUS Caſſanenſis in Calabria Epiſcopus huc translatus ab eodem Bonifacio VIII. anno 1301. 2. Kal. Martii ex Reg. Vat. epiſt. 21. fol. 5. pontif. 7. Mortem obiit Epiſcopus Averſanus poſtulatus anno 1324. non tamen translatus, ſepultus in ſua Cathedrali.

IX. 9 BONACURSUS ſucceſſit Richardo eodem anno 1324. 4. Non. Maii, ad hanc dignitatem vocatus à Joanne XXII. Papa ex eodem Regeſt. Vatic. eodemque anno memoratur in Regio Neap. Regeſt.

X. 10 GOTIFREDUS Epiſcopus Avellinus in locum Bonacurſi fit Epiſcopus Tricaricen. ab eodem Joanne XXII. an. 1326. 9. Kalend. Martii, Ex Reg. Vatic. ann. 10. Joan. ep. 1126.

XI. 11 MATTHÆUS exceſſit ſub Clemente VI. ann. 1348.


XII. 12 ROGERIUS Marſicenſis Eccleſiæ epiſcopus defuncto Matthæo à Clemente VI. ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1348. *a* Id. Junii ex Reg. Vatic. Non diu Pontifex fuit, nam mortalitatem explevit an. 1350.

*a* 2. Id. Jun. 1349.

XIII. 13 ANGELUS ex Epiſcopo Albintimilienſi in Liguria evaſit Epiſcopus Tricaricenſis Clemente VI. mandante anno 1350. 13. Kalen. *b* Novemb. ut in ep. 24. fol. 13. ann. 9. Reg. Vatic. Hic aliquando Philippi Imperatoris Conſtantinopolit. Cancellarius fuit. Rexit Tricaricenſem hanc eccleſiam ad annum uſque 1364. quo ad Patracenſem ſedem tunc vacantem per obitum Bartholomæi tranſitum fecit; fato deinde ceſſit anno 1370.

*b* 10. Kal. Decemb.

XIV. 14 PETRUS de Serlupis Papæ Capellanus & Apoſtolici Palatii Auditor, hujus eccleſiæ declaratus eſt Præſul ab Urbano V. ann. 1365. 2. Id. Aprilis. Id habemus in Reg. ejuſdem Pontificis.



XV. 15 ANDREAS de Sancto Hieronymo Bononienſis, Joannis Andreæ utriuſque Juris celeberrimi Doctoris nepos, anteà Epiſcopus Volaterranus in Etruria, ad hanc Tricaricenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1374. quam annis quatuor eximiè adminiſtravit, mortuuſque eſt in ſenectute bona anno 1378.

16 MARTINUS ſucceſſor Andreæ die 19. Martii 1378. ſolitum ſolvit ſubſidium, de quo nil aliud habemus, quod proferamus in medium. XVI.

17 THOMAS memoratur in lib. oblig. ſub Urbano VI. à quo in Germaniam, Poloniamque Apoſtolicus Nuncius miſſus fuit an. 1385. Teſtis fuerat cujuſdam tranſumpti Bullarum ejuſdem Pontificis anno 1383. 15. Julii per Archiepiſcopum Tarentinum recognitarum. XVII.

18 NICOLAUS Archiepiſcopus Roſſanenſis à Bonifacio IX. ad hanc eccleſiam translatus eſt anno 1394. Id. Feb. qui poſt quam in hac ſede fuiſſet annis quinque, iterum juſſus ab eodem Pontifice ad priorem Roſſanenſem ſedem rediit ann. 1399. 15. Kalen. Octob. è qua paulo poſt deponitur ab eodem, ut ſuo loco dicemus. XVIII.

19 VITUS Epiſcopus Strungulenſis, evaſit Tricaricenſis 11. Kalend. Novemb. 1399. Mortem obiit ſub Innocentio VII. anno 1405. XIX.



20 THOMAS Brancaccius *c* Neapol. generis nobilitate & virtute illuſtris, ex electo Puteolano Tricaricenſem obtinuit ſedem 3. Kal. Octobr. 1405. quam eum per aliquot annos benè rexiſſet, S. R. E. Presb. Card. ad titulum SS. Joannis & Pauli evaſit ſub Joanne XXIII. cujus erat ſororis filius, ex cujus indulgentia Tricaricenſem deinde eccleſiam habuit commendatam, donec in Laurentium ſucceſſorem transfundendam curaſſet. Romæ deceſſit anno 1427. 6. Id. Septemb. cujus cum laude plerique meminerunt. XX.

*c* De eo Ciaconius Oldoinus, & coll. &c.

21 LAURENTIUS ſucceſſit Thomæ. Is anno 1417. cum Archiepiſcopo Acheruntino, & Belforte Spinello Epiſcopo Caſſanenſi viris egregiis Orator eſt ad Martinum V. noviter Summum Eccleſiæ Pontificem electum, deputatus à Joanna II. Regina, cujus erat in paucis charus. Ejus meminit Bzovius in Annal. Eccl. XXI.

22 ANGELUS patria Neapolitanus Epiſcopus fuit Tricaricenſis ſub Martino V. translatus ab eodem ad Potentinam eccleſiam 3. Id. Septemb. 1419. tunc eccleſia hæc per regreſſum rediit ad Cardinalem Brancaccium, quam deinde rexit ad annum uſque 1427. quo ex hac vita diſceſſit. XXII.

23 STEPHANUS è Carraria gente Patavina, olim Patavinus, mox Nicoſienſis, deinde Aprutinus, tandem variantis fortunæ viciſſitudine Tricaricenſe aſſequutus eſt Sacerdotium anno 1427. die 26. *d* Novembr. Præfuit huic Eccleſiæ annis ſex, ultroque eo munere ſe exſolvit *e*. Tandem Romæ deceſſit anno 1449. die 10. Julii, ſepultus in eccleſia S. Clementis, ubi in rudi ſaxo legitur epitaphium, ſupra à me relatum XXIII.

*d* 3. Kal. Novem ex Actis.
*e* Ad Roſſanenſem tranſiit 19. Kal. Febr. 1433. facta commutatione cum Angelo. Ex Actis.



tom. prim. in Aprutinis Epiſcopis, ubi de eo plura leges. Poſt Stephani abdicationem Angelus, quem paulo ante diximus ad Potentinam translatum, cum ex ea evaſiſſet ad Archiepiſcopalem ſedem Roſſanenſem in Calabria, iterum anno 1433 *a*. die 2. Martii Tricaricenſem priorem ſedem regendam ſuſcepit, & poſt annos quinque mortalitatem explevit an. 1438. („ *Concilio Florentino interfuit an.* 1438.)

*a* 1433. 19. Mai Febr. ex Actis.

XXIV 24 Fr. NICOLAUS patria *b* Venetus profeſſione Dominicani Ordinis, Theologica facultate, cæteriſque virtutibus vir comendabilis, demortuo

*b* De eo Altamura in Bibl. Dominic. p. 209. *Manuſ.*

A Angelo ſucceſſit ad hanc dignitatem ab Eugenio IV. vocatus 9. Kalend. Novemb. 1438. Vitam cum morte commutavit an. 1446. („ *Concilio Florenti-* „ *no interfuit* 1439.)



B 25 SABAS de Carbonibus Romanus Marſorum Epiſcopus ad hanc eccleſiam translatus eſt anno 1446. 11. Kal. Septemb. Obiit ann. 1447. XXV.

26 Fr. LAURENTIUS Ord. Minor. alumnus transfertur à Puteolana ad hanc Tricaricenſem eccleſiam 13. Kalend. Aug. 1447. vix annum complevit, & inter mortuos commemoratus eſt. XXVI

27 HONUPHRIUS de S. Cruce Romanus, XXVII.



patria, generis nobilitate, doctrina, rerumque experientia, & morum probitate vir illuſtris ex Canonico Lateranenſis Baſilicæ à Nicolao V. Papa Tricaricenſis electus eſt Epiſcopus die 24 Aprilis 1448. cuius pro eccleſia exantlatos labores, egregiaque ab ipſo patrata facinora prodit marmoreus lapis, digniſſimi Præſulis corpus tegens in S Mariæ de Publicolis gentis ſuæ eccleſia, quem hic uti extat apponi curavimus, eum ille in patria obiiſſet die 20. Octob. 1471. Epiſcopatus ſui an. 23.

Egregiam Honuphrii doctrinam, & eruditionem memorat Fantinus Valereſſus Jaderenſis Archiepiſcopus in epiſtola ad eundem ſcripta 11. Kalend. Decemb. ann. 1462. Meminit eiuſdem Carolus Chartarius in Advocatorum Conſiſtorialium lib. in Petro Sanctacrucio pag. 15. ubi uberiori calamo hujus gentis nobiliſſimæ viros egregios recenſuit ad ſatietatem.

XXVIII. 28 URSUS dignus habitus eſt, qui Honuphrio viro omni ævo nominando, in hac eadem Tricaricenſi Eccleſia ſuccederet, de quo mentio in Actis Conſiſtorialibus Sixti IV. ann. 1476. die 10. Kalend. Febr.

B

XXIX. 29 SCIPIO Tricaricenſis Epiſcopus interfuit canonizationi S. Leopoldi Ducis Auſtriæ ab Innocentio VIII. ſolemni ritu habita in Aula S. Petri die 21. Decembr. 1484. Item coronationi Alphonſi II. Regis Neapolitani anno 1494. pauloque poſt miſerabili fato occiſus eſt.

XXX. 30 AUGUSTINUS de Guarino Apoſtolicus Subdiaconus ab Alexandro VI. renunciatus eſt Epiſcopus die 9 a. Junii 1497. exceſſit ann. 1610. („In „ *Actis pronunciatur Clericus Livienſis de nobili* „ *Baronum genere procreatus.*)

*a 9. Januarii.*

XXXI. 31 OLIVERIUS Cardinalis Carafa die 24. Aprilis 1510. hujus Eccleſiæ adminiſtrator factus eſt.

*b De quo Clerom. ms Uldorini tom 4. col. 8097.*



C

XXXII. 32 LUDOVICUS patria c Veronenſis, gente vetuſta & nobili Canoſſa, patre Bartholomæo, matre Eliſabetha filia Joannis Franciſci de Ubertis apud Florentinos, Mantuanoſque familia nobili. & præclara natus, maiorum ſuorum virtutes æmulatus, in humanioribus litteris. & juris prudentiæ ſtudiis eruditus, ſub Julio II. Pontifice Maximo Romam venit, apud quem tulit exiſtimationem, factuſque S. Andreæ de Boſcho Ord. Ciſtercienſis, & S. Apollinaris de Canoſſa Benedictini Ordinis Abbas commendatarius, cum ad majora deſtinaretur, Julius mortem appetiit. Non minori gratia apud ſucceſſorem Leonem X. floruit, a quo Tricaricenſis Epiſcopus renunciatus in Galliam Apoſtolicus Nuncius ad Franciſcum I. Regem miſſus eſt. Is cum eſſet ingentis animi vir, & ad omnia bene agenda natus, ita ſibi demandatum munus, optime adimplevit, ut Leonis amorem, Regis gratiam promeruerit, ac Bajocenſi Sacerdotio fuerit condecoratus. Sub Adriano VI. & Clemente VII. Max. Pontif. in Regia Aula inter Eccleſiaſticos Prælatos præcipuus habitus eſt, qui ex vivida ſui ingenii claritudine, & in rebus agendis dexteritate, illius difficillimis temporibus boni Eccleſiaſtici, Regiique Conſiliarii partes adimpleverit. Venetias illum ſuum adlegavit Oratorem Franci-

*c Ejus cum laude meminit Hieronymus Curte in hiſt. Veron par. 2. p. 172. & ſeqq.*

D

A ſcus ann. 1527. ut apud ſapientiſſimum Senatum de gravioribus negotiis peracturum, tandiu maneret donec Italiæ pax laureata rediret; qui cum in eam rem incubuiſſet, gravi infirmitate contracta, Veronam ſe deportandum curavit, ubi fato functus eſt anno 1529. d & in Cathedrali a Matthæo Giberto Epiſc. amico incomparabili, & teſtamenti executore honorificum ſepulchrum cum inſcriptione accepit quam ſupra retulimus in Epiſcopis Veronenſibus ad Giberti Acta. Funebri oratione illum laudavit doctus Bernardinus Donatus Veronenſis.

*d Cum eo ipſo anno hujus Eccleſiam adminiſtrationem dimiſiſſet, ut liquet ex Actis Conſiſt.*



33 ALEXANDER Spaneolus Archipresbyter patriæ, utriuſque Signaturæ Referendarius, a Clemente VII. delectus eſt Epiſcopus Tricaricenſis die 15 e. Maii 1529. Romæ defunctus eſt Paulo III. ſedente, ac nobili tumulo in Eccleſia S. Salvatoris de Lauro recluſus, cum ſequenti cœnotaphio ejus laudes referente. XXXIII.

*e 15. Martii.*

*Alexander Spaneolus unus ex novem fratribus, qui licet à vitæ origine Cordubenſis Mantuæ tamen claris parentibus orti, omnes omnium ſcientiarum doctrina & moribus inſignes, à Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, quam & Ducibus, dignitatibus, ac privilegiis decorati fuere. Hic autem Jur. Doct. Archipresb. in patria poſt multa pro temporali, & ſpirituali Juſtitia, & in Rom. Cur. integer adminiſtrata officia. Vites Epiſcoporum, & Principum ſecularium gerens, ſtudio bonorum artium, & legum continue vacans, audientia humaniſſ. conſilio fidelis, judicio integer, & conſtans animi, à Leone X. accitus Referend. creatur & Presbyt. & per ann. Jubilæi pœnitentiariis Præſidens Commiſſ. Apoſtolic. deputatur. Demum abſque ulla ambitione & avaritia à Deo tamquam Aaron vocat. Epiſ. Tricaric. per Clem VII. conſecratus Chriſti ſanctiſs. vita functus animam Deo reddidit, & corpus in hoc ſepulchro deponi mandavit.*

34 HIERONYMUS Faliugherius f Mantuanus Pauli III. à triclinio intimuſque Cubicularius die 27. Aug. 1535. Alexandri datus eſt coadjutor, eum ſpe futuræ ſucceſſionis, eidemque defuncto ſucceſſit in Tricaricenſi Eccleſia; ſedit uſque ad annum 1539. quo mortem obiit. XXXIV.

*f Folenghius.*



35 FRANCISCUS de Urſinis Romanus Abbas XXXV.

bas Farſenſis die 19. Martii 1539. electus eſt Epiſcopus Tricaricenſis, electus tantum, ac veluti adminiſtrator ſedit plus minus ann. 15. ultroque libens volens ſe abdicavit.

XXXVI. 36 ANTONIUS de Capriolis Romanus die 8. menſis Octob. anno 1554. à Julio III. ad hanc ſedem promotus, diu eam adminiſtravit.




XXXVII 37 JOANNES BAPTISTA Sanctorius *a* Tarentinus, antea Epiſcopus Allifanus, Sixti V. Domus Præfectus ad hanc eandem ſedem translatus die 8. Januarii 1586. ſub eodem ad Helvetios ſanctæ Sedis Nuncius fuit. Romæ deceſſit anno 1592. ſepultus in Eccleſia S. Praxedis cum hoc epitaphio.

*a* Laudatur in Annal. Fratrum Min-Capuc. tom. 2. par. 1. p. 151. Mand.

D. O. M.
*Joan. Baptiſtæ Sanctorio*
*Epiſcopo Tricaricenſi*
*Sixti V. Pontif. Max.*
*in initio Pontificatus domus Præpoſito,*
*ac deinde ejuſdem apud Helvetios*
*Nuncio,*
*Jo. Antonius Sanctorius Tarentinus,*
*Epiſcopus Pollicaſtrenſis*
*Patruo magno.*
*Obiit die xix. Feb. MDLXXXXII.*
*ſuę ętatis climaterici.*

XXXVIII 38 OCTAVIUS Mirtus Neapolitanus, ex Epiſcopo Cajacenſi, Sanctorio ſuffectus eſt anno 1592. die 9. Martii; deinde translatus eſt ad Tarentinum Archiepiſcopatum die 10. *b* Junii 1605. de quo ibi.

*b* 10. Junii.




XXXIX. 39 DIOMEDES Carraſa Neapolitanus Tricaricenſis Epiſc. electus eſt à Paulo V. die 17. Aug. 1605. quatuor tantum omnino annos cum laude prudentiæ rexit, Romæ deceſſit 1609. mœrentibus Tricaricenſibus, qui tam nobilem, piumque Paſtorem amiſiſſent, conditus in Eccleſia Beatæ Virginis ad Montes, ubi extat hæc ad tumulum inſcriptio.

*Diomedi Carafa Tricaricenſi Epiſc. Octavii Marchionis Antiſi filio, viro ingenii cultiſſimi, & ſingulariter pio, qui ad limina Apoſtolorum profectus ſimul & ad limen ęternitatis, ut ſitus apud januas, cœlis exuvias corporis haberet hac ęde Virginis Deiparæ cujus obſervantiſſimus vixit, condi voluit. Petrus Aloyſius Carafa Epiſcopus Tricaricenſis Urbani VIII. & ejus Apoſtolicę Sedis, cum poteſtate Legati a latere Nuncius ad tractum Rheni & Provincias inferioris Germaniæ, numquam abſens a pietate erga ſuos. Fratri ac in Epiſcopatu anteceſſori poſuit. Obiit anno ſalutis MDC. IX. ætatis XL.*

XL 40 SEPTIMIUS Robertus, Romanus, à Paulo V. inſtitutus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1609. die *c* 26. Feb. præfuit ann. 2. & onere ultro ſe exemit. Vivit adhuc in urbe hoc anno 1657. penes capularis ſenex, & ſurdus.


*c* Die 21 Martii in Actis.

XLI 41 Fr. ROBERTUS de Robertis Septimii germanus frater Ord. Prædicatorum S. Theologiæ Magiſter, fratri ſucceſſit die 5. Decemb. 1611. Sedit an. 13. Mortem obiit 1624. ſub Urbano VIII.



XLII 42 PETRUS Aloyſius Carraſa *d*, Diomedis ſuperioris germanus frater, ſuffectus eſt Roberto ab eodem Urbano VIII. die 29. Maji 1624. & ad Germaniæ inferioris provincias diu Apoſtolicus Nuncius fuit, ab Innocentio X. ob eximiam ejus animi virtutem, pietatem vitæ, morumque ſuavitatem S. R. E. Presb. Cardinalis creatus eſt, ac Bononienſi Legatione cohoneſtatus. Chriſtiano orbi eripitur die 15. Febr. 1655. ſepultus in Eccleſia Nominis Jeſu.

*d* De quo Ciacon. Oldoiuſ tom. 4 col. 673.



XLIII. 43 PETRUS Aloyſius *e* junior Carraſa Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ex Anſæ Marchionibus, Principis Belvederii germanus frater Petri Aloyſii Card. Carraſæ, & Tyberii Biſinianorum Principis ex fratre nepos, ex dimiſſione patrui ab Innocentio X. Tricaricenſis delectus eſt Epiſcopus die 8. Januarii 1646. Brevi tempore eximiæ virtutis, munificentiæ, ac in Deum Divoſque pietatis, in pauperes liberalitatis, ea monumenta dedit, ut Canonicorum Tricaricenſis Eccleſiæ ordo grati animi æternam memoriam in marmore literis explicatam, poſteris demandaverit; ejuſdem tum patrui illius prædeceſſoris inclyta facta hac brevi inſcriptione, & elogio extare voluit.

*e* De eo videndus Silos in hiſt. Cler. Regul. par. 2. p. 554. & par. 3. qui eidem Silos dicavit. Mandoſ.

*Inclytis Tricaricenſis hujuſce Eccleſiæ Epiſcopis ex eadem gente Carraſa, iiſdemque Anſæ Marchionibus ut ſanguine, ita & vitæ innocentia, religione, ſe...*

ctiſſimis hoc eſt Diomedi Carrafæ, qui aucto munifice Canonicorum proventu, ſublevata pauperum inopia, accuratis civium commodis infulas triennium adminiſtravit. Petro Aloyſio Cardinali Carrafæ, Diomedis germano fratri, qui Cathedram annos omnino duos, & viginti rexit ſolertia, amplitudine auxit, ornavit moribus. Eccleſiam ad elegantiorem formam revocatam, ſacra ſupellectili, pretioſis ex auro indumentis vel abſens ad tractum Rheni, & inferioris Germaniæ Provincias Apoſtolicus Legatus Organum ad ſacras modulationes magnificentiſſimum faciendum ære ſuo curavit: Penſionem ſubinde pulſanti organum perpetuo conſtituit: Quotidianas Cleri à ſacrorum miniſterio diſtributiones annuo cenſu aureorum additamento cumulavit: Seminarium, attributo centum ſupra quinquaginta aureorum cenſu excitavit: Piis item locis, ac pauperum indigentiis proniore manu conſuluit: Dignus plane ſua purpura, quam illi Innocentius Pontifex X. detulit Maximus Optimo. Petro Aloyſio Carrafę ex Clericis Regularibus Petri Aloyſii Cardinalis, & Diomedis ex fratre nepoti ævo, atque incorruptæ vitæ moribus æque florentiſſimo. Eccleſiam is ex parte collabentem inſtauravit. Laquearia auro, ac cælaturis conſpicua impoſuit: Sacrum in ea inſtrumentum expolivit, adauxit: Sacrarium, procuratis non modico ſumptu armariis, magnifice conſtruxit; Canonicorum Collegium capitum numero amplificavit: Theſaurarium curandæ rei ſacræ, penſionemque illi annuam conſtituit: Sacellum Divæ Virgini à Puritate una cum BB. Cajetano, & Andreæ Clericis Regularibus ad Defunctorum tutelam, dedicavit: Domus itidem Pontificias laxavit, exornavitque: Poſtremo quod in Antiſtite laudabilius, ac magnificentius, vivi Dei templis, hoc eſt egenis, ſacriſque familiis adfuit, adeſt munifice. Canonicorum Ordo Patruis, Nepoti benemerentiſſimis, Ad æternum obſequii ſpecimen, unum, idemque grati animi monumentum unanimi conſenſione

Poſuit.

Hæc de Petro Aloyſio Juniore, qui vegeta ut ætate, ita & virtute pergit ſuam condecorare Tricaricenſem Eccleſiam.

A D D I T I O.

( ,, Romæ adfuit coronationi Alexandri VII. & ſuam Eccleſiam dum multiplici decoraret virtute, ad ſuperos vocatus eſt 1672.

XLIV ,, ANDREAS ſucceſſit e nobiliſſima gente de Aquino Francoliſii Marchionum, Ducum Caſularum, Caramanici Principum, & aliorum oppidorum Dominatu illuſtrium, ex illa autem linea, quæ ad Landulphum ſe refert ſecundogenitum Franciſci de Aquino Laureti Comitis, ut clare liquet e lucubrationibus nondum vulgatis Cl. V. Sigiſmundi Siculæ Tarentini Patritii, & e parte prima Neapolitani Pepli Caroli Mariæ de Rabo in Aquinis fol. 137. ad 139:. Thomas illi genitor fuit, qui Andreæ rara indole bene prævisa, qua pietate, qua litteris ſub optimis præceptoribus, & præcipue ſocietatis Jeſu imbutum voluit, quare in utroque jure conſultiſſimus in provincia Salernitana vix decimum octavum ſuę ætatis agens annum, Auditoris, ut vocant, munus explevit ea integritatis laude, ut Philippus IV. Hiſpaniarum Monarcha mox perpetuum Magnæ curiæ Vicariæ judicem voluerit. Suo vivido tamen ductus genio togas renuens ſagum induit. Anno 1662. ab Alex. VII Pont. Max. equitum cohorti præfectus fuit; at cũ omnis belli timor evanuerit, caſtra caſtris & ipſe mutavit. Vix Sacerdos hanc Eccleſiam, licet omni niſu reluctans coactus fuit accipere anno 1673. 27.

A ,, Februarii. Ut verò ad eam pervenit, increditi ſibi populi commodo invigilavit, ſciens ſe filiis parentem, & ovibus paſtorem datum. Nil antiquius habuit, quam clerum inſtituere, moniales ad majorem profectum provehere, bonos mores ampliare, pauperes juvare, virgines dotare; ſibi parcus, indigentibus largus, & in haſce ſubventiones, non modo ſuæ ſponſæ proventus, ſed ſui quoque patrimonii opes erogavit. Dum vero Epiſcopale munus omnium plauſu, & præcipue ſummi Pontificis exercet, ut ſibi uni vivere, ſe à mole, quam ipſe unus ſuis ſuperiorem cenſebat humeris, ſubduxit, & receptui canens Tiburtinas poſtmodum infulas, & negociorum in Belgio pro Apoſtolica ſede procurationem oblatas, nullam memoriam retinens meritorum Aloyſii fratris ſui germani ſummi Apoſtolicæ Cameræ Auditoris, quæ ipſi purpuram, quam illi mors immatura præripuerat, promittere poterant, conſtantiſſime reſpuit. Suæ autem olim ſponſæ uſque ad obitum numquam oblitus fuit, ſeminarii redditus auxit, multis libris il-

B lud ditavit, & Tricaricenſes omnes Neapolim pervenientes ad unum olim paſtorem, patremque ſuum Andream accurrebant, à quo optimis monitis, & larga etiam non ſemel pecuniaria ſubventione ad pietatem, ad doctrinam acuebantur. Fuit ipſe namque vitæ ſanctimonia, & omnigena ſcientia conſpicuus, adeo ut non contentus multiplici eruditione, & omnibus diſciplinis, ſub quibus mire profecerat, etiam in uſque ultimam ſenectutem ita aſſiduus in lectione fuie, ue numquam ſat didiciſſe crediderit, & librorum helluo audire potuerit. Multis aureorum millibus bibliothecam raris codicibus inſtruxerat, quam poſtea ſibi infirmitate potius quam ætate gravi, inutilem, pro alendis pauperibus venumdedit. Duodecim inſuper aureorum millia, quæ ad ipſum morte alterius germani ſui D. Dominici de Aquino pervenerant, brevi manu alter veluti D Carolus Borromæus ad illas pauperum tranſire fecit. Articularibus doloribus, &

C ,, continua vigilia ſpatio non minus quadraginta annorum acerbiſſime vexatus numquam in impatientiæ vel primum motum erupit. Cæleſtium contemplatione in lectulo jacens membrorum uſu interdictus nocturno tempore ſe reficiebat, diurno confabulatione cum viris, aut ſanctimonia, aut ſcientia exornatis, qui ad ipſum lubens, aut patientiæ virtute, aut aliqua doctrinæ raritate imbuendi accurrebant. E mortalium cœtu Neapoli piiſſime demigravit ann. ſal. humanæ 1715. die 23. Martii, ſepultuſque fuit, prout ipſe mandarat, in æde ſui ſodalitii, cui D. Maria ſuccurre miſeris fecit titulum, cui & ipſe non ſemel præfectus fuerat. Ejus funus bonorum omnium lachrymis, & præcipue pauperum curatum eſt. Epiſcopalia munera in Neapolitana diœceſi ſub Archiepiſcopis Antonio Pignatello, poſtea Summo Pontifice Innocentio XII., & Jacobo Cantelmo, ſemper ac potuit, fere obivit omnia. Regalem Neapoli Eccleſiam ſpiritus ſancti ſacravit, ut e ſequenti inſcriptione.

D ,, Templum hoc ſumptuoſe conſtructum
pia Neapolitanorum munificentia Andreas Aquinus Epiſcopus Tricaricenſis
conſecravit die XIX. Majii an. Domini
MDCXCII. Officii per Octavam quotannis recitandi dilato die, ac ſtatuto
ad XXIV. menſ. Octob.

,, Eruditi fere omnes in ſuis operibus de eo ſumma cum laude meminerunt, aut ei illa dicarunt, aut ejus cenſuræ antequam publicæ exponerent luci, remiſerunt. Inter reliquos primas obtinet Illuſtriſs. D. Jo. Bortonius, quem non modo amœniores, & ſeveriores diſciplinæ, ſed ſummum etiam catholicę religionis, & jurium Apoſtolicæ ſedis tuendorum ſtudium, quod plura graviſſimis in controverſiis præclare ab eo ſcripta, ac typis evulgata teſtatum faciunt, adeo regnanti feliciter Clementi XI. Pont. Max. commendarunt, ut ad ſe evocatum, & inter Prælatos familiares, commenſaleſque ſuos coopta-

,, tum

,, tum ſibi ab intimo ſacello, & à domeſtica bibliothe- A
,, ca; Congregationis vero pro novo, caſtigatiori, ple-
,, niori, & ad hæc uſque tempora perducto Bullario
,, edendo conſtitutæ à ſecretis eſſe voluerit, tum inſi-
,, gni S. Mariæ in via lata urbis Canonicatu, & S.
,, Angeli de Raparo, ſive Ripalio in diœceſi Anglo-
,, nenſi Abbatia commendata, necnon aliis Sacerdo-
,, tiis & titulis munificentiſſime cohoneſtavit. Hic ita-
,, que cl. vir de Muſis etiam benemeritus Poemation
,, licet breve, & extemporaneum Latinè conſcripſit,
,, quo præcipua hujus Epiſcopi Andreæ de Aquino
,, geſta ſtylo quidem candido complexus eſt; quod im-
,, preſſum legitur in libello, cui titulus: Componi-
,, menti Poetici per le nozze &c. raccolti da D. Gi-
,, rolamo Palomba &c. Napoli 1712.

XLV. ,, GASPAR Toraltus, nobilis Tropejenſis, Epi-
,, ſcopus Biteċtenſis, huc translatus 16. Novemb.
,, 1676. vivere deſiit 1682.

XLVI ,, GASPAR Mezomonaco, Neapolitanus, inte-
,, gerrimæ virtutis Monachus, & Abbas Ord. S. Be-
,, nedicti Olivetanæ Congregationis, ejuſdemque ge- B
,, neralis viſitator ad hunc thronum aſcendit 8. Junii
,, 1682. pervigil dum præeſt, parum ſupervixit in ea
,, dignitate defunctus an. 1684.

XLVII. ,, FULVIUS ex illa eadem nobiliſſima Mediola-
,, nenſi gente Cribella, quæ non modo tot Eccleſiis
,, Epiſcopos, Cardinalium Collegio purpuratos, &
,, ipſi Vaticano ſupremum Pontificem, ut ſileamus
,, ſæculares dignitates, ſed etiam cæleſtibus ſubſel-
,, liis dedit indigetes, natus Neapoli patre Alphonſo
,, clariſſimi nominis ſua ætate jureconſulto, ut etiam
,, fuerat Fabius Alphonſi genitor, quibus præprope-
,, rum fatum Senatoriam togam invidit. Puerulus
,, patres Congregationis oratorii D. Philippi Nerii
,, ſuæ vitæ primos habuit inſtitutores in ſodalitio
,, D. Joſephi, quod iidem procurant: quare tener-
,, rima devotione erga B. Mariam Virginem enituit,
,, peculiari autem ſtudio illius imaginem ſemper co-
,, luit in Divæ Reſtitutæ Conſtantiniana Baſilica, di-
,, ctam ideo de Principio, quia prima, non modo Nea-
,, poli, ſed & etiam in Italia publicæ adorationi fuit C
,, expoſita. Eccleſiaſticę vitæ a teneris addictus ſcien-
,, tiis omnibus vacavit, & præcipue illis divino fla-
,, mini neceſſariis. Sodalitio alborum, cui D. Maria
,, Succurre miſeris nomen dedit, adſcriptus, illius
,, omnibus exercitiis, ac muniis vacavit adeo, ut
,, fere pro illo omnis expers negocii videretur. Ma-
,, joris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus renuncia-
,, tus maximum nobiliſſimo illi capitulo decus addidit
,, inculpatæ vitæ perpetuo tenore, utilitatem mira,
,, qua præditus erat in rebus agendis, dexteritate,
,, adeo ut inter reliqua munia Eminentiſs. Archie-
,, piſcopus Caracciolus S. Officii Fiſcalem juſſerit. In-
,, nocentius XI. tot meritorum corona conſpicuum
,, Tricaricenſi baculo innixum voluit 24. Aprilis
,, 1684. Dum vero ſui muneris partes omnes explere
,, parat, immatura morte præventus omnibus ſui
,, deſiderium reliquit. Alphonſus Roccæ Imperialis
,, Dux, Cæſarea munificentia Regiæ Cameræ Præ-
,, ſidens, & fiſci patronus, vir Catherinæ Spinulæ
,, nobiliſſimæ Genuenſis, & ſui germani fratres Fa- D
,, bius, & Franciſcus, non minus majorum ſangui-
,, ne, quam propria virtute ſpectatiſſimi, pietatem
,, ęque ac doctrinam tanti patrui feliciter imitantur.

XLVIII. ,, FRANCISCUS Antonius Leopardus, Marſi-
,, cenſis Epiſcopus, huc translatus eſt die prima Octo-
,, bris 1685. Mortem opetiit menſe Februario 1717.

XLIX ,, LUCAS Trapani ab Iſclana ad hanc tranſvectus
,, eſt Eccleſiam 24. Januarii 1718. Deceſſit Septembri
,, inſequentis anni.

L. ,, SIMON Veglinus, Neapolitanus, ab Eccleſia
,, Trivicana ad hanc translatus fuit die 4. Martii an.
,, 1720. Præſul ingenio, prudentia, conſilio, inte-
,, gritate, religione, omnibuſque demum virtutibus,
,, non modo ſanctiſſimis, ſed & doctiſſimis primitivæ
,, Eccleſiæ Epiſcopis comparandus. Et quare non?
,, Si à vener. Dei famulo Fr. Antonio de Majori ex or-
,, dine Fratrum Minorum Capuccinorum Matri ejus
,, prædictum fuerat, è quotquot filiis erat paritura,

A ,, nec unum quidem non probum, vel non inculpatiſſi-
,, mæ vitæ futurum: ut exitus ipſe docuit. Tres
,, quippe qui ad majorem ætatem pervenerunt, Ec-
,, cleſiaſticæ ſe militiæ addixere, Simon, de quo lo-
,, quimur, ſacerdos ſæcularis, alter in Prædicato-
,, rum ordine audiens Dominicus omnium ſtudiorum
,, feliciter exacto ſtadio jam concionator in ſuæ ju-
,, ventutis flore conſumptus explevit tempora mul-
,, ta. Alter inter PP. Capuccinos P. Angelicus de
,, Neapoli ad procurationem animarum per ſacras
,, conciones, familiares in variis Sacris ædibus ſer-
,, mones, ſacrorum miniſtrationem, morientibus
,, adſiſtentiam unice factus, adeo zelo fervet, & exi-
,, mia charitate, de quo ſilemus omnino, ne ipſius
,, modeſtiam adhuc viventis, & grandia in vinea
,, Domini operantis offendamus. Et ad Simonem re-
,, deundo, à puero puerilia ſemper abhorruit, ſub
,, diſciplina Reverendiſſimi D. Lupi Antonii Pagani
,, viri integritate morum, & non vulgari doctrina
,, præditi grammaticen brevi perdidicit, ut illam pue-
B ,, rulus adhuc potuiſſet alios edocere. Primitias ſpi-
,, ritus hauſit à Vener. Petro Giſulfo Congregationis
,, PP. Piorum operariorum, Sacerdote quidem vitæ
,, ſanctiſſimæ, qui Simonis indolem ad proximi ſa-
,, lutem unice factam dignoſcens, pro Apoſtolico obe-
,, undo munere educavit. Cum eſſet etiam à natura,
,, mira in dicendo gratia ornatus, PP. Congregatio-
,, nis oratorii D. Philippi Nerii ſuo nobilium puero-
,, rum ſodalitio ſub invocatione D. Joſephi voluere
,, conſcriptum, non ſine quadam cæleſti providentia,
,, ut ab ea uſque ætate ad animas cælo acquirendas ſe
,, diſponeret, & veluti Athleta pro futuro certamine
,, inungeretur. Unum quippe Simonem puerulum vel
,, concionantem, vel ſibi aſſignatam ſuper ſacra or-
,, cheſtra perſonam ad miraculum explentem auditu-
,, rus accurrebat confertiſſimus populus, quare tunc
,, frequentiſſimo theatro Sacerdos oratorii familiarem
,, ad illum, ſermonem habebat maximo pietatis emo-
,, lumento, & dæmonum rabie, qui veluti per luſum
,, à ſuis unguibus innumeras eripi animas indole-
C ,, bant. Quantum in hoc ſodalitio Simon profecerit,
,, dixiſſe ſufficiat, hilaritatem ſpiritus D. Philippi
,, Nerii in illo induit, quam nunquam uſque ad ex-
,, tremum vitæ anhelitum exuit, itaut ſanus, & in-
,, firmus, juvenis, & quaſi ſenex, & negociis gra-
,, viſſimis præpeditus, ſemper lætus, ſemper ju-
,, cundus, ſemper pacem vultu præ ſe tulit, internæ,
,, quæ à ſua nunquam exulavit anima, ſignum in-
,, dubium.
,, Cum ſe pene ab infantia altari devoviſſet, illico
,, humanioribus inſtructus litteris, Philoſophicis, &
,, Theologicis facultatibus in Collegio D. Thomæ Prę-
,, dicatorum Ordinis imbui voluit, uſus præceptore in-
,, clyto illo XVI. in quo natus, & XVII. Sæculi, in
,, quo denatus, ornamento P. Thoma Maria Ferra-
,, ri, qui poſt omnes intra clauſtra, Cathedræ debitos
,, honores, extra etiam clauſtra Apoſtolici Palatii
,, Magiſter, & demum S. R. E. Cardinalis renuncia-
,, tus fuit. In quibus omnibus ſcientiis, quia humil-
,, limus ipſe Simon ſemper fuit, brevi adeo profecit,
D ,, ut ſuo expreſſe jubente Magiſtro Ferrari publicas
,, in Theologia theſes Em. Vincentio Urſino dicatas ſu-
,, ſtinuerit plaudente Neap. univerſitate, quę ipſum non
,, diſcipulum, ſed jam Magiſtrum mirata, ac venerata
,, fuit, & magiſterii laurea vel ab illo die coronan-
,, dum pleniſſimis Suffragiis pronunciavit. Con-
,, gregationes Piorum operariorum, & oratorii D. Phi-
,, lippi Nerii, & ipſa Familia PP. Prædicatorum
,, ſuo quæque inſtituto maximum decus non jure ad-
,, diturum ratæ doctiſſimum æque ac ſanctiſſimum ju-
,, venem ſibi aſſerere, quibus non ſtudiis, quibus non
,, hortatibus enixæ ſunt. Deus tamen illum in clero
,, ſæculari voluit, ut per eum proximioribus, adeo-
,, que potentioribus ad ſanctimoniam ſtimulis clerus
,, incitaretur. Sodalitio Apoſtolicarum Miſſionum in
,, æde principe illico nomen dedit, ut munus pro-
,, prium ſacerdotalis dignitatis cumulatiſſimè imple-
,, ret. In catecheſi explicanda nemo illum unquam
,, ſuperavit, qua claritate, qua modo, itaut craſ-

ſiora

,, ſiora etiam ingenia difficillimis noſtræ fidei arcanis
,, per unum Simonem primo veluti oris biatu imbue-
,, rentur. Sodalitii quæque munia ſed ſemper ulti-
,, ma, & graviora ipſe primus obire, à nullis um-
,, quam laboribus ſe eximere, miſſionibus, non ſo-
,, lum in ipſa urbe Neapoli, vel Vicis, ſed etiam in
,, remotiſſimis locis, & etiam extrà Regnum ſemper
,, vacare, cunctis parere, licet inferioribus, pro
,, ſua nihil agerediſ ſententia conſuevit. Innicus
,, Cardinalis Caracciolus, cum ob vitæ ſolidam pro-
,, bitatem æquò, ac doctrinam in paucis eum dilige-
,, ret, voluit, ut ſuos domeſticos quolibet die feſto
,, Chriſtiana dogmata edoceret, & ipſe etiam Archie-
,, piſcopus coram ſemper aderat, Sacramentum pæ-
,, nitentiæ miniſtrandi facultatem ei tribuit adhuc
,, juveni, & reluctanti, quia omnino ſe indignum,
,, & imparem tanto oneri cenſebat. Innumeras ani-
,, mas per ſacram homologeſim gratiæ conciliavit, &
,, præcipue ut nonnulli ſceleſtiſſimæ vitæ Sacerdotes
,, ſuæ dignitati facerent ſatis, obtinuit. Prima ſug-
,, geſta Neap., & extra declamantem quadrageſimali B
,, tempore, aut exercitia ſpiritualia S. Ignatii enu-
,, cleantem, & ſemper cum incredibili auditorum
,, fructu demirata fuerunt. Non ſemel eadem ex-
,, plicavit Neap. clero ſuorum Archipræſulum cura,
,, vere omnigena ſcientia, & ſanctitate ornatiſſimo,
,, qui eum adeo lubenter audiit, ut ſemper audiiſſe
,, flagraverit. Humani autem generis hoſtis tot glo-
,, rioſis ſibi ſemper infenſis laboribus, aut terminum,
,, aut ſaltem obicem oppoſiturus, occaſionem nactus
,, puellam ſimulat recens nuptam forma, lingua, ge-
,, nere, divitiis potentem, ut has omnes dotes ad
,, ſui cauſam propugnandam exerceret. In Tribuna-
,, li itaque pœnitentiæ ſedentem ſola ſolum aggredi-
,, tur. Quænam in illo expiationis loco, quem ipſa
,, ſibi reddiderat ſcelerum ſecluſorium, ſtygia oratrix
,, machinamenta motare potuit, omnibus artibus uſa,
,, ut ſaltem ſemel aſſentiretur, perpetuum obtegat ſi-
,, lentium. Id unum dixiſſe ſufficiat, de puella, non
,, modò impuris fervida flammis, ſed bacchanti, tot
,, armis bene munita, quos ipſe infernus deſudare C
,, potuerat, adeoque ipſis peiore dæmonum legionibus
,, triumphum retulit nil tale cogitans juvenis, flori-
,, dus, inermis ſacerdos: at non inermis, quia an-
,, nos æternos ſemper in mente habuit, vulnera Do-
,, mini noſtri Jeſu Chriſti unicum in ſubitis inſulſi-
,, bus aſylum quotidiano ſemper obſequio meditatus
,, æque, ac veneratus fuit. Beatiſſimam Virginem
,, Mariam tenerrime ſemper coluit, ut filius nonniſi
,, ſub Matris ſuæ dulciſſimo nomine. Michael Cœle-
,, ſtium exercituum Dux, & dæmonum profligator,
,, cujus idcirco Sacerdotum inclyto ſodalitio nomen
,, dederat, D. Joſeph Virginum patronus, & D.
,, Philippus Nerius in procuranda per puritatis ſe-
,, mitam animarum ſalute à ſe tutelaris electus fui
,, validiſſimi ſemper, ac præpotentes inter reliquos,
,, advocati fuerunt, quorum devotionem omnibus
,, pro virili ſemper inſinuavit. Charitatis igne ſuc-
,, cenſus omnibus omnia factus, omnibus idem ſem-
,, per fuit, idem erga divites, ac pauperes, nobi- D
,, les, & plebeios, & ut plurimum maior illi cura
,, fuit pauperum, ac plebeiorum utpote maioris au-
,, xilii ſemper indigentium. Nulla ipſi hora fuit, quæ
,, ſua foret, hyberno tempore longiſſimæ noctis horas,
,, cum a morientibus adſiſtentia ſibi vacaret, con-
,, ſumebat, aut conſcientiarum momentis conſulsus
,, per epiſtolas reſpondens, aut novas pro re nata
,, formans conciones, aut jam formatas SS. PP. le-
,, ctione, & authoritate communiens. Somni quidem
,, parciſſimus fuit. Tribus ante diluculum horis ſe
,, ſacra meditatione ad incruentum altaris ſacrifici-
,, um præparabat, quod fere ſemper prima mane pe
,, ragebat, ut totus deinde animarum profectui va
,, caret. Æſtivo tempore poſt prandium vix tantil-
,, lum domi moratus, illico ad afflictos, ad infirmos,
,, ad moribundos illo, quo ſolent tempore, omnes
,, quieſcere ſe deferebat. Monaſterium puellarum
,, artis laneæ, quod potius laicorum domus dici po-
,, terat, ſatius inſtituit, quam reformavit, quia re-
,, gulas, quas numquam habuerat, præſcripſit, ve-
,, ſtem vulgo habitum dedit D. Dominici, mentalem
,, ac vocalem orationem, jejunia, carnis maceratio-
,, nes in eo ſancivit, quoſdam parietes erectos vo-
,, luit, laicorum in illud intuitum prohibentes, Ec-
,, cleſiam, quæ prius ædicula erat, prolatavit, &
,, ut in ea auguſtiſſimum altaris Sacramentum continuo
,, aſſervaretur, obtinuit, ſacellumque propriis ſum-
,, ptibus in honorem D. Roſæ Peruanæ excitavit,
,, cujus etiam ſacra lipſana ab ipſo obtenta continuis
,, ibi ſcatent prodigiis, eaque demum cuncta diſpo-
,, ſuit, per quæ ipſa nunc æquat ſtrictiſſimæ clauſtra
,, obſervantiæ, & nonnullę etiam illarum Virginum
,, maxima ſanctitatis opinione ad æterni ſponſi tha-
,, lamum convolarunt. Reliqua omnia ſacra gynecæa
,, aut exercitiis Spiritualibus S. Ignatii, aut concio-
,, nes habens Dominici Adventus, quadrageſimæ,
,, aliiſque ſtatis anni temporibus, ac feſtis diebus,
,, aut ſacras confeſſiones excipiens ad miraculum
,, reformavit, adeo ut ſingula ſuum perpetuum di-
,, rectorem habere continuo contenderint. Soda-
,, litio adſcriptus, quod diſponit reos ad pie obeun-
,, dam mortem, qua dignos terrena cenſuit Neme-
,, ſis, muniis ejuſdem omnibus ſemper vacavit.
,, Ipſorum ſolitus conſcientias regere ea, qua &
,, ipſe fervebat, charitate inflammabat, ut ad ul-
,, timum ſupplicium, veluti ſuis ſceleribus debitum
,, feſtinarent. Cum autem cœleſti forſan afflatu no-
,, viſſet quemdam in illo momento jam ad inferos
,, ruiturum, nullo fultus auxilio, ſed alis ab ipſa
,, charitate mutuatis e medio confertiſſimi populi ſu-
,, per patibulum evolavit, nec ab illo deſcendit, niſi
,, moraliter certus reum in ſinu gratiæ expiraſſe. Hæc
,, & alia id genus glorioſa facinora meditantem, & ut
,, plurimum ſupra etiam vires peragentem, in quo-
,, rum executione dira ſæpiſſime, & duriſſima perpeſ-
,, ſus fuit etiam ab illis, qui debebant potius adju-
,, trices et manus admovere, Clemens XI. nil tale
,, cogitantem, imo & invitum, ac reluctantem ann.
,, 1702. Trivici Eccleſiæ ſponſum aſſignavit, ab illa
,, autem ad hanc tranſtulit die 4. Martii 1720. immor-
,, talium meritorum corona redimitum. Tricaricen-
,, ſem univerſam, qua late patet diœceſim pro novo
,, ſibi aſſignato Præſule Simone Veglini, inſolitum
,, gaudium, ejus porro prævia fama virtutum, oc-
,, cupavit, quo vero maxime efferbuit, cum jam ad
,, ſe longis itineribus audiit properantem. Ordo, &
,, populus, ipſi etiam infirmi, & imbecilles accurre-
,, re, ei obviam ire, genua flectere, fauſta precari,
,, Pontificiam benedictionem expoſcere, cunctis præ
,, lætitia geſtientibus, & ſuo paſtori die 5. Maji ejuſ-
,, dem anni tunc primo adventanti pyliam ſenectam
,, deprecantibus. Hiſce autem communibus votis cæ-
,, lum minime arriſit, nam dum ſuæ ſponſæ viſita-
,, tioni ſe accingit, in morbum ultimum incidit. Sup-
,, plicationes illico ad omnes devotas imagines, &
,, ſanctuaria publico nomine conſtitutæ, publica etiam
,, vota pro ſalute præſulis nuncupata, omnibus mœ-
,, ſtis, & flentibus, ſolo ipſo Epiſcopo, ſuo more, hi-
,, lari, & promptiſſimo ſui Domini vocibus reſponde-
,, re. Interea nullum à ſuo cubiculo removere, omnes
,, admittere, cunctis ſalutaria monita relinquere. B.
,, V. Mariam Dei, & ſuam matrem ſuppliciter invo-
,, care non ceſſabat, viatico ſacratiſs. corporis Jeſu
,, Chriſti incredibili devotione ſuſcepto, extremaque
,, ſancta unctione delibutus, quæ arma eccleſiaſtica
,, ipſe ſua ſponte petierat, Pontificia benedictione
,, omnibus impartita inter lachrymas ſuorum ſolus ip-
,, ſe ridens ad regiam æterni riſus (ut ſui emendatiſ-
,, ſimi mores ſperare non prohibent) die 23. Julii ejuſ-
,, dem anni evolavit. Vere miraculum hujus noſtræ
,, ætatis dicere poſſumus, ſive ſapientiam in eo ſpe-
,, ctare velimus tam divinarum, quam humanarum
,, rerum, ſive humanitatem, manſuetudinem, cle-
,, mentiam, cæteraſque omnes virtutes, quibus, non
,, modo Trivici, & Tricarici infulas, ſed omnem Ec-
,, cleſiaſticam hierarchiam decoravit. Quod non, ut
,, emphatice dictum videatur, vel ex hoc perſpici po-
,, teſt. Venerabilis P. Petrus Giſulfus, cujus vita

etiam

,, *etiam typis impreſſa legitur, ejus primus in ſpiritu*
,, *educator ſacerdos conſummatiſſimus, acerrimi ju-*
,, *dicii, & in laudando præſertim viventes mire cau-*
,, *tiſſimus coram genere, & ſanctimonia conſpicuis*
,, *heroibus, quorum unus ſuperſtes eſt Antonius San-*
,, *felicius Neriti antiſtes, libere abſque ulla hæſitatio-*
,, *ne profatus fuit, quod ipſe tanti faciebat Simonem*
,, *Veglini tunc juvenem, nec adhuc ſacerdotem, quan-*
,, *ti P. Antonium Torres ſuæ Congregationis piorum*
,, *operariorum, cujus jam defuncti heroicis virtuti-*
,, *bus, non modo Neapolis, ſed & ipſa alma urbs, imo*
,, *jam orbis aſſurgit. In quem vero majorem non ex-*
,, *creviſſe meritorum cumulum credendum eſt per om-*
,, *nium continua virtutum exercitia uſque ad ſexa-*
,, *geſimum primum ſuæ ætatis annum, qui ultimus*
,, *ejus temporalis, & primus æternæ vitæ fuit? Ut*
,, *mortalitatis ſarcinam depoſuit, ilicet omnes de-*
,, *votionis ergo, quæ ipſius fuerant, depopulari,*
,, *contentiſſimus quiſque velut theſauro, aliquo fru-*
,, *ſtulo, vel telæ, vel veſtis, vel paginæ ab ipſo*
,, *conſcriptæ, etiam à remotiſſimis locis ea requirun-*
,, *tur, & obtenta velut ſacra lipſana ſervantur. In*
,, *æde principe illi juſta publicis lachrymis perſoluta*
,, *fuerunt, corpus autem in D. Claræ ſepultum fuit*
,, *inſtantibus maximopere religioſiſſimis illis ſancti-*
,, *monialibus, quæ in ſua Eccleſia omnimode volue-*
,, *runt, tamquam per illud præſentiſſimam cæleſtem*
,, *opem habituræ. Statura fuit procerus, oculus ei*
,, *vivax, ſed modeſtus, virgineus pallor vultum ejus*
,, *ſemper venuſtavit. Continuis vexatus morbis, à*
,, *nullis pro Dei nomine licet graviſſimis laboribus ſe*
,, *exemptum voluit. Ob vitæ qua ſanctitatem, qua*
,, *puritatem apud omnes audiit Angelus, & qui fuere*
,, *ſecum a teneris arctiſſima neceſſitudine conjuncti,*
,, *virginem, non modo corpore, ſed quod caput eſt,*
,, *animo ſemper fuiſſe, teſtari non dubitant. Cum*
,, *ab aliquo laudabatur, proprias laudes in jocum*
,, *vertebat, ſed ea dexteritate, ac lepore, ut lau-*
,, *dator nec offenderetur, & ab ſe amplius laudando*
,, *abſtineret. Nullus ab eo repulſā retulit, nullus pro-*
,, *pter eum frontem umquam criſpavit, & cum in ali-*
,, *quo non ſanctum vivendi modum objurgabat, ea id*
,, *officium ſerenitate vultus, ac verborum dulcedine*
,, *peragebat, ut obduratos alliceret, & longo veterno*
,, *implicitos excitaret. Parentatum etiam illi fuit*
,, *Neapoli, & in ſuis ſodalitiis, & in illis ædibus,*
,, *quas ipſe vivens beneficiis cumularat.*

# VENVSINI

## EPISCOPI.



*a Vulgo Venuſi.*

VENUSIUM *a* civitas Apulorum, non procul a confinibus Lucaniæ, nunc inter urbes Baſilicatæ non infimum ſibi locum vindicans, non admodum ampla eſt, ſed vètuſtiſſima, & amœna, apud Aufidum fluvium inter Melphim, Acheruntiamque Metropolim ſita, a qua ad 20. m. p. abeſt, a Melphi vero 10. a Neapoli ſupra 95. in Ortus æſtivos. Vulgo Venuſia, ita a priſcis videtur appellata, vel quod a Veneris nobiliſſimo ibi condito templo, ejus nomini eam conſecraſſent, vel ab aquarum ſcaturiginibus, quas venas appellant, vel a vinis, quibus abundat Venuſiam appellaſſent.

A Hujus ſuis in ſcriptis meminerunt Ptolomæus, Plinius, Livius, Appianus, Plutarchus, Cato, Horatius, aliique; nemo tamen illorum ejus exordium retexuit. Conſtat tamen ante annum ab urbe condita CCCCLXIII. Rempublicam fuiſſe; viſuntur enim in eadem civitate plures inſcriptiones, Venuſinorum Reipub. teſtes inſignes, aliaque vetuſta monumenta temporum injuria pene corrupta, & labefactata, hactenuſque publico civitatis ſigno his verbis nobilitatur. *Reſpublica Venuſina.* Splendidam in iis etiam appellatam lego.

*Lucullanorum Prole Romana*
*Æmilius Ruſtitutianus V. P.*
*Corrector Apuliæ & Calabriæ*
*In honorem ſplendidæ civitatis*
*Venuſinorum conſecravit.*

Caput aliquando fuiſſe Apuliæ Venuſiam, ſcribit Varro lib. 1. de rebus ruſticis, *quæris quod far conferendum Campano, quod triticum Appolo, quod vinum Falerno, quod oleum Venafro, cujus regio-*
B *nis Apuliæ Venuſia caput extitit.* Fructuoſo, opportunoque in loco collocata celebris ſemper habita eſt, tum opibus, cum viris. Verum Venuſinorum virtutem, fidemque erga Romanos, quæ ſe in Punico bello explicuit, omnium magnificentiſſimè Livius commendavit; namque ea deducta colonia, Romanæ Reipublicæ fideliſſima, deficientibus penè aliis, adeo in pretio fuit, ut eas ad fidem Romanorum revocaverit: quamobrem referente publico in Senatu Marco Sextilio Fregalirio, Venuſinis gratiæ redditæ ſunt, atque ſtrictius amoris fœdus inter ipſos initum. Narrat Livius Æmilium Coſ. Romanorum ab Annibale in illa miſerabili Cannenſi pugna deſideratum, Marcum Varronem Coſ. alterum cum quinquaginta equitibus Venuſiam ſe recepiſſe, a Venuſinis humaniſſimè exceptum, ad ipſum Venuſiam ad quatuor millia peditum, equitumque, qui ſparſi fuga per agros fuerant, perveniſſe. *Eos*, inquit, *omnes Venuſini per familias benignè accipiendos, curandoſque cum di-*
C *viſiſſent in ſingulos equites togas, & tunicas, & quadrigatos, nummos quinos vicenos, & peditibus denos, & arma, quibus deerant, dederunt, cæteraque publicè, ac privatim hoſpitaliter facta, certatumque, ne à muliere Canuſina populus Venuſinus officiis vinceretur.* Poſt hæc, ſcribunt ad ſupplendos Colonos Venuſinorum, aliarumque coloniarum poſt ſecundum bellum Punicum anno ab Urbe condita 554. quatuor ſummos viros electos fuiſse C. Terentium, Varronem, T. Quintium Flaminium, P. Corneiium Gneum, Fabiumque Scipionem. Romanorum itaque colonia effecta, eorum fortunam tandiu ſequuta eſt, quandiu Reſpublica illa potuit dignitatem, majeſtatemque ſuam tueri; cum ejuſdem autem ruina, in aliorum poteſtatem ceſſit. Gothi enim primum, Wandali deinde, Græci, Longobardi, Sarraceni, quibus exactis Normanni eam tenuere; anno enim 1042. in diſtributione civitatum Apuliæ inter Normannos Draconi Comiti obvenit; poſt Normannos Svevi, Gal-
D li, Aragonei eam poſſederunt, donec lene, miteque Hiſpanorum Regum jugum ſubiret, quorum benignitate Principatus titulo inſignis obtinet Nicolaus Ludoviſius Plumbini Princeps in Etruria, Gregorii XV. Pontiſ. Max. nepos, ſub quo hoc tempore feliciſſimè conquieſcit; cum paulo ante infelix, diviſa in factiones popularium & nobilium diſtenta eſset, unde maximas calamitates accepit. Hæc civitas non ſolum ob eximiam terræ fœcunditatem, quæ omnium rerum copiam ad ſaturitatem effundit; atque ab Horatii Flacci Poetæ venuſtiſſimi, Euſtachii de ſitu Urbium ſcriptoris, aliorumque præclariſſimorum hominum natalibus, quos conſpicuos, illuſtreſque ſingulis ætatibus tulit, illuſtris cenſenda eſt. Verum eo magis perſpicua prædicanda, quod, ut fert traditio, ex illis primis Apuliæ civitatibus fuerit, quæ lucem Evangelii amplexatæ fuerunt opera, & conatu Petri Apoſtolorum Principis, in cujus honorem Venuſini

Eccle-

Eccleſiam excitarunt, cui ex ejus nomine S. Petri de Olivete nomen fecerunt. Venuſinos fuiſſe duodecim illos fratres, qui ſub Maximiano Imp. diverſis in Apuliæ locis martyrii gloriam ſunt aſſecuti, ſcribit Galeſinus, quorum corpora variis in locis ſub Arechio Priocipe deinceps translata ſunt. Et Venuſiæ ſub Diocletiani ſæviſſima perſecutione Felix Epiſc. Africauus cum Adaucto, & Januario Presbyteris, Fortunato & Septimio lectoribus illuſtrem tulit palmam martyrii. Hi natione Africani, accuſati, quod Chriſtiani eſſeot, cum ſemel ſuſceptam fidem conſtantiſſimè profiterentur, & à Madelliano procuratore multis diu vinculis & carceribus iu Africa, & Sicilia macerati, Felix nullarenus ſacros libros juxta Imperatoris edictum tradere noluiſſet, tandem Venuſiæ occiſione gladii conſummati ſunt, quorum dies agitur 24. Octob. Tradunt Venuſini primam Cathedralem hujus civitatis fuiſſe Eccleſiam illam S. Petri de Olivete, quæ cum bellorum injuria corruiſſet, expurgato Hymenæi veteri delubro, illud in honorem ſanctiſſimæ Trioitatis conſecraſſe, quo deiuceps pro Cathedrali uſi ſunt Epiſcopi ad Nicolai II. Papæ uſque tempora, qui cum Venuſiam ad illud conſecrandum veoiſſet, pro Cathedrali in Abbatiam erexit, apud quod Robertus Guiſcardus Dux permagnificuon pro Benedictinis Monachis cœnobium excitavit, invidioſiſque fortunis nobilitavit. Tunc non procul alia Cathedralis Eccleſia exædificata eſt: verum cum poſt multa ſæcula breviori ambitu, ae tutiori civitas muris incluſa eſſet, Cathedralis extra remanſit, eo ſcilicet in loco, ubi modo arx ad tutelam civitatis ſpectatur, ſicque ea occaſione Eccleſia diruta eſt, commodiorique in loco intra civitatem à Pyrrho de Balzo quondam Venuſinorum Duce nova Eccleſia Cathedralis in honorem S. Andreæ Apoſtoli Divi Tutelaris magnifico opere, columniſque marmoreis condita fuit, ut lapis ad parietes poſitus proloquitur.

*Baucius hanc Pyrrhus Illuſtriſ. Dux Venuſinam Eccleſ propriis ſumptibus ædificavit.*

Illam ſolemni ritu ſacravit Ferdinandus Serronus Epiſcopus die 9. Martii an. 1502. in qua fruſtulum ligni ſanctiſſimæ Crucis, ſpinæ duæ ſacratiſſimæ Coronæ Domini noſtri Jeſu Chriſti pars coſtæ D. Gregorii Magni, index digitus S. Andreæ Apoſtoli, vaſis concluſis decentiſſimè aſſervantur. Præclaro inſtituta Clero & Capitulo viginti Canonicorum, gemina duplica a dignitate, quarum prima eſt Archidiaconatus, reliquæ Archipresbyteratus, Cantoratus, atque Primiceriatus, exornatur („*cum „ præbenda Pœnitentiaria: his accedunt ſex alii „ Beneficiati, & plures inferioris ſervitii Clerici. „ Animarum cura ex ea exercetur ab Archipresbyte- „ ro.*) In civitate præter Cathedralem Parrochiales Eccleſiæ ſex, quarum Parochi ex Cathedrali Sacramenta populo miniſtranda deſumunt: virorum diverſorum Ordinum cęnobia quioque; Sanctimonialium ſepta duo („ *& unum puellarum conſervatorium*, . celebris etiam Abbatia ſanctiſsimæ Trinitatis Ordiois S. Benedicti, nuuc Commenda Ord. Hieroſolymitani, annui redditus ſex millium aureorum, aliiſque templis, & oratoriis, laicorum ſodalitiis, ac xenodochiis nobilitatur, hujuſce populi pietatis, ac magnificentiæ teſtibus Diœceſis Venuſina haud latius excurrit, tribus dumtaxat contenta oppidis, quæ ſunt Spinacciola, uoi Eccleſia Collegiata cum 12. Canonicis, Forenſia & Marcheſium; hujus poſtremi accolæ Græco more vivunt, quatenus à Latinis permittitur: Sanctimonialium autem monaſteria duo io ea extant. Venuſinus Epiſcopatus aotiquus eſt, priſcis illis Chriſtianæ fidei temporibus inſtitutus, quem vel paulo ante Alexandri II. Papæ tempora, vel ab ipſomet Pontifice, Acheruntinæ Eccleſiæ datus eſt ſuffraganeus. Hunc Duces, Regeſque Neapolitani, Summique Pontifices privilegiis, & gratiis exornarunt, quorum monumenta, ut fertur, abrumpta flammis fortuitis perierunt. Menſæ Epiſcopalis annuus ceoſus, ducatorum Regni 1600. Taxa illorum in lib. Fiſci Apoſtol. floren. 100. Porro qui hanc Eccleſiam rexerunt Præſules infraſcripti ſunt, quorum ſeries tum ex illius ſcripturis, tum ex aliorum monumentis à nobis eruta eſt.

1 PHILIPPUS à ſancto Fabiano Papa circa ann. Dom. 238. Venuſinus creatur Epiſcopus, de quo nil aliud habent tabulæ ejuſdem Eccleſiæ. I.

2 JOANNES ſub Leone I. Papa vixit an. 443. II.
de quo inter cætera narratur, quod cum Attila ad ſubvertendam Venuſinam civitatem exercitum admoviſſet, ipſe Joannes Pontificalibus indutus cum Clero & Cruce occurrit, qui viſa Deiparæ Virginis imagine, quæ eidem, totique exercitui apparuit, re infecta receſsit: quamobrem in ejus honorem extra urbem à Venuſiuis ad memoriam facti, Eccleſia fuit excitata, quæ hactenus extat, apud quam conditum fuit cęnobium Minorum Fratrum de Obſervantia, ut ſuo loco dicemus.

3 AUSTERUS Venuſinus Epiſcopus floruit anno 493. vir planè mirabilis, qui una cum Richardo Andrienſi, Joanne Rubienſi, & Sabino Canuſino ſanctiſſimis Epiſcopis interfuit conſecrationi altarium Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli de Monte-Gargano, ut in Actis ſancti Sabini legitur. Venuſinæ diptycæ produnt hunc ſanctum Epiſcopum coronatum fuiſſe martyrio in ipſa Venuſina civitate; tamen nullam de hac re mentionem inveni in Martyrologiis. III.

4 STEPHANUS Venuſinam Eccleſiam rexit Symmacho Pontifice, anno 498. de eo legitur in cap. 2. diſt. 96. circa medium, ubi de rebus eccleſiæ diſponendis nullam facultatem laicis attribui conſtitutum fuit. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi. („ *Interfuit Synodis Romanis* 501. 502. „ 503. 504.) IV.

5 PETRUS Venuſinus Epiſcopus an. 1014. cum aliis Epiſcopis interfuit conſecrationi Eccleſię ſanctæ Mariæ de Foreſta civitatis Lavelli. V.

6 JAQUINTUS hujus eccleſiæ Epiſcopus, anno 1053. præſens fuit conſecrationi eccleſiæ S. Michaelis Archangeli de Monte Vulturno, qui hodie Mons Acutus vocatur. Hoc eodem anno, Jaquinto Præſule Drogo Comes ſequentem nobilem donationem fecit Gaufrido Abbati ſanctiſsimę Trinitatis Venuſinæ, ex Tabulario ejuſdem monaſterii exſcriptam. VI.

*In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis,*
*Patris, & Filii, & Spiritus*
*ſancti.*

*Anno ſalutiferæ Incarnationis 1053. Indictionis 6. Ego Drogo divina providentia Dux & Magiſter Italiæ, Comeſque Normannorum, totius Apuliæ, atque Calabriæ. Notum fieri volo cunctis fidelibus ſanctæ olim Eccleſiæ curam gerentibus, quia ob remedium animæ meæ, fratriſque mei Guillelmi, contuli monaſterio S. Trinitatis, quod eſt ſitum prope muros Venuſii civitatis, Gauffrido ſcilicet Abbate ejuſdem monaſterii curam gerente, tertiam videlicet partem jam dictæ Venuſii civitatis, propria quoque Gualterii Fluriaci, Uafridinique nepotis ſui; ſcilicet monaſterium ſancti Georgii foris murum, aliudque ſancti Georgii monaſterium, nec non ſancti Petri, S. Benedicti, ſancti Nicolai, & ſancti Joannis: eo tenore, ut ſemper pro me, & pro anima fratris mei Guillelmi, Uafredi, Roberti, cæterorumque fratrum, ſeu parentum meorum, in eodem monaſterio Miſſæ & orationes, atque vigiliæ à fratribus agantur. Et ut hæc donatio firmior, inviolabiliſque in perpetuum permaneat, manibus meis propriis firmavi, necnon fratribus meis Uafredo, atque Roberto, cæteriſque fidelibus meis corroborandam tradidi, Gauffrido ſcilicet Abbate donationem hanc in manibus ſuſcipiente. At ſi quis ex fratribus meis, ſive parentibus, ſeu quilibet cupidus raptor extiterit, & donationem hanc à nobis factam, & à Domno Leone Papa, pluribuſque Archiepiſcopis, atque Epiſcopis, & a pluribus fidelibus Chriſtianis confirmatam, ad ſuos uſus reducere viſus fuerit, eam quoque deinceps te-*

*mere violare, vel animabus Deo in eodem monaſterio ſervientium diſtrahere auſus fuerit, cum Dathan, & Abiron, cum Caipha, & Pilato, & Juda traditore, &c. damnetur maledictione, niſi reſipuerit. Quod ſi pertinax, atque perverſus, animæ quoque ſuæ proditor, atque contrarius in eadem præſumptione permanere temptaverit, ex auctoritate omnipotentis Dei, Patris, videlicet, & Filii, & Spiritus ſancti, omniumque cœleſtium Virtutum, Archangelorum, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Martyrum, Confeſſorum, Monachorum, Heremitarum, atque ſanctarum Virginum: & ex parte Domni Leonis Papæ, Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ omniumque Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Canonicorum, Abbatum ſit maledictus, & excommunicatus, abominatus, & condempnatus; & anathematizatus uſque in perpetuum, & in futurum ſæculi fiat.*

*† Crux Drogonis ſupranominatis Imperialis viri.*
*Ego Balduinus Epiſcopus interfui.*
*Ego Unfredus Comes affirmo.*
*Ego Guinemannus Vicecomes interfui.*
*Ego Robertus de Monte Caveoſo interfui.*
*Ego Rodulphus cognatus Comitis interfui.*
*Ego Robertus de Avenus.*
*Ego Gualterius de Florentia.*
*Ego Higillus presbyter interfui.*
*Ego Damballus interfui.*
*Ego Aſchetinus Vicecomes interfui.*
*Ego Truſtanus interfui.*

VII. 7 MVISARDUS de Villargo Venuſinus. Hic anno 1058. accedente conſenſu Nicolai II. Papæ, & Roberti Guiſcardi Ducis, Eccleſiam ſanctiſsimæ Trinitatis Ciliberto Abbati Benedictino tradidit, & cum per aliquot annos benè rexiſſet, mortalitatem explevit. Robertus verò Dux annum 1063. eidem monaſterio donavit Eccleſiam Sancti Joannis de Sala inter Aſculum, & Caroetum poſitam: teſtes donationis fuerunt Urſus Barenſis, Geraldus Acheruntinus Archiepiſcopi, Balduinus Melphienſis, Stephanus Trojanus, & Odo Bovini Epiſcopi.

VIII. 8 ROGERUS Epiſcopus Venuſinus anno 1069. cum Balduino Melphienſi, Stephano Trojano, Biſuotioque Lavellino Epiſcopis teſtis fuit alteri donationi Roberti Ducis, quam liberaliter aſſeruit à ſe condito cœnobio ſanctiſſimæ Trinitatis, quo in templo à Dragone Comite Normanno reſtaurato, oſſa fratrum ſuorum Normannorum piè ubique perquiſita nobili in tumulo recondidit, ubi inciſa hæc leguntur verba.

*Dragono Comitum Comiti, Ducum*
*Duci, hujus ſacri templi inſtauratori,*
*Guillelmo Regi Roberto Guiſcardo*
*Normando reſtauratori, fratribus*
*ac eorum ſucceſſoribus, quorum oſſa*
*hic ſita ſunt.*

E regione verò altera ſpectatur marmoreus tumulus, io quo quieſcit Abereda Roberti conjux, ubi hæc ioſcriptio extat in marmore exarata.

*Guiſcardi conjux Abereda hac conditur arca.*
*Si Genitum quæris, hunc Canuſinus habet.*

IX. 9 CONSTANTINUS, Conſtans vocatur in Bulla conſecrationis Eccleſiæ Caſinenſis, quam egit Alexander II. an. 1071. cui interfuit cum aliis pluribus Epiſcopis apud Anonymum Caſinenſem. Conſtantinus vero teſtis vocatur in donatione Roberti Ducis facta ann. 1074. monaſterio eidem S. Trinitatis de medietate civitatis Venuſinæ,

A in qua teſtes adfuerunt etiam Urſo Barenſis, Arnaldus Acheruntinus Archiepiſcopi, & Balduinus Melphienſis Epiſcopus. Conſtuotioi memoriam habemus in monumentis ejus Eccleſiæ ad ann. uſque 1093. quo Præſule anno 1082. Rogerus Guiſcardus Comes plura bona dono dedit eidem eccleſiæ SS. Trinitatis, ut in documento habetur, quod extat in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ his conceptum verbis.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen.*

*Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod ego Rogerius Comes audita victoria patris mei nimium lætificatus ſum, reddenſque gratias omnipotenti Deo, qui ſubvenit in periculis, uſus conſilio militum meorum virorumque bonorum Venuſinæ civitatis ſincera mente donavi S. Trinitatis omne terraticum, quod homines per prius erant ſoliti dare Duci, miniſtriſque*
B *ejus, videlicet habitantium intra mœnia Venuſinæ civitatis, & de forte, & Aquæ bellæ, & ſancti Stephani, & caſalis Gervaſii, nec non & omnem terram, quam prius ſolebat ſanctus Petrus de Oliveto tenere, pariterque ei dedere. Item firmiter conceſſi ea ratione, ut nemo ex hæredibus meis poteſtatem habeat auferre, vel diminuere ab ipſa Eccleſia, quod pro ſalute mea obtuli, ſi autem, quod abſit, quis infidelè deſtituere voluerit, vel aliquam fraudem Eccleſiæ afferre tentaverit, quæ ſtatuimus, ſciat ſe participare cum Juda proditore, Dathanque, & Abiron. Actum eſt autem hoc ab Incarnatione D.N.I.C. anno 1082. Indict. 5.4. Kalend. Novembris Luna 26. Hanc cartham ſcripſi Rainaldus Prothonotarius Regius Comes.*

Eundem Rogerium aliam donationem eidem monaſterio feciſſe conſtat ex monumento condito anno 1088. ubi teſtes fuerunt Urſus Barenſis, Goillelmus Hydruntinus Archiepiſcopi, & Epiſcopus Cerentinus; & Guillelmus Comes Roberti filius
C aliam addidit anno 1101. in hæc verba.

*Anno 1101. Galielmus Comes Principatus filius bonæ memoriæ Roberti Comitis de PRINCIPATU in præſentia Domini Ducis Rogerii, atque Domini Miloais venerabilis Præneſtini Epiſcopi & Cardinalis, & Ugonis de Claromonte, Oiberni de ſancto Laudo, & virorum nobilium aliorum in clauſtro monaſterii Venuſini tutus in Capitulo ejuſdem eccleſiæ conſenſu, & voluntate prænominati Ducis pro ſalute animæ ſuæ, ſuique genitoris, ac parentum ſuorum, aſtante ſecum Jobele de ſancta Agatha avunculo ſuo, filio Rainoni per librum textus Evangelii dedit & conceſſit præfato monaſterio Venuſino locum, qui dicitur Orta cum ſuis finibus circundatus, ſicut incipit à vado, quod vocatur Petrenevisu, quod eſt ſubtus ſanctam Mariam de flumine, quod vocatur Calabrum, & exinde ad fabricam de Barano, & ſic rectè pergit ad Epiſcopium, de Gralano, & deinde ad aquam novam, & ferit in fabricam, quæ vocatur de Turri, & deinde ferit in*
D *viam, quæ deſcendit in vicum, qui dicitur de Bui, & ſicut pergit ſtrata per medium eundem vicum de Bui, & ferit ad ſupradictum flumen Calabrum, &c. Menſe Aprilis Indict. 9.*

Cæterum celebre hoc cœnobium tantis divitiis, ac privilegiis exornatum a ſua propemodum fundatione in Ordine Divi Benedicti permanſit ferè quadringentos annos; ſed refrigeſcente in eo Regulari obſervantia, Bonifacius VIII militibus Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani, ſuppreſſo Mooachorum Ordine, perpetuo attribuit. Bonifacii diploma hic exhibendum curavimus ab exemplari tabolario ejuſdem cœnobii, ut pietas, & erga pauperes hoſpitalitas, divinuſque cultus, humilitas, & ſine fuco virtus priſcorum illorum Militum magis inclareſcat.

*Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*
*Dilectis filiis univerſis vaſſallis mona-*
*ſterii SS. Trinitatis Venuſii Ordinis*
*S. Benedicti Apoſtolicæ Sedis*
*immediate ſubjecti, ſa-*
*lutem, & Apoſtoli-*
*cam benedi-*
*ctionem.*

*Inter cætera loca, in quibus vigere dignoſcitur obſervantia regularis hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani ſincera charitate præſtringimur, & ſpecialem favorem & gratiam habere conſovemus. Damus enim, & evidentia facti docet, quod in eo divinis obſequiis ferventer inſiſtitur, & alia pietatis, & miſericordiæ opera vigilantibus ſtudiis exercetur. Nec ignoramus, quod ipſius Hoſpitalis fratres mundanis ſpretis illecebris devotum impendentes Altiſſimo famulatum: ſed pro eo tanquam intrepidi pugiles periculis mortis exponere non verentur, ideoque non indignè vigiles reddimur, ſtudiiſque ſollicitis exhortamur, ut ad ſui ſtatus augmentum opem & operam impendamus. Sane diligentius advertentes, quod monaſterium S. Trinitatis Venuſinum ſancti Benedicti Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum, quod anteactis florere temporibus in temporalibus, & ſpiritualibus conſuevit, adeò per incuriam, & improvidam, & inordinatam adminiſtrationem, Abbatum, & Monachorum ipſius, qui fuere pro tempore collapſum, ferè dignoſcatur in utriſque, quod vix adiicere poterit, ut reſurgat, quin potius jugiter in deteriora probabiliter ob imprudentiam, & deſidiam nimiam perſonarum commorantium in eodem, & volentes propterea prout nobis ex debito paſtoralis officii incumbit; munere, & officio in hac parte remedium adhiberi; conſiderantes etiam quod per dilectorum Magiſtri, & fratrum hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani prædicti diſcretionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, præfatum monaſterium plenè & laudabiliter poterit reformationem ſuſcipere, & proſperis reparari ſucceſſibus ſtatus ejus, intendentes quoque Hoſpitale prædictum ad laudem divini nominis favoribus proſequi gratioſis, & paternæ pietatis ſtudio pauperum in illo morantium indigentiæ ſubvenire, prædictum S. Trinitatis monaſterium cum omnibus membris, & bonis, juribus & pertinentiis ſuis ubilibet conſtitutis eidem hoſpitali S. Joannis concedimus, unimus, incorporamus, & annectimus in perpetuum de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, decernentes irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam ruiſſet attentatum. Volumus autem quod Abbati, & Monachis monaſterii ſupradicti, quandiu in illo remanere voluerint, idem Magiſter & Fratres vitæ neceſſaria congruè miniſtrent, quod æque illis de monaſterio prætendentibus memorato, vel humanis rebus exemptis, ipſi Magiſter, & Fratres aliquas perſonas idoneas ad celebrandum ibidem divina Officia, & ad porrigendum Altiſſimo Filio devota orationum ſuffragia pro animabus, qui prædictum monaſterium fundaverunt, & dotarunt, continuè retinere, quodque neceſſariis deductis expenſis pro ipſius monaſterii negotiis annis ſingulis faciendis, totum reſiduum fructuum, redditaum proventuum ex bonis monaſterii prædicti in eleemoſynas, & ſubventiones pauperum prædictorum ad laudem Dei, & ejuſdem Hoſpitalis honorem, ac noſtræ, ac ipſorum Magiſtri, & Fratrum, & etiam fundatorum, & benefactorum omnium animarum ſalute ſolicitè & diligenter convertere curabunt. Quo verò univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, ejus Vicarii devotè ac humiliabiliter intendatis, & fidelitatis ſolitæ juramentum emittere ſervitio & juribus & redditibus eidem reſpondere, ita quod ipſe in vobis devotionis filios reperiſſe lætetur. Voſque eum patronum, & dominum habeatis aſſiduè gratioſi; alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam ipſe per ſe, vel per alium, aut alios temporaliter, & ſpiritualiter propter hoc ritè tulerit, & ſtatuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum apud Urbem veterem 8. Kalend. Octob. Pontificatus noſtri anno 3.*

Ferunt in hac ſanctiſsimæ Trinitatis eccleſia quieſcere corpora Sanctorum Martyrum Victoris, Caſſandri, & Senatoris Fratrum cum Nomantia matre, qui apud Venuſium ad columnam alligati, quæ adhuc viſitur, pro fide capitis abſciſsione Martyrium ſubierunt. Horum ſacra lipſana, una cum corpore Beati Athanaſii Abbatis de Nota, inventa ſunt ann. 1603. & ſub ara maxima recondita.

10 ROBERTUS floruit anno 1105. ex Canonico Cathedralis ad infulam vocatus, quam per aliquot annos rexit feliciter. X.

11 PETRUS ſedebat anno 1177. die 19. Septembris, quo Abbatiſſæ, ac Monialibus ſanctæ Mariæ de Monte Albo Ord. ſancti Benedicti plura bona conceſsit. Hoc cœnobium vetuſtiſsimæ originis olim extra Venuſium poſitum erat. quod intus tranſtulere, ubi hactenus Regularis Obſervantiæ illuſtre habetur, in eoque ad triginta ſacræ Virgines degunt. Petrus autem interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. celebrato ann. 1179. quando, vel ubi fato functus fuerit ignoratur. XI.

12 BONUS re, & nomine Epiſcopus ann. 1223. hanc regebat Eccleſiam. Hic fortaſsis eſt Epiſcopus ille Venuſinus, qui ſub Gregorio IX. à quondam iniquo Clerico injuſtè interfectus eſt, ut in Apologia Federici II. Imp. legitur. Quo Præſule ædificatum eſt cœnobium S. Franciſci ab ipſomet Seraphico deſignatum; ubi præ foribus majoribus Eccleſiæ hæc legitur inſcriptio. XII.

*Chriſti Confeſſor, & ſic qui Stigmata portas*
*Sis interceſſor facienti munera, portas*
*Intra qui tranſis, Franciſcum laudibus ora,*
*Ut cœlum ſcandas, Chriſtum quem credis adora.*

13 JACOBUS memoratur ſub Alexandro IV. Pontifice. XIII.

14 GUIDO an. 1299. Venuſinus erat Epiſcopus, cujus etiam memoria habetur anno 1302. in monumentis Acheruntinæ Eccleſiæ. XIV.

15 PETRUS anno 1331. die 1. Julii in ſolutionum libro Cameræ Apoſtolicæ ſub Joanne XXII. ſub eodem tranſlatus eſt ad Acheruntinam Eccleſiam anno 1334. 4. Nonas Julii. XV.

16 Fr. AUGUSTINUS *a*, cognomen & Ordo non exprimitur in iiſdem ſolutionum libris ann. 1334. die 5. Auguſti. XVI. *a Dominicanus a ſeritur à Fontana in Theatro.*

17 PETRUS ſolvit ſolitum ſervitium ſacro Senatui anno 1360. die 13. Aug. XVII.

18 GAUFRIDUS, vel Gofredus ſucceſsit Petro, nec diu fuit Antiſtes, cujus obitus anno, qui fuit 1363. notatur in Reg. Vat. quo anno majorem campanam conflari fecerat, ubi hæc carmina. XVIII

*Anno milleno treceno ſexaquineno*
*Ternoque factum opus hoc pervenit in actum:*
*Goffredina vocor, Goffredo Præſule condor:*
*In Chriſto fundor, Nuceo factore recondor.*

19 THOMAS Archipresbyter Acernenſis Eccleſiæ ſucceſſit Gofredo an. 1363. 18. Kalend. Julii ad hanc dignitatem vocatus ab Urbano V. ex Reg. Vatic (,, *An. 1367. interfuit conſecrationi Ec-* ,, *cleſiæ S. Audeni, de qua in Vigilien.*) XIX.

20 LAURENTIUS Aegidii memoratur anno 1383. in documento, quod extat in Archivio hoſpitalis S. Mariæ Novæ de Florentia, in qua civitate natus exiſtimatur, cum nonnulla bona eidem Archixenodochio, ſeu Eccleſiæ s. Eligii dono dederit. XX



XXI 21. JOANNES Epiſcopus Venuſinus Romæ exiſtens anno 1385. Judex datus eſt ab Urbano VI. ad litem dirimendam, quæ Capitulum Vaticanæ Baſilicæ inter, & Abbatem S. Gregorii æſtuabat. Sententiam protulit ad favorem Capituli, ex Arch. ejuſdem Baſilicæ. Mortuus Romæ eſt Joannes eodem anno, vel ſequenti.

XXII. 22 FRANCISCUS de Veneraneriis Romanus ab Urbano VI. defunƈto Joanne eleƈtus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1386. prima die Novembris ex Reg. Vat. cujus etiam mentio in lib. ſolut. Bonifacii IX.

XXIII 23 JOANNES eleƈtus ab eodem Bonifacio IX. anno 1395. quo die ultima Julii vocatur eleƈtus, cum recognoviſset pro Franciſco prædeceſsore ſuo, & Joanne ante prædeceſsore, ut in lib. Oblig. fol. 61. Sedit Joannes ferè annis quinque, translatuſque eſt ab eodem Pontifice ad Groſsetanam in Etruria Eccleſiam initio anni 1400. Hujus Joannis non memini, ex lapſu memoriæ, in noſtro Catalogo Groſſetanorum Præſulum tom. 3. Reponendus videtur poſt Angelum de Malavoltis, qui eo ipſo anno potuit obiiſse, vel ad aliam Eccleſiam translatus, cum reperiatur eodem anno Antonius de Malavoltis in eo Epiſcopatu eleƈtus.

XXIV 24 ANDREAS de Fuſco nobilis Ravellenſis; qui antea Epiſcopus patriæ fuerat, Antiſtes Venuſinus inauguratus eſt in locum translati Joannis anno 1400. Hic an. 1418. menſe Julio indiƈt. 11. nonnulla ſtabilia bona emit, una cum Nicolao de Fuſco milite in territorio Ravelli ab Henricello Aconzaioco, ut in inſtrumento Jo: Antonii de Patere Notario Ravellenſi. Sedit Andreas ad annum uſque 1419. quo mortuus eſt, de quo in lib. Obligat. ſub Bonifacio IX. & Martino V. Pontiff.

XXV 25 Fr. DIONYSIUS de Monte-Leone Ord. Prædicatorum nobilis alumnus, & S. Theologiæ Doƈtor illuſtris a Martino V. qui probe hominem noverat deleƈtus eſt Epiſcopus Id. Novemb. 14 9. Præfuit eximie an. 12. mortalitatem explevit an. 1431. Aƈta Conſiſt.

XXVI 26 ROBERTUS de Procopio Archipresbyter Venuſinæ Eccleſiæ, ejuſdem creatur Epiſc. ab Eugenio IV. ann. 1431. Kalend. Junii. Sedit ann. 26. exceſſit vero 1457.

XXVII. 27 NICOLAUS Solimele Salernitanus nobili familia natus, Juris utriuſque celebris Doƈtor, Venuſinus evaſit Antiſtes anno 1457. vixit in hac dignitate plus minus annis duobus. Jacet in Cathedrali.


XXVIII 28 NICOLAUS HIERONYMUS Porfidus fuit Epiſcop. Venuſinus an. 1459. die 17. Oƈtob. cujus memoria in Campana ſanƈtæ Mariæ de Pace, quam conflare fecit, ubi hæc verba ſunt inſculpta. *Nicolaus Hieronymus Porfidus Epiſcopus Venuſinus me fecit*. Vixit in hac dignitate annis multis.



29 SIGISMUNDUS Pappacauda nobilis Patritius Neapolitanus, clarus moribus, clariuſque potioribus diſciplinis, Venuſinus fuit Epiſcopus ann. 1493. translatuſque deinde eſt ad Tropeienſem Eccleſiam in Calabria 1499. die 10. *a* Maii, de quo ibi redibit ſermo. XXIX

*a* Die 8. Febr. ex Actis.

30 ANTONIUS Civaleria Ragonenſis ab Alexandro VI. die 10. Maii 1499. eleƈtus Epiſcopus, & ab eodem Neapolim Apoſtolicæ Sedis Nuncius miſsus eſt. Urbis Vicarius erat ann. 1500. ſub eodem Alexandro, ſub quo obiit ann. 1501. XXX



31 BERNARDINUS de Bonjoanne Recinatenſis, artium, & medicinæ Doƈtor inſignis ab eodem Alexandro VI. cujus erat chariſſimus renunciatus eſt Venuſinus Antiſtes die 21. Junii 1501. quo ſedente immanis peſtis Venuſinam invaſit civitatem, ad quam propellendam omnibus viribus urſit bonus Paſtor, & ex voto una cum univerſo Venuſino populo Eccleſiam excitavit Divis Rocho & Sebaſtiano, quorum virtute, & interceſſione civitas libera facta eſt ab ea immaniſſima lue. Ceſſit deinde ea D. Sebaſtiani Eccleſia Capuccinis Fratribus, apud quam cœnobium exædificarunt. Bernardinus autem Romæ obiit anno 1510. XXXI.

(„ *De hoc Bonjoanne, quandoquidem Ughellus* „ *nonnulla perperam pronunciat, audiendus Clariſ. Eques Proſper Mandoſius, qui in magno volu-* „ *mine mſ. de familiis Romanis, de eo hæc ſcribit.* „ *Berardus Bonjoannes, non Bernardinus, nobi-* „ *lis Recinetenſis, artium, & medicinæ inſignis Ma-* „ *giſter, Alexandri VI. Summi Pontificis phyſicus,* „ *adoleſcens primo ſtudiis humanitatis operam de-* „ *dit, inde emenſo ſuperiorum facultatum curricu-* „ *lo, multum in philoſophiæ, & medicinæ doƈtri-* „ *na profecit, laureamque in his facultatibus pleno* „ *jure aſſecutus fuit. Ex Barthoiomæa Anticia nobi-* „ *li fœmina uxore, præter alios, quatuor inſignes fi-* „ *lios ſuſcepit; Antonium Jacobum Epiſcopum Ca-* „ *mertem, Jo. Baptiſtam Epiſcopum Vencienſem,* „ *Thomam cubicularium Honorarium Pauli 3., &*

„ *Matthæum, qui ducta uxore Livia Coſciari nobili Romana, in urbem traduxit familiam Bonjoannam. Licet in Piceno inter Provinciæ phyſicos præcipuus haberetur, Romam venit; nec ſpes eum fefellit, nam tum doctrinæ, cum rerum gerendarum peritia, Alexandri Summi Pontificis gratiam adeptus, plurima in patriam contulit beneficia. Uxore è vivis ſublata, Eccleſiaſticæ militiæ voluit adſcribi, & ſacros ordines ſuſcipere. Sacerdotio initiatus, ab Alexandro Epiſcopus Venuſinus renunciatus fuit anno* 1501. 21. *Junii. Exinde Ferrariam miſſus ab eodem Pontifice ad exploranda quædam ſigna, quæ in pedibus, manibus, & latere apparebant Luciæ Narnienſis eximiæ ſanctitatis virginis ex tertio ordine S. Dominici, examinatis, ac bene perſpectis ſignis exacta doctrinæ, & peritiæ trutina, ea eſſe ſupernaturaliter impreſſa teſtatus fuit: & virginis ſigna, virtuteſque liquido probavit. Qua de re videndus Jacobus Marcianeſe* Vita della B. Lucia di Narni *edita Viterbii apud Diotallevium* 1663. *in* 8. *cap.* 38. *pag.* 197. *Eo regente Venuſinam Eccleſiam ſæva peſtis civitatem invaſit, quare ad propellendam luem bonus paſtor omnes vires intendit; tum curando, ne ovibus ſibi à Deo commiſſis morbo laborantibus remedia, & agentibus animam ſuprema Sacramenta deeſſent, tum Dei, ſanctorumque opem ſine intermiſſione implorando. Propterea ex voto una cum univerſo populo Venuſino, Eccleſiam à fundamentis erexit, & Divis Sebaſtiano Martyri, & Roccho Confeſſori dicavit; quorum virtute, & interceſſione civitas à peſtilentia liberata eſt. Ceſſit hæc Eccleſia poſt multos annos Capuccinis fratribus, apud quam cœnobium ædificavere. At Berardus Romam reverſus, & paulopoſt correptus morbo vitam cum morte commutavit anno* 1510.

„ *Abbas Ferdinandus Ughellus hunc nominat, ut dixi, perperam Bernardinum, & in ejus gentilitio ſtemmate arborem apponit. Porro ſtemma gentilitium familiæ Bonjoannæ præfert tres ſtellas aureas cum aurea faſcia, vel zona ſecante aream, in parte ſuperiori cæruleam, & inferiori candidam.* Hactenus Mandoſius. *Hanc enarrationem reſcripſit omnino Didacus Calcagni in opere: Memorie iſtoriche della Città di Recanati pag.* 211. *& ſeq.*)

XX XII. 32 LAMBERTUS Arbaudus Antipolenſis Gallus, qui pridem Ventienſis Epiſcopus fuerat in Alpibus maritimis ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi, ad hanc Venuſinam Eccleſiam translatus eſt a Julio II. anno 1510. die 16. Novemb. Interfuit Lateranenſi Concilio ab eodem celebrato, Chorum Cathedralis marmoreis ſubſelliis, & portam ejuſdem exornavit, ubi ejus ſpectantur inſignia. Mortem obiit an. 1527.



XX XIII. 33 GUIDO Medices Florentinus Canonicus Clementis VII. Pontificis Max. conſanguineus, Molæ Adrianæ Præfectus, vir ad omnia natus, eligitur ab eodem Venuſinus Antiſtes an. 1527. necdum conſecratus, factus eſt Epiſcopus Theatinus die 2. Januarii 1528. de quo in Theatinis Epiſcopis plura.

XX XIV. 34 FERDINANDUS Seronus Hiſpanus Epiſcopus Aſtenſis in Inſubria ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 23. Martii 1528. Novam Cathedralem a Pyrrho de Balzo Venuſinorum Duce exædificatam ſolemni ritu conſecravit anno 1531. die 12. Martii, & poſtquam quatuor & decem annos illam rexiſset, eo onere ſe libere exolvit, ao. 1542. Paulo III. ſedente; de quo vide Aſtenſium Epiſcoporum noſtram ſeriem tom. 4.

35 ALVARUS della Quadra Hiſpanus origine, patria Neapolitanus, Jacobi, & Annæ Seroniæ filius, nobilitate generis, virtute, ac prudentia vir longe clariſſimus ex Abbate ſeculari s. Antonii de Neapoli Venuſinæ Eccleſiæ præficitur die 22. Maji 1542. quam cum per novem annos adminiſtraſset, liberè eam reſignavit anno 1551. ac poſt duos annos, ex Caroli V. Imp. voluntate ad Aquilanum Epiſcopatum translatus eſt die 13. Septèmb. 1553. In Anglia obiit Philippi II. Hiſpaniarum Regis Legatus ad Mariam Reginam: cujus meminit P. Thuanus in hiſt. Franc. XX XV.

36 SIMON Gattula nobilis („ *Cajetanus*) Primicerius Neapolit. Eccleſiæ a Julio III. Venuſinus Epiſcopus adſcitus eſt die 27. Aprilis 1551. Obiit Neapoli menſe Apr. 1566. ſepultus in Eccleſia D. Annunciatæ. („ *ſub hac inſcriptione.* XX XVI.

„ Simon Gattula Venuſinorum Pontifex
„ domum hoſpitalitate ſacroſanctam ex
„ aſse hæredem fecit, cavitque, ut ſi qui
„ filii fratrum, poſterique eorum bonis
„ artibus ſtuduerint, hæredes è ſemiſse
„ ſunto; ſin minus ex eodem ſemiſse quæ-
„ que eorumdem fœmina nupta maturior
„ nubito, & reliqua in ſtipulatione, om-
„ niq; cura de ſe mortuo vivus ſuos levavit
„ A. MDLXIII.)

37 FRANCISCUS Ruſticuccius Fanenſis a Pio V. creatus Epiſcopus die 21. a Januarii 1566. ſequenti anno translatus ad patriæ Fanenſis Eccleſiam die 31. Januarii, de quo vide tom. 2. noſtro in ejus Eccleſiæ Epiſcopis. XX XVII *a 21. Auguſti.*

38 Fr. PAULUS Obertus Bergomenſis Ord. Prædicatorum inculpatæ vitæ vir, & eximia doctrina excultus a Pio V. creatus die 21. Martii 1567. ſed vix ejus regimen ſuſceperat cum delatus eſt ad ſepulchrum die 13. Septemb. ejuſdem anni, ubi jacet in communi Canonicorum ſepulchro, ut in teſtamento caverat. XXX VIII.

39 JOANNES ANTONIUS Lucarellus *b* Bononienſis ſucceſſit Paulo die 22. Decemb. 1567. tres omnino annos adminiſtravit; exceſſit an. 1571. probi paſtoris ſamam relinquens. XX XIX. *b Lucarellus, de quo [illegible] de Epiſc. Bonon. [illegible] Mandoſ.*



40 BALTHASSAR Juſtinianus Genuenſis ex inſula Chii, in qua natus eſt parentibus Petro & Maria Vincentii Cardinalis Juſtiniani ſorore anno 1539. ſub Pio V. ſatis juvenis, literis tamen liberalibus, legalibuſque egregiè inſtructus Romam venit; Interamnæ jus incorruptum dixit, ac prudentiſſima Præfectura functus eſt ſub eodem Pontifice, a quo die 6. Feb. 1571. Venuſina infula condecoratus eſt, in ea tanquam in explicato campo ad pietatem, & gloriam, Juſtinianæ gentis proprias virtutes propagandas, per annos duodecim vires expli- XL

cuit,

cuit, defunctus eſt florenti ætate die 13. Martii 1584. in Cathedrali ſepultus cum hac inſcriptione.

*D. O. M.*

*Balthaſsari Juſtiniano Genuenſi Epiſcopo Venuſino Julius Abbas, & Horatius Hieroſolymitanus eques Juſtiniani fratres, fratri benemerenti poſuere. Vixit annos xlv. inter quos in Epiſcopatu xii. Obiit die xiii. Martii MD. LXXXIV.*

Julius Abbas, qui cum Horatio fratre epitaphium poſuit, fuit deinde Ajacenſis Epiſcopus in Corſica, cujus eximias animi dotes non tacuimus in noſtro tertio tomo.



XLI 41 JOANNES THOMAS Sanſelicius Neapolitanus, ille idem, qui ſub Leone X. evaſit Epiſcopus Cavenſis anno 1520. quam Eccleſiam cum annis triginta & uno rexiſſet, clarus in Concilio Tridentino aliquando fuit, in quo cùm ipſe Concilio exorſis quibuſdam ſimultatibus cum Græco Epiſcopo pervicacius contendiſſet, Romæ carcerem ſuſtinuit. Eccleſiam Cavenſem dimiſit anno 1551. *a* (a 1550.) ſub Gregorio XIII. Venuſinus Epiſcopus declaratus eſt die 4. Maji 1583. mortem oppetiit die 6. Martii an. 1585. octuagenario major ſepultus in Cathedrali prope Paulum Obertum prædeceſſorem. Hic gentis ſuæ præclariſſimis viris memoriam excitavit Neapoli in ſacello majorum Eccleſiæ s. Claræ, ubi in marmore legitur.

*Gregorio XIII. Pont. Max. concedente*
*anima, pro qua hic ſacra fiunt, properat in cælum,*
*à pœnis temporalibus expiata.*
*Ne tanti beneficii ſint expertes*
*Petrus Coriolani Comes, Federici II. Conſil.*
*Berlingerius Amendolariæ Dominus*
*Prætoriæ Turmæ*
*Caroli Primi Præfectus,*
*Paris Pratæ, aliorumque Caſtellorum Dom.*
*Ladislai Regis Logothetа, Sanfeliciæ gentis*
*clariſſimi viri,*
*Jo. Thomas Epiſcop. Sanfelic.*
*illorum memoriam ab interitu*
*vindicavit.*

Vide de Jo. Thoma tom. p. in Epiſcopis Cavenſibus: de qua gente fuit Thomas Epiſcopus Montis Peluſii Horatii Bagnoli Ducis, & Juliæ Seripandæ filius, & Petrus Cavenſis Antiſtes, atque Joſeph nunc vivit Archiepiſcopus Cuſentinus, Coloniæ Apoſtolicus Nuncius, de quo ſuo loco agemus. Joannis Thomæ non ſemel meminit Sfortia Pallavicinus in hiſt. Concilii Tridentini.

(,, *Hic Epiſcopus Jo. Thomas è nobiliſſima, quia*
,, *regalis ſanguinis Principum Normandorum Sanfe-*
,, *licia gente, filius fuit Antonii Balneolorum, alio-*
,, *rumque feudorum Dynaſtę, & Beatricis Caſtaneæ*
,, *familiæ etiam Patritiæ Neapolitanæ, ſed nunc*
,, *extinctæ in ſedili portus. Epiſcopus primum Ca-*
,, *venſis, ut in p. tom. in Epiſcopis Cavenſibus. No-*
,, *vam Cathedralem Eccleſiam in ſuburbio illius ci-*
,, *vitatis ea, qua debebat, magnificentia moliri cæ-*
,, *pit, quam ſui poſtea ſucceſſores perfecere. Adhuc*
,, *juvenis vicelegatus fuit Ravennæ, & non medio-*
A ,, *crem partem Eccleſiaſticæ temporalis ditionis ſum-*
,, *ma ſemper ſui nominis laude gubernavit. A Paulo*
,, *III. ad Germaniæ Principes pro cogenda œcume-*
,, *nica Synodo Nuncius immiſſus eſt. Non modo pri-*
,, *mus ipſe fuit, qui Tridentum ſe contulit, nulla ha-*
,, *bita ratione interdicti Proregis, ut è Neapolitano*
,, *Regno ſolum quatuor Epiſcopi nomine omnium illuc*
,, *accederent, ſed primus & ipſe fuit, qui alios ibi*
,, *Epiſcopos excepit. In paucis ob ſingularem doctri-*
,, *nam, ac vitæ probitatem charus fuit æternæ me-*
,, *moriæ purpuratis Reginaldo Polo, & Hieronymo*
,, *Seripando, quem etiam proximo cognationis gradu*
,, *attingebat, ambobus in illo ſacroſ. conſeſſu Apoſto-*
,, *licæ Sedis Legatis meritiſſimis. Ad S. Pium V. P.*
,, *Max. à ſua Neapolitana Civitate pro bulla de cen-*
,, *ſibus orator ablegatus fuit. Diſcriminum inter Mu-*
,, *tinæ Ducem, & Lucenſem Rempubl., quæ atro in-*
,, *cendio Italiam erant obrutura, Gregorius XIII.*
,, *nonniſi Jo. Thomam ann. 1579. ſequeſtrem voluit,*
,, *quod quidem feliciter ceſſit. Pluraq; alia pro Apoſto-*
B ,, *lica ſede obivit munia, pietatis, prudentiæ, ju-*
,, *ſtitiæ, aliarumque virtutum nominibus clariſſimus*
,, *præſul. Ut in ſua familia ſcientiæ perennarent, re-*
,, *galem domum D. Mariæ Annunciatę Neapoli largo*
,, *cenſu donavit, ea autem lege, ut omnibus Sanfe-*
,, *liciæ gentis, qui bonis artibus operam dare vel-*
,, *lent, ducatos quindecim in menſem illius monetæ*
,, *per quinquennium, & ſuo tempore omnem inſuper*
,, *illam pecuniæ vim pro laurea doctoratus acquiren-*
,, *da neceſſariam ſolveret, nullo autem in ea gente*
,, *exiſtente, qui litterarium ſtadium currere vellet, in*
,, *varios pios uſus, illos redditus aſſignavit. In op-*
,, *pido Sanctiſelicis, à cujus vetuſtiſſima dominatione,*
,, *ſua gens audiit Sanfelicia, conventum etiam ſuo*
,, *ſumptu aperuit Seraphicæ Religioni. Peruſina Civi-*
,, *tas, quam ipſe ſumma navitate rexerat, ob reſtitu-*
,, *tionem armorum à Paulo III. ſibi ereptarum, ple-*
,, *raque alia ab ſancta ſede nonniſi per Jo. Thomam*
,, *collata beneficia, poſt ejus diſceſſum duabus hiſce*
,, *inſcriptionibus, grati animi ergo marmora loqui*
C ,, *voluit, quarum prima.*
,, Joanni Thomæ Sanfelicio Epiſcopo
,, Cavenſi Peruſiæ, Umbrięque ſub Pau-
,, lo III. Pont. Max. Præſidi digniſsimo
,, Binus Signorellus, & collegæ decem-
,, viri erigendum curarunt A. D.
,, MDLV.
,, *Altera vero.*
,, Præſidente
,, Joanne Thoma Sanfelicio Epiſcopo Cavenſi
,, Baldus Ubaldus, & Alexander Panſetta
,, ædiles F. C.
,, Anno MDLXXIV.
,, *In eadem civitate hæc etiam legitur, quam Jo-*
,, *ſephus Maria Sanfelicius Archiepiſcopus Conſen-*
,, *tinus incidi voluit.*
,, Jo. Thomæ Sanfelicio Patritio Nea-
,, politano Epiſcopo Cavenſi. Sacr. Con-
,, cil. Tridentini Generali Commiſſario,
,, Peruſiæ, & Umbriæ ſub Paulo III.
D ,, Præſidi digniſsimo Joſeph Maria San-
,, felicius Archiepiſcopus Conſentinus ex
,, deſcendentibus ſanguine, ex ſucceſſo-
,, ribus in moderanda Provincia ſub Inno-
,, cent.o X. ſeculare hoc munus exhibet
,, anno veniæ MDCL.
,, *D. Ferdinandus Sanfelicius, non modo nobiliſ-*
,, *ſimæ familiæ laude conſpicuus, ſed variis, qui-*
,, *bus ornatur ſcientiis, & ex Mathematicis præſer-*
,, *tim iis, quæ ad architectonicem pertinent, adeo*
,, *ut è primis in illa à peritis omnibus habeatur, qui*
,, *nunc Reipublicæ litterarię ſatis utile deſudat opus*
,, *duobus tomis diſtinctum, in quorum primo de Ar-*
,, *chetypis iconicis ſacrarum ædium agit, in altero de*
,, *cæteris, quæ vel amicorum genio, vel ſibimetipſi*
,, *obſecutus effinxerat, ut tanti Præſulis merito plau-*
,, *deret, ſtatuam ei poſuit cum hac inſcriptione in gen-*
,, *tilitio in D. Claræ ſacello, quod ipſe ſapientiſſimus*
,, *Rex Neapolis Robertus Boemundo Sanfelicio fa-*

„ *militari ſuo, & Cambellano donarat.*
„ Joanni Thomæ Sanfelicio Cavenſium
„ primo, tum Venuſinorum Epiſcopo Sac.
„ Tridentini Concilii gener. Commiſſa-
„ rio, Peruſię Præſidi, Æmiliæ prolegato,
„ Neapolitanæ urbis ad S. Pium V. Pont.
„ Max. oratori, à Gregorio XIII. ad com-
„ ponenda Italorum Principum diſſidia
„ cum ampliſſima facultate legato, de re
„ Catholica, urbe patria, & Sanfelicia
„ gente optime merito gentili ſuo pieta-
„ te, doctrina, rebus geſtis inſigni obſcu-
„ re jacenti D. Ferdinandus Sanfelicius
„ monumentum & ſi longe impar meri-
„ tis, poſuit anno Chriſti MDCCXIX.
„ *De eo loquuntur Philibertus Campanile in ſuis*
„ *famil. nobilibus fol. mihi* 407. *Carolus de Lellis item*
„ *in ſuis famil. par. p. fol.* 321. *&* 322. *Schrader. in*
„ *lib. monument. Ital. fol.* 271. *à ter.*, *&* 273. *à ter.*
„ *Thuan. in ſua hiſt. tom. p. fol.* 714. *& plerique alii*
„ *authores apud Cl. V. Didacum Maza Patritium Sa-*
„ *lernitanum, morum integritate, pietate, pruden-*
„ *tia, juris utriuſque ſcientia, & ſingulari eruditio-*
„ *ne ſpectabilem in ſuo opuſculo, cui titulus* compen-
„ dio della vita di Monſig. Gioſeppe Maria San-
„ felice Arciveſcovo di Coſenza fol. 11. & 12.)



XLII 42 JOANNES HIERONYMUS Marerius Aquilanus ex Trilitii Archipresbytero electus hic die 20. Martii 1585. poſſeſſionem adipiſcitur 3. Decemb. Duobus annis, quibus præfuit laudatiſſimè, Eccleſiam Cathedralem perbellè exornavit. Exceſſit die 28. Januarii 1587. in eoque ſepultus.

XLIII. 43 PETRUS RODULPHUS Toſſiniani oppido agri Imolenſis ad radices Apennini natus Ord. Conventualium s. Franciſci Theologus, Eccleſiaſtes, & inſignis hiſtoricus, ex Conſultore s. Officii à Sixto V. cujus erat familiaris, die 18. Febr. 1587. hunc adeptus eſt Epiſcopatum, exceptus ſolemni pompa die 4. Martii. Locum exornavit, ut Sanctorum lipſana in Cathedrali aſſervarentur, ibique baptiſterium, ut omnibus commune eſſet conſtituit, ſynodum celebravit, ejuſdemque decreta edidit 1589. Præfuit probus Antiſtes annis quatuor, & ad Senogallienſem Eccleſiam tranſlatus eſt 1591. die 18. Feb. ubi de ipſo egimus tom. 2. ejus ſcripta recenſuit doctus Vvaddingus noſter lib. de Scriptoribus Ord. Minorum.

A



44 Fr. VINCENTIUS Calceus Soncinas *a* Ord. Prædicatorum, ſacræ Theologiæ inſignis Doctor, ex Provinciali Terræ ſanctæ ſucceſſit Rodulpho 18. Feb. 1591. qui cum ædes Epiſcopales reſtauraſſet, eaque omnia, quæ boni Paſtoris officium decent, egiſſet, mortuus eſt die 3. Maii 1598. jacet in Cathedrali. XLIV

*a* De eo Ariſius in Cremona liter. t. 2. p. 29. & Altamura in Bibl. tom. p. 406. *Mandoſ.*

45 SIGISMUNDUS Donatus Corregienſis à Clemente VIII. declaratus eſt Epiſcopus die 17. Auguſti 1598. tranſlatus deinde eſt ad Aſculanam Eccleſiam in Piceno die 7. Januarii 1605. vide, quæ de Præſule iſto digniſſimo ſcripſimus tom. p. in Epiſcopis Aſculanis. XLV.

46 MARIUM Maurum Melphienſem Paulus V. evexit ad hanc ſedem die 3. Auguſti 1605. in patria defunctus eſt anno 1610. XLVI.

47 ANDREAS Perbenedictus *b* Camers, Mariani ejuſdem cognominis Cardinalis conſanguineus, qui cum variis pro Romana Eccleſia functus muneribus, in variiſque civitatibus proepiſcopus, ac præcipuè ſub Federico Borromęo Card. Archiepiſcopo Mediolanenſi fuiſſet, à Paulo V. delectus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus, Martio *c* menſe 1611. iniit poſſeſſionem menſe Maii. In Cathedrali ſacellum erexit, ac s. Carolo Borromæo nuper in Sanctorum numerum relato dicavit, in quo ex inſula ejuſdem, cum aliorum Sanctorum lipſanis collocavit. Turrim campanariam complevit, ſynodum celebravit, conſtitutiones edidit. Hic cum magnæ æſtimationis eſſet apud Pontifices Maximos, ab Urbano VIII. inter plures Prælatos digniſſimos ſelectus eſt Apoſtolicus Viſitator, ut in Regno Neapolitano Eccleſias omnes diligenti viſitatione ad priſtinum eccleſiaſticæ dignitatis decorem reduceret, quod munus per annos quinque egregiè perſolvit. Tandem laboribus ſeſſus & ſenio mortalitatem explevit anno 1634. ætatis ſuæ 67. in Cathedrali humatus eſt. XL VII.

*b* De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ. *Mandoſ.*

*c* Die 24.

48 BARTHOLOMÆUS Frigerius Ferrarienſis, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus (1) ab Urbano VIII. adlectus eſt Epiſcopus die 17. Septemb. 1635. annum unum vix expleverat in ea dignitate, cum ad tumulum devenit: incidit ejus mors die 13. Novemb. an. 1636. ſuæ ætatis 57. Jacet in Cathedr. XL VIII

D 49 SALUSTIUS Peculus Interamnas olim Archiepiſcopi Compſani in Belgio Apoſtolici Nuncii Auditor, intuitu laborum, ab eodem grato Pontifice Urbano Venuſino Epiſcopatu donatus eſt die 3. Decemb. 1640. in eo ſedit annos omnino octo, & nuncium remiſit, poſtquam ſynodum celebraſſet, edidiſſetque ſaluberrimas ſanctiones, aulamque Epiſcopii ornaſſet. Erat Peculus vir eruditus, & venerandæ antiquitatis peramator. Extat ejuſdem eruditiſſima epiſtola ad Joannem Baptiſtam Caſalium, in lib. ejuſdem de prophanis & ſacris veteribus ritibus. XLIX

50 Fr. ANTONIUS Pavonellus *d* de Civitella *de Tronto* Ord. Conventualium S. Franciſci, ex ceſſione Saluſtii factus eſt Epiſcopus ab Innocentio X. Pontif. die 18. Maii 1648. Obiit die 23. Septemb. 1653. ætatis ſuæ 52. ſepultus in Cathedrali. L.

*d* Toppius in Bibl. Neapol. *Mandoſ.*

Fr.

(1) Non Canonicus Vaticanæ Baſilicæ, ſed Beneficiatus extitit, uti etiam apertiſſime notum fit in libro ejuſdem Frigerii typis dato, cui titulus: *L'Economo prudente*. Ejus meminit etiam Libanorius in Opere: *Ferrara d'Oro* par. 1. p. 106. *Mandoſius*.



LI. Fr.HYACINTHUS Tauruſius Urbevetanus orlundus ex Monte Politiano, familia nobili natus, patrem habuit Pamphilium, matrem Septimiam Barabottinam æque nobilem. Pamphilius filius fuit Joannis Mariæ Tauruci, nepos ex ſorore Franciſca Bencia Marcelli II. Pontif. His parentibus natus Hyacinthus, optime educatus ætatis ſuæ an. 18. in D. Dominici Urbeveteris cœnobio Monachum induit, majorum ſuorum æmulatus virtutes, nobilioribus diſciplinis operam dedit, evaſitque doctus vir, & lauream S. Theologiæ accepit, pluribuſque præfecturis in Religione bene obitis, ex ſocio ſacri Apoſtolici Magiſtri ab Innocentio X. ad infulam Venuſinæ Eccleſiæ vocari meruit die 5. Octob. 1654. Munus conſecrationis accepit in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam à Cardinali Odeſcalco Epiſc. Novarienſi aſſiſtentibus Joanne Baptiſta Scanarolo Sidonienſi, & Papyrio Sylveſtro Maceratenſi Epiſcopis die 15. ejuſdem menſis. Venuſium ingreſſus eſt die 13. Feb. 1655. populum ſibi commiſſum exemplo, & ſalutaribus concionibus pergit

A in dies ad paſcuum ſalutis deducere; Bartholomæi Tauruci ſanctitate celebris imitaturus egregia facta, qui an. 1498. ad cœlum evolavit. Scripſit Hyacinthus vitam S. Honuphrii, quam Viterbii edidit: ſcripſit item, ſed non edidit Alberti Magni vitam, & obſervationes ad epiſtolas Seraphicæ Virginis Catherinæ Senenſis, aliaque præ manibus habet, quæ aliquando in lucem prodibunt, de quo feliciores in dies progreſſus ſperantur à Clero, populoque Venuſino.

*A D D I T I O.*

*( „ Jo. BAPTISTA Deſti, J.U.D. civis, Canonicus, & Cimiliarcha Neapolitanus, in ſacris profaniſque literis optime verſatus, hoc ſacerdotio auctus eſt 7. Maii 1674. Non diu hanc Eccleſiam adminiſtravit, fato correptus 1677.* LII.

*„ FRANCISCUS Maria Nerius, Tiburtinus, J.U.D. & Canonicus Neapolitanus, inde Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis,* B. *ad hanc Eccleſiam translatus eſt 10. Januarii 1678. Per ſexennium præfuit, defunctus anno 1685.* LIII.

*„ JO. FRANCISCUS de Laurentiis, Ripanus, patriæ Eccleſiæ Archidiaconus, & Piſaurenſis Epiſcopi Vicarius generalis, hoc throno nobilitatus eſt 14. Maii 1685. Obiit menſe Octobri 1698.* LIV.

*„ PLACIDUS Scoppa ex Archiepiſcopatu Raguſino, cui ſex annis præfuerat, translatus fuit ad Epiſcopatum Venuſinum 1699. die 11. Aprilis. Deceſſit menſe Decembri 1710.* LV.

*„ JOANNES Michael Teroni, Liburnenſis, Clericus Regularis Barnabita, Philoſophiæ, & ſacræ Theologiæ Lector, Præpoſitus primùm Collegii S. Caroli ad Catinarios de Urbe, mox Ordinis ſui Procurator generalis, fuit deſignatus Venuſinus Epiſcopus 22. Maii 1713. ſed propoſitus tantùm 10. Januarii 1718.)* LVI.

# METROPOLIS AMALPHITANA,

## Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopi { Capritan. Litteren. Minoren. Scalenen.



a Vulgo Amalfi.

A AMALPHIA a Picentinorum, Ducatuſque Amalphitani Metropolis, triginta a Neapoli milliaribus in veteris Lucaniæ provinciæ finibus, quam Principatum citeriorem vocant, ſita eſt juxta Tyrrhenum mare ab Occidentali plaga in valle Scalæ urbis montibuſque attigua . Hanc Magnum Conſtantinum ædificaſſe , ſuiſque militibus incolendam tradidiſſe quidam falsò exiſtimarunt . Antiqua verò Amalphitanorum Chronica de hac civitate , deque ejus , Amalphitanorumque nomine , & origine hæc narrat . *Cùm à Conſtantino nova Roma, Bizantium appellata, anno ſalutis* CCCXXXIX. *condita fuiſſet , Romanos proceres* Urbis *novitate, & Imperatoris muneribus allectos , compoſitis navibus , uxoribus , liberiſque , ac ſupellectili , eò profectos eſſe, ſed tempeſtate coorta, ex naufragio* B *duas tantum naves incolumes evaſiſſe , Raguſiumque appuliſſe ; permotos eorum calamitate , & ſquallore accolas conceſſiſſe eis agrum , quem incolerent , eiſdemque uterentur legibus , Romano nomini ſe plurimum debere dictantes. Paucos poſt annos , Romanos, cum intelligerent ſe in Raguſianorum invidiam adductos, vel quod anguſtis finibus intercluſi latius ros patere deſiderarent , vel quod Romanus animus ſervitutis inſolitus, dominandi cupiditate accendebatur , naves conſcendiſſe , petiiſſe Italiam , in loco , qui Melphes dicebatur [Palinuri conſediſſe , Melphim ædificaſſe , ac Romano nomine relicto , Melphitanos, vel Amalphitanos eſſe dictos . Inde aliquorum Principum bella metuentes , Ebulum , poſt Scalam , & inde vallem juxta maritimum littus ad Occidentem incoluiſſe , ibique condidiſſe Amalphiam . Loci habitationem deſcribunt uſque ad Sicardi Principis Beneventani , & Salerni , filii Siconis tempora , nondum enim Beneventanus Principatus à Salernitano diviſus fuerat , mixtum eo temporis ſpatio fuiſſe Amalphitanorum genus cum Longobardis, & Neapolitanis , quapropter tantum crevit , ut Sicardo eorum vires timorem concitarent . Egiſſe ideo Principem cum aliquibus ex ea civitate , ut occupatam Amalphiam diriperent , atque vaſtarent , multoſque largitionibus corruptos per litteras affinibus illud perſuadere conatos eſſe . Eos tamen , ne locorum delicias desererent, & ne impietatis in patriam accuſarentur, recuſaſſe. Interea Principem conſtantes eorum animos animadvertentem, cum Longobardis & iis Amalphitanis, quos apud ſe aluerat in Amalphiam nocte quadam irruiſſe , & omnes ferè cives Salernum duxiſſe captivos. Sed clam inito conſilio Amalphitanos ut illatam injuriam ulciſcerentur, Salernitanos fuiſſe adortos, vineas, domos incendiſſe, & Amalphiam ſummo cum honore eſſe reverſos, anno Chriſti 829. Diviſis Salerni, & Beneventi Principatibus , cum Siginulpho Beneventum , Radulpho Salernum obtigiſſe . Cæterum Amalphitani, cum Amalphiam condidiſſent inſtituendam urbis, & Reipublicæ adminiſtrationem curarunt, Præfectos præficientes, ne ſine capite viverent, & Kal. ad Decemb. 3. Indict. primum Præfectum elegerunt* Petrum , *ſequenti anno Scripum Conſtantii Comitis filium, deinde Maurum, Poſt hos ſingulis annis binos ſibi Præfectos crearunt, quorum ſeriem ignoramus. Mox ad unum Præfectum ventum eſt , & habuere Maurum, poſt quem Urſum . Rediere bini Præfecti , habuerunt Urſum Comitem, & Sergium Comitem , quos ſubſecuti ſunt Leo Comes , & Taurus Comes . Adjecti anno proximo Lupinus Comes , & N. Comes . Iterum Urſus Comes , & Sergius Comes , qui de Mariano dicebatur. Duos deinceps reliquiſſe videntur, & uni tantum adhæſiſſe: Sergium enim elegerunt Magiſtri militum filium Poſt multos annos iidem Amalphitani Marianum Luciani Pulcharii filium , quem ſenatorem dixere , elegerunt , regnavitque cum Sergio filio annos 14. quem excæcatum Amalphitanus populus de magiſtratu dejecit , & Neapolim extruſit. Idem evenit poſt Sergium Mauro Marii filio Cunnacci Marci nepoti , & Sergio* Petri *Comitis filio, Marci Antiocheni Vicarii nepoti , qui in ſuo magiſtratu , ejecto Sergio quinque annis præfuit. Marianus Præfectus erat anno 871. ut in Actis Athanaſii Epiſcopi Neapolitani. Item quatuor annos Rempublicam adminiſtravit , & ejectus eſt . Subrogatum Urſum filium Ma-*

rini

*rini Comitis de Pantaleone Comite, filium Cunnaci Marci, poſt ſex menſes quoque ejecerunt. Succeſſit Urſus Gabaſtenſis Joannis Salvi Romani Vitalis filius. Poſt ſex menſes item ejectus rediit Maurus cæcus, qui cum filio Pulcharo an.877. ſeptem annos adminiſtravit. Cui mortuo ſucceſſor datus eſt Sergius filius Sergii de Leonato una cum Petro Epiſcopo Urſi filio, & uno anno præterito, Petro dimiſſo, Sergius ſolus annis quinque præfuit. Creatus deinde Manſus ejus nepos Lupini filius, qui Marci Vicarii Antiochenſis nepos erat, & poſt decem annos & octo dies depoſitus eſt. Præfecerunt ſibi Leonem Neapolitanum Marini filium, Leonis nepotem.* Subdit Chronica, *Annos, & Duces à nobilitate, & populo electos. Anno 892. Manſum Fuſculum commemorant Urſi filium, qui Ducatum 26. annos obtinuit, & poſt eam adminiſtrationem Monachalem habitum induit Benedictinorum de Monte. Anno 908. ſucceſſit Maſtolus Manſonis Fuſculi filius excellentiſſimus Imperialis, & Magiſtratu functus eſt 40. annos. Anno 948. Maſtalus ejus poſt quatuor adminiſtrationis annos cum Androſa matre occiſus eſt. Anno 952. Dux eligitur Sergius Imperialis Patritius filius dicti Comitis, qui poſt ſeptem annot & ſex menſes obiit. Anno 959. Manſo Imperialis Patritius, & Antipatus Glorioſus, & perfectiſſimus Dux appellatus eſt, & multis annis præfuit, qui cum in carcerem ab Alfeno fratre conjectus obiiſſet, Manſo, qui ejectus fuerat, dominio recuperato 16. annos magiſtratu potitus eſt. Anno 1001. ſucceſſit Joannes Perella Manſonis filius, in quem Imperator Patritiatum contulit, deceſſitque poſt annos tres. Anno 1004. Sergius Joannis filius, & cum Joanne filio 13. annos Ducatum obtinuit. Anno 1019. alterum Sergium reperio; ſed adeo confuſè cum ſuperiori, ut nihil certi elicere poſſim. An. 1035. Manſo Sergii filius cum Maria matre, quam Duciſſam & Patriciſſam in diplomatibus dictam reperio, regnavitque ann. 4. menſ. 3. quo regnante Joannes frater Neapoli, quo ejectus fuerat, Amalphim rediit, & Ducatu recuperato, Manſonem fratrem ad Sirenuſas Inſulas (Gallos vocant) duxit, atque oculis privavit, & Conſtanitinopolim profectus eſt. Anno 1039. Guamarius 4. Salernitanus Princeps cum Giſulpho 2. filio menſe Aprili Indict. 7. Amalphitanus Dux creatus eſt, & quinque annorum, & ſex menſium ſpatio peracto Manſo Ducatum obtinuit, atque hujuſmodi cæcus alios decem annos imperavit. Sed an. 1054. cum Joannes Conſtantinopoli rediiſſet, Amalphitani rebellantes Manſonem expulerunt, ex menſe Octob. 6. Indict. Joannes in priſtinam dignitatem evectus eſt, regnavitque 16. annos. Quo mortuo ejus filius Sergius anno 1070. electus eſt, vixitque annos quinque. Succeſſit Joannes filius, qui antequam dominium exerceret, modico interiecto intervallo Ducatu ſpoliatus eſt, & proſcriptus. Anno 1075. Robertus Guiſcardus Nortmannus Ducatum obtinuit, qui undecim præfuit annos, & menſes octo, obiitque anno 1086. Kalend. Aug. 8. Ind. Neque pacifice Ducatum obtinere viſus eſt, quando Amalphiam occupavit, & Gardalonem nepotem captum oculis perduellem accuſavit. Poſt Robertum ann. 1086. Rogerius Comes factus eſt Dux Amalphiæ, qui Ducatum amiſit, & Marinus Penſabuſtus Sebaſtus, & Dux Amalphitanus electus eſt, anno 1096. Ducatum tenuit uſque ad annum 1100. quo privatus eſt, & Rogerius Siciliæ Comes, & Calabriæ Dux iterum Ducatu potitus eſt. Rogerio eidem ſucceſſit Rogerius filius.* Hactenus Chronica. Sed ſucceſſerunt deinde Reges Nortmanni, Svevi, Franchi, Aragonenſes, Hiſpani, qui nunc feliciter regnant, per quadringentos, & amplius annos, & ab Imperiali Patritiatu Amalphitanus Ducatus ad Regulos deductus eſt; nec honorem tamen amiſit ſuum uſque in hodiernum diem. Cæterum Amalphitanorum Ducatus a ſui exordio iis circumſcribebatur terminis. Ab Oriente juxta vicum veterem, ab Occidente ſecus Minervæ promontorium, cum inſula Capreæ, aliiſque duabus Gallorum Inſulis, a Septentrione cum Litterenſi urbe, olim caſtrum Stabienſe, cum Gravanio Pirio, Pimontio, ac ca-

A ſali Francorum, a Meridie ipſa Amalphia, Scalenſi, Ravello, Minori civitatibus, Majori, Atirano, Tramonto, Agerula, Cicharia, Prajano, Poſitano, aliiſque locis, quibus Reſpublica conſtituebatur, ſuiſque regebatur legibus: pecuniæ cudebantur propriæ, quas Amalphitanas appellabant, & ex viris Patritiis Duces eligebantur: hac libertate uſi ſunt Amalphitani ſumma eorum fama ad annum uſque 1075. quo Robertus Guiſcardus Dux debellato Salerno Amalphitanum Ducatum ſuæ ſubjecit poteſtati: ſpirantis tamen Reipublicæ dignitatem ſuſtinuerunt ad Joannæ I. uſque tempora, cum Regiis Vicariis ſub Nortmannis: regnantibus vero Svevis, per Juſtitiarios, Staticoſque, & ſub Gallis, Aragoneiſque Regibus per Regios Viceſgerentes, peculiaribus quodammodo ſtatutis, ac legibus regerentur, quas nobilium Amalphiæ, Scalarum, Ravellique conſuetudines vocitabant. Quantum vero olim opulenti, divites, celebreſque fuerint in Syria, Africa, totoque orbe Chri-
B ſtiano diſperſi Amalphitani Ducatus cives, commemorat Guillelmus Apulienſis lib. 3. rerum Normannicarum, cum de Roberto Guiſcardo loqueretur, qui Salernum, Amalphiamque ſubjugavit.

*——— Salernum*
*Hac acquiſita ſimul acquiſivit Amalphim:*
*Urbs hæc dives opum, populoque referta videtur,*
*Nulla magis locuples argento, veſtibus, auro.*
*Partibus innumeris: hac plurimus urbe moratur*
*Nauta maris, cælique vias aperire peritus.*
*Huc & Alexandri diverſa feruntur ab Urbe,*
*Regis & Antiochi: gens hæc freta plurima tranſit.*
*His Arabes, Indi, Siculi noſcuntur & Afri:*
*Hæc gens eſt totum prope nobilitata per Orbem.*

Quid verò Amalphitani pro Romana geſſerint Eccleſia, Leo Oſtienſis ſcriptum reliquit: eorum opulentiam Divus Bernardus deprædicat epiſtola ad Lotharium Imperatorem. Quot verò, & quales in Oriente extruxerint Eccleſias, vetuſta do-
C cent Amalphitanæ Eccleſiæ monumenta, & in Ducatu millenarium numerum exceſſiſſe ex eiſdem colligitur. Amalphitanorum item in navigando excellentiam Flavius Giſia nauticæ pixidis, chartæque navigandi inventor confirmat, quem ex Poſitano Amalphitani Ducatus oppido fuiſſe ſcribit Guazzo: ſic Gerardus primus militaris Ordinis ſancti Joannis Hieroſolymitani Magiſter ex Amalphitana nobilitate fuit Scalenſis patria, qui cum multis Amalphitani Ducatus nobiliſſimis viris Cruce ſignatis in ſacra expeditione fuiſſet, meruit præclariſſimi Ordinis primus ſuſtinere provinciam, ut Boſius ſcribit. In omni ferè memoria Amalphit. Ducatus illuſtribus viris, gravis & fœtus fuit, in quo olim quingenta millia mortalium capita cenſebantur. Sed jam quæ ad proprias, divinaſque res pertinent de Amalphitana ipſa civitate aliqua proferamus. Ea igitur civitas ab illis Romanis patritiis, qui primum apud Scalam conſederunt, quos deinde Malphi-
D tanos, ſeu Amalphitanos nuncuparunt, condita circa annum Dom. 400. Romanorum Colonia cenſetur. Hæc aere ſaluberrimo, populorum frequentia, mercium etiam multitudine inter Regni urbes, nulli habebatur ſecunda, atque opportunitate loci, civiumque nobilitate clara, & nobilis fuit, oppidorum, urbiumque, quæ in ora Picentinorum maritima recenſebantur, veluti caput ac cæterarum Princeps habebatur, cumque diu ſub Reipublicæ Regiaque poteſtate conquieviſſet, cum ruina aliarum Ducatus Amalphitani civitatum, & ipſa viſa eſt corruiſſe; maximè quidem forenſibus bellis inter Ludovicum, Ladislaumque Reges, iterumque inter Andegavenſes, Aragoneſque Principes de Regno certantes, adeo ut in priori bello diviſa, una pars Duce Antonio de Afflictis, pro Ludovico, altera ſub poteſtate Caroli de Judice pro Ladislao factioſè regebatur, ſic paulatim cœpit deficere, antiquumque ſplen-

do-

dorem ex parte amittere, civibus inde Neapolim, alioque tranſmigrantibus, nunc autem ſoli ſterilitate, qua cives coguntur vina, & frumenta aliunde conquirere, quæ olim dives, plenaque populo erat, vix ad mille in ea numerantur fidelium capita. Ager illius cum ipſa Amalphitana Coſta, licet anguſtis finibus ſit concluſus, omnes tamen amœnitatis laudes retinet, nam colles plurimi ſunt pomiferis arboribus conſiti, & valles floribus cujuſcunque generis, gelidis limpidiſque fontibus irriguæ, & quidem pomorum, malorum. Maſſilicorum, citrorum aureorum, punicorum, aliorumque fructuum, ac florum hoc in tractu mira eſt ſuavitas, marinis auris neſcio quid ſalſi irrogantibus in ipſa poma, floreſque, quod ſaporem odoremque mirificè gratum faciat; eorum verò tanta cum ſuavitate copia eſt, ut ex his multa aureorum millia indigenæ lucrari plerumque ſoleant. Jam cœlum ubique ſaluberrimum, ac clementiſſimum, undè viris, ac mulieribus corporis, animique habitus egregius, vividus oris color, & robur corporis, animique præſtans, denique mite ingenium, grata hoſpitalitas, & quibuſcunque artibus felix progreſſus, ut non immerito Leander Albertus Amalphitanam coſtam omnium amœniſſimam, ac veluti jucundiſſimum paradiſum deprædicet. Cæterum autem, ut de hujus civitatis origine certa opinio eſt, ſic non ſatis conſtat, quo tempore Epiſcopali dignitate condecorata fuerit: crediderim tamen haud longe ab ejus exordio eum dignitatis gradum fuiſſe aſſecutam; ſiquidem poſtero ſeculo, quo condita eſt, Pimerius Amalphitanus Epiſcopus reperitur, qui ſub Gregorio Magno vixit; neque is primus exiſtimatur Epiſcopus. Ea fulſit dignitate Epiſcopus Amalphitanus, donec à Joanne XV. Pontifice, populi, Cleri, & Amalphitani Ducis rogatu Archiepiſcopus declaratus eſt anno 987. eidemque ſuffraganeis attributis, Scalenſi, olim Camenſi, Caprenſi, Litterenſi, atque Reginenſi, ſeu Minorenſi Præſulibus. Princeps civitatis Protector ſanctus Andreas Apoſtolus eſt, cujus nominis nobiliſſimæ architecturæ Cathedrale Templum ab Amalphitanis dedicatum eſt pulcherrimum, a Petro Capuano Presbytero Card. civeque Amalphitano corpore ejuſdem Apoſtoli exornatum, quod è Conſtantinopoli, dum illac Apoſtolicæ Sedis Legatus ageret ab Eccleſia S. Andreæ Amalphitanorum, Amalphim delatum, & ſummo cum honore conditum fuit. Jacent ſacrata illa oſſa in inferiori templi crypta, & altari decentiſſimè, regioque cultu a Catholicis Regibus Philippo Secundo, Tertiove exornata, qui devotione excitati per ſuos Regni Proreges locum decorarunt. Quamobrem ne tantorum Regum pietatem funeſtaret oblivio, Petrus Fernandez de Caſtro Lemens Comes & Prorex, hæc verba publicè ſculpta in marmore ibidem voluit extare in memoriam.

ANDREÆ APOSTOLO

*Chriſti per veſtigia, Crucemque Cœlum invecto; oſſibuſque ejus juvandi ſtudio rorem ſudantibus, Hiſpani Reges Philip. II. ac III. pietati ejus dicatiſſimi rudem Cryptam, aramque nitidam in faciem ſplendoremque conformari imperant; cœptumque, & evectum Opus Ferdinando Ruiz de Caſtro, Catherina Zunica premente Lemens Comitibus Proregibus, & Joanne Alfonſo Pimentelo Beneventi Comite Pror. adultum D. Petrus Fernandez de Caſtro Lemens Com. Pror. toto amplexus animo parentum Regum Cælicolum gloriam, deculque perficit, ac præſens veneratur D. D.*

*Anno MDCXVI.*

Ex iis ſacratis Apoſtoli oſſibus perennis liquor, quem mannam vocant, miraculosè emanat, celebrisque in toto Chriſtiano orbe ad morbos ſanandos habetur. Facta hujuſmodi translatio eſt die 8. Maji anno 1208. in Martyrologio Romano memoratur die nona ejuſdem. In Archivio Metropolitanæ Eccleſiæ rei geſtæ monimenta continentur, quæ nos infra ſuo loco dabimus. In eadem Metropolitana Baſilica venerantur corpus S. Macarii Ægyptiaci Abbatis, maxima pars corporis Ss. Coſmæ & Damiani, & s. Viti Martyrum, brachium s. Georgii martyris, & particula ligni s. Crucis, cum aliorum Sanctorum lipſanis. Nobilis hæc Baſilica in medio civitatis ſita eſt, marmoreis columnis ſuffulta, triplici teſtudine ultra ſuperiorem titulum circumſcribitur, ejus longitudo palmorum 14. latitudo 28. & ſuo cum Organo, muſivo, choro, ſacra Turri, & Sacrario, nuper ab Octavio Bonito Vicario extructo, neceſſariis ad divina peragenda inſtrumentis abundè referto. Sacris in ea miniſtrantium numerus ſupra triginta. Canonici ſexdecim ſunt, è qui busquinque dignitate eminent, Archidiaconus, qui primam poſt Pontificalem ſedem habet; Decanus juriſpatronatus eſt nobilis gentis Bonitæ; Cantor, Primicerius, & Theſaurarius. Archidiaconus autem & Cantor ſoli mitrati ſolemnia celebrant ex vetuſta conſuetudine, ſive, ut alii volunt, ex Apoſtolico privilegio; ſunt & alii Presbyteri, ſeu perpetui hebdomadarii de Capitulo & communi maſſa participantes, cum aliis minorum gentium Clericis, qui divinum perurgent ſervitium. Canonici violacea utuntur mozzetta, Dignitates ex ſerico, vel cambelotto cum nodulis rubei coloris, cæteri Presbyteri Capitulares almutio ex violaceo panno. Capitulo perpetuo unitæ fuerunt per Gregorium XIII. Pontificem Abbatiæ s. Mariæ de Olearea, de Stellis, & s. Nicolai de Carbonaria. Seminarium eſt Clericorum nuper inſtitutum, vel auctum, ubi Clerici ad Eccleſiaſticam vitam inſtituuntur: tum plures ſunt, cum Grammatices, Muſicæ, & Cæremoniarum magiſtri. In civitate præter Cathedralem nulla eſt Parochialis Eccleſia: Duo tamen extant cœnobia, unum Conventualium s. Franciſci à Seraphico Patre conditum, ubi ejus cella cum arboribus myrthi, malorumque punicorum ipſius manibus plantatis viſuntur: alterum Cruciferorum à Petro Card. Capuano fundatum, quod noſtris temporibus ſuppreſſum eſt. Extra urbem in dextro latere proſtat Abbatia s. Petri de Canonica Ordinis Ciſtercienſis ab eodem piiſſimo Cardinale cum Eccleſia in honorem Apoſtolorum Principis exædificata, ac dotata, licet ſaxoſo loco, nemoribus tamen naturali antro ſub monte, viridariis, hortis, fontibus pulcherrimè exornata, quæ cum in laicorum Clericorum fuiſset commendam, ruit & Ordo monaſticus, Fratribuſque Capuccinis Eccleſia data eſt, redditus Commendatariis ſunt attributi. Hic aſſervatur caput s. Jacobi Minoris Apoſtoli, s. Diomedis martyris, necnon s. Baſilii Magni; de ligno s. Crucis, aliorumque Sanctorum inſignes reliquiæ ab eodem Card. ex Oriente allatæ. In medio civitatis eſt domus Patrum Congregationis s. Philippi ad Divæ Mariæ Majoris vetuſtiſſimam ædem, quam Manſonus Reipublicæ glorioſus Dux exædificaverat. Congregationem inſtituit ære proprio empta domo nobilis vir Donatus Antonius Roſa ex Manſonorum Baronum ſtirpe. Quinque olim florente Republica in hac urbe fuerunt ſanctimonialium cænobia Ord. s. Benedicti, nunc tantum duo ſuperſunt; unum titulo Sanctiſſimæ Trinitatis, ſecus littus maris intra mœnia, quod nobilium Dominarum vocant, ab Archipræſule Julio Roſino conſtructum, quo tria earundem nobilium translata, unitaque ſunt monaſteria, ſcilicet Mariæ, s. Laurentii ſubtus inferius caſtrum Scalarum, & D. Baſilii extra urbem haud longè à Canneto fluviolo: Inclytis exornatur Monialium Eccleſia Sanctorum reliquiis, fruſtulo ſatis inſigni ſanctiſſimæ Crucis, dente Petri Apoſtoli, brachio s. Bartholomæi Apoſtoli, alteroque brachio s. Coſmæ Martyris. Sanctimonialium alterum ſeptum civium, populariumque virginum intra civitatem conſtructum eſt, cui S. Nicolai de Campo nomen fecere; huic unitum fuit cœnobium s. Helenæ Ord. Ciſtercienſis in extremis

Sca-

Scalenſis territorii partibus. Sunt in civitate aliquot Laicorum Fraternitates, aliaque pia loca, & oratoria. Diœceſis Amalphitana ſatis ampla eſt, ab Oriente Cavenſi, à Meridie maris Tyrrheni littore, ab Occaſu Maſſenſi, Surrentinaque, à Septentrione Scalen. Litteren. Nucerinaque Diœceſibus clauditur. In ea numerantur oppida, ſeu terræ, & villæ triginta, quarum præcipua ſunt Majorum, habet inſignem Parochialem Eccleſiam Collegiatam titulo S. Mariæ ad Mare à Julio II. Papa anno 1505. erectam cum Præpoſito, Primicerio, Cantore, Decano, & Archipresbytero. Præpoſitus prima eſt dignitas, caputque Capituli, habetque uſum baculi & mitræ ex Apoſtolico Indulto, dum ſtatis feſtivitatibus celebrat: aliæ quatuor in hoc oppido ſunt Parochiales Eccleſiæ, majori obnoxiæ. Duo ſunt ibi cœnobia, unum virorum, alterum Sanctimonialium S. Franciſci; Mons pietatis, & laicorum aliquot confraternitates: recenſebantur animæ fidelium 1470. Tramontum ſpectabile oppidum tredecim continet Parochiales Eccleſias cum uno Minorum Obſervantium cœnobio, animas habebat 4000. Atranum habet Congregationem Presbyterorum, cum ſuo Archipresbytero in Parochiali Eccleſia ſanctæ Mariæ Magdalenæ: animæ fidelium erant 1330.

Agerula, Projanum, & Furor unam continent Congregationem Parochorum decem, cujus caput Agerulæ eſt Archipresbyter, & quinque in hac terra ſunt Parochiales Eccleſiæ, quatuor laicorum ſodalitia, & Minorum obſervantium monaſterium: continebat fidelium animas 2290. Furor, ubi Primicerius, ac tres Eccleſiæ Parochiales, animæ verò fidelium 670.

Plagianum cum Vetica majore unitur, duabus circumſcribitur Parochiis cum Primicerio, ubi erat Dominicanorum monaſterium ſanctæ Mariæ: in totum capita fidelium 1750.

Conca, Thobolum, Pugerula, Vetica minor, & Paſtiria unam habent Presbyterorum Congregationem, cujus caput eſt Primicerius, animæ recenſentur 1780.

Terra Pontini, ubi unica Parochialis Eccleſia titulo ſancti Viti. Vicarius animarum curam exercet, quæ numerabantur 1400. Mons Pertuſius unicam tenet Eccleſiam Parochialem, & animas 190.

Oppidum Citoriæ in temporalibus juriſdictionis civitatis Cavæ, ubi unica Parochialis, & cœnobium unum eſt Minorum Obſervantium; animæ autem cenſebantur 940. In univerſum autem in tota diœceſi Amalphitana continentur Parochiales Eccleſiæ 42. fidelium verò animæ ferè decem & ſeptem millia. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus ſcutorum Regni 1500. Taxatur verò in libris fiſci Apoſtolici flor. 150. Ædes Archiepiſcopales perjucundæ ſunt, veterique Eccleſiæ Cathedrali conjunctæ. Sed jam Amalphitanorum Præſulum ſeriem explicare aggredimur, quam partim ex variis auctoribus, ſcripturis, diptycis, monumentiſque, ac præcipuè ex iis eruimus, quæ vir prænobilis amicus noſter, erudituſque Abbas Joannes Baptiſta de Afflicto Agnelli equitis filius venerandæ antiquitatis benè peritus, ab ipſo indefeſſo labore conquiſita, in Amalphitanis archiviis inventa, & ex ipſis autographis candide exſcripta, nobis ſcribentibus liberaliſſimè ſuggeſſit, cujus etiam ſtudio hic noſter qualiſcunque conatus excrevit, in iis, quæ ad Amalphitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopos eorumque ſuffraganeos ſpectant.

I. 1 PRIMEMIUS a D Gregorii Magni temporibus Epiſcopali dignitate apud Amalphitanos eſt honoratus, ſed ab eodem Pontifice negligentia notatur in Epiſtola ad Anthemium Subdiaconum lib. 5. ind. 14. anno ſal. 596. & in Decret. lib. p. cap. 7. pervenit quæſt. p. de reſidentia. Vixiſſe aiunt in diptycis hujus Eccleſiæ ad annum uſq. 620. poſt cujus exceſſum per ducentos ipſos annos Epiſcoporum Amalphitanorum memoria defecit. Quis ante ipſum ſederit, an vero ille primus, hujus Eccleſiæ fuerit Epiſcopus, adhuc incertum, nec facile eſt inveſtigare.

a Al. Pigmenius.

2 PETRUS Epiſcopus Amalphitanus ætate Sicardi Beneventanorum Principis floruit. Hic tranſtulit è Reginæ littore corpus ſanctiſſimæ Triphomenis Martyris Amalphim, & in Eccleſia S. Mariæ tunc temporis Cathedrali recondidit, ut Acta ejuſdem vetuſtiſſima referunt, quæ in Epiſcopis Minorenſibus ſuo loco integra dabimus: ibi mors & ſepultura Petri, & quando, juxta ſanctæ Martyris vaticinium exhumatus à canibus è ſepulchro, atque ejus corpus ſit laceratum, accidiſſe narratur in Amalphitanæ urbis excidio à Longobardis patrato circa annum nempe ſalutis 839. Referam verba. II.

*Inventum venerabile ſanctæ corpuſculum in littore Reginnæ* ( Minorem urbem nunc vocant ) *à Clero & populo Amalphitano, & ecce Petrum Epiſcopum cum ſuo Petro Archidiacono, cæteriſque Presbyteris repererunt, propriis ulnis in tenuiſſimo panno ſanctam Martyrem ſimul geſtantes. Qui cum nimio tumultu, & populi vociferatione Epiſcopus opprimeretur, & ſiſteret aliquantiſper ante ejuſdem Baſilicæ ſanctæ veſtibulum, abjectu à quibuſdam virgo prædicta, ex membris illius felici rapinu furtim quæque poterunt diripiebant. Mira res & agnita cunctis fidelibus, ita guttatim ſanguis ejus fluebat terra tenus, poſt annorum curricula iterum ceu proprio carnificis, & iniſtæ jugulo feriretur. Concurſio interim utriuſque ſexus erat quaſi triticeæ meſſis tempore, formicas videas propriis cervicibus viciſſim farra vehere, donec ſua promptuaria repleant, quibus ſuis temporibus ſuſtentari valeant & ſuo edulio tenuiſſima corpora ſatiari. Venerabile namque ſanctiſſimæ Triphomenis corpuſculum nautica pinas cum ingenti honore cum Amalphim deferret collocaverunt in Eccleſia Beatiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ honorificentiſſimè, quod etiam Pontificali præceptione quidam obtemperantes è Clero die noctuque fidele Deo ſervitium exhibentes ad gloriam ipſius nominis certis horis cantica laudis explebant. Expleto igitur octavi diei curſu intempeſta nocte quando ſopore gravi corpora feſſa premuntur in extaſi poſitus prædictus Epiſcopus, videt in viſione jam dictam Martyrem Chriſti rubicundo pallio coopertam, aliuſque illam virgines obſequentes, ſibique manu intendentem atque compellatione minaci dicentem; Cur Epiſcope, meum temere tumulum auſus es violare, pariterque meum cunctis corpuſculum revelari propellis, & ex corpore meo quoſdam artus violenter divelli, nempe quia nullus pudor mei ergò fuit, ſcias te proxime moriturum, cadaverque tuum ex ſepulchro expellendum, & à canibus comedendum. Omnes enim Præſules dormierunt unuſquiſque in throno ſuo, ex quibus tu tem de ſepulchro tuo ſolus pelleris. Denique expergefactus Epiſcopus cum tremebundus volvere ſecum cœpiſſet, quod in horrore viderat viſionis nocturnæ, mox jubet fieri ſibi ſepulchrum in pariete quaſi cubitis tribus in ſublime à terra à parte Aquilonis in Eccleſia B. Joannis Præcurſoris atque Baptiſtæ, ubi ſanctæ purificationis & baptiſmatis unda, nova ſoboles renaſcitur, & proles fæcunda. At ubi Epiſcopi juſſio eſt impleta, & parata, ut dictum eſt, ſepultura, mox è veſtigio ſubſecuta eſt tam crudeliſſima febris, ut vix trium dierum ſpatio hac luce perfrui videretur, cum decurſu vitæ ſuæ temporibus, & finito termino quem nullus hominum præterire poteſt, gregi ſuo valedicens, ac ſecum ſumens viaticum exuit hominem plenus dierum. His namque præmiſſis, cum non multo poſt iſtius terræ deſolatio immineret, utriuſque populi præſtigio confirmato maleficio videlicet Longobardorum, capta eſt civitas, ac depopulata penitus ſine ſanguinis effuſione. Hujus ſiquidem civitatis loca dum hac illac luſtrando pergerent, & circuirent cubiculorum penetralia, & aditus Eccleſiarum ſi forte theſauros occultos, & reconditos invenirent, præſertim cum opibus plurimis eſſent ditati; tandem aliquando venerunt ad tumulum, ubi Epiſcopus è vicino ſepultus jacebat, qui dum ſperarent ob fabricæ recentis obſtacula, quod in Præſulis tumulo aurum*

urgen-

*argentumve pateret, confringentes illum, invenerunt Epiſcopi cadaver jam fœtidum in monumento compag: corporis, & penè omnibus ſolutum membris. O incomparabile Dei judicium, & ineffabilis virtus ejus! turba omnis retro coacta eſt, & ſepulchrum dimiſſum eſt, patens, nec quaquam opertum. Peracto igitur excidio, cunctiſque mœnis dirutis civitatis, adhuc ibidem civibus commorantibus, canes rabido ore latrantes mutuo curſu currentes abſtrahunt à tumulo prædictum cadaver Epiſcopi, ut vaticinatum fuerat à ſancta Martyre Chriſti eidem Epiſcopo ac revelatum.* Hæc ibi. Proſequuntur Acta, de ejuſdem S. Martyris Beneventum tranſlatione, iterumque à Benevento Amalphim apud Reginnam priori in loco, adiuvante Urſone Beneventi venerabili Epiſcopo. Meminit ejuſdem Erchemperti apud Caracciolum ex Boluiti exemplari in hæc verba, quæ non extant in hiſtoria Erchemperti apud Peregrinum in hiſtor. Principis Longobardorum par. 1. *Interea factum eſt, ut Tyrrheni equoris inſulas, Auſoniæque univerſa loca Sicardus Princeps circuiret, & quotquot corpora Sanctorum invenire poſſet, Beneventum cum debito honore deferret. Atque per idem tempus ex Liparitana inſula B. Bartholomæi Apoſtoli corpus Beneventum magno cum tripudio deferri juſſit. Cum autem talia Amalphitani cernerent, & metuerent ne propria fruſtrarentur Patrona, ſcilicet ſanctæ Triphomenis corpore, quod in portu Reginellæ illo tempore tegebatur, plebe jam ducta in conſilium, decreverunt ut illud Amalphiam transferretur. Sicque factum eſt. Nam dantibus operam majoribus natu Amalphitanorum, antequam ipſa civitas ab inclyta gente Longobardorum deſolaretur, ablatum eſt à propria aula, ubi erat nautiva pinus, & cum ingenti honore Amalphiam delatum, atque in Eccleſia Beatiſſimæ Virginis Mariæ ejus ſacrum corpus Amalphitani honorifice collocarunt. Longobardorum phalanx à prædicto Sicardo Principe abſoluta, Amalphiam devenit, atque ab eis ipſa civitas ſine humani ſanguinis effuſione capta eſt, & depopulata. Cumque Longobardi omnia, quæ in ornatu Eccleſiæ, & Amalphitanorum ædibus invenirent, diriperent, ſacrum etiam corpus S. Triphomenes Martyris locum geſtantes, cuncta per circuitum depopulati ſunt, & non ſolum civitatis munitio intrinſecus, ſed etiam extrinſecus prædia cuncta devaſtarunt: & ſic magno cum tripudio Salernum perveniunt, atque jam dictum ſanctum corpuſculum per juſſionem præfati Principis debito cum honore Beneventum perducitur.* Hanc Beatiſſimam Martyrem Teiphomenem origine fuiſſe Siculam è Paſtenſi urbe, ſcribit Bolvitus. Vide Feiciam *lib. de ſubfeudis cap. de civitatibus Regni fol* 81. Triphomenis feſtivitas cultu celebri veneratur apud Minorenſes 5. Novembris; tranſlatio vero 13. Julii, de qua infra. Cæterum Petrus Amalphitanus Epiſcopus, qui & venerabilis ſenex, & omni laude digniſſimus memoratur, in citatis Triphomenis Actis, videtur ex hac mortali vita ſubtractus, miſerabili quidem & infelici exitu ex Martyris vaticinio circa annum Domini 839. quo anno, vel poſteriori, ut Oſtienſis ſcribit, D. Bartholomæi Apoſtoli corpus Beneventum tranſlatum eſt, quo paulo poſt Sicardus Princeps ex hac luce migravit, occubuitque ſuorum gladio.

III. 3 LEO Epiſcopus Amalphitanus ſucceſſit Petro circa annum Dom. 840. aliud de eo dicendum non habeo, niſi quod ejus Præſulatus tempore Amalphitani à Sicardo Beneventanorum Principe in captivitatem deducti ſunt, nec multo poſt tempore cum jugum excuſſiſſent, ad propria ſunt reverſi.

IV 4 PETRUS II. electus, ut ſcribunt diptycæ, anno 848. Vertente vero anno Amalphitani, una cum Neapolitanis atque Cajetanis numeroſa claſſe apud Oſtiam Tyberinam contra Sarracenos Leoni IV. Pontifici ſuppetias præſtiterunt, ut Anaſtaſius Bibliothecarius tradit. Anno vero 879. cum multi Italiæ Principes ac populi, propriis utilitatibus proſpicientes, publicum cum iiſdem Sarracenis fœdus iniiſſent, Joannes VIII. Papa, ut iniquum pactum, fœduſque diſſolverer ſub excommunicationis pœna eiſdem præcepit. Illorum caput erat Pulcherius Amalphitanorum Præfectus, ad quem, & ad hunc Petrum Epiſcopum Joannes epiſtolas direxit omni laude digniſſimas, quæ ſunt in ejus Regeſt. num. 207. 209. 225. & 242. datæ ann. 880. Indict. 13. & ſequenti Ind. 14. Idem Petrus Amalphitanorum præfecturam egit.

5 BONUS ſucceſſit Petro; cujus ſolum nomen pervenit ad poſteros. Ejus temporibus Amalphitani, Comites civitatis rectores in Judices elegerunt; ut Indiculus habet, qui tamen errores continet non paucos. V.

6. SERGIUS ſubſtituitur Bono, de quo nihil præter ejus bonum nomen comperimus, tametſi Indiculus habeat illum præfuiſſe temporibus S. Athanaſii Neapolitani Epiſcopi. quod omnino ſtare non poteſt, cum ille diem ſuum obierit anno 872. quo Petrus erat Amalphitanus Epiſcopus, ut ſupra innuimus. VI.

7 URSUS electus habetur in Indiculo apud me Mſ. anno 897. eo ſcilicet tempore quo Amalphitani pro Judicibus Duces recepere titulo Imperialis Patritii ac Protoſpotarii decoratos a Conſtantinopolitano Imperatore. VII.

8 JAQUINIUS ſedit in hac Eccleſia anno 925. quo a Ludovico Imp. ſublata eſt Inſula Crapitana Neapolitanis Ducibus, & Amalphitanis conceſſa, ut refert Friccia de ſubfeudis. At hoc anno 925. imperabat Henricus cognomento Auceps, inſignibus Imperialibus donatus a Conrado moriente, Kal. Julii ann. 919. qui regnavit ann. 17. mortalitalitem explevit anno 936. eodem errore lapſus eſt Indiculus noſter a quo Friccia. VIII.

9 CONSTANTINUS Præſul extitit Amalphitanus anno 949. juxta Indiculi narrationem, qui addidit eo Præſule Amalphitanos caſtrum Pini muniviſſe, ut oppida eorum juriſdictioni obnoxia. Graniani ſcilicet, & Pedemontis in Occidentali plaga ſita validius tuerentur. Decem omnino annos hanc rexit Eccleſiam, mortem obiit circa annum Dom. 960. IX.

10 MASTOLUS poſtremus Amalphitanorum Epiſcopus evaſit anno 960. ſub Manſone Duce, qui Salernitanum aliquando Principatum uſurpavit, ut ſcribit Indiculus noſter, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ Majoris, anno 987. extruxit, ubi adhuc proſtat brevis inſcriptio. *Maaſa Dux & Patritius fieri juſſit*. Condidit idem magificus Dux vetuſtum Cœnobium S. Laurentii pro Benedictinis Monialibus, & ampliſſimè dotavit. Maſtolus vero Epiſcopus vita ceſſit circa annum Domini 987. juxta Indiculi ſententiam. X.

# AMALPHITANI

## ARCHIEPISCOPI

LEO Sergii filius de Urſo Comite ſummo apud Amalphitanos loco natus, egregiis moribus ornatus, ex Monachu & Abbate SS. Cyriaci & Julittæ Ord. S. Benedicti apud Atrani oppidum, primus hujus urbis Archiepiſcopus auctoritate Apoſtolica renunciatus eſt an. Dom. 987. & conſecratus die 13. Febr. qua tempeſtate Romanam Eccleſiam regebat Joannes XV. Papa, a quo pallium & Metropolitica jura deinde ſuſcepit in Lateranenſi palatio ab eodem anno 994 Pontificatus ejuſdem Joannis decimo: de cujus inſtitutione hæc habent brevis hiſtoria Amalphitanorum Præſulum, & Indiculus apud me Mſ. *Regnante Domino Manſone Amalphitano Duce, defuncto Epiſcopo ejuſdem Eccleſiæ, placuit Domino Duci, cuncto Clero, & populo univerſo eligere Leonem Presbyterum & Monachum,* XI

*filium*

*filium Sergii de Urſo Comite ad Archiepiſcopalem ordinem, qui conſecratus eſt die* 13. *Februarii an.*987. *& accepit deinde pallium Archiepiſcopatus per manus Joannis Summi Pontificis Quintidecimi anno decimo in ſacratiſſimo Palatio Lateranenſi cum Apoſtolica benedictione.* Annus decimus Joannis Papæ XV. erat Chriſti 994. *Igitur præfatus Leo primus Archiepiſcopus ſanctæ Sedis Amalphitanæ Eccleſiæ una cum tota plebe ſua, & univerſo Clero ſuæ Diœceſis ordinavit tres Epiſcopos, primum ſcilicet Joannem, & eum in Epiſcopum conſecravit in Inſula Capritana: ſecundum vero Sergium in Reginnis, quæ nunc dicitur Minor; tertium vero Stephanum in caſtellis Stabienſibus, qui dicitur nunc Epiſcopus Litteranen. & præfatus Dominus Leo ſedit annis quadraginta duobus, & mortuus eſt die* 25. *Aprilis Indict.* 12. *& ſupultus eſt in Eccleſia ſancti Viti Martyris, cui in dicto Epiſcopio eſt dedicata.* De Leonis ordinatione ferè iiſdem verbis loquitur Urſus Presbyter in Chronica Amalphitanorum Præſulum; *Leo*, inquit, *Presbyter & Monachus atque Abbas monaſterii ad honorem SS. Cyriaci & Julittæ conſtituti ſupra Atranum, cum eſſet laudabilis vitæ, & præfulgens moribus, & omnibus notus, reputatus fuit ab eximio magnifico, & glorioſo Duce, & Patritio Imperiali Domino Manſone, univerſo populo & cuncto Clero electus Antiſtes S. Eccleſiæ Amalphitanæ, & cum Amalphitana Reſpublica tunc nimis floreret, & potens eſſes, tam in terreſtribus, quam in maritimis, meritò ſupplicavit Pontifici Summo tunc Ioanni XV. à quo habuerunt ipſum Leonem conſecratum primum Archiepiſcopum Amalphitanum Indictione* 15. *die* 30. *Novembris ann.* 987. *in Palatio Lateranenſi, ſub tunc Imperatore Othone III. tunc temporis Epiſcopus Camenſis, dictus vulgariter Scalenſis, qui erat Sergius, fuit datus ſuffraganeus, ſed immunis à jure Cathedratico, ſimiliter Epiſcopus Capritanus, quia fuerunt onerati, fuerunt relevati à dicto jure, eodem tempore fuit datus Epiſcopus Sergius Eccleſiæ Reginnenſi, & Stephanus Caſtro Stabienſi, nunc Litterenſi civitati, cum onere tamen Iuris Cathedratici.* Leonis obitus incidit in annum Dom. 1030.(1) Cœnobium SS. Cyriaci, & Julittæ, de quo in alio Indiculo Amalphitanorum Archipræſulum, nunc ſemidirutum cernitur ſupra Atrani oppidum; Eccleſia vero relicto priori titulo, ſanctæ Mariæ de Donne vulgo nuncupatur. Hujus Pontificis temporibus vixiſse B. Joannem Eremitam cognomento Virginem, non poteſt eſse ambiguum; quandoquidem Leo poteſtatem tribuit Petro Eremitæ ſanctiſſimo, Joannis patruo, exædificandi Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Olearea in acclivo Promontorii Capitis Urſi, ubi paulatim cum excreviſset locus, piorum Amalphitanorum eleemoſynis, in cænobium, & Abbatiam evaſit, quod quomodo geſtum ſit, vetus fragmentum mira ſimplicitate ſcriptum narrat. *Temporibus*, inquit, *Leonis primi Amalphitani Archiepiſcopi, venit in partibus Amalphiæ venerabilis quidam Eremita Petrus nomine, cum Joanne puerulo nepote ſuo, adiens prælibatum Pontificem petiit ab eo ſibi locum dari ad vitam Eremiticam ducendam, cui benigniſſimus Pontifex ad caput Montis Urſi, Promontorium non longe à mari in territorio majori ſpeluncam, ubi molendinum ad oleum conficiendum ædificatum fuerat, conceſſit; in qua Petrus Eccleſiam cœpit conſtruere, quam inde ſanctam Mariam de Olearia nuncuparunt. Vitam ibi ducebat Petrus cum nepote ſuo Ioanne puero, faciendo ſportas ex corticibus arborum, & illas per dictum nepotem ad vendendum mittebat, & ex pretio ſeipſũ & nepotem alebat. Tunc diabolus tanti boni operis invidus fecit, ut quidam iniquus homo per vim quæſivit videre dictum Ioannem puerum annorum undecim, qui fugam cepit & ſine pane ſe contulit ad dictum monaſterium ante fratrem Petrum, excuſans ſe ut me-*



A *lius potuit tacita tribulatione; in craſtinum diei Dominici à dicto ſuo patruo vocatus, ut vellet redire ad vendendum ſportas, qui ſubito obediens erectus eſt, & ſportis oneratus invenit ſibi in facie ſua barbam longam, & cum magna admiratione itineri ſe expoſuit, & Amalphim ſe contulit, ubi viſus fuit, ſtupor omnibus, & interrogatus quomodo eveniſſet; fuit ductus ad prædictum Leonem qui re audita non ſine lacbrymis gratias Deo reddens, qui ſervos ſuos bonæ mentis ſemper tutatur, Campanam magnam fecit pulſari, & cum Clero & populo ipſe in pontificali cum navigiis verſus eremum S. Mariæ de Olearea perrexit ad viſendum Fratrem Petrum, & ſimul ad reddendas laudes Deo, ſed navigiorum apparatu cognito, dictus Petrus, ne elationis ſpiritu tentaretur, expandit ſuũ palliũ ſupra mare, & ſiccis veſtigiis ambulans ad ſuam civitatẽ reverſus eſt. Ioannes vero puer ſic pubefactus à Leone Archiepiſcopo monitus remanſit, qui angelicã vitam ducens, tandẽ ſicut Dom. placuit in pace quievit, & ibidem ſubtus altare jacet, & dicitur quod liquor*

B *mannæ eſt in ſua fovea uſque ad hodiernum diem.* Ferunt hujus Beati viri corpus Neapolim fuiſſe translatum in Eccleſiam S. Ligorii, Monaſterium vero ſemidirutum eſt, cujus redditus Capitulo Amalphitano uniti fuerunt; titulus vero Abbatialis ſuppreſsus. Rectorem inſtituit Leo in Eccleſia S. Sebaſtiani de Pugerulo Presbyterum Petrum Surrentinum, anno 36. Manſonis Ducis; teſtes recenſentur duo Presbyteri Cardinales Amalphitanæ Eccleſiæ. Documenti initium ſic ſe habet. *In nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, temporibus Domini Manſonis glorioſi Ducis, & Imperialis Patritii anno trigeſimo ſexto, & ſeptimo decimo Domini Joannis glorioſi Ducis filii ejus, die tertia menſis Septembris, Indictione* 7. *Amalphiæ, Nos Leo Dei gratia Archiepiſcopus primus. S. Sedis Amalphitanæ una cum præſentibus nobiſcum Aſtantibus Magnatibus cunctæ plebis, hujus noſtri Archiepiſcopii à præſenti die, &c. finis verò ſic.*

† *Leo Dei gratia Archiepiſcopus confirmavi.*

C † *Ego Lupinus Presbyter & Primicerius teſtis.*

*Ego Agnellus Presbyter Cardinalis teſtis.*

† *Ego Joannes Presbyter Cardinalis teſtis.*

*Ego Leo Scriba ſcripſi.*

Extat monumentum in tabulario vetuſtiſſimi cœnobii olim Monialium S. Laurentii Amalphis, Ordinis S. Benedicti. Huic cœnobio plura donaſse legimus, & pro ipſo Blactæ Abbatiſsæ, Ducem Antipatum, Patritium Manſonem, & Joannem Ducem filium ejus die 20. Martii Indict. 2. Hocce monaſterium conſtructum fuiſse conſtat Joannis Ducis temporibus, nam in monumento donationis, quam fecerunt Dux ipſe Manſo, Joannes, & Adelferius, & Ademarius, & Leo filii Sergii Ducis, qui eidem monaſterio S. Laurentii de Amalphia noviter conſtructo dederunt tres partes, & portiones eis ſpectantes ad Eccleſiam ſancti Petri Apoſtoli, quam Sergius filius quondam Urſi Comitis, & Maria honeſta fœmina filia benignæ recordationis Jo-

D annis Comitis eorum avi ædificarunt. Monumentum incipit. *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti die* 10. *menſis Julii Indict. prima, Amalphiæ. Nos Manſo Domini gratia Dux, & Patritius, & Joannes, & Adelphertus, & Ademarius, & Leo germani filii bonæ memoriæ Domini Sergii glorioſi Ducis, & Imperialis Patritii, &c. In fine, Ego Urſus Scriba hujus civitatis Amalphiæ hanc chartam offertionis manu propria ſcripſi anno* 30. *Ducatus ſupraſcriptæ glorioſæ poteſtatis menſe Julio, ſupraſcripta Indict.* Manſonis & Joannis Ducum temporibus Sergius Monachus Bonafaldula donavit, & dedit monaſterio ſancti Cyriaci Chriſti Martyris ſito ſupra Atranum quartam partem Juriſpatronatus Eccleſiæ ſanctæ Luciæ Chriſti Martyris,

I quæ

(1) Guaimarii Principis Salernitani literis Richerio Caſinenſi Abbati indultis de Amalphitana S. Nicolai Eccleſia, 22. Principatus Salerni ejuſdem Guaimarii, & 2. anno principatus ejus Capuæ, & 5. anno ducatus illius Amalphi, atque Surrenti, menſe Octobri, VIII. Ind. quæ an. 1040. convenit, ſubſcribit inter primos Leo Amalphitanus Archiepiſcopus, qui proinde ad illum annum pervenit contra Ughellum, qui decennio ejus obitum antevertit, *Mabillon. de re Dipl. in Append. p.* 116.

quæ eſt dedicata in Reginnis Minoris, tunc temporis ſub poteſtate Domini Leonis, Domini gratia Archiepiſcopi S. Sedis Amalphitanæ Eccleſiæ. Documenti initium, *In nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Temporibus Domini Manſone glorioſi Duce, & Imperialis Patricii, anno trigeſimo quinto, & ſextodecimo Joannis glorioſi Ducis filii ejus die 25. Menſis Januarii Indict. 6. Amalphiæ.*

XII. a LAURENTIUS Monachus S. Benedicti nobili genere natus patre Muſcio de Leone Comite cognomento Gettabotte, vir prudens, doctus, & duarum linguarum Latinæ & Græcæ peritiſſimus, & quod longe præſtantius eſt, laudabilis vitæ charitate pollebat, collaudante Amalphitanorum Duce Joanne, cunctoque Clero & populo biduo poſt Leonis obitum, hoc eſt 27. Aprilis anno Chriſti 1030. electus Archiepiſcopus, pontificium iniit: à Joanne XX. Papa in Lateranenſi palatio conſecrationem accepit die 2. Julii ejuſdem anni. Sanctè cœpit Laurentius Eccleſiam ſibi creditam adminiſtrare, & Eccleſiaſticum jus cum vindicare inſtituiſſet, inimicum ſenſit Guaimarium Salernitanum Principem, & Amalphitanorum Ducem, cujus iram declinans Romam profectus à Gregorio VI. Papa benigne ſuſceptus, qui illum domi retinuit in ſuo Archipresbyterio S. Joannis ante portam Latinam. Gregorium VII. tunc Ildebundum, diſcipulum habuit, quem in divinis humaniſque litteris erudivit. Plura tum Latinè tum Græce ſcripſiſſe ajunt, quæ perierunt; extat tamen vita S. Zenobii Epiſcopi Florentini, quam conſcripſit Florentiæ ad Clerum ejuſdem urbis. Hanc ex antiquo codice cœnobii Ss. Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas Salvias, in lucem emiſimus in tertio noſtro tomo, in ſerie Florentinorum Præſulum, ubi ex errore illum Pontificatum accepiſſe anno 1024. narravimus, cum conſtet ad eam dignitatem evectum an. 1030. Laudatiſſimus Archiepiſcopus iſte à Benone Gregorii VII. mendaciſſimo calumniatore impudenter, & inique criminatur, abſurda de ipſo confingit, quæ à Baronio confutantur tom. 2. Annal. Eccl. ad annum 1048. quo ipſo anno Laurentius Romæ ex hoc ſeculo migravit ad Chriſtum die 7. menſis Martii. De ejus obitu ita refert Petrus Damianus in vita ſancti Odilonis Cluniacenſis Abbatis.

*Proxima quoque quadragesima ſuccedente, ſanctæ & venerandæ memoriæ Laurentio Amalphitanæ ſedis Archiepiſcopo, qui potens in litteris ac bigloſſus, duarum ſcilicet linguarum, Græce noverat & latinè, & quod longe præſtantius eſt, laudabilis vitæ claritate pollebat. Hic itaque Romæ conſtitutus obdormivit in Domino. Cumque cadaver ejus fuiſſet in Eccleſiam illatum, honeſtus quidam Clericus Albero nomine in ejuſdem Eccleſiæ angulo dedit membra ſopori. Cumque ſubito adhuc penè vigilanti vir beatus Odilo ſcilicet apparuit, et mox Clericus intulit domine mi, quando huc & cur adveniſti? Ad chariſſimi, inquit, olim amici mei Domini Laurentii Pontificis exequias veni, quibus expletis antequam te viderem recedere nolui. Et his dictis, ſpecies loquentis evaſit.* Hæc ille. In citata hiſtoria Archipræſulum hujus Eccleſiæ legitur Laurentium in marmoreo ſepulchro conditum fuiſſe in Eccleſia B. Joannis, quæ dicitur Schola Græca, cum vixiſſet in hoc ſeculo annis 53. menſibus 6. dieb. 15. ſediſſet verò 19. men. 11. Quod autem ſcriptum legimus humatum in Eccleſia ſancti Joannis in Schola Græca, mendum puto, & pro Eccleſia ſanctæ Mariæ apponi, ſancti Joannis. De hac Eccleſia legendus eruditus amicus noſter Floravantes Martinellus in ſua Roma ex Ethnica Sacra. Laurentii meminit Poſſevinus primo vol. Apparat. ſac. 2. Append. Nec ſilentio prætereundum, quod Laurentii temporibus, Duce Amalphitanorum Guaimario Salernitanorum Principe, anno ſal. 1044 nonnulli cives Amalphitani, qui tunc apud Melphim Apuliæ civitatem vitam ducebant, haud longe ab ea urbe Eccleſiam & cœnobium in honorem ſancti Benedicti Abbatis condere inſtituerunt, ut ibidem preces Deo fundere poſſent, & eorum corpora ſepelirentur: locum conceſſit Abbas Angelus Eccleſiæ ſancti Petri Montis Vultu, aliquibus conditionibus inter eos ſancitis, quæ in inſtrumento leguntur, cujus exemplar ex Ravellenſis Eccleſiæ Tabulario, hic ut jacet barbarè ſcriptum, exhibemus, ut ſaltem cœnobii hujus ſervetur memoria, cujus nunc ne veſtigia extant.

*In nomine Domini viceſimo ſexto anno Principatus Salerni Domini noſtri Guaimarii glorioſi Principis, & ſexto anno Principatus ejus Capuæ, & quinto anno Ducatus illius Amalfis, & Sirrenti, & ſecundo anno ſupraſcriptorum Principatuum, & Ducatuum Domini Giſulfi eximii Principis, & Ducis filii ejus, & ſecundo anno Ducatus eorum Apuliæ & Calabriæ menſe Junii xii. Indictione.*

*Ideoque ego Angelo Presbyter & Monachus, quam & Abbas de Eccleſia ſancti Petri, quæ eſt ab iſto latere Montis Vultum. Declaro me in civitate Melfi ante præſentiam Domini Urſi, gratia Domini venerabile Abbatie de cœnobio ſancti Michaelis Archangeli, qui dicitur de Vultum, & ibidem adeſſet Alferi Judex, & Comes una cum alies bonis hominibus, qui ſubtus & ſcripti, ſunt quoniam habui comprehenſum a foris muro Dominico terram quam & per conceſſum de bonis hominibus de prædicta civitate Melfi ſecundum ſcriptum atque roboratum de eorum partibus habeo, ubi talia declarant, & omnibus horis, atq; diebus Domino auxiliante cupiebam laborare ibidem Eccleſiarum in honorem S. Benedicti noſtri Abbatis, & congregare ibidem Presbyteros, vel Monachos, ſicut monaſterium condecet habere, ſed ante quam talia adimplerem per inſpirationem Dei omnipotentis venerunt ad me Malfitanos, qui veſtri ſtat præſentia, unus fuit Leo filius Urſi de Turello, & alius Sergi nepotes Sergi Caſti. Tertius Mauro fil. Joannis de Aripendulo, quartus Leo filius Sergii Boccaſi, quintus Conſtantino filius Sergii de Morrone, ſextus Sergi Caſſano, ſeptimus Mauro de Turello, octavus Leone Circino, nono Mauro Tironti, decimo Conſtantino Rogatio, undecimo Stephano Direino, duodecimo Joannes de Mirando, tertiodecimo Joannes Tidemontano, quartodecimo Petri de Sergi de Marrone, quintodecimo Balſamo, ſextodecimo Urſo de Lago. ſeptimodecimo Conſtantino filio Joannis de Aripendulo, octavodecimo Urſo Exrinno, nonodecimo Urſo Mannarola, viceſimo fuit Leone Pironti, viceſimo primo Sergi Pironti, viceſimo ſecundo Mauro Gratiano, viceſimo tertio Sergi de Fuſco, & cœperunt me omnes rogare, ut illic una mecum Deum auxiliante prædicta Eccleſia in eodem loco conſtruere, vel in honore S. Benedicti dedicare, & omnes ſupradicti Amalphitanos, vel eorum hæredes omni tempore ibidem ſe congregare ad audiendum ſanctæ horis, quam & ſi de illis ægrotaberit vita prædicta, et vee Melfi de propinquo de eorum gente Malfitanos, aut ad mortem carnis evenerit, ut ego ad illos pergere, aut meos Presbyteros, vel Monachos ad eos dirigere viſitandos in lectos, & mortuos de illis in jam dicto monaſterium ſepeliendum eo tinore, ut omnes prænominati una mecum prædicto vocabulum ſancti Benedicti laborarem, quam ædificare, & de ſuos unuſquiſque ibidem donare, ut per Deum adjutori, & per illius ſurgat ipſum monaſterium de codices, & paratura quam, & illuminata nocte, ac die fiat ſicut decet monaſterium, & me quidem omnes ſpirituali partem habeant, ut oratione pro ete apud Dominum, & Auctorem noſtrum Regem cœleſtem fundam, & nunc aptũ mihi ut in illis talia adimpleam, quia in ſancta Eccleſia neceſſum eſt, ut omnes Chriſtianos ibidem de ſuum ſerbiat, vel donet, ut requiem & mercedis animæ acquirat. Quapropter ante præſentia ſupradicto Domino Urſo venerabili Abbatis, & nominato Judex. & Comes, & ſubſcriptos teſtes, & pro ſupradicta ratione perveni cum illis in bona combenientia, & per ipſa combenientia, quæ inter nos combenit bona mea voluntate ego, qui ſupra Sacerdos, & Monachus quam & Abbas nominato Angelo una cum Joannes de Alarino meo advocatore per fuſtem*

de

*de manus ſecundum legem tradimus eorum ſupranominati Amalphitanos ipſum jam dictum meum comprehenſum, ubi ipſa Eccleſia conſtruere debuimus, quam & in circuitu ſuum continentem, vel conquiſitum habeo in hoc ordine, ut laboremus, & ædificemus ipſa Eccleſia, ſicut dixi, in honorem ſancti Benedicti noſtri Abbatis, & toti ipſi prænominati Amalfitani, vel eorum hæredes una mecum, vel cum meos poſteriores omni tempore parati ſiant ad conciliandum ipſum monaſterium de codices, & paraturos, vel quidquid ibidem decet habere, ut perveniat ipſum monaſterium in honorem, & laudem Dei per Clericos & Monachos: & concedo eorum hæredibus omni annualiter Nativitas, & Reſurrectio Domini, & ejus feſtivitates ſancti Benedicti, donec eorum tam ego, qui ſupra Abbas, vel meos poſteriores tres panas umblatas, & cetias pro oblationem, & illi dividant inter ſe unuſquiſque ſicut eorum aptum paruerit, quam & concedo eorum in circuitu ipſa Eccleſia ſepulturas, ubi voluerint de ſuos ſepeliendum, & ego, vel meos poſteriores, qui ibidem congratos fuerit per me, & per eorum voluntatem tam Clericos, vel Monachos eorum infirmos viſitandos, & de illis mortuos ſepeliendum jam dicta Eccleſia in circuitu, ſicut decet Paſtor bonus, vel Rector Eccleſiæ ſuas oves congregare, & ad ſalvationem animæ perducere. Unde & vos, & qui ſupra nominati Amalfitani bonæ noſtræ etenim voluntatis, & pro ſupradicta ratione, vel combenientia, quæ inter nos combenit placitavimus ipſius Abbati, ut omni tempore parati ſiamus, tam nos, quam & noſtros hæredes una cum illo ſecundum noſtram poſſam, vel quantum nos Deus conſpiraverit ipſa prædicta Eccleſia ordinare de codices, & paraturos, & de omnia quantum, & qualiter ibidem decet habere, & ipſo Abbas vita ſua in honore deportemus, vel de noſtrum ei ſerviamus, & vita ſua non habeamus poteſtatem eum de ipſa Eccleſia, vel ſuos Clericos, aut Monachos, abſque ſua voluntate eiicere per nullam occaſionem, aut alium Abbatem ſuper eum ordinare, aut Clericos, vel Monachos abſque nutu, vel ſua voluntate in ipſo monaſterio coadunare, vel congregare. Nam ſi evenerit ipſius ſupradicti Abbatis aliquid moleſtum, & ei aptum paruerit, & invenerit hominem religioſum ordinandum Abbatem in prædicto monaſterio, ut conjungamus nos cum illo, & qualiter ei exinde aptum paruerit adimpleamus, & de medietatem de ipſa Eccleſia, quæ ei pertinuerit poteſtatem habent mittere illa in manus hominum, qualiter ei fuerit voluntas, ſic tamen, ut à nobis noſtriſque hæredibus adimpleat ſicut ſuperius declaratum eſt de oblationem, vel viſitandos nos ſicut Paſtor ſuas oves, & non habeamus poteſtatem aliquando tempore amplius de ipſa Eccleſia quærere, aut ipſius ſupranominato Angilo noſtro Abbati, aut ad ſuos poſteriores, excepto, ſicut dictum eſt, quod ſua bona voluntate nobis concedere dignatus es, in hoc ordine, ego qui ſupradicto Angilo Sacerdos, & Monachus, vel Abbas bona mea voluntate, una cum jam dicto advocatore meo, & aliis quod eorum prænominati Amalphitani dedimus recipientes illum toti uno tenore, & mediatore eorum poſuimus. Poto qui eſt genitus Domini Urſi ſupradicto Abbas per appoſiti bobi, & caballi ſui, & omnia ſua pignera legitima, & inlegitima ad pignorandum illum, & ſuos hæredes omni tempore abſque calumniis quidam tenore, ut ſi de omnia qualiter ſuperius legitur vobis veſtriſque hæredibus adimplere noluerimus, & in aliqua cauſatione, vel intentione nobis exinde parare præſumpſerimus pro qualicumque ratione, vel ingeniis obligo me, meoſque obligo poſteriores vobis omnib. ſupradictis, vel ad veſtros hæredes centum ſolidi aurei vobis dandum, & in antea per habitis, & per diſtincto jam dicto mediatore adimpleamus vobis omnia pro ordine ſicut prælegitur. Unde & nos, & qui ſupra nominati Amalphitani bonæ noſtræ etenim voluntatis, & per ſuprad. ratione, quæ inter nos combenit ſimiliter quod ipſius ſuprad. Abbati dedimus, recipiente illa una cum jam dicto Joanne advocato ſuo, & ſupradicto Poto eorum mediatore poſuimus per appoſita omnia ſua pignera legitima, quod ſi nos noſtroſque hæredes ipſius vero noſtro Abbatis, vel ad ſuos poſteriores omnia per ordinem ſicut declaratum eſt, eorum adimplere noluerimus, & ſupradicta ratione diſrumpere, aut retroare quæſierimus, & in aliqua cauſione, vel intentione exinde parare præſumpſerimus pro qualicumque ratione, vel ingeniis à ſupradicta pœna nos noſtroſque hæredes obligamus ſubjacendum, & in antea per inbitis adimpleamus omnia per ordine ſicut prælegitur per eadem Guad. & per prædicto mediatore, qui nobis communiter noſtriſque hæredibus obligabit ſe ſuoſque obligabit hæredes per bobi, & caballi ſui & omnia ſua pignera legitima & inlegitima, uſque dum Deo omnia communiter pervenerimus, exindè ad verum finem; quare Marſus Diaconus, & Notarius taliter ſcribere rogabimus nos omnes ſupranominati communiter. Actum civitate Melfice, menſe, & Indictione ſupraſcripta feliciter.*

† *Ego qui ſupra Urſus Abbas.*
† *Ego Alfert Judex & Comes.*
† *Ego &c.*

3 PETRUS Alpherii Judicis Salernitani filius, XIII.
doctrina, divinarumque litterarum ſtudiis, & probe diſſerendi facultate expolitus, moribuſque clarus, Laurentio prædeceſſori non impar. Archiepiſcopus deligitur ann. 1048. cujus celebris eſt memoria ex legatione una cum Collegis Humberto Silvæ Candidæ Epiſcopo, & Friderico Card. Cancellario ſub Leone IX. anno 1054. obita adverſus Michaelem Conſtantinopolitanum Patriarcham, qui temerè primariis honoribus à Conſtantino Monomacho Imperatore oneratus ab Eccleſia Romana deſecerat, de qua legendi Baronius tom. 2. & Leo Oſtienſis in Chronic. Caſſ. lib. 2. cap. 8. Adfuit Petrus Leoni IX. litem deffinienti inter Luitfredum Abbatem S. Vincentii de Vulturno, & Pſeudo-Abbatem Conſtanleſi Albertum, ut ex Mſ. Chronico ejuſdem monaſterii conſtat. Fuiſſe Petrum virum ſanctum, non obſcurè ſignificat Petrus Damianus in epiſtola ad Deſiderium Abbatem Caſſinenſem, dum refert miraculum S. Euchariſtiæ, quod ipſi Epiſcopo Amalphitano contigit, etſi nomen reticeat Petri, tamen ut habet Baronius, Amalphitanus Epiſcopus ille, Petrus nomine dictus eſt, quem legatione functum Conſtantinopoli una cum Humberto Epiſcopo Silvæcandidæ & Friderico Cardinali, ut ſuo loco ſuperius, dixerat. *Nam* (inquit Petrus Damianus) *& veſter ille intimus piæ recordationis Amalphitanus Epiſcopus* (nomen neſcio) *Stephano Romano Pontifici me præſente ſub jurejurando teſtatus eſt, quod cum aliquando ad menſam ſacrificaturus accederet, ſed ſuper Sacramento corporis incredulus extiterat, in ipſa confractione ſalutaris hoſtiæ rubra prorſus, ac perfecta caro, inter ejus manus apparuit, ita ut digitos illius cruentaret, ſicque Sacerdoti ſcrupulum dubietatis auferret.* Intetſuit Petrus Romanæ ſynodo ſub Nicolao II. celebratæ anno 1059. Idem præſens fuit alio Concilio ab eodem Nicolao II. Amalphi in Archiepiſcopali palatio celebrato, ubi Robertus Guiſcardus Calabriæ & Apuliæ Dux, Comeſque Siciliæ confirmatus eſt. Sedit verò Petrus Archiepiſcopus in ſua Amalphitana Sede, Damaſo II. Leone IX. Victore II. Nicolao II. Alexandro II. Stephano IX. & Gregorio VII. Romanis Pontificibus. Exceſſit vero circa annum Domini 1070. ut in parvo Indiculo notatur.

4 JOANNES poſt Petrum hanc regendam Ec- XIV.
cleſiam ſuſcepit circa ann. Domini 1070. de quo hæc pauca ſcripta comperimus in parva hiſtoria. *Hic profectus eſt in Palæſtinam loca ſancta viſitandi gratia, ubi ſummo cum honore receptus fuit ab Amalphitanis; qui Hieroſolymis paucis ante annis duo extruxerant hoſpitalia ad homines & mulieres recipiendos, in quibus & alebantur, & infirmi curabantur, defendentes eos à Saracenis, & ut facilius id exequerentur vitam religioſam ferè inſtituerant. Joannes vero Archiepiſc. ſicut Domino placuit, migravit ex hoc mundo in Damiata, & ibidē ſepultus eſt.* Incidit ejus mors

circa annum Chriſti 1082. Ejus temporibus Amalphitanorum Reſpublica per annos ferè ſeptingentos ſub Judicibus, & Ducibus celebris extincta *eſt*, & Roberto atque Rogerio Normannis ceſſit anno 1075. qui primus annus Ducatus Amalphiæ Roberti & Rogerii notatur in quodam inſtrumento venditionis partis unius vineæ poſitæ in Trimonti, quod fecit Alpherana de Ueſo de Gemula filia Lemmæ filiæ Joannis, Domino Martolo filio Domini Manſonis: Documentum extat in Archivio Monialium ſancti Laurentii de Amalphia, cujus initium. *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Temporibus Domini Roberti & Domini Rogerii genitoris, ac filii glorioſorum Ducum Italiæ, Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ anno 4. Ducatus eorum Amalphiæ die 15. menſis Julii Indict. 15. &c.* Incidit 15. Indictio in annum 1077. qui quartus fuit Roberti & Rogerii in Ducatu Amalphitano poſt exactum Joannem Ducem Sergii filium.

XV. 5 SERGIUS ex Patritio genere procreatus Miræ nobiliſſimæ fœminæ filius in locum Joannis Amalphitanus Archiepiſcopus renunciatus eſt anno 1082. eoque Præſule Victor III. Pontifex anno 1087. Ravellenſibus primum conſtituit Epiſcopum Urſonem Papicium. Sedit Sergius plus minus annis 20. mortuuſque eſt in ſenectute bona. Quo Præſule Sergius quidam Maſtuli filius anno 1091. quædam bona ſua vendidit, aliave donavit Leoni Abbati SS. Cyriaci & Julittæ de Atrano, publico, quod extat adhuc documento in Amalphitano Tabulario ſequentis tenoris, quod placuit hic verbatim, barbarè licet, referre.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno ab Incarnatione ejus milleſimo nonageſimo primo, temporibus Domini Rogerii glorioſi Ducis anno tertio Ducatus illius Amalphiæ die viceſima menſis Aprilis, Indictione quartadecima, Amalphiæ.*

*Certum eſt me Sergius filius Maſtali filii Domini Godini de Lupino de Maſtalo, de Pardo de Leone Comite à præſenti die promptiſſima voluntate venundedimus, & tradidimus vobis Domino Leoni Domini gratia Presbytero, & Monacho, atque Abbati monaſterii Beatorum Martyrum Cyriaci, & Julittæ, quod eſt dedicatum hic in Atrano ſubtus montem majorem, quam, & ad cuncta veſtra Congregatione vobiſcum maneatis in ſupradicto veſtro monaſterio, ideſt plenaria, & integra ipſam hæreditatem noſtram, quod habemus in Reginnis Majoris, qui nobis obvenit à ſuprad. noſtro genitore, hoc eſt vinea, & zenzaletum, quercetum, adque pomiferis vacuum, & plenum quantum in Reginnis Majoris habuimus cum totæ ipſæ fabricæ ibidem habentem, excepto ipſæ pergulæ viginti à parte meridiei ad finem, de cauſa, quæ fuerat Dom. Palumbi filii Sergii Denticis, & ipſa Camara vetere ſolaratam ibidem habentem, quod ad noſtram reſerbavimus poteſtatem, ipſo vero alio quantam in ſupradicto loco habuimus in montem, & in plano totum vobis eos venundedimus, & reclaramus vobis exindè ipſos fines, ſupra namque ponitur finitoris aqua verſante de ſubtus, itaque ponitur fini medium flumen, ſicut ipſæ chartæ veteris continet de uno vero latere ponitur à parte Septemtrionis fini murum fabritum communale, & heredibus Conſt. Ferraci & expedicatum ipſum prædictum murum communalem. . . angulum inda parte Meridie de ſubtus ipſum murum traverſum de hæredibus ſupradicti Conſtantini de Ferraci uſq; ad completum ſuprascriptum murum, & da capud à parte Meridiei de ſuprascripto muro aſcendit in ſuſu per finem eius uſque intoru aquaverſante per ipſos termines de Petra, & Cruces, quæ ibidem baſtitæ ſunt, de alto autem latere ponitur à parte Meridie fini finem de ipſæ ſuprascriptæ pergulę viginti, quod ad noſtram reſervavimus poteſtatem, nominatim, ſicut demonſtrat per faciem à parte ſuptus de ipſum murum veterem, qui eſt à ſupra ipſo fico, & deinde inda parte Meridie uſque in finem de cauſa, qui fuerat de ſuprascripto Domino Palumbo Den-*

A *tice, & jam a ſcendit per finem in ſuſu de cauſa ſuprascripti Domini Palumbi, uſq; ad ipſa ripa, ubi eſt ipſo valneolus diſſectus, & à capud à parte meridie de ſuprascripta ripa in tranſverſum de ſupra cauſa jam noſtra, inda Septentrione uſque ad completis panicaminali tredecim, & jam à capud de prædicta menſurata aſcendit in ſuſum per finem de cauſa de ſupradicto Dom. Palumbo, uſque iatorum aquę verſante, cum ſalva eiuſdem via ſuam, & omnibus infra ſe habentibus, & pertinentibus. Unde nihil vobis exinde exceptuavimus, & quantæ chartę exinde habuimus, vobis eas dedimus. Inſuper firmamus vobis, ut ſi exinde alia qualiſcumque charta inventa dederit ſuptus vobis, illam mittamus ſine noſtra damnietate, vel amaricatione Unde accepimus à vobis exinde plenar. noſtrã ſanationem, ideſt aureos ſolidos quingentos quinquaginta de tari novi ſnatari quatuor per ſolidum, ſicut inter nos combenit in omnem deliverationem, & in omnem deſiſionem, ut à nunc die præſenti, & in perpetuis temporibus ſiat in poteſtate veſtra, &*

B *veſtris poſteris ſucceſſores, & in poteſtate de prædicto veſtro monaſterio, ad dominandi, & frugiandi uſque in ſempiteraum, & vindicare, & defenſare eos promittimus in ſuprascripto veſtro monaſterio omni tempore ab omnibus hominibus, quod ſi minimè vobis exinde fecerimus componere promittimus nos, & noſtri hæredes in ſuprascripto veſtro monaſterio duplo ſuprascripto pretio, & hæc charta noſtræ venditionis, ut ſuper legitur ſit firma in perpetuum. Verumtamen hoc reclaramus, ut neque vos, neque veſtris poſteris ſucceſſores non habeatis poteſtatem ſuprascriptum hæreditatem alienare, ideſt vendere, vel donare, aut in pigni ponere, vel pro devito parſiare, ſed omni tempore ſit in poteſtate de ſuprascripto monaſterio, & in poteſtate de ipſos Rectores ipſius monaſterii pro reſudium exinde habendum uſque in ſempiternum, ſolummodo ſi neceſſitas obvenerit in prædicto monaſterio, ut exindè parentur in alia partes pro immeliorandum poteſtatem habeat: nam, & mihi Mara uxor ſuprascripti Sergii hæc venditio gratanter pla-*

C *cet per ſuprascriptam obligatam pœnam. Iterumque clare facimus, quia dedimus vobis ipſos menſes duobus, quod habemus in ipſa mola aquaria, quam refabricare debet in cauſa de ſuprascripto Dom. Palumbo Dentice, ut ſic illos habeus ſicut ipſos ordinus proclama, quod cum illa ſactos habuimus, quod vobis dedimus, & ſit omni tempore in poteſtate de prędicto veſtro monaſterio in ſempiternũ, & ipſa aquaria ſemper ſit per Coſt. de præd. cti murum da pede, iterum qui decurrat pro macinandum ſupraſcripta mola aquaria, ſine voſtra, & de veſtris poſteris contrarietate in perpetuum, & per ſuprascriptam obligatam pœnam.*

*† Joannes filius Domini Muſco de Joanne de Par teſtis ſum.*

*† Pantbaleo Judex filius Joannis de Domino Pulcharo teſtis eſt.*

*† Marinus Gabaccella teſtis eſt.*

*Ego Sergius Scriba filius Domini Joannis Curialis ſcripſi*

6 MAURUS de Monte vir religioſus & pius XVI.
D Poſitani monaſterii prope Amalphim Monachus, Epiſcopus tunc Reginnenſis, ſeu Minorenſis, defuncto Sergio communi Cleri & populi laudatione Archiepiſcopus Amalphitanus renunciatus eſt circa annum Domini 1103. nam anno 1102. erat Epiſcopus Minorenſis, ſequenti vero 1153. Leo eidem ſucceſſerat in Minorenſi inſula, quo anno Maurus tunc Amalphitanus Archiepiſcopus à Rogerio Duce pro ſe ſuaque Eccleſia Amalphitana nobile privilegium, & donationem accepit, quæ hic damus ex authentico copiali, quod aſſervatur in Archiepiſcopatus archivio.

*† In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis Rogerius divina favente clementia Dux, Roberti magnifici Ducis hæres & filius.*

*Convenit omnes in regimine conſtitutos Dominicis obedire præceptis, atque ei per quem regnant colla ſubiicere, ut regni illius mereantur eſſe participes, quod fine caret, quod ſemper ſine jactura, ſine mæro-*

re

A *re durabit. Ob amorem igitur cœleſtis per quem ſubſiſtimus, & regnamus, propter redemptionem etiam animarum ſupradicti patris mei bonæ recordationis, & matris meæ Sikelgaitæ, ob ſalutem quoque noſtram, & filiorum meorum offerimus, damus, tradimus, atque eo needimus jure perpetuo habendum, & poſſidendum Archiepiſcopali Eccleſiæ ſancti Andreæ in Amalphia, & tibi venerabili Mauro ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo & ſucceſſoribus tuis omnem decimationem tuæ diœceſeos, ideſt Amalphiæ, Atrani, atque Majoris, ſive etiam quod totius tuæ Parochiæ eſt, exceptis illis, quæ Epiſcopatibus tui Archiepiſcopatus jure attinere creduntur, de commercio ſcilicet, & de hoc quod Curiæ noſtræ jure videbitur pertinere, tali quidem ordine & ratione, ut in hoc Canonum cenſura ſervetur, quatenus de ea ſecundum Canonum tenorem fiant per te, vel ſucceſſores tuos quatuor portiones, prima videlicet pro conſervatione, vel reſtauratione ejuſdem Eccleſiæ. Secunda ejuſdem Eccleſiæ Clericis, ut qui altario deſerviunt, de* B *altario vivant; Tertiam vero partem tibi tuiſque ſucceſſoribus habendam; Quartam item pauperibus diſtribuendam cenſemus: hoc autem à nobis, & hæredibus noſtris firmum ſemper & inviolabile ſtabilimus, ut prædicta Amalphitanenſis Eccleſia jure quieto, ſicut ſupraſcriptum eſt, habeat in perpetuum. Si quis verò legis divinæ contemptor contra hujus noſtræ paginæ apices in aliquo moleſtare tentaverit, ſciat ſe iram Dei, & noſtri graviter incurrere: & prædictæ Eccleſię auri puriſſimi libras centum, ſe compoſiturum abſque hujus noſtræ paginæ qualibet infirmatione, quod ut verius credatur, & firmius omni tempore obſervetur manu propria ſubſcripſimus, & typarii noſtri juſſimus plumbea bulla inſigniri. Datum Amalphiæ per manus Rogerii Bertu filii noſtri Notarii ann. Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo tertio, menſe Majo undecima Indictione.*

† *Ego Roggerius Dux me ſubſcripſi.*

Anno 1106 interfuit Maurus Guaſtallenſis Concilio à Paſchali II celebrato, cui Petrus Presbyter Leonis filius ſolidos ſex, Eccleſiæ vero Cathedra- C li ſolidos octo legavit anno 1125. in teſtamento condito, quod ita incipit. *In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti, anno ejuſdem 1125. temporibus Domini Guillielmi glorioſi Principis, & Ducis anno 14. Ducatus ejus Amalphiæ, die 8. menſis Auguſti Indictione 3. Amalphiæ, &c.*

Ultima Mauri memoria extat an. 1128. in veteri documento, ubi fit mentio Mauri Archiepiſcopi, quando Minorenſis erat Epiſcopus. Documentum exhibemus in Epiſcopis Minorenſibus, in Conſtantino. Hoc eodem anno, vel ſequenti Maurus venerabilis ſenex infirmitate gravatus, ut tradit citata Chron. Archiepiſcopatu ſe abdicavit, & inter Monachos Poſitani monaſterii, ubi prius jam Monachicum ſumpſerat habitum, cum aliquanto tempore vitam degiſset, mortuus eſt, & ſepultus, magnum de ſe apud poſteros relinquens deſiderium, cum laudabiliter ſediſset annis 25. Vacaviſse Sedem Amalphitanam aliquanto tempore poſt Mauri abdicationem perſpicuum redditur ex parva illa ſæ- D pe citata hiſtoria Amalphitanorum Præſulum, ob electiones a Clero & populo factas: ab Honorio vero II. Pontifice improbatas: nam Sergius quidam de Terra Falcone Abbas ſancti Sergii de Atrano ad eam dignitatem vocatus, a Pontifice nec pallium, nec confirmationem accepit, unde coactus ad ſuam rediit Eccleſiam; Conſtantinus deinde, cognomento Rogatus Deum Epiſcopus Ravellenſis, & ipſe a Clero & populo electus repulſam ſuſtinuit: ad primam ſponſam regrediens, vacuam Amalphitanam reddidit Eccleſiam, quam deinde eodem modo recepit Joannes Salernitanæ Eccleſiæ Archidiaconus: deinde, inquit hiſtoria, *Poſt multum tempus populus Amalphitanus, cum toto Clero elegerunt Dominum Sergium Presbyterum de Terra Falcone, qui tunc erat Abbas ſancti Georgii de Atrano* (Abbatia hæc nunc eſt profanata) *ſed Domnus Apoſtolicus noluit illum conſecrare, & reverſus eſt in Eccleſiam ſuam S. Georgii. Non poſt multum tempus populus Amalphitanus cum cuncto Capitulo Eccleſiæ Amalphitanæ elegerunt Dominum Conſtantinum Epiſcopum Ravellenſem cognomento Roga Deum; & ſedit in Sede ipſius aliquantulum tempus, & conſilio accepto Romam petiit cauſa accipiendi pallium, ſed Dominus Papa noluit illud concedere, & reverſus eſt ad Ravellum in ſuam Sedem, & vixit per multos annos.*

Hæc acta videntur ſub Honorio II. vel ſub ſucceſsore ejus Innocentio, anno ſcilicet 1130. Regnante Rogerio Anacleti II. Pſeudopontificis aſſecla.



7 JOANNES a della Porta Salernitanus nobili vetuſtaque familia natus, ac Salernitanæ Eccleſiæ Archidiaconus, a Clero & populo, urgente Rege, Archiepiſcopus electus ab Anacleto conſecratus, tamdiu eam uſurpavit Eccleſiam, quamdiu Schiſmaticus ille ſupervixit, eoque defuncto ab Innocentio depoſitus coactus eſt Salernum repetere, ubi poſt annos multos mortem oppetiit apud ſuam Eccleſiam S. Marci. *Joannes* (inquit Indiculus) *Diaconus Salernitanæ Eccleſiæ cognomento de Porta electus fuit à populo & Clero Eccleſiæ Amalphitanæ Archiepiſcopus, regnante Rogerio Primo Siciliæ Rege, qui ab Anacleto Antipapa conſecratus eſt, & manſit in Sede multos annos, mortuo Anacleto ſucceſſit Innocentius Apoſtolicus, qui eum depoſuit, & reverſus eſt Salernum, & ibi vixit per multos annos in Eccleſia ſua ſancti Marci.* Joannis adhuc electi an. 1131. fit mentio in originali documento, quod mihi contigit videre, cujus initium.

a Omittitur ut illegitimus.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno videlicet ab Incarnatione ejus milleſimo centeſimo trigeſimo primo, & temporibus Domini noſtri Rocerii Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, & primo anno regni ejus Amalphiæ die 26. menſis Octob. Indict. 10. Amalphiæ, Leo filius Domini Joannis poſt obitum ſuum donat Domino Joanni, Domini gratia electo ſanctæ Sedis Amalphitanæ Eccleſiæ B. Andreę Apoſtoli, conſobrino nepoti ſuo, ipſas uncias quatuor ſuas, quas habet in Eccleſia ſanctorum Quadraginta Martyrum, quæ dedicata eſt, Amalph. &c.*

† *Ego Sergius Friſinatus teſtis ſum.*

† *Pantaleo filius Domini Joannis Judex Tectabaſte teſtis eſt.*

† *Leo filius Domini Joannis Friſinati, teſtis eſt.*

† *Ego Conſtan. Clericus & curialis ſcriba ſcripſi.*

Porro tres ſuperiores cum haud rite electi, nec a Romano Pontifice confirmati fuerint, inter Archiepiſcopos hujus Sedis nequaquam annumerandi cenſentur, imo Joannes Salernitanus ſchiſmaticus fuit, & Anacleti Pſeudopontificis ſectator acerrimus.

8 JOANNES II. Presbyter Beneventanus, vir XVII bonus & doctus poſt multam Cleri & populi vexationem unanimi conſenſu, & Regis Rogerii gratia legitimus electus eſt Archiepiſcopus circa

annum Dom 1142. Romæ ab Innocentio II. Archipræſul eſt ordinatus, & pallii benedictionem recepit, ut teſtatur noſter ſæpe citatus Indiculus. Eccleſiam S. Nicolai Confeſſoris anno 1161. conſecravit, quo quidem anno Willelmus IV. Latinorum Acconenſis Eccleſiæ in Bithynia Epiſcop. una cum Capituli ſui aſsenſu locum in cœmeterio Eccleſiæ ſancti Nicolai Acconæ in uſum Amalphitanorum Manſoni & Sergio Amalphitanis civibus conceſſit, & ad ſocietatem Acconenſis Eccleſiæ admiſit. Diploma Willelmi hic exhibemus ab ipſo exemplari Archivii Eccleſiæ Amalphitanæ vetuſtate penè obſoletum.

*In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.*

*Quoniam juſtis petitionibus fidelium deeſſe non debemus, dignum duximus Manſonem, & Sergium Amalphitanos Leonis Curialis filios ſuper his exaudire, quæ ad honorem, & utilitatem Eccleſiæ noſtræ noſcimus pertinere; Notum ſit itaque tam præſentibus, quam futuris, quod Ego Vvillelmus divi- (B) na permiſſione Quartus in Acconenſi Eccleſia Latinorum Epiſcopus, & ejuſdem Eccleſiæ vearrabile Capitulum concedimus Manſoni, & Sergio Leonis Curialis filiis, & Amalphitanis, qui in Accona obierint, locum quendam in cœmeterio ſancti Nicolai in uſum ſepulturæ Amalphitanorum, in quo prænominatus Manſo intuitu pietatis carnarium ad oſſa mortuorum reponenda de propria pecunia conſtruxit, & tumbam deſuper ędificavit. Et quoniam devotionem prę fati Manſonis, & Sergii fratrum & Amalphitanorum erga nos & Eccleſiam noſtram devotam & ſinceram fore cognoſcimus, ipſos in fraternitatem Eccleſiæ noſtrę Acconenſis ſuſcipimus, & eis orationum noſtrarum beneficium ſpirituale concedimus in perpetuum. Hujus igitur conceſſionis paginam, ut ſtabilis & rata permaneat auctoritate ſigilli noſtri confirmavimus, teſtibus ſubnominatis, qui adfuerunt Fridericus Tyrrenſis Archiepiſcopus, Renrrins Lidenſit Epiſcopnt. Hugo Abbas templi Domini H. . . . annus Archidia- (C) conus . . . atas & Micael Canonici, & Presbyteri Petrus . . . . . . . . . & Diaconi Petrus Catalaunenſis Canonicus . . . . . . . . . Incarnationis Dominicæ millesimo centeſimo ſexageſimo primo indictione . . . . . . Regnante in Syria. . .*

Hac ſere tempeſtate, hoc eſt an. 1163. Boemundus Boemundi Antiochiæ Principis filius hæc obtulit Eccleſiæ S. Andreæ Amalphitanæ, & civibus Amalphitanis perpetuo poſsidenda.

*In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen.*

*Univerſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quam futuris innoteſco, quod ego Boamundus Boamundi quondam Antiochiæ nobiliſſimi Principis filius, habens dominium Laodiciæ & Gabuls, ad emendationem patriæ meæ providere ſollicitus; ex communi aſſenſu virorum meorum dono & concedo Eccleſiæ Dei, & ſancti Andreæ de Malfia, cunctiſque Malphitanis, eorumque in poſterum ſucceſſoribus univerſis in eleemoſynam jure hæreditario habendum, ac (D) poſſidendum liberè, & quietè, in pace, & ſine calumpnia medietatem omnium juſtarum mearum conſuetudinum, atque reddituum, quos mihi perſolvere debuiſſent. Ita ſcilicet prædictarum conſuetudinum, atque redditum mihi, meiſque ſucceſſoribus dimidiam partem perſolverint, aliam ſibi in libertatem æternaliter retinentes, liberum introitum, atque exitum per totam terram meam, ſtando, vel euado, vendendo, ſive emendo ſemper habeant, atque poſſideant. Item dono, pariterque concedo prænominatæ Eccleſię, cunctiſque per ſucceſſiones Malfetanis ſub eadem libertate, & abſque ſervitio tres eſtacones in civitate Laodicię cum ſuis omnibus continentiis, ut in eis ipſi Malfetani maneant, ſtent, ac ſuper eſtacones prout voluerint, & quomodocumque voluerint ædificent, atque laborent. Habent itaque prænominati Eſtaconi ab Oriente viam, ab Occidente habent portum maris, à Meridie habeat Eccleſiam ſancti Petri (A) de Platea, à media nocte eſt domus Suricani nomine Aſſet. Hoc autem donum factum eſt in manu Landulfi Comitis Mauro, & in manu Lucæ de Flor. Et mihi pro hac prænominata libertate donoque prælibato mille, & trecentos biſancios de comminiſcentia, atque eleemoſyna Beati Andreæ, ac proborum hominum Malfetanorum ex propria deliberatione dederunt. Hoc igitur donum ſic facio, atque concedo, ut nullus ſit, qui hoc donum, ſive per me, ſive per alium, alienare, aut deſtruere, poſſit. Sin autem in prædictis eſtaconibus à quaque aliqua hæredum calumnia deſcaſor, atque emendator prædictis hæredibus Malfitanis. Ut igitur hoc donum firmum, ac ſtabile fiat, litterarum inſcriptione, meique plumbei, ac principalis ſigilli impreſſione munio, atque confirmo. Teſtes vero ſubſcribuntur Dominus Sylveſter, Robertus de Surdavalle, Vvillelmus de Logis, Giſchardus de Nazareth. Vvillelmus frater Cammarii, & ejus frater Johannes, Gualterius Dorlla, Bernardus Cancellarius, Robertus de Verdun, Arnaudus de Lambes, (B) Arnaudus, Andreas, Petrus Auicel, Petrus de Btear. Anno ab Incarn. Dom. N. J. C. 1163.*

Porro Joannes ſedit Rogero, & Willelmo regnantibus annos 24. mortuuſque fertur anno 1166. & in ſua Cathedrali humatus.

9 JOANNES III. cognomento de S. Paulo Panormitanæ Eccleſiæ Diaconus, vir nobilis, & XVIII
Siciliæ Regi charus, Joanni ſucceſſit anno 1166. Amalphim venit Julio menſe, & honorificè ſuſceptus Pontificatum iniit ſumma Cleri conſenſione: & cum Eccleſiam ſibi commiſsam pergeret optimis decretis inſtituere, à Rege Panormum revocatus ſequentis anni menſe Januario, ibidem Auguſto menſe vita ceſſit, & ſepultus in Eccleſia Epiſcopii S. Mariæ: ita Indiculus noſter.

10. ROBALDUS nobilis genere, ex Longo- XIX.
bardiæ partibus Panormitanæ Eccleſiæ Canonicus, ac Willielmi Regis Sacellanus, vir potens in opere, & ſermone Græcæ, Latinæ, ac Hebraicæ linguæ peritiſsimus, ad hanc dignitatem vocatus (C) anno 1168. Capuæ ab Alexandro III. Pontifice conſecratus eſt. Anno 1172. die 26. Julii Indictione 5. per publicum inſtrumentum donat Eccleſiæ ſancti Andreę Cathedralis Amalphiæ, quædam bona mobilia ſita in territorio Graniani, temporibus Gullielmi Regis Siciliæ, anno ſeptimo Regni ejus, Amalphię. Eximiè ſedit vir doctiſsimus, & honeſtate morum præclarus annis ſex, vita functus 28. die Junii 1174. in camera ſua, quam ipſe conſtrui fecerat, & ſepultus fuit in marmoreo tumulo juxta altare ſanctæ Mariæ ſub crypta in parte Meridionali, ut notat Indiculus. Ipſo vero Robaldo ſedente, Almericus Hieroſolymitanus quintus Rex liberaliter confirmavit, ac perpetuo conceſsit Eccleſiæ ſancti Andreæ Amalphitanæ, domos quas Raymundus Tripolitanus Comes dederat communi Amalphitanorum, Conceſsio & confirmatio ſcripta fuit iis verbis an. 1168. apud Aſcalonem, cujus exemplar olim mihi communicavit Abbas Conſtantinus Cajetanus.

(D) *In nomine Dei, & Individuæ Trinitatis.*

*Notum ſit omnibus tam præſentibus, quam futuris, quod ego Almaricus pro Dei gratia in ſacra civitate Hieruſalem, Latinorum Rex Quintus concedo, & confirmo Eccleſiæ ſancti Andreæ, quæ eſt in Malphia, & Communi Malphiæ domos illas, quas Comes Tripolis Raymundus in . . . . . dedit in privilegio ſuo, ſeu confirmavit, has ſiquidem domos Eccleſiæ ſancti Andreæ, ut dictum eſt Communi Malphiæ, omni jure, ſervitio, tam per mare, quam per terram libere & quiete in perpetuum, ſicut præfatus Comes Ra.muadus Epiſcopis eas ſiae ſervitio & terræ donavit, & imprivilegiavit, Ego quoque concedo, & confirmo: ut autem hæc mea conceſſio rata, irrefragabilis in ſempiternum permaneat, chartam præſentem teſtibus ſubſcripſi, & ſigillo meo corroboro. Factum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo octavo Indictione ſecunda, Hu-*

*jus*

A *jus rei teſtes ſunt, Gualterius Princeps Galileæ, Henfridus Conſtablarius, Milo Dapifer, Germundinus de Tiliade, Gulielmus Mareſcalcus, Guido de Maneriis, Acto de Marla, Balduinus Vicecomes Neapolitanus, Goulinus de Bethleem, Simon frater ejus, Manaſſes de Cæſarea, Frontius Marra, Manſo Curialis, Urſus Palar, Marinus de la Gravi, Manſo Feſinalis. Datum Aſcalonæ per manus Radulfi, Regiſque Cancellarii sertiodecimo Kalendas Novembris.*

XX

a De quo Toppius in Bibl. Neapol. p.328. *Mandoſ.*

11 DIONYSIUS (,, *de Teramo*) *a* Epiſcopus Aprutinus Gullielmi Regis amicus ob eximias virtutes ad Amalphitanam Eccleſiam translatus eſt anno 1174. & ab Alexandro Papa III. apud Anagniam conſecratus die 22. Octobris, de quo hęc refert noſter Indiculus. *Mortuo prædicto Domino Roboaldo, congregato Capitulo, & populo miſerat ad Regem, ei nunciando dormitionem Domini Archiepiſcopi, & ut concederet eis eligere Paſtorem, ipſe Dominus noſter inviciſſimus Rex audiens quod præfatus Dominus Roboaldus diem clauſiſſet extremum,* B *effectus eſt triſtis de tam claro fonte extincto, unde totum Regnum de ejus rivulis bibere poterat. Et præfatus Dominus Rex miſerat litteras Capitulo, ut eligeret ſibi Paſtorem, unde factum eſt, ut in unum congregarentur Clerus & Populus Amalphitanus, & concilium fecerunt ad eligendum Paſtorem Deo annuente, ut eſſet perſona idonea & apta, quæ digna eſſet tanto honore fungi, & eſſet defenſor omnium: unde Deus omnipotens reſpexit ſuper ſervos ſuos, & deſiderium omnium adimplevit, & fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, & electus eſt Dominus Dionyſius qui fuit Epiſcopus Eccleſię Aprutinæ, perfectus in omnibus, ac præclarus in Curia præfati Domini noſtri Regis, & beatæ memoriæ Domini Gualterii Archiepiſcopi Panormitani. Qui Dionyſius Archiepiſcopus conſecratus eſt à Domino Alexandro Papa apud Anagniam die 22. Octobris, & honorifice accepit pallium ab eo, & ab ejus Cardinalibus, & reverſus eſt in ſedem ſuam Amalphitanam. Iſte Dionyſius acquiſivit Eccleſiæ Amalphitanæ* C *caſale Silipone, & vineam Dominicam in Macore, ubi modo eſt hortus ex parte, & multa alia bona fecit Eccleſiæ Amalphitanæ, & vixit in Archiepiſcopatu annis* 27. Hæc ille. Incidit ejus mors in annum 1202. Interſuerat Dionyſius Lateranenſi Concilio ab Alexandro III. celebrato an. 1179. ubi ſubſcriptus reperitur cum ſuis ſuffraganeis, apud notas Neubrigenſis hiſtoriæ, & canonizationi S. Joan. Gualberti an. 1194. plura Dionyſii documenta leguntur in Archivio cœnobii ſancti Laurentii Benedictinæ Regulæ Sanctimonialium apud Amalphim; huic monaſterio donavit Dionyſius Eccleſiam ſancti Michaelis Archangeli prope Amalphim cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis anno 1202 menſe Martio Indict. 5. Eccleſiam hanc Urſus Caſtellamata diu antea condiderat, boniſque ſuis ditaverat. Documentum incipit, *Dionyſius Dei gratia Amalphitanorum Archiepiſcopus*. Porrò Urſus Caſtellamata ex ea familia eſſe videtur, quæ nunc apud Salernum vetuſta eſt, & nobilis cenſetur. Interſuit Dionyſius canonizationi S. Joan. Gualberti anno 1194. die D prima Octobris ſolemni ritu celebrata a Cœleſtino Papa III. ut dixi, & hæc poſtrema Dionyſii memoria eſt apud me.

XXI

12 MATTHÆUS prænobili familia Capuana apud Amalphitanos vetuſtiſſima procreatus, ob inſignem animi pietatem, & præclaram doctrinam, cum eſſet Theatinæ Eccleſiæ Archidiaconus, a Clero Amalphitano unanimi conſenſu Archiepiſcopus Amalphitanus renunciatus eſt 1202. & ab Innocentio III. 2. Idus Novembris ejuſdem anni conſecratus, ut liquet ex epiſtola 106. pag. 31. ann. 5. Regiſt. Vatic. vir ſane inſignis fuit Matthæus ac fortunatiſsimus, qui cunctos anteceſſores ſuos, in his quæ ſunt Chriſti, dicatur ſapientia, pietate, & gloria anteceſsiſse. Etenim cum majorum titulum Cathedralis Eccleſiæ magnificè extruxiſſet, Petrus Cardinalis Capuanus, civis Amalphitanus, ejuſque gentilis (aliis patruus) ſubcon-



feſſionem proprio ære ædificavit, ſub qua corpus s. Andreæ Apoſtoli, quod è Conſtantinopoli, ubi Apoſtolicæ Sedis Legatum egerat, ad illuſtrandam patriam Amalphim detulerat, repoſuit anno 1208. Matthæi Præſulatus ſexto, albo quidem lapillo ſignando, cujus beneficio multa in Eccleſia Amalphitana deinceps infirmis conceſſa ſunt remedia ſanitatum, & liquor ex oſsibus Apoſtoli emanans celebre manna, & theſaurus indeficiens piè erogatur fidelibus, ac celeberrimam in orbem Chriſtianum reddidit ipſam Eccleſiam Amalphitanam, quam noſtro ævo pientiſſimi Hiſpaniarum Reges Philippi II. & III. in ſplendidiorem faciem reddiderunt, ut ſupra retulimus.

Porrò translationis hiſtoriam ex ipſo archetypo Cathedralis Archivii hic libuit inſerere, ubi plura Petri Cardinalis Capuani ſcitu dignisſima recenſentur, ſic enim ſe habet.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti,* C *anno ab Incarnatione ejus milleſimo ducenteſimo octavo, temporibus Domini noſtri Federici Dei gratia Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, & undecimo anno Regni ejus die undecima menſis Octobris Indictione duodecima, Amalphiæ.*

*Non vacat à merito retributionis æternæ, quod charitatis affectibus emanare probatur. Conſtat enim in die miſſionis extremæ, majeſtatis oculis acceptari, quod Chriſti pauperibus fideliter erogatur, Domino dicente,* quod uni ex minimis meis iſtis feciſtis, mihi feciſtis. *Cum igitur Dominus Petrus Dei gratia tituli ſancti Marcelli venerabilis Presbyter Cardinalis, filius Domini Landulfi, filii Dom. Manſonis, filii Domini Joannis Capuani, filii Domini Landonis Comitis de Prata, ex commiſſæ ſibi legationis officio viſitaſſet Syriam & Romaniam, ac rediens feliciter ex urbe Conſtantinopoli divina voluntate ſecum detuliſſet Amalphiam theſaurum pretioſiſſimum incomparabilem, Corpus ſcilicet beati Andreæ Apoſtoli, qui in* D *prædicta civitate Conſtantinopolis diu habuerat manſionem, velletque Dominus Cardinalis patriam ſuam tanti muneris gloria decorare. Cum ſederet in palatio majoris Eccleſiæ cum Dom. Matthæo venerabili Amalphitano Archiepiſcopo, præſentibus Capitulo Amalphitanæ Eccleſiæ, & quampluribus civibus Amalphitanis, & aliis de Ducatu Amalphiæ & extra, cupiens pretioſum corpus Apoſtoli in majori Eccleſia, cujus ipſe de novo titulum, & confeſſionem pro ſalute animæ ſuæ fecerat, ſolemniter collocare, in qua ipſe primum pabulum Chriſtianitatis, & primam tonſuram Clericalem acceperat, conſiderans honorem, gloriam & profectus Eccleſiæ & civitatis ſpiritualiter, & temporaliter proventuros, petiit ab Archiepiſcopo & Capitulo, ut de locatione corporis, & proventibus omnibus, qui ob reverentiam ipſius corporis Apoſtoli provenirent Eccleſiæ, ſtarent voluntati & ordinationi ipſius Domini Cardinalis. Ad hæc Dominus Archiepiſcopus & Capitulum ejus attendentes, quod Deus*

*omni-*

omnipotens per venerabilem virum omni memoria dignum, Eccleſiam, civitatem, Ducatum Amalphiæ, & totum Regnum temporibus ſuis tanti muneris gloria illuſtraverat, de bona voluntate promiſerunt firmum & acceptum habere quicquid ſuper ipſis proventibus Dominus Cardinalis diſponeret, & ordinaret, & omnes vices eorum, & poteſtates in hac parte in Dominum Cardinalem contulerunt, ut & vice ipſorum prædictam ordinationem faceret Dominus Cardinalis, & ut ordinatio ſua de jam dictis proventibus firma & ſtabilis duraret impoſterum: nec ullo tempore Prælati, vel Clerici Amalphitanæ Eccleſiæ à ſua diſpoſitione poſſent aliquatenus reſilire, vel ordinationi prædicti Domini Cardinalis in aliquo contraire. Cum eſſet præſens idem Archiepiſcopus de permiſſione & voluntate ipſius, & communi voluntate, & mandato Capituli, dato verbo à ſingulis, juravit unus Presbyter Robertus nomine ſuper Sancta Dei Evangelia, in anima omnium Clericorum ipſius Capituli omnia ſupraſcripta qualiter Dominus Cardinalis ordinaret firma ſe, & illibata, obligando ſucceſſores ſuos, perpetuo conſervare. Tandem Dominus Cardinalis deliberato conſilio cum dicto Archiepiſcopo, & aliis viris diſcretis ſtatuit, & ordinavit ut de omnibus proventibus, & oblationibus, quæ ob reverentiam corporis prædicti Apoſtoli, & altarum reliquiarum, quas octavo die præteriti menſis Madii ſolemniter, ac reverenter obtulit ipſi Eccleſiæ Amalphitanæ amodo provenerint, ſcilicet de omnibus, quæ proveniunt inferius in confeſſione, quocunque modo fierent, ſemper quatuor portiones percipiant Clerici Capituli, qui officio quotidiano ipſius Eccleſię inſiſtunt, ut ſtipendia ſanctis laboribus debita ex ipſis oblationibus conſequantur, cum Clerici Capituli de Beneficiis Eccleſiæ valde modicam portionem haberent, & reliquam partem percipiant ſuper pauperes hoſpitalis quod ipſe Dominus Cardinalis pro remedio animæ ſuæ in civitate Amalphiæ ſuis ſumptibus ædificavit. Hoc tamen expreſſo & declarato, quod omnia ea quæ proveniunt tam inferius, quam ſuperius in feſto Tranſlationis ejuſdem Apoſtoli, & uſque ad Octavas, licet ſuperius fiat ſolemnitas, quia noviter eſt inſtituta ſolemnitas ipſa, dividantur ſecundum prædictam diſpoſitionem, deductis tamen inde prius expenſis, quæ honorifice fiant ob reverentiam feſti. Verum quia præfatus Archiepiſcopus conſueverat percipere omnes oblationes, quæ in feſto ipſius Apoſtoli menſe Novembris proveniebant Eccleſiæ, dicebat ex ordine iſta poſſe ſuis rationibus derogari de bona voluntate, actum eſt inter ipſum, & Dominum Cardinalem cum conſenſu Capituli, ut de ipſis oblationibus certam quantitatem perciperet Archiepiſcopus, ſcilicet centum quinquaginta tarenos Amalphiæ, & duo centenaria ceræ & dimidium pro omnibus oblationibus ejuſdem feſti, & uſque ad Octavas; & Sacriſta pro illuminatione ſuperioris altaris totius noctis, & diei, & per totam Octavam in officio Eccleſiæ tunc recipiat octo cereos, & ſi aliquid defuerit ad ſummam iſtam de oblationibus, quæ proveniunt in ipſo feſto, & uſque ad Octavas, recipiat quantum deeſt de his, quæ proveniunt inferius, & ſi ſupereſt aliquid ad ſummam iſtam, tranſeat in commune, nihilominus etiam de reſiduis recipiat quartam ſecundum quod dictum eſt. Et Primicerius Eccleſiæ pro ſecunda Miſſa Nativitatis Domini, quam debet facere ſolemniter celebrare tarenos ſex Amalphiæ recipiat de oblationibus, quæ proveniunt in ipſa Miſſa; & ſi aliquid defuerit ad ſummam iſtam de oblationibus ipſius Miſſæ, recipiat quantum deeſt de his, quæ proveniunt inferius, & ſi ſupereſt aliquid ad ſummam prædictam, tranſeat in commune. De oblationibus verò Paraſceves, quæ proveniunt ſuperioribus altaribus, & Sacrario Eccleſiæ per totam diem & noctem præterquam in officio Miſſę, & pro tertia parte oblationum ipſius Miſſæ, quam Sacriſta conſueverat habere, percipiat idem Sacriſta ſex tarenos Amalphiæ, & ſi aliquid defuerit, ſuppleatur ſibi de oblationibus confeſſionis, & ſi ſuperfuerit, tranſeat in commune. Et promulgata hac diſpoſitione, & ordinatione à Domino Cardinali coram Archiepiſcopo,

A & Capitulo, & omnibus prædictis aſtantibus, placuit tam Archiepiſcopo, quam Capitulo, & aliis, & præceperunt Dominus Archiepiſcopus, & Dominus Cardinalis mihi ſubſcripto Magiſtro Fortunato Curiali, & publico Notario, ut facerem inde publica inſtrumenta. Statuit etiam poſtmodum, & ordinavit idem Dominus Cardinalis, ut ſi vaſa aurea, vel argentea, ut calix, thuribulum, crux, candelabra, teſtum, vel de talibus vaſculis, quæ pro ſervitio altaris offeruntur, aut panni ſerici, vel veſtimentum aliquod ad uſum altaris oblatum ut caſula, vel quodcunque aliud indumentum ad ornatum Eccleſiæ fuerit oblatum, maneat pro ornamento Eccleſiæ, juxta devotionem offerentis, & quamdiu ſic manſerint, nulli liceat ad alium uſum aliquod iſtorum transferre, vel diſtrahere. Quod ſi iſtorum aliquod per Archiepiſcopum fuerit ad alium uſum aſſumptum, illud quod aſſumitur, dividatur ſecundum prædictam ordinationem, & quilibet ſupradictorum habeat poteſtatem ſortem ſuam repetendi ſupradicto modo. Quod ſi aurum vel B argentum in maſſa, vel moneta, vel vas aliquod ſeculare, vel tale quod, ſive pannus lineus oblatus fuerit, ipſo offerente exprimente devotionem ſuam, ut ſcilicet fiat inde aliquid ad ornatum, ornatu Eccleſiæ, nullus habeat vocem repetendi, ſed ſi per Archiepiſcopum fuerit ad alium uſum aſſumptum, illud quod ſic aſſumitur dividatur ſupradicto modo. Si vero fuerit ſimpliciter oblatum, nec offerentis devotio fuerit expreſſa, quod transferatur ad ornatum Eccleſiæ, diſtribuatur, ut prædictum eſt. Imagines autem aureæ, argenteæ, vel cereæ naves, & quæcunque alia oblata fuerint, & pendeant in Eccleſia quamdiu pendent ibi maneant ad ornatum; cum vero inde per Archiepiſcopum aſſumuntur aliqua illa, quæ ſic aſſumuntur, diſtribuantur ſupradicto modo, & unuſquiſque prædictorum habeat vocem repetendi portionem ſuam juxta prædictam diſpoſitionem, reſervato tamen de cera, & oleo, ſi opus fuerit, quantum ſufficiat pro ſervitio confeſſionis. Addidit etiam ad majoris gratiam miſericordiæ, ut tam Clerici Atranenſes, C quam omnes Clerici Capellarum Amalphiæ, qui non ſunt de corpore majoris Eccleſiæ conveniant ſimul per Octavam translationis ejuſdem Apoſtoli, quæ celebratur octavo die prædictis menſis Madii in officio ipſius Eccleſiæ cum Clericis Capituli, & de illis duabus partibus oblationum, quæ per octavam tantum ipſi Clerici de Capitulo conſequuntur, & dividunt Atranenſes ipſi & Clerici Capellarum Amalphiæ cum eis participent, percipientes ſinguli ſicut quilibet Clericorum Capituli, & de reliquis diebus totius anni quidquid Clerici Capituli percipiunt inter ſe tantum diſtribuant. Statutum eſt etiam per Archiepiſcopum, Cardinal. & Capitulum, ut quandocunq; adhibendi fuerint Cuſtodes ad cuſtodiam omnium ſupradictorum proventuum, Dominus Archiepiſcopus convocet Capitulum, & Priorem hoſpitalis, vel Vicarium ſuum, & ſimul deliberantes inveniant perſonam, vel perſonas, quæ jurata ſive juratæ debeant fideliter recipere, & cuſtodire, uſque ad terminum qui eis placuerit, omnes dictos proventus, qui proveniunt in confeſſione, vel D in feſto translationis, & feſto S. Andreæ, & per octavas, & id quod pertinet ad Paraſceven, & ad Sacriſtiam, & id quod pertinet in ſecunda Miſſa Nativitatis ad Primicerium, ſicut ſuperius dictum eſt, & debeat ipſos proventus præſentare coram Archiepiſcopo, præſente Capitulo, & Priore hoſpitalis, vel Vicario ejus & unuſquiſque recipiat inde partem ſuam juxta prædictam Ordinationem; ſalvo etiam quod ſtatutum eſt ſuperius pro Archiepiſcopo de feſto ſancti Andreæ menſis Novembris. Hanc etiam ordinationem factam Dominus Cardinalis recitavit coram Archiepiſcopo & Capitulo, & placuit tam Archiepiſcopo, quam Capitulo. Ut autem hujus facti memoria duret in poſterum, nec ſupradictæ Ordinationis aliquis temerè violator exiſtat, de voluntate Dom. Archiepiſcopi & Dom. Cardinalis, & totius Capituli ſtatutum eſt ſub vinculo anathematis, ut nulli unquam liceat Eccleſiaſticæ, vel ſeculari perſonæ ſupradictæ ordinationi auſu temerario contraire, vel ali-

*quid ſupradictorum modo quolibet perturbare. Ad cujus facti perpetuum robur, & inviolabile firmamentum per voluntatem, & mandatum Dom. Archiepiſcopi, & Dom. Cardinalis & totius Capituli tria ſimilia ſcripta per manus ſupraſcripti Magiſtei Fortunati Curialis, & publici Notarii, qui interfuit ſcripta ſunt, ac ſubſcriptorum teſtium manibus, & impreſſione ſigillorum ejuſdem Archiepiſcopi & Caedinalis roboratum anno, menſe, & Indictione prætitulatis. Quod in ultimo virgula diſtributum, & emendatum eſt, & c. legitur Capituli tria ſimilia ſcripta per manus ſupraſcripti magiſtri Fortunati.*

† *Leo Diaconus, & Primicerius Ancorarius teſtis eſt.*
† *Matthæus Archidiaconus Amalphitanus teſtis eſt.*
† *Joannes Diaconus Pappa teſtis eſt.*
† *Conſtantinus Diaconus Quatrarius teſtis eſt.*
† *Conſtantinus Clericus Favarus teſtis eſt.*
† *Leo Clericus de Flocto teſtis eſt.*
† *Thomaſius Clericus de Anglo illud idem teſtatur.*
† *Andreas Clericus Cumbulus teſtis eſt.*
† *Benedictus Presbyter Amalphitanæ Eccleſiæ Sacriſta teſtis eſt.*
† *Ego ſupradictus Robertus Presbyter teſtis ſum.*
† *Donadeus Presbyter Ancorarius teſtis eſt.*
† *Jacobus presbyter teſtis eſt.*
† *Manſo presbyter de Garafalo teſtis eſt.*
† *Sergius Serophus regius Juſtitiarius teſtatus, filius Domini Pandulphi vocatur.*
† *Manubel filius Domini Pandulphi teſtis eſt.*
*Philippus filius Domini Joannis de Lu Judice teſtis eſt.*
† *Joannes Judex de Pantaleone teſtis eſt.*
† *Ricc. Imperialis Judex Amalphiæ teſtis eſt.*
† *Joannes de Lu Judice filius Dom. Marini teſtis eſt.*
† *Petrus Buccella filius D. Pandulphi teſtis eſt.*
† *Marinus filius Dom. Sergii Judicis de Judice teſtis eſt.*
† *Ioannes filius Dom. Sergii Capuani teſtis eſt.*
† *Pantaleo filius Domini Urſi Iectabettæ teſtis eſt.*
*Petrus Domini Maſtali filius teſtis eſt.*
*Magiſter Fortunatus Curialis, qui ſupra, ſcripſit hanc chartam & confirmavit.*

Multa nobis præter hæc, quæ diximus, de Petro Cardinali Capuano dicendi ſeges ſeſe offert; nobile ſiquidem inſtitutæ Academiæ Amalphitanæ monumentum. Hanc eodem an. erexit perpetuoque ad Magiſtros alendos attributo cenſu, Scholas aperuit vigeſima die Octobris, octo namque diebus à depoſitione corporis S. Andreæ Apoſtoli. Extat in Archivio Monialium monaſterii ſanctæ Mariæ Dominarum civitatis Amalphitanæ erectionis diploma, cujus tenor non erit lectori injucundus, multum enim præſtat ad augendam tanti Cardinalis gloriam, & Amalphitanæ civitatis ſplendorem, ita ſe habet.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarnatione ejus milleſimo duceteſimo octavo, temporibus Domini Friderici Dei gratia Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, & undecimo anno Regni ejus Amalphiæ die 20. menſ. Octob. Indict. 12. Amalphiæ.*

*Devotæ mentis intenſio charitatis accenſa flatibus, eo magis virtutum proficit incrementis, quo amplius bonorum operum ſtudiis procurat commoda proximorum, in laboris namque ſtudio quiſque conſpicit vocationi ſuæ bravium; ubi dum virtus creſcit, operis præmii fiducia proficit, & ſpes retributionis augetur: tunc enim Juſtitiæ noſtræ manipulos offerentes, uberes fenctus pietatis colligimus, ſi bonorum operum ſemina, charitatis ſtudio præmittamus, dicente ſcriptura,* Quæcunque ſeminaverit homo, hæc & metet. *Eapropter nos Petrus miſeratione divina tituli ſancti Marcelli Presbyter Cardinalis filius Dom. Landulphi, filii Dom. Manſonis filii Dom. Joannis Capuani, filii Dom. Landonis Comitis de Prata; Conſiderantes quod talentum ſcientiæ nobis creditum tenemur fideliter diſpenſare, & doctrinæ ſtudiis omni poſtenti diligenter adeſſe, ſecundum ſapientis conſilium. Derivventur fontes tui foras. & c. Quia tamen ſanctæ Romanæ Amalfitanæ Eccleſiæ miniſterium, & ſollicitudo, continuò nos retardat à debito quo tenemur, ſaniori fretus conſilio beneficii noſtri gratia, quam perſonaliter non valemus, per alios volumus impertiri;* quoniam non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. *Ad honorem igitur omnipotentis Dei, & remiſſionem peccatorum noſtrorum, & communem utilitatem Eccleſiæ, & civitatum Amalfiæ & Atrani præſentis ſcripti conceſſione ſtatuimus, & ordinamus nunc, & in perpetuis temporibus ſcholam liberalium artium in civitate Amalfię regenda, ubi ſchola, & tam Clerici quam laici Amalphię, & Atrani volentes ſtudere, ſine pretio doctrinæ fructus, & gratiam ſolo ſtudio valeant comparare, per quos ſtudii fructus, ſcholares ipſi vitæ ſuæ conſulant, & quieti, pro cujus videlicet ſcholæ uſu, perpetuo decem uncias auri Magiſtro, qui ſcholam ipſam regat præſentialiter, ſtatuimus annis ſingulis percipiendas, videlicet de poſſeſſionibus quae nos emimus in civitate Surrenti, & pertinentiis ipſius à Judice Joanne Vulcano, & à Sergio filio ejus, & à Germano Judicis Joannis Sergio Vulcano conſobrinis noſtris ſecundum tenorem chartarum, quas nobis inde fecerunt, quarum poſſeſſionum redditus æſtimati ſunt ad valorem trium unciarum auri per ſingulos annos, & de poſſeſſionibus, quæ ſunt in Amalfia, & pertinentiis Amalphiæ, quas Manſo, & Joannes fratres noſtri de noſtro pretio emerunt, & ſibi inde chartas fieri fecerunt, & conſenſerant ad opus ipſius ſcholæ, ſecundum ſubſcriptam noſtram ordinationem, videlicet de domo juxta Epiſcopium Amalphiæ, cum omnibus ſuis pertinentiis, quam emerunt à Pantaleone Comitis Mauronis, & alia domo in platea Banbatariorum Amalphiæ, cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ fuerunt Conſtantini Colloſolfæ, & apotheca in Imbulo Amalphiæ, cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ fuerunt Sergii de Cunſulo, quarum redditus æſtimati ſunt ad valorem aliarum trium unciarum auri per ſingulos annos, & de vinea, & furno, & omnibus ſuis pertinentiis, quæ eſt in Majore, quam dicti fratres noſtri, de noſtro, ut dictum eſt, pretio emerunt à Domina Purpura Capuana; & alia vinea Caſtaneto, & ſilva in Agerolim à Planillum cum omnibus ſuis pertinentiis, quam ſimiliter ab eadem Domina Purpura emerunt; & de alio caſtaneto in eodem loco, quod emerunt à Leone Fontanaroſa; & de alia vinea, & terra, & roſario de capite Pendulo, cum omnibus ſuis pertinentiis, quas emerunt ab hæredibus Pandulphi Verameſii de ſcala, quarum poſſeſſionum redditus æſtimati ſunt ad valorem 4. unciarum auri per ſingulos annos. Et ita Magiſter ipſe conſequetur ſingulis annis pro labore ſtudii ejuſdem ſcholæ de redditibus noſtrarum poſſeſſionum dictas decem uncias auri, ſine aliqua contradictione. Volentes autem Ordinationem iſtam, & ſtatutum noſtrum perpetuo permanere, decernimus, ut in vita noſtra per nos ſtatuatur Magiſter, qui ſcholam ipſam regat, & ſtudio ſcholarium, ſicut dictum eſt, diligenter intendat, & poſſeſſiones prædictas habeat, & redditus earum pro voluntate ſua diſponat, percipicas inde pro mercede ſua ſingulis annis dictas 10. uncias auri. Et quia nos hoc beneficio duximus ſupplendum pretium, quod ſolent ſcholares ſolvere Magiſtris ſuis, idem Magiſter, qui pro tempore fuerit, ſine pretio gratis legat Scholaribus Amalphiæ, & Atrani, tam Clericis, quam laicis ſtudere volentibus. Poſt obitum vero noſtrum jus iſtud, & ordinationem ipſius ſcholæ habeant duo nepotes noſtri Clerici. Leo filius Joannis, & Sergius filius Manſonis fratrum noſtrorum, vel qui ex eis fuerit ſuperſtes, ut ipſi loco noſtro Magiſtrum idoneum eligant, & ſtatuant in ſchola iſta cum omnibus noſtris poſſeſſionibus, & redditibus, ut ſuperius continetur. Et poſt obitum eorum ordinatio ipſius ſcholæ deveniat ad manus, & poteſtatem hæredum præfati Manſonis & prædi-*

cti Joannis fratrum noſtrorum cum omnibus ſupradictis poſſeſſionibus, ut ipſius ſcholæ ſtudium cum omni integritate conceſſionis noſtræ ſemper duret in civitate Amalphiæ. Hoc etiam exprimendum cenſemus, ut nullo tempore ſtudium ſcholæ vacare poſſit, ut ſi Magiſter ordinatus in ſchola ipſa per nos, vel per alios ad quos, ſicut dictum eſt, ordinatio iſta dirigetur, vel non fuerit idoneus, aut longa corporis infirmitate, vel ſenectute tam gravis, & inutilis fuerit, quod non poſſit commode intendere ſtudio ejus ſcholæ, liceat nobis, & ſupradictis ordinatoribus ejuſdem ſcholæ, ipſum amovere, & alium convenientem ſtatuere, cum ſupradictis poſſeſſionibus, & redditibus, qui ſcholam & ſtudium competenter regat ad profectum ſcholarium, ſicut ſuperius continetur.

Hoc etiam ad perpetuam ordinationis noſtræ firmitatem ſtatuimus, ut nec ipſis nepotibus noſtris Clericis, nec hæredibus ipſorum fratrum noſtrorum, vel cuilibet de generatione noſtra in perpetuum liceat de his omnibus noſtris poſſeſſionibus, & redditibus ad erectionem ſcholarium deputatis, aliquid minuere, ſubtrahere, vendere, donare, commutare, vel modo quolibet alienare, vel ſibi retinere, quominus ſcholæ ſtudium ſemper duret, ſecundum præſentem diſpoſitionem noſtram, ſed ſemper ad uſum ipſius ſcholæ conferentes omnia ſupradicto modo, & ſi aliquid de præmiſſis contra hanc noſtram diſpoſitionem ab aliquo præmiſſorum aliter fuerit præſumptum, irritum ſit penitus & inane, nec aliquod robur habeat firmitatis. Quod ſi ipſi nepotes noſtri Clerici, vel hæredes ipſorum fratrum noſtrorum, hæc omnia non compleverint, ſervaverint & ordinaverint ſecundum diſpoſitionem noſtram, qualiter ſuperius continetur, præſumpſerint de ſupradictis poſſeſſionibus, & redditibus ſibi vel totum, vel partem retinere, vel modo quolibet alienare, vel ad alium uſum transferre, tunc Archiepiſcopus, qui præerit Amalphitanæ Eccleſiæ, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ ad quorum utilitatem præſens ordinatio ejuſdem ſcholæ regi, redundare videtur ea vice, & quoties fuerint ipſi nepotes noſtri Clerici, vel hæredes fratrum noſtrorum malitioſi, vel negligentes, ut vel non ordinare ſcholam, ut prædictum eſt, vel ad alium uſum, totum, vel aliquid ſupradictorum velint transferre, licentiam & poteſtatem habeant ex præſenti noſtro ſtatuto factum ipſorum irritare, & evacuare, & abſque alicujus vel aliquorum contradictione liberè ordinare ſcholam ipſam, cum omni integritate poſſeſſionum, & redditunm ſecundum prædictam ordinationem noſtram; nec etiam idem Archiepiſcopus & Capitulum Amalphitanæ Eccleſiæ habeant poteſtatem de his omnibus noſtris poſſeſſionibus, & redditibus ad regimen ſcholarium deputatis, aliquid minuere, ſubtrahere, vendere, donare, commutare, vel modo quolibet alienare, vel ſibi retinere, vel aliquid eorum in beneficium Eccleſiaſticum ſtatuere, quominus ſcholæ ſtudium ſemper duret ſecundum præſentem diſpoſitionem noſtram, ſed ſemper ad uſum ipſius ſcholæ conferantur ſupradicto modo. Et ſi aliquid de præmiſſis contra hanc noſtram diſpoſitionem ab Archiepiſcopo, vel Capitulo aliter fuerit præſumptum, irritum ſit penitus & inane, nec aliquid robur habeat firmitatis. Si vero Archiepiſcopus, vel Capitulum ſuper ordinatione ipſius ſcholæ tunc negligentes extiterint, aut contra præſentem ordinationem noſtram de ſchola ipſa venire præſumpſerint, tunc Communitas civitatum Amalphiæ & Atrani, ad quorum commodum præſens ordinatio fructuoſa pervenit, licentiam, & poteſtatem habeant ea vice, & quoties ad Archiepiſcopum, & Capitulum prædicto modo devenit ordinatio. Si ipſe Archiepiſcopus, & Capitulum malitioſi, vel negligentes fuerint, ut vel non ordinare ſcholam, ut prædictum eſt, vel ad alium uſum totum, vel aliquid ſupradictorum velint transferre, liberè, & abſque alicujus, vel aliquorum contradictione, ordinare ſcholam cum omni integritate poſſeſſionum, & redditunm ſupradictorum ſecundum prædictam ordinationem noſtram, nec etiam Communitas ipſarum civitatum habeant poteſtatem de his omnibus noſtris poſſeſſionibus, & reddit bus ad regimen ſcholarium deputatis aliquid minuere, ſubtrahere, vendere, vel ad alium uſum transferre; quominus ſcholæ ſtudium ſemper duret ſecundum præſentem diſpoſitionem noſtram; ſed ſemper ad uſum hujus ſcholę omnia transferantur ſupradicto modo. Et ſi aliquid de præmiſſis contra hanc noſtram diſpoſitionem à Communitate civitatum ipſarum fuerit præſumptum, irritum ſit penitus, & inane, nec aliquod robur habeat firmitatis. Adiicimus etiam ad majorem ordinationis noſtræ cautelam, & perpetuam ſecuritatem; ut ſi Communitas prædictarum civitatum etiam negligentes fuerint circa dictam ordinationem noſtram ejuſdem ſcholæ, tunc ea vice, & quoties ad Communitatem ipſarum prædicto modo devenerit ordinatio, ſi ipſa Communitas prædictarum civitatum malitioſi, & negligentes fuerint, ut, vel non ordinare ſcholam, ut prædictum eſt; vel ad alium uſum totum, vel aliquid ſupradictorum velint transferre, ordinatio ipſa ejuſdem ſcholæ perveniat ad Romanam Eccleſiam ut per Summum Pontificem libere & abſque alicujus, vel aliquorum contradictione ordinetur, & ſtatuatur in civitate Amalphiæ ſchola ipſa cum omni integritate poſſeſſionum, & redditῦum, ſicut ſupra dictum eſt, ut præſens ordinatio ipſius ſcholæ ſemper durare valeat ſecundum prædictam noſtram diſpoſitionem in perpetuum. Hoc tamen nobis jure reſervato, ut ſi nos in vita noſtra voluerimus aliquid de ſupradictis poſſeſſionibus minuere, vel adiicere, aut de aliquo ex eis commutationem facere, liceat nobis hoc facere ſecundum voluntatem & diſpoſitionem noſtram, ita tamen ut redditus ipſarum decem unciarum ad uſum ipſius ſcholæ in earum remaneant integritate ſecundum prædictam ordinationem noſtram, ſicut ſuperius continetur in perpetuum. Si quis autem contra hanc noſtram ordinationem, modo quolibet venire præſumpſerit, vel in aliquo ea violare temere velit, & ab intentione ſua non reſipuerit, mille ſolidorum Amalphiæ regio fiſco pœnę ſubjaceat. Ad hujus autem noſtræ ordinationis perpetuum robur, & inviolabile firmamentum tria ſimilia ſcripta per manus Magiſtri Fortunati Curialis & publici Notarii ſcribæ, & ſubſcriptione teſtium manibus juſſimus roborari, anno, menſe, & indictione prætitulatis: nam & nobilibus noſtris germanis Manſoni, & Joanni filiis Magnifici Domini Landulphi Capuani, hæc charta ordinationis per omnia placet, & quia dictas poſſeſſiones de proprio pretio Magnifici Domini Cardinalis Dom. fratris noſtri emimus, & chartas earum non habemus, ut ſuperius per ordinem continetur, ordinatio ipſa, quam inde idem Dominus Cardinalis ſtatuit, & ordinavit, ſicut prædictum eſt à noſtra parte firma, & ſtabilis permaneat in perpetuum, & omni tempore dictæ poſſeſſiones, & redditus earum ad uſum ipſius ſcholæ tranſeant, ſupradicto modo in perpetuum, quod ſuperius diſtributum eſt, legitur beneficio.

† Manſo prædictus filius Dom. Landulphi Capuani teſtis eſt.

† Ego prædictus Joannes filius quondam Landulphi Capuani teſtis.

† Manuhel filius Domini Landulphi teſtis eſt.

† Joannes filius Domini Sergii Capuani teſtis eſt.

† Joannes de Lu Judice filius D. Matini teſtis eſt.

† Magiſter Fortunatus Curialis, qui ſupra, ſcripſit hanc chartam, & confirmavit.

Augeat Petri Cardinalis gloriam, pietas, & devotio erga Ciſtercienſem Ordinem, cujus alumnos Amalphim in propria ſuſcepit domo, & conſtructo cęnobio apud Eccleſiam ſancti Petri de Toczulano anno 1212. quam deinde Eccleſiam Conſtantinus Presbyter conſenſu Matthæi noſtri Archiepiſcopi, & Capituli Amalphitani in manibus ejuſdem Cardinalis liberè dimiſit anno 1213. ut cęnobio uniretur, ita ex veteri monumento elicimus.

*Die quinta decima menſis Junii, Indictione prima Amalphiæ anno 1213. temporibus Domini Ottonis Dei gratia Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & ſecundo anno Regni ejus Amalphiæ, Conſtanti-*

*nus Preſbyter ſponte & bona voluntate, cum conſenſu tamen Domini Matthæi Dei gratia venerabilis Amalphitani Archiepiſcopi præſente Capitulo Amalphitano remittit, & renunciat in manibus Domini Petri Dei gratia tituli ſancti Marcelli venerabilis Preſbyteri Cardinalis Eccleſiam ſancti Petri Apoſtoli, qui dicitur Toczulano cum poſſeſſionibus, hæreditatibus, & omnibus aliis ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus, & pertinentibus, & vult, quod dicta Eccleſia uſque in perpetuum cum omnibus ſupradictis ſibi pertinentibus ſit libera, & abſoluta in Canonicam Regularem ſecundum ordinationem ſupradicti Domini Cardinalis, & nullam à ſe, vel aliqua perſona pro ejus parte moleſtiam, vel requiſitionem idem Dominus Cardinalis, aut fratres ipſius Canonicæ in iis omnibus habeant, quam quidem Eccleſiam ipſe Preſbyter Conſtantinus fuerat Canonicè aſſecutus, & dictus Dominus Cardinalis ſtatuerat & ordinaverat in Canonicam Regularem pro ſalute animę ſuæ, ad cujus preces Conſtantinus eam remiſit, &c.*

Juverunt etiam ad ipſum ſtatuendum cœnobium, cui deinde ſancti Petri de Canonica nomen fecerunt, Manſo Capuanus Petri Cardinalis frater, & Joannes Manſonis filius, qui plura bona eidem attribuerunt, ut ex ſequenti monumento habetur.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno de Incarnatione ejus milleſimo ducenteſimo tertio decimo, temporibus Domini noſtri Ottonis Dei gratia Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & primo anno Regni ejus, Amalphiæ, die quintodecimo menſis Junii, Indictione prima.*

*Nos Manſo filius Dopni Landulphi filii Dopni Manſonis, filii Dopni Joannis Capuani, filii Dopni Landonis Comitis de Prata, & Joannes, qui ſumus genitor & filius, conſiderantes tam venerabile opus, quod Dominus Petrus Dei gratia S. R. E. tituli ſancti Marcelli venerabilis Preſbyter Cardinalis chariſſimus frater, & avunculus noſter, filius ſupradicti Domini Landulphi genitoris, & avi noſtri pro ſalute animæ ſuæ, in Eccleſia ſancti Petri Apoſtoli, quæ dicitur de Toczulano, quæ ſita eſt in tenimento hujus civitatis Amalphiæ, quam in Canonicam Regularem ſuis ſumptibus ſtatuit, & ordinavit à die præſenti pro ſalute, & remedio animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum damus, tradimus, atque concedimus, & offerimus in ſupraſcripta Canonica integrum Balneum noſtrum, quod dicitur donnicum quod dirutum eſt, quod habemus in civitate Amalphiæ, & integram terram vacuam, quæ juxta eſt illud, quæ extenditur uſque ad murum Curiæ Amalphiæ, & uſque ad Capellam Regiam, cum juſtis introitibus, & pertinentiis ſuis; quæ omnia ex dono, & conceſſione Illuſtris Friderici Dei gratia Magnifici Regis Siciliæ jure proprietario poſſidemus, ſecundum tenorem privilegii, quod idem Dominus Rex de gratia magnificentiæ ſuæ nobis ſupradicto Manſoni tunc fecit, quod eidem ſupraſcriptæ Canonicæ tradidimus, cum aliis Regiis litteris, quas exinde habuimus, ut amodo, & ſemper hæc omnia ſupraſcripta cum omnibus infra ſe habitis, & contentis vice, & loco noſtro, auctoritate tamen ſupraſcripti Regii privilegii, ſint in poteſtate, & dominatione iſtius ſupradictæ Canonicæ jure perpetuo, & Priores, & Fratres ejuſdem Canonicæ liberè ibi domum, & ædificium conſtruant, & pacificè & quietè locum prædictum, & quod ibidem ædificaverint, habeant, & omni tempore jure proprietario poſſideant, ſecundum quod in ipſo regio privilegio continetur, ad commodum, proventum, & utilitatem ſupraſcriptæ canonicæ, & fratrum ejus in perpetuum, ſine noſtra, & hæredum noſtrorum, vel cujuslibet moleſtia, aut contradictione. Nullique ſit licitum prędictam Canonicam, & fratres ejus ſuper hoc, modo quolibet impedire, aut moleſtiam aliquam, vel contrarietatem inferre per ullum modum. Quod ſi nos, vel noſtri hæredes contra hoc ſcriptum noſtræ oblationis atq; traditionis venire præſumpſerimus, auri ſolidos centum regales componere promittimus, & hæc charta, ut ſupra legitur, ſit firma in perpetuum, nam & mihi Sergio Clerico filio ſupradicti Dom. Manſonis Capuani hæc charta donationis qualiter ſuperius legitur certiſſime placet, & a noſtra parte firma, & ſtabilis permaneat in perpetuum per ſupraſcriptam obligatam pœnam.*

† *Joannes Judex de Pantaleone teſtis eſt.*
† *Bartholomæus Jud. filius Dom. Mauri teſtis eſt.*
† *Magiſter Fortunatus Curialis ſcripſit hanc chartam, & confirmavit.*

Supradicta omnia Federicus II. Imp. ob reverentiam Principis Apoſtolorum, ad preces quoque dilecti in Chriſto Patris, & amici ſui Petri tituli ſancti Marcelli Presb. Card. Fundatoris monaſterii ſancti Petri de Amalphia Ord. Ciſtercienſis confirmavit, & conceſſit eidem monaſterio diverſa bona. Confirmatio ſic incipit.

*Federicus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.*

*Per præſens ſcriptum notum facimus univerſis fidelibus noſtris tam præſentibus, quam futuris, quod nos habentes præ oculis piam & laudabilem Ord. Ciſtercienſis Religionem, intuitu pietatis divinæ, cui Religionem prædictam ſcimus devotiſſime famulari, necnon pro remedio animarum divorum Auguſtorum quondam parentum noſtrorum venerabilem Abbatem, & conventum ſancti Petri de Amalphia Ordinis prædicti, &c. Datum Ferentini XII. Martii, XI. Indictionis.*

Aliud legimus ejuſdem Federici privilegium conceſſum eidem cœnobio eo ipſo anno quando cęptum eſt ædificari.

*Federicus Rex Siciliæ, ac Romanorum Imperator electus.*

*Conſiderans divinam miſericordiam, cujus magnitudinem comprehendere non licet, cum incrementa in ſeipſo ſentiat aſſidua, cum ſacroſanctas Eccleſias, ubi jugiter ipſe laudatur, & colitur, & munificentiæ ſuæ beneficiis honoravit, ea propter petitionem, quam ſibi dilectus in Chriſto P. Petrus tit. S. Marcelli Presb. Card. Celſitudini ſuæ porrexit, benigne admittens intuitu perpetuæ retributionis pro ſua quoque ſalute, & remedio animarum divorum Auguſtorum parentum ſuorum inclytæ recordationis, necnon conſideratione grati ſervitii, quod Celſitudini ſuę laudabiliter dictus Cardinalis impendit, conſiderans & laudabile votum dicti D Cardinalis, qui his temporibus domum in Canonicam Regularem ad honorem D. Petri Apoſtoli Amalphiæ erexit, donat in perpetuum dictæ Eccleſiæ de demanio ſuo ſive in bajulatione, ſive in tenimento Tropeæ mille tarenas aureas annis ſingulis percipiendas Datum Romæ anno 1212. menſe Aprilis XV. Ind., &c. Regni dicti D. glorioſiſſ. Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ in Romanorum Imperatorem electi anno XV.*

Alia plura privilegia, jura, & bona dono dedit eidem cœnobio ſancti Petri de Canonica Federicus, ut inſinuat, ac compendioſè adnotat in ſuo protocollo, ut vocant, Sergius de Amorvezo de Amalphia, inſtante Jacobo de Amangano ejuſdem cœnobii Abbate.

*Menſe Novembri Indictionis XII 1388. Amalphiæ in præſentia Judicis Marci de Actaaſio notarii de Amorvezo, & teſtium conſtitutus fr Jacobus de Amangano Dei gratia Abbas monaſterii S. Petri Canonicæ Amalphiæ Ordinis Ciſtercienſis exponendo, quod quondam bo. mem. Rev. P. D. Magiſter Petrus tit. S. Marcelli vener. Presb. Cardin. laudabile votum ſuum, & Religionem domus, quam in civitate Amalphiæ in Canonicam Regularem inſtituit ad honorem B. Petri Apoſtolorum Principis, & quod idem D. Cardinalis à quondam D. Federico Imperatore Romanorum conceſſionem, & donationem nonnullorum Jurium de demanio ipſius D. Imperatoris, nec non & Capellam ejuſdem Dom. Imperatoris civitatis Amalphiæ, cum omnibus tenimentis, & pertinentiis ſuis obtinuit, & quod prædictus D. Imperator quondam Manſoni Capuano de Amalphia donavit Balneum ſui ipſius Imperatoris ſitum in civitate Amalphiæ & terram vacuam, & quod dictus D. Imperator ob reverentiam dicti S. Petri conceſſit Abbati, & fratribus in dicto mo-*

*naſterio degentibus, ut poſſint poſſidere rationabiliter omnes poſſeſſiones, & bona jam dicti monaſterii, nec non & confirmavit monaſterio ipſi locum, qui dicitur Fuſcumelli, in quo ipſum monaſterium eſt fundatum, cum toto tenimento ſuo, & Capellam dicti S. Petri de Curte de Amalph. cum juſtis tenimentis ſuis, & quod confirmavit etiam dicto monaſterio in perpetuum omnes poſſeſſiones, & tenimenta exiſtentes tam in Ducatu Amalphiæ, quam in territorio Ebuli, cum uno molendino, & quaſdam apotheeas in Amalphia, & quod liceret eiſdem Abbati, & Fratribus in tenimento Ebuli in loco, qui dicitur Briſca in flumine unum de novo conſtruere molendinum, & quod victualia naſcentia in terris propriis ex tenimentis Ebuli annuatim poſſent ad jam dictum monaſterium deferri libere & abſque aliquo jure portus, ſeu dohanæ. Item & quod idem D. Imperator confirmavit omnia alia jura, & poſſeſſiones, quæ erant ipſius monaſterii, eidem monaſterio, & quod idem Imperator ad querelam olim Abbatis, & conventus ipſius monaſterii juſſit omnibus officialibus hujus Regni Siciliæ, videlicet Baronibus, magiſtris Juſtitiariis, magiſtris Camerariis, Bajulis, Capitanis, Comeſtabulibus, Judicibus, ne offenderent, & gravarent grangias, & homines ſuos, ut ſubſcriptis litteris Imperialibus ſigillis dicti D. Imperatoris cera rubea munitis, habetur. Exponendo etiam dictus Abbas, quod propter defectum juſtitiæ, quo olim præteritis annis Regnum Siciliæ caruit, & adhuc etiam caret, poſſeſſiones, jura, libertates, & immunitates, &c. ſunt in tantum diminuta, quod ipſe Abbas & conventus quaſi vadunt mendicando. Propter quod ipſe Abbas providit recurſum habere ad ſanctiſſ. in Chriſto P. & D. D. Urbanum Papam noſtrum in felici Urbe Romana nunc reſidentem, & exponere eidem Summo Pontifici, & ſacro cœtui Cardinalium omnia, & ſingula ſupradicta, & ſupplicare eis humiliter, & devote, ut prædictis, & ſupra prædicta miſericorditer providere dignaretur, & mandare per eorum ſanctiſſimas litteras omnibus, & ſingulis, ut dictum Abbatem, & monaſterium ſuper aſſecutione, & habitione omnium, & ſingulorum prædictorum non debeant turbare, moleſtare, & inquietare, ſed eis permittere, & ſinere tenere, & poſſidere dictas terras, poſſeſſiones, & jura dicti monaſterii, & confirmare dictas litteras infraſcriptas, & omnia inſtrumenta dicti monaſterii, quæ habent, & quarum litterarum & inſtrumentorum ſupradictorum ſunt prout infra ſcribuntur. Rogavit ipſos Judicem, Notarium, & teſtes, eorum officium implorando Abbas ſupraſcriptus, ut eaſdem litteras & eadem inſtrumenta exemplarent, tranſumptarent, publicarent, & in publicam formam redigere deberent, cujus precibus juſtis fuerunt ipſa publicata, &c. Et ad cautelam eorundem Abbatis, & conventus in publicam formam redacta, & extracta, & ſunt ſequentis continentiæ, &c.*

Cæterum hoc cœnobium S. Petri de Canonica magnæ fuit exiſtimationis apud Amalphitanos ob eximiam Ciſtercienſium Monachorum religionem, & Petri Cardinalis memoriam. Ex eo plures viri probi, & docti prodierunt, inter quos recenſentur ejuſdem loci Abbates Ruphridus anno 1259. Joannes 1285. Franciſcus, qui obiit 1349. Bernardus de Boninſegnis Florentinus Monachus S. Salvatoris de Septimo ejuſdem Ord. factus eſt Abbas huius monaſterii anno 1349. 8. Kal. Junii, deinde fuit Abbas Mirteti Piſanæ diœceſis 1360. Jacobus de Anangano 1388. & Benedictus 1450. procedente vero tempore Abbatia hæc cœpit ſecularibus Clericis commendari, adeoque ex eorum incuria divinus cultus, & temporalis ſubſtantia diminuti ſunt, ut Monachi coacti fuerint ſemidirutum monaſterium derelinquere, & in aliis ſui Ordinis monaſteriis habitare; ita nobile Petri Cardinalis pietatis monumentum in privati viri commodum ceſſit; an meliori conſilio, aliorum judicium eſto. Eccleſiam hujus Abbatiæ (translato titulo) nudam, octuaginta abhinc annis Capuccinis Fratribus incolendam tradiderunt, prope quam ex ruinis veteris monaſterii novum ad eo-

A rum uſum ex Amalphitanorum eleemoſynis ſeptum excitarunt. Aſſervantur in hac Eccleſia plures Sanctorum reliquiæ a Petro Cardinale vaſculis incluſæ, & a Conſtantinopoli delatæ caput nempe S. Jacobi Majoris Apoſtoli, S. Diomedis Martyris, & Baſilii Magni, de ligno Crucis, aliæque, quarum nomina ibidem in tabula notantur.

Nec ſilentio prætereundum, quod idem Petrus Cardinalis aliud pietatis opus Amalphi reliquerit, nempe cum vidiſſet poſt ſancti Andreæ Apoſtoli lipſana in crypta Cathedralis Eccleſiæ depoſita innumerabiles illuc confluentium populorum multitudines, Hoſpitale apud Eccleſiam ſanctæ Mariæ foris portam ad pauperes peregrinoſque ſuſcipiendos conſtruxit, & annuo cenſu dotavit anno 1213. cujus inſtitutionem, & fundationem, hic cognitionis gratia, ex ipſo originali, quod extat in Archivio Minorenſis Eccleſiæ, ſubiiciemus.

B *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarnatione ejus 1213. die 15. Octobris Ind. 2.*

*Piæ mentis deſideria rectæ voluntatis procedunt arbitrio eum temporalia comitantur æternis, perituris manſura, terrenis cœleſtia præponuntur. Tunc enim affectus humanus operi ſuo nomen imponit, cum penſata voluntate ſpiritus, qui figmento corporis præeminet dignitate naturæ, temporalium commoda charitatis proficiunt in augmentum, & ſanæ mentis radio ſpiritualium proficiunt incrementa: currentes enim in ſtadio tranſitoriæ vanitatis, & labentis vitæ laqueos mentis acumine tanto ſupernę vocationis bravio verius propinquamur, quanto depoſita ſarcina temporalium, & mundi ſubſtantia fideliter erogata expeditius contendimus ad æterna. Cupientes igitur cum exultatione portare manipulos noſtros in die miſſionis extremę, Nos Petrus dignatione divina tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis, inſpirati à Domino, à quo bonum omne procedit, pro remiſſione peccatorum noſtrorum, & parentum noſtrorum, & præmio remunerationis æternæ diſpoſuimus Domino temporaliter* C *conſtruere domum hoſpitale ad ſubſidium pauperum in civitate Amalphiæ in Eccleſia noſtra S. Mariæ foris portam, quam ſcilicet domum hoſpitale Chriſti freti auxilio convenientibus fabricis, & ædificiis ædificavimus, ſperantes eleemoſynis & beneficiis ad opus pauperum temporaliter impenſis æternaliter adjuvari, ut quod in carnis converſatione commiſimus, ſpiritus expiatione diluatur. Cum igitur favente Domino domum ipſam pro voto mentis erectam, & conſummatam viderimus, ut in ea pauperes Chriſti digne valeant ſuſtentari, & temporalium ſubſidio recreari, domum ipſam, tam in Ducatu Amalphiæ, quam in aliis locis ſufficienter dotavimus, & ditare curavimus tenimentis, poſſeſſionibus & plurimis beneficiis, & ornamentis noſtro pretio comparatis, fideliter acquiſitis, quæ omnia ſeriatim & diſtinctè præſentis ſcripti ipſi hoſpitali offerimus, & confirmamus. . . . . .*

*Eccleſiam ipſam S. Mariæ, cum omnibus tenimentis ſuis, & totum locum, & tenimentum, ubi hoſpitale* D *ipſum ſitum eſt, cum vinea & horto, terra & oliveto à flumine uſque ad montem Pigellulæ, & duobus molendinis ibidem conjunctis cum omnibus illorum pertinentiis, quæ ex regia donatione obtinuimus, & integrum furnum ipſi hoſpitali conjunctum, & cum duabus domibus in Amalphia poſitis ad Campum, cum omnibus ædificiis, & pertinentiis eorum, & integrum paſtinum foris porta poſitum, quod quondam fuerat Sergii Riccacum ſuis pertinentiis, & integram domum & hortum in Amalphia ſupra murum poſitam, quæ quondam fuit Nicolai Subeota, & integrum balneum, & domos conjunctas, & juxta murum civitatis, & ſupraſcriptæ Eccleſiæ S. Mariæ, quas emimus à Petro Domini Maſtali cum omnibus illorum pertinentiis, & integras vineas, caſtaneta, ſylvas, terras, in Ageroli poſitas, quæ fuerant quondam de ipſis de Roſa, cum omnibus illorum pertinentiis, & integras vineas, & oliveta in duobus locis poſitas in Caſanova, cum domibus, & omnibus illorum perti-*

nen-

*nentiis, quæ jure emptionis obtinuimus, & omnia tenimenta, & poſſeſſiones, & alia in tenimentis Surrenti poſita, quæ quondam fuerant Eccleſiæ S. Georgii de Neapoli, ubi ad vicum ducitur, & alia tenimenta in eodem loco, quæ ſimiliter emimus ſecundum tenorem inſtrumentorum, quæ inde obtinuimus, & alia tenimenta & villanos in ipſis tenimentis Surrenti poſita, quæ ex dono regio obtinuimus, cum omnibus illorum pertinentiis, & integra tenimenta, & poſſeſſiones, & terras apud Tuſcianum, quas emimus à Conſtantino Pappacarbone, & à Matthæo Scipizzo de Salerno, cum omnibus illorum pertinentiis, & terram, quæ quondam fuerat Gilberti filii Presbyteri Roberti in eodem loco Tuſciani cum ſuis pertinentiis, & integram tertiam partem terrarum, & tenimentorum, quæ ex regia donatione obtinuimus apud Cumas cum ſuis pertinentiis, & de his omnibus ſupraſcriptis tenimentis, & poſſeſſionibus, omnia inſtrumenta, quæ habuimus eidem hoſpitali tribuimus, & ad decorem ipſius hoſpitalis dedimus ſibi, & obtulimus de ornamento Capellarum noſtrarum Calicem unum argenti, ponderis novem unciarum, & thuribulum unum argenti ponderis unius libræ, & dimidiæ unciæ, & cappam unam de examito rubeo cum liſta de aurofriſo, & planetam unam ſericam de purpura præter alia minora, & quotidiana ornamenta, quæ ipſi hoſpitali obtulimus. Volentes igitur hæc omnia in præfato hoſpitali ad decorem domus & Chriſti ſervitium perpetuo integra, & illibata manere tanquam primordia, & fundamentum ejuſdem hoſpitalis ſtatuimus, diſponimus, & cum hac conditione donamus, ut omnia ſuperius nominata, quæ per nos in ipſo hoſpitali oblata ſunt, & confirmata, tam in poſſeſſionibus, tenimentis, vaſis, veſtibus, & ornamentis ad ſubſidium pauperum, & decorem ejuſdem hoſpitalis perpetuo maneant, & ſerventur, nec licitum ſit alicui priori, vel fratrum ipſius hoſpitalis, vel alicui Eccleſiaſticę, vel ſeculari perſonæ de his omnibus ſuperius nominatis aliquid vendere, donare, infeudare, commutare, obligare, ſubtrahere, imminuere... ipſi hoſpitali per hoc ſpecialiter attendatur. Quod ſi aliquis hujus noſtræ ordinationis, & confirmationis temerarius oſor extiterit, & contra ſtatum præſentis ſcripti venire præſumpſerit, & de ſupradictis omnibus aliquid vendere, donare, infeudare, commutare, obligare, ſubtrahere, imminuere, vel modo quolibet alienare, per omnes vices, quibus hoc attentaverit, liceat Priori, & Fratribus Canonicę, quam pro ſalute animæ noſtræ in tenimento civitatis Amalphię noſtris ſumptibus ædificavimus, illud renovare, irritare, & penitus diſturbare, & ſi Prior & Fratres ejuſdem hoſpitalis noluerint à ſua intentione reſipiſcere, ipſi Fratres Canonicæ illud ad ſuum commodum transferre valeant, & tenere ſine aliqua contradictione Prioris, & Fratrum ejuſdem hoſpitalis. Simili modo ſi de his poſſeſſionibus, & tenimentis... quæ jam contulimus ipſi Canonicæ Prior, vel Fratres ejuſdem Canonicæ, vel quæcunque alia Eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona aliquid vendere, donare, infeudare, commutare, obligare, ſubtrahere, imminuere, vel modo quolibet alienare voluerit, per omnes vices quibus hoc attentaverit liceat Priori, & Fratribus ipſius hoſpitalis illud revocare, irritare, & penitus diſturbare, & ſi Prior & Fratres ejuſdem Canonicæ voluerint à ſua intentione reſipiſcere, ipſi fratres hoſpitalis illud ad ſuum commodum transferre valeant, & tenere ſine aliqua contradictione Prioris & fratrum ejuſdem Canonicæ. Ad hujus autem conſtitutionis, & confirmationis robur, & inviolabile firmamentum, præſens ſcriptum per manus Magiſtri Fortunati publici Notarii Amalphię ſcribi, & ſubſcriptione teſtium juſſimus communiri, anno, menſe, & indictione ſupraſcriptis. Quod ſuperius diſturbatum eſt, & emendatum de ornamento legatur. Conſtantinus, Scalenſis Epiſcopus ſe ſubſcripſit.*

*† Matthæus Archidiaconus Amalphitanus teſtis eſt.*
*† Matthæus Conſantii Archid. teſtis eſt.*
*† Gerbinus ejuſdem D. Card. Capellanus.*
*† Manſo Presbyter de Garofalo teſtis eſt.*
*† Joannes de Lu Judice filius D. Marini teſtis eſt.*
*† Joannes filius D. Sergii Capuani teſtis eſt.*
*Philippus D. Joannis de Lu Judice teſtis eſt.*
*Scriptum per manus jam dicti Magiſtri Fortunati publici Notarii civitatis Amalphiæ.*

Hæc & alia pietatis opera egiſſe Petrum Cardinalem in patriam vidimus, de quo familiæ juxta, ac patriæ ornamento ſuperſtes Amalphi lapis ita loquitur.

*Hæc ſpectare licet Capuani inſignia Petri,*
*Cujus ope illuſtris ſemper Amalphis erit.*
*Legatus Tyrio redimitus tempora Cocco,*
*Bizanti ſedem miſſus ad uſque fuit.*
*Et patriæ memor, exorato Pontifice, almum*
*Andreæ corpus lætus in urbe locat.*
*A. D. M.CC.VIII. die VIII. Maji.*
*Atque novo veteri juncto de marmore templo*
*Undique quod potuit relliquiaſque tulit*
*Canonicam, Xenodochium, Scholamque miniſtrans*
*Petro, inopi, pueris, ſacra, cibumque ducem*
*Mens erat, & portum, ſed cincta mœnibus urbe*
*Suſcepit Petrum dextra benigna Petri.*

De hac prænobili familia legendus Carolus Borellus Neapolitanæ Nobilitatis vindex, in Aelium Marcheſium de Neapolitanis familiis. Cæterum ad Matthæum Archiepiſcopum redeamus, qui tantæ ſuæ Eccleſiæ gloriæ, & exaltationis particeps factus, amara dulci miſcere aliquando edoctus, amarè tulit Amalphitanæ civitatis Pontificis interdicti fulmen, quod poſt ſextum annum in ejus gratiam extinctum Pontificiam benedictionem meruit. Anno Domini 1215. qui fuit 14. Pontificatus Matthæi, Innocentius III. in Lateranenſi palatio Oecumenicum celebravit Concilium, cui interfuerunt Patriarchę duo, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Abbates, Patres tam Græci, quam Latini omnes ſimul 1285. inter quos fuit noſter Matthæus, qui in Oſtio Lateranenſis Eccleſiæ, ubi Concilium celebrabatur, ita à multitudine oppreſſus fuit, ut ſtatim venerabilis ſenex extinctus fuerit, & in eadem Baſilica humatus.



13 JOANNES ex eadem familia Capuana filius Joannis filii Landulphi, filii Manſi, filii Joannis, filii Landonis Pratæ Comitis Petri Cardinalis frater germanus, defuncto Matthęo Amalphitanę Eccleſię creatus eſt Archiepiſcopus ann. 1215. S. Franciſcum Aſſiſinatem hoſpitio lætus excepit, dum S. Apoſtoli Andreæ venerationis cauſa Amalphim veniſſet, ubi cœnobium, Joannes adjutus eleemoſynis, condidit, quod adhuc extat: viſitur in eo cella, in qua per biennium ipſe Sanctus (ut ajunt) degit, nonnullaque miracula patravit. Multos annos Joannes hanc rexit Eccleſiam regnante Federico II. quem comperimus mortuum anno 1239. ac vacaviſſe Amalphitanam Eccleſiam annis fere quindecim. Cauſam refert ſæpe citatus Indiculus. *Et quia tempore obitus Joannis Capuani Archiep. fuit magna diſcordia inter D. Federicum* XXII.

*Imperatorem, & D. Gregorium ſummum Pontificem, vacavit Eccleſia Amalphitana per annos quindecim. Et prefatus D. Federicus Imperator tenuit Eccleſiam Amalphitanam, & percepit omnes redditus, & proventus ipſius Archiepiſcopatus, & conferebat de facto omnia beneficia vacantia.* Hæc ille.

De Joanne verò nihil aliud præter hæc pauca invenimus, cujus pontificatu obiit Petrus Junior Capuanus tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem Presbyter Cardinalis: ejus ex fratre nepos ab Honorio III. Papa ex Antiocheno Patriarcha vocatus ad purpuram, an. 1221. cujus obitus dies memoratur in vetuſto Martyrol. monaſterii olim Monialium S. Cyriaci ad Thermas Diocletianas. *Decimo Kalen. Aprilis obiit D. Petrus de Capua Cardinalis de ſancta Cruce, anima ejus requieſcat in pace.* In atrio Eccleſiæ Amalphitanæ de Petro Capuano Cardinale Juniore hæc leguntur carmina in Cathedrali Amalphitana.

*Petre nepos Petri illius quo fulget Amalphis*
*Munera non ſpernas, quæ tibi parva damus.*
*Hæc tua ſunt claræ Capuanæ inſignia gentis,*
*Hæc ſunt telluris pignora chara tuæ.*
*Antiochena Ducem. Romana Eccleſia patrem,*
*Gallia te præfert ambioſa ſophum:*
*Aſt aliis potior te ducit Amalphia alumnum,*
*Et nato genitrix hæc monumenta dicat.*

Anno undecimo Joannis pontificatus, ſalutis 1226. menſe Novemb. Indictione 5. Federicus II. Imperator ob devotionem quam ſe habere aſſerit erga Florenſe monaſterium, quod inter cæteras Regni Eccleſias diligere fatetur, mandat monaſterium, Abbatem, & Conventum S. Mariæ de Stella ejuſdem Ordinis Amalphitanæ diœceſis debere gaudere omnibus privilegiis, immunitatibus & libertatibus, quas ſacer Ordo Florenſis tempore quondam D. Henrici patris ſui recolendæ memoriæ per Regnum habere conſuevit; ſuſcipit inſuper monaſterium in ſua protectione, eique confirmat bona quædam apud Majorum; privilegium hoc extat in Tabulario Amalphitanæ Eccleſiæ, ubi plura monumenta ejuſdem monaſterii ſanctæ Mariæ de Stella, ſeu de Viſtetella aſſervantur. Fuerat jam diu Eccleſia hæc ab Amalphitano Archiepiſcopo, & Capitulo ad ædificandum cœnobium Ord. Ciſtercienſis monaſterio S. Mariæ de Fenaria Theanenſis diœceſis tradita, ſed cum locus incapax, atque ſecundum conſuetudinem illius Ordinis parum aptus à Viſitatoribus repertus fuerit, locum & Eccleſiam dimiſerunt: Gregorius vero IX. Pont. Rubiliano cœnobio Stabianæ ditionis, & Ord. Florenſis perpetuo univit, vel potius per Archiepiſcopum, Capitulumque Amalphitanum factum confirmavit, ut monaſterium conderetur ibidem. Legi ego & exſcripſi ex Regeſt. Vatic. an. 7. Greg. fol. 1. ep. 1. de hac re ad Rubilianenſem Abbatem hiſce verbis ſcriptam epiſtolam ann. 1233.

*Abbati & Conventui de Rubilian. Florenſis Ord. diœceſ. Stabien.*

*Te fili Abbas pro monaſterio tuo ex parte una, & Procurator Ferrarien. monaſterii Ord. Ciſtercienſis ex altera in noſtra præſentia conſtituti, dictus Procurator proponens Eccleſiam S. Mariæ de Stella Amalphitan. diœc. Fratri Ugolino à venerabili fr. noſtro Archiepiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Amalphitan. collatam, ac ab eodem fratre, ut de ipſa monaſterium Ciſtercien. Ord. fieret, ubi quatuor Monachi ad minus ejuſdem Ordinis in ea jugiter deſervirent, monaſterio Ferrarienſi conceſſam contra vos ſuper ipſa reſtitutoria intentavit, quod non per vos, ſed potius per quoſdam Abbates, qui auctoritate generali Capituli Ciſtercien. omnia Regni monaſteria ſui Ordinis viſitantes præfatam Eccleſiam non eſſe aptam eidem Ordini repererunt, Monachi, qui per Abbatem, & Conventum Ferrariæ ibi erant, exinde fuerunt amoti, quod videntes dicti Archiepiſcopus, & Capitulum, & per conſequens Eccleſiam ipſam à Ferrarienſibus derelictam, eam vobis liberaliter conceſſerunt licentiam*

A *inſuper tribuentes, ut de Florenſi Ordine eandem reformare poſſitis; idem verò Procurator non inficians proceſſu viſitatorem ipſorum, adjecit, quod eorũ factum erat per generale Capitulum revocatum, ſed de hujus nõ potuit revocatione docere; interrogatus etiam à nobis reſpondit, quod ea Eccleſia propter incompetentiam loci eſſe non poteſt Ciſtercienſis Ord. monaſterium, nec juxta ipſius Ordinis inſtituta ulterius Prioratus ibi fieri, vel ſi eſſet grangia, liceret in ea quatuor illius Ordinis Monachis immorari. Auditis igitur iis, & aliis, ac plenius intellectis ne Eccleſia ipſa quæ in loco aperto regionis ſita dicitur, remaneret taliter deſtituta, de Fratrum noſtrorum conſilio, vobis adjudicamus eandem, nihilominus providentes, ut ſuper æſtimationem dilecti filii noſtri P. S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. Ferrarien. Monachis reſtituantur expenſæ, ſi quas ibi fecerunt, ratione tamen habita præmiſſorum. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c. Si quis autem &c. Dat. Lateran. 11. Kalen. Aprilis anno 7.*

B Paucis poſt diebus aliam ſcripſit epiſtolam Gregorius ad Amalphitanum, Salernitanumque Archiepiſcopos, de eadem Eccleſiæ unione cum Florenſi Ordine, eſt 32. in ordine ejuſdem Regeſt. Vatic. fol. 8.

*Amalphitano, & Salernitano Archiepiſcopis.*

*Ex relatione dilecti filii Hugolini nobis conſtitit, quod cum Eccleſiam in honorem S. Mariæ ſuper Majoro in diœc. Amalphitan. ab ipſo conſtructa Ferrarien. Monaſterio Ciſtercien. Ord. ſubjeciſſet, ut ibidem ſub ipſius Ordinis obſervantia Domino ſerviretur, Viſitatores Ciſtercien. Capituli accedentes ad locum, Ferrarienſes exinde Monachos amoverunt decernentes jam non eſſe aptam Ordini ſupradicto, propter quod idem Frater ſe inveniens ſua intentione fruſtratum, à nobis deſideranter expetiit, quod Floren. Ord. dicta concederetur Eccleſia, unito ſibi monaſterio Rubilian. Ordinis memorati: ita quod Eccleſia caput, & dictum monaſterium membrum exiſtat ipſius: cumque nos ipſius precibus inclinati, filium noſtrum* C *Petrum S. Georgii ad Velum aureum Diac. Cardinalem noſtris litteris mandaverimus, ut ſi eſſet ita, prædictam fieri auctoritate noſtra concederet unionem, ipſe non duxit in negotio procedendum, pro eo quod tu frater Amalphitan. prædictam Eccleſiam tunc vacantem, cujus collatio ad te pertinere dignoſcitur monaſterio contuleras memorato. Quia verò collationem ipſam non eſt, juxta deſiderium prædicti Fratris, unio ſubſequuta, nobis ex parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Rubilian. præd. Ord fuit iterum ſupplicatum, ut Eccleſiæ memoratæ unire Rubilian. monaſterium dignaremur. Nos igitur eorum, & prædicti Fratris ſupplicationibus annuentes, quia neutrum per te ad conventum ibi retinendum ſufficere videbatur, monaſterium eidem Eccleſiæ duximus uniendum, auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, ut id robur obtineat perpetuæ firmitatis. Quocirca fraternitatem veſtram, de qua plenam fiduciam obtinemus, per Apoſtolicam Sedem mandamus quatenus auctoritate noſtra faciatis unionem* D *eandem inviolabiliter obſervari. Contradictores, &c. Datum Lateran. 2. Id. Aprilis, anno 7.*

Cæterum hoc cœnobium ſupra montem Myrteti loco eminenti fundatum fuit; circa annum Domini 1200. vivente Abbate Joachino prophetiæ dono, aliiſque tum ſanctitatis, tum doctrinæ virtutibus clariſſimo Florenſis Ordinis Fundatore. Ita nuncupatus eſt Ordo iſte à celebri cœnobio ſancti Joannis de Flore Cuſentinæ diœceſis, quod ipſe Joachim condidit, cum eſſet Abbas Curatii Ord. Ciſtercienſis, ejuſdemque Ordinis expreſſe profeſſus: è Florenſi adhuc eo vivente plura per Calabriam & Lucaniam prodire cœnobia, ac veluti alium diſtinctum Ordinem a Ciſtercienſi Florenſem dixere. Manſiſſe Florenſem Congregationem, veluti ſui juris filia, a Ciſtercienſi matre ſejunctam annis fere trecentis docent Annaliſtæ Ciſtercienſes, ac deinde Florenſes Monachi commendarum injuria, ne penitus eorum monaſteria veris

de-

deſtituerentur filiis,Ciſtercienſi matri tanquam Columnæ magnæ immobiliter adhæſerunt, & ſub una Congregatione Ciſtercienſi hactenus perſeverant. Porro cœnobium ſanctæ Mariæ de Stella olim celebre, Commendatariis vexatum, ac penè dirutum viſitur, cujus redditus Capitulo Amalphitano uniti exiſtunt: hujus etiam cœnobii aliquos Abbates obſervavi, Benedictum anno 1223. Ugolinum ſub Gregorio IX. 1234. Joannem 1253. poſtmodum Epiſcopum Capritanen. anno 1254. Joannem alterum anno 1281. Petrum 1328. Benedictum anno 1370. Thomam 1375. Raphaelem 1427. Benedictum 1450. Raphaelem ſecundum anno 1459. Gabrielem Setarium Epiſcopum Neritonenſem Commendatarium, anno 1491. Matthæum Setarium anno 1511.



XXIII 14 BARTHOLOMÆUS Pignatellus Neapolitanus clara familia procreatus, ſed ipſe tum ob ſummam prudentiam, tum & probitatem vir longè clariſſimus, poſt diuturnam vacationem Federico II. Imperatore defuncto Amalphitanæ Eccleſiæ præficitur ab Innocentio IV. menſe Martio anno 1254. ejus extant litteræ Bartholomæi adhuc electi ſub datum Romæ pridie Kalendas Aprilis ejuſdem anni, ſigillo Electi Neapolitani obſignatæ, cum ipſe, ut fatetur in iiſdem, proprium hactenus non haberet: litteræ ſcriptæ ſunt Abbati ſanctæ Mariæ de Stellis Ordinis Florenſis, & Presbytero Thomæ Foreb Amalphitano, quibus mandat conferri Eccleſiam S. Petri de Mauro Abbati Silveſtro de Matazzulis de Majoro. Septem fere menſes, hujus Eccleſiæ Archipræſul fuit, eamque dimiſit libere in manibus Innocentii, qui tunc Capuæ erat, & Neapolim properabat ad Regni poſſeſſionem capiendam, pauloque poſt ab eodem Pontifice factus eſt Archiepiſcopus Cuſentinus, eodem anno 1254. ut patet ex ejus litteris, quæ habentur in Regiſtro Vaticano an. 12. Dat. Neapoli 2. Nonas Novembris pag. 184. num. 303. Idem poſt multos exantlatos labores pro Romana Eccleſia, proque Carolo Andegavenſi utriuſque Siciliæ Rege a Clemente IV. translatus eſt ad Meſſanenſem Eccleſiam, & ab eodem Legatus deſtinatus in Siciliam anno 1267. de quo in Cuſentinis Archiepiſcopis fortaſſe plura.

XXIV 15 GUALTERUM ab Epiſcopatu Larinenſi ad Amalphitanum Archipræſulatum tranſtulit Innocentius IV. dum Capuæ moraretur, 10. Kalendas Novembris anno 1254. ita ſcriptum legimus in epiſtola 258. fol. 180. Reg. Vatic. ann. 12. ejuſdem Innocentii. Virum ſummæ exiſtimationis fuiſſe Gualterum referunt ab Innocentio inter multos ſelectum, ad Amalphitanorum gratiam captandam, quibus immunitates, ac privilegia a Regibus conceſſa libenter aſſeruit Neapoli nono Kalen. Decembris ejuſdem anni, hoc eſt paucis diebus ante ejus obitum. Diploma ita legi ex authentico originali.

A *Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis univerſis hominibus Amalphiæ, & Atrani ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Ratio poſtulat, & æquitas perſuadet, ut noſtrorum devotioni fidelium Apoſtolicæ benignitatis favoribus, & gratiarum indulgentiis proſequamur. Ut igitur felicia vobis gaudeatis ingenuæ conditionis tempora illuſtraſſe, ac in libertatem filiorum adducti probetis amodo quam ſuave, quamque leve ſit onus cui fideles Eccleſiæ ſua colla ſubmittunt. Nos veſtræ devotionis precibus inclinati, ut vos, civitates veſtræ, ac loca juriſdictioni veſtræ ſubjecta in demanio, & proprietate, ac regimine Romanæ Eccleſiæ . . . . . ac perpetuo maneatis, in alterius dominium nullis unquam temporibus transferendi, & ut à doanæ commercio, & exactionibus ſitis liberi penitus, & immunes; necnon & Curiam ubique in Regno Siciliæ in qua in civilibus, ſicut olim claræ memoriæ Rogerii, & Gulielmi II. Regum præſentis Regni temporibus noſcitur, ut proponitis obſervatum, per* B *Amalphitanos dumtaxat judicemini, habeatis, auctoritate vobis præſentium, indulgemus, præterquam. . . . . ſicut nobis exponere curaviſtis de Tramento, & Agerolo homines Amalphitanæ diœceſis ſub veſtro diſtrictu, ac. . . . . conſueverint ab antiquo uſque ad tempus quo quondam Federicus olim Imperator Imperii diadema ſuſcepit in illum vos ſtat . . . quoad ipſos homines reducamus in quo. . . . . . Regum temporibus noſcimini extitiſſe. Decernentes nihilominus vobis ſupplicantibus, ut non obſtante conſuetudine in qua proponitis apud vos hactenus fuiſſe ſervatum, quod minor majore gravius pro pari injuria puniretur in injuriarum actionibus judicialiter dirimendis, juris communis æquitas debeat apud vos prædicta ſublata conſuetudine prævalere. Inſuper autem conſuetudines veſtras laudabiles, & antiquas, nec non & libertates & privilegia quibus hactenus in Romania, ac ultramarinis ex conceſſione Regum, & Principum illarum partium uſi eſtis. Privilegia quoque à nominatis Regibus univer-* C *ſitati veſtræ rationabiliter indulta vobis, & per jus veſtris ſucceſſoribus authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, conſtitutionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Neapoli 9. Decembris Pontificatus noſtri anno 12.*

Confirmavit Gualterus anno 1256. donationem Juriſpatronatus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de monte Aureo factam Agnettæ Abbatiſſæ, & Monialibus cœnobii ſancti Laurentii de Amalphi die 24. Martii 14. Indictionis, quo anno Alexander IV. novo cuſo diplomate firmavit conſuetudines olim à Petro Capuano Cardinale approbatas Abbati, & monaſterio ſanctæ Mariæ Amalphitanorum de Latina nuncupato in Conſtantinopolitana urbe ſito in hunc modum ex originali Amalphitani Archivii.

D *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Abbati & Conventui monaſterii S. Mariæ Amalphitanorum de Latina Conſtantinopolitani, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Sacroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine confovere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem libertates, & immunitates antiquas quoque & rationabiles conſuetudines ejuſdem monaſterii hactenus approbatas à bonæ mem. P. tit. S. Marcelli Presb.*

*Card. P. Albanenſi Epiſcopo, & I. tituli S. Praxedis Presb. Card. dum in illis partibus fungerentur Legationis officio, prout aſſeritis confirmatas, ſicut eas juſtè, canonicè, & pacificè obtinetis vobis, & per vos eidem monaſterio ad inſtar fel. record. I. Papæ prædeceſſoris noſtri authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani, ſexto Kalend. Maji Pontificatus noſtri anno 2. à tergo, Bernardus familiaris Dom. Joannis Gajetani Cardinalis.*

Sequenti an. 1257. intuitu Gualteri, ac Capituli Amalph. idem Alexander ſcripſit Abbati S. Angeli Conſtantinopolitani Ordinis Ciſter. ut bona, & jura, quæ Amalph. Eccl. in partibus Romaniæ poſſidebat à vexatione aliquorum per cenſuras Eccleſiaſticas liberaret, in epiſtola ex eodem tabulario.

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio Abbati S. Angeli Conſtantinopolitani Ord. Ciſtercienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Qui divinis deputati laudibus malignorum noſcuntur affligi moleſtiis Apoſtolicæ fovendi ſunt gratiæ fulcimentis, ut & liberius poſſint obſequiis divinis intendere, quo ſe perſpexerint humanis periculis non ſubeſſe. Cum itaque venerabilis frater noſter Archiepiſcopus, & dilecti filii Capitulum Amalphitani à nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, ſuper poſſeſſionibus, libertatibus, & aliis bonis, quæ obtinent in partibus Romaniæ multipliciter ſicut accepimus moleſtentur. Nos eorum providere quieti, & malignorum malitiis obviare volentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus dictos Archiepiſcopum, & Capitulum non permittas ſuper præmiſſis contra indulta privilegiorum Apoſtolicæ Sedis ab aliquo indebitè moleſtari, moleſtantes hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo:* Non obſtante *conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Præſentibus poſt triennium minime valituris. Datum Viterbii duodecimo Kalen Auguſti, Pontificatus noſtri an. 3.*

Sediſſe autem Gualterum in Amalphitana Eccleſia annos quatuor, menſes quinque ſcribit noſter Indiculus, obiiſſe verò menſe Junio anni 1259. eidemque ſequenti menſe Julio ſucceſſiſse Philippum, de quo modo dicemus, ſed cum repererim in authentico documento die 8. Januarii 1264. ſeptima Indictione, ac anno ſexto D. Manfredi Amalphitanam Eccleſiam paſtore vacantem, oportet aſserere vel Indiculi authorem erraſse, vel poſt quinque annorum ſpatium Philippum ad hanc dignitatem vocatum, quod veriſimile videtur, cum in monumentis Cathedralis anno 1266. mentio ejus habeatur.



XXV 16 PHILIPPUS Auguſtaricius nobilis ci-

A vis, & Archidiaconus Amalphitanus, Sergii quondam viri clariſſimi filius, in Cathedra Amalphitana ſediſſe comperitur, anno 1266. quo tempore Carolus Andegavenſis debellato Manfredo utriuſque Siciliæ Regnum obtinuit. Nam ferunt Philippum poſt defunctum Gualterium ſtatim ad eam fuiſſe dignitatem vocatum, ſed, obſiſtente Manfredo, poſſeſſionem nanciſci non potuiſse fere per ſeptennium, eamque tyrannicè adminiſtraſſe Joannem de Procita Manfredi familiarem, necato Manfredo ſuam recuperaſse Eccleſiam & pallium a Clemente IV. recepiſse. Hæc Indiculus noſter, & alia Amalphitanorum Archipræſulum Chronica commemorant: certum tamen eſt, ut ſupra narravimus ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ die 8. Januarii 1264. Amalphitanam Eccleſiam paſtore vacantem enunciari: nec in Regiſtris Alexandri, & Clementis IV. Romanorum Pontificum ullam de Philippi electione invenimus mentionem; memoratur tamen obitus ejus ex litteris Bonifacii VIII. cum eidē
B ſucceſsorem dediſset Andream de Alagno, ut dicemus. Interea cum Philippus ſolemnitatem translationis corporis ſancti Andreæ Apoſtoli, quam ſupra retulimus inſtitutam vellet celebriorem reddere, anno 1281. modum, legemque ſervandam ea die ſuo diplomate ſancivit, quod cum viſendum ſanè mihi videatur, hic adſcribendum curavi ex Cathedralis Tabulario.

*In nomine Chriſti, anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo primo, die 3. menſis Martii 4. Indict. apud Amalphiam.*

*Nos Philippus miſeratione divina humilis Amalphitanus Archiepiſcopus præſenti ſcripto duximus declarandum, quod conſiderantes quia venerabilis in Chriſto P. bo. mem. D. P. Capuanus civitatem iſtam nobilitavit tanto Patrono, videlicet corpore B. Andreæ Apoſtoli, in quo facto non ſolum civitatem, ſed totum Ducatum Amalphiæ decoravit: Deliberavimus feſtum translationis ejuſdem Apoſtoli, cum magna ſolemnitate, & devotione, ſecundum quod Nobis*
C *Dominus dederit gratiam celebrare, propter quod habito conſenſu majoris, & ſenioris partis Capituli noſtri, ordinavimus, & conceſſimus ſingulis annis in die translationis ipſius perpetuis temporibus facere prandium omnibus Clericis Amalphitanæ Eccleſiæ, ut iidem Clerici eadem die translationis, cum magna devotione veniant ad Eccleſiam ad celebrandum translationis officium, quod Nos fieri fecimus ſatis pulchrum, & ſtudioſum; & quia providimus ſatis eſſe decens, & conveniens, ut in vigilia translationis ipſius novem Eccleſię noſtrę civitatis inferius ſubſcriptę deferrent arbores, cum floribus, & magnis columbris roſarum, induximus Rectores prędictarum Eccleſiarum ut in vigilia ipſius translationis, quęlibet ipſarum Eccleſiarum deferret, & offerret nobis in gabia Eccleſiæ, quam propter hoc fieri fecimus arborem ſuam, & columbrum roſarum cum devotione populi parochię cujuslibet ipſarum Eccleſiarum. Verum quia in hac ſolemnitate arborum ſervanda prędictæ Eccleſiæ gravabantur, cum conſenſu, & vo-*
D *luntate majoris, & ſenioris partis dicti Capituli noſtri, proventus cujuſdam horti, quem vener. Epiſcopus Minoren videlicet Andreas Capuanus ante promotionem ſuam tenuerat in beneficio ab Eccleſia Amalphitaną in Majoro in loco, ubi dicitur all' ulmum ſub Eccleſia S. Marię de Majoro, quem nunc tenet in extalium Philippus Muſtaczolus, deputavimus diſtribuendos perpetuis temporibus pro æqualibus portionibus inter Eccleſias ſupradictas. Et quia de proventibus horti prædicti quælibet ipſarum Eccleſiarum quatuor tarenos auri tantum percipiebat, ordinavimus etiam, ut Rector, ſeu Sacerdos quilibet ipſarum Eccleſiarum de candelis cereis mortuorum deberet recipere duplicem partem, unam videlicet pro ſeipſo, tanquam Clericus Amalphitanæ Eccleſiæ, & aliam ratione Eccleſiæ ſuæ propter onera ſupradicta. Et ſi aliqua prædictarum Eccleſiarum non veniret in vigilia Translationis, cum arbore, & columbro roſarum prædicto modo, ut dictum eſt, volumus, & mandamus, ut portio ei*

*debita*

*debita de proventibus horti prædicti, & candelarum* A *defunctorum ſubtrahatur eidem, & detur alii Eccleſiæ, quę parata fuerit deferre, & offerre prædicto modo arborem, & columbrum roſarum, & ſi aliqua alia Eccleſia ſe non obtulerit ad faciendum ſervitium ſupradictum, accreſcat aliis Eccleſiis de novem Eccl. ſupradictis. Nomina verò ipſarum Eccleſiarum ſunt hæc, prima enim eſt Eccleſia S. Jacobi de Arſina; ſecunda eſt Eccleſia SS. Quadraginta; tertia eſt Eccleſia S. Stephani; quarta eſt Eccleſia S. Mariæ de Sandala; quinta eſt Eccleſia S. Mariæ de Turri; ſexta eſt Eccleſia S. Angeli de Intus muros; ſeptima eſt Eccleſia S. Laurentii de lu Plano; octava eſt Eccleſia S. Mariæ Majoris, & nona eſt Eccleſia S. Samonę. Unde ad futuram memoriam, & robur perpetuę firmitatis hoc preſens ſcriptum exindè factum eſt per manus Abbatis Petri Montincelli Diaconi, & publici Eccleſię Amalphitanę Notarii typario noſtro plumbeo ſigno ejuſdem Notarii, & ſubſcriptionibus ſubſcriptorum Clericorum dicti Capituli Amalphitanę Eccleſię roboratum. Quod ſcripſi ego prędictus Petrus publicę Eccleſię Amalphitanę Notarius, & meo ſigno ſignavi* B *† locus ſigni, adeſt ſigillum plumbeum pendentis in altera parte continente effigiem Divi Andreę Apoſtoli, in altera vero litteras infraſcriptas. † Philippus Archiepiſcopus Amalphitanus.*

*† Ego Sergius de Judice Juris Canonici profeſſor Cantor Eccleſię Amalphitanę teſtis ſum.*
*† Ego Marinus de Judicę Eccl. Amalp. teſtis ſum.*
*† Ego Magiſter Amalphitanus. t. . Diaconus Eccleſiæ Amalphitanæ teſtor.*
*† Ego Petrus de Guizzone Diaconus Eccleſiæ Amalphitanæ teſtis ſum.*
*† Ego Petrus Riozulus Diaconus Eccleſiæ Amalphitanæ teſtis ſum.*
*† Ego Andreas de Anglo Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Magiſter Manuel Galatulus Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Guillelmus de Dom. Riccardo Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Muſcus Piſanus Clericus teſtis ſum.* C
*† Ego Joannes Ruſſo Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Thomas Tabarius Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Abbas Coſema Montincello.*
*† Ego Abbas Jacobus Gallinarus teſtis ſum.*
*† Ego Joannes Cler. de Notario Petro teſtis ſum.*
*† Signum Crucis propriæ manus Abbatis Andreæ Canarollæ.*
*† Ego Bartholomæus filius Mag. Jacobi teſtis ſum.*
*† Ego Paſchalis Bonus Sapius Cler. teſtor.*
*† Ego Joannes Graſſus Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Petrus de Judice Cler. Amalphiæ teſtis ſum.*
*† Ego Joannes Corſarius filius Dom. Petri Clericus Eccleſiæ Amalphitanæ teſtis ſum.*
*† Ego Jacobus Comite Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Franciſcus de Sanctis Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Matthęus Coppaſanta Clericus Amalphitanæ Eccleſiæ teſtis ſum.*
*† Ego Andreas Quatrarius teſtis ſum.*
*† Ego Riczardus Aucellus Pintus Clericus Amalphitanus teſtis ſum.* D
*† Ego Piſanus Bonumatiu Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Matthæus de Petracca Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Petrus Piſcatus Clericus teſtis ſum.*
*† Ego Jacobus Buccaſurnus Cler. teſtis ſum.*
*† Ego Joannes Brancatulus Presb. & Primicerius Amalphitanæ Eccleſiæ teſtis ſum.*
*† Ego Presbyter de Longi Cardinalis Amalphitanæ Eccl. teſtis ſum.*
*† Ego Matthæus presbyter de Conte Cardinalis Eccleſiæ Amalph. teſtis ſum.*
*† Ego Matthæus Aurex presbyter Cardinalis Majoris Eccleſiæ Amalph. teſtis ſum.*
*† Ego Presb Jacobus Cannella teſtis ſum.*
*† Ego Presbyter Paſchalis Cardinalis Eccleſię Amalphit. teſtis ſum.*
*† Ego Presbyt. Andreas Ceppariu Cardinalis Eccleſię Amalphitanę teſtis ſum.*
*† Ego Presbyter Lucas Michel Cardinalis Eccleſiæ Amalphitanæ teſtis ſum.*
*† Ego Presbyter Lucas Criſcentius teſtor.*
*† Ego Presbyter Joannes Rizzulus teſtis ſum.*
*† Ego Presbyter Joannes Rizzulus teſtis ſum.*
*† Signum Crucis propr. manus presb. de Garofalo.*
*† Andreas Presbyter de Sigiro Archidiaconus Capritanus teſtis eſt.*
*† Ego Presb. Bartholomæus Stoppa teſtis ſum.*
*† Ego Presbyt. Andreas de Sanctis Quadraginta teſtis ſum.*
*† Ego Presbyter Bonannus Fagina teſtis ſum.*
*† Ego Presbyter Petrus de Conte teſtis ſum.*
*† Ego Presbyter Joannes de Ginien teſtis ſum.*
*† Ego Philippus Coriatu presb. Eccleſiæ Amalphitanæ teſtis ſum.*
*† Ego Presbyter Andreas Pappa teſtis ſum.*
*† Ego Paulus presbyter teſtis ſum.*
*† Ego Pandulphus presb. Amalph. Eccl. teſtis ſum.*
*† Ego Presb. Matthæus de Benedicto teſtis ſum.*
*† Ego Presb. Philippus Fornarius teſtis ſum.*
*† Ego Presb. Manſo de Caſanova teſtis ſum.*
*† Ego Presbyt. Joannes Salla teſtis ſum.*
*† Ego Presb. Andreas de Barallo teſtis ſum.*
*† Ego Presb. Cæſarius de Alfirana teſtis ſum.*
*† Ego Presb. Petrus de Laurento teſtis ſum.*

Cæterum Chronica Amalphitana hæc de Philippo mandavit.

*Defuncto Gualtero Junio menſe an. 1258. ſequenti Julio D. Alexander Papa IV. conceſſit ex plenitudine poteſtatis Eccleſiam Amalphitanam venerabili D. Philippo civi Amalphię, & filio quondam Sergii Auguſtoricii, qui Dom. Philippus tunc erat Archidiaconus Amalphitanus, & propter diſcordiam, quæ tunc erat inter D. Manfredum filium D. Federici Imperatoris, & Romanum Pontificem, præfatus D. Philippus electus non potuit habere adminiſtrationem Eccleſiæ ſuæ per ſeptem annos, infra quod tempus tenuit de facto dictam Eccleſiam Amalphitanam per præfatum D. Manfredum D. Joannes de Procita ſuus familiaris. Poſtremo, D. Rege Carolo viro Catholico obtinente regnum Siciliæ incontinenti præfatus Dominus electus habuit adminiſtrationem Eccleſiæ Amalphitanæ, anno Dom. 1266. menſe Februarii 3. Indictione, ſequenti menſe Romam petivit, & ibi honorificè accepit pallium à D. Clemente Papa IV. Hic D. Philippus multa bona fecit Eccleſiæ Amalphitanæ, nam ſuis ſumptibus fieri fecit magnam campanam, & novum ac pulcherrimum campanile, & mitram auream, & plures Capellas ſericas, & tempore ſuo factum eſt cœmeterium Eccleſiæ Amalphitanæ, quod vocatur Paradiſus, & ipſe ædificavit plures cameras in Palatio ſuo Amalphitano, ac fecit fieri novam hiſtoriam de Translatione B. Andreę Apoſtoli, & dedit, & perpetuo conceſſit prandium omnibus Clericis Amalphitanis in die Translationis B. Andreæ, & poſt hæc obdormivit in Domino, anno ſeptimo Caroli II. inviciſſimi Regis.*

Septimus annus Caroli II. Chriſti fuit annus 1291. etenim regnare cœpit anno 1284. ſed longe a veritate de obitu Philippi narrat Chronica hæc, cum anno nono Regni Caroli II. ſalutis verò 1292. die 10. Martii Philippus in vivis agens nonnulla decreta ad favorem Presbyterorum Clericorumque Metropolitanæ Eccleſiæ ſancivit, ut in diplomate habetur, quod ideo hic apponendum curavimus, ne ejus memoria intercidat, & tempus quo è vivis deceſſit Philippus, recenſeatur, qui vel in fine anni 1292. vel initio ſequentis potuit obiiſſe: eo namque anno 1293. die 6. Maji Indict. 6. in alio documento habetur, Eccleſia Amalphitana Paſtore vacaſse per obitum quond. Philippi Archiepiſcopi. Porro documenti tenor ad favorem Clericorum Amalphit. Eccleſiæ ab ipſo exemplari talis eſt.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarn. ejus 1292. & octavo anno regente D. noſtro Karulo II Dei gratia glorioſiſſimo Rege Hieruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Provinciæ, & Torcar Comite, die 10. m. Martii 5. Indict. apud Amalphiam.*

*Nos Petrus Capuanus Judex Amalph. Jacobus Sabba-*

batinus publicus Notarius civitatis ejuſdem, & teſtes ſubſcripti ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod Rever. P. D. Philippus Amalphitanus Archiepiſcopus faciens nos ad ſuam præſentiam accerſiri, quoddam ſtatutum ordinavit, & ſtatuit in Amalphitana Eccleſia ſuper hebdomadariorum Clericorum ſtipendiis in hæc verba. Pii patris imitantes veſtigia, qui apertis viſceribus charitatis in agricultura Dominica laborantes agricolas quos portare inſpexerat pondus diei, & æſtus, & ex labore nimio oneratos, ne in via divini officii deficerent jejunantes, ad ſe pia miſeratione vocavit dicens, Venite ad me, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, laborem enim manuum veſtrarum manducabitis, cum qui altari ſervit, vivere debeat de altari. Illius per noſter ſequens veſtigia, cujus viam ſolerti ſtudio cuſtodivit ab ea aliquatenus non declinans, qui nobis exemplum reliquit eatenus charitatis opera facere, quemadmodum ipſe fecit. Cum igitur noſtri Prædeceſſores memoriæ recolendæ miniſtros hebdomadarios, & alios Amalphitanæ Eccleſiæ matris noſtræ videlicet Presbyteros Cardinales, Diaconos, Subdiaconos, Cantorem, Sacriſtam, & duos Acolythos, necnon in altari Sanctorum Coſmæ, & Damiani Sacerdotes provida circumſpectione ſtatuerint, qui nocturnis, & diurnis Officiis pſallendo Domino ſecundarent, quos diebus, in quibus divina celebrarent officia, temporaliter in eorum menſa reficerent, modo videlicet infraſcripto, quod diebus Dominicis ſecunda, tertia, quarta, & quinta feria inter duos rotulum carnium elixarum, cum oleribus, ſeu cucurbitis, ſecundum temporis diverſitatem, & carnium aſſatarum medium rotulum, cum ſani vini, & panis bene cocti ſufficientia; ſexta verò feria caules, ſeu cucurbitas, piſces, & farrum; diebus verò ſabbativis, ovorum, & caſei duo fercula miniſtrarent; diebus verò Quadrageſimalibus, & jejuniorum canonicorum tria fercula miniſtranda, ſicut in ſexta feria, ordinarunt illis dumtaxat hebdomadariis, qui miſſarum ſolemnia celebrarent, aſſociatis eiſdem Diaconibus, Subdiaconibus, & Acolythis, qui Miſſarum ſolemniis in eorum officiis deſervirent, Cantorem, & Sacriſtam, cui ſacrificii cuſtodia imminebat, modo ſimili in ipſorum refectionibus procurabant. Verum quia nonnunquam propter moræ protractionem in comedendo, ac aliquando cibariorum decoctionem minus bene coctorum murmurabant hebdomadarii prælibati; volentes prædeceſſores noſtri murmurationis prædictæ materiam amputare, de prædictorum hebdomadariorum aſſenſu ordinando ſtatuerunt, & ſtatuentes ordinarunt, ut prædicti hebdomadarii pro eorum refectione in diebus in quibus hebdomadas ſerviebant infraſcriptam, & diſtinctam reciperent pecuniæ quantitatem, videlicet Sacerdos, qui in majori Altari hebdomadaliter Miſſarum ſolemnia celebraret, pro ejus refectione tar. unum auri reciperet, tantumdem Diaconus, Cantor, & Sacriſta ſimiliter, unuſquiſque eorum tarenum auri unum reciperet; Subdiaconus verò grana auri duodec. & duo acolythi grana duodecim. Si verò contigerit tantum acolythum indui cum Miſſarum celebrabuntur ſolemnia, eo die quo ſe induerit habeat unum granum; Sacerdos verò qui celebraverit in Altari SS. Coſmæ, & Damiani hebdomadaliter pro ſua refectione percipiat grana quindecim auri. Si verò hebdomadarius presbyter juſto impedimento detentus aliquibus diebus ſuæ hebdomadæ non poterit in perſona propria celebrare, liceat ei per alium conſocium Cardinalem ſubſtituere vicem ſuam, & ſi fortè in matutinis dierum ſuæ hebdomadæ ad pſallendum in Eccleſia non venerit, pro ſingulis noctibus unum granum de ſuis ſtipendiis ſubtrahatur, quod obſervari volumus diebus ſingulis ſuæ hebdomadæ in horis veſpertinis, ut ſi defecerit, granum unum ei ſimiliter ſubtrahatur, & ſi fortè per ſe, vel per alium in Miſſa defecerit, eidem tria grana ſimiliter ſubtrahantur. Si verò Diaconus ad matutinum non venerit, cum debet pronunciare Evangelium, de ſuis unum granum ſtipendiis ſubtrahatur, totidem etiam ſubtrahatur eidē ſi in Miſſa non venerit ad legendum Evangelium. Subdiaconus namque ſi defecerit in veniendo in matutinis, Miſſa, & veſperis, cum ſuam ſervire debet hebdomadam, ſeu in horarum altera prædictarum pro qualibet hora in qua defecerit, tertia pars ſuorum illius diei ſtipendiorum ſubtrahatur eidem, quod enim in Sacerdote celebrante in majori Altari diximus, intelligi, & obſervari volumus ſi in aliquo defecerit in Presbytero hebdomadario ſanctorum Coſmæ, & Damiani altari miniſtrante. Ad conſimilem pœnam teneri volumus Cantorem, ſeu ejus Vicarium, ſi in veniendo ad Eccleſiam defecerit in aliqua prædictarum horarum ad quam aſtringitur, & tenetur Presbyter, ut pro qualibet hora in qua defecerit, unum granum de ſuis ſtipendiis ſubtrahatur, ſi præſens ſit, & ſanus in terra; ſi verò aliquis Acolythorum ad Miſſam non venerit ſuæ hebdomadæ, perdat granum quod debet habere pro ſuis ſtipendiis, & detur illi, qui loco ipſius fuerit ſubſtitutus: ſimiliter ſi non venerit ad matutinum diebus feſtivis, perdat granum quod illo die debet habere. Volumus inſuper teneri prælibatos hebdomadarios ad faciendum omnia, & ſingula, quæ conſueverunt fieri pro eodem in eorum ordinibus, temporibus retroactis. Nos verò attendentes prædictum ſtatutum, ſeu ordinationem, vel edictum per noſtros prædeceſſores in diſtributionibus pecuniariis prælibatis fore utile Eccleſiæ, & hebdomadariis prælibatis, ut nobis, & eidem quietem præparemus, præſenti ſcripto publico confirmamus, & acceptamus, ſtatuentes prædicta omnia, & ſingula prædictorum per nos, & noſtros poſteros, ac hebdomadarios, qui pro tempore fuerint inviolabiliter obſervari. Unde ad æternam rei memoriam, & prædictorum omnium cautelam de prædictis omnibus confecta ſunt duo publica conſimilia inſtrumenta bullata typario prædicti D. Archiepiſcopi, quorum unum conſervatur in veſtiario majoris Eccleſiæ Amalphitanæ, & reliquum in monaſterio Canonicæ de Amalphia per manus mei prædicti Notarii ſigno meo ſignata, noſtrorum qui ſupra Judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roborata, quæ ſcripſi ego prædictus Jacobus Sabbatinus publicus civitatis Amalphiæ Notarius, qui prædictis interfui, & meo ſigno ſignavi † locus ſigni.

† Petrus D. Jacobi Capuani filius, qui ſupra Jud.
† Ego Marinus de Judice teſtor.
† Ego Joan. de Comite Urſone teſtis ſum.
† Ego Matthæus de Platamone teſtis ſum.
† Ego Guillelmus Cappaſanta teſtis ſum.
† Ego Coſmas de Flore teſtis ſum.
† Ego Joannes Romanus teſtis ſum.
† Ego Philippus de Garoſalo teſtis ſum.
† Andreas de Ferracci teſtis ſum.
† Ego . . . . teſtis ſum.

Adeſt ſignum plumbeum pendens in altera parte cum effigie ſancti Andreæ, in altera vero continens: Philippus Archiepiſcopus Amalphitanus.

Plura alia reperiuntur ejuſdem Archipræſulis monumenta in Cathedralis tabulario, inter quæ obſervavimus illud ab eo poſteris mandatum, ut ſuam reverentiam & devotionem erga Summum Pontificem teſtaretur, dum ab ipſo ad Concilium Lugduni indictum vocaretur legitime impeditus, duos ex præcipuis ſuę Eccleſię viros deſtinavit ad pedes ſanctiſſimos ſuo loco exoſculandos, & Concilii mandata excipiendum.

Menſe Martii 2. Indict. 1274. Amal. Philippus divina patientia humilis Amalphitanus Archiepiſcopus juſto impedimento præpeditus quominus accedere poſſit ad Concilium generale Lugdunenſe, in præſentia Conſtantini Quatratii Judicis, & Petri Montincollo Clerici, & publici Amalphitanæ Eccleſia Notarii, ordinavit ejus Procuratores in ſolidum prudentes viros Magiſtrum Cæſarium de Anglo Archidiaconum Amalphitanæ Eccleſiæ, & fr. Manjonem Abbatem monaſterii S. Nicolai de Carbonaria Ordinis S. Benedicti Amalphitanæ diœceſis, quos ad ſuas expenſas mittere ſe aſſerit ad Concilium memoratum ad præſentandum ſe ipſos in eodem Concilio pro parte ſui ipſius D. Archiepiſcopi, & vice ſua ante pedes Rever. P. & D. D. Gregorii

*ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summi Pontificis, & accipiendi mandatum ipſius Concilii, &c.*

Cæſareus de Anglo, ſeu de Alagno Archidiaconus Amalphitanus modò commemoratus longe diverſus eſt a Cæſareo de Alaneo Archiepiſcopo Salernitano ad eam dignitatem vocato, anno 1225. defuncto verò 1262. Cæſarius antem Archidiaconus, & ipſe electus Salernitanus Archiepiſcopus, ſed non confirmatus jacet Amalphiæ in Cathedrali ubi legitur hoc epitaphium.

*Cæſarius Lanio hic jacet Archidiaconus iſte*
*Juribus ornatas cui præſtes calice Chriſto.*
*Electus fuerat, Salerni morte quievit,*
*Providus & largus per famam laus ſua crevit.*

De iis ſno loco agemus. Philippi memoria extat in nobili turri campanaria in Aquilonari parte Metropolitanæ ædificata, artificio, elegantia, pulchtitudine, marmoreis columnis, lapidibuſque diverſi coloris cunctis forte aliis in Regno præferenda.

*Anno Dom. M. CCLXXVI. D. Philippus Auguſtariccius Præſul & civis Amalphitanus hoc Campanile & magnam Campanam fieri fecie.*

Nuper eidem præclariſſimo Antiſtiti memoriam excitarunt, iis ſcriptis verbis.

*Æternæ fauſtæque memoriæ Philippi Auguſtaricci Archiepiſcopi, & Patricii clariſſimi Amalphi. Qui Turrim hanc præclaram ad campanarum uſum extruxit, grandorique ænea Campana munivit, ut ſemper viveret ſonum perpetuum paravit. Stabit enim memoria cum ſonitu.*



XXVI 17 ANDREAS de Alanco nobilis Amalphitanus Cæſarii Archiepiſcopi Salernitani nepos, Philippo ſucceſſit: eo enim defuncto Canonici electuri ſucceſſorem convenere in unum, ſed diviſi inter ſe, pars una illorum Petrum de Piperno Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarium, pars alia M. Andream de Alaneo elegerunt in Archiepiſcopos; vacabat tunc Romana Sedes per mortem Nicolai IV. cui cum ſucceſiſſet Cœleſtinus V. Andreas ab eodem confirmatus eſt, paucis inde tranſactis diebus, Cœleſtinus cœleſti contemplatione ductus pontificatu ſe abdicavit, inſecutoque Bonifacio VIII. promotiones & electiones Eccleſiarum à Cœleſtino factæ nullæ, & irritæ fuerunt declaratæ, Andreas dudum inauguratus juri ſuo ceſſit, & ab eodem Bonifacio legitimè iterum in demortui Philippi locum Amalphitanus Archipræſul declaratur 4 Kalend. Aprilis anno 1295. Rem narrat epiſtola Bonifacii numero 80. Regiſt. Vatic. anno primo pagina 24. Fuit Andreas vir ſummè pius; divino Officio aſſiduus, viſitandis, reparandiſque Eccleſiis, obeundiſque Epiſcopalibus muneribus diligens, & in augendo divino cultu, pauperibus, & Eccleſiæ liberalis, & opportunus. Superſunt plura & alia multa

A ejus beneficentiæ, & pietatis teſtimonia, quæ partim annotantur in tabularii monumentis ab ejus Præſulatus exordio ad annum uſque 1329. 27. Novembris, qua die ait vetus ſcriptum.

*De conſenſu Capituli, & voluntate Matthæi de Alagno Archidiaconi Amalphitani Rectoris Eccleſiæ S. Salvatoris de Binetto de Atrano, ſive S. Sebaſtiani, ex eo quia defectu divini ſervitii, qui diebus aliquibus in Eccleſia Amalphitana ex miniſtrorum provenit paucitate, eo quod ipſos beneficiis Eccleſiaſticis nequit commodè ſuſtentare pro ſervitio duodecim Cardinalium, & aliorum hebdomadariorum, qui continue hebdomadas recipiunt, aſſignat annuatim uncias auri quatuor percipiendas ex fructibus, redditibus & proventibus, ac oblationibus dictæ Eccleſiæ S. Salvatoris de Binetto, ſeu S. Sebaſtiani, necnon duo petia de ſylvis ejuſdem Eccleſię ſita Tramonti, &c.*

In Regiſtro Roberti Regis anno 1324 notatur Andreas vir induſtrius, & publicæ antiquitatis B amator. Viam penè deformatam a civitate Amalphis uſque ad Majorum reſtituiſſe, & in ampliorem commodioremque formam redigere cœpiſſe, an verò perfecerit, non conſtat, ex impedimento accepto a Franciſco Ravellenſi Epiſcopo; verba Regiſtri ſunt hæc.

*D. Andreas Amalphitanus Antiſtes veluti publicæ antiquitatis amator antiquam viam qua itur ab Amalphia uſque Majorum, longo tranſcurſu jam temporis deformatam, & viatoribus præſertim cum animalibus oneratis anguſtam, reparari debitè, & dilatari congruè ordinaverat. Verum dum ſuper hoc procederetur, vener. Pater Franciſcus Epiſcopus, & homines Ravellenſes ea inſtructione, & reparatione viæ hujuſmodi ſe lædi enormiter conquerentes dederunt operam, ut à cœpti operis proſecutione ceſſaretur, hujus cauſæ cognitio de ordine Majeſtatis noſtræ fuit commiſſa Magiſtris Spararono de S. Severo electo Venafrano, & Nicolao Eleemoſynario Conſiliariis, ac familiaribus Regiis, ut accedentes ad lo-* C *cum rem oculis diligenter inſpicerent, &c.*

Alibi etiam in iiſdem Regiſtris Andreæ fit mentio tanquam Regii Conſiliarii. Sedit Andreas omnibus eximiè charus annis trigintaſex, mortalitatem explevit an. 1330. conditus in ſepulchro marmoreo in capella Præſepii Cathedralis, quam magnificè reſtituerat. Ejus geſta in ipſo Archipræſulatus ſui initio, & veluti vitæ totius inſtitutum hiſce verbis deſcripſit Auctor Chron. Amalphitanorum Archipræſulum.

*Philippo ſucceſſit in Archiepiſcopatu Amalphitano D. Andreas de Alaneo civis Amalphitanus, moribus ornatus, virtutibus decoratus, gratus Deo, & benevolus omnibus in anno 1295. Ind. 8. multa bona ædificia facta ſunt in præfata civitate, & Eccleſia B. Andreæ Apoſtoli, & ornamenta varia, & diverſa. Hic conceſſit prandium in perpetuum omnibus Clericis præfatæ Eccleſiæ in feſtivitate B. Nicolai. In inferiori crypta, ubi eſt corpus B. Andreæ fieri fecit cœlum ornatum ſtellis aureis cum diverſis ornamen-* D *tis: in altari ejuſdem fimbriam argenteam poſtellas argenteas; in eodem altari, vas argenteum, intus foramen ejuſdem altaris miraculosè factum, in quo manna fluit, coopertimentum argenteum fieri fecit; cum tempore ſui Pontificatus manna mirabiliter apparuit, & uſque in hodiernum diem diverſas infirmitates, & languores ſanans. In ſuperiori Eccleſia tribunal de opere muſivo, picturis variis adornavit; Altare magnum lapidibus marmoribus decoravit, candelabra argentea fieri fecit, & veſtimenta nova, varia & diverſa pennis pulcherrimis adornata; fimbriam auream, & argenteam præfato altari contulit ad ſuæ animæ ſalutem; Crucem magnam cum pede argenteo deauratam; præterea dedit dictæ Eccleſiæ pannos ſericos plurimos diverſis coloribus, & Crucibus deſignatos, qui in navi præfatæ Eccleſiæ juxta columnas ponuntur diebus feſtivis, & ſolemnioribus: fieri fecit nova ſedilia juxta columnas marmoreas, vitreas feneſtras, & rotunda plumbea,*

*ac*

*ac etiam libros neceſſarios. Tectum præfatæ Eccleſiæ aptari fecit; in pinnaculo ejuſdem Eccleſiæ, fieri fecit picturam ipſius B. Andreæ Apoſtoli de opere muſaico pulcherrimis aſpectibus deauratum. In loco ejuſdem Eccleſiæ, ubi columnæ erant de fabrica marmorea, collocavit in muro præfatæ Eccleſiæ ſpectaculum rubeis cancellis compoſitum, in quo Prælati, qui pro tempore fuerint reſpicere poſſint in choro divina Officia, & ſolemnes laudes Miſſarum, quæ in præfato altari quotidie celebrantur: Mitram auream magnam pernis lapidibus pretioſis ornatam fecit. Veſtimenta ſerica, & diverſa, Diaconos, & Presbyteros Cardinales ipſius Eccleſiæ ſtipendiarios in divino Officio ordinavit, atque conellas duas argenteas dictæ Eccleſiæ dedit, & nonnulla alia bona tam dictæ Eccleſiæ, quam pauperibus erogavit, quæ innumerabilia dictu. Vixit in ſua Sede annos triginta ſex, & requievit in pace, qui ſepultus eſt in crypta per ipſum condita in ſepulchro marmoreo, in navi Ss. Coſmæ & Damiani.*

Andreæ ſepulchrum adhuc viſitur in media navi antiqui templi juxta parietem Borealis lateris conjunctum cœmeterio, in cujus operimento ſpectatur cælata ejus imago habitu Pontificali induta, & hæ inſcriptiones.

† *Præſulis Andreæ juſſu fit condita crypta*
*In qua Natalis Domini ſunt dogmata picta,*
*Faſcia conſtringit, qui mundi climata cingit*
*Bos, Aſinus ſtantes, noſcunt puerum dominantem*
*Ut ſolis radius non lædens vitrea craſſit,*
*Sic Domini Mater, poſt partum virgo remanſit.*
*Obtineat veniam cum juſtis conſociatus*
*De Alaneo dictus hic Præſul commemoratus.*

*Hic jacet corpus Andreæ de Alaneo*
*Archiepiſcopi Amalphit.*
*Dominus Andreas de Alagno*
*Præſul & civis Amalphiæ*
*hanc Capellam conſtrui fecit*
*Anno Domini M. CCCXIX.*

Porro extat donationis cryptæ documentum ipſius conſcriptum anno 1323. die 15. Julii Indict. 6. Amalphiæ per Not. de Amanuzo, ubi Capellam pro ſua ſepultura conſtrui mandat in honorem ſanctæ Mariæ, quam ampliſsimè dotat multis bonis immobilibus, legatis, cum alienandi prohibitione. Hoc etiam addit, ut anno quolibet tria celebrari debeant anniverſaria, unum in die obitus bonæ memoriæ quondam Domini Cæſarii venerabilis Archiepiſcopi Salernitani patrui ſui. Aliud in die obitus ipſiuſmet fundatoris: tertium in die feſtivitatis ſanctæ Mariæ de menſe Auguſti pro animabus quondam Domini Matthæi de Alagno militis, & quondam Bernutii de Alagno fratrum ſuorum. Hæc documentum. (1)



XXVII. 18 Fr. LANDULPHUS ortus Neapoli ex vetuſta, ac generoſa Carracciola Rubea familia, quæ tot Duces, Principes, Cardinales, Præſules, alioſque innumeros ferè viros clariſſimos genuit, ut nulli ſecunda in Neapolitano Regno penè videatur; in ipſo juventutis flore Ordinem Minorum amplexus Scotum audivit, adeoque profecit, ut publicè in Pariſienſi Academia ſacram Theologiam nec ſine admiratione profiteretur, ſed longè mirabilior ex vitæ munditia, omniumque virtutum cumulo evaſit. Notus Joanni XXII. Pontifici, ex Provinciali Terræ Laboris Epiſcopus Stabienſis electus eſt ann. 1326. magnis apud Robertum Regem perfunctus muneribus, ad Archiepiſcopalem Sedem per mortem Andreæ translatus eſt ſub fine ann. 1330. ſacro Collegio ſubſidium ſolvit die 11. Januarii anni ſequentis 1331. ut in lib. obligat. Prælatorum obſervavimus, ubi electus Amalphitanus dicitur. Ad Archiepiſcopatum accitus in primis curis habuit Eccleſiam ab anteceſſore ſuo ornatam, & bene inſtitutam conſervare, ac ornamentis augere. Odeum ad divinum penſum ſolvendum extruxit: Eccleſiaſticam diſciplinam non modo ſervavit, ſed auxit eximiè, in pauperes largus, Eccleſiæ bona eorum in ſinu abſcondebat. Apud Robertum mox apud Joannam Neapolitanos Reges, cujus Logotheta, & Protonotarius fuit anno 1347. in exequendis adminiſtrandiſque Regni negotiis prudentia, & dexteritate valuit, ad quam rem haud parum ornamenti attulit vitæ integritas, doctrina, & familiæ, ex qua ortum trahebat, ſplendor & potentia. Unde Pontificum Maximorum, Principum, ac Regum ſibi conciliavit gratiam, & auctoritatem, ſed maximæ ejus fuit gloriæ, quod tum vivens tum mortuus ob ſanctimoniam vitæ exiſtimatus ſit, ac poſteris mandatum in manuſcriptis codicibus Amalphitanæ Eccleſiæ, quibus adduntur plura ab ipſo compoſita opera in Sacrario aſſervari, quorum nomenclaturam recenſuit in ſuo libro ſcriptorum Minorum bonæ memoriæ amicus noſter Lucas Wandingus, qui hoc ipſo anno 1657. die 18. Novembris Romæ mortalitatem exuit apud S. Iſidorum ſui Ord. monaſterium, quod ipſe à fundamentis ex piis amicorum eleemoſynis ædificaverat, ſepultus eſt. In primis ſcripſit Landulphus in quatuor libros Magiſtri Sententiarum. Incipit fundamentum primum lapidis Sapphiri; Quodlibeta Scholaſtica. In Zachariam Prophetam. In quatuor Evangelia. In Sanctos in conventu Aſſiſii. In epiſtolam ad Hebræos. Sermones de tempore. Sermones de exaltatione ſanctæ Crucis. In ſanctos Bibliothecæ Vaticanæ; Orationes ad Papam nomine Reginæ Siciliæ manuſcripta ibidem. Librum Collationum Spiritualium.

Interfuerat Landulphus ſolemni conſecrationi Eccleſiæ S. Claræ Neapolis ann. 1340. quam nuper Robertus Rex ædificaverat, nam inter alios Præſules, qui adfuerant, ſic legitur in marmore.

*L. dedit Amalphis, dignum dat Corsia Petrum.*


Vicarium habuiſſe Landulphum, Andream de Judice Cantorem Amalphitanæ Eccleſiæ docet monumentum conditum an. 1349. die 17. Aprilis Indict. 2. quod extat in Archivio Cœnobii Monialium S. Laurentii Amalphiæ. Tandem fatis conceſſit noſter Landulphus circa annum Dom. 1351. Corpus in marmoreo Sarcophago prope aram SS. Coſmæ & Damiani in Cathedrali humatum, nomen aſſecutus docti, & ſancti Paſtoris. Peccant largiter ſæpe citati Indiculi Amalphitanorum Præſulum, cum anno 1336. vel 1340. obiiſſe ſcribant. Forte ex amanuenſium incuria irrepſit error, cum Landulphus, ut diximus ann. 1349. die 17. Apr. in vivis eſset, & Petrus Landulphi immediatè ſucceſsor a Clemente VI. ann. 1351. ad Amalphitanæ Eccleſiæ gubernacula admotus fuerit, ut videre eſt in Regiſtro Vatic. quemadmodum longe aberrant à ve-

(1) Cæſar Alexius in Cent. 1. Elogiorum civium Peruſinorum p. 225. elogio donavit Fr. Monaldum de Monaldis Archiep. Amalphitanum an. 1321. Animadvertendum. *Mandoſius.* Duo per hæc tempora vixere Monaldi de Monaldis, fratres Minores, & Epiſcopali dignitate conſpicui: Urbevetanus alter è Suanenſi ad Beneventanam Cathedram translatus an. 1301. Peruſinus alter, Melphienſis Epiſcopus, qua in ſede obiit. Hic igitur fuerit ille Monaldus, de quo Cæſar Alexius, alia enim Amalphitanam Cathedram tenuit Andreas de Alanco ab an. 1295. ad 1330. Ab hac item ſerie arcendus Alexander de S. Elpidio, generalis Miniſter Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quem Amalphitanum Archiepiſcopum his temporibus creatum tradit Oudin in ſupplemento de Script. Eccleſ. p. 602.

à veritate Indiculi illi, dum poſt Landulphum ſcribunt Paulum quendam fuiſſe Amalphitanum Archiepiſcopum, cujus cognomen ignorant, ut mox comparebit in Petro. De Landulpho verò amicus noſter Frater Franciſcus Caracciolus Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci forte plura dabit in hiſtoria quam, pre manibus habet de familia Caracciola.



XXVIII. 19 PETRUS Capuanus Amalphiæ nobilis civis, ex Archidiacono, & Capellano Clementis VI. Papæ in defuncti Landulphi locum ſucceſſor datus eſt ab eodem Pontifice 13. Kalendas Junii anno Pontificatus decimo, ſalutis 1351. ut liquet ex Regiſt. Vaticano fol. 33. epiſt. 51. ann. 10. ejuſdem Pontificis. Ejus acta periere, annum & obitus diem ignoramus. In noſtris ſæpe citatis Chronicis, ſeu indiculis memoratur quod vixerit in hac Sede annis 20. ſed errant, cum Marinus ſucceſſor Archiepiſcopus eſſet ann. 1362. Petrus, ut vidimus ex Regiſtro Vaticano, factus fuerat Archiepiſcopus an. 1351. ante annum 1362. oportet obiiſse.



XXIX. 20 MARINUM de Judice [a] apud Amalphitanos nobili genere natum, antea Epiſcopum Theanenſem, Petro Capuano ſucceſſiſse, haud mihi dubium eſt, circa annum 1362. eo etenim anno *prima die menſis Octobris 1. Ind.* (ita in documento Amalphitani tabularii) *coram Marino miſeratione divina Amalphitano Archiepiſcopo, Jacobus quond. D Nicolai de Penna, hæres quondam Andreæ de Pennafratris ſui, dat nonnulla loca Amalphitano Capitulo pro Miſſis dicendis in Altari S. Mariæ de Marmore prodicti Andreæ legatis, &c.* & anno 1371. *die 15. Julii 9. Indict. idem Marinus Archiepiſcopus licentiam tribuit cuidam Petro de Tramonto, filio quond. Jacobi eædificandi ſacellum in honorem ſanctæ Catharinæ in Eccleſia S. Mariæ ejuſdem loci, &c.* Anno vero 1374. die prima Julii 12. Indict. *Marinus ad præſentationem nonnullorum confert Eccleſiam S. Petri de Mundazario in Atrano, Abbati Franciſco Aconzajoci de Amalphi, &c.*

[a] De eo Ciaconius Oldoini t. 2 col. 652.

Hæc ſunt certiſſimæ memoriæ, quæ de Marino habentur in Amalphitanæ Eccleſiæ Tabulario.

A Ab anno igitur 1362. ad annum fere 1375. Amalphitanam rexit Eccleſiam (1) tranſlatuſque eſt ad Archiepiſcopalem Sedem Tarentinam, & aliquando Averſanæ Eccleſiæ Commendatarius fuit, donec ab Urbano VI. S. R. E. Presbyter Card. creatus eſt anno 1381. aliis 1382. ſub eodem graviſſimis perfunctus legationibus ad Reges, Reſpublicaſque Chriſtianas, tandem læſæ Majeſtatis reus factus, Nuceriæ captus, diu in carcere maceratus cruciatus tormentis Januæ, cum aliis quinque Cardinalibus juſſu Urbani interfectus 1385. & in mari ſacco incluſus ſepultus eſt. Hæc de Marino Card. narrat Theodoricus à Niem. teſtis oculatus in lib. de ſchiſmate. De Marino Indiculus Amalphitanorum Præſulum aliqua longe a veritate recitat.

*Mortuo*, inquit, *præfato Petro ſucceſſit in Archiepiſcopatu D. Marinus de Judice civis Amalphiæ* 1364. (melius 1362.) *qui multa bona fecit in Palatio Archiepiſcopali, in fabricis, & maximè cooperuit ſalam, ſeu aulam magnam ipſius palatii perpul-*
B *chra teſtudine, quæ prius erat coperta . . . . ac etiam cooperuit ſuis ſumptibus à porta hoſpitalis civitatis præfatæ uſque ad littus maris ſtratam, ſeu viam publicam, & plateam propter quam rem, multum beneficium ſenſit dicta civitas, quia liberata fuit à diverſis languoribus, & infirmitatibus quibus vexabantur cives æſtivo tempore propter flumen diſcoopertum, quod tranſibat per mediam civitatem. Fuit autem præfatus Archiepiſcop. craſſus corpore, cholericus, & vindicativus circa ſuos adverſarios, & inimicus monialium, & dicebatſe pinguedinem acquiſiſſe blaſphemiis & maledictis monialium. Vixit in dicta Sede annis fere undecim, & ſepultus eſt in terra in introitu chori Eccleſiæ Amalphitanæ.* Hæc ille. Sed oſcitanter ſcripſit de anno Sedis Marini, ac ſepulturæ, ut ſupra retulimus ex monumentis Amalphitani Tabularii.

Porro ad inſignia Marini Cardinalis hæc carmina leguntur in veſtibulo Amalphitanæ Metropolis
C ante quinquaginta annos conſcripta.

*Stemmata quæ cernis ſunt inclyta ſigna Marini,*
*Qui doctis hominum corda rigavit aquis.*
*Judicis & merito doctus cognomine, namque*
*Judicio, ac ſummo ſplenduit ingenio.*
*Picentinorum procerum genere a propago*
*Cara Deo ſoboles ſtipite clara pio.*
*Hungarus hunc ſenſit Legatum, Inſuber, Thuſcus*
*Effera Romano ſubdere colla jugo.*
*Hunc vigilem veneratur adhuc reſonatque Tarentum*
*Paſtorem hunc patriæ, Romaque purpureum.*
*Theſauri Petri cuſtos qui fidus Olympo*
*Non defuturas jam tibi ſtrinxit opes.*

De hac familia legendus Scipio Mazzella in deſcriptione Regni Neapolitani, ubi plures recenſentur illuſtres viri ex ea nati.

Cæterum invenio Marinum fuiſſe olim Amalphitanæ Eccleſiæ Canonicum, in veteri charta membranacea Metropolitanæ Eccleſiæ, in qua
D extat juramentum præſtari ſolitum Canonicis Amalphitanis. Exhibeo.

*Ego talis Clericus Amalphitanæ Eccleſiæ, juro per hæc S. Dei Evangelia, quod ab hodie in antea ſtudebo quærere & manutenere jura, & rationes Communitatis Amalphitanæ Capituli, quod habere conſueverunt ab Archiep. Amalphitanis, nec ero in conſilio, vel conſenſu, quod ipſi Clerici minuantur in jure, vel rationibus ipſius Communitatis ejuſdem Amalphitani Capituli, quas cum ſcripturis, vel ex antiqua conſuetudine debent habere, videlicet præſumpta cum ovis, longas, ſex prandia per annum, menſam quotidianam Primicerii, Sacriſtarum, & Clericorum, hebdomadariorum & Presbyteri, qui ſervit altari Ss. Coſmæ & Damiani, Quartam decimarum D. Regis; medietatem oblationum confeſſionis, ſecundum privilegium inde confectum, Benedictam in*

*Pa-*

(1) Anno 1375. Marinus reſignaſſe dicendus eſt, non autem ideo receſſiſſe, quia ad Tarentinam tranſlatus fuerit, cum ſatis liqueat per obitum Jacobi in Tarentino eo in throno nonnisi an. 1376. ſedere potuiſſe, & ad hunc ex Aſculano ſequentem acceſſiſſe Joannem ipſo anno 1375. *Laurentius.*

A

*Paſcha, & alia jura omnia antiqua conſueta, & debita, quæ ipſi Clerici ſolent & debent habere ab ipſis Archiepiſcopis: & ſi quem Clericum Archiepiſcopus damnare voluerit officio, vel beneficio, vel à choro eiicere ſine ſententia Capituli, ipſum pro ejecto, vel damnato non habebo: pro quibus omnibus conſervandis ſi oporteat cum labore perſonæ, & expenſa Communitatis meum auxilium, & conſilium fideliter impendere, ſpondeo, & promitto omnibus diebus vitæ meæ, donec fuero de corpore, & collegio Amalphitanæ Eccleſiæ, & ſacramentum fidelitatis Archiepiſcopo venturo non faciam, niſi de ſpeciali mandato Summi Pontificis, & niſi aliquam adminiſtrationem mihi commiſerit. Hæc omnia juro, & attendam, & obſervabo bona fide ſine fraude, & malo ingenio: ſic me Deus adjuvet, & hæc S. Dei Evangelia, & S. Reliquiæ. Actum in confeſſione B. Andreæ Apoſtoli 21. die menſis Decembris Indict. 4.*

† *Leo Diaconus, & Primicerius Ancorarius jurav.*
† *Matthæus Archidiaconus Amalphitanus jur.*
† *Sergius Diaconus filius D. Sergii Friſinati jur.* B
† *Sergius Diaconus de Leo Friſinati filius juravi.*
† *Mag. Fortunatus Amalph. Eccl. Not. juravit.*
† *Conſtantinus D. Papæ Subdiaconus juravit.*
† *Leo Diaconus Capritanus juravit.*
† *Joannes Diaconus Poppa juravit.*
† *Conſtantinus Diac. Quatrarius juravit.*
† *Ego Marinus Quatrarius Nicoſienſis Archidiaconus juravi, & ſubſcripſi.*
† *Ego Joannes Capuanus dictus Magiſter juravi & ſubſcripſi.*
† *Ego Jacobus de Judice juravi & ſubſc.*
† *Leo Cl. filius Domini Riccardi Judicis de Flicto juravit.*
†
† *Muſcus Diaconus iuravit.*
† *Joannes Clericus de Judice juravit.*
† *Capuanus Presbyter iuravit.*
† *Matthæus Conſanus Archidiac. iuravit.*
† *Cæſarius Archidiaconus Paphen. iuravit.*
† *Conſtant. Presbyter, & Primicerius Polul. iur.* C
† *Donadeus Presb. Ancorarius iuravit.*
† *Robertus presbyter Dentice iuravit.*
† *Jacobus presbyter Donuſdei iuravit.*
† *Matthæus presbyter Sarda iuravit.*
† *Ego Urſo presbyt. Caſtall. iuravi.*
†
† *Joannes presbyter Scannitus iuravit.*
† *Urſus presbyter Vaſſum iuravit.*
† *Joannes presbyter Tabella iuravit.*
† *Landolfus presbyter iuravit.*
† *Matthæus presbyter de Monte iuravit.*
† *Petrus presbyter Branzia iuravit.*
† *Manzo . . . . . Clericus iuravit.*
† *Philippus . . . . . Magiſter Scholæ iuravit.*
† *Matthæus Subd. Pappaſorice iuravit.*
† *Conſtantinus Diac. . . . . iuravi.*
† *Leonus Scangla Clericus iuravi.*
† *Ego Joannes filius Iudicis Bartholomæi iur.*
† *Corradus Subdiaconus iuravit.*
† *Andreas presb. Capituli iuravit.* D
† . . . .
† *Ego Marinus de Iudice iuravi & ſſ.*
† *Ioannes . . . . . . iuravit.*
† . . . . *Capituli iuravi.*
† *Philippus de Cunſul. iuravit.*
† *Ego Ioannes de Garofalo iuravi.*
† *Matthæus Subdiaconus iuravit.*
† *Nicolaus de Guirreri iuravit.*
† *Ego Iacobus Subdiaconus iuravi.*
† *Urſo Cannella iuravit.*
† *Conſtantinus Presb. Auromundo iuravit.*
† *Marino presb. Creſcenti iuravit.*
† *N. . . . . . .*
† *Leo presb. de Fuſcarene iuravi.*
† *Leo presb. Boccafur iuravi.*
† *Ioannes presbyter Brançatul. iuravi.*

† *Benedictus presb. Archiſacriſta iuravit.*
† *Ioannes presbyter de Luca iuravit.*
† *Petro Cicari iuravit.*
† *Dionyſius Clericus iuravit.*
† *Presb. Severinus iuravit.*
† *Sergius Capuanus iuravit.*
† *Petrus Galatal. iuravit.*



21 JOANNES Neapolitanus Aquaviva præ- XXX
nobili familia natus, ex Epiſcopo Aſculano in Piceno ad hanc Amalphitanam ſedem translatus eſt anno 1375. die 13. Kalen. Januarii ex Reg. Vatic. Hic primum lapidem jecit Eccleſiæ S. Luciæ de Tramonto anno 1377. ultima Januarii, quam exædificare cœperat quidam Colectus de Tramonto. Joannis mentio habetur in monumentis Amalphitanis ab anno 1375. uſque ad 1378. quo mortalitatem explevit: quamobrem ſequenti anno in lib. obligationum Prælat. Clementis VII. Antipapæ reperi quendam Beltramum Amalphitanum electum ſolviſſe communia, ac ſolita ſervitia 17. Martii 1379. ſacro Collegio Obedientiæ Clementis, idemque præſtitiſſe pro Joanne prædeceſſore; & eodem anno die 11. Octobris Indict. 3. Capitulum Amalphitanum cum conſenſu Dom. Bertrandi Amalphitani Archiepiſcopi, dat loco permutationis nonnulla bona, ex monumentis Cathedralis.

Certe *Beltramus* Antipapæ aſsecla ille (1) ipſe eſt, quem vocant *Baltrandum* de Alaneo, qui poſtea ſub Bonifacio IX. an. 1401. ex Epiſcopo Eugubino factus eſt hujus Sedis legitimus Archiepiſcopus, quam ab Antipapa illegitimè obtinuerat, canonicè poſt tot annorum curricula accepit regendam, ut infra dicemus.



22 SERGIUS, aliis Gregorius, Griſonus fi- XXXI.
lius Sirleonis de Ravello nobili familia natus, ab Urbano VI. legitimè Amalphitanus Archiepiſcopus eſt declaratus poſt mortem Joannis circa ann. 1379.

(1) Nulla conjectura ea eſt, quæ nobis ſuaderi poſſit hunc eſſe Beltrandum illum de Alneo, ut Ughello placet, qui ex Epiſcopo Famaguſtano factus Eugubinus, inde ad patriæ Amalphitanam ſedem aſcendit. Idem quippe nudum nomen haud ſatis eſt hunc ſchiſmaticum eumdem aſſerere cum eo de Alaneo, viro integerrimo, de quo infra. Lucentius.

1379. in libris obligationum Urbani VI. memoratur idibus Octobris ann. 4. Pontificatus Urbani. Chriſti verò 1381. in monumentis Amalphitanis ejus habetur mentio ab anno 1381. uſque ad annum 1392. Non concordant Indiculi noſtri auctores, cum alii tribuant annos Sedis ejus 21. alii 15. alii pauciores, ſed hallucinantur, ut infra dicemus in Paulo Sergii ſucceſſore, qui ſedere cœpit anno 1392. De eo hoc ſolum habemus ex inſtrumento, quod palatium Archiepiſcopale ampliavit, cujus etiam mandato empta ſunt quædam bona pro Miſſis celebrandis Dominorum de Alagno ex mandato Bonifacii Papæ.

*Die 15. menſis Junii, 15. Indictione 1392. apud Majorum. R. in Chriſto P. & D. Sergius miſeratione divina Archiepiſcopus Amalphitanus exequutor, tam de jure, quam vigore ſynodalium Conſtitutionum majoris Eccleſiæ Amalphitanæ, pro exequenda voluntate nonnullorum defunctorum familiæ de Alagnio, qui legaverunt Miſſas celebrandas in ſuperiori crypta Amalphitanæ Eccleſiæ, quæ erat Capella ipſorum de Alagnio. Mandat emi bona, quorum fructibus celebreatur Miſſæ ſupraſcriptæ, &c.*

In hoc documento inſerta eſt littera Henrici Cardinalis Neapolitani ad ipſum Sergium Archiepiſcopum, in qua continetur, quod Bonifacius Papa ad ſupplicationem R. in Chriſto Patris B. Epiſcopi Eugubini, fratrumque ejus conſanguineorum dictorum defunctorum de Alanco, mandat dicto Archiepiſcopo, ut pretio unciarum decem legatarum à Tuczilio de Alaneo emendam curet poſſeſſionem, &c. Epiſcopus Eugubinus, cujus nomen per B. indicatur in litteris Henrici Cardinalis, Bertrandus eſt, qui paulo poſt hanc Amalphitanam Eccleſiam eſt aſſequutus. Cæterum vivente Sergio in hac Amalphitana Eccleſia intruſum fuiſſe per Clementem VII. Antipapam quendam Nicolaum habemus clarè in lib. obligationum ejuſdem Antipapæ die 29. Januarii 1387. ſolvit ſubſidium Collegio Cardinalium. Quanto tempore hanc vexaverit Eccleſiam non habemus, vixiſſe tamen ann. 1393. in obedientia Clementis, excluſo Sergio, indicat monumentum per manus quondam Notarii Jacobi de Amorvezo.

*Die ultimo menſ. Maii 11. indict. 1393. apud Archiepiſcopale palatium Amalph. Andreas de Alanio de Amalphia coram Rever. in Chriſto P. D. D. Nicolao miſeratione divina Archiepiſcopo Amalphitano, qui poſuerat edictum, quod omnes Clerici oſtenderent titulos, ſeu literas beneficiorum, proteſtatur quod nullum inferatur præjudicium dicto Abbati Andreæ à ſex annis, & citra, & ante, & uſque nunc, ſimiliter ante tempus videlicet reductionis civitatis Amalphiæ ad fidem ſanctiſſ. in Chriſto Patris & D. noſtri Clementis divina providentia Papæ VII. abſentis in partibus Calabriæ, indeque propter guerrarum ſtrepitus, & ipſarum ferventiam ab ipſis partibus venire non valuit, nec valet ſine periculo ſuæ perſonæ, &c.* Idem Nicolaus anno 1397. die 29. Januarii aliud ſolvit ſubſidium ſacro Collegio, de quo idem ſæpe memoratus Indiculus, non tamen ſine errore. *Poſt autem mortem ipſius D. Sergii in ſede ſucceſſit quidam Nicolaus nomine, cujus cognomen ignoratur, & an boni aliquid præfatæ Eccleſiæ fecerit, aut bonæ probitatis, & veritatis fuerit, nemo poteſt de hoc reddere rationem. Sed vixit in dicta ſede annis ſex, & mortuus eſt, cujus corpus in quo loco ſit locatum, nemo ſcit, ſed pro conjectura ab omnibus habetur, quod ſit intus dictam Eccleſiam (ſcilicet Cathedralem) aut in Eccleſia S. Viti collocatum in Archiepiſcopali Palatio, cum ab omnibus feratur, quod ibi Archiepiſcopi ſepulturam eligebant.*

Annus ſedis ſextus videtur repugnare iis, quæ ex lib. obligationum commemoravimus. Anno 1382. Sergii Pontificatus tertio, cum Carolus III. Neapolitanus Rex occiſa Joanna Prima, Regno potitus eſſet, Amalphitanum Ducatum ſub demanio Regio ſuſcepiſſet, Amalphitano populo, quæ anteceſſores Reges, Summique Pontifices eidem A conceſſerant privilegia, liberaliter ſuo diplomate renunciavit, anno Regni ſui primo, quod cum multum faciat ad aſſerendam dignitatem, ac reverentiam quam Neapolitani Reges erga Apoſtolicam Sedem impenderunt, hic prætereundum haud exiſtimavi, cum etiam Amalphitani Ducatus in eo aſſeratur dignitas. Porro documenti tenor talis ab originali.

*Carolus Tertius Dei gratia Hieruſalem & Siciliæ Rex.*

*Tenore præſentium notum facimus univerſis & ſingulis hominibus, & perſonis infraſcriptarum civitatum & terrarum Ducatus Amalphii fidelibus noſtris, & quibuſcunque aliis, cujuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtant, ad quod præſentes pervenerint præſentibus, & futuris. Videlicet facta nobis informatione deducimus fide dignis, qualiter ab antiquis longe verò temporibus, de quibus hominum memoria non exiſtit, Ducatus Amalphiæ cum omnibus ſubjectis terris de demanio Regni prædicti conti- B nuie temporibus fuerunt, & ſunt, & per Illuſtres Principes Dominos prædeceſſores noſtros in dicto demanio tenti, & confirmati fuerint, prout Dominorum Principum privilegia, cum approbatione Sedis Apoſtolicæ apertè declarant, tum à die monitionum, & excommunicationum & pœnarum contra illos, qui præſumpſerint, præfata privilegia infringere quoquomodo licet infra modica tempora prætorita aliquæ terræ Ducatus prædicti donatæ extiterint tempore dominii Illuſtris Joannæ olim Reginæ, quæ malo conſilio ducta venit contra privilegia ipſa, & propterea excommunicationem Sedis Apoſtolicæ patentes incurrit. Nos vero attenta conditione laudabili, ac fidelitate hominum terrarum dicti Ducatus, in qua ſemper indefeſſe noſtris prædeceſſoribus claruere: & Syndici terrarum ipſarum gaviſi de noſtro felici adventu ad dictum Regnum, ad noſtram præſentiam hilariter acceſſerunt & ſacramentum fidelitatis, & homagii ſincere Majeſtati noſtræ præſtiterunt expreſſe, petentes à nobis, quod terras ipſas, & homines terra- C rum ipſarum de noſtro dicti Regni mero demanio teneremus, prout per Dominos Prædeceſſores noſtros fuerunt tenti hactenus, ac etiam conſervati. Quorum petitionibus benigne deſſeni terras ipſas de antiquo demanio, & homines terrarum ipſarum dicti Ducatus de antiquo demanio regni, ut prædicitur ad noſtram dicti regni demanium tenore præſentium aggregamus: nec non de certa noſtra ſcientia, & expreſſa conſcientia in verbo noſtro incommutabili regali, earumdemq; tenore præſentium promittimus, & ſimiliter pollicemur terras ipſas, & homines terrar. ipſar. omnes unanimiter in noſtro d. regni demanio ſemper, & omni tempore tenere, & teneri mandare, & conſervare eos in dicto demanio noſtro, & dicti Regni manutenere, & defendere contra quaſcunque perſonas libertati dicti demanii eorum volentes infringere, ſeu contra ea aliqualiter contravenire. Et in caſu quo contra dictam libertatem eorum dicti demanii Majeſtas noſtra contrafecerat, vel veniret, quocunque colore, vel cauſa, quod nullo modo intendimus à præ- D fato per eos nobis præſtito fidelitatis homagio remaneant abſoluti, necnon omnia privilegia tam Papalia, quam Regalia eis, & eorum ſingulis ab hactenus conceſſa confirmare, ratificare, & approbare junta eorum continentiam, & tenorem, & alia de novo eis concedere gratioſe junta petitiones eorum, quæ competenter fieri debeant, & honeſtè. Et eas tenore præſentium damus Protonotario regni noſtri, & ejus Locumtenenti, & officialibus aliis noſtris ad quos ſpectat mandamus expreſſe, quod hominibus prædictarum terrarum, & ſingulis eorum, ſi voluerint fieri, faciant in efficaci forma, privilegia, & noſtras alias literas opportunas. Et ad majorem cautelam hominum Ducatus ipſius, volumus & mandamus, quod præſens noſtra ſchedula quouſque noſtra privilegia de prædictis eis, & in conſueta ac debita forma fiant, illud robur firmitatis obtineant, ac ſi eſſent dicta noſtra privilegia magno ſigillo, & aliis ſolemnitatibus roborata, cum de noſtra firma intentione exiſtat præ-*


dicta

*dicta omnia ( ut prædicitur ) eis concedere , & conceſſa firmitati ſtabili remanſura, & ad abundantioris eorum cautelæ ſuffragium, ut ipſi conſpiciant Majeſtatem noſtram erga eos benigne procedere, & omnem hæſitationem tollendam, & interpretationem obliqui ſenſus etiam removendam præſentem noſtram cedulam ſubſcriptione manus noſtræ propriæ roboramus, & mandamus, quod vir Magnificus Nolanus Palatinus, & . . . . Comes Collateralis Conſiliarius, & fidelis noſter ſe ſubſcribat ireadem pro majori certitudine præmiſſorum. Nomina vero civitatum, locorum, & terrarum Ducatus Amalphiæ ſunt hæc, videlicet civitas Amalphiæ, Scala, Ravellum, Minorum, Majorum, Atranum, Tramontium, Granianum, Littera, Pinum, Pimontium, Francarum Caprum, Boſitanum, Conca, & Agerolum. Datum Neapoli ſub annulo noſtro ſecreto die 3. menſis Auguſti 4. Ind. Nos præfatus Rex acceptamus, & promittimus ſupraſcripta manu noſtra propria.* A

*Ego Nicolaus de Urſinis Comes Nolanus præfatus de mandato Regio manu propria me ſſ.* B

Cæterum quo anno præciſo Sergius obierit, non conſtat, ſed cum Scipio Ammiratus in deſcriptione Griſonæ familiæ ſe hujus Sergii teſtamentum legiſſe ſcribat anno 1392. ultimo die Auguſti conditum, crediderim illum hoc anno exceſſiſse.

XX XII. 23 PAULUS patria Surrentinus ex Epiſcopo Minorenſi ſucceſſit immediate Sergio, translatus ad hanc Archiepiſcopalem Sedem a Bonifacio IX. Anno deinde 1395. die 9. Novembris promiſit, & recognovit pro Georgio alias Sergio prædeceſſore ſuo, ſic in lib. obligationem Prælatorum, ubi obiiſſe dicitur anno 1401. forte hic Paulus eſt, quem citatus Indiculus poſt Landulphum repoſuit; fatetur tamen cognomen & acta ignoraſse: de eo verò fateor ego præter patriam, ejuſque promotionem ad Epiſcopatum Minorenſem, quæ incidit circa annum 1390. & translationem ad Archiepiſcopalem Sedem hanc, tempuſque Sedis ejus, nil me aliud reperiſse. C



XX XIII. 24 BERTRANDUS, ſeu BERTRAYMUS de Alaneo (utroque nomine vocatum reperio) apud Amalphitanos nobili genere Alaneo natus, vir integerrimæ vitæ, morum gravitate inſignis, & in quo maximorum Præſulum dotes emicuere. Erat is Eugubinæ Eccleſiæ Epiſcopus, antea Famaguſtanus, ætate grandævus, Juris utriuſque Doctor; inſignis Contradictarum, ut vocant, in Curia Romana advocatus, ſenex venerabilis, quando a Bonifacio IX. ad patriæ Sedem translatus eſt, anno ſcilicet 1401. cujus prima mentio in libris obligat. die 7. Februarii notatur. *Celandam*, ait Indiculus, *in civitate Amalphiæ conſtruxit, ac redditus illius dedit Presbyteris, ac Clericis Amalphitanis pro ſalute animæ ſuæ, & multos libros legales in Sacriſtia præfatæ Eccleſiæ locavit, & nonnulla alia bona fecit, bonis moribus & virtutibus ornatus. Vixit autem in ſua Sede annis ſex, & mortuus eſt: cujus corpus fuit collocatum in choro dictæ Eccleſiæ retro leterulum coopertum lapide marmoreo, multum ſubtiliter ſculpto, ſeu facto.* D

Deceſſit Bertrandus ex hac mortali vita anno Domini 1408. die 15. Junii, ſepultus tumulo & loco relato, titulus tumuli eſt hujuſmodi.

*Siſte qui vides mundi pompam modo viator*
*Civilis Doctor Juris, ſacrique Palatii*
*Auditor, Contradictarum cenſor, & alti*
*Pontificis verus Referendarius Famaguſtæ*
*Præſul atque Eugubii tibi Præſul Amalphia tandem*
*Quievit, hic recubat Bertrandus Alaneus, amplo*
*Sanguine & antiquo genitus, corpus terris,*
*Et animam Cælo tribuit currentibus annis*
*Junio in medio fuerat Indictio prima ſepultus*
*Milleſimo quatrocĕteſimo quibus bis jungantur octo.*

Inſignia Alaneæ familiæ Crux ſimplex cerulea in parmula aurea. Poſteriores hujus gentis in Cruce addidere lilia quinque aurea ex dono Carolingorum Regum.



25. ROBERTUS Brancia nobilis Canonicus Amalphitanus, Surrentinus evaſit Archiepiſcopus, literis & moribus ita inſtitutus, ut poſt multos annos in ea dignitate exantlatos ſummis precibus ab Amalphitano Clero exoptatus à Joanne XXIII. Eccleſiam, relicta Surrentina, regendam cœperit an. 1410. die 18. Novembris. An. 1409. cum adhuc eſset Archiep. Surrentinus, *quo die & anno Amalphiæ nobilis vir Carluccius Brancia de Amalphia Præceptor Domini Roberti Branciæ Archiepiſcopi Surrentini de civitate jam dicta Amalphiæ locat apothecam ſitam ibidem Amalphiæ, &c.* Ita in inſtrumento. Prima ejus mentio in lib. obligationum, tanquam Amalphitanus electus notatur die 7. Februarii 1413. Jam ad Occaſum vergebat Robertus ætate grandævus, vegetus tamen, animi fortitudine nulli labori pepercit, ut conceptam de ſe expectationem ab Amalphitano Clero, verbo & exemplo ampliorem redderet: mores Clericorum correxit; ſynodum celebravit, luſtravit non ſemel diœceſim, Eccleſiaſticos ritus edocuit, auxitque Sacerdotum numerum, aucto cenſu in Cathedrali, ut inde majori cum decore divinum perſolveretur penſum; & cum feciſset quod docuerat, jam capularis ſenex condito teſtamento die 15. Junii in choro Eccleſiæ ſuæ, ex epidimiæ morbo piè deceſſit collacrymantibus cunctis, anno 1423. Sepultus in cornu Evangelii nulla proloquente inſcriptione. Statuerat bonus Paſtor ſacellum conſtruere ad honorem Beatiſsimæ Virginis Mariæ, cui devotiſsimus erat, Sancti Andreæ Apoſtoli, ac ſanctæ Mariæ Magdalenæ, una cum ſepulchro in quo condi optaverat, ſed morte præventus non abſolvit quod voverat, publico documento poſteris conſignavit, quod extat in Tabulario Cathedralis. XX XIV.

*Die 22. menſis Martii 15. Indict. 1422. Amalphiæ regnante D. Ludovico III. an. 2. Reverendiſſ. in Chriſto Pater, & D. Dom. Robertus Brancia Archiepiſcopus Amalphitanus cum conſenſu Capituli determinat*

de

*de novo conſtrui facere capellam pro ſepultura ſua ad honorem Dei, Beatæ Mariæ Matris ejus, Beati Andreæ Apoſtoli Patroni noſtri, ac Apoſtolæ Beatæ Mariæ Magdalenæ intus dictam majorem Amalphitanam Eccleſiam in navi magna ſubtus pulpitum magnum, quam dotat de pluribus bonis ſtabilibus deſcriptis, pro faciendis annuis beneficiis pariter deſcriptis, &c.*




XX XV. 26 ANDREAS de Palearea nobilis Salernitanus ad Amalphitanam Eccleſiam ſublimatus à Martino V. Papa 7. Kalend. Julii 1423 *a*. vir fuit ingenio acri, teſte Chronica, Clerum, populumque Amalphitanum vehementius inſectatus odioſus evaſit, unde neceſſitate ductus Majori in oppido per multos annos moram fecit, & cum viginti quinque annis varia ſui nominis fama Amalphitanam rexiſset Sedem, Majori morbo correptus teſtamentum condidit, & nonnulla bona Metropolitanæ Eccleſiæ, Clericiſque ad animæ ſuæ expiationem, præter expectationem reliquit, obiitque Salerni anno 1449. die 26. Julii: corpus Amalphim delatum, ut ipſe mandaverat, in ſua Eccleſia ſepultum: ſarcophago, ubi effigies ejus & inſignia ſpectantur, hæc inſcribuntur.

*a* 1424. die 10. Julii. ex Actis Conſiſt.

*Hic jacet corpus Domini Andreæ*
*de Palearéa de Salerno*
*Archiepiſcopi Amalphitani,*
*qui obiit*
*anno Domini M. CCCCIL.*
*die xxvi. Julii xii. Indictionis,*
*cujus anima requieſcat in gaudio*
*ſempiterno.*

XXX VI. 27. Fr. ANTONIUS de Carleno Neapolitanus Ordinis Prædicatorum nobilis alumnus, in Theologica facultate vir clariſſimus, moribuſque probatus ex coadjutore Andreæ evaſit Archiepiſcopus tertio Idus Auguſti 1449. Nicolao V. Papa apud, quem ob eximiam ſuam virtutem valuit, cui Eccleſiæ ſumma omnium laude præfuit annis 11. deceſſit anno 1460. in Cathedrali in ſacello S. Thomæ Aquinatis ab ipſo condito, marmoreo incluſus tumulo. („ *Piſano Concilio interfuit adhuc in mi-* „ *noribus conſtitutus, ubi glorioſiſſimè plurles diſpu-* „ *tavit, & Alexandri Papæ V. partes infracto ani-* „ *mo ſuſcepit*. Altamura in Bibl. Domin.)




XX XVII 28 NICOLAUS de Miraballis nobilis Neapolitanus Joannis ea tempeſtate viri ditiſsimi filius, Juris utriuſque Doctor clariſſimus, ac variis pro Ferdinando I. Rege Neapolitano ad Chriſtiani orbis Principes functus legationibus, ex Regio Conſiliario Amalphitanus Archiepiſcopus declaratus eſt a Pio II. Pontifice an. 1460. die 16. Maii. Fuiſse Nicolaum magnæ liberalitatis, ac eximiæ probitatis virum, Archiepiſcopale palatium magnificè reſtauraſse, ornamenta plura, ac ſpecioſa Cathedrali ſuæ Eccleſiæ donaſse ſcribit ſæpe citata Præſulum Amalphitanorum Chronica; annis quindecim ab accepta dignitate ſupervixit; deceſsitque 1475. die 15. Aprilis Neapoli ſepultus in æde Divi Joannis de Carbonaria in majorum ſuorum oſsuario. Nicolai hujus temporibus, fortaſse conſilio, Ferdinandus I. Siciliæ Rex ob eximia merita Pii II. Pontif. & beneficia ab ipſo accepta, Antonio Piccolomineo Pii nepoti, Mariæ filiæ ſuæ marito, ſuiſque filiis deſcendentibus Amalphitanum Ducatum dono dedit. Integrum ſeculum Antonii ſucceſsores Amalphitanum tenuere Ducatum, quibus exactis, ſub Regio demanio redactus nuper à Philippo IV. Hiſpaniarum Rege iterum transfuſus eſt in Octavium Piccolomineum Cæſari a copiis militaribus Ducem longe clariſsimum, qui nuper mortem obiit nulla de ſe relicta prole: ſic Ducatus ad Regium demanium rediit. Porro libet hic feudalis donationis documentum ex authentico copiali exſcribere, quod Ferdinandus cudit ad favorem Antonii, cujus tenor talis eſt.

*Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem & Hungariæ, univerſis & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis tam præſentibus quam futuris.*

*Majorum noſtrorum more ex quaſi naturali jure uſitatum accepimus illos dignitatum titulis illuſtratos fuiſſe, qui ad Reges, noſtroſque Principes augendos conſervandoſque ſtatum, fortunas, tempuſque omne poſuerunt, nihilque omiſerunt ad id quod neceſſarium, aut quod utile videretur. Sanè occurrente humanæ ſortis caſu immortalis memoriæ divi, & excelſi genitoris noſtri Regis Alphonſi, plerique magnates, & Barones Regni, de quibus maxime confidendum erat, in noſtrum ſtatum inſurrexerunt, rebellionem notoriam committendo, & antiquum noſtrum hoſtem Joannem Lotharingiæ Ducem in hoc Regnum introduxerunt, exortis hinc guerris Reipublicæ Regni, & noſtro pacifico ſtatu fluctuante pro ipſa Regia noſtra celſitudine augenda conſervandaque, ac reſtituenda fidem, ſpemque non mediocrem Illuſtrem Antonium de Aragonia de Piccolominibus hujus Regni Magiſtrum Juſtitiarium gentium noſtrarum, armorum generalem, Locumtenentem, Collateralem, Conſiliariumque noſtrum, ac generum, filiumque chariſſimum ingeſſimus, atque multo majoribus eundem dignum reputamus, qualiter fiunt gratiæ infraſcriptæ, necnon ſperantes ipſum quotidie majora laudabilioraque pro ſtatu noſtro facturum, ad hoc reſpectum debitumque habentes ad paterna innumerabiliaque beneficia in nos à Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Domino noſtro Pio II. Pontifice Summo collata, & quæ quotidie magis magiſque confert: unde erga ipſum Antonium ejus nepotem merito inducunt, ut ſimus liberaliores. Inſuper, ut in Illuſtrem & chariſſimam filiam noſtram Mariam de Aragonia paternum affectum charitatemque, ut erga filiam benemeritam oſtendamus, necnon contemplatione matrimonii inter ipſos Antonium & Mariam per verba de preſenti initi, & firmati, ad obſervationem capitulorum de ipſo matrimonio factorum, & firmatorum, quæ in omnibus & per omnia ad unguem ſervari intendimus, & volumus tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, motu proprio, liberalitate mera, ſpeciali gratia, & noſtra dominica, regiaque poteſtate, & auctoritate eoſdem Antonium, Mariamque cum omni proſapia, liberis, hæredibuſque ſuis ex eorum corporibus legitime deſcendentibus nobilitando in Ducem, Duciſſamque eligimus, & extollimus Ducatuſque titulo, honore, & dignitate exornamus, decoramuſque,*

*ipſis Antonio & Mariæ conjugibus, hæredibus, & ſucceſſoribus eorum utriuſque ſexus ex ambobus deſcendentibus in futurum damus, concedimus, & donamus civitatem Amalphiæ de provincia Principatus Citra, cum honore, & titulo Ducatus cum omnibus Civitatibus, Terris, Caſtellis, Fortellitiis, diſtrictibus, Caſalibus, Villiſq; ſubjectis eidem, vel eiſdem ad ipſum Ducatum Amalphiæ ſpectantibus, & pertinentibus, videlicet civitatem Scalarum, civitatem Ravelli, civitatem Minori, terram Tramonti, terram Ageroli, ad præſens in dominio & poſſe noſtro exiſtentes, & partem dicti Ducatus, videlicet civitatem Amalphiæ, Civitatem Scalarum, & terram Ageroli à nobis recuperatis, & expugnatis, quæ à noſtra fide & obedientia defecerant, propter notoriam rebellionem, & crimen læſæ Majeſtatis Eleonoræ de Aragonia, & aliorum rebellium noſtrorum notoriorum adhærendo, parendo, favendo, & aſſiſtendo Joanni Duci Lotharingiæ hoſti noſtro notorio prædicto, & hujus Regni noſtri publico invaſori, &c.*

Datum eſt hoc privilegium in Caſtello novo civitatis Neapolis per ſpectabilem & magnificum virum Honoratum Gaetanum Fundorum Comitem Regni Logothetam & Protonotarium, Collateralem, Conſiliarium, & fidelem, die 23. menſ. Maii 9. Indict. 1461.

XXXVIII. 29. JOANNES Nicolinus Florentinus Othonis filius viri nobiliſſimi, ex cujus familia plures olim ſummum Magiſtratum Vexilliferorum Florentiæ, aliaſque ſummas Eccleſiaſticas, tum ſeculares dignitates geſſerunt, quibus Joannes ob eximiam doctrinam, morum probitatem, aliaſque virtutes anteire videtur; quippe doctrina & eloquentia ſpectabilis, muneribus ampliſſimis functus apud Ferdinandum Regem in Neapolitanum, ac Sixtum IV. Pontificem ad Amalphi anum Sacerdotium ex Canonico Florentino ætatis ſuæ an. 25. evectus ann. 1475. ſexto Nonas Octobris, eam Eccleſiam novem omnino annos ſanctiſſime adminiſtravit, ad quem ſcripſit epiſtolam de Epiſcopi inſtitutione Marſilius Ficinus, cujus etiam præclaras laudes paucis ſimplicibuſque verbis non tacuit noſtra Mſ. Amalphitanorum Præſulum Chronica.

*Joannes*, inquit, *de Nicolinis Florentinus in anno 1475. ſucceſſit Nicolao; fuit enim ex nobili proſapia natus, literis eruditus, bonis moribus, & virtutibus ornatus, dives tum patrimonii, quam beneficiorum, ſplendidus, & liberalis, & erga pauperes, & miſerabiles perſonas multum eleemoſynarius, ſectator omnium bonorum operum ſanctorum Religioſorum, qui ann. octavo ſui Pontificatus dictam ſuam Sedem, cum Epiſcopatu Vigintimillienſi reſignando ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, ſuam Archiepiſcopalem Eccleſiam tempore Seren. Regis Ferdinandi Primi de Aragonia in hoc Regno Siciliæ, fuit deceptus, & remanſit ſine Archiepiſcopatu, factus Epiſcopus Titularis.* Archiepiſcopatum Amalphitanum dimiſiſſe habetur in actis Conſiſtorialibus an. 1483. pro quo titularem Eccleſiam Vindocenſem, mox Athenienſem Archiepiſcopatum accepit. Protraxit tranquilliſſimè ætatem uſque ad Julii II. Pontificis tempora, ſub quo Romæ finem vitæ ſuæ impoſuit anno 1504. ſepultus in Divi Gregorii ad Clivum Scauri templo. Hoc monumentum ac elogium habet.

*D. O. M.*

*Joanni Nicolino Othonis filio, qui ob præclaram excellentemque doctrinam Sixto IV. ac Julio II. Pont. Max. Regique Ferdinando Aragonio charus, primo Amalphitanenſi Archiepiſcopo, deinde Epiſcopo Viridulen. poſtremo Athenarum Archiepiſcopo præclarum bonitatis ſuæ ſpecimen dedit. Obiit anno ſalutis M. DIV. ætatis ſuæ LVI.*

*Joannes Angeli, Card. Nicolini filius, apud Sixtum V. Ferdinandi Etruriæ Magni Ducis Orator gentili ſuo memoriæ cauſa poſſ. an. MDLXXXX.*

Vicarium habuit Joannes in Eccleſia Amalphitana Joannem de Ticiis Florentinum excellentem utriuſque Juris Doctorem, qui pro Joanne tunc Florentiæ exiſtente, Eccleſiæ Amalphitanæ poſſeſſorem adeptus eſt die 16. Novembris 1475. Genealogiam hujus præclariſſimæ gentis ſcripſit bonæ memoriæ amicus noſter Florius Brunus Florentinus Monachus Ciſtercienſis in tractatu de Florentinorum familiis adhuc inedito: de qua etiam Petrus Monaldus, cæterique ſcriptores Florentini.

XXXIX. 30 IOANNES BAPTISTA de Judicibus a Ordinis Prædicatorum vir doctrina inſignis, Epiſcopus Albintimilienſis ex dimiſſione Joannis tranſlatus eſt ad hanc Amalphitanam Eccleſiam die tertia Aprilis 1483. Per aliquot menſes Amalphitani Archiepiſcopi titulum tenuit, eoque dimiſſo ad primam ſponſam rediit, deinde factus Archiepiſcopus Patracenſis in ea dignitate Romæ obiit; ut in quarto tomo noſtro ex Actis Conſiſt. retulimus.

a De eo Altamura in Bibl. Dominic. p. 202. Mandoſ.



XL. 31. ANDREAS de Cuncto civis Amalphitanus, ac Epiſcopus Minorenſis Amalpitanam evaſit ad Sedem die 4. Februarii 1484. Regius Scriba erat Andreas, & Antonelli de Petruciis Ferdinandi I. Regis Neapolitani à ſecretis amicus, quando Minorenſis Epiſcopus creatus eſt, cujus etiam beneficio ad hanc Amalphitanam translatus, ejus acta Urſus Presbyter Amalphitanus in Chronica Amalphitanorum Præſulum ſcripta reliquit.

*Cum favore*, ait, *Antonelli de Petruciis de civitate Averſæ Terræ Laboris, qui eo tempore Secretarius erat propter nonnulla ſervitia pro Ioannes de Cuncto de Amalphia circa præfatum Antonellum Secretarium obtinuit præfatum Archiepiſcopatum Amalphiæ pro Reverendo D. Andrea de Cuncto Epiſcopo Minorenſi ejus patruo, qui priuſquam fuiſſet Epiſcopus, erat Regius Scriba, & fuit conſecratus Archiepiſcopus in anno Domini 1484. Præfatus vero Andreas Archiepiſcopus erat civis Amalphiæ, & multa bona fecit Eccleſiæ: fecit videlicet tectum novum totum in navi SS. Martyrum Coſmæ, & Damiani, in quo ſunt ſua inſignia; tectum novum tituli majoris Eccleſiæ cum hiſtoria Nativitatis D. Ieſu Chriſti, & ſeptem Gaudiorum Virginis glorioſæ Mariæ, & in pariete ipſius tituli hiſtoriam Paſſionis B. Andreæ Apoſtoli depingere fecit; medium tectum novum navis ipſius Eccleſiæ, in quo etiamnum ſunt inſignia ſua & arma; organum magnum in navi ipſius Eccleſiæ, chorum parvulum in titulo ipſius Eccleſiæ juxta Sacriſtiam, & dictam cryptam, ſeu capellam per ipſum conditam juxta Sacriſtiam, quæ dotata fuit per eum, cujus redditus eſt annuorum ſcutorum 18 in circa, quos reliquit Presbyteris Capituli Amalphitani pro Miſſis dicendis pro anima ipſius, Reliquiarium magnum argenteum incipere fecit pro corpore Chriſti, ſed priuſquam fuiſſet completũ, vita functus eſt: multas capellas ſericas fecit pro ornatu Eccl. ipſius, calices & thuribula argẽtea, & multa alia bona. Præſ. autem Archiep. fuit multum amabilis ſuorum ſubditorum, liberalis circa pauperes, & benefactor generalis omnium civiũ, & vixit in dicta ſua ſede circa annos viginti, & requievit in*

*pace*

*pace 24. Decembris, cujus corpus fuit honorifice collocatum in tituloMaioris Eccleſiæ Amalphitanæ juxta ſuam capellam coaſtructam, in ſepulchro marmoreo, ut publice apparet.* Urna vero cum ſtatua jacentis Epiſcopi, ubi Andreas humatus eſt, hæc inſculpta verba profert.

*Andreas patria Amalphitanus, atque Amalphiæ Archipræſul dum ſenex vivit. Juvenis ſanctus Sacerdotii provincia optime functus, Deo hominibusque acceptiſſimus, flagrantiſſimo ſui deſiderio omnibus relicto, in æternam domum migravit, pater patriæ acclamatus. Joannes Cunctus multa fruge bona clarus Patruo benemerenti ſua impenſa meritis illius & deſiderio ſuo inferiore, privato mœrore, & luctu publico ingenti perlubens faciundum curavit.*

Sub hoc Andrea anno 1485. qui fuit ſecundus ejuſdem Præſulatus die 21. Aprilis Fr. Pintus Staibanus Ord. S. Benedicti, Abbas ſanctæ Mariæ de Olearea de conſenſu Andreæ Archiepiſcopi, conceſſit territorium cum nemore, & crypta ſitum in Majori diſtrictu Fratri Gabrieli de Cennamo de Majoro, qui eremiticam vitam ducere cupiebat, ad Eccleſiam ædificandam ſub vocabulo ſanctæ Mariæ della Advocata, pro qua conceſſione promiſit idem Frater Gabriel pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus in eodem loco Deo militaturis ratione cenſus quolibet anno die ſancto Paſchæ Reſurrectionis libram unam ceræ laboratæ in perpetuum ſoluturum. Ita in documento.

XLI 32 THOMAS Regalanus Neapolitanus, Ferdinandi II. Regis à ſecretis, ac Conſalvo de Corduba proregi unicè charus, in cujus gratia Archiepiſcopus Amalphitanus electus eſt à Julio II. Papa die 19. Januarii 1504. *Fuit Thomas*, teſte ſæpe citata Chronica, *in litteris humanioribus ſatis eruditus, virtutibus & bonis moribus decoratus, optimæ, dulcis & ſuavis loquelæ, ſub quo tempore homines terræ Majoris ſuppoſuerunt in præfatu terra cum Joanne Rever. Cardinale S. Georgii nepote Sanctiſſimi Julii Papæ II. Præpoſitum facere exemptum à juriſdictione Archiepiſcopali civitatis Amalphiæ cum ſuis Presbyteris, quos in Canonicos elegerunt, cum omnibus aliis beneficiis, quæ ad meram Collationem præfati Archiepiſcopi erant, procurante illo eorum favore quodam Presbytero nomine Guidone familiari ejuſdem Card. S. Georgii, ob quam rem nonnullæ rixæ, & altercationes fuerunt inter cives Amalphitanos, qui pro bono & libertate Eccleſiæ S. Andreæ pugnabunt contra homines terræ Majori, pro qua cauſa multo tempore in Curia Romana litigaverunt, ob quam rem præfatus Thomas Regulanus Archiepiſcopus nunquam requiem in ſua Sede habuit, & prius ex hac vita migravit, quam ſuum deſiderium ad votum duxiſſet, & obiit in Urbe Romana reſignando priuſquam obiiſſet dictam ſuam ſedem Archiepiſcopalem.* Haud longa illi poſt reſignationem vita fuit, nam in actis Conſiſtorialibus habemus die 9. Decembris 1510. Joannem Cardinalem Medicem per obitum Thomæ Amalphitanam Eccleſiam ſuſcepiſſe regendam à Pontifice Julio.



XLII 33. JOANNES Diaconus Card. Medices *a* à Julio II. factus eſt Amalphitanæ Eccleſiæ perpetuus Commendatarius die 9. Decembris anno 1510. abſens illam rexit ferè annos tres. Defunctoque Julio Summus Eccleſiæ Pontifex, ſub nomine Leonis X. anno 1513. renunciatus eſt.

*a De quo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 309.*

34 ROBERTUS Guybe *b* Britto Gallus filius Adeneti, & Olivæ Landais Presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Anaſtaſiæ Epiſcopus Trecorenſis, Redonenſis, & Nanetenſis, Amalphitanam Eccle- in Commendam habuit à Leone X. Pontifice anno 1513. ſed fortaſſis poſſeſſionem pacificam non eſt nactus. Romæ obiit eodem anno 5. idus Novembris durante Concilio Lateranenſi, de quo Guicerdinus lib. 7. Ciacconus, aliique: in Eccleſia ſancti Ivonis Britonum ſepultus. Fuerat Abbas ſancti Melani in Suburbio Redonenſi Ordin. ſancti Benedicti à Salamone Britanniæ Rege fundati. XLIII.

*b De Prie, de quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 364.*



35 ANTONIUS Baleſtrarius *c* nobilis Senenſis Monachus s. Galgani Ordinis Ciſtercienſis in Volaterrana diœceſi, vir in Jure canonico doctiſſimus, ſacræque Theologiæ laureatus ſui monaſterii creatus Abbas anno 1488. diu in Curia Romana ſui Ordinis Procurator generalis fuit; Lateranenſi Concilio interfuit ann. 1512. ſub Julio II. & Leone X. Pont. Maxx. Mortuo Roberto Cardinali, à Leone Amalphitanus Archiepiſcopus renunciatus eſt, in fine anni 1513. Vertente anno 1514. jucundo introitu Amalphiæ exceptus, cum eſſet infracti animi vir, furto Majoricenſis oppidi ſublatam juriſdictionem ſuæ ſubjecit dignitati; ac Majori Clero cornua fregit, dum eorum Præpoſitum ad debitam ſubjectionem & reverentiam coegiſſet, ſublata eidem facultate Epiſcopalia munia exercendi & inſignia: Hæc omnia Leo Pontifex rata habuit, ac ſuo diplomate confirmavit exultante præ gaudio Antonio: quamobrem deinde à Maiorenſibus odio proſecutus, à cuncto verò Clero & populo Amalphitano ſummè dilectus, ferè per annos tres bene hanc Eccleſiam adminiſtravit, laboribus & ſenio jam fractus eam ad favorem Cardinalis Puccii liberè reſignavit anno 1516. pauloque poſt, Romæ fatis conceſſit, ibidem ſepultus. Patrem habuit Americum virum clariſſimum, quem defunctum ann. 1481. dum ille Abbas ſancti Galgani eſſet ſolemni pompa funeravit Senis in Eccleſia ſancti Spiritus, ac marmoreo ſepulchro incluſit, quod extat, ubi hoc elogium poſuit. XLVI

*c Hujus meminit Ugurgerius in Pompis Senenſibus.*

*Hic Americus humor, ſed quid ſim noſce viator*
*Pulvis, humus, tellus, putrida terra, cinis.*
*Expoſita ſemper fuerat mea vita labori*
*Dum vixi, placida eſt jam mihi data quies.*
*Octuaginta fluens mundus mihi præſtitit annos*
*In vita humanus, ſanctus in æternum.*
*Si quæris qui me huc intruſit: Siſte, dicetur;*
*Filius ornavit hæc monumenta meus.*

*Americo Baleſtrario.*
*Antonius Abbas ſancti Galgani*
*Patri benemerenti*
*P.*
*M. CCCC. LXXXI.*

De Antonio præter acta Conſiſtorialia honorificam mentionem fecerunt, Antonius Libanorus Ab-

bas in vita S. Galgani. Iſidorus Ugurgerius Ordinis Prædicatorum vir eruditus, ac patriæ ſuæ antiquarum rerum peritiſsimus in libro de viris; Illuſtribus Senenſibus, Gaſpar Jongelinus in notitia Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis, ac monumenta Abbatiæ ſancti Galgani olim toti Thuſciæ, imo Italiæ toti celeberrimæ, quæ tot viros ſanctimonia vitæ, & Eccleſiaſticis dignitatibus clariſsimos genuit, nunc Commendatariorum incuria, ſqualore, & ruina pene deformata ſola ſedet quaſi vidua plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt, conſolabitur Deus in noviſsimo die quando unicuique reddet juxta opera ſua. Interim redeamus unde digreſsi ſumus.



XLV. 36 LAURENTIUS Cardinalis Puccius a ex ceſsione Antonii Amalphitanum ſuſcepit Sacerdotium anno 1516. & nedum completo anno cum regreſsu reſignavit.

a De eo Ciaconius Oldoinus tom. 3. col. 387.



XLVI. 37 HIERONYMUS Planca de Incoronatis Romanus ex Canonico Vaticanæ Baſilicæ à Leone X. pronunciatus eſt hujus Sedis Archiepiſcopus 15. Junii 1517. ſedit annis duobus, & cum die 3. Junii 1519. à Cardinali Puccio in ſacello Pontificio munus conſecrationis accepiſset, poſt tertium diem hoc eſt 6. Junii ejuſdem anni liberè Amalphitanam Eccl. dimiſit, factus Archiepiſcopus Cæſarienſis, ac die 15. ejuſdem translatus eſt ad Epiſcopales Sedes Hieracenſem & Oppidenſem tum ſimul unitas. Vir fuit non ſatis laudatæ famæ, ut in Ephemeridibus Romanis ſcriptum inveni in hæc verba. *Die 21. Auguſti anno 1534 obiit Hieronymus Planca de Incoronatis Archiepiſcopus Amalphitanus ſatis malæ famæ, de quo frater ſuus, & alii conjuncti parum contriſtati ſunt.* Sepultus ad Minervam. De quo iterum in Epiſc. Hieracenſibus & Oppidenſibus ſed parce, cum nulla digna ab ipſo tot in Eccleſiis, totque annis acta invenerim, quæ poſteris ad exemplum recitarentur. Nobilis fuit Hieronymus, ſed numquam laudavit nobilitatem Theodectus, quæ dominis uteretur indignis.

XLVII. 38 HIERONYMUS Vitelli de Janderonibus Senenſibus, Rodulphi filius, cum eſset Subdiaconus Apoſtolicus nec illiteratus juvenis, in ſpe futu-

A



B ræ virtutis à Leone X. Pontifice Amalphitanæ Eccleſiæ datus eſt Archiepiſcopus die 6. Junii 1519. Pontificatum iniit eodem anno, ſeditque annis decem ſine laude virtutis. Memini de eo in Epiſcopis Anconitanis ſcripſiſse, ſi alibi eius memoria occurreret libenter perpetuæ oblivioni tradidiſsem, niſi candor quem in ſcribendo ſemel profeſsi ſumus ad ipſius nos repetendam memoriam impelleret, multa ſiquidem hoc in loco nobis de eo dicendi ſeſe offert occaſio, quæ ſi dixero viro Eccleſiaſtico indigna, non ſatis dixero: & ne aliis ſcandalum ſit pa-veſco; hæc verba dixiſse ſufficiant. Sed hæc inter Hieronymus iſte juvenis, & nobili genere natus, ut de eo loquitur Urſus Presbyter Amalphitanus, qui eodem vivebat ſeculo in Chronica Amalphitanorum Præſulum, à Canonicis apud Sedem Apoſtolicam de gravibus criminibus accuſatus coactus eſt Archiepiſcopatum dimittere. Quæ autem fuerunt iſta crimina clarè habemus apud eandem Urſi Chronicam, ubi plurima & maxima recitantur.
C *Nolens igitur volens Archiepiſcopatui ceſsit, & pro eo ex ſpeciali Clementis VII Pont. benignitate, Maſſanam in Etruria Eccleſiam accepit ann. 1530.* ex qua 1538. (male in primo tomo 1528.) translatus eſt ad Anconitanam: duodecim annis meliori fama illam rexiſse habetur, eamque anno 1550. dimiſit, pauloque poſt ingloriuſ obiit, relicto poſt ſe Joanne Andrea filio notho Abbate Commendatario S. Galgani viro patri haud diſsimili, de quo alibi.



D

39 FERDINANDUS Annius, ſeu de Anna Neapolitanus Patritiæ ſtirpis clariſsimæ ſedilis Portenovenſis, ab Epiſcopatu Galinenſi b ad hanc Amalphitanam Eccleſiam traductus, à Clemente VII. anno 1530. 21. Octobris quanquam excelſi animi, & excellentis ingenii vir eſset, & Theologica facultate illuſtris, nullius tamen pietatis commendatur in Amalphitanæ Eccleſiæ gubernio; implacabili enim odio, ex ſolo avaritiæ genio, Clerum toto Archipræſulatus ſui tempore perſecutus, viciſsim à Clero, totoque Amalphitano populo juſtè poſtulatus variis criminibus apud Paulum III. Pontificem accuſatus, Romæ carceres tulit, XLVIII

b Ex cedulis Conſiſt. conſtit regimini Eccleſiæ Calinen. antequam munus conſecrationis ſuſcepiſset: fuerat enim adminiſtrator deputatus Eccleſiæ Calinen. quia erat in 27 ætatis ſuæ anno, donec ad ætatem legitimam perveniſset.

& in-

& incommoda, dimiſſoque Amalphitano Sacerdotio, Bovinenſis evaſit Epiſcopus anno 1541. cujus acta in Amalphitana Eccleſia ab ipſo patrata, non ſine livore exhibet ſæpe citata Urſi Presbyteri Chronica. Cæterum Ferdinandus ad cor reverſus vitam deinceps duxit digniſsimam, inclaruitque legatione pro Pontifice ad Carolum V. Imperatorem, & inter Patres Concilii Tridentini aſsedit: ſummique Theologi laudem tulit. Vita defungitur Cajetæ, anno 1565. dum Romam peteret, ibidem ſepultus. De quo non ſine laude in Epiſcopis Bovinenſibus redibit ſermo. Ejus cum laude meminit Scipio Mazzella, in deſcriptione Neapolitani Regni. Cæterum Ferdinando ſedente in Malphitana Eccleſia Dominicus cum aliis fratribus ſuis germanis ex nobili Bonita familia ex bonis propriis redditus Amalphitani Archidiaconatus auxere, quamobrem Paulus III. Pontifex anno 1538. dignitatem Archidiaconatus, & jus ad illam perpetuo præſentandi transfudit per hæc verba in bullis ſuper iis Romæ datis, quas hic exſcribimus ab autographis exemplatas.

*Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Dominico, Petro Antonio, Laurentio, Camillo, Angelo, Maxentio, Bartholomæo, & Nicolao Matthæo, de Bonitò laicis Amalphitanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Singularis devotionis affectus quo nos & Romanam reveremini Eccleſiam promeretur, ut votis veſtris, per quæ vobis, & poſteris veſtris honor accreſcat, quantum cum Deo poſſumus favorabiliter annuamus. Sanè pro parte veſtra nobis nuper petitio continebat, quod cum fructus, redditus, & proventus Archidiaconatus Eccleſiæ Amalphitanæ, qui inibi dignitas poſt Pontificalem major exiſtit ſex ducatorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedant, vos qui fratres eſtis, fructus, redditus, & proventus hujuſmodi ad ſimilem valorem ex bonis veſtris augere intendatis, ſi jus patronatus, & præſentandi perſonam idoneam ad ipſum Archidiaconatum, quoties illum vacare contigerit, vobis veſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum reſervetur, & concedatur. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis, veſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus præfatis jus patronatus, & præſentandi perſonam idoneam ad Archidiaconatum hujuſmodi, ut præfertur, perpetuo reſervare, & concedere, ac alias in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur volentes vos, & poſteros veſtros favore proſequi gratię ſpecialis, voſque & quemlibet veſtrum à quibuſvis excommun. ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis poſtquam fructus, redditus, & proventus Archidiaconatus hujuſmodi ad tantundem illorum annuum valorem de bonis veſtris auxeritis quoad vixeritis, & vita functis veſtris hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum jus patronatus, & preſentandi Ordinario loci, ſeu ejus in ſpiritualibus Vicario generali perſonam idoneam ad dictum Archidiaconatum, etiamſi ad illum conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, quoties illum per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionē, aut alio quovis modo & ex cujuſcunq; perſona etiam apud Sedem Apoſt. vacare contigerit per ipſum Ordinarium, ſeu Vicarium ad præſentationem hujuſmodi inſtituendum, ita quod exiſtentibus maſculis ex familia veſtra de Bonito jus patronatus, & præſentandi hujuſmodi ad illos, ipſis verò deficientibus ad fęminas ejuſdem familiæ, & deſcendentes ex eis perpetuo pertineat auctor. Apoſt. tenore præſentium reſervamus, & concedimus. Decernentes jus patronatus, & præſentandi hujuſmodi illius omnino roboris, naturæ & efficaciæ exiſtere, cujus exiſteret, ſi vos Archidiaconatum hujuſmodi totaliter fundaviſſetis, & dotaviſſetis, ac quaſcunque collationes, proviſiones & alias diſpoſitiones de eodem Archidiaconatu etiam per reſignationem, etiam ex cauſa permutationis, aut obitum, promotionem, ſeu quemvis alium modum, vacante etiam apud Sedem præfatam, etiam lite ſuper illo pendente, per loci Ordinarium & quamcunque aliam perſonam, ſine conſenſu, aut præſentatione veſtrum, ſeu hæredum, & ſucceſſorum prædictorum deinceps quomodolibet facien. nullius prorſus roboris, vel momenti exiſtere, & pro penitus infectis, quoad omnia haberi, & ſic per quoſcunque Judices quavis auctoritate fungentes, ſublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere: necnon irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunq; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, reſervationis, concesſionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare prę ſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſuram. Datum Romæ apud S. Petrū an. Inc. D. 1538. Kal. Dec. Ponf. noſtri an. V.*

Sequitur alia bulla.

*Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Vicariis venerabilium fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum Neapolitan. & Salernitan. ac Ravellen. Epiſcopi in ſpiritualibus generalibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Hodie dilectis filiis Dominico, Petro, Antonio, Laurentio, Camillo, Angelo, Manentio, Bartholomęo, & Nicolao Matthæo, de Bonitò laicis Amalphitan. ut aſſerebant fratribus germanis quoad viverent, & eis vita functis eorum hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum jus patronatus, & præſentandi Ordinario loci, ſeu ejus in ſpiritualibus Vicario generali perſonam idoneam ad Archidiaconatum Eccleſiæ Amalphitanæ, quoties illum per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, aut alio quovis modo, & ex cujuſcunq; perſona etiam apud Sedem Apoſtolicam vacare contingeret per ipſum Ordinarium, ſeu Vicarium ad præſentationem hujuſmodi inſtituendi, poſtquam ipſi fratres de eorum bonis, fructus, redditus, & proventus ipſius Archidiaconatus ad tantūdem illorum annuum valorem auxiſſent, ſub certis modo & forma per alias noſtras literas reſervavimus, & conceſſimus prout in eiſdem literis plenius continetur. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, ſi & poſtquam dictæ literæ vobis præſentatæ fuerint per vos, vel alium, ſeu alios faciatis auctoritate noſtra fratres ac hæredes, & ſucceſſores prædictos poſſeſſione, ſeu quaſi juris patronatus, & præſentandi hujuſmodi pacifice uti, frui & gaudere, non permittentes eos deſuper per dictum loci Ordinarium aut Vicarium, ſeu quoſcunque alios quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores autem veſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus omnibus quæ in dictis literis voluimus non obſtare, aut ſi Ordinario, & Vicario præfatis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1538. V. Kalend. Decembris Pontif. anno V.*

40 Fr. ALPHONSUS Oliva de Aquapendente Ordinis Eremitarum s. Auguſtini, Apoſtolici Sacrarii Cuſtos, clarus moribus, & doctrina, ſtudio Cardinalis Alexandri Farneſii Epiſcopatui præficitur Bovini, quem cum per aliquot dies tenuiſset, cum Amalphitano Sacerdotio commutavit anno 1541. die 13. Martii. Poſſeſſionem nanciſcitur XLIX.

8. Julii per Angelum Olivam ſuum Procuratorem: ipſe nec primam, nec ſecundam vidit ſponſam, inviſuſque ab illis Romæ deceſſit 24. Octobris 1544. cui ſuffectus eſt in Sacrarii Apoſtolici præfectura Jacobus Barba Neapolitanus, poſtea Epiſcopus Aprutinus. Ejus meminit cum laude Angelus Raccha in Chronica Sacrarii Apoſtolici in 15. Sacriſta: Joſeph Panphilius in Chronica Auguſt. Eerrera in Alphabeto Auguſtiniano, & Acta Conſiſtorialia: in monumentis Amalphitanis tantum de eo obſervavimus fuiſſe virum morigeratum, ac Sacræ Theologiæ Doctorem; nihil tamen boni feciſſe ſuæ Eccleſiæ. Certè Amalphitani à tribus ejus prædeceſſoribus male vexati ſatis ſibi fuiſſe viſi ſunt pro malo bonum accepiſſe Paſtorem & ab inhumanitate alienum.

L. 41 FRANCISCUS Sfrondatus, *a* Gregorii XVI. Pontificis pater, ex Epiſcopo Sarnenſi Archiepiſcopus Amalphitanus 27. Octob. 1544. poſtea Caputaquenſis, Cremonenſis & Cardinalis, de quo vide tom 4. in Epiſcopis Cremonenſibus.

*a* De eo Ariſius in Crem. lit. to. 4. p. 117.

LI. 42 TIBERIUS Criſpus *b* Romanus S. R. E. Diac. Card. S. Agathæ, Amalphitanam Eccleſiam habuit commendatam die prima April. 1547. quam dimiſit 1561. obiit Epiſcopus Cardinalis Sabinus anno 1566. pridie Nonas Octobris Sutrii, cujus erat Epiſcopus, de quo alibi.

*b* De quo Ciaconius Olloini tom. 3. col. 906.




LII. 43 MAXIMUS de Maximis nobilis Romanus per ceſſionem Cardinalis Criſpi die 17. Mart. 1561. Amalphitanus Archiepiſcopus renunciatus, ſedit annos 9. ac liberè ſe abdicavit anno 1564. die 21. Junii, iterumque Cardinalis Criſpus ratione regreſſus quem habebat per aliquot menſes hanc adminiſtravit Eccleſiam.



LIII. 44 MARCUS ANTONIUS Bozzutus *c* Neapolitanus Capuanæ Seſſionis Patritius, Ludovico & Lucretia Guindazia ortus parentibus, inſignis nobilitatis vir, ob doctrinæ & eruditionis, ingenii, animiq; magnitudinem Annibalis Bozzuti Card. & Scipionis Epiſc. Calvenſis, mox Luceriæ, fratrum germanorum haud impar, Paulo IV. ac Pio IV. Pontificibus Maximis ſummè charus Amalphitano Archiepiſcopatui donatus 7. Sept. an. 1565. vix elapſo menſe Cardinalem fratrem cum lacbrymis Neapoli funeravit in Metropolitana Eccleſia; ejuſdemque virtutum æmulator Amalphitanam Eccleſiam rexit annis quinque; moritur anno 1570. maximo de ſe deſiderio relicto. Ex hac proſapia floruit Ludovicus Archiepiſcopus Neapolitanus, aliique plures Dei Eccleſiæ Prælati, & inſignes viri.

*c* Bozzutus.



45 CAROLUS Montilius Pedemontanus Caſalenſis magnæ exiſtimationis & doctrinæ vir inclaruit apud Principes, & Pontifices Maximos, in Amalphitana Eccleſia ſucceſſit Bozzuto 20. Novembris 1570. abſens illam adminiſtravit annos fere ſex, & translatus ad Viterbienſem ſub Clemente VIII. in Gallia diem clauſit extremnm, de quo vide tom. 1. in Epiſcopis Viterbienſibus. LIV.




46 JULIUS Roſſinus Maceratenſis, vir ſtirpe & eruditione nobilis. Juriſque conſultus clariſſimus eligitur Amalphitanus Archiepiſcopus die 28. *d* Martii 1576. Sixto V. Pontifici n paucis charus Neapoli Apoſtolicus Nuntius factus, ubi Illuſtri in urbis loco in Toletana via ampliſsimas extruxit ædes. quæ ſucceſſoribus etiam deſervirent, ut ex ejus inſignibus patet, revocatus Romam Peruſio præficitur, quibus in locis optimum virum, prudentiſſimum, & ſolertiſſimum egit, quominus autem virtuti hominum debitum perſolveretur præmium, immatura mors abſtulit Pontificis. In propriam igitur revertitur Sedem, Eccleſiæque, Clero, & plebi, in duabus ſynodis diœceſana, & provinciali celebratis anno 1597. ſalutaribus conſtitutionibus editis conſulens, & variis ornamentis Eccleſiam Metropolitanam exornans dulce ſui deſiderium excitat, & bonorum amorem ſibi conciliat, æquus omnibus, nemini iniurius, vel infenſus, poſt Sedem annorum quadraginta moritur die 9. Jannarii 1616. Sabbathi hora 13. ſepelitur in Cathedrali in chori medio. Leguntur ſarcophago inſcripti verſus & inſcriptio. LV.

*d* Die 28 Maii.

Hic

*Hic jacet Antiſtes priſcæ Roſſinus Amalphis*
*Parthenope faſces, Umbria tulit opes.*
*Julio Roſſino Amalphiæ inſtrit octo Præſuli vigilantiſſimo, Apoſtolicæ Sedis Neapoli Legato, ſive Nuncio, in Umbros juſtitiæ, ac Religionis cultori conſpicuo, finem univerſæ carnis ingreſſo, & hic reſurrectionem expectanti.*

Habuit Coadjutorem cum ſpe futuræ ſucceſſionis quendam Fratrem Joannem Baptiſtam Ordinis Minorum Conventualium anno 1589. die 2 Maji à Sixto V. delectum, qui parum deinde ſupervixit (1).

LVI. 47 PAULUS ÆMILIUS Philonardus, Romanus de Bauco *a*, filius Scipionis & Brigidæ de Ambroſiis Anagninæ, frater germanus Philippi Cardinalis, ex Canonico & Altariſta Vaticanæ Baſilicæ, utriuſque Signaturæ Referendario à Paulo V. renunciatus eſt Amalphitanus Archiepiſcopus die 8. Februarii 1616. ſtatimque Apoſtolicus Nuncius Neapolim miſſus, Eccleſiam ſuam inviſit, ſedit annis octo. Defunctus Romæ eſt, dum Apoſtolici Sacelli aſſiſtens eſſet anno 1624. die 23. Auguſti. Temporaneum tumulum accepit in Eccleſia ſancti Andreæ de Valle, decimo poſt anno in Eccleſia ſancti Caroli de Catinariis relatus in ſacello ſuæ familiæ pulcherrimo, & majorum tumulo conditus, ubi prope eum jacent præter Cardinalem, alii germani fratres, Alexander nempe Aquinatis Epiſcopus, Marius Avenionenſis Archiepiſcopus, & Prolegatus, olim Nuncius Apoſtolicus apud Poloniæ Regem, vir prudentia, morum elegantia, & varia litteratura longe clariſſimus, qui Romæ obiit anno 1644 die 15. Auguſti, dum comitia pro novo creando Pontifice haberentur, quem male Paulum diximus in Epiſcopis Aquinatenſibus, cum de Philippo Cardinale loqueremur. Jacet etiam prope Paulum Cæſar horum frater Canonicus ſancti Petri defunctus die 18. Decembris 1639 De aliis cæteris Philonardæ familiæ Epiſcopis, vide quæ diximus in Ennio Pauli III. Card. in primo tomo *b*.

*a* Ideſt de Bauci Dominis.

*b* Et quæ nos diximus in X. tom. in addend. & corrigendis.

LVII. 48 JACOBUS Theodulus Forolivienſis, Romæ natus ſucceſſit Paolo die 17. *c* Martii 1625. ſedit an. 1. translatus eſt ad Eccleſiam Forolivienſem anno 1639. *d* die 7. Junii. Corrigendus eſt annus in Epiſcopis Forolivienſibus in Jacobo, ubi dicitur 1638. ſcribendus 636. *e*

*c* Die 7. Aprilis.

*d* 1615.

*e* 1635.



LVIII 49 MATTHÆUS Granitus Salernitanus Patritii generis è Cavenſi Epiſcopatu ad Amalphitanam Eccleſiam traductus an. 1635. die 17. Septembris; vir omnium virtutum genere, ac ſapientia clarus, & admirabilis fuit. Cathedralem Eccleſiam ſacra ſupellectili magnifice auxit, prædeceſſorum ſuorum longe ſuperavit munificentiam; Clericorum Seminarium inſtituit, Epiſcopale Palatium vetuſtate deformatum ære proprio reſtituit & ornavit; vixit enim laudabilis Præſul Clero, & populo gratiſſimus, in ea dignitate tribus fere annis, vitamque mortalem cum immortali Salerni commutavit anno 1638. die 30. Maji, ibi in Metropolitana Eccleſia, & ſacello majorum ſepulchrum accepit, hoc cœnotaphio ad tumulum exarato.

D. O. M.

*Matthæo Granito Cavenſi primum, mox Amalphitano Antiſtiti, Jo. Aloyſij filius, qui morum nobilitati, virtutibus, ac litteris ſuam addidit ſublatus ann. ætatis lix. die Maii xxx. Anno M. DC. XXXVIII. Adjacet filio Orinthia de Afflicto Cæſaris I.C. & Victoriæ ex Fuſcis Ravelli genita, extincta anno ætatis lxxv. die xxv. Aug. M. DC. XXXV. Matri fratrique dulciſſimis Fran. Antonius amoris ac doloris hæres. P.*



LIX. 50 ANGELUS Picus *f* nobilibus parentibus Burgi S. Sepulchri in Etruria natus, Eques S. Stephani, utriuſque Signaturæ Referendarius ab Urbano VIII. Pontifice electus fuit Archiepiſcopus Amalphitanus anno 1638. vix adeptus poſſeſſionem diœceſim luſtravit, coactoque Cleri cœtu luculentam habuit orationem, Synodum celebravit die S. Luciæ in Metropolitana ann. 1639. ſtatuta ſuę diœceſis in meliorem formam redacta promulgavit, Metropolitanam conſecravit, odeo, organo, ac nobili ſuggeſtu exornavit, Seminarium a prædeceſſore inſtitutum erectumque conſtabilivit; pervigili cura expectationem de ſe excitatam longe ſuperavit, & cum ſediſſet annos decem translatus eſt ad Eccleſiam Miniatenſem in Etruria. Ejus memoriam Octavianus Bonitus Archidiaconus, ejuſdemque generalis Vicarius in Metropolitanæ Eccl. titulum excitavit, hiſce conceptis verbis perpetuo duraturã.

*f* De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ, & Mar. ... in Bibl. ... quit MS. Fuse vero de ejus familia G... de famil. Umbriæ & Tuſciæ vol. 2. p. 170. Mandoſ.


*Angelo Picho Archiepiſcopo Amalphitano, qui Seminarium erexit, Eccl. conſecravit, ſuggeſtum marmoreum extruxit, organum auro inſignivit. O. Savius Bonitus tanti Pręſulis Vic. generalis publicum grati animi monumentum P. ſingula quoque hujus atrii inſignia, duobus antiquis inſtauratis, fieri curavit. Anno Domini M. DC. IIL.*

Mortem obiit Pichus in Miniatenſi civitate, an. 1653. ſepultus in ea Cathedrali.

LX 51 STEPHANUS Quarãta *g* nobili gente Neapolitana natus, Clericus Regularis, humanarum, divinarumque litterarum ſummis viris comparandus, cujus opem Innocentius X. Pontif. Max. & Cardinales in arduis Urbanarum Congregationum negotiis moderandis uſi fuerunt, ex translatione Angeli conſtituitur Archiepiſcopus ab eodem Innocentio die 11. Octobris 1649. in ipſo ætatis flore, conſecratur a Cardinale Fraociotto in æde ſancti Andreæ de Valle, die 21. Novembris, aſſiſtentibus Joanne Baptiſta Rinucino, Firmano, & Luca Torrigiano Ravennatenſi Archiepiſcopis. Solemni ritu Amalphim ingreditur die 2. Januarii 1650. totum in eru-

*g* De quo fuſe Silos in hiſt. Cleric. Regul. par. 2. p. 51. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 286. Mandoſ.

(1) Vincentium Bonincontrum Panormitanum, Ordinis Prædicatorum electum fuiſſe Archiepiſcopum Amalphitanum à Paulo V. ſummo pontifice, mox ad Epiſcopalem Agrigentinæ Eccleſiæ ſedem an. 1607. translatum aſſerit Antoninus Mongitore in Bibliotheca Sicula tom 2. p. 297. Verum ab anno 1605. quo Paulus V. Petri ſolium conſcendit, ad an. 1607. quo dicitur ad Agrigentinam Cathedram translatus Vincentius, non vacavit ſedes hæc Amalphitana, ut ad illam evehi poſſet Bonincontrus, de cujus Præſulato Amalphitano ne verbum quidem ſcriptores Dominicani, nec epitaphium Bonincontri tumulo inſcriptum, ut videre eſt apud Fontanam in Theatro Domin. p. 146.



erudiendo Clero, populoque ritè & ſanctè inſtituendo ſe dedit, & ob eximium morum probitatem affabilitatemque incomparabilem omnibus charus, pergit in dies expectationem de ſe conceptam augere; plures eſſent hoc in loco virtutes ejus recenſendæ; ſed a viventis amici laudibus abſtineo, non tamen tacebo quantum hactenus ipſe in excolenda Metropolitana Eccleſia laboraverit, cum his verbis ad lęvam arę maximę in eadem Eccleſia inſcriptum proloquatur monumentum, quod hic exhibemus.

*D. Stephanus Quaranta Neapolitanus ex antiqua nobili Neapolitana familia in pręclara Theatinorum Religione S. Theologiæ Doctor & Lector, Neapoli Tribunalis S. Officii Conſiliarius, Romæ SS. Congregationum Emin Card S. Officii Qualificator, & Apoſtolicus Examinator; Ab Innocentio X. ob ſuſceptos pro Eccleſia labores Amalphiæ Archiepiſcopus creatus Andreani Templi hujus decori propenſus Sacram Turrim campanis jam collabentibus fornicatis abunde reparavit, Cœmeterium mortuorum oſſibus decentiori in loco depoſitis religioſe inſtauravit. Sacriſtiam ſupellectili ſacra cumulavit, Gemmatis mitris ditavit, mira rerum diſpoſitione ornavit Cryptam, choro ampliato, odeoque conſtructo Marmore illuſtravit, Baſilicam ara maxima, & Icone honorificentius ſituatis, parietum hinc inde pictura magnificentius innovata, SS. Reliquiis auctis, & Iconis in medium decentius tranſlatis. Sanctiſſ. Eucharistia in altero à dextris ſacello reverentius collocata, Archiepiſcopalis Sedis throno commodius dilatato conſpicue decoravit. Tandem pius Paſtor viventium memor, mortuorum non immemor, in hac Metropolitana Eccleſia montem pro animabus juvandis ſanctè & ſalubriter erexit Archiepiſcopatus ſui anno primo; ſecundo, & tertio. Dignitates & Canonici Amalphitani Archipræſuli ſuo in æternum memoriale, Succeſſoribus ejus in perpetuum exemplar hunc lapidem poſuerunt. Anno Domini M.DC.LII.*

In oſtio novo palatii hæc alia inſcriptio inviſitur;

*Archiepiſcoporum ſalubritati, ac ſubditorum commoditati proſpiciens Stephanus Quaranta Neapolit. Archiepiſcopus Amalphitanus illis Palatii culmen tegulis operuit, his patens novum hoc oſtium aperuit Archiepiſcopatus anno ſecundo. Anno Domini M.DC.LI.*

Porro Quaranta hæc nobilis familia inſignes protulit viros, Angelum ſub Carolo I. ann. 1270. Joannem Maſtrorationalem 1409. Bernardum Regium militem ſub Ferdinando I. 1460. & noſtro ſæculo ex ea claruit Stephanus Quaranta celebris Juriſconſultus, cujus eximia ſcripta publici juris facta teruntur a Doctis, ſed unus præ mille erit noſter probus, doctuſque Archiepiſcopus, cui Deus Neſtoreos concedat annos.

*A D D I T I O.*

*(„ CAJETANUS nobili, & vetuſta Neapolitana „ progenie de Miraballis Clericus Regularis Theatinus, S. Theologiæ olim Lector, & poſt varia munera ſui Ordinis in urbe Procurator Generalis, & „ in Apoſtolicis Congregationibus S. Officii qualificator, indicis, & Rituum Conſultor, ſuaviſſima præditus præſentia, moribuſque jucundis Archipræſul in hoc throno conſtituitur, in quo jam olim cum „ præceſſerat Nicolaus gentilis ſuus die 27. Novemb. „ 1679. cujus brevi tempore virtutes æquavit, abiitque ad ſuperos die 8 Septemb. 1681.* LXI.

*„ SIMPLICIUS Caravita, nobili Neapolitana „ proſapia genitus, Monachus Ord. S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, Sacræ Theologiæ Lector, „ ac Decanus Ordinis ſui, declaratur eſt Archiepiſcopus Amalphitanus an. 1682. die 25. Maji. Deceſſit Februario anni 1701.* LXII

*„ MICHAEL de Bononia, Epiſcopus antea Æſernienſis Eccleſiæ, quam triennio ante ob aeris „ gravitatem dimiſerat, Amalphitano ovili præeſſe „ juſſus eſt 14. Martii 1701.)* LXIII.

# CAPRITANI

## SEU

# CAPREARUM

## EPISCOPI.



CAPREA, ſeu Caprearum civitas (vulgo *Capri*) ſita eſt in cognomine Inſula provinciæ Principatus Citerioris, Tiberii Auguſti ſeceſſu & flagitiis infami, & ob coturnicum multitudinem, quæ illic capiuntur, notiſſima. Hanc Inſulam, quæ in mari Tyrrheno poſita a Minervæ Promontorio trium millium paſſuum intervallo disterminatur, à Surrento 8. m. p. ad Neapolim à 30. recedit, ut ſcribit Tacitus lib. 10. addiditque duodecim ibi fuiſſe villas, & multæ libidinis ſpeluncas. Duo oppida habuiſſe Capreas ait Strabo, poſtmodum unicum ab Auguſto illuſtratum, qui Græca ibi reperit inſtituta. Antea in poteſtate Neapolitanorum fuiſſe, & aliquid nominis à Tiberii habitatione notat Dio lib. 52. in fine. Petrarcha cruentiſſimo Tiberii otio, famoſam & infelicem appellat. Facinora Tiberii eo in ſeceſſu deſcribit Svetonius. Addunt in ea Inſula ejuſdem luxuriæ multas etiam miſerorum cædes, quas Joſephus lib. 4. Agrippæ geſta cum Tiberio Capreis fuſius commemorat. Jacent in littore ædificiorum fragmenta, quæ Romanorum majeſtatem præſeferunt. Abierunt, inquit Capaccius lib. 2. Neapol. hiſt. in ſcopulos, cruſtatis piſcium generibus habitatos. Hujus meminit etiam Plinius, Varro, Solinus, Mela, Juvenalis & Claudianus in 4. Conſulatu, hanc Inſulam Honorio objicit, ut à teterrimis Tiberii moribus abhorreret.

*——————quem rupes Caprearum tetra latebit*
*Inceſto poſſeſſa ſeni?*

Thelonem Capreis regnaſſe ait Servius in illud Virgilii lib. 7.

*Nec tu carminibus noſtris indictus abibis,*
*Oebale, quem generaſſe Telon Sebethide Nympha*

Fer-


*Fertur Teleboum Capreas cum regna teneret.*

Oebalem (ſcribit) filium Telonis eſse, & Nymphæ Sebetidis, & hunc eſse juxta Neapolim. Telonem Capreis regnaſse, filium in Campaniam tranſiiſse, multiſque populis ſubactis imperium propagaſse. Subdit etiam Telebas populos Caprearum fuiſse. Sub Romano Imperio diu fuit, quouſque Flavius Juſtinianus Imperator eam] Monachis Caſinenſibus dono dedit. Donationem confirmavit Juſtinus Imp. Juſtiniani nepos, apud Leonem Oſtienſem: & Capream Inſulam in Salo Neapolitano à Tertullo datam B. Benedicto cum eum ad Caſinum inviſiſset, ſcribit Gordianus in vita S. Placidi apud Surium. Succeſsu verò temporis plures habuit dominos, deinde in Alphonſi Regis Aragonei, & tandem in Hiſpanorum Regum poteſtatem devenit. In hac Inſula Capreæ civitas eſt arce munitiſſima, quam vel unus facile poſset tueri, in qua ad ducentum cubita; & Anacapras oppidum in altiore rupe conditum, in quo ad ducentum] numerantur anguſto, & acclivi per gradus difficiles aceſsu, quo facillime accolis exercitatione reditus eſt, dum etiam onera portant. Hinc inde vagas habet habitationes, quæ ad Septentrionem vergunt. Accolæ bis mille in tota Inſula numerantur, aut piſcatu, aut conficiendis triremibus, navibuſque incumbunt; quapropter Neapoli in regio navali aptiſſimi habentur. Ab omnibus vectigalibus ob eorum fidem ſunt immunes. Inſumma egeſtatè vivunt, ſuperbia contendentes, Turcarum prædonibus ſemper obnoxii, cum quotidie, aut piſcatores, aut navigantes in eorum ſervitutem incidant. Inſulam nobilitarunt inter cæteros Capreis habitantes Eliſeus Arcuccius Caprearum Dominus, claſſis Imperatoriæ Friderici II. præfectus, Ponzellus plurimorum navigiorum dominus, & Jacobus ejuſdem gentis, Minervini, & Altæmuræ Comes, Joannæ Primæ Secretarius, Caprearum Dominus, ab eadem magnus Camberlanus creatus, Raymundum Balzium Soleti Comitem anno 1375. cui nummum cudere licuit (teſte Capaccio) cum ſuis, & Joannæ inſignibus. Jam inde à primis temporibus Inſulani lucem ſuſcepere Evangelicam, Epiſcopatum ibidem inſtituit Joannes XV. anno 987. & Archiepiſcopo Amalphitano ſuffraganeum fecit, cujus diœceſis ipſius inſulæ finibus terminatur. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ſcutorum circiter 300. qui ferè colliguntur ex coturnicum captu. Taxatur verò in libris Fiſci Apoſtolici fol. 40. Cathedralis Divo Conſtantio Epiſcopo Conſtantinopolitano Caprearum Patrono dicata, cujus corpus ex ea urbe tranſlatum ſervari ibidem plerique affirmant, alii Maſsæ, cujus acta deſcripſit Paulus Regius in lib. de Sanctis Regni Neapolitani. Feſtus dies celebratur 14. Maji apud Ferrarium in Catalogo. Pulcherrimæ & antiquæ ſtructuræ eſt, vaſis argenteis, & ſacra ſupellectili ad divinum cultum neceſsaria inſtructa. Olim Cathedralem hanc ſub D. Conſtantii titulo ab urbe Caprearum 1500. paſsibus abfuiſſe, deinde in civitatem tranſlatam, & D. Stephani nomine appellatam ſcribit Capaccius in hujus Inſulæ, & civitatis deſcriptione. Quatuor dignitatibus fulget, quarum prima eſt Archidiaconatus cum decem Canonicis ſine præbendis, tamen animarum cura per Presbyterum ab Epiſcopo deputatum exercetur; tria in ea Inſula recenſentur Religioſorum cœnobia, quorum pulcherrimum, & opulentum Carthuſianorum, ubi templum D. Jacobi cultu nobile pulchra turri munitum à Jacobo Arcucio Inſulæ Domino conditum, qui cœnobio octingentos aureos ſingulis annis legavit, in quo D. Jacobi Joannis Evangeliſtæ fratris brachium viſitur; ideoque D. Jacobo dicatum, ubi humatus legitur ipſe fundator defunctus anno 1386. Nullum adeſt monialium monaſterium, non Clericorum Seminarium, non Xenodochia, nec mons Pietatis. Aliquæ ſunt Eccleſiæ, & Confraternitates laicorum. Prope littus maris D. Franciſci ædes, quatuorque fontes, quarum unus Mariſaqua dicitur, alius Trugliſons, tertius Aquaviva, quartus Aquamarocellæ. Qui majorem deſiderat hujus Inſulæ cognitionem adeat ſupracitatum Capaccium, a quo ferè hæc pauca deſumpſimus. Epiſcopi autem hujus Sedis hi ſunt a nobis reperti.

1 JOANNES Primus hujus civitatis Epiſcopus I
juſſu Joannis XV. Papæ ordinatur a Leone Primo Amalphitano Archiepiſcopo ann. 987. (1)

2 N... cujus nomen ignoratur, vixiſſe habetur a Petro Damiano an. 1024 in epiſtola ad Nicolaum II. Papam, qui cum terribilem viſionem Benedicti Papæ VIII. vidiſſet, de obitu ejus certior factus ad Joannem Papam defuncti Benedicti fratrem & ſucceſsorem Romam contendit, fratris neceſſitatem aperuit, mox Epiſcopalis ſarcinæ pondus abiecit, Monachumque induit, eoque modo ex aliena calamitate cautior factus mundo renunciavit ſub ſuavi jugo Regulæ ſancti Benedicti. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi. II.

3 N... cujus etiam nomen non exprimitur in epiſtola Honorii III. ad Amalphitanum Archiepiſcopum ſcripta 2. Non. Auguſti ann. 3. Pontificatus, ſalutis 1218. mortuus eſt eodem anno; vacaverat namque Capretana Sedes per octo menſium ſpatium, nec Canonicorum ſenatus inter ſe convenire poterat; quamobrem facultatem dedit Honorius Amalphitano Archiepiſcopo eligendi in Caprearum Epiſcopum quem maluiſset, & idoneum judicaſset, ut in ea legitur epiſtola, quæ extat in Regeſto Vaticano fol. 2. Quis verò ille fuerit, adhuc mihi ignotus eſt. III.



4 JOANNES Abbas S. Marinæ de Stella, IV.
Amalphitanæ diœceſis Ordinis Ciſtercienſis ex Florenſi Congregatione Epiſcopatu Capretano decoratus eſt ab Innocentio IV. anno 1254. 7. Id. Novembris, ut in literis Dat. Neapoli eo die in Regeſto Vaticano fol. 186. epiſt. 321. habetur. Hujus etiam mentio fit in monumentis ejuſdem Abbatiæ de Stella.

5 I. forte Joannes anno 1284. Epiſcopus Capretanus memoratur in actis Caroli Regis apud Capaccium. V.

6 N... nomen non habemus in monumentis Caprenſis Carthuſiæ anno 1311. VI.

7 JACOBUS Capretanus Epiſcopus, Urbis Vicarius anno 1350. obiit ſub Urbano V. VII.

8 GVILLELMUS Epiſcopus Scardonen. ad hanc Capretanam Eccleſiam tranſlatus ab Urbano V. anno 1363. 3. Non. Novemb. ſub quo condi cœptum eſt cœnobium ſancti Jacobi Ordinis Carthuſianorum a Jacobo Arcucio Caprearum Inſulæ Domino, & ampliſſimis redditibus dotatum, dona- VIII.

(1) Indiculus Amalphitanæ Eccleſiæ ab Ughello ſæpius in Amalphitanis citatus inquit Leonem pallium accepiſſe per manus Pontificis Romæ an. 994. & tres Epiſcopos ſuæ Provinciæ ordinaſſe, quorum primus fuit Joannes iſte in inſula Capritana. Quod ſi ita res ſe habet, non ante an. 994. ſedit Joannes in Capretarum ovili. Advertendum tamen, quod Indiculus ille ſæpius, & ſcientiſſimè ab ipſo Ughello erroris redarguitur. *Laurentius*.

nemoris minus quidem utilibus canachas magnas,
ſeu barrachas triginta de groſſioribus, & quæ ma-
gis capaces exiſtant quas poterunt invenire, cum
quibus ligna ipſa nemore incidenda deferri facient
per mare ad locum, ſeu monaſterium antedictum,
ſive ſimul & ſemel, ſive per vices, & tempora prout
eis placebit, & exinde viſum erit; concedentes ni-
hilominus eidem monaſterio, ſeu conventui, ac Fra-
tribus & ſervitoribus ipſius quod in quibuſcunque
Regni noſtri partibus, ſive locis, ſive conterminis,
ſive vicinis, ſive remotis, præfatus Prior, ſeu mi-
niſtri, aut procuratores, vel factores monaſterii ſu-
pradicti poſſint, & valeant prout commodius, &
adiacentius erit eis emere, ac habere, & recipere
ex dono ſive aliter, ut contigerit quæcunque victua-
lia, lignamina, vinum, caſeum, equos, jumenta,
boves, & quæcunque alia animalia, tabulas, tra-
bes, ferrum, pannos, ſal, & quaſcunque alias res,
& bona cujuſcunque rei, ſpeciei, aut quantitatis
pro uſu dictorum Fratrum, & ſervitorum ipſius mo-
naſterii, necnon Præpoſitorum, & ſervientium in
neceſſariis eorum, & dicti monaſterii, illoſque ac il-
las pro libito eorum, permutare, ſeu cambiare, &
cambiari facere, ac deferre, & deferri facere ad
monaſterium ſupradictum liberè & abſque ſolutione
cujuſcumque juris, ſive directus dohanæ, bajula-
tionis, portus, paſſagii, ſeu plateæ, ſive gabellæ,
ac juris alterius cujuſcunque quod propoſita forſan
deberetur, à cujus juris ſolutione monaſterium ip-
ſum, fratres, procuratores, factores, ſervitores at-
que Præpoſitos exemptos in perpetuum reddimus &
immunes, facta tam ea fide debita ſub verbo veri-
tatis, ſine . . . per ementes, recipientes, &
habentes hujuſmodi res, animalia, atque bona,
quod illos, & illa emant, recipiant, & procurent,
& deferant ad uſum dicti monaſterii, & fratrum,
& ſervitorum illius, ac maſſarium ejuſdem, atten-
ta conditione dictorum Fratrum, ac vita laudabi-
li eorundem. Et quia ſunt in dicto monaſterio ad
divina obſequia dedicati, & fides eſt in majoribus
adhibenda. Et quia Fratres ipſos tanquam divi-
no obſequio deditos, & aſtrictos Religioni ſanctiſſi-
ci Ordinis ſupradicti eſſe decet, & præcipuis, & ſpe-
cialibus privilegiis, libertatibuſque, & immunitati-
bus decoratos, tanquam à mundanis illecebris alie-
nos, ejuſdem monaſterii fratres tam præſentes, quam
qui pro tempore fuerint ab omni ſervitio, & obſe-
quio temporali, neceſſario ſubſidio, ſeu ſubventione,
exactione, ſive angaria, quibuſcunque imponendis,
& exigendis in poſterum per nos, hæredes, & ſucceſ-
ſores noſtros, pro qualicunque noſtra, vel heredum,
& ſucceſſo um noſtrorum neceſſitate. & maxime à ſo-
lutione Decimæ Papalis iam impoſitæ, ſeu ſi quan-
do contigerit Decimam ipſum nobis, ſeu hæredibus
noſtris, & ſucceſſoribus noſtris per Sedem Apoſtolicam
fortaſſe concedi, liberos eſſe volumus quantum in
nobis eſt exemptos penitus, & immunes, nec ad ſo-
lutionem illius, ſeu præmiſſa alia, vel illorum ali-
qua per officiales noſtros, ſeu Commiſſarios deputa-
tos per nos, ſeu ſucceſſores, ſi qui fuerint, aſtringi
quomodolibet, gravari, vel aliquatenus coarctari,
quodque dictum monaſterium, præfatique Religioſi,
& degentes in eo utantur, & gaudeant in perpetuum
libere omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitati-
bus, & libertatibus olim per Romanos Pontifices Or-
dini ſupradicto conceſſis, & in ea antea concedendis,
abſque noſtra, & hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum
eis inferenda moleſtia, vel indebita qualibet novi-
tate: & quia Fratres ipſos prout Religionis eorum
debito adjacet obſervantiæ Regulari tanquam ſoli-
tarios, & vacantes ſilentio, & quieti, ſolius Dei, &
mandatorum ejus laudibus obſequentes, à ſæculari-
bus mundaniſque ſtrepitibus decet eſſe præſcriptos,
& ex jugo diſciplinæ Regularis eorum Ordinis alie-
nos, de ipſa noſtra certa ſcientia eorundem tenore præ-
ſentium ordinamus, ſtatuimus, & inhibemus expreſ-
ſo, quod infra monaſterium ipſum, & ejus ambitum
aliquæ cauſæ, ſeu placita per quoſcunque officiales no-
ſtros, vel perſonas alias, cujuſcunque conditionis præ-
A eminentiæ, ſtatus & dignitatis, vel poteſtatis exi-
ſtant, nullatenus ingerent per quem divinum officium
aut ipſorum Fratrum requies, ſive tranquillitas per-
turbari valeat, vel offendi. Demum quia per Regu-
laria dicti Ord. inſtituta infra ſepta ipſius monaſte-
rii, ſive loca, generaliter prohibitus eſſe dignoſcitur
mulierum ingreſſus, præſenti noſtra ordinatione præ-
cipimus, & ſpecialiter prohibemus, jubentes omni
tempore obſervandum, ne quævis mulier cujuſcunq;
conditionis, poteſtatis, ſeu dignitatis exiſtat monaſte-
rium ipſum, & clauſuras ejus, publice, vel occulte in-
trare audeat, vel præſumat. Nec quævis aliæ perſo-
næ, contra beneplacitum eorundem Fratrum, & libe-
ram voluntatem, monaſterium violenter ingredi au-
deant attentare, unde ipſorum Religioſorum divinum
officium, vel eorum requies, vel tranquillitas impedi-
ri poſſet, aut perturbari, pœna unciarum quinquagin-
ta à contrafaciente quolibet pro noſtra, ſeu hæredum
& ſucceſſorum noſtrorum Curia ſuis vicibus .... exi-
genda: & quia poſſet contingere ſicut in ſimilibus fre-
B quenter accidit, quod in præmiſſis donatione, inſtitu-
tione, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, man-
damentis, pœnis, ordinationibus, & aliis ſupradictis
monaſterio prædicto, & Fratribus ejus, per nos ut præ-
fertur conceſſis, & emergentibus, ex eiſdem dubieta-
tes, ſeu ambiguitates, & obſcuritates oriri poſſent, quæ
juris declarationem congruam poſtularent. Declara-
mus præſentium tenore de ipſa ſcientia certa noſtra,
ac volumus, & jubemus quod dubia, obſcuritates, am
biguitates hujuſmodi ſi quando ſuper prædictis, vel
præmiſſorum aliquo fortaſſe emerſerint, earum inter-
pretatio fiat, & fieri debeat in favorem, & utilitatem
monaſterii prædicti: ipſa tamen juſtitia notabiliter
non offenſa: inſuper quia maſſarii, coloni, bufulci, &
ſervitores dicti monaſterii, & maſſariarum ipſius ha-
bent intus, & extra dictum monaſterium ad ipſius ſer-
vitia, & procurationem bonorum ejus ſuis vicibus in-
tendere ſedulè & vacare: idcirco nolentes circa proſe-
quutionem dictorum ſervitorum, & procurationem
dicti monaſterii aliquem intervenire defectum, omnes,
C & ſingulos maſſarios, colonos, bufulcos, & ſervito-
res dicti monaſterii, ac maſſariarum & bonorum ip-
ſius à quibuslibet realibuſque & perſonalibus ſervi-
tiis exemptos facimus, & immunes. Itaque ex ante
in antea eis, & ipſorum ſingulis per noſtram Cu-
riam & officiales noſtros realia, vel perſonalia ſer-
vitia, de cætero nullatenus committantur nec ali-
quis compellatur, neque aliter propterea in perſonis,
vel rebus ipſorum quomodolibet moleſtentur. Nos
enim Juſtitiariis, Capitaneis, & Officialibus aliis di-
cti Regni, necnon bajulis, paſſageriis, datiariis, pe-
dagiis, dohaneriis, gabellotis, ſeu credenzeriis, &
perſonis quibuſcunq; per ſingulas terras, & loca dicti
Regni noſtri Siciliæ conſtitutis ad quos ſpectat, aut
ſpectare poterit, quocunque nomine cenſeantur præ-
ſentibus, & futuris, ſub gravibus certis pœnis ab eis
ſuis vicibus, ſi quæ fecerent exigendis damus vigo-
re præſentium, & expreſſius in mandatis, quod ipſi &
eorum ſinguli prout ad officia eorum ſpectat, præſen-
tes noſtras litteras obſervent tenaciter, ac faciant ab
D aliis inviolabiliter obſervari, neque adverſus illa-
rum tenorem quocunque prætextu, vel cauſa veniant,
nec attentare quomodolibet præſumant, ſi evitare de-
ſiderant dictas pœnas; ſupplentes de ipſa certa ſcien-
tia noſtra, & dominica poteſtate defectum quemlibet
in hac parte commiſſum, qui ex aliquo ſenſu conſide-
rari, vel cum poſſet adverſus effectum præſentium
obiici, pretendi, vel aliter alligare lege, ſeu conſti-
tutione contraria proibente ali . . . . . iurium fieri, nec-
non quibuſcunque aliis ordinationibus, litteris, man-
datis, vel edictis huic forte contrariis, quos, & quæ
in hac parte de dicta noſtra ſcientia tollimus, & viri-
bus, & efficacia, quantum ad hoc penitus vacuamus,
nullatenus obſtituris, cum ad hoc ſpecialis conſidera-
tio nos moveat, & tam pium honeſtumque propoſitum
ſingulariter nos inducat, nec cenſeatur alienatum in-
debitè, quod Deo redditur, in quo bona cuncta ſuſce-
pimus, & per manus Deo ſervientium divinis obſe-
quiis deputatur. In cujus rei fidem perpetuamque

memo-

*memoriam & præfati monaſterii, ſeu Eccleſiæ S. Jacobi, ac Prioris, & conventus dictæ Eccleſiæ, ſucceſſorumque ſuorum teſtimonium, & cautelam præſens privilegium exinde fieri, & ſub aurea bulla Majeſtatis noſtræ impreſſa . . . . . juſſimus communiri, alio conſimili ſub pendenti ſigillo in cera rubea ejuſdem Majeſtatis noſtræ eis tradito ſimiliter ad cautelam. Datum Neapoli per virum magnificum Ligorium, Zurulam de Neapoli militem, & logotbetam, & protonotarium Regni Siciliæ Collateralem, Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum, anno Dom. 1371. die 1. Maji IX. Indict. Regnorum noſtrorum anno XXIX.*

Jacobus hujus Cœnobii fundator jacet in eodem templo ad Altaris lævam in magnifico tumulo, ubi hæc inſcriptio.

*Clauditur hoc tumulo magnificus Dominus Jacobus Arcuccius de Capre, Regni Siciliæ magnus Camerarius, Comeſque Minerbini, & Altæmuræ Dominus, ſacri hujus monaſterii fundator defunctus anno Dom. MCCC. LXXXVI. xxiii. die Novemb. feliciter, Amen.*

IX. 9 Fr. NICOLAUS, cujus Ordo, & patria ignoratur, fuit Capritanus Epiſc. anno 1377. de quo etiam in monumentis Capritanæ Carthuſiæ mentio habetur anno 1379. mortuus eſt an. 1398.

X. 10 ROGERIUS in iiſdem monumentis anno 1390. forte intruſus à Clemente VII. Antipapa.

XI. 11 BENEDICTUS de Pradoſſo Canonicus Surrentinus ſucceſſit Nicolao defuncto. Ad hanc dignitatem vocatus à Bonifacio IX. anno 1398. 4. Idus Decembris, ſedit annis 20. translatuſque eſt ad Eccleſiam Ravellenſem anno 1418. 14. Kalend. Martii, ut notatur in lib. obligat. Prælat. ſub Bonifacio IX. & Martino V. Summis Pontificibus.

XII. 12 Fr. JULIANUS Thomaſius ex Ordine Minorum ſub Clemente VII. Pſeudopontifice in Marſorum Eccleſiam intruſus, qui poſt diutinam altercationem eo honore ſpoliatus fuerat à Martino V. fere Capularis ſenex Capritanæ Eccleſiæ adminiſtrator declaratus eſt ann. 1418. 14. Kalend. Martii. Parum ſupervixit.

XIII. 13 Fr. JACOBUS patria Capuanus Ordinis Minorum hujus Eccleſiæ creatus Epiſcopus a Martino V. anno 1420. 10. Kal. Maii, eodem anno exceſſit.

XIV. 14 Fr. JOANNES Ferretus, melius Fauranti, ſacræ Theologiæ Magiſter Ord. Minorum Jacobo demortuo ſucceſſit 16. *a* Kalend. Januarii eodem ann. 1420 ſedit annos decem, ceſſitque Epiſcopali muneri anno 1430. *b* cum regreſſu.

*a* 17. Kal. Jan.

*b* 1431. 6. Id. Febr.

XV. 15 Fr. PETRUS Beſſinæ Ordinis Minorum, ſacræ Theologiæ profeſſor, eligitur Capritanus Epiſcopus anno 1430. *c* 4. Idus Februarii; brevi tempore hanc rexit Eccleſiam, quam Joannes Faurantius iterum vigore regreſſus adminiſtrandam accepit, iterumque dimiſit.

*c* 1431. 6. Id. Febr.

16 Fr. FRANCISCUS (melius Joannes) Favorantius *d* Ord. Minorum Epiſcopus Capritanus reſignavit anno 1433. crediderim hunc eundem eſſe cum Joanne Faurantio.

*d* Idem qui ſupra.

XVI. 17 Fr. FRANCISCUS Veliternenſis ejuſdem Ord. Minorum alumnus in S. Theologia famoſus Doctor ab Eugenio Capritanus Epiſcopus creatus eſt 10. Kalend. Junii anno 1433.

XVII. 18 MARTINUS anno 1460. 25. Julii florebat Epiſcopus Caprearum, & Vicarius erat Archiepiſcopi Amalphitani anno 471. obiit 1474.

XVIII 19 LUCAS electus anno 1474. 4. Idus Decembris a Sixto IV. Pont. Max. mortalitatem explevit anno 1485.

XIX. 20 MARCUS de Muro electus anno 1485. die 5. Novembris. Obiit an. 1490. *e*

*e* 1491.

XX 21 Fr. JOANNES de Aloyſio Averſanus Ord. Minorum *f* huic Eccleſiæ præficitur Epiſcopus anno 1490. *g* Idibus Julii, translatus poſt curſum novem annorum ad Lucerinam Eccleſiam: interfuit coronationi Alphonſi II. Regis, cum aliis plurimis Epiſcopis Neapoli celebratæ per Joannem Cardinalem, Alexandri VI. Papæ Legatum anno

*f* Carmelitarum ex Lezana t. 4. Annal & Ughello t. 8. in Lucerinis.

*g* 1491. 15. Julii.

A 1494. die 2. Maii. Epiſcoporum nomina qui tunc interfuerunt, hic libuit recenſere ex Diariis.

*Jordanus Patriarcha Antiochenus Archiepiſcopus Capuanus.*
*Stephanus Archiepiſcopus Patracenſis, Epiſcopus Torcellanus.*
*Vincentius Archiepiſcopue Acheruntinus.*
*Robertus, Archiepiſcopus Brunduſinus,*
*Alexander Archiepiſcopus S. Severinæ.*
*Marcus Archiepiſcopus Reginus.*
*Orlandus Epiſcopus Nolanus.*
*Antonius, Avellinus.*
*Philippus, Aprutinus.*
*Jacobus, Policaſtrenſis.*
*Nicolaus Antonius, Murenſis.*
*Franciſcus, Mellitenſis.*
*Leo, Acerrarum.*
*Jacobus, Vulturarienſis.*
*Paulus, Arianenſis.*
*Petrus.*
B *Silvius, Bejsnenſis.*
*Joannes, Sveſſanenſis.*
*Petrus, Nucerinus.*
*Nicolaus, Stabienſis.*
*Scipio, Tricaricenſis.*
*Thomas, Triventinus.*
*Joannes, Aquilanus.*
*Joannes, Calinenſis.*
*Matthæus, Gravinenſis.*
*Joannes, Trojanus.*
*Antonius, Acernenſis.*
*Marcus, Caſſanenſis.*
*Jacobus, Liparenſis.*
*Bernardinus, Biſignarenſis.*
*Angelus, Militenſis.*
*Gabriel, Neritonenſis.*
*Joannes, Vaivenſis.*
*Arditius, Nicoterenſis.*
*Tholemeus, Equenſis.*
*Joannes, Caprenſis.*
C *Antonius, Literenſis.*
*Franciſcus, Gallipolitanus.*
*Joannes, Inſulanus.*
*Antonius, Calvenſis.*
*Aurelius, Martoranenſis.*
*Julianus, Tropejenſis.*
*Alphonſus electus Theatinenſis.*
*Julianus electus Miranenſis.*

22 RAPHAEL Rocca ab Epiſcopatu Lucerino translatus eſt ad Capritanum anno 1499. *h* eadem die 20. Octob. qua Joannes è Capritana ad Lucerinam tranſitum fecerat. Interfuit Raphael Lateranenſi Concilio ſub Julio II. anno 1512. inde ſub Leone X. Philadelphienſem titularem Eccleſiam in partibus infidelium habuit relicta Caprenſi anno 1514. die 18. Auguſti, ut ex Actis Conſiſt. liquet. XXI

*h* 1500. ex Actis.

23 Fr. EUSEBIUS de Gioneto Ord. Servorum, Prior S. Marcelli de Urbe, Capretanus Epiſcopus declaratus eſt à Leone X. eodem anno 1514. die 18. Auguſti. Obiit anno 1528. Ejus cum laude meminit D Gianius in Annal. ejuſdem Ord. ad annum 1500. ſed perperam cum conſtet ex Actis Conſiſtorial. ad hanc aſcendiſſe Eccleſiam anno ſupra relato 1514. XXII.

24 Fr. AUGUSTINUS Falivenia Gephonenſis Salernitanus dicti Ordinis Servorum, ſumma eruditione, & doctrina vir longe clariſſimus, ac verbi Dei celebris Concionator, Epiſcopatu Capritano donatus à Clemente VII. anno 1528. die 25. Septembris. Sedit in ea laudabiliter annis quatuor, translatuſque eſt ad Iſclanam Eccleſiam anno 1534. fuit in Regno Neapolitano ſpoliorum Collector. Plura ſui ingenii reliquit monumenta, cujus meminit Poſſevinus in Apparatu ſacro. XXIII

25 ANGELUS Barreta Neapolitanus ex Canonico Metropolitanæ Eccleſiæ factus Epiſcopus Capritanus anno 1534. die 2. *i* Aprilis. Fuit Neapolitanæ Eccleſiæ generalis Vicarius. Mortem obiit 1539. XXIV

*i* Die 24. Septemb.

26 LEONARDUS de Magiſtris Canonicus XXV.

Nea-

Neapolitanus ſucceſsit Angelo anno 1539. a die 53. Februarii, tranſlatus poſt undecimum ſuę adminiſtrationis annum ad Eccleſiam Alexanenſem; poſt cujus tranſlationem Julius III. Pontifex Capritanam, & Dragonarienſem Eccleſias vacantes ob utriuſque paupertatem, & miſeriam ſimul univit die 21. Auguſti 1551. ut in Actis Conſiſtorialibus legitur ejuſmodi.

*Sanctitas ſua attendens, quod Capritanæ, qui 140. duc. auri ſecundum communem exiſtimationem valoris annui non excedebant, Dragonarienſis menſarum Epiſcopalium fructus adeo tenues exiſtebant, ut propter illorum tenuitatem hujuſmodi pro tempore exiſtentes Capritanenſes, & Dragonarienſes Epiſcopi ex illis ſe ſuſtinere, & onera eis ratione regiminum, & adminiſtrationem Eccleſiarum earundem incumbentia perferre commodè non poterant, Capritanen. per tranſlationem R D. Leonardi Epiſcopi Alexanen. nuper Capritanen. ad Alexanen. nec non quæ diruta eſt, & Capitulo, & Clero caret, per obitum bonæ memoriæ Jacobi extra Romanam Curiam defuncti Dragonarien. Eccleſiis vacantibus, abſque tamen Amalphitan. & Beneventan. Archiepiſcoporum, quibus dictæ Eccleſiæ Metropolitico jure ſubeſſe dignoſcuntur præjudicio, invicem ad vitam dicti Alphonſi de Val de Cabras Prioris Eccleſiæ Caurienſis univit, annexuit, & incorporavit, ac iiſdem ſic unitis Eccleſiis de perſona dicti D. Alphonſi providit, & cum retentione omnium.* Itaque iis Eccleſiis unitis Epiſcopus datus eſt, qui ſequitur.

XXVI 27 ALPHONSUS de Val de Cabras Hiſpanus electus eſt Epiſcopus Capritanę, & Dragonarienſis Eccleſiarum ſimul unitarum die 21. Auguſti 1555. Has rexit Eccleſias ad annum uſque 1554. quo die prima Octobris Dragonarienſem libere ceſsit, retinuitque Caprenſem, & Dragonarienſis Epiſcopus electus eſt Ludovicus Suarez Toletanus. Alphonſus verò poſt annum elapſum etiam Caprenſem liberè reſignavit die 16. Decembris.

XXVII. 28. ALPHONSUS Somerius Hiſpanus Clericus Calaguritanus die 16. Decemb. 1555. Capritanus evaſit Epiſcopus. Novem annis hanc rexit Eccleſiam, eamque libere ceſſit, cum titulo, & denominatione Epiſcopi Capritani.

XXVIII. 29. PHILIPPUS Mazzula nobilis Caprenſis ſubſectus eſt die 6. Septemb. 1564. vixit in ea dignitate ſatis cum laude annis 20. obiit 1584. ſepultus in Cathedrali in tumulo, quem ſibi vivens paraverat cum hac inſcriptione.

*Philippus Mazzula Capritanus Antiſtes,*
*ac civis, templique D. Jacobi Hiſpanorum*
*Neap. major Capellanus, lapidem hunc*
*ſuis jam caſuris oſſibus, vivens parari curavit. Anno Dom M.D.LXXXIII.*

XXIX 30. FRANCISCUS Lipaeulus Neapolitanus familia nobili Maſſæ Lubenſis natus, homo pius, & doctus, unus ex fundatoribus monaſterii SS. Proceſſi, & Martiniani Martyrum Ord Minimorum apud Maſſam in Epiſcopatu ſucceſſit Philippo die 28. Novembris 1584. exceſſit anno 1608. Ex hac gente fuerunt Leonardus Nicoterenſis, & Alexander Campanienſis Epiſcopi, de quibus ſuis in locis.

XXX 31. TRAJANUS Bozzutus Neapolitanus clara nobilitate natus, Epiſcopus electus 17. Martii 1608. moritur ann. 1626. („ *Nimis jejunè de tanto Præſule Author; fuit quippe Trajanus è nobiliſſima, ac vetuſtiſſima Neapolitana gente Capycia Bozzuta, filius Pauli IV. Domini Afragolæ aliorumque feudorum. Scientiis omnibus operam dedit, & in utroque jure in ſua Patria doctoralem Lauream promeruit. Sic vivido genio factus ſatis ad Aulam Catholici Hiſpaniarum Monarchæ ſe contulit, à qua poſt aliquot annos rediens, S. Philippum Nerium tunc in humanis agentem Romæ veneratus adeò fuit, ut per illos dies ab eo nunquam ſeparari potuerit. Hinc jure-merito in Patria tunc recens inſtitutam Oratorii Congregationem frequentare, illius omnibus functionibus intereſſe; quarè ſe omninò regendum tradidit Franciſco Mariæ Taurufio tunc Neapoli commoranti, & D. Philippum Nerium in ſe ut primogenito ad miraculum exprimenti. Cœleſti rore perfuſus terrena faſtidiens in eadem congregatione adſcribi petiit, & obtinuit anno ſuæ ætatis 29. Chriſti 1587. die 15. Decembris. Innumeras aut à tribunali pœnitentiæ, aut à ſuggeſto animas gratiæ conquiſivit. Suos alumnos, quos & ſacramentorum frequentia, & quotidiana meditatione exercitos voluit, ſuum S. P. Philippum imitans in amœna loca intra mœnia civitatis, ubi familiaribus ſermonibus, & ſpiritualibus collationibus in virtute radicabat, diebus feſtis deducere ſolebat, feriatis verò ad Noſocomion dirigebat, vulgo Neapoli* -- all'Incurabili --, *ut famulantes ægrotis illis propriæ & ipſi miſeriæ certi fierent. Ad hoſpitium autem peregrinorum, & convaleſcentium peculiari quadam amoris illecebra ferebatur utpotè ſumma charitate, ac verè opiparè regio prorsùs more procuratum ab Ser. Archiſodalitio SS. Trinitatis, quod communem cum Oratorii Congregatione inſtitutorem, patremque jactat D. Philippum Nerium. In illo frequens adeſſe, illos nobiliſſimos Sodales, qui ferè omnes aut proximiori, aut remotiori cognationis vinculo ſibi erant obſtricti, voce, manu in ſancto propoſito confirmare, illorum numerum augere, cœleſti denique ſapientia communis patris D. Philippi imbuere; è ſuis alumnis Sacerdotes Verbum Dei per civitatem annunciantes amandabat, qui poſtea innumeros peccatores ad tribunalia pœnitentiæ in ædem Oratorii ſecum ferebant. Quid ergò mirum, ſi fere ipſi omnes tutiorem poſtea bene vivendi methodum amplexabantur, aut in ipſa Congregatione Oratorii, aut in aliis ſacris Ordinibus, ſi extra Religioſa Clauſtra nonniſi pro clauſtris ipſe ante exercuerat. Sodalitio puriſſimæ Virginis Purificationi dicato in domo ſuæ Congregationis Oratorii præfectus fuit. Quomodo illud procuravit, dixiſſe ſufficiat: brevi evaſit virtutum omnium thronus, perfectionis cathedra, & omnium religioſorum cœtuum ſeminarium; non claudebatur enim hebdomada, in qua multi hujuſce ſodalitii ad regularia inſtituta non tranſirent, ut mundo mortui ſoli Deo convíverent. Septem ſupra decem fuerunt, qui uno die ſub variis Sanctorum Patriarcharum vexillis, Chriſti militiæ nomen dederunt. Cum eſſet fortunæ bonis inſtructiſſimus decem mille, & amplius aureis matrem ſuam Oratorii Congregationem, omnes pauperes, & præſertim verecundos pro cujuſque indigentia ſemper juvit. Multos Juvenes aluit, ut ſcientiis operam darent, alios pietate, ac doctrina præclaros, ſed ob inopiam ad Sacerdotii gradum aſcendere impotentibus patrimonia conſtituit, nonnullis Virginibus, quæ non terreno, ſed cœleſti Sponſo jungi peroptabant, aurata manu caſtiſſimos thalamos adaperuit: Omnium denique neceſſitatibus opitulatus fuit ſuis numquam, quia licet ditiſſimus pauperrimam tamen vitam ſemper duxit.*

„ *Caperarum Epiſcopus renunciatus zelum, & charitatem erga ſuas oves ſemper exercuit; ut bonus paſtor ſemper eas per ſeipſum ad paſcua ſalutis deduxit, verbum Dei ſemper illis annunciavit, longo veterno peccatores implicitos excitavit. Sua induſtria nedum Sacramentorum frequentia revixit, cum in ſua diœceſi paſchali vix tempore plebs utebatur illis amuletis, quæ ad roborandam noſtram imbecillitatem Pater Miſericordiarum Chriſtus Dominus in terris reliquerat, ſed etiam obſequium erga eamdem Majeſtatem ſub ſpecie panis latentem, aut in ſacris ædibus commorantem, aut cum ad infirmos deferri contigerat. Et ut tenera in eorum cordibus erga myſterium amoris devotio profundiſſimas radices ageret obtinuit, ut obvii non ſe invicem aliis verbis ſalutarent, quam hiſce,* laudetur SS. Sacramentum, *mos, qui licet nunc temporum vitio obſoletus ibi*

*ſit, multos, ac verè permultos, poſt ejus obitum, annos perduravit. Continuis ſubſidiis ſuæ Diœceſis egeſtatem levavit, ſuam Cathedralem ædem largo cenſu donavit, ut pauperes Flamines poſſet alere; nec minori pietate, ac religione in honorem ſuorum Divorum Tutelarium plura ſacella excitavit. Etiam Epiſcopus parce, & vili ſemper veſti, & ſuper audo lapide ſolitus fuit laceram tantum mappulam in brachio habens, quas ibi labia, ac manus tergeret. Sub Epiſcopalibus veſtibus interiores aſperas, ſenio conſumptas, & ſuper nudo geſtabat. Incommodum, ac durum ſtamen illi ſemper pro molli pluma fuit, quia nihil ſibi antiquius, quàm omnia pro alieno commodo incommoda ſubire. Quibus omnibus heroicis virtutibus diœceſis animos occupavit, adeo ut ſi ipſe pro ſuis ovibus animam, & oves pro ſuo paſtore ponere etiam promptiſſimæ erant. Dominus autem, qui Servum ſuum fidelem ſemper, ac prudentem tamquam aurum in fornace probare volebat, permiſit, ut quædam è ſuis Ovibus in lupos verſæ priùs clanculum, poſtea in propatulo ejus famam dilaniarent, & creſcente illico impudentia etiam falſis criminationibus illum apud Sanctam Sedem inſimularent; ſed cum ob virtutem Ss. Præſulis vividioribus radiis Romæ, quam Capreis collucentem nihil pro ſua vota obtinuiſſent, in propriam ejuſdem perſonam inſurgere, & ſcelera ſceleribus addendo etiam ejus vitæ machinari. Epiſcopus cum ſuos hoſtes lenitate, ac manſuetudine conquirere non potuiſſet, juxta Apoſtoli conſilium in aliam fugit civitatem, de reſipiſcentia non deſperans ſemper ac ipſe abeſſet. Nè autem Neapoli quamvis ætate gravatus otiosè vitam ducere videretur, in ſua Congregatione Oratorii ſtato ſibi die, ut quilibet ex ejus ſacerdotibus ſermones habere, voluit. Ordo, & Populus, omneſq; religioſi cœtus civem, Epiſcopum, & ſenem ſanctitatis fama conſpicuum eo ardore verbum Dei miniſtrantem, ac ſi tunc primùm Cathedram conſcendiſſet, audituri in ædem Oratorii conflaebant: erat ipſi quippe mira in dicendo gratia ornatus, & ſpiritu D. Philippi Nerii fœcunde imbutus; quare per eum innumeri peccatores ab æternæ perditionis via ad illam ſalutis redibant. Brevi autem fuit filii Apoſtolicis laboribus frui potuit & patria, & Congregatio, quia etiam Neapoli variis tribulationibus, & anguſtiis actus, ſed nunquam victus, dum die 21. Novembris an. 1625. tunc feria VI. prò Beatæ Mariæ Virginis Præſentationis feſto in æde ſuæ Congregationis teneriſſimè ſermocinaretur, in ipſa Cathedra apoplexia correptus fuit; non tamen illicò obiit, linguæ tantum, ac corporis pro medietate uſu deperdito: quare à ſuis oratorii Patribus ſuper domum propriis deductus brachiis in illo receptus fuit cubiculo, quod forte ſuo primo in Congregationem ingreſſu an. 1587. ſibi contigit. Per ſigna, quia ſemper rationis compos fuit, Sacramentalem abſolutionem petiit, & obtinuit, & ſacra unctione delibutus in ſinu ſuæ Congregationis hora noctis V. placidiſſime expiravit. Curatum fuit ejus funus publicis lacrymis, & præcipue à ſodalitio Purificationis, quod, ut diximus, ad plures annos procurarat; funebri etiam oratione pro concione laudatus fuit, multis prodigiis ante, & poſt obitum ſuam ſemper inculpatam vitam coronantibus. De eo Carolus de Lellis in ſuis famil. nobilibus par. pr. Ametranus in famil. Cappcia fol. 63. Jo. Marcianus in memoriis Hiſtoricis Congregationis Oratorii tom 2 l. 2. c. 9. à fol. 106. ad 114. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 303.)*

XXXI 32 RAPHAEL Ronellus *a* Clericus Regularis Theatinus ab Urbano VIII. ad onus Epiſcopale vocatus eſt die 16. Martii 1626. ſedit annis 7. exceſſitque ann. 1633. menſe Auguſto.

*a* Raſellius de quo ſeloo in hiſt. Cler. Regu par. 5. & Toppius in Bibl. Neap. p. 256. Mandoſ.

( *Morum hic integritate, & innocentia præditus in ſua Religione Definitoris, Conſultoris, & Viſitatoris munera dignè implevit. In urbe vero Neapoli S. Officii, & judicis Theologus extitit, & in hujus Eccleſiæ regimine egregiam ſui nominis famam reliquit.*)

33 LAURETUS de Franchis *b* Aprutinus ex oppido Sanguinis, vir doctus, electus anno 1634*c*. manus conſecrationis Romæ accepit à Cardinale Brancaccio die 26 Martii ejuſdem anni; translatus eſt ad Minorenſem anno 1637*d*. Scripſit de controverſiis inter Epiſcopos, & Regulares, aliaque opera edidit. ( *Fuit hic ante Epiſcopatum e præclariſſimo Collegio Manſionariorum, ſive ut vocant Hebdomadariorum majoris Eccleſiæ Neapolitanæ, & tunc orationem habuit euſam typis Jo. Dominici Roncalioli 1613. in 4. cui titulus* — Publica Urbis Neapolitanæ Gratulatio *in electione Illuſtriſſimi, & Reverendiſs. D. D. Decii Cardinalis Carrafæ ad Eccleſiam Neapolitanam conſcripta &c. ut diximus ſupra t. 6. in Archiepiſcopis Neapolitanis in Decio Carrafa. Vide Toppium in Bibliot. Neapol. in Addit. fol. 319.*) XX XII.

*b* De hac item Toppius p. 189. 318. Mandoſ. *c* Die 20 Martii. *d* 1639. die 2. Decembr.

34 ALEXANDER Sibilia Capuanus vir ſumma eruditione, Philoſophicis, ac Theologicis ſtudiis notus, ab Urbano VIII. Caprenſis Epiſcopus electus eſt die 20. Aprilis 1637. Romæ obiit paucos poſt dies à ſua inauguratione. Jacet in Eccleſia ſancti Auguſtini, ubi legi ſolet elogium ſepulchrale. XX XIII.

D. O. M.

*Alexandro Sibiliæ Capuano Theologo integritate morum, ac doctrinæ præſtantia æque ſpectato, quem vel ipſa honorum fuga honores promeritum Urbani VIII. P. M. beneficentia & Franciſci Card. Barberini officiis, cujus pridem Philoſophica ſtudia impenſe juverat, Caprearum Epiſcopum vix dum inauguratum aſpectu tantum virtutis præmio ejus obſecuta moderationis mors præripit immature. Ætatis anno XXXXVI. Dom. MDC. XXXVII. Marcus Antonius de Baucio Patritius Capuanus Amico lectiſſimo atque optime merito. M. M. P.*

35 Fr. FRANCISCUS ANTONIUS *e* Blondus ( *Cavenſis*) Ord. Minorum Conventualium præficitur in Epiſcopum Capritanum die 14. Decembris 1637. translatus ad Orthonenſem Eccleſiam 1641*f*. XX XIV.

*e* Laudatur à Franchis in Bibliograph. p. 313. Mandoſ. *f* 14. Decemb. 1640

36 PAULUS Pellegrinus ( *Neapolitanus*) ſucceſſit Franciſco anno 1641. die 28. Martii. XX XV.

*A D D I T I O.*

( *Mortalitatem explevit Neapoli anno 1683.*

*DIONYSIUS è nobiliſſima Neapolitana Patritia gente ſedilis Portæ novæ Petra, origine autem conſulari Romana, quæ pluribus ab retro ſæculis dominata fuit oppidis Caſtri Sangri, collis Alti, & ducentis ab hinc annis Vaſtigirardi ſub titulo ducatus, aliiſque, filius Vincentii & Septimiæ Philonardi patritiæ Romanæ, ac germanus frater Didaci Surrentini Archiepiſcopi, Paulo ſucceſſit 19. Julii 1683. & poſſeſſionem tulit menſ. Auguſti per Vincentium Petram fratris filium, & tunc laudati Præſulis Surrentini Vicarium. nunc poſt varia, & quidem magni momenti in aula Romana obita munia, Epiſcoporum, & Regularium Congregationis à ſecretis. Adoleſcens Dionyſius ſacræ Cœleſtinorum familiæ nomen dedit, in qua omnibus Eccleſiaſticis diſciplinis, & vitæ probitate conſpicuus Abbas evaſit. Huic Eccleſiæ ſponſus aſſignatus maxima illam prudentia, & charitate gubernavit, ſuſtulit omnes abuſus, & in ſuo clero doctrinam, & emendatiſſimos mores voluit, adeo ut diœceſis viris illico ſua induſtria floruerit, non modo ſcientiis, ſed & etiam ſanctimonia præclaris. Ædificari fecit novam Eccleſiæ S. Stephani Protomartyris, ſolo æquata vetuſtiſſima, quia reſtaurationis omnino erat incapax, ac dum Civitas ære publico, & plerique piiſſimi cives ſuo privato, ſed ipſe Epiſcopus & ſuo ſemper profuſe adſtiterunt. Cujus ædis ſuper majus limen hæc extat inſcriptio.* XX XVI.

D. O. M.

Divo Stephano Protomartyri titulari ac Divo Conſtantio totius inſulæ tute-

lari

lari templum hoc dedicatum, forma
exutum ſua rudi, atque pervetuſto pe-
nitus everſo divina favente providen-
tia, profuſa civium liberalitate ex pu-
blicæ annonæ quæſtu privatiſque pio-
rum ſubſidiis à fundamentis excitatum,
latius, nitidiuſque reſtitutum Illuſtriſs.,
& Reverendiſs. Domino D. Dionyſio
Petra Abbate Ordinis Cœleſtinorum,
Epiſcopo Capritano A. D.
MDCLXXXXVII.

A *Epiſcopale palattum aut dirutum, aut pene labens magno quidem impendio refecit, prolatavit, exornavit. Ad plures abiit die 10. Junii 1698. Sepultus fuit in eadem æde D. Stephani, cui non modo argentea ſua omnia inſtrumenta, cum reliquis bonis omnibus, quæ dicuntur mobilia, ſed etiam tria ſcutorum millia pareciæ S. Sophiæ oppidi Anacapræ quamdam pecuniæ vim, ac diverſis etiam locis piis, ſacellis, & ædiculis, quas Eremitæ procurant, pro ſua cuique indigentia legavit. Poſt aliquot annos ipſius cineres in odæo ipſius Eccleſiæ S. Stephani, ſed retro aram maximam ſub hac inſcriptione locatæ fuerunt.*

B

D. O. M.
Dionyſio Petra Cœleſtinorum Ordi-
nis Abbati Caprearum Eccleſiæ Præ-
ſuli vigilantiſſimo ob innumera erga
eamdem beneficia Epiſcopales ob ædes
reſtitutas adhuc viventi, è vivis ſubla-
to IV. Id. Jun. A. D. MDCXCVIII.
ob chorum lignea cælatura, levique
marmore ejus ære [e]xcitatum, lapidem
hunc ſuos cineres ſervantem Illuſtriſs.
Dominus D. Michael Gallo Vandene-
inden Reverendiſs. conſulto Canoni-
corum Collegio ponendum curavit Id.
Febr. anno ſal. MDCCVI.

*Legitur etiam & hæc altera inſcriptio Neapoli in D. Petri ad Majellam in Petræ gentis ſacello.*

C

D. O. M.
D. Dionyſio Petra generis nobilitate
conſpicuo ex Abbate Cœleſtinorum E-
piſcopo Capritano, qui ad eximii Anti-
ſtitis, optimique paſtoris munia nume-
ris omnibus implenda, integerrimæ vi-
tæ ratione omnibus ad exemplum, ſin-
gulari morum ſuavitate ad miraculum,
prudentiſſimi regiminis præſtantia ad
votum præfulgens è vivis maximo ſui
deſiderio cunctis relicto deceſſit A. D.
MDCXCIIX. ætatis ſuæ ſeptuageſimo
Reverendiſs. Pater D. Dominicus Gi-
ronda è Marchionibus Canneti Abbas,
& Monachi grati animi monumentum.

XX
XVII *Dionyſium Petram die 15. Sep. 698. excepit MICHAEL patria Neapolitanus, genere autem nobiliſſimus Hiſpanus, filius Gregorii Galli, Conſiliarius Sacri Regii Conſilii, ut Neapolitani vocant, Divæ Claræ, & Tereſiæ Vandeneinden Patritiæ Belgicæ è Marchionibus Caſtrinovi in Regno Neapolitano. Poſſeſſionem hujus inïit Eccleſiæ menſe Octobri ejuſdem anni per Lutium Clementem Parochum D. Stephani. Præſul omni virtute vere inclytus. In cultu divino totus eſt, adeo ut hujus Civitatis Reverendiſs. Capitulo, & pareciæ S. Sophiæ in oppido Anacapræ multa addixerit ſacerdotia cum onere tamen divini penſi in odæo ſtatis quidem diebus, ac temporibus. Cum de ſuo ſit ditiſſimus, vigintiquinque & amplius ſcutorum millibus cœnobium prolatavit, quod ſub regula D. Tereſiæ excitarat Anacapræ vener. Virgo ſoror Seraphina de Deo, quæ magno ſanctitatis odore exuvias corporis reliquit Capreis menſ. Martio 1699. illius Eccleſiam à fundamentis erexit inſtar templi nobili quidem ſimetria, picturis celeberrimi Pauli de Matthæis ornavit, ſacris, ac pretioſis ſupellectilibus ditavit, largiſſime tandem illud dotavit, ut quod ante ſimplex fuerat collegium, perpetuam*

D

*demum clauſuram acciperet, non modico labore obtinuit die 25. Decembris 1719. cujus fructu nunc in Domino lætatur, quia quæ in eo vivunt ſanctimoniales, perfectiſſimam communem vitam profitentur, & morum exemplis clariorum, & cultiorum urbium ſacra nunc æquant gynecæa. Omnia ſua argentea inſtrumenta, & queque habebat pretioſiora, huic Monaſterio donavit. Nulla ſuę domus picta muros tabula exornat, papyraceis ſanctorum imaginibus, & paleatis ſediculis contentus; pauperes omnes aurea manu ſemper juvat, & ſeptuaginta eorum quotidie alit. Modico ſomno corpus reficit, ac potius torquet ſuper rigido ſtramine, ſine ulla ſindone, & una tantum lodicula contectus; ejus veſtes omnes laneæ; parce, & vili, & ſemel per diem veſcitur. Quod ſibi à cura paſtorali ſupereſt tempus, in divina meditatione, aut lectione librorum ſpiritualium impendit. Quę quidem cedro digna ſanctiſs. Pręſulis geſta licet duo teſtentur flamines omni exceptione majores Franciſcus nempe Calamaza Philoſophus, Theologus, & Capreenſis Canonicus, Franciſcus alter, ſed Arcucius utriuſque juris in almæ urbis Sapientiæ Archigymnaſio Doctor, & nunc in principe templo ſuę patrię parochus, fama centum armata tubis late diſſeminat.)*

# LITTERENSES
## SEU
# LITERANENSES
## EPISCOPI.




LITTERENSIS civitas mediterranea in finibus Terræ Laboris ſita eſt. Hanc ædificaſſe Romanos ſupra Lacteum montem author eſt Procopius lib. 3. de geſtis Gothorum, à Literis, quæ ſæpe ad viros Romani nominis illuſtres inibi ob aeris ſalubritatem vitam ducentes à Senatu mittebantur, nomē uſurpare, & inſignia ſcribunt. Originem hanc & nomē fabulam exiſtimarunt nonnulli, qui volunt ab Amalphitanis nomen & ædificationem accepiſſe in Campis Stabianis, ubi bona ac villas habebant. Utcunque ſit, parva nunc civitas eſt, & infrequens, abſque mœnibus, quæ potius domorum in ea aggregatio dici poſſit, in provincia Amalphitana ſita.
D Epiſcopus à ſua primęva inſtitutione Archiepiſcopi Amalphitani ſuffraganeus eſt. Dignitatem inſtitnit Joannes XV. anno 987. cum Amalphim Eccleſiam Archiepiſcopali dignitate decoraſſet, Stephanumque Sacerdotem primum dedit Epiſcopum. Vetus Cathedralis cum ob ruinas reddita fuiſſet deformis, ſine tecto, & à civium habitatione remota, ędibuſque pro Epiſcopis, & Sacerdotibus careret, in aliam quam ipſi cives Literenſes conſtruxerunt ſub invocatione S. Mariæ in Cœlum Aſſumptæ de Populo longe commodiorem, Pii V. Pontif. Max. auctoritate tranſtulerunt. Sacris in ea miniſtrant Canonici undecim tenui cenſus, è quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Primicerius, Cantor & Theſaurarius. In civitate Parochiales Eccl. pręter Cathedralē novē ſunt. Fidelium verò animę intra civitatē degētiū plus minus 1500. eſtque etiam cœnobium Sanctimonialium S. Domi-

nici, & alterum Auguſtinianorum. Diœceſis perangusta eſt, duobus oppidis contenta, quorum alterum Granianum duodecim habet Parochiales Eccleſias, duo virorum cœnobia, unum Auguſtinianorum, alterum Carmelitarum, duo Monialium ſepta, animas verò 2800. Alterum eſt oppidum Pimontis. Quinque in eo ſunt Eccleſiæ Parochiales, unum Ord. Prædicatorum monaſterium. Animas continet 1500. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum eſt quingentorum, taxatur vero in libris Cameræ Apoſtolicæ ad Florenos 33. Epiſcopos, qui in hac Eccleſia fuere, ſequentes tantum noſtra expiſcata eſt induſtria.

### *A D D I T I O.*

( ,, *Litterenſis civitas immediati dominii Regis*
,, *Catholici, quæ Letteranum, ſeu Letterum apud*
,, *Lexicographos nuncupatur, vulgo* Lettere, *in colle*
,, *ſita & in Provincia Principatus citerioris, in fini-*
,, *bus terræ Laboris, parum diſtans à littore maris,*
,, *urbecula nunc eſt fere diruta, & abſque mœnibus,*
,, *incolis circiter mille conſtans. Duæ ibi extant Ca-*
,, *thedrales, una à civium habitatione remota ſub in-*
,, *vocatione S. Andreæ Apoſtoli, eaque jam penitus*
,, *antiquata; altera, quam Letteranorum civium*
,, *pietas ædificavit ſub invocatione Aſſumptionis B.*
,, *V. M. de Populo. In hac decem Canonici ſacra jura*
,, *implent, ex quibus quatuor dignitate eminent:*
,, *aliique ibidem inſerviunt minores presbyteri. Per*
,, *presbyterum à Capitulo deputatum cura anima-*
,, *rum inde exercetur, & alternatim per tres alios*
,, *parochos civitatis. Domus pro Epiſcopi habitatio-*
,, *ne ſatis commoda contigua eſt Eccleſiæ, quæ caret*
,, *clericorum Seminario, neque adſunt inter Canoni-*
,, *cos Præbendæ Theologiſ, & Pœnitentiaria. De-*
,, *coratur duobus virorum, & uno ſanctimonialium*
,, *ſacris ſeptis, ac quoque monte Pietatis. Diœce-*
,, *ſis licet modica ſit, ex duobus præclaris oppidis*
,, *clareſcit. Menſæ Epiſcopalis annui redditus ſunt*
,, *ejus monetæ ducati 700. quorum taxa Romana eſt*
,, *flor. 33 Cæterum urbs Litterenſis reapſe ab Roma-*
,, *nis ædificata videtur, at præter varios Authores id*
,, *aſſerentes, ipſa loquuntur inſignia, quæ ſunt ea-*
,, *dem Almæ Urbis, additione autem trium littera-*
,, *rum L.L.L, quæ ſonant Litteræ Senatus Populi-*
,, *que Romani latæ Lutio. Antiquiſſimam Romano-*
,, *rum ſedem ipſa etiam teſtantur marmora, & præ-*
,, *ter reliqua illud, quod una cum urna cinerum re-*
,, *pertum fuit in viridario patritiæ gentis de Rocco,*
,, *in quo legitur.*
,, T. Cornelius Libanus inveni aliquan-
,, do locum, ubi requieſcerem.
,, *Et aliud.*
,, D. M.
,, Miniariæ Priſcæ. Vixit Ann. III. M. II.
,, D. VIII. C. Miniarius Viator Poſuit.
,, *Ad radices montis hujus urbis Narſes celeber-*
,, *rimus copiarum Ductor Juſtiniani Imperatoris,*
,, *Gothos profligavit, eorum Rege Teja etiam vita ſpo-*
,, *liata. Inter urbes Amalphitanam olim conſtituen-*
,, *tes Rempublicam recenſita fuit hæc civitas, magni*
,, *ſemper habita ab omnibus utriuſque Siciliæ Regi-*
,, *bus, adeo ut cum illam Carolus II. in feudum ſuo*
,, *familiari dediſſet, fortiter ipſa inſtitit, ita ut idem*
,, *Rex conceſſione deleta ſuo iterum regali dominio aſ-*
,, *ſeruerit, ut è regeſta in arch. R. Sic. ſub ann.*
,, *1292., & 1293. litt. B fol. 133., & 138. variiſque*
,, *aliis prærogativis, ac exemptionibus ab Ladiſlao*
,, *Rege ornata fuit. Regina Joanna II. die 21. Julii*
,, *1432. perpetuo ei remiſit ſextam partem functio-*
,, *num fiſcalium, quas regio ærario pendere teneban-*
,, *tur,* attendentes (*ſunt verba Reginæ*) ſinceræ fi-
,, delitatis conſtantiam Univerſitatis, & hominum
,, Civitatis dilectorum, & conſiderantes damna va-
,, ria realia, & perſonalia per eos paſſa pro noſtra
,, fidelitate illibate ſervanda &c. *ut in dicto arch.*
,, *faſcic. 94 fol. 90.. Alphonſus I. Aragonius ſapien-*
,, *tiſſimus Rex, non modo die 8 Julii 1644 ſub datum*
,, *in Caſtris apud fontem Chiuppi confirmavit omnes*
,, *gratias, exemptiones, privilegia à prædeceſſoribus*
,, *ei indulta Regibus, ſed & voluit regio ſemper do-*
,, *minio deinceps ſubjectam, ut retro ſemper fuerat.*
,, *Antiquiſſimum Caſtrum habet turribus, varioque*
,, *opere præcinctum, vetuſtiſſima tamen forma mi-*
,, *litari, quæ jamdiu obſolevit. Die SS. Trinitati ſo-*
,, *lemniter ſacro Archipresbyter, & alii Sacerdotis*
,, *honeſtati oppidi Graniani, Epiſcopo præſtant obe-*
,, *dientiam, & Dominica Septuageſimæ reliqui Sa-*
,, *cerdotes ejuſdem oppidi Epiſcopali Menſæ cenſum*
,, *ſolvunt. Spirituales etiam jactat theſauros, & præ-*
,, *cipue duas Spinas, quæ caput Domini Noſtri Jeſu*
,, *Chriſti humanam ſalutem in terris operantis tere-*
,, *brarant. Suſpirat etiam ab Sancta ſede publico*
,, *poſſe proſequi cultu Joannem Leonardum, & Ray-*
,, *mundum, quorum alterum de Faſco, alterum de*
,, *Rocco ſuæ patritiæ familiæ Prædicatorum ſacro*
,, *ordini dederant.* )

I. 1. (1) STEPHANUS I. Litterenſis Epiſcopus ordinatus eſt à Leone I. Amalphitano Archiepiſcopo auctoritate Joannis XV. Pont. Max. ann. 984. a Quo tempore, vel quo anno obierit non conſtat, conſtat tamen poſt ipſum continuata ſerie alios ſucceſſiſſe, quorum nomina & memoria periit ad annum uſque 1118.

a Sed potius an. 994.

II. 2 PETRUS Epiſcopus Litterenſis in vivis erat anno 1118. an idem ſit cum ſequenti incompertum eſt.

III. 3 PETRUS Epiſcopus Litterenſis anno 1169. ad quem extat confirmatio omnium jurium Epiſcopatus Litterenſis per Amalphitanum Capitulum facta, tenoris ſequentis ex authentico copiali Cathedralis Amalphitanæ

*Capitulum S. Amalphitanæ Eccleſiæ venerab. Fr. Petro Epiſc. Litterano, & ejus ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.*

*Sicut injuſta petentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima deſiderantium non differenda petitio. Proinde, Frater in Chriſto Reverendiſſime Petre Epiſcope, ad perpetuam Litteranenſis Eccleſiæ, cui Domino authore præſides, pacem, & ſtabilitatem, tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos eidem Eccleſiæ in perpetuum confirmamus univerſam Litteranenſem Parochiam, ſicut à bonæ memoriæ Calixto II. Papa Amalphitanis Archiepiſcopis definita, & privilegiorum munimine confirmata eſt, quæ nimirum parochia his terminorum diſtinctionibus coarctatur, videlicet Eccleſia s. Angeli de Petra aliena, & Eccl. s. Angeli de Jugo, inde ad rivum de Caſtello maris ex altera parte à prædicta Eccl. s. Angeli de Petra aliena, uſque ad Eccleſiam s. Salvatoris de Pulpito, & inde uſque ad jam dictum rivum de Caſtello maris, per hanc præſentem paginam ſtatuimus, ut quæcunque caſtella, plebes ... infra hos terminos concluduntur, Epiſcopali tibi, tuiſque ſucceſſoribus jure ſubjaceant, ſicut & antiquis temporibus tuis ſubjacere prædeceſſoribus dignoſcuntur, in quibus his propriis viſa ſunt nominibus annotanda, ipſum, videlicet municipium Litteræ, cum Eccleſiis, & appenditiis ſuis, caſtellum Graniani, cum appenditiis ſuis, caſtellum Pini, cum appenditiis, locus qui apud Montes dicitur, cum pertinen. ſuis. Nulli ergo hominum facultas ſit prædictam Parochiam ... ſcripta occaſione, ſeu temeritate aliqua invadere, occupare, minuere, vel mutare, ſed in eo futuris temporibus ſtatu permaneat, & in quo hactenus cognoſcitur permanſiſſe. Salva in omnibus & per omnia Amalphit. Archiepiſcopi reverentia. Si quis igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire præſumpſerit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, reum ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Dom. Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Servantibus ſit autem pax D. N. J.*

(1) APRILIS Laterinenſis interfuit Synodo Romanæ an. 904. Pro *Laterinenſis Literanenſis* ſcribendum putat Harduinus in indice Concil. & Aprilem huic Litterenſi Eccleſiæ adjicit. Potuit equidem Joannes XV. Epiſcopalem ſedem jamdiu in Litterenſi Eccleſia antiquatam reſtituiſſe, cum Stephanum elegit, & Amalphitano Archiepiſcopo ſuffraganeum dedit. Sed de hoc videant eruditi.

*N. J. C. quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.*

*Datum Amalphiç 12. menſis Decembris, anno Dom. Incarn. 1169. Indictione 3.*

*. . . . Diaconus teſtis eſt.*
† *Manſo Diaconus & Abbas Capudlupo ſeſſ.*
† *Petrus Diaconus Caſtellomita teſtis.*
† *Pulcharus Diaconus teſtis eſt.*
† *Philippus Diaconus, & Abbas Caſtaldus teſtis eſt.*
† *Manſo Primicerio Faſeolus teſtis eſt.*
† *Romanus, Presb. & Archiſacriſta teſtis eſt.*
† *Joannes Presb. & Cardin. de Salerno teſtis eſt.*

IV 4 JOANNES Litterenſis Epiſcopus interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. celebrato anno 1179.

V. 5 JACOBUS poſt centeſimum, & amplius annuum à Joanne reperitur hujus Eccl. Præſul, qui cum interfuiſſet coronationi Manfredi Tarentini, à Pontif. Max. diris innodati, incidit & ipſe in cenſuras Eccleſiaſticas. à quibus longo poſt temporis ſpatio juſſu Honorii IV. Papæ ann. 1289. à Stabienſi Epiſcopo abſolutus habetur in Reg. Vatic. epiſt. 1289. pag. 79. anni primi ejuſdem Pontificis.

VI. 6 PETRUS Epiſcopus Litterenſis doctus & probus vir, Regni Siciliæ Cancellarius & Conſiliarius Caroli II. Regis, ab eodem. anno 1300. conſtitutus eſt Neapolitani ſtudii reformator, ut in Regeſt. ejuſdem Regis notatur.

VII. 7 RAHO Litterenſis Epiſcopus, cujus memoria extat in Regio Regeſto Neapoli, anno 1311.

VIII. 8 PETRUS obiit anno 1349.

IX. 9 Fr. JACOBUS de Roa a Ordinis Minorum vir excelſæ doctrinæ à Clemente VI. hujus Eccleſiæ Antiſtes electus anno 1349. 17. Kalend. Aprilis anno Pontificatus ſui 7. ut in Reg. Vatic ep. 159. pag. 126. Exceſſit circa annum 1365.

a à terra Joha vulgo Gioj.

X. 10 Fr. ROBERTUS de Caſtello-Moro ejuſdem Ordinis Minorum Profeſſor defuncto Jacobo præficitur anno 1365. 6. Idus Junii ab Urbano V. ex eodem Regeſto.

XI 11 NICOLAUS de Siſtis in vivis agebat anno 1390. ex Regio Regeſto Neapolitano.

XII. 12 THOMAS ex Epiſcopo Litterenſi translatus ad Eccleſiam Ugentinam anno 1392. 18. Kal. Febr. ex lib. obligat. Prælat.

XIII 13 JOANNES Piſanus Ord. Prædicatorum inſignis alumnus Bonifacio IX. mandante ad clavum hujus Eccleſiæ cœpit ſedere anno 1392. 9. Kalend. Feb. Mortalitatem explevit circa ann. Dom. 1403. ex eodem lib oblig.

XIV. 14 JACOBUS 1403. in eodem libr. memoratur 10. die Octob.

XV. 15 FRANCISCUS ad hanc dignitatem vocatur à Gregorio XII. anno 1407. 21. Martii, ut in eodem lib Obiit an. 1427.

XVI. 16 CUCCHIUS electus à Martino V. ann. 1428. die 15. b Aprilis.

b Kalendis Martii ex Actis

XVII. 17 ANTONIUS Archipresbyter S. Mariæ Rotundæ, ſeu ad Martyres Romæ Pantheon, 5. Kalen. Octob. ann. 1441. Litterenſis creatur Epiſcopus ab Eugenio IV. Hanc rexit Eccleſiam per annos 15. defunctuſque eſt anno 1456. Act. Conſiſt.

(„ *Antonius iſte vix adeptus fuit Epiſcopatus poſ-*
„ *ſeſſionem, quam ſubiicimus, accepit à Caſinati*
„ *conventu commiſſionem, oaſede Abbatiali vacan-*
„ *te, ex qua quis fuerit clarius dignoſcitur.*
„ *Commiſſio facta per Priorem, & Conventum Caſi-*
„ *nenſem Reverendo in Chriſto Patri, ac Domi-*
„ *no, Domino Antonio de Sellano Epiſcopo Litte-*
„ *renſi de conferendis ordinibus ſacris, & alia*
„ *omnia faciendi, quæ ad Dignitatem ſpectant*
„ *Epiſcopalem in Abbatia Caſinenſi.*
„ *Prior, & Conventus ſacri monaſterii Caſinen-*
„ *ſis ordinis S. Benedicti quod nullius Diœceſis exi-*
„ *ſtit, et Sanctæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſub-*
„ *jecti. Univerſis, & ſingulis, ad quos præſentes*
„ *litteræ noſtræ pervenerint, ſalutem in eo, qui*
„ *omnium eſt vera ſalus. Cum ad Epiſcopale ſpe-*
„ *ctat officium circa Pontificalia pro Animarum Chri-*
„ *ſti fidelium ſalute inter ſubjectos in Pontificalibus*
„ *miniſtrare. Pro parte majoris Eccleſiæ S. Benedi-*
„ *cti Cœnobii Caſinatis, ne ſubjectorum animæ pro-*
„ *pter defectum præſentis adminiſtrationis detri-*
„ *mentum aliquod patiantur, confiſi de fide P. D. An-*
„ *tonii de Cælano de Sancto Germano, Dei, & Apo-*
„ *ſtolicæ ſedis Gratia Epiſcopi Litterenſis, ſperan-*
„ *teſque, quod ea, quæ eidem committimus fideliter,*
„ *& juxta ritum S. R. E. exequetur. Eidem igitur ipſi*
„ *auctoritate, qua fungimur, D. Antonio Epiſcopo*
„ *Litterenſi uſque ad noſtrum beneplacitum tenore*
„ *præſentium plenam licentiam concedimus, & om-*
„ *nimodam poteſtatem in tota Abbatia Caſinenſi, &*
„ *Terris, ac locis ſubditis eidem eriſmandi pueros,*
„ *altaria, viatica, & non viatica conſecrandi, &*
„ *Eccleſias violatas, & de novo conſecratas ſanctifi-*
„ *candi, & reconciliandi ubilibet per dicta loca, &*
„ *Terras, ordinandi quoque temporibus à jure ſta-*
„ *tutis quoſcunque ad Sacros ordines promovere vo-*
„ *lentes juxtà morem, & ritum S. R. E. In cujus rei*
„ *teſtimonium, & Cautelam cujuſcumque intereſt,*
„ *præſentes noſtras litteras exinde fieri fecimus no-*
„ *ſtri Conventualis ſigilli impreſſione munitas. Da-*
„ *tum in monte Caſino. Sextodecimo Kal. Novem-*
„ *bris, milleſimo quatringenteſimo quadrageſimo*
„ *primo.* Lucentius.)



18. GABRIEL ſucceſſit Antonio anno 1456. die 6. Februarii, à Callixto III. inauguratus. XVIII

19. ANTONELLUS ſucceſſor Gabrielis hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit ſub Sixto IV. anno 1478. 19. Kalend. Februarii. XIX.



20. ANTONIUS de Mirabaliis Patritius Neapolitanus, forte idem cum Antonello, extrema clauſit anno 1503. Acta Conſiſt. XX

21. ANDREAS Curialis nobilis Surrentinus electus an. 1503. 7. die Julii. Ceſſit an. 1520. cujus gentilitia inſignia faſciæ ſunt binæ cæruleæ in parma argentea, & roſæ quatuor aureæ, una in quolibet angulo ipſarum faſciarum. XXI

( „ *Ultro ceſſit Andreas oneri 1517. ut nobis ex*
„ *Actis Conſiſt. liquet, & ſchedis, ex quibus inſtru-*
„ *cti hanc ſeriem puriorem damus. Concilio Late-*
„ *ranenſi interfuit an. 1514.*
„ *VALENTINUS de Apreja, presbyter ſecula-* XXII.
„ *ris, rector Eccleſiarum Parochialium Ss. Joannis,*
„ *& Laurentii, & S. Jo. Litterenſium invicem uni-*
„ *tarum, cedenti Andreæ ſubrogatus eſt 23. Martii*
„ *1517. Deceſſit 1539. ex Actis Conſiſt.* Lucentius.)

22. Fr. VALERIANUS de Apreja ſucceſſit anno 1521. (1)

23. FRANCISCUS obiit anno 1539.


24. BARTHOLOMÆUS de Capoblanco Patritius Beneventanus creatus an. 1539 c. die 12. De- XXIII

c 1540. 27. Jan. ex Actis.

 cem-

(1) Noſter Ughellus vice à nobis relati Valentini Valerianum quendam regulari appoſita nota fr. ſubrogatum Andreæ ſcripſit. Fontana in Theatro Domin. ex ordine Prædicat. eſſe aſſerit. Nos actis Conſiſtorialibus, & Schedis Vaticanis fruentimur, de Valentino ſatis edocti, & deleto Franciſco, quem ejus ſucceſſorem numerat ſeries Ughelliana, obliterato pariter Fr. Valeriano ad ſequentes emendate progredimur. *Lucentius.*

cembris. Nuncius & Collector fuit pro Sede Apoſtolica in Regno Neapolitano: viam univerſæ carnis ingreſſus eſt anno 1547. („ ſepultuſque eſt Nea-„ poli in D. Catarinæ ad Formellum.)



XXIV 25. JOANNES ANTONIUS Pantu'a *a* nobilis Coſentinus ſucceſſit Bartholomæo die 14. Feb. anno 1547. Inter Patres Concilii Tridentini aſſedit Doctor eximius, omnibus admirabilis; ibidem exceſſit 27. Octobris 1562. in Cathedrali iacet. Scripſit vir in omni doctrina illuſtris de Prædeſtinatione, de Gratia, & Libero arbitrio luculentum tractatum, de vera Chriſti carne, & ſanguine, pluraque alia ad poſteros reliquit ſui ingenii monumenta. Ejus inſignia argenteum caſtrum in parma cęrulea.

*a* Pandoſius appellatur à Marafioto in Chron. Calabriæ p. 264. De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 127. *Mandoſ.*

XXV 26. Fr. SEBASTIANUS Leccavella Græcus *b* Ord. Prædicatorum inſignis Theologus, Archiepiſcopus Naxienſis, ad hanc Eccleſiam translatus die 16. Decembris 1562. clarus in Concilio Tridentino inter Patres aſsedit. Hujus cum laude meminit P. Sforza Pallavicinus lib. 18. c. 14 hiſt. Concilii Trident. Tres ferè annos hanc rexit Eccleſiam, eamque anno 1565. liberè dimiſit. * Romæ deceſſit anno 1566. Sepultus ad Minervam hoc habet epitaphium.

*b* Ex inſula Chio Laudatur à Juſtiniano in Chio ſacra p. 112. *Mandoſ.*

* Ex App. tom. 9.

D. O. M.

*Sebaſtiano L·gavellæ Archiepiſcopo Naxienſi Ord. Præd. Chienſi, qui vixit annis LIIII, Menſ. IV. D. XXVIII.*

*Obiit ann. ſal. MDLXVI. Id. Novemb. Joan. Comitalis nepos ex teſtamento P.*

Ejus inſignia unica Crux in ſuperiori parte, aliæque duæ aureæ in inferiori umbonis cærulei.

XXVI 27. JOANNES ANTONIUS Aſtorcus Neapolitanus factus eſt Epiſcopus Litterenſis die 7. Novembris 1565. obiit anno 1567. Ejus inſignia ſunt Aſturco accipiter ſtellam reſpiciens in parte ſuperiori clypei.

XXVII. 28. Fr. BARTHOLOMÆUS Ferrus de Lugo Ord. Prædicatorum Epiſcopus declaratus eſt Litterenſis anno 1567. die 19. Septembris. Tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam Interamnenſem anno 1570. de quo vide noſtrum 1. tomum in Epiſcopis ejus Eccleſiæ. Inſignia gentilitia habuit tres ferreas lanceas, duas in parte inferiori, tertiam in parte ſuperiori clypei.

XXVIII. 29 PHILIPPUS Faſius Capponius Panormitanus electus an. 1570. die 9. Junii. Paulo poſt extrema clauſit, cui Pius V. Pontif. Max. per ſuas litteras mandavit, ut veterem Cathedralem in novam Eccleſiam per Bartholomæum Ferrum prædeceſſorem ædificatam, una cum Capitulo, ac Sanctorum reliquiis transferret. Litteræ in forma Brevis ſic fuerunt conſcriptæ.

*PIUS PAPA QUINTUS.*

*Venerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Renunciavit nobis venerabilis Frater Bartholomæus Epiſcopus Interamnenſis prædeceſſor ſuus, quemadmodum Litteranenſes moleſtè ferentes incommoditatem Eccleſię tuæ Cathedralis, quæ fere tota detecta, ruinis deformis, ab hominum cœtu remota, ædibuſque præterea Epiſcopo, & Sacerdotibus carens, latronibus obnoxia eſt, aliam Eccleſiam in loco longe commodiori iſtius civitatis permiſſu, & auxilio dicti Bartholomæi ædificarunt, quæ brevi ad culmen perducetur. Nos prædictis cauſis inducti, fraternitati tuæ concedimus, ut perfecto opere valeas novam Eccleſiam pro tua Cathedrali conſecrare, & ad eam cum Capitulo, Sacerdotibus, & aliis perſonis, nec non Reliquiis, vaſis, ornamentis & reliquis ſupellectilibus ſacris, & cum univerſis juribus, juriſdictionibus, & rebus antiquæ Eccleſiæ, & quæ illi competunt, actionibuſque omnibus tranſire, & apud eam reſidere, ac omnia divina Officia celebrare, non obſtantibus inſtitutionibus, fundationibus, & dotationibus dictę veteris Eccleſię, juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus tamen quod in ipſa veteri Eccleſia omnibus Dominicis, & feſtis ſaltem una Miſſa, cęteris verò diebus, prout res judicio tuo pati poteris, celebretur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 28 Julii 1570. Pontificatus noſtri anno V.*

30 Fr. AURELIUS Grianus de Urciſonis Ord. Minorum, Cuſtos S. Sepulchri, ſucceſsit Philippo eodem anno 1570. die 8. Novembris. Mortuus eſt ann. 1576. Inſignia ejus fuere Cruces duæ, una magna in parte ſuperiori, parva verò infra. XXIX.

31 JOANNES BERNARDINUS Grandopolus de Corigliano præficitur huic Eccleſię an. 1576. die 19. Septembris. Deſiit eſſe anno 1590. ſepultus in veteri Cathedrali. XXX

32 JO. LEONARDUS Bottilierius de terra Veſuvii I. V. D. electus ann. 1591. die 14. Januarii. Vitam liquit anno 1599. in patria ſua. Cujus inſignia lilium aureum in parte ſuperiori, & duo leones aurei in campo cæruleo. XXXI

33 FR. FRANCISCUS Bruſchus *c* Setinus Ord. Minorum Conventualium, vir doctus, in Romana Sapientia S. Theologiæ publicus Lector, pluribus ſuo in Ord. muneribus functus, cum eſſet procurator generalis, Litterenſis evaſit Epiſcopus anno 1599. die 13. *d* Septembris. Obiit anno 1625. Jacet in Cathedrali Setini in Eccleſia S. Bartholomæi, ubi lac primum Religionis ſumpſerat. Hoc æternæ ejus memoriæ monumentum in marmore poſuerunt. XXXII.

*c* De eo Theulus in Appar. Minorico. p. 201. & 205. *Mandoſ.*

*d* Die 29. Septemb.

*Mentis & memoriæ Fr. Franciſci Bruſchi Setini, primò Romæ miniſtri, mox totius Rel. per ſexen. Gen. Commiſſarii Sap. Urbis Theol. Profeſ. Veſpertini, mox univerſi Ordinis Minorum Procurator. ob rem bene geſtam à Clemente VIII. Epiſc. Litt. Aug. deſtinati Frat. Setini G. A. S.*

*M. DXCIX. DD.*

34 ANDREAS Caputus, *e* nobilis Neapolitanus, Auguſtino Bagnuli, & Carovigni Barone patre, & Iſabella de Anfora Surrentina pari nobilitate matre natus 4. Junii 1583. in puerilibus ſtudiis educatus, adoleſcens ad nobiliora animum adjecit, apud Patres Oratorii, quos Hieronyminos Neapoli appellant, amplexatus Eccleſiaſticam diſciplinam, ubi ſacræ Theologiæ, ſacrarumque litterarum ſtudiis nomen dedit, adeoque largiter ſapientiæ hauſit aquam, ut jam aliis eam Doctoris nomine præbere poſſe videretur. Itaque eruditionis, geniique commendatione lauream Doctoratus accepit, evaſitque S. Officii Conſultor, & ex ſuggeſtu per plures annos Eccleſiaſtico more fideles erudivit, inclaruitque apud omnes, piis operibus, doctrina, & eruditorum hominum familiaritate, quorum locupletiſſimo teſtimonio Gregorius XV. Pontifex Maximus honorario titulo Conſtantienſis Inſulæ illum exornavit an. 1622. Id. Julii, ac Franciſco Bruſcho Litterenſi effoetæ ætatis Epiſcopo, cum ſpe futuræ ſucceſsionis coadiutorem dedit *f*, eidemque demortuo ſucceſsit. Obtenti Epiſcopatus iniit poſseſſionem; bonus, piuſque Paſtor populum ſibi commiſſum verbo, & exemplo ad paſcua ſalutis direxit, Cleri dignitatem auxit, Epiſcopale palatium vetuſtate fatiſcens, ære proprio a fundamentis reſtituit, Cathedralem exornavit Eccleſiam XXXIII.

*e* De eo, ejuſque familia Carolus de Lellis de famil. Neapol. par. 2. p. 240. *Mand.*

*f* Die 11. Julii 1622.

sacra

ſacra ſupellectiſe locupletavit: eximiè hanc rexit Eccleſiam annis 22. meoſ. 8. dieb. 15. & piè, ut vixerat, Neapoli mortalitatem explevit die 26. Martii 1650. ætatis ſuæ 67. ſepultuſque eſt in majorum ſacello prope parentem Auguſtinum in Eccleſia ſanctorum Severini & Soſii, Innocentio X. Pont. Max. ſedente, quem Neapoli Apoſtolicum Nuntium agentem, ſacris Ordioibus bono omine inauguraverat in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Sanitate. Habuit Andreas Patrueles Petrum Paulum Larinenſem, & Conſalvum Cathacenſem Epiſcopos, de quibus redibit ſermo. Porrò gens Caputa oobilis ex provincia Provinciæ, ut fertur, cum Carolo I. Rege Neapolim venit, produxitque ubique & ſemper ad hæc uſque noſtra tempora viros toga, & ſago illuſtres, quorum anteſignanus fuit Gualterus ille clariſſimus miles Startiæ Caputæ in Maſſa Lubenſi dominus, qui ſub Carolo II. Rege feudis, & honoribus locupletatus, familiam ſuam Neapoli diſſeminavit, ex qua Andreas hic noſter Litterenſis Epiſcopus natus fertur. De ea plura me legiſſe memini in monumentis bonæ mem. Caroli Borelli, ex Regio Archivio ab ipſo fideliter exemplasa.

(„ *Huic digniſſimo Præſuli, & Alexandro Liparulo „ Epiſcopo Guardiæ, & quatuor aliis in Eccleſiaſtica di„ gnitate conſtitutis, ut judicibus Apoſtolica authoritate „ fultis Sacra Rituum Congregatio die 25. Octobris 1627. „ mandavit, ut ſolemniter proceſſum formarent in cauſa „ canonizationis venér Servi Dei P. Hieremiæ de Vallac„ chia ex ordine Fratrum Capuccinorum, qui Neap. „ anno 1625. magna ſanctitatis opinione mortalitatem ex„ plerat. Hic idem Andreas Epiſcopus, ut ſe omni titu„ lo, omnique jure filium probaret D. Philippi Nerii, „ quem peculiari à teneris obſequio ſemper proſecutus fue„ rat, & cui ſuos omnes in pietate debebat progreſſus, „ Neapolitano Archiſodalitio SS Trinitatis Peregrinorum, „ & Convaleſcentium nomen dedit; in illius Hoſpitio „ frequens adeſſe, Peregrinis inſervire, voce, manu „ eos juvare, ad Sodales more ſui Patriarchæ familia„ res ſermones habere. Anno demum Jubilæi 1650. ex„ creſcente mirum in modum copia Peregrinorum, piis „ potiùs laboribus circa pauperes Jeſu Chriſti, quàm „ ætate gravatus, vitæ priùs ceſſit quà charitati.*)



XX XIV. 35. HONUPHRIUS de Ponte Neapolitanus electus anno 1650. die 22. Auguſti ab Innocentio X. Pont. Max. vivit.

*ADDITIO.*

[„ *Fuit hic Honuphrius patria Neapolitanus utriuſ„ que juris, & Sacræ Theologiæ Doctor, mira in rebus „ gerendis dexteritate præditus, adeò ut Sacra Romana „ Sedes eum in plurimis magni momenti cauſis judicem „ deputarit, & tribunalis S Officii commiſſarium volue„ rit. Redditus ſuppreſſorum cœnobiorum D. Mariæ An„ nuntiatæ in civitate Litterenſi, quod Fratres Auguſti„ niani, S. Mariæ Belvederii in oppido Pimontis, quod „ Dominicani incolebant, ab Innocentio X erectioni Se„ minarii applicandos obtinuit; quod verò neceſſarium „ in quacumque diœceſi à Sacroſancta Tridentina Synodo „ reputatum opus exequi minimè potuit ob grave liti„ gium, quod in tribunali Reverendiſſimæ Fabricæ con„ trà ipſum excitatum, ſopitum non vidit morte præ„ ventus Neapoli die 13. Maii 1676, ubi & humari vo„ luit in æde nobiliſſimi Sodalitii, cui D. M. Succurre „ miſeris fecit titulum, in quo erat conſcriptus. In ſuo „ principe templo, quod ſacra ſupellectile ditarat, ſa„ crarium de novo excitavit, & in antiquo integra cor„ pora repoſuit S S. M. M. Clementis, Urſi, & Candi„ dæ, quæ à Romanis cœmeteriis cum ſuis legitimis ob„ tinuerat documentis, aramque magnificam ibi, elegan„ tique opere concinnatam in illorum honorem dicavit. „ Sede vacante Vicarius à Capitulo electus fuit Rever. D. „ Philippus Coppula Canonicus Primicerius, ejuſdemque „ Civitatis Patritius, qui ſui muneris partes cumulatiſ„ ſimè implevit.*



„ *ANTONIUS Molinarius, Genuenſis, V. J. D., qui „ in Alma Urbe patronum egerat, & poſteà generalis Vi„ carius fuerat Camerinenſis diœceſis, huic Eccleſiæ ab „ Innocentio XI 2 Decembris 1676 Sponſus aſſignatus „ fuit, quam ſummo ſtudio, ac vigilantia ad obitum uſ„ que procuravit. Pro ſeminarii erectione nervos omnes „ intendit, ſuppreſſumque cœnobium D. Auguſtini prò „ hoc effectu non mediocri impenſa prolatare cœperat, „ ob varios autem ob ees, quod in animo ſemper habue„ rat, nec perficere valuit. Eccleſiam Cathedralem ſa„ cravit, ſuprà cujus majorem januam à parte interiori „ hæc marmorea legitur inſcriptio.* XX XV.

D. O. M.

Cathedralem Eccleſiam jam propè Caſtrum hujus antiquiſſimæ Civitatis penè labeotem affabrè ſitam B. Pii V. Papæ authoritate in locum hunc commodiorem translatam illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Antonius Molinarie jusdem Eccleſiæ Litterenſis Epiſcopus ritu ſolemni die prima Maii 1696. publicatis indulgentiis conſecravit, ac feſtivitatem anniverſariam in ultima Dominica menſis Auguſti in poſterum celebrari mandavit anno ſupradicto prima Maii 1696. Innocentii P. P. XII. Pontificatus Anno quincto, & ſui Præſulatus XX.

„ *Suis ſumptibus reparavit, exornavit parœcialem „ Eccleſiam S. Leonis in oppido Graniani; in qua dotem „ conſtituit, ut perpetuò Sacerdotes ſacris operarentur. „ Ut in Eccleſia Auguſtinianorum perpolitum, elegansque „ laqueare efformaretur, pecuniæ non exiguam vim ſuf„ fecit. Viam univerſæ carnis ingreſſus eſt Graniani „ die 11. Julii 1698 ann. agens 73 die verò ſequenti „ ſollemnibus exequiis, aſſociantibus Capituli, nec non „ Cleri ſæcularis, & regularis, magiſtratus, ac popu„ li ejus cadaver in civitatem delatum, humatumque „ fuit in Cathedrali è regione throni Epiſcopalis cum in„ ſcriptione, quam in Epiſcopo ſucceſſore habebis. Vica„ rius Capitularis electus fuit ejuſdem Eccleſiæ Primi„ cerius D. Dominicus Antonius Athanaſius.*

„ JOANNEM *Anacleti Citi Roſſanenſis patritii, „ & Dianæ Paſchalis Conſentinæ patritiæ filium, „ fratremque germanum Caroli regiam cancella„ riam regentis Innocentius XII. menſ. Decembris „ 1698. cum eſſet præfectus ſuo ſodalitio Alborum in „ D. Mariæ de Populo, & alterius Apoſtolicarum „ Miſſionum in principe Neapolitano templo exer„ citiis vacaret, huic Eccleſiæ præſulem dedit, e„ jus die 8. Febr. ſequentis anni 1699. poſſeſſionem „ tulit. Sopito per tranſactionem tandem litigio cum* XX XVI.

oppi-



,, oppido Pimontis, cum ſuppreſſorum cœnobiorum
,, redditus impares eſſent erectioni ſeminarii, ſan-
B ,, civit, ut ex illis duo gymnaſia grammatices, alte-
,, rum in Civitate Litterenſi, & alterum in oppido
,, Pimontis cum dote prò paupercula Virgine quo-
,, tannis in matrimonium locanda, inſtituerentur.
,, Cathedralem baſilicam reſtauravit, exornavit,
,, turrim campanariam de novo excitavit, quam,
,, obſequutum obitum, imperfectam ſui ſpolii pecu-
,, nia ad coronidem uſque deduxit Cl. Vir V.J.D.D.
,, Joſephus de Fuſco patritius Litterenſis, & Ravel-
,, lenſis Canonicus Primicerius ejuſdem Eccleſiæ,
,, laudati Epiſcopi Vicarius Generalis, & confirma-
,, tus etiam poſtea Capitularis, ut ex hoc marmore,
,, quod ſupra Eccleſiæ majorem januam à parte ex-
,, teriori idem Primicerius affigendum curavit.


D. O. M.

,, Templum hoc Aſſumptæ in cœlum Vir-
,, gini dicatum rudius extructum, ævo la-
,, bens, terræmotibus fatiſcens Reparavit,
,, auxit, ornavitque ad recentiorem formam
,, & ſacra turri à fundamentis erecta mu-
C ,, niit Joannes Cito Epiſcopus Litterenſis
,, Anno à Chriſti æra MDCCVI.

,, A ſancta ſede hic Epiſcopus obtinuit, ut ſancta
,, Anna, ſanctique Joſeph, & Joannes Evangeli-
,, ſta tutelares Litterenſis Urbis renunciarentur, hac
,, autem lege, ut D. Annæ primus, ſecundus ve-
,, ro locus reliquis duobus aſſignaretur. Litteris tan-
,, dem mortalem hominem exuit die 27. Octobris
,, 1708. annum agens ætat. ſuæ 76. In Cathedrali in-
,, ter lacrymas univerſi ſui gregis ſepultus fuit pro-
,, pè cadaver ſui Anteceſſoris, ut è ſequenti inſcri-
,, ptione.


,, Hic jacent corpora Epiſcoporum
,, Antonii Molinari, & Joannis Cito.
,, Primus obiit die 11. Jul. MDCLXXXXVIII.
,, Sedit Annos XXII.
,, Secundus die 15. Octobris MDCCVIII.
,, Sedit Ann. IX. Mens. VIII. D. XXI.

D



XX XVII. ,, Joannem Citum excepit DOMINICUS Gaglia-
,, nus patritius Neapolitanus Pompilii Marchionis

A ,, S. Mauri, & Conſtantiæ de Judice Amalphitanæ pa-
,, tritiæ filius, clericus Regularis Theatinus, qui
,, poſt varia in ſua religione laudabiliter ſemper obita
,, munera, cum Romanæ domui S. Sylveſtri præſi-
,, deret, hanc Eccleſiam ab regnante feliciter Clemen-
,, te XI.. an. 1709. die 14. Oct. ſuſcepit regendam: poſ-
,, ſeſſionem autem iniit die 10. Maii 1710. bono qui-
,, dem omine, quia Congregationem Presbyterorum
,, ſub invocatione aſſumptionis B.M. Virginis in ſua
,, cathedrali exe tavit, iis omnibus exercitiis va-
,, cantem, quibus illa Neapolitem Presbyterorum,
,, vulgò del P. Pavone, in Collegio maximo Socie-
,, tatis Jeſu, imo & ipſi aggregatam, quare Litte-
,, renſis nunc clerus pietate, ac doctrina forſan illu-
,, ſtriorum diœceſum clerum æquat, & per clerum
,, ſanctificatum univerſa diœceſis meliores etiam mo-
,, res induit. Eccleſiæ fundos expurgavit, & mi-
,, rè frugiferos reddidit. Si tot, tantaque bona
,, triennii ſpatio ab eo ſua ſponſa recepit, quo majora,
,, ſi vix 46. ætatis annum agentem, & maxima me-
B ,, ditantem, mors in ſua Patria Neapolis non inter-
,, cepiſſet die 5. Julii 1713. Supremis tabulis omnem
,, propriam ſupellectilem, inſtrumentaque argentea,
,, è paternis conflata ſubſtantiis ſuæ cathedrali lega-
,, vit, è quorum venditione juxta mentem ipſius E-
,, piſcopi laudatus Primicerius de Fuſco ſuus non
,, modo cōſanguineus, ſed & Vicarius generalis & con-
,, firmatus etiam capitularis pavimentū cathedralis
,, de novo, & organum etiam conſtruxit. Contigna-
,, tionem lateritiam, quę Italica lingua ſonat il Tet-
,, to, renovavit, tribunam etiam tegulis cooperuit,
,, Epiſcopale palatium refecit novo etiam adjuncto
,, opere prope ſacrarium, quod novis etiam picturis
,, exornavit, in quo propriis ſumptibus lavacrum
,, electiſſimo marmore an. 1714. pro ſacris operantium
,, commodo concinnavit. Ut ſanctimoniales aſceterii
,, D. Archangeli in oppido Graniani communem, ut
,, dicunt, vitam abſolute profiterentur, enixe ſtu-
,, duit Epiſcopus Gaglianus, ſed & ipſe Vicarius ob-
,, tinuit, ut & obtinuit reædificationem in Civitate
C ,, parœcialium ędium D. D. Joannis, & Martini, quę
,, erant dirutę. Sepultus fuit, prout ipſe mandarat,
,, Neapoli in D. Marię Angelorum ſuorum Clericorum
,, Regularium, qui ſolemniter ei parentarunt.



D ,, DOMINICUS Galiſius, Neapolitanus Joanne XX XV.II
,, Baptiſta, & Antonia de Roſa nobilibus parentibus
,, ortus, religionis ſtudio, vitę integritate, animi
,, candore, morum ſuavitate, rerum uſu, ac pia qua-
,, dam in omnes beneficentia ſpectatiſſimus, ętate non
,, minus 71. annorum gravis, invitus, reluctans,
,, quia ab adoleſcentia ſemper omnis expers fuerat
,, ambitus, ab Clemente XI. hanc Eccleſiam coactus
,, fuit accipere 24. Januarii 1718. Ea vigilantia, &
,, ſpiritu lenitatis illam adminiſtrat, ut malit vide-
,, ri concordem Deo inveniſſe, quam feciſſe. Cum
,, vero opus fuerit, Sacerdotale nudat pectus prom-
,, ptus uſque ad ſanguinem pro domo Dei decertare.
,, Quolibet die dominico in ſua cathedrali auguſtiſ-
,, ſimum altaris ſacramentum publicæ fidelium ado-
,, rationi exponit, coram quo genibus flexis immobi-
,, lis multas horas perdurat. Ut in pauperri-
,, ma parœciali æde S. Martini continuo idem ſacra-

men-

„ *mentum ſervaretur, dotem de ſuo conſtituit pro lampade, & cera. Erga pauperes viſcera charitatis patentia ſemper habet, ita ut cum de ſuo ſit dives, pro illis pauperrimus non ſemel evadit, tunc ſe vere beatum cenſens, quando ab egenis ſuum expilari videt patrimonium. Deus ad majora in dies pro ſua ſponſa tendentem diu ſervet incolumen.* )

# MINORENSES

## EPISCOPI.




MINOR (vulgo *Minori*) parva Littoralis eſt maris Tyrrheni in Picentinis civitas, nunc Principatus Citra, Amalphitanæ quondam gentis ædificium, & Colonia, agrorum amœnitate nobilis, pomerium, horti, & villæ tunc Nobilium Ravellenſium. Hanc Amalphitani Rheginnam Minorem à Greco vocabulo appellarunt, quod fracturam, ſeu vallem minorem ſignificat. Urbs vero hæc in valle amœniſſima, parte Auſtrali à mari interluitur, ab Occidente Ravellenſium ſubjacet civitati, ab Oriente oppidum Majoris habet, quod priſca documenta Rheginnas Majoris dixere, ab Aquilone Ravelli montes, Tramontique oppidum. Limpide irrigatur à fluviolo anonymo, ni forte Reginellum vocare velimus: ex malorum Maſſilicorum, & medicorum viridariis adeo conſpicuè conſitis, ut nemora præſeferant, deliciofiſſima redditur, quamplures aptè ipſamet aquarum viridaria aquæductus jucundo irrigant artificio: aeris puritate ſaluberrima, licet aliquantulum humida; præ aquarum copia, & condenſitate pomiferarum arborum, adeo prædia occupantium, ut illic ſol continue deſideretur: ornatæ civium ædes virentia ſurgunt inter pomeria. Celebres ſunt paſtilli, nullibi tam alte, delicatèque confecti. Poma Romæ, Parthenopæque celebrantur. Animarum numerus in hac parva civitate ad octingenta recenſentur capita. Chriſti lucem, & Evangelium ab ipſis ſuis conditoribus accepiſſe fatendum eſt. Ejuſque Epiſcopatus antiquus inter recentiores recenſendus, nam anno 987. Joannes XV. Papa, cum Amalphitanam Eccleſiam Archiepiſcopali titulo inſigniviſſet inter Suffraganeos ejuſdem attribuit eum, quem Reginnenſi Eccleſiæ Epiſcopum primum deſignaſſet. Primus igitur hujus Eccleſiæ Epiſcopus à Leone I. Amalphitano Archiepiſcopo conſecratus eſt Sergius, cuius ſucceſſores per aliquot ſecula Reginnenſes Præſules, deinde eo antiquato nomine, Minorenſes dicti fuere. Diœceſis parva quidem eſt, & cum ipſo civitatis nomine ſatis accommoda; ampla tamen eſt, ac inſignis ſacrorum monumentorum copia, quæ nos ipſi propriis oculis uſurpare licuit, quorum præcipua ſuis infra in locis dabimus. Cathedralis Baſilica titulo Beatæ Triphomenis Virginis, & Martyris in ipſa civitate ſita eſt, ſtructura decenti, ac triplici ordine ſupra decem marmoreas columnas ſurgit, ſuò cum organo, muſica, choro, ſacra turri, ac ſacrario, & neceſſariis ad divina peragenda inſtrumentis abundè referta. Hic honorifice (ut ſcribit Frizia lib primo de ſubfeudis) aſſervatur corpus ipſius ſanctæ Triphomenes urbis Patronæ, quæ paſſa eſt martyrium pro Chriſti fide in Sicilia, in

A qua erat orianda ex civitate Pactenſi, Diocletiani, & Maximiani adhuc ſæviente perſecutione ann. Domini, ut quidam ſcribunt, 314. Celebris eſt ejus memoria apud cives Pactenſes, quæ à nonnullis antiquioribus hiſtoricis Triformia dicitur, ab aliis vero Traphime. Feſtum Natalis ejus celebratur 5. Novembris, ſed translationis die 13. Julii.

Porrò ex vetuſtiſſimo Cathedrali codice membranaceo, Longobardicis characteribus ſcripto, habemus Triphomenis corpus ſub Urſone Beneventano Archiepiſcopo in priorem locum apud Minorem, è quo à Sicone Beneventanorum Principe ablatum fuerat, iterum translatum fuiſſe, ubi magna fidelium devotione colitur. Translationis hiſtoriam ex eodem codice exſcriptam libet verbatim recitare, cum hactenus inedita in Sacrario Minorenſis dilatuerit. Plura etiam ea in hiſtoria ſcitu digniſſima recenſentur.

*Hiſtoria inventionis, & translationis ſanctæ Triphemenis Virginis & martyris Minorenſis civitatis Patronæ.*

B *Notum eſt omnibus, fratres chariſſimi, quia qui fideliter Deo ſerviunt per itineris ambulantes ſemitam gradiuntur, qua magnitudinem Regni cœleſtis poſt iſtius vitæ decurſum conſequi poſſint. Scriptura namque dicente; Arcta, & anguſta via eſt quæ ducit ad vitam, lata & ſpatioſa, quæ ducit ad mortem. Nemo venit ad Patrem dicit Dominus Jeſus niſi per me. Ego ſum oſtium, ſi quis introierit ſalvabitur, ingredietur, & egredietur, & paſcua læta inveniet. Certè igitur iſtius s. Trophimenis munere permiſſionis nullatenus dubitare oportet dilectiſſimi fratres, ſed mutuo excitari, ut per id oſtium ſubſequentes ingredi mereamur, per quod præcedentibus ſacratiſſimis meritis ingreſſi ſunt Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, atque Virgines ſacræ. Nemo lucernam accendit, & ſub modio ponit, ſed ſupra Candelabrum, ut hi qui ingrediuntur, lumen videant. Et alibi; civitas in alto poſita abſcondi minime poteſt, ut ab omnibus videatur; ſecretum Regis*

C *(dicente Sapientia) celare bonum eſt; opera autem Dei revelare honorificum. Fuit igitur Iſrael ſicut in hiſtoria veteris teſtamenti depingitur, qui ſacros apices non ignoratis, ſed ut reor optime noſtis Ægyptiis ſerviebant operibus duris luti, & lateris. Cumque numero ſaltem multiplicarentur, & fortiores illis exiſterent, præcepit obſtetricibus Ægyptius Rex, ut mares necarent, puellas verò innocuas reſervarent, accidit interea, ut Moyſes puer . . . . . ex tribus peractis menſibus ſecundum Regis imperium, à patre miſſus in fiſcella eſt, poſituſque hic à recto ripæ fluminis, ſtante procul ſorore patris ſui, & conſiderante fortunam; deſcendente etenim Pharaonis puella, ut juxta morem in flumine lavaret, cum vidiſſet eandem fiſcellam juſſit adduci ad ſe, & reſerans invenit infantem; quæ illius miſerta, tradidit cuidam mulieri nutriendum, adultumque adoptavit in filium, & vocavit nomen ejus Moyſen; quia de aqua tulit eum: factus eſt autem vir prudentiſſimus, mitiſſimuſque inter omnes Orientales, credita ſunt illi*

D *eloquta Domini.*

*Decurſis autem multorum annorum curriculis cum populus Hebræorum ſervitutis jugo labeſceret, cerneretque ſui Dominus populi afflictionem, præcepit eidem Moyſi, ut educeret populum ſuum de terra Ægypti in manu forti, & brachio extento. Ingreſſis itaque filiis Iſrael Moyſe duce mare rubrum, factæ ſunt illis aquæ murus à dextris, & à ſiniſtris, & ambulaverunt per medium maris ſiccum. Currus autem Pharaonis, & exercitus ejus demerſi ſunt in medio maris. Hoc eſt nempe ſecretum Regis, quod pater Moyſi in fiſcella celavit, & ea ſunt opera Dei honorificata, quæ filia Pharaonis reſeravit. De hoc etenim prædicator egregius ait, quos ſcivit, & prædeſtinavit conſortes fieri filii Dei: & iterum: illos quos vocavit, ipſos & magnificavit: alias autem omnia in figura contigebant illis. Scripta ſunt enim hæc propter nos in quos finis ſeculorum obvenit. Et aliter: ſecretum Regis celare bonum eſt, qui uſum bonæ con-*

*ver-*

*verſationis ſic viam ſanctitatis arripuit, ut ab hominibus nequeat penitus intueri, opera autem Dei revelare honorificum eſt, illa videlicet, quæ emolumenti ſui municipio jam lætabunda fidelis anima fruitur, & operatione perfecti operis conſummata omni opere bono incipiat apparere. Sic ſcriptum eſt, videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Sed quia deeſt aliquid quod de hac ſententia adhuc expreſſius dictum non eſt, Domino adjuvante in quantum poſſumus, & veracius referamus: videtur enim quis ruderibus vitiorum multatus, deſidioſus vere, cujus & præcordia divinorum ſunt mandatorum obtuſa: huic ſecreta Regis minime ſunt pandenda, ſed celata potius retinere, quatenus ſanctum canibus non tradatur, & margaritæ ante porcos minime diſpergantur: his utique opportunius eſt Dei opera exhibere, qui verbum Dei audiunt corde perfecto, & optimo, & fructum afferunt in patientia. Agricultura igitur vomere exaratoris ibi agricolis irrumpitur, ubi adeo pinguis gleba ſit, centuplicatum ſuis cultoribus tribuat fructum, & penitus ſeri nunquam deſiſtat.*

*Compellitis nos chariſſimi fratres aliqua ſanctiſſimæ Trophimenis miracula, quæ per eam Dominus operatus eſt faleratis verbis perſtringere, qui vix valemus etiam communes apices ſentinis vitiorum multati ad liquidum elimare; quapropter fraternæ charitatis requiro commodum, ut pro nobis interveniatis apud Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum quatenus noſtri januam cordis aperiat ad exprimenda ejuſdem miracula, qui dudum vilis aſelli humanas loquelas edere juſſit. Credo quidem, imo veraciter teneo veſtro interceſſu hoc magis ad demulcenda multorum corda perducere, quam pro noſtræ imperitiæ ſuadela aliquid exornare. Adducta ſiquidem hæc ſancta Virgo Æolicis finibus, uti tumuli ipſius carmina deſignant, intemerata illius Reginnarum Angelo duce meruit obtinere, quæ cum incurioſè ad prædicti litoris ora in ſuo tumulo deliteſceret, tandem aliquando mulier quædam fluvio Dei nutu, quo ſordes veſtium, vel operatio coli ablui ſolent, cœpit tundere ſuper ſanctiſſimæ Trophimenis tumulum fortiter, quod vulgò mulierculæ filatum vocant: cumque ſpelea vicina ea hoc ſubtilius reſonaret, & illa, ut dictum fortiter tunderet, ſubito manus illius arefactæ ſunt, amiſerunt quod tenebant officium mulierbre. Illa ergo medullitur tacta dolore cum ab hujus loci accolis interrogaretur, quæ illius infirmitatis eſſet mæſtitia, ait, niſi mihi Presbyteros, qui hic morantur convocaveritis, vobis omnino nullum audebo dare reſponſum; Et illi. Quare? inquiunt: illa autem, timeo, quia qui areſecit manus meas, ne forte vernaculum linguæ meæ decutiat. Illis igitur temporibus in prædicto loco pleique Parthenopes Presbyteri commorabantur, pariter cum Sacerdotibus Amalphitanis; idcirco quia ſicuti plane nunc decernitur, multæ Eccleſiæ erant Sacerdotibus Chriſti, quæ modo pene deſtructæ ſunt, ac viduatæ: convocatis etenim Presbyteris, ſeriatim quæ decideeant mulieri illi ſummo conamine cępit referri. Quo viſo Sacerdotes miraculo, ac talia attoniti audientes, velocicurſu concito pergunt ad litoris ora orantes, ubi tumulus Beatiſſimæ Martyris erat adventus. Cumq; Domini Sacerdotes diu tentarent ex qua parte latentem tumuli theſaurum poſſent enotare, & noſcere, ſeu viri an mulieris eſſet religio, inſtinctu afflati divino, verſi ad prædicti tumuli capus ceperunt carmina, poetali facundia iſta cælata.*

*Qui tumuli cauſas ingreſſus diſcere quærie*
*Martyris hic Trophimes, intactaque Virginis artus*
*Et pia membra cubant, quæ dum præcepta prophani*
*Temporis, & mundi polluta altaria vitat.*
*Sicanios fugiens devota puella parentes*
*Æquoris in medio naturæ ſorte quievit.*
*Membra dedit Reginniculis, animamque Tonantes*
*Hinc Chriſti inter odoriferas depaſcitur aulas.*

*Quis ergo hujus cores prerogativa non obſtupeſcat, quando præſago ſpiritu poeta facundus in jam dicto* A *tumulo calla poemata pinxit, atque cælavit. Ergo cum a jam dictis Sacerdotibus prędicta carmina legerentur, & cenoscent quod in eodem tumulo duntaxat pretioſa margarita lateret, maturo curſu ad Epiſcopi Amalphitanæ Sedis limina properant: ut theſaurus qui omnibus diu incognitus fuerat, cunctis fidelibus promulgaretur. Illo igitur tempore Pontificali culmine cedimitus Petrus Eccleſiam gubernabat Amalphitanam, is etenim nimio ductus amore cum ab iiſdem Sacerdotibus ordinatus tale tantumque miraculum perhauſiſſet, aſcito ſuo Diacono, ac Primiceria, cæteriſque Presbyteris, omni cum diligentia eiſdem ut audierat cœpit referre ſermonem, qui dum venerabilis Epiſcopus ſicut ad magnæ feſtivitatis diem infula exornaretur, adjuncto ſecum Clero Reginnas properant, ubi virginale decus, margaritaque pretioſa degebat. Iſtud denique eſt; & utriuſque ſexus conventicula facta, inventa Epiſcopus & Sacerdotes adhibitis ſecum hujus incolis loci cœperunt amplecti ſanctum onus, turba fidelium procul ſpectante,* B *& laudibus, quibus poterant gratiarum actionem in commune Domino rependente, ſuppoſitis etenim humeris dum ad ſepta, ubi nunc ejus Baſilica cernitur eſſe, ſanctum onus omni conamine vellent portare, nullo modo eſt permiſſum. Mirum in modum, vel quantulum cunque ſaltem exagitare. Quocirca dum in hujuſmodi opere curſus diei eſſet finitus, & ſeſe nec moveri, neque contacta attrahi penitus permiſiſſet; uſus tandem bono conſilio præfatus Epiſcopus juſſit adduci plurimas vitulas, quæ jugo liberrimæ, & coitus eſſent ignaræ, ut ad id officium ipſæ prærogarentur. Ergo adductis & jugo illarum cervicibus poſito, tanta velocitate ſacrum permotum eſt onus, ut non illud ab illis, ſed illę ab illo videreatur portari. At ubi nunc ejus Eccleſia eſt conſtructa cum fuiſſet delatum, fideliſque plebecula accenſos cereos manibus tenentes Domino pſalmodiam decantarent, mulier cujus arefactę fuerant manus, dum circa ejus feretrum poſita curaret avidius attrectare, ita ad eam priſtinæ ſalutis officiū eſt regreſſum, quaſi nihil incommodi aliquando fuiſſet perpeſſa.* C *Convocato igitur in unum Chriſticolarum cętu, Epiſcopoque jubente, ut omnes accenſos manibus cereos retinerent, & modulatis vocibus pariter laudes ſacratiſſimæ Virgini exhiberent, adductis ſarculis, ubi nunc ejus ſanctum cernitur conſtructum altare, ibi præfatus deſignans Epiſcopus, & Sacerdotes nudatis cruribus fodere viciſſim cœperunt: cavato namque mauſoleo, & minime in altum defoſſo cum coloceſſo quo inventa fuerat in aromatibus pretioſis ſanctum condiderunt corpus, ubi nunc ad laudem nominis ejus, multa fiunt miracula Domino coperante. Tempora ſiquidem paſſionis, ac perſecutionis illius quia evidentius non annotantur, nullus fidelis obſecro ambigat; quæ nimirum tot beneficia ſibi petentibus præbet, proculdubio pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum incunctanter effudit. Quid mirum ſi terrenus Judex, aliuſque perſecutor incertus ſit, cum per eam Dominus plurima, ac certiſſima miracula operetur? Cujus munia ſanctitatis, & inſignia miraculorum hic conſtat eſſe; illic ſine dubio, ubi eſt requies beata inter Angelos exultat cum ſanctis Marty-* D *ribus ſociata. His igitur prælibatis, quia finem poſtulat ſermo, & valetudo me mei pectoris anguſtiat, obſecro, ut ſi ineptum quid inveneris ò lector, non noxam, ſed potius veniam cedas. Credo equidem me præmium à Domino recepturum, ſi veſtro qui legitis interventu merear adjuvari. Unde ſupplex ſanctitatis veſtræ . . . poſco ſuffragia, ut non me judicetis indignum, quaſi aliquid ex meo deſcripſerim, ſed percunctans, ac diſcens, hoc ſcripſi, quod à viris fidelibus eſt relatum; nade,*

*Super miraculis ſanctæ Trophimenes.*

*Libet fratres chariſſimi de ſanctiſſimæ virginis Trophimenis miraculis Domino annuente aliquid ſub brevitate perſtringere, quia jam, ut conici poteſt de inventione corporis ejus, cunctis fidelibus ſatis eſt promulgatum: valde etenim præpoſterum eſt judicandum, ſi hæc non intimatur fidelibus auribus, per quam Dominus non deſinit ſedulo plurima mira-*

*bilia operari, cum & ille, qui ea perogere viſus eſt ab inaudita valetudine, & incognita medicis fertur ab illa eſſe curatus. Merito itaque hanc nos oportet laudare, quæ privilegio ſanctitatis ſuffragia uberrima petentibus nunquam præbere deſiſtit: quis enim ægrorum vel ægrotantium ad ejus piè Baſilicam accelerans non illico recepit ſanitatem? languoribus quippe variis, & diverſis præventos infirmitatibus non ſolum inviſibiliter fertur curare, ſed & modo recitabitur quomodo viſibiliter curaverit, atque curet, eo quod ad alia illius miracula vertitur ſtylus ſuffragante eadem dicetur in ſubditis. Hoc denique privilegio, fratres, Sancti Martyres ſunt donati, ut qui ad eorum contubernium pia devotione, ac mente fideli acceſſerint ægroti, vel ægri, non ſolum exterius, ſed etiam interius à nævo, vel ſorde purgentur peccatorum. Sancti igitur Apoſtoli per quos Eccleſia Dei fidei ſumpſit initium, & à quibus Martyrum ſunt dedicatæ primitiæ, cum in uno conclavi ſederent, hoc à Domino reſponſum acceperunt; Accipite, inquit, Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.* B *Et alibi. Et qui vos ſpernit me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Ecce hoc voluit Dominus eſſe membra, quod eſt etiam ipſe caput: ipſe etenim Dominus virtutes operatur in Sanctis, qui pro univerſo mundo pretium ſanguine fundens ab erebi baratro ejuſdem triumphando rediit: hinc ſiquidem Pſalmiſta plenus Spiritu ſancto ajebat cum diceret, Mirabilis Deus in Sanctis ſuis; Dominus Deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus: & alibi; Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt, & juſtitia tua exultabunt, tua, non ſua, gloriam Regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur, & notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui. Igitur repoſita corporis Beatæ hujus inventione, qualiterque ſecundis impellentibus ventis eam ad Reginnarum advexerint oras, evidentius enodata ad tranſlationem ſancti corporis, articulum ejus vertentes divina favente clementia illud ſcilicet propalemus, quod luce clarius multis fidelibus eſt deſignatum.* C *Temporibus itaque omnis Principis Beneventani Sicardi nomine, cui penè tota Auſonia obtemperabat, facta eſt non minima diſſenſio inter utrumque populum, Amalphitanum, videlicet, & Salernitanum. Itaque dum ſui Regni gubernacula princeps moderatiſſimè gubernaret, & primi civitatis ejus conſilio, & fortitudine ſumma pollerent, quidam Amalphitanorum majores natu inique ferentes natale ſolum, hujus ſe dominatui ſponte propria ſubdidere: qui eum ab eo non ſolita dona perciperent, miſſis occulte epiſtolis, arte qua poterant, atque blanditiis ſuas ſemper affines atque fratres monebant, ut propria quæque diriperent, & ad prædicta dona quantocius feſtinarent, qui cum talibus, ut dictum eſt, diu monitis ſuaderentur, protinus illis fertur tale remiſiſſe conſultum: vobis argentum, aurumque; nobis, & cuncto populo noſtra niſi totam Lucaniæ regionem, & ſimul maxima præda jurejurando diſtribueritis, veſtris ſuaſionibus aſſenſum nunquam præbemus. Interea firmata clam conditione factum eſt,* D *ut Tyrrheni æquoris inſulas Auſoniæ univerſa loca glorioſus Princeps circuiret, corpora Sanctorum quotquot invenire poſſet Beneventum debito cum honore deferret, plebeio conſilio dantes operam natu Majores Amalphitanorum, antequam hæc inclyta Longobardorum gente regio deſolaretur, oblata eſt à propria aula Chriſti beata Martyr, ita ut veſtra fraternitas eſt auditura. Appropinquante itaque termino deſolationis civitatis jam dictæ, cum populus formidine maxima teneretur, ne forte ingruentibus Longobardis à propria fruſtrarentur Patrona, collecta multitudine populorum, ac deſtinatis navigiis pergunt, ubi S. Dei Martyr delitеſcebat. Diruto igitur altari, ſub quo Virgo degebat, & Petro ſecundo imponente Antiphonam Laudate Dominum in Sanctis ejus: Laudate eum in firmamento virtutis ejus, Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis ejus. Cœperunt milites Chriſti, quo tumulata erat ſarculis fodere. Clero quoque hanc antiphonam pariterque alternatim canente; Surgite Sancti de manſionibus veſtris proficiſcimini in viam præparatam, locum ſanctificate, plebem benedicite, & nos famulos veſtros in fide cuſtodite. Cumque avidius animo devoto, in hujuſmodi opere perdurarent, tandem animo diu deſideratam quam quærebant ſub tribus cameris mirè conſtructis reperiunt ſanctam Chriſti Martyrem illibatam in ſuo, ubi fuerat temporibus priſcis tumulata locello. Locellus autem ipſe ſuper nitidiſſimos pumices ſedens habebat tres operis pretioſi ampullas, quarum una, quæ geſtabat oleū miri odoris, reſidebat ad caput ejus, reliquarū verò una obſervabat pedis veſtigium, altera alterum. Quis enim quantum conjici poteſt ambigit, hoc ad gloriam Deificæ Trinitatis pertinere, & ad teſtimonium Pſalmiſtæ comprobandum, qui unicuique animæ fideli ſectanti juſtitiam, & odienti iniquitatē Spiritu ſancto inflammatus pangebat, Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. His itaque geſtis tanta profecto odoris fragrantia eſt circumquaque diffuſa, ut non ſolum qui aderant omnium odoramenta aromatum deguſtarent, verum etiam hi qui ad obſervanda navigia perſtiterant, aſſererent nunquam ſenſiſſe tantæ alias virtutis odorem. Ut autem omnibus hæc viſio eſt manifeſta, navigiis derelictis, nautæ currunt haud procul à littore; & ecce Petrum Epiſcopum cum ſuo Petro Archidiacono, cæteriſque Presbyteris repertunt propriis ulnis in tenuiſſimo panno Sanctam Martyrem ſimul geſtantes. Qui cum nimio tumultu, & populi vociferatione Epiſcopus opprimeretur, & ſiſteret aliquamtiſper ante ejuſdem Baſilicæ ſanctæ veſtibulum, abrepta à quibuſdam virgo prædicta, ex membris illius fœlici rapina furtim quæque poterant diripiebant. Mira res, & agnita cunctis fidelibus, ita guttatim ſanguis ejus fluebat terrarenus poſt tot annorum curricula iterum, ceu proprio carnificis, & laniſtæ jugulo feriretur. Concurſio interim utriuſque ſexus ob iſtius ſpectaculi decus haud ſecus erat quaſi triticeæ meſſis tempore formicas videas propriis cervicibus viciſſim farra vehere, donec ſua promtuaria repleant, quibus ſuis temporibus ſuſtentari valeant, & ſua edulio tenuiſſima corpora ſatiari. Venerabile namque ſanctiſſimæ Trophimenis corpuſculum nautica pinus cum ingenti honore Amalphim deferret, collocaverunt in Eccleſia Beatiſſimæ Dei Genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ honorificentiſſimè, ubi etiam, Pontificali præceptione, quidam obtemperantes è Clero die noctuque fidele Deo ſervitium exhibentes ad gloriam ipſius nominis certis diei horis cantica laudis explebant. Expleto igitur octavi diei curſu, intempeſta nocte quando ſopore gravi corpora feſſa premuntur, in eatuſi poſitus prædictus Epiſcopus videt in viſione jam dictam martyrem Chriſti rubicundo pallio coopertam, aliaſq; illam virgines obſequentes, ſibique manu intendentem, atq; compellatione minaci dicentem: cur Epiſcope meum temerè tumulum auſus es violare, pariterque meum cunctis corpuſculum revelare popellis, & ex corpore meo quaſdam artus violenter divellit, nempe quia nullus pudor mete ergo fuit, ſcito te proximo moriturum, cadaverq; tuum ex ſepulchro expellendum & à canibus comedendum. Omnes enim Præſules dormierunt unuſquiſque in throno ſuo, tu autem de ſepulchro tuo ſolus pelleris. Denique expergefactus Epiſcopus cum tremebundus volvere ſecum cœpiſſet quid in horrore viderat viſionis nocturnæ, mox jubet fieri ſepulchrum in pariete quaſi cubitis tribus in ſublime à terra ad partem Aquilonis in Eccleſia B. Jo. Præcurſoris atq; Baptiſtæ, ubi s. Purificationis, & baptiſmatis unda nova ſoboles renaſcitur, & proles fœcunda. At ubi Epiſcopi juſſio eſt impleta, & parata, ut dictum eſt, ſepultura, mox è veſtigio ſubſecuta eſt tam crudeliſſima febris, ut vix trium dierum ſpatio hac luce perfrui videretur. Cum decurſis vitæ ſuæ temporibus, & finito termino, quem nullus hominum præterire poteſt, gregi ſuo valedicens, ac ſecum ſumens viaticum, exuit hominem plenus dierum. His namque præmiſſis cum non multo poſt iſtius terræ deſolatio immineret, utriuſque po-*

pult

*puli præſtigio confirmato, maleficio videlicet Longobardorum, capta eſt civitas, ac depopulata penitus ſine ſanguinis effuſione. Hujus ſiquidem civitatis loca, dum hac illac luſtrando pergerent, & circuirent cubiculorum penetralia, & aditus Eccleſiarum, ſi forte theſauros occultos, & reconditos invenirent, præſertim cum opibus plurimis eſſent ditati, tandem aliquando veniunt ad tumbam, ubi Epiſcopus è vicino ſepultus jacebat, qui dum ſperarent ob fabricæ ricentis obſtacula, quod in Præſulis tumulo aurum, argentumve lateret, confringentes illum, invenerunt Epiſcopi cadaver jam fœtidum in monumento compage corporis, & penè omnibus ſolutum membris. O incomprehenſibile Dei judicium, & ineffabilis virtus ejus! Turba omnis retro coacta eſt, & ſepulchrum dimiſſum eſt patens, necquaquam opertum: peracto igitur excidio, cunctiſque mœniis dirutis civitatis, adhuc ibidem civibus commorantibus, canes rabido ore latrantes maturo curſu currentes abſtrahunt à tumulo prædictum cadaver Epiſcopi, uti vaticinatum fuerat à ſancta Martyre Chriſti eidem Epiſcopo, ac revelatum. Hinc eſt quod Apoſtolis, qui ad prædicandum miſſi fuerant, Dominus dicit; Qui vos audit, me audit, & qui ſpernit vos, ſpernit eum qui miſit me: & alibi; Qui autem erubuerit me in terris, & ego erubeſcam illum coram Patre meo, qui eſt in cœlis. Itaque factum eſt, ut circuitum cuncta depupularentur non ſolum civitatis munitio intrinſecus, ſed & extrinſecus prædia cuncta voncifionibus ſubjacerent, adeo ut per continuum annum unum, & eo amplius tantæ denſitatis fructus, tam ſuccreſcerent, ut non aliud quam ab olim arbuſcula intonſa putares. Revera dum una contererentur unuſque fieret populus Salernitanus, atque Amalphitanus, & mutuo conjugali fœdere conſtringerentur, quamquam ab eximio Principe prædia infinita perciperent, doniſque plurimis augerentur, qui aulæ Regiæ dignitate obſequi voluiſſent, tamen plenitudine uti ob Longobardorum ſtropham, qui eos Principi concuſabant, quod Duci Parthenopenſi quidam Amalphitanorum flecterent caput. Cœperunt volvere ſecum, ut excidium quod nuper ex illis perpeſſi fuerant, illud in civitate facerent Salernitana. Hæc inter accidit, ut principale culmen Beneventanæ Sedis gubernacula diſponeret ipſo in tempore, & jura Salernitana caſtaldei gubernarent ipſius: iſdem verò Princeps eum forte Benevento diſceſſerat, & luſus cauſa, ſeu arte venationis in prędio Abellanenſi tentorium fixerat. Qui dum quadam die accipitrem ſuum (ut fama eſt) mitteret, & una cruribus longis capta eſſet avis, heu (proh dolor) interfectus à ſuis non minimis plagis vitam cum Regno finivit, fuit enim largus, & omnibus dapſilis, maximè Amalphitanis in donaria tribuendo, athleta fortiſſimus in acquirendo Sanctorum corpora, promptus ſtatura, optimus, & mente decorus, uno ſolum quod pudenter dicimus omnia bona ſua proh pudor! diſſipans venereo fractus morbo ſæpius carnis ſuę voluptati operam dabat. At quia longum eſt ipſius quæ geſſit narrare omnia, ad ea quæ omiſimus ſtylum vertamus. Comperta igitur evidentius Principis morte populus Amalphitanus illico ſanctuaria Dei ornamenta diripientes, igneque ſubpoſito antiqua civitatis mœnia concremantes cum ingenti gaudio, & victoriæ palma ad propria ſunt reverſi, merito etenim ſuo digna ſatisfactione tale recipit excidium, quæ nunquam novit aliquando Chriſticolarum Dei Baſilicis, & populi Amalphitani parcere ædibus. Igitur quia omiſſum eſt quam altercationem habuit, uterque populus de ſanctiſſimæ Trophimenis virginis corpore cum hinc exirent, & una pariter habitarent, compendioſo ſermone cum uno ejus miraculo Deo propitiante fideliter declaramus. Denique procedentes hinc Amalphitanorum militum multitudo. Majores cum populo Reginnæ, ac Clericis, qui videbatur illorum petiverunt Principi ſanctæ ſibi reddi corpus virginis Trophimenis. Quibus dictis conceſſum eſt, & à Principe impetratum, ut Beneventum mitterentur Legati ſi forte ab electo venerabili Urſo talia impetrarent, quapropter miſſi in ejuſdem rei negotio Con-*

A *ſtantino vener. Presbytero, & Sergio venerando Sacerdote concivibus Reginnis partim venerabilem Electum verbis poſtulare cœperunt pacificis, partim obtemperare ullo modo Principi niſi ab eo corpus Beatæ Trofimenis virginis obtinerent. Quo audito vir Dei electus ingemuit, atque ex intimo cordis trahens ſuſpiria, tale eis fertur dediſſe reſponſum. O Sacerdotes Domini venerandi, quod petitis adimplere minime prævalemus. Quinimo inter Sanctorum recondita thecas, quo & Beati corpus requieſcit Bartholomæi Apoſtoli ſola ipſa nocturno tempore quaſi lucens candelabrum flammeſcit, adeo ut manſionarius illius luce fructus aditus, ubi corpora Sanctorum quieſcunt cunctos perluſtret. At quia præpoſterum eſt, ut à propria fruſtremini patrona, neque illam vobis damus neque tenemus. Cui cum dicerent præd. Sacerdotes quomodo datis, vel quomodo retinetis, protinus iſdem Electus reſpondit. Ab articulo pedis illius uſque ad ſummitatem capitis ejus omnibus illius corporis Beatæ Trofimenis divellimur membris, & placida mente do-*

B *namus, ut & vos particulatim illius obtineatis corpuſculum, & nos ab illo penitus non fraudemur. Tanta etenim Dominus per eam miracula operatur, quanta nullum Sanctorum hic requieſcentium manifeſtum eſt operari. Cumque hæc & his majora de ea miracula prædicarentur, quod venerabilis ſpopondit Electus Legatis honorifice adimplevit. Omnibus ex membris conceſſit virginis almæ Electus populo, & Legatis inclinatus ampla dona tribuit nempe & gazas peregrinas, atque ſuo populo lætantes remiſit.*

*Venientibus autem Legatis cum corpore Virginis in civitatem Salernitanam ſole ſuos radios ſub umbraculo emittente populus avide præſtolans cum præfatæ virginis corpus Beatæ Trofimenis recepiſſent Clerus, & populus dictæ civitatis cum magno gaudio receperunt, & per illam noctem prædicti Legati, cum tam præclara & pretioſa margarita in dicta civitate requieverunt, ubi ad laudem & gloriam nominis ejus, intus juxta mœnia civitatis Eccleſiam fabricaverunt, & in eodem loco qui uſque in hodiernum diem dicitur*

C *vicus ſanctæ Trofimenis, ſedem accepit, elegit, & requievit, tertio Idus Julii clara luce ſole ſuos radios illuſtrante prædicti Legati una cum Clero, & populo dictæ civitatis honorifice, & proceſſionaliter dictum pretioſum & ſanctiſſimum corpus Virginis uſque ad littus maris conſociaverunt, & in eodem tres erant naviculæ, quæ venerunt à Reginnis, cum Clero Amalfitano, & Parthenopenſi ſimul conjunctis cum Reginnis Clericis, & præfatæ virginis corpus B. Trofimenis cum magno gaudio receperunt atque honore, & in una illarum quæ erat in medio id poſuerunt cantantes, exultantes, atque dicentes; O quam præclarum, & glorioſum eſt Regnum Dei, in quo cum Chriſto gaudent, & exultant omnes Sancti amicti ſtolis albis, ſequuntur agnum quocunque iverit: movete ſancti Dei de manſionibus veſtris ad loca deſtinata, quæ vobis jam ſunt placita, & parata. Et ecce populus cuſtodiens judicium, & faciens juſtitiam, & jucunditatem in omni tempore, in te ſperaverunt Domine uſque in æternum. Via Sanctorum recta facta eſt, & iter eorum tutum.*

D *Ambulate ſancti Dei, & orate pro nobis ad locum deſtinatum, & vobis à Deo præparatum. Et ſicut placuit Domino in veloci curſu antequam ſuis radiis totum orbem ſol illuſtraret applicuerunt in Reginnis in loco, ubi domum ſuam elegerat, & ibidem erat Præſul Amalphitanus ſimul cum Clero ſuo, & adjunctis Reginnis Clericis, & Parthenopenſi, . . . . & aliis quibuſcunque cum magno populo Parthenopenſi, ac Amalphitano, & jam dictum corpus ſic receperunt laudantes, & dicentes; Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ, &, Laudate Dominum in Sanctis ejus. Oſanna Benedictus, qui venit in nomine Domini. Cum jucunditate exibitis, & cum gaudio ducemini, nam montes, & colles exilient expectantes vos cum magno gaudio, & exultatione: ambulate Sancti Dei, & ingredimini in civitatem Domini; ædificata eſt enim vobis Eccleſia Dei, ubi populus convenire debeat adorare Majeſtatem Domini Sabaoth. Ambulate ſancti Dei ad locum deſtinatum*

*qui*

*qui paratus eſt vobis ab initio mundi, & uſque in ſæculum. Et tunc prædictus D. Epiſcopus cum ſuo Archidiacono, ac Primicerio, & aliis nobilibus tam laicis, quam Clericis Parthenopenſibus, & Amalfitanis, cum magno jubilo, & gaudio jubilantes, & lætantes, & feſtum magnum facientes, in terram pannos ſericos proſternentes, olivarum ramos in manibus bajulantes, dictum ſanctum corpus S. virginis Trophimenis jam receperunt, & in eorum propriis humeris bajularunt, uſque ad locum primum ſibi à Deo datum & electum, cantantes & dicentes; Ingredimini Sancti Dei, præparata eſt enim à Domino noſtro Jeſu Chriſto Sedes veſtra. Sed & populus fidelis cum magno gaudio ſequitur iter veſtrum ut oretis pro nobis. Et poſuerunt illud in eodem loco, ubi ipſa ſibi habitaculum præelegit, & in eodem requieſcit, & ſic omnes cantantes, & dicentes. Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. Cantate Domino canticum novum laus ejus in Eccleſia Sanctorum. Sub altare Dei omnes Sancti clamant, & Sedem accepiſtis, intercedite pro nobis ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis à templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem tibi offerent Reges munera. Corpora Sanctorum in pace ſepulta ſunt, & vivent nomina eorum in æternum; Et variis & diverſis coruſcant miraculis. Quidam Presbyter Parthenopenſis nomine Maurus, qui ibidem morabatur quadam nocte ſibi gutta deſcendit à capite propter quam totam loquelam perdidit annis tribus & menſibus octo, ita & taliter quod niſi per nutum, & ſcripturam nihil potuit dicere atque fari. At ut ipſe præfatus Maurus vidit B. virginis corpus B. Trofimenis ſicut prædicti Legati oſtenderant prædicto Præſuli Amalphitano, & aliis nobilibus in dicto loco, ubi ante fuit, & nunc eſt, ſicut D. Urſus Electus Beneventanus eis aſſignaverat, & ſibi fieri fecit publicum inſtrumentum quomodo ipſi Legati, videlicet Presb. Conſtantinus, & Presb. Sergius, & alii dictum S. corpus totum, & integrum à pede uſque ad caput aſſignaverunt, & nihil fuit exinde diminutum, vel ablatum. Unde Legati præfati ſic aſſignare voluerunt, & oſtendere publice, & hunc dictus Presbyter Maurus devotè ivit, & vidit, & cum oſculatus fuiſſet S. corporis pedes, & manus, concitò ſolutum eſt vinculum linguæ ejus, & publice loquutus eſt, Benedictus Deus. Quidam puer ætatis annorum novem, qui à ſua nativitate fuit claudus, & privatus greſſibus, qui nunquam ſurgere potuit, nec ambulare, à ſuis parentibus aſportatus, tanto miraculo viſo, & ſtatim ut portaverunt dictum puerulum in ulnis ſuis ad tumbam dictæ S. virginis Trofimenis, ſtatim ut ipſe vidit, ſurrexit ſanus, & cum ſuis pedibus reverſus eſt domum magnificans Deum.*

*Et multa innumerabilia miracula ibidem facta fuerunt eodem die, quæ oculis noſtris perſpeximus & vidimus, manibuſque palpavimus ad laudem & gloriam nominis ſui, qui vivit, & regnat per infinita ſæcula ſæculorum Amen.*

*Poſt deſolationem civitatis Amalfię cum corpus ſanctiſſimæ virg. Trofimenis hinc fuiſſet ablatum, Presbyter quidam æditiuus, & hujus Eccleſiæ Reginnis cuſtos ſuper ea vehementiſſimè dolens quotidie contriſtatus, flens & ejulans ultro citroque pergebat; qui dum incurioſus, & negligens ad officium peragendum deſiſteret, quaſi jam non ibi Chriſti Virgo maneret, matutinalibus una dierum horis Eccleſiam introgreſſus vidit Beatiſſimam Virginem, thuribulum manu tenentem, Baſilicamque ſuam pretioſis aromatibus fumigantem, talia namque cum cerneret Presbyter, obſtupefactus terram veſtigio preſſit pedis, & ultro ingredi non eſt auſus. Cumque omnia juxta conſuetudinem ſuam Virgo perficeret Chriſti, hora qua voluit his verbis eum allocuta eſt; dicens, O Cuſtos & inſpector Baſilicæ meæ Presbyter, quare non certis horis Deo vota laudis ad meum reddis honorem? Ad quam Presbyter, quæ es Domina mea ex cujus ore tam mellea deguſto verba? & illa. Ego ſum Trofimenis Eccleſiæ meę cuſtos, & habitatrix in ſempiternum. Cui Presbyter & quomodo Domina tuam ingredi poſſum Eccleſiam, &*

A *præconia tollere laudis, quando hinc ablata es, & aula veſtræ beatitudinis remanſit inhonorata? Ad quem Virgo. Ne credas (inquit) Presb. me hinc eſſe ſublatam, quia priſtinus meus perſiſtit tumulus, illic requieſcit & cruor quem pro nomine Chriſti in medio fudi maris. Quapropter fixum venerabilis Presbyter tene. juxta Pauli vocem, ſpiritu hic me eſſe, & ſi corpore non ſum vobiſcum, ſemperque in hoc reſpice loco, ubi priſcæ habitationis converſatio noſtra fuit. Hæc cum dixiſſet, evanuit ab oculis ejus, ac ſeſe tenebris immiſcuit atris, & cæleſtia ſcilicet regna, ubi regnat Dominus noſter Jeſus Chriſtus in ſæcula ſæculorum.*

*Conſtantinus namque venerabilis Presbyter, cujus ſuperius fecimus mentionem, cum juxta beati Eraſmi martyris Baſilicam patruum ſuum nomine Petrum qui defunctus fuerat, traderet ſepulturæ, expletis exequiis ex more procedens cauſa orationis Eccleſiam ingreſſus eſt Beatiſſimæ Trophimenis. Cumque pro ſuis criminibus attentius Dominum deprecaretur, ita repentinus eum invaſit languor, ut vix ab ejuſdem* B *Eccleſiæ liminibus egredi potuiſſet, qui dum nimio febris uteretur ardore, & nobilitas, ac familia cuncta parentum ejus propinquum expectaret interitum, eo quod nullius medicorum ſuſtentari potuiſſet medela, tandem aliquando decreverunt eum Parthenopen deportare, quatenus illic Domino annuente reciperet ſanitatem, quamobrem præparato navigio, ſtatimque applicantes requieverunt parumper in Eccleſia Beatæ ſemper virginis Mariæ expectantes à villicis ſuis quotquot neceſſaria valetudini forent ſuæ. Interea dum iſta geruntur, mulier quædam quæ erat ejuſdem Epiſcopi ancilla fidelis, venit ad viſitandum eum, & ſicut mos eſt fœminis dum inter ſe viciſſim multa protrahentur colloquia, perſuaſit ei, & quibuſdam dedit potionem herbis confectam quam cum guſtaſſet, protinus obdormivit, & ecce videt in viſione viſendi gratia duas ante ſe ſtare puellas, quarum pulchritudo talis erat, ut vinceret ſolis & lunæ candorem. Decebat enim quoniam quæ Chriſto ſunt deſponſatæ, eas Sol, & Luna mirentur, ipſi enim ſoli ſer-* C *vant fidem, ipſi ſe tota devotione committunt cujus mater virgo eſt, cujus pater fœminam neſcit. Hæ denique tenebant in manibus ſuis ſingulos calamos virides, florenteſque una illarum rubicundum in collo geſtabat velum. Altera verò quantum conjici poteſt nihil hujus rei notitiam deportabat niſi calamum tantum quem manu tenebat. At ubi appropinquaverunt, ut illo coram aſtarent, blando eum ſermone ſalutaverunt, atque ei dixerunt; Salvet te Dominus noſter, Jeſus Chriſtus, quibus ille reſpondit, bene veniſtis Dominæ meæ, bene veniſtis, & repetens quæ eſtis Dominæ, vel unde veniſtis? At illæ reſponderunt dicentes, legatione fungimur ſanctiſſ. Trofimenis, quocirca certũ te volumus fieri Presb. quod à Beata ſis Virgine caſtigatus in cujus aulam membra polluta introiſti, cum exequias tui perſolveres patrui, caſtigans etenim caſtigavit, ſed morti non tradidit te; oravit enim ad Dominum, & per ejus interceſſionem ecce factus es ſanus, vide ne ulterius talia facere præſumas, & hæc dicentes fixerunt calamos ad caput, & ejus lectuli pedes, atque* D *curvantes eos fecerunt in modum arcus, & deſuper rubicundum, quod in collo una geſtabat pallium proſtraverunt, & quaſi thalamum facientes vale dixerunt, & ab oculis ejus evanuerunt. His igitur geſtis expergefactus venerabilis Presbyter cum ſe parentes illius mutuò hortarentur, ut id quod cœperant perficeretur; ſubitò ſilentium imperans, ait, Deo gratias, Deo gratias, ſit nomen Domini benedictum. Benedicta gloria Domini de loco ſuo, nolite contriſtari, neque turbemini, quia per interceſſionem ſanctiſſimæ Trofimenis ecce factus ſum ſanus. Tunc omnes in commune Domino cœperunt grates omnium Creatori rependere, qui ſalvat ſperãtes in ſe. His itaq; omnibus prælibatis, retro unde venerant domum reverſi ſunt, ubi nulla præoccupante mora, luminaribus præparatis cum magna devotione ad ejus nominis titulum perrexerunt vota pro eo ſolventes beatiſſimæ Trofimeni cujus interceſſu priſtinæ eſt redditus ſanitati.*

*Piiſſimi quoque temporibus Pulchais Præfecturi,*

*puella quædam nomine Theodovanda tradita eſt viro cuidam nomine Mauro in matrimonio, hæc itaque viro ſuo copulata, quia nec dum nubilis erat plurimis moribunda jacens temporibus, quotidie ſui cruciatus miſerrimum præſtolabatur interitum, eodem itaque tempore Archiater Salerno non mediocri medicinæ ſalubritate pollebat Hieronymus, qui dum ſibi adducta eſſet à parentibus, ut aliquid ei proficuo medicinæ ſubveniret remedio, ceſpuens eam projecit dicens: Incurabilis eſt paſſio ejus, nequibo eam curare, deprecantibus autem illis, ut ſui miſereretur, tandem aliquando precibus victus interrogavit quot temporibus hoc laboraret exitio? reſponderunt dicentes, menſibus quatuor. Quapropter adducti deſperationis triſtes miſeria venimus, ut proveniente clementia Dei per te ſoſpitatem recipiat. His itaque precibus Archiater Dei famulus victus, cœpit ſuæ artis quærere librorum immenſa volumina, ſi forte titulum infirmitatis hujus per lectionis curiam poſſet agnoſcere. Cumque has & illas legeret valetudines paſſionum, & nuſquam reperire potuiſſet quali laboraret incommodo, ait, regredimini fratres hinc, quia nullum medicinæ ſolatium ei præbere queo, hoc autem ſcitote, quia aut miſericordia Dei ſalvanda eſt, aut juſto judicio punienda; his auditis amaro luctu flere cœperunt, & valedicentes venerunt Reginnas, ut depoſitum ſecundum Archiatri dictionem ibi lugerent. Inter hæc igitur iſta, & iſta loquentes, mutuis exhortationibus ſurrexerunt, ut eam deferrent ad Baſilicam Sanctæ Trofimenis; apprehendens eam quædam Sanctimonialis nomine Agathæ jactavit eam ſeminecem ante altare orans, & cum parentibus triduo exitum expectabant: ipſius valetudo autem corporis talis erat; agitabat enim brachia ſua ſurſum, rurſum deponens inferius velut miluus cum longo volatu aerem verberat, at cum his languoribus fatigaretur puella, reliquerunt eam parentes ejus cum prædicta Sanctimoniale, & abierunt huc illuc, quod opus habebat; orante autem Sanctimoniale paululum accepit ante altare ſoporis, & ecce puella pedetentim exiens flumen petebat ſola. Nec dum enim fluminis alveus propraverat, & ecce videt pulcherrimam puellarum puellam dantem ſibi tres in dorſo ferulas ac dicentem, cur auſa es de templa exire, revertere & . . . . . ſemper habeto pavorem. Cumque puella trepidans iret, & Sanctimoniali narraret gaviſa protinus eſt, ut ſancta ei Trofimenes ſpecialiter appareret. His igitur beneficiis delibata videns iterum eadem Sanctimonialis oleo pavimentum ſudare nimis odoriſque, intentiſſime Deo orans ſanctam invocant Trofimenem, juſſitque ut indubiis corpus exueret. . quæ unxit corpuſculum ejus oleo Sancto, & ſtatim ſana eſt facta ab infirmitate.*
Hactenus hiſtoria.

Cæterùm in Cathedrali Minorenſi quinque ſunt dignitates, quarum prima eſt Archidiaconi, reliquæ quatuor gradatim, Cantoris ſcilicet, Primicerii, Archipresbyteri, & Decani. Præbendarii verò Canonici deſiderantur, cum tantummodo à Capitulo ipſo aſcribantur Presbyteri vulgo nuncupati, quorum numerus hodie ad quindecim aſcendit. Epiſcopalis domus Eccleſiæ proxima, ſatis commoda, pomariis hortiſque ornata. Tres Parochiales Eccleſias habet. Perexigua diœceſis eſt Epiſcopo ſubiecta, ut parvæ civitati correſpondeat, in qua plures tamen Eccleſiæ viſuntur, inter quas Eccleſia eſt S. Sebaſtiani Martyris in loco Forcellæ ædificata una cum cœmiterio, de quo Mattinus Freccia de Subſeudis refert. Forcella Ravellenſium villa non procul ab oppido Tramonto, homines habuit ex ea genitos ſtatura proceros miræ altitudinis palmarum decem, & ultra modum graviſſima quæque pondera bajulantes: viſa & comperta ſunt in Eccleſia S. Sebaſtiani ibidem conſtructa oſſa pedum, & brachiorum cubitorum quatuor, & ultra adhuc extant, nec ſine admiratione viſuntur. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni ſexcentorum eſt; taxatur verò in libris Fiſci Apoſtolici ad flor. 33. una cum tertia. Hujus Sedis Epiſcopi ſunt, qui ſequantur, quos ex diverſis monumentis, ſcripturiſque ex fidè depromſimus: debemus tamen gratias nobili, ac non ſemel, ſed parce laudato viro Abbati Joanni Baptiſtæ de Afflicto, olim hujus Epiſcopatus generali Vicario, qui ſummo labore Eccleſiæ hujus monumenta ferè à tineis exeſa expiſcatus eſt; nobiſque liberaliter Romam tranſmiſit.

I. 1 SERGIUS ex auctoritate Joannis Summi Pontificis primus Epiſcopus Reginnæ conſecratus eſt à Leone I. Amalphitanorum Archiepiſcopo, anno 987. a Hic à Joanne Amalphitanorum Duce, & Imperiali Patritio nobili ornatus donatione plura pro ſua Eccleſia bona obtinuit; hanc donationem una cum aliis monumentis perdidit, cum ipſe captivus à Salernitanorum Principe adductus eſſet, ut in alia donatione, quam fecit idem Joannes Dux Urſuni Epiſcopo Sergii ſucceſſore habetur infra in eodem recitanda. Ipſe verò poſtquam novellum Epiſcopatum optimis documentis inſtituiſſet in pace quievit.

a Vol. 9..

II. 2 URSUS Reginnenſis Eccleſiæ bonus Epiſcopus, cui Joannes, & Sergius Duces, donationem, quam olim Eccleſiæ S. Triphomenis aſſeruerant, liberali munificentia confirmarunt; quæ cum curioſum lectorem confirmare poſſit, illam ex membranaceo originali documento exſcriptam hic typis mandare viſum eſt, ut jacet rudi quidem ſtylo.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, die 15. Menſis Auguſti Indictione 8 Amalphiæ.*

*Nos Joannes Domini gratia Dux, & Imperialis Patritius anthipatus, Veſti, & Sergius Dei providentia Dux ideſt genitor, & filius, à præſenti namque die conceſſimus atque confirmavimus, ſeu ſcribere, & firmare viſi ſumus in ſupradicta hac venerabilem s Trophimenis Chriſti Martyris in Eccleſia noſtra, quæ conſtructa eſt in Reginnis Minoris in manibus, & in poteſtatem de te D. Urſo venerabilis Epiſcopus Sedis ſupradictæ s. Eccleſiæ Beatæ Trophimenis, ideſt pro quibus ab antiquo tempore D Moſtalus Imperialis Patritius dedit, atque conceſſit per firmiſſimam chartam in ſuprad cta Eccleſia tota ipſa plagia de Reginnis Minoris quantum continet de canta in cantum, ubi Scaria fuerunt pro . . . . . . . tenendi, & de ſupraſcripta plagia ſeu terra de ſupraſcriptum publicum exinde ſupraſcriptus D. Maſtalus Imperialis Patritius dedit, atque tradidit in ſupradicta Eccleſia B Trophimenis da ipſa Sepalem veterem in uſu uſque intus mare, & de latitudine de cantum in cantum, quantum ipſa plagia continet, & ab illo tempore uſque modo dominavit eos ipſa ſupraſcripta Eccleſia modo verò pro redemptionis animæ noſtræ, & de noſtris parentibus concedimus, & tradidimus atque confirmamus ſupraſcripta plagia inclyta de cantu in cantum, & unde fuit ipſa Sepalis veteris. quod ſupraſcripta charta ſeſſionis proclamat, quod ſupraſcriptus Dominus Maſtalus confirmavit, uſque intus mare. in ea enim ratione, ut à nunc die præſenti, & in perpetuis temporibus plenaria, & integra ſupraſcripta plagia qualiter ſuperius legitur ſit tradita in ſupraſcriptam Eccleſiam B. Trophimenis Chriſti Martyris, & non habeat poteſtatem nullus humanus homo ibidem quamlibet fabricam facere nec nullum ædificium abſque voluntatem, & abſolutionem de te ſupraſcripto D. Urſo venerabili Epiſcopus, & de veſtris poſteris amodo & ſemper, ſeu per omnia, & in omnibus inclyta ſupraſcripta plagia à nunc & in perpetuis temporibus tradita ſit in ſupraſcriptam Eccleſiam ſicut ſuperius legitur, & ad faciendum ibidem vos ſupraſcriptus D Urſus Epiſcopus, & veſtris poſteris omnia, quod volueritis ſine omni noſtra, & de noſtris poſteris ſucceſſores contrarietatem, vel requiſitionem in perpetuum, & ſi aliquis noſter poſteris ſucceſſor, ſeu qualiſcunque alia humana perſona magna vel parva contra hanc chartam noſtræ ceſſionis, ſeu confirmationis venire præſumpſerit, illa perſona habeat anathema, & maledictionem à Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, & à B Trophimene, & ab omnibus Sanctis, & partem habeat cum Juda traditore D N J.C in infernalibus clauſtris. Inſuper componere debeat illa perſona in cujus manibus hæc charta pervenerit auri ſolidos quingentos Byzantios, & hæc charta noſtræ conceſſionis atque confirmationis, ut ſupe-*

rius

*rius legitur firma atque ſtabilis permaneat in perpetuum. Veruntamen reclamamus quia de ſupraſcripta plagia qualiter ſuperius legitur D. Sergius glorioſus Dux & Patritius, genitor, & abius noſter fecit exinde chartam firmationis una nobiſcum à D Sergio Epiſcopo anteceſſorem veſtrum, & nunc vobis eos confirmamus per hanc chartam qualiter ſuperius legitur, pro quibus ipſe D. Sergius Epiſcopus ipſa jam dicta charta perdidit quando illum apprehenſit ipſe Princeps Salernitanus.*

† *Ioannes Domini gratia Patritius antipatus Veſti, & Dux Amalphitanorum.*
† *Sergius Domini gratia Dux Amalphitanorum.*
† *Ego Conſtantinus filius Manſonis Iudicis teſtis ſum.*
† *Ego Sergius filius Conſtantini teſtis ſum.*
† *Ego Sergius Iudex teſtis ſum.*
† *Ego Joannes Scriba filius Urſi ſcripſi hanc chartam per præceptionem ſupraſcriptæ glorioſæ poteſtatis anno tertio poſt eorum recuperationem.*
† *Gregorius Jactabecta teſtis eſt, quia ipſa charta unde ipſa exemplata eſt vidi, & legi.*
† *Ego Gregorius filius Leonis de Sergio teſtis ſum, quia ipſa charta unde iſta exempla facta eſt vidi, & legi.*
*Ego Pulcherus filius Mauri Comitis teſtis ſum, quia ipſa charta unde illa exempla facta eſt, vidi, & legi.*
† *Quod ego Ioannes Presbyter, & Scriba hanc chartam ceſſionis manu propria exemplavi qualiter vidi, & legi taliter ſcripſi nec diminuavi aliquid neque junxi. Die XV. menſis Junii Ind XII. Amalphiæ.*

III. 3 JAQUINTUS proximè poſt Urſum reperitur Reginnenſis Epiſcopus an. 1069. qui fuit ſextus Roberti Siciliæ Ducis in Amalphi. Hic a SiKelgaita Duciſſa ejuſdem Roberti uxore in Eccleſia ſanctæ Trophimenis integram hæreditatem, quam paucis ante diebus Duciſsa à Manſo de Blato, ejuſque uxore Maria emerat, Jaquinto, ejuſque ſucceſsoribus in remedium animæ ſuæ liberaliter elargita eſt. Emptionis ac donationis documenta, quæ mox ſubiiciam. exſcripta ſunt ab authographis ejuſdem Eccleſiæ, ac fideliter exſcripta, hujuſmodi tenoris.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Temporibus D. Roberti, & D. Roceriï genitoris, & filii glorioſi Ducis Italiæ, Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ anno 6. Ducatus eorum Amalphiæ die 25 menſis Iulii Indictione 2.*

*Nos quidem SiKelgaita divina gratia Duciſſa uxor quidem ſupradicti Domini Roberti glorioſi Ducis à præſenti die promptiſſima voluntate pro redemptione animæ noſtræ tradere, & offerre viſa ſum in Eccleſia beatæ Trophimenes virginis & martyris, quæ dedicata eſt in Reginnis Minoris, poſita in manum & in poteſtatem de te Domino Iaquinto gratia Dei Epiſcopo. Sedis ſanctæ veſtræ Eccleſiæ beatæ Trophimenis, & de poſteris veſtris ſucceſſoribus ideſt plenariam, & integram hæreditatem noſtram quam habemus in Sanguinetum poſitum ſupra Reginnis Minoris, ſicut eſt vinea, & terra cum pomiferis, & canetum & quercetum, atque caſtanietum, necnon & cum caſa fabrica ſolariata, & palmentum, & labillum, ſeu & una ciſterna, & una caſalina ibidem habentem, qui nobis obvenit per chartam comparationis à Manſone de Blato, & à Maria Iugalia filia Petri Paradiſi, omnia cum omnibus quantum ibidem habuimus, quantum per ſupraſcriptam chartam comparationis nobis obvenit cum viis de viis ſuis, & omnibus ſivè habentibus, & pertinentibus totum illos offerſimus in ſupraſcriptæ ſanctæ Eccleſiæ, vobiſque omni minuitate, & ipſa charta comparationis, cum quantæ chartæ exinde habuimus de præſentem illæ tradidimus in ſupraſcripta Eccleſia in ea rationem, ut à nunc die præſenti, & in perpetuis temporibus plenariam ſupraſcripta hæreditas ſicut ſuperius legitur ſit traditum & offertum in ſupraſcriptum Epiſcopium in manum, & in poteſtatem de te ſupraſcripto Domino Iaquino Epiſcopo, & de poſteris veſtris ad dominandum, & fruendum ſolummodo non habeatis poteſtatem eos vendere, aut de ſupraſcripto Epiſcopio ſubtrahere, ſed ſemper ſicut traditum, & offertum in ſupraſcriptum Epiſcopium ſicut ſuperius legitur pro redemptionis animæ noſtræ, & omni anno vos ſupraſcriptus Dominus Iaquintus Epiſcopus, & veſtri poſteri canere nobis debeatis vigiliam, Miſſam, orationes in ſempiternum, & illa humana perſona magna, ſeu parva quæ contra hanc chartam noſtræ offertionis venire præſumpſerit, & eam rumpere voluerit, illa perſona habeat anathema, & maledictionem à Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, & partem habeat cum Iuda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti, & componat in ſupraſcriptum Epiſcopium auri ſolidos ſexcentos Byzantios. & hæc charta noſtræ offertionis, ut ſuperius legitur firma, & ſtabilis permaneat in perpetuum.*

† *Ioannes Iudex teſtis eſt.*
† *Ego Ioannes ... teſtis ſum.*
† *Ego Ioannes filius Marini Manſo teſtis ſum.*
† *Ego Leo Scriba filius Urſi hanc chartam offertionis manu propria ſcripſi.*

Manſi verò de Blato, uxoriſque ejus Mariæ venditionis documentum ſic ſe habet.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, temporibus D Roberti, & D. Roceriï genitoris, & filii glorioſi Ducis Italiæ, Apuliæ, Calabriæ, Siciliæ anno 6. Ducatus eorum Amalphiæ die 20. menſis Iulii Indict 2.*

*Certi ſumus nos Manſo de Blato cui ſupernomen dicitur Tunnina, & Maria ambo, videlicet jugali filia quondam Petri Paradiſo à præſenti die promptiſſima voluntate venundedimus, atque in præſenti ceſſimus, & contradidimus vobis Domina SiKelgaita glorioſa Duciſſa Domina noſtra uxor ſupradicti Domini Roberti glorioſi Ducis, ideſt plenariam, & integram hæreditatem noſtram quam habere viſi ſumus in Sanginitum poſitum à ſupra Reginnis minoris, ſicut eſt vinea, & terra vacua, & quercetum, atque caſtanietum, quam, & cum caſa fabricata ſolariata, & palmentum, & labillum, & ciſterna, & caſalina, & omnibus aliis fabricis ſuis, quam & cum ſalvæ viæ ſuæ ibidem ingrediendi, & egrediendi, cum omnia quæcunque vobis opus, & neceſſarium fuerit, quam & cum omnia, ſive infra ſe habentibus, & pertinentibus qui nobis obvenit à ſupraſcripto Petro Paradiſo ſocro, & genitorem noſtrum vineam fatricis caſtanietum, quercetum, pomiferis, cannetum, terra vacua, cultum, vel incultum domeſticum, & ſalvaticum totum ſine omni minuitate vobis eos venundedimus, ut jam ſicut diximus nihil vobis exinde exceptuavimus, aut aliqued nobis exinde remanſit, ſed qui unam exinde habet non illam contretis, & quantæ chartæ exinde habuimus dedimus vobis illæ; & ſi aliquando tempore plus chartæ exinde inventa dederis nos, & noſtris hæredes mittere illæ debeamus ſubtus vos, & cui per vos datum fuerit abſque omni damnietate unde, & in præſentem exinde accepimus à vos plenariam noſtram ſanationem, ideſt auri ſolidos trecentos decem de tari boni ana tari quatuor per ſolidum ſicut inter nos bonæ voluntatis convenit quando vendidimus ad creditores noſtris, cui illis debuimus in omnem deliberationem, & in omnem de..ſitionem, ut à nunc die præſentis, & in perpetuis temporibus, in veſtra, & de veſtris hæredibus, vel cui per vos datum fuerit ſit poteſtatis habendi, fruendi, poſſidendi, vendendi, donandi, commutandi, faciendi, & judicandi exinde omnia, quæ volueritis ſine omni noſtra, & de noſtris hæredibus contrarietatem, vel requiſitionem in perpetuum, & jam aliquando exinde, neque à nobis, neque ab hæredibus noſtri vel à nobis ſummiſſas perſonas nullam requiſitionem, vel contrarietatem exinde habeatis, non vos nonnullus homo cui per vos datum fuerit habeatis exinde, quodcunque requiſitionem, aut moleſtiam in perpetuum. Inſuper nos, & noſtros hæredes vobis, & ad cui per vos datum fuerit plenariam ſupradictam noſtram venditionem qualiter ſuperius legitur ante ſtare, & defenſare promittimus omni tempore ab omnibus hominibus. Quod ſi minime vobis exinde fecerimus, & omnia, ut ſuperius legitur non adimpleverimus componere promittimus nos, & noſtros hæredes vobis, vel ad cui per vos datum fuerit dupplo ſupraſcripto pretium, & hæc charta noſtræ venditionis, ut ſuperius legitur firma permaneat in perpetuum.*

† *Ego Leo filius Urſi Sclinillo teſtis ſum.*
† *Ego Ioannes Filius Marino Manzo teſtis ſum.*
† *Ego Ioannes Mantaitella teſtis ſum.*
† *Ego Leo Scriba filius Urſi ſcripſi, &c.*

4 MAURUS æternæ memoriæ dignus Regin-

nenſis Epiſeopus proximus videtur ſucceſsor Jaquinti ob ejus præclaras animi dotes Rogerii Ducis in paucis charus, cujus intuitu, ac devotione omnes donationes, ac conceſſiones jam diu ab Amalphitanis Ducibus Eccleſiæ ſanctæ Trophimenis conceſsas piiſſimè aſseruit, iterumque donavit, una cum ipſa plaga maris prope Reginnam. Actum eſt documentum anno ſal. 1091. tenor verò talis eſt ex ipſo originali a me exſeriptus.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri J. C. anno ab Incarn. ejus 1091. die 20. m. Oct. Ind. 15. Amalphiæ.*

*Nos Rogerius Dei gratia Dux, à præſenti namque die ſcribere, & firmare juſſimus vobis Mauro gratia Dei Epiſcopo S. Sedis Riginnenſis Eccleſiæ B. Trofimenis Chriſti martyris hanc chartam ceſſionis atque confirmationis: & quod ante hos præteritos D. Maſtalus, qui fuit Dux, & Patritius de civitate Amalphiæ, & alii Duces Patritii ipſius Amalphitanæ civitatis dederunt, & donaverunt per eorum chartam ceſſionis in dictam Eccleſiam B. Trofimenis inclytam ipſa plagia arena maris de Reginnis Minoris de quantum continet ipſa jam dicta plagia de fine in finem, & quanta terra vacua ibidem habuit, & ipſi anteceſſores veſtri ab illo tempoee uſque modo habuerunt, & tenoerunt, & dominaverunt eos, & fecerunt exinde quicquid voluerunt pro utilitate de veſtra Eccleſia, modo autem vos noſtee D. Maurus Epiſcopus obſecraſtis nos, & petiſtis nobis exinde . . . . pro parte ipſius Eccleſiæ, ut faceremus vobis exinde chartam ceſſionis, & offertionis, nos autem pro Dei amore, & de noſtra S. Dei Eccleſia, & pro veſtra . . . . . . Mſ. & magnum quod nobis exinde feciſtis confirmamus, & tradimus vobis inclytam noſtram plagiam de arena maris de Reginnis Minoris de fine in finem, quantum ipſa plagia continet, & quanta terra vacua ibidem habet, ut amodo, & deinceps ſint in poteſtate tua de te noſtro D. Mauro Epiſcopo ad faciendum, & judicandum exinde pro utilitate de veſtra Eccloſia, quod volueritis abſque omni noſtra, & de noſtris poſteris ſucceſſoris contrarietate, vel requiſitione in perpetuum, & ſi aliquando tempore, quaviſcunque poſteris, aut qoaviſcunque alia homana perſona magna, vel parva contra hanc chartam noſtræ conceſſionis, atque confirmationis venire præſumpſerit, & eam rumpere voluerit, illa perſona habeat anathema, & maledictionem à Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, & partem habeat cum Juda traditore D. N. J. C. Et componat vobis in veſtra Eccleſia auri ſolidos mille . . . . & hæc charta noſtræ ceſſionis, atque confirmationis, ut ſuperius legitur, firma permaneat in perpetuum.*

† *Ego Leo Iudex teſtis ſum.*
† *Leo filius Sergii filii Ioannis Iudex teſtis eſt.*
† *Petrus Iudex teſtis eſt.*
† *Ego Leo Scriba filius Urſi ſcripſi.*

Elapſo tectio deinde anno à donatione idem Rogerius Dux alterum donationem intuitu Mauri Epiſcopi eidem Eccleſiæ ſanctæ Trophimenis fecit anno 1094. in ipſa Amalphia, ita in originali, quod una cum aliis in Archivio Minorenſi extat, ſcriptum eſt a Joanne Scriba.

*In Nomine Domini Dei Salvatoris Noſtri Ieſu Chriſti, anno ab Incarn. ejus 1094. temporibus D. Rogerii glorioſi Ducis medio menſe Aprilis Indict. II. Amalphiæ.*

*Nos ſopraſcriptus Rogerius D gratia Dux à præſenti die promptiſſima voluntate conceſſimus, atque confirmavimus pro redemptionis animæ meæ, & de genitrice mea in Eccleſia B. Trophimenis virginis, & martyris, quæ dedicata eſt in Reginnis Minoris in manum, & in poteſtatem de te D. Mauro venerabili Epiſcopo S. Sedis Reginnenſis Minoris jam dictæ Eccleſiæ B. Trophimenis virginis, & martyris, quam & de veſtris poſteris ſucceſſuris rectores prædictæ Eccleſiæ: ideſt plenariam ipſam apothecam ad negotiandum, & vendendum de Reginnis Minoris, qui pertinoit in ipſo publico noſtra de Amalphia, & cum plenaria ipſa ſtatera, & cum omnibus conſuetudinis de prædicta potbega, & de ipſa prædicta ſtatera, undecunque ibidem pertinet, quod vobis in ſupradicta Eccleſia ſanctæ Triphomenis de antea per chartas ceſſionis, & offertionis tradidimus, & frugiaſtis, & dominaſtis illos cum omnibus conſuetudinib. & cum omni pertinentia ejus, ſicut continebat ipſa prædicta charta offertionis, atque conceſſionis, quod vobis exinde de antea fecimus, & poſtquam vobis exinde ipſa prædicta conceſſionem atque offertionem fecimus pro illa occaſione quando recolliximus, & tulimos ad omnes cui datum habuimus de ipſo publico de Amalphia tandem vobis tulimus ipſa prædicta potbega, & ipſa prædicta ſtatera de Minori, & dedimus ipſa prædicta potbega ad ipſi Rebelleaſes abſque ipſa ſtatera in hunc ordinem, ut vobis exinde dare omni anno ſolidos centum de tari, modo verò pro inſpiratione Dei omnipotentis, & pro redemptionis animæ meæ & de genitori, & de genitrice mea rendedimus vobis in ſupradicta ſancta Dei Eccleſia omnia ſupraſcripta quantum continet ipſa prædicta charta conceſſionis, & offertionis, quod vobis exinde antea fecimus, ut amodo, & in perpetuis temporibus vos, & veſtris poſteris ſucceſſores tollere debeatis per omni uno anno de ipſa prædicta potbega, cum ſua pertinentia abſque dicta prædicta ſtatera ipſi prædicti ſolidi centum de tari à a ipſi hominibus Rebellenſis, qui nobis illos dare debent per præceptum, quod exinde ad illi fecimus, & ſimiliter ipſa prædicta ſtatera cum omnia ſua peretnentia iterum ſiat in poteſtate de prædicta Eccleſia in manu, & in poteſtate tua, & de tuis poſteris ſucceſſoris ad ordinandi, & frugiandum, & dominandum ſine omni minuitate, & ſine omni contrarietate noſtra, & de noſtris poſteris ſucceſſoris, & de omni alia homana perſona in perpetuum, & forſitan ſi ipſi præd. hominibus Rebellenſis vobis, & ad veſtris poſteris ſucceſſoris non dederint omni annue ipſi prædicti ſolidi centum de tari de Amalphi de ipſa prædicta potbega, & de omni ſua pertinentia abſque ipſa prædicta ſtatera, & qualibet contrarietate exinde præſumaverit facere, tunc cadere debeat vobis, & ad veſtris poſteris ſucceſſoris ipſi hominibus Rebellenſis in ſupraſcripta Eccleſia ad faciendum legem, & juſtitiam tanquam ad me ſupraſcripto Rogerio Dux in noſtra Curia, & ſi aliquando tempore, quaviſcunque humana perſona magna, vel parva contra hanc chartam noſtræ ceſſionis, atque confirmationis venire præſumpſerit, & eam rumpere voluerit habeat perſonam illam anathema, & maledictionem à Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, & partem habeat cum Juda traditore D. N. J. C. & hæc charta noſtræ ceſſionis, ſeu confirmationis, ut ſuperius legitur, firma permaneat in perpetuum.*

† *Ego . . . . . . . .*
† *N. . . . . . . .*
† *N. . . . . . . .*
† *Ego Joannes Scriba filius Urſi ſcripſi.*

Præter hæc quæ relata ſunt de Mauro nulla alia extat memoria; ferunt tamen monumenta illum vixiſse in hac dignitate uſque ad annum 1102. & circa hæc tempora ad Archiepiſcopalem Sedem Amalphitanam aſcendiſse; & clarius refert documentum Conſtantini hujus Sedis Epiſcopi, quod paulo infra dabimus, in quo memoratur Maurus Archiepiſcopus Amalphitanus antea Epiſcopus ſanctæ Triphomenis.

5 LEO Reginnę Minoris quintus Epiſcopus, de quo clara extat memoria in monumentis Epiſcopii an. 1103. 5. die Decembris Indictione 12. & an. 1105. die 10. Octobris Indictione 12. V.

6 STEPHANUS Leonis ſucceſsor cujus prima mentio occurrit ann. 1112. Hic anno 1118. Menſe Auguſti Eccleſias S. Joannis, ac S. Salvatoris juxta maritima, monaſterio ſanctiſſimę Trinitatis, & Petro Abbati perpetuo attribuit, & ab omni Epiſcopali jure immunes fecit. VI.

7 CONSTANTINUS Reginnenſis Epiſcopus anno 1127. pietatis erga Deum, charitatis in Clericos, amoriſque non levia exhibuit argumenta, dum inter ſuę Diœceſis presbyteros, clericoſque modum vivendi juxta regularem vitam inſtituit, VII.

con-

condiditque conſtitutiones, ſuaque inſcriptione, ac plumbeo ſigillo ſignavit, ubi inſculpta viſitur Imago ſanctę Trophimenis. Pręclari hujus monumenti originale extat apud me in pergameno exaratum cujus exemplar exhibeo.

*Conſtaatinus Divina clementia Reginnarum Minoris Epiſcopus cuncto ſibi Clero commiſſo.*

*Quiſquis paſtorali dignitate fungitur præcipuæ diſcretionis lineas imitari debet. Scilicet ut tempora, regiones, plebium conſuetudines, augmentum detrimentumve Eccleſiarum diligenter perſcrutando examinet in augmento ſiquidem augmentando in detrimento verò diminuendo, cuncta ſibi commiſſa honeſte diſponere ſatagat. Hoc autem hic idcirco præmiſimus, ut noſtrorum anteceſſorum traditiones, quia penitus tranſgredi minime valemus: ſaltim tum quia abundavit iniquitas, & charitas refriguit, tum quia ſumptus oblationum omnino defecit, ut noſter Clerus prorſus non obruatur, his in cunctis præmiſſis conſulere ſategimus. Siquidem in exordio noſtrarum Eccleſiarum populos devotos, & dapſiles ad conferenda beneficia eiſdem Eccleſiis conſtitit. Tum quia regia magis capiarum gloria pollebat, tum quia earundem Eccleſiarum paucitas imminebat, & idcirco inſuper venientibus lemoniis mutua frequenter inter Sacerdotes prandia fiebant, at ubi populorum crevit augmentatio, Eccleſiarum inſuper duplex, ac triplex crevit conſtructio in parietibus quidem, in oblationibus autem minime. Prævidens bonæ memoriæ prædeceſſor noſter Dominus S. vir vitæ venerabilis ſcandalizari multos de Clero noſtro Sacerdotes conſuluit, ſtatuit, ſancivit ut in ſupervenientibus lemoniis duorum tarenorum benedictio Congregationi ſupervenienti à Sacerdote Eccleſiæ ad quam lemonæ confluebant, daretur. Nos autem & noſtris temporibus adhuc, quod melius eſt ſuper erogationes, quoniam oblationes populorum penitus defecerunt, firmamus, Paſtorali auctoritate corroboramus, ut inſuper venientibus lemaniis medietas oblationis in Eccleſia oblata ſupervenienti Congregationis conferatur, reliqua verò medietas eidem Eccleſiæ reſervetur, ſed & illud huic noſtræ deſcriptioni inſerentes ſtatuimus, ut die Paraſceves, cum omnis Chriſtianorum Eccleſia de Chriſti paſſione, vel morte affligitur, in nullo penitus commune prandium fiat, abſurdum quippe videtur de Chriſti morte tripudiari, & variis epulis, & illicitis potationibus implicari, per præſentis itaque privilegii noſtri paginam firmamus, ut ſicut ſupra taxavimus amodo & uſque in ſempiternum ratum, & inviolabile maneat, Si quis autem huius noſtræ deſcriptionis temerarius violator exiſtere preſumpſerit, perpetuò anathemate damnetur, & à ſanctæ matris Eccleſiæ communione eliminetur, atque in reſurrectionis univerſitate cum impiis, reprobis perpetuo igni ſubdatur.*

† *Ego Conſtantinus Domini gratia Epiſcopus has literas fieri juſſi, & ego ipſe confirmo.*

† *Ego Mantonus Presbyter Cuſtos de . . . . . ſalva, &c. confirmo.*

† *Ego Petrus Presb. filius D Leo Scanapecu conf.*

† *Com. Presb. qui Regimundo de Monte confir.*

† *Compoſtus Archip. eib. filius ſer Taſcaran conf.*

† *Ego Urſus Presb. Cuſtos S. Leoni Papæ conf.*

† *Ego Leo Presbyter filius Domini Urſi Scanapecu, confirmo.*

† *Ego Joannes Presb. dicti D Urſi d . . . . . . conf.*

† *Ego Joannes Presb. Jacinthus conf.*

† *Ego Urſus Presb. q D. Urſi gratia Dei Monachi de Claramonte confirmo.*

† *Ego . . . . Presbyter filius D. Urſi de Cunarene confirmo.*

† *Ego Adimater Presb. de S. Vuaterna confir.*

† *Ego Manſa Presb. & Primic. confirmo.*

*Datum anno Incarnationis Dominicæ MCXXVII. Reginnis Minoris Indict. V.*



VIdi nuper originale Minorenſis Eccleſiæ monumentum, quo Conſtantinus Epiſcopus, ejuſque Clerici S. Triphomenis, pacta quædam, & conventiones olim inter Petrum Mauronem, & Maurum Epiſcopum Reginnenſem, tunc Archiepiſcopum Amalphitanum ſancitas, cum germano Mauronis, innovarunt ann. 1128. quod ſanè inſigne eſt documentum, ex eo enim luce clarius habemus Maurum ex Minorenſi Epiſcopo ad Metropolitanam Sedem Amalphitanam aſcendiſse, eoque an. 1128. ſuperfuiſse, vivente Conſtantino in Minorenſi Eccleſia. Documentum ſicuti iacet curavimus exſcribendū.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, an ab Incarn. ejus 1128 Kal Martias Indict. V. Amalphiæ.*

*Manifeſtum facio ego Pantaleo filius Domini Ioannis Iudice Tectabecte, & Blactu ambo jugales, & filia Dom Mauronis de Petro de Maurone de Muſco de Maurone Comite, & nos Muſco filius Domini . . . . filii Dom Muſci de Ioanne de Pardo, de Leone Comite vobis Domino Conſtantino Domini gratia Epiſcopus ſanctæ Sedis Reginnenſis Eccleſiæ Beatæ Trophimenis virginis & martyris Chriſti, & vobis totis ipſis Clericis qui officiant in prædictum Epiſcopium, pro eo vero, quod invenimus & quæſivimus vos cum ipſa charta, quod fecerat Domino Mauro Archiepiſcopus de Amalphia, quando erat Epiſcopus de prædicta Eccleſia ſanctæ Triphomenis ad Domino Mauroni Presbytero, & Abbas ſanctæ Cruce, & ad Pantaleo filio Domini Gregorii Ferafalcone, & ad Ioannem filium Domini Leoni de Leopardo, qui fuerunt diſtributores de Domino Petro vero germano de me ſupraſcripta Blactu filius ſupraſcripti Dom. Mauroni de Petro de Maurone de Muſco de Maurone Comite, & diximus vobis, quia ſupraſcriptus Domino Petro dimiſit in prædicto Epiſcopio de Minori ſolidi centum de tari per ipſum ſuum teſtamentum, ut fabricarent inde duæ aputhecæ in ipſa terra quod conceſſit . . . . . . prædicta Domino Mauroni genitori ſuo, & ut præd duæ aputhecæ fierent ſalba de prædictum Epiſcopium de Minori, & de ipſo Manſionatico, quod inde dederit omni annuè tollere illas medietatem ipſo Epiſcopos de prædicta Eccleſia de Minori, & pro alia medietate tollere ipſi Clerici, qui officiaverit in prædicto Epiſcopio de Minori, & canere ad illum exinde vigilia, & Miſſa omni annue in die depoſitionis ſuæ, die omnium Sanctorum, & vigilia & Miſſa die Nativitatis Domini, & die ſancta in Paſca Reſurrectionis Domini, & da ſupraſcriptis ſolidi centum per magnum rogum tulit illis da prædictis ſuis diſtributoris in Domino Mauro Archiepiſcopus, quando erat Epiſcopus de Minoris, & expendit illis pro utilitate de prædicto Epiſcopium de Minoris hoc eſt in ipſa ſua fabrico de prædicto Epiſcopium, & prædicto Domino Mauro Archiepiſcopus . . . . inde dedit ad vice ad prædicti diſtributoris duæ cameræ fabricæ conjunctæ, & terra uſque ibidem in Reginnis Minoris ad finem cauſa de ſupraſcripta Eccleſia ſanctæ Trophimenis, ſicus continet ipſa charta, quod exinde tando fecit ad prædictos diſtributoris ſupraſcriptus Domino Mauro Archiepiſcopus, & ad præſens ſupraſcriptæ cameræ . . . . . quia ſunt deſtructæ, & non faciebatis ſupraſcriptæ Miſſæ, & vigilia pro anima de ſupraſcripto Domino Petro, ſicut ille judicavit per ſuam teſtamentum qualiter ſuperius legitur, & habuimus inde vobiſcum multas altercationes jam Dei gratia venimus exinde vobiſcum ad bonam finem, & convenientiam, & reddidimus vobis ipſam conceſſionem de prædicta terra, ut ſupra diximus, & firmamus vobis ut neque nos, & noſtris poſteris, neque nulla perſona pro noſtra parte, & non que-*

*camus vos neque veſtris poſteris de ſuprascriptæ apotecæ, neque de ſuprascriptæ cameræ, neque de ſuprascripti ſolidi centum pee nullam occaſionem, ſed amodo, & ſemper vos & veſtris poſteris ſucceſſores Clerici, qui officiaverint in prædicto Epiſcopium de Minoris debeant ſatisfacere pro anima de ſuprascripto Domino Petro ipſæ Miſſæ & vigiliæ per omnem annum ſicut ſuperius legitur, & ſicut continet ſupraſcripta charta. quod inde habemus, quod fecit ſupraſcriptus Dom. Mauro Archiepiſcopus quando erat Epiſcopus ad prædictos diſtributores de prædicto Domino Petro, & habeamus nos & veſtri heredes ipſæ duæ ſepulturæ in cauſa de prædicto Epiſcopium de Minoris ſicut continet ſupraſcripta charta, quod inde habemus, quod ſupraſcripto Dom. Mauro Archiepiſcopus fecerat ad prædictis ſuis diſtributoris, & quidem nobis, & vobis aliquid de ſupraſcripto placito, & convenientia, ut ſuperius legitur minuere, vel extenuare voluerit, tunc componere pars infidelis ad partem quæ firma ſteterit auri ſolidos centum Byzanteos, & hæc charta ſit firma in perpetuum quia vos & vobis ſimilem de iſta feciſtis.*

† *Ego præd. Pantal. filius Domini Ioannis Iudeu Teſtabella teſtis eſt.*
† *Maſtalus Iudeu teſtis eſt.*
† *Ego Sergius Fiſinatus teſtis ſum.*
† *Ego Ioannes Comes, & Prothonotarius ſcripſi.*

Anno 1140. die 8. Januarii, 3. Indict. Conſtantinus majora liberalitatis monumenta Eccleſiæ ſuę ſanctæ Trophimenis, ejuſdemque Clericis aſſeruit. Confirmavit enim donationem quam fecerat anteceſſor ſuus Stephaous monaſterio Cavenſi de Eccleſia ſancti Joannis juxta plagiam maris; haoc ad petitionem Falconis Abbatis Caveoſis dedicavit Cooſtantinus 6. Auguſti anno 1144 aſſiſtentibus Urſo Scalenſi, ac Conſtantino Ravellenſi Epiſcopis, ut ipſe teſtatur in monumento, quod extat in Archivio Cavenſi. Cujus exemplar ita ſe habet.

*Iuſtum & rationabile eſt, ut juſta petentibus diligentee tribuatur aſſenſus, quapropter nos Conſtantinus S. Reginnenſis Eccleſiæ Dei gratia Epiſcopus, conſilio, & conſenſu Clericorum noſtrorum D. Falconis cœnobii S. & Individuæ Trinitatis, quod eſt conſtructum in loco Mitiliano, ubi Cava dicitur, venerabilis Abbatis, juſtæ petitioni aſſenſum tribuimus, ejuſque rogatui libenter annuimus. Rogavit ſiquidem nos, ipſe venerabilis Abbas, ut dedicaremus Eccleſiam, quæ in honore S. Ioannis conſtructa eſt in Reginnis Minorum juxta plagiam maris, quæ ſcilicet Eccleſia juris, & ditionis eſt prædicti Cavenſis cœnobii: gratanter igitur nos præfatus Conſtantinus Epiſcopus communi conſilio, & conſenſu Clericorum noſtrorum petitioni, & rogatui prædicti D. Abbatis menſe Auguſto anno Dom. Incarn. 1144. Ind. 7. una cum D. Conſtantino Ravellenſi, & D. Urſo Scalenſis Epiſcopis, rogante, & invitante illos prædicto D. Abbate, dedicavimus prædictam Eccleſiam, quæ in honorem S. Joannis conſtructa eſt, ſicut prædiximus, ita tamen ut neque noſtri, neque poſteri nos, nec ipſa S. noſtra Reginnenſis Eccleſia, nec aliquis pro parte noſtra ibi aliquod dominium aut aliquod jus aliquo tempore habeamus, aut quolibet modo habere quæramus, ſed ſemper ipſa prædicta Eccleſia S. Joannis, cum domibus, & cœmiteriis ſuis, & cum ſuis omnibus pertinentibus ſit juris, & ditionis ipſius D. Abbatis, & ſucceſſorum ejus, & prædicti cœnobii S. Trinitatis habendi, & ordinandi, & faciendi ex inde quæ voluerint, abſque noſtra, ſucceſſorumque noſtrorum, & prædictæ S. Reginnenſis Eccleſiæ contrarietate. Declaramus etiam quæ bonæ mem. prædeceſſor meus D. Stephanus Epiſcopus in ipſo veſtro monaſterio per ſuum ſcriptum fecit, firma, & inconcuſſa maneant; quod ſi aliquo tempore quævis perſona quolibet modo contra hęc quæ fecimus, venire tentaverit; quæ facta ſunt, inconcuſſa & illibata permaneant. Ipſe verò niſi reſipuerit anathematis vinculo teneatur. Ut autem ſupraſcripta ſcripta certius, firmiuſque credantur, manu propria ſubſcripſi, & ſigno S. Crucis, quod ſcriptum eſt roboravi.*

† *Ego Conſtantinus Epiſc. Reginnenſis Eccl. ſ.*
† *Urſo Scaleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Conſtantinus Dei gratia Rabellen. Eccleſiæ Præſul teſtis eſt.*
† *Mauranus Archipresbyter, & Primicerius de Reginnis Minorum teſtis eſt.*
† *Petrus Presb. filio Leo Scannapeco teſtis eſt.*
† *Moneus Presb. filius Urſi Cunnorini teſtis eſt.*
† *Regimundus Presb. de Monte teſtis eſt.*
† *Ego Sergius Presbyter ſcripſi juſſu D. Conſtantini Minorenſis Eccleſiæ Dei gratia Epiſcopi ſexta die, intrante menſe Auguſto.*

De Conſtantioo poſt annum 1145. nulla alia reperitur memoria. incertum quo anno, ac die exceſſerit, vir tamen fuit (ex iis, quæ de ipſo habentur) ioſignis pietatis.

8 MAURUS II. Scannapeco, Sergii filius, nobili, vetuſtaque familia, Epiſcopus Regioneoſis effectus ſucceſſit Conſtantino, cujas habetur mentio in certo permutatioois documento anno 1161. die 10 Martii Indictione 9. de quo item anno 1162. die 12. Maji. Putarunt oonnulli hunc Maurum jacere in Cathedrali eo in marmoreo tumulo, qui adhuc extat, hiſce carminibus Leoniois inſculpto. VIII.

† *Noſcat, qui neſcit, quod Epiſcopus hic requieſcit*
*Maurus dum vixit, oculos ad ſidera fixit,*
*Atque ſatis morum plenus fuit ipſe bonorum.*
*Cum grege Sanctorum, requieſcat in arce Polorum.*

9 LAURENTIUS proximè Mauro acceſſit. Hic primus eſt qui Minorenſis Epiſcopus denominetur, hoc enim titulo reperitur ornatus in documento Vvillelmi Regis. Fuiſſe verò Laurentium Eccleſiaſticæ libertatis, ſuæque juris Eccleſiæ indefeſſum propugnatorem ex eodem habemus documento. Etenim cum Laurentios ad Eccleſiæ ſuæ jura ſervanda Regias aures diu propulſaſſet, ut adulteriorum cauſas, & Clericorum facinora, quæ laici Judices in Eccleſiæ dedecus ad ſe ſubtraxerant, ad Eccleſiaſticum forum reducerentur, placuit pio Regi juſtas Laurentii poſtulationes exaudire, deditque de hac re reſcriptum, Judicibus, Baronibuſque ſui Regni perpetuo obſervandum. Dignum quippe documentum, ut in hoc loco perennetur ad poſteros, & Laurentii Epiſcopi virtus commendetur; tenor eſt hujuſmodi ex originali. IX.

*Willelmus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Comitibus Camerariis, Juſtitiariis, Baronibus, & univerſis bajulis, qui ſunt de Parochia, & diœceſi Minorenſis Eccleſiæ fidelibus ſuis ſalutem & dilectionem.*

*Laurentius venerabilis Epiſcopus Minoris fidelis noſter ſignificavit Majeſtati noſtræ dicens, quod Eccleſia ſua privatur, & diminuitur de jure ſuo, videlicet de adulteriis, quæ non permittitis judicari in curia ipſius Eccleſiæ ſicut debentur, & de perſonis Clericorum, quæ à vobis, ut laici judicantur, capiuntur, & incarcerantur: quod ſi verum eſt, admodum nobis diſplicet, & graviter ferimus. Non enim . . . neque volumus, ut ea quæ ab Eccleſia coerceri, & judicari debent, à vobis judicentur, vel puniantur, unde mandamus univerſitati veſtræ, & præcipimus, ut amodo de adulteriis judicandis vos non intromittatis. Sed ſi quis de Parochia, vel diœceſi per dicta Epiſcopatus Minoris de adulterio accuſatus, vel in eo deprehenſus fuerit, ad judicium Minorenſis Eccleſiæ in qua adulteria ipſa judicari debent, conſiſtat, & à Curia ejuſdem Eccleſiæ judicetur, & corrigatur, excepto ſi per inſultum, & per violentiam adulterium committitur, quod ſi acciderit, judicetur ab Eccl. de ipſo adulterio, quod ſpectat ad judicium ipſius Eccleſiæ, & de hoc quod ſpectat ad judicium Curię noſtræ, videlicet de inſultu, & violentia, judicetur ab ipſa Curia noſtra. De perſonis vero Clericorum volumus, & jubemus, ut ſi aliquis Clericus Parochiæ, vel diœceſis prædicti Epiſcopatus Minoris de aliquo forte facto de quo perſona ſua judicari, vel condemnari debet appellatus fuerit, non à vobis, neq; à Curia veſtra, ſed ab ipſa Eccleſia, & in Curia Eccleſiæ de hoc quod ad perſonam ſuam ſpectat judicetur, & corrigatur ſicut convenerit juxta Canones, & jus Eccleſiaſticum,*

exce-

*excepto ſi aliquis Clericus fuerit appellatus de proditione, vel alio hujuſmodi maleficio, quod ſpectat contra Majeſtatem noſtram, quod ſi acciderit, volumus, & præcipimus, ut hoc quod ſpectat ad judicium Curiæ noſtræ judicetur ab ipſa Curia noſtra, & de hoc, quod ſpectat ad judicium Eccleſiæ, ab ipſa Eccleſia judicetur. Si verò aliquis Clericus de hæreditate, vel tenimento quod non ab Eccleſia, ſed à vobis, ſive per patrimonium, aut aliunde in terris veſtris teneat, fuerit appellatus; volumus ut de hoc in Curia illius in cujus terra poſſeſſiones, vel tenimentum ipſum fuerit, reſpondeat, & quod juſtum fuerit faciat, non tamen ut perſona ejus capiatur, vel incarceretur. Inſuper confirmamus eidem Minorenſi Eccleſię omnes homines de eadem terra, qui dicuntur Vulpicellæ præfatæ Eccleſiæ pertinentes, apothegarios duos, & furnarios duos: mandantes, & firmiter præcipientes, ut tam homines ipſi qui dicuntur Vulpicellæ, quam & ipſi duo apothegarii, & duo furnarii de omnibus de quibus idem Minorenſis Eccleſia ab antiquis temporibus intendere debent, & conſueverunt, ei de cætero abſque omni moleſtia reſpondeant, & intendant. Data Panormi 22. menſis Martii Ind. 8.*

Anno 1178. Ricardus ex filiis Pantaleonis nobilis vir offert nonnulla bona in civitate Reginna Minore poſita ſanctæ Sedi beatiſſimæ Trophimenis, & pro ea Laurentio Epiſcopo, pro redemptione animæ ſuæ, ſuorumque defunctorum pro quibus & quolibet, ac ſtatuta die orare teneretur. Donationis ſcriptum ex originali ita ſe habet.

*In nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarn. ejus 1178. temporibus Dom. noſtri Gulielmi Dei gratia Regis Sicilię, Ducatus Apulię, & Principatus Capuę, & 13. anno Regni ejus, Amalphię die 20. menſis Julii Ind. XI. Atrano.*

*Ego quidem Ricardus filius D. Joannis, filii D Sergii filii D. Mauri de Pantaleone de Mauro de Maurone Comite à preſenti die promptiſſima voluntate, Dei charitate, & amore, animarumque noſtrarum redemptione, & pro redemptione animæ ſupradicto genitori meo, ſeu & pro redemptione animæ Joanni filio meo, ſeu omnium defunctorum parentum noſtrorum dare, & tradere atque offerre viſus ſum in Epiſcopio S. Sedis Eccleſiæ Beatiſſ. Trophimenis, quæ conſtructa eſt in Reginnis Minoris, ſeu in manibus atque poteſtate de vobis D. Laurentio Domini gratia ven. Epiſcopo S. Sedis beatiſſimæ præfatę Trophimenis Chriſti martyris, ſpirituali patri meo, ideſt plenariè & integrè ambæ ipſæ apothecæ noſtrę fabricę, quas habemus de parentorum noſtrorum in ſupradicto loco Reginnis Minoris, quæ ſunt duo membra unum ſuper aliud, hoc eſt ipſa apotheca t.rranea, & ipſa ſecunda apotheca deſuper . . . ſicut ſunt ambę ſupraſcriptę apothecę fabricatę, & ordinatę cum omnibus ędificiis, & pertinentiis ſuis; unde reclaramus vobis exinde ipſe finis, à parte verò Septemtrionis, quam de uno latere à parte Orientis pariete communale habeatis, cum ipſæ aliæ apothecæ noſtræ, quæ nobis ibidem in prædicto loco remanſit, & de alio autem latere à parte Occidentis pariete communale habeatis cum ipſo furno deſuper veſtro Epiſcopio, à parte verò Meridiei parietem liberum habeatis, & exinde Regiæ, & feneſtræ, & plenariæ gradus fabricæ habeatis, & cum ipſum vallatorium ſuum de ante ſe, & de ipſe gradus quam & exinde viam habeatis cum omnia cauſa & omnia eorum pertinentia, quam & cum ipſum venterium deſuper ſe ad fabricandũ vobis illos in altum, quantum volueritis, cum omnibus ędificiis, & pertinentiis ſuis, unde nihil vobis exinde exceptuavimus, in eam enim rationem, ut amodo, & ſemper inclyta ipſa prædicta noſtra traditione, ſeu offertione qualiter ſuperius legitur in veſtra, & de veſtris poſteris ſucceſſores quam & de prædicto Epiſcopio ſit poteſtate ad vendendi, fruendi, & poſſidendi, dominandi, ordinandi, & offaciendum inde opus de prędicto Epiſcopio, & aliquando tempore, neque vos, neque veſtri poſteris ſucceſſores nec nullus homo pro parte de prędicto Epiſcopio non habeatis poteſtatem illos vendere, aut donare, nec commutare, neq; alienare pro nulla inventa ratione, ſed omni tempore ſint de ſupradicto Epiſcopio qualiter ſuperius legitur, & nos, & noſtri hæredes vobis, & veſtris poſteris quam, & prædicto Epiſcopio illos defendere, & vindicare debeamus omni tẽpore ab omnibus hominibus, & vos, & veſtri poſteris omni anno uſque in ſempiternum facere debeatis ipſũ officium defunctorum ſicut proclamat ipſum manifeſtũ, quod nobis facere debetis, quod ſi minime vobis exinde fecerimus, auri ſolidos quinquaginta regales vobis componere promitto, & hæc charta ſit firma in perpetuum, quod ſupra diſturbatum eſt legitur poſteris.*

*† Landulphus filius Domini Sergii Comitis Mauroni teſtis eſt.*

*† Sergius Judex fil. q. Lupini de Ferraci teſtis eſt.*

*† Pandulphus filius Pantaleonis teſtis eſt.*

*† Ego Manſo filius D. Joannis Curialis filii D. Urſi Imperialis diſſipati, ſcripſi.*

Actum videtur hoc documentum in Atrano; Atranum verò oppidum eſt muris circundatum prope littus maris in Valle, ab Occaſu hyemali habet civitatem Amalphiæ, à Meridie verò mare, ab Oriente civitas Ravelli, ejuſque mons, ab Aquilone, & Occaſu æſtivo civitas Scalarum, & mons illius priſcis temporibus à nobilibus habitatur; ejus meminit Erhibertus in chronica: in altero documento ſunt aliqua verba, quæ parum intelliguntur; quorum intelligentia hæc eſt. Palmentum à pedum palmis dictum arbitror, quia ibi uvę pedibus premuntur, idem ac torcular: labellum à labendo dictum eſt, locus ad muſtum recipiendum ex palmento labens, eſt autem labellum inſtar piſcinę, & ab aliis locus dicitur Amalphico vocabulo *Labellum*: *Venterium* eſt domi ſuperius ædificium à *ventis* dictum; *Vallatorium*, idem eſt ac projectum: *Imperialis* vero *Diſſipator*, ut in ſubſcriptione Manſi filius Dom. Joannis Curialis filius Dom. Urſi Imperialis diſſipati idem eſt, ac ſecundo Conſulis. Anno 1189. die 20. Julii 7. Indict. Atran. Donatum lego Epiſcopio Reginnis Minoris B. Mariæ glorioſæ virginis, & B. Trophimenis virginis, & martyris Chriſti, & Laurentio venerabili Epiſcopo ejuſdem Eccleſiæ portiones Eccleſiarum S. Eraſmi martyris Chriſti, & ſancti Nicolai Confeſſoris Chriſti in plano Reginnis. Cæterum Laurentio Præſule anno 1196. Corradus Hildersheymenſis Epiſcopus Regni Siciliæ Legatus, & aulæ Imperialis Cancellarius pro ſalute Henrici VI. Imperatoris ac Conſtantiæ Auguſtæ Reginæ Siciliæ confirmavit donationes quas olim Guillelmus Rex Minorenſi Eccleſiæ elargitus fuerat, cum eſſet apud Minorem, in hunc modum ex originali.

*Corradus Dei gratia Hildersheymenſis Electus, Imperialis aulæ Cancellarius, totius Italiæ, & Regni Siciliæ Legatus, Bajulis, & univerſis quibus præſentes litteræ oſtenſæ fuerint D. Imperatoris fidelibus ſalutem, & omne bonum.*

*Notum facimus univerſitati veſtræ, quod nos divinæ pietatis intuitu, pro ſalute quoque, & conſervatione D. noſtri Magnifici Romanorum Imperatoris & invictiſſimi Regis Siciliæ, & D. noſtræ Sereniſſimæ Imperatricis, & Reginę Sicilię confirmamus Eccleſiæ Minorenſi Straciam, quæ vocatur petia rotunda in tenimento Campaniæ quam Illuſtris Rex Gulielmus II. bonæ memoriæ ipſi Eccleſiæ conceſſerat, ſicut idem Rex terram ipſam eidem Eccleſiæ conceſſit, ſalvo in omnibus mandato, & ordinatione ſupradicti D. noſtri magnifici Imperatoris, & invictiſſimi Regis Siciliæ; mandantes, & ex Imperiali, & noſtra parte diſtrictè præcipientes, ut nullus præfatam Eccleſiam de terra ipſa impedire, vel indebitè moleſtare præſumat. Sciatur quod quicunque huic noſtræ confirmationi, & mandato temerarius obviator extiterit, Imperialis culminis indignationem ſe noverit incurſurum, & nos eum merita pœna plectemus. Data apud Majorem ultimo die menſis Junii XIV. Indictionis.*

Elapſo ab hac confirmatione anno quarto Conſtantiæ Reginæ, & Imperatricis, primo verò Federici II. filii ejus Matthæus Sergii filius quondam Rogerii Imperialis protonobiliſſimique filius Sergii Comitis Mauronis obtulit Laurentio Epiſcopo pro

ſuæ animæ remedio bona poſita in plano Reginnæ, actum anno 1197. 2. Decemb. Indict. 1. Excepit item Laurentius an. 1201. die 13. Martii 4. Indict. peramplam donationem in ipſa Reginna, a Joanne Sergii Judicis filio quondam Sergii, quondam Joannis Pantaleonis filii, in qua donatione Laurentius Reginneoſis Epiſcopus dicitur, anno autem 1203. Auguſto menſe 6. Ind Minorenſis Epiſcopus nominatur in ſententia ab ipſo data una cum Matthæo Amalphitano Archidiacono tanquam delegatis Apoſtolicis in ſavorem monaſterii Cavenſis contra Cileoſi Presbyteros pronuociata. Iterum illum invenio Reginnenſem vocatum Epiſcopum anno 1207. in marmorea tabula conſecrationis S. Sixti Scalarum civitatis, ubi una cum Matthæo Archiepiſcopo Amalphitano, ac Conſtantino Scalenſi Præſulibus interfuerat ſua preſentia ritum ſacrum illuſtrante Petro Capuano tituli S. Marcelli Presbytero Cardinali; poſt hunc annum nulla alia de Laurentio reperitur mentio: ubi vel quando ex hac mortali vita diſceſſerit incertum.

X. 10 JOANNIS de Cavellis Minorenſis Epiſcopi prima mentio in monumentis ejuſdem Eccleſiæ reperitur ann. 1217. cum veluti Apoſtolicus delegatus una cum Joanne Archiepiſcopo Amalphitano diſcuſſo judicio ad ſavorem Caveoſis monaſterii contra Caputaquenſem Epiſcopum, pronunciavit Eccleſiam ſancti Nicolai de Mercatello, cum omnibus juribus, & bonis ad monaſterium ſpectare, in ea enim ſenteotia ſe Minorenſis Eccleſiæ Epiſcopum ſubſcribit. In documento vero venditionis quod actum eſt anno 1219. inter ipſum & Trudam Abbatiſſam monaſterii ſancti Angeli oppidi Atrani vocatur Epiſcopus ſanctæ Sedis beatiſſimæ Trophimeois Chriſti martyris de Reginnis Minoris. In eo item documeoto Joannem filium fuiſſe Roberti Cavelli habemus, quod cum ſit valde dignum ad illius ævi mores, & loca agnoſcenda, ex ipſo authographo hic damus.

*In nomine Domini Dei Salvatoris N. J. C. anno ab Incarn. ejus 1219 temporibus D. noſtri Frederici Dei gratia Romanorum Regis ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ, regnante D. Henrico chariſſimo filio ſuo feliciſſ. Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno 6. die 5. menſis Junii Indict. 7. Atrano.*

*Certi ſumus nos Truda Domini gratia Monacha, & Abbatiſſa monaſterii puellarum vocabulo S. Angeli, quæ conſtructus, & dedicatus eſt intus Atrano prope arena maris, & filia D. Sergii Judicis, & filia D. Sergii Neapolitani una cum cuncta noſtra Congregatione, noſtriſque Sorores manentes ipſius suprad. monaſterii, atque per conſenſum, & voluntatem de ipſis portionariis ſuprad. monaſterii à præſenti die promptiſſima voluntate venundedimus, & tradidimus vobis D. Joanni D. gratia Epiſcopus ſanctæ Sedis beatiſſimę Trofimenis Chriſti martyris de Reginnis Minoris, & filio videlicet D. Roberti Cavelli, & per vos in prædicto Epiſcopio Eccleſiæ beatiſſimæ Trofimenis, ideſt plenoriæ, & integræ ipſæ duæ apothecæ conjunctæ, quæ ſunt modo caſalinæ, quæ prædicto monaſterio habet ab antiquis temporibus in Reginnis Minoris, & ſunt à parte Septemtrionis à ipſa terra vacua de prædicto Epiſcopio, cauſa quod nos de ante in præd. Epiſcopio venundedimus jam ſicut ſibi ſunt ambæ ſuprad. apothecæ, quam vobis venundedimus de canto in canto, de longitudine, & latitudine, & cum regiæ, & feneſtræ, & cum ſalvæ viæ ſuæ, & cum omnibus ædificiis, & pertinentiis, atq; introitis ſuis, & ad fabricandum, cum omnibus eorum pertinentiis, unde nihil vobis exinde exceptuavimus, ſed pleniter, & ſine omni minuitate ambæ ſupradictæ apothecę, & omnia eorum pertinentia qualiter ſuperius legitur vobis illas vendidimus, & tradimus per omnia. . . qualiter & ſuperius legitur, & nulla cauſa nobis exinde non remanſit, & ipſæ chartæ quod inde habuimus, vobis illæ dedimus, & firmamus vobis, ſi plus chartæ inde inventa dederit, qui ibidem pertinent nos, & noſtræ poſteræ mittamus eas ſubtus poteſtate veſtra, & de veſtris poſteris ſine omni occaſione, & taliter illos habeatis, & poſſideatis qualiter ſuperius legitur, & ſicut per omnia proclama ſupradictæ chartæ, quod vobis inde dedimus. Unde accepimus à vobis exinde plenariam noſtram ſanationem, ideſt mediam unciam auri monetæ Siciliæ ſicut inter nos bone voluntatis convenit in omnem deliberationem, & in omnem de . . . . . . . ut amodo & ſemper ſit in poteſtate veſtra, & de poſteris veſtris, & de prædicto Epiſcopio faciendi inde omnia quæcunque volueritis ſine omni noſtra, & de noſtræ poſteræ, atque de omni humana perſona pro parte de prædicto monaſterio contrarietate, vel requiſitione in perpetuum, & nos, & noſtræ poſteræ ipſius ſuprad. cti monaſterii illos defendere, & vindicare debeamus vobis, veſtriſque poſteris, & in prædicto Epiſcopio omni tempore ab omnibus hominibus. Quod ſi minime vobis exinde fecerimus, duplo ſupradicto pretium vobis componere promittimus, & hæc charta ſic firma permaneat in perpetuum, & hoc reclaramus, quia ipſæ ſupradictæ duæ apothecæ, & omnia eorum pertinentia, quod ibidem habuit ſupradictus monaſterio ſancti Angeli, quas vobis venundedimus, ſicut ſuperius legitur, ſunt prope, & juxta ipſæ aliæ apothecæ quæ ſunt de ipſæ aliæ Eccleſiæ, quæ ſunt de hæredibus D. Joannis de Pantaleone de Joanne Comite ſicut ipſæ chartæ contineat, quod ſuper diſturbotum eſt, legitur Minoris.*

† *Matthæus filius D. Jo. Co. Mauronis teſtis eſt.*
† *Bartholomæus Judex Co. Mauronis teſtis eſt.*
† *Ego Joannes filius D. Manſonis Curtalis ſcripſi hanc chartam, & confirmavi.*

Litem aliquando Joannes Epiſcopus habuit cum Mauro Leonis filio quondam Stephani Scanapecu pro urna marmorea quæ in Epiſcopio poſita erat, quam ipſe, a Guita Mauri matre, eoque inſcio emerat, pro qua re cum diu lis æſtuaſſet, tandem compoſita eſt ann. 1223. in hunc modum.

*Anno ab Incar. Dom. 1223. & 3. an. Imperii noſtri Frederici Dei gratia glorioſiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ, & una cum eo regnante Domino noſtro Henrico ejus chariſſimo filio, inviſtiſſimo Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, die 10. menſis Madii, Indict. XI. Ravelli.*

*Ego quidem Maurus filius D. Leonis, filii D. Stephani . . . . manifeſtum ſecuritatis facio vobis D. Joanni Dei gratia vener. Minorenſis Epiſcopo filio quondam D. Roberti Calvelli, pro eo quod jam ſunt plures anni tranſacti, quod recordatum habuimus in prædicto veſtro Epiſcopio unum cantarum marmoreum cum ſuo tegmine, & poſtea D. . . . . . . . mater mea vendidit vobis illud me neſciente, nunc autem ego quærebam vobis prædictum cantarum cum ſuo tegmine, quia volebam exinde facere meam voluntatem, vos autem de præſente dediſtis mihi multam, & rectam certitudinem qualiter prædicta mater mea jam dictum cantarum cum ſuo tegmine vobis vendiderat ſuper quibus habuimus inter nos aliquantulum litigationis, ſed tandem cognoſcens vos illud juſtè, & rationabiliter habere, & noleas exinde contra vos malignari, convenimus nos exinde & invicem, & ſuperaddidiſtis exinde mihi tantum pretii, quod mihi bene complacuit . . . . . & firmo ut illum aliquando nec ego, nec mei hæredes, nec ullus homo pro noſtra parte quæramus, aut quæri vos inde faciamus, nec veſtros poſteros, nec ullum hominem pro parte ſupradicti Epiſcopii per nullam inventam rationem, aut occaſionem quam homo dicere, vel cogitare poteſt, per nullum modum in perpetuum, & taliter vobis illud firmo coram ſubſcriptis teſtibus, & hæc charta ſit firma in perpetuum.*

† *Conſtantinus D. Coſtobonæ filius teſtis eſt.*
† *Sergius filius D. Joannizis de la perſona firmat.*
† *Ego Homo-D.i Scriba D. omiaiſ-Dei filius S.*

11 GERBINUS, aliis GERVINUS, olim Petri Capuani Card. ſacellanus, poteſt Joannis ſucceſſor exiſtimari. Is anno 1247 judicium inſtituit coram Petro Capuano Bajulo Amalphitanæ civitatis, in Angelum quendam Surrentinum, qui jura Epiſcopatus Minorenſis turbare contendebat; hunc XI.

Judex adegit; ut omnia jura ad Minorenſem Eccleſiam ſpectantia ipſius Gerbini, ac ſucceſſorum ejus arbitrio relinqueret. Hujus rei acta breviter quidem, ſed ſincerè præſcripta extant in pergameno ipſo originali, ex quo exemplar ſumpſimus, ut hic exhiberemus.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incar. ejus 1247. & 27. anno Imperii D. noſtri Federici Dei gratia glorioſiſſ. Romanorum Imp. ſemper Auguſti, & 49. an. ejuſdem invictiſſimi Regis Regni Siciliæ, & 22. an. ejuſdem Regis Hieruſalem, die 12. menſis Januarii Ind. 5. Amalphiæ.*

*Dum nos Petrus Capuanus Bajulus Imperialis civitatis Amalphiæ, & pertinentiarum ejuſdem eſſemus apud Minorum, aſſiſtente nobis Judice Joanne Auguſtaricio, & præſente etiam ibidem Andrea Ramulo publico Amalphiæ Notario actorum ejuſdem Curiæ, veniens Jacobus Riczulus procuratorio nomine pro parte D. Gerbini ven. Epiſcopi Minorenſis, de quo conſtitit contra Urſonem Vicallanum procuratorem Angeli Surrentini, quod cum idem Epiſcopus nomine dictæ Eccleſiæ ſit in quaſi poſſeſſione ſervitutis, quod nullus poſſit negotiari in aliqua parte Minoris ordinando ibi apothecam ad negotiandum ex privilegiis felicium Regum, ſanctæ Eccleſiæ indultis, & non ſit jus dicto Angelo negotiari in aliqua parte Minoris, nec habere apothecam ad negotiandum, niſi in apotheca Eccleſiæ præd. idem Angelus in quadam apotheca ipſius terræ Minoris negotiatur. Quare petit dictus procurator dicti Epiſcopi nomine dictæ Eccleſiæ prædictum procuratorem conventi nomine ejuſdem prohiberi ne negotietur in prædicta apotheca dictæ terræ, nec habeat apothecam ad negotiandum ibidem, niſi in apothecis Eccleſiæ, ſalvo jure & charta. Item proponit idem procurator pro parte dicti Epiſcopi, nomine dictæ Eccleſiæ contra prædictum procuratorem dicti Angeli conventi, nomine ipſius petens ipſum condemnari ſibi nomine intereſſe ad 25. tarenos auri, in quibus intereſt dictæ Eccl. dictum conventum non fuiſſe negotiatum à Kalendis proximè præteritis menſis Novembris, uſque nunc in prædicta apotheca ſalvo jure, & charta. Procurator conventi litem conteſtando ignoravit propoſita, ſicut propoſita ſunt in prædictis libellis ſalvis rationibus ſuis; procurator actoris obtulit probare propoſita per omnem modum, & ſpeciem probationis, pars actoris dedit articulos ſuos, præſtitum eſt juramentum calumniæ à principalibus, & dictus conventus confeſſus eſt in quadam apotheca domus ſuæ in dicta terra Minoris ſe negotiari tanquam in domo ſua; dixit tamen hoc ſibi licitum eſſe charta propoſita negavit. Datus eſt terminus utrique parti ad probandum, hinc ad diem quintumdecimum menſis Februarii, infra quem terminum producti ſunt teſtes. Renunciatum eſt probationibus, & publicatæ ſunt atteſtationes apud acta, dictus Urſo procurator de voluntate dicti Angeli conventi conſtituit procuratorem ad prædictam quæſtionem Joannem Papam. Renunciatum eſt à partibus die 18. ejuſdem menſis Februarii, & ad ſententiam eſt concluſum. Die autem 21. prædicti menſis Februarii dict. Indict. 5. Nos prædicti Bajulus, & Juden, ſeu aſſeſſor habito cum deliberatione conſilio, & cauſæ meritis diligenter inſpectis, quia prædictus procurator Epiſcopi, nomine dictæ Eccleſiæ Minorenſis, tam per teſtes, quam per inſtrumenta plenè de intentione ſua probavit prædictum procuratorem procuratoris dicti conventi, & ipſum conventum ſententialiter condemnavimus dicto procuratori dicti Epiſcopi, nomine dictæ Eccleſiæ, quod dictus conventus debeat ceſſare à negotiando in alia apotheca quam in apotheca Eccleſiæ prædictæ. Prohibentes dicto procuratori procuratoris dicti conventi, & ipſo convento ne de cætero habeat aliquam apothecam ad negotiandum in Minori, niſi in apotheca dictæ Eccleſiæ, perpetuum ſibi ſuper iis ſilentium imponentes, ſecundum quod in privilegiis ejuſdem Minorenſis Eccl. contineri videtur, ad cujus facti memoriam hoc publicum inſtrumentum exinde factum eſt per manus prædicti Notarii Andreæ ſigno ejuſdem, & ſubſcriptionibus noſtrorum prædictorum Bajuli, & Judicis communitum. Quod ſcripſi ego prædictus Andreas Ramulus publicus Notarius Amalphiæ, & actorum prædictæ Eccleſiæ, & meo ſigno ſignavi. Quod ſuperius diſturbatum, & emendatum eſt, legitur 12. menſis Januarii. Item in alio loco legitur ad negotiandum in . . . Locus ſigni.*

† *Ego qui ſup. Petrus Capu. Bajulus Amalphiæ.*
† *Ego qui ſupra Joannes Juden.*
† *Ego Andras Almalætta teſtis ſum.*
† *Ego Joannes Guaſſia teſtis ſum.*

Vertente anno 1248. 5. die menſis Januarii Indictione ſexta, Gervinus, ita in documento, Epiſcopus Minorenſis egit cum Mauro Frecza de Ravello nonnulla pacta circa quoſdam aquæductus, quos in viridario Epiſcopii conduxit. Litem etiam exercuit cum Gualterio Archiepiſc. Metropolitano pro viſitandis liminibus Eccleſiæ ſancti Andreæ Apoſtoli, veluti Amalphitanæ Eccleſiæ ſuffraganeus, in ipſis Sancti titularis ſolemnitatibus, quæ tandem ſedata eſt anno 1257. deinceps Gerbini memoria periit, nec quidquam certi de ejus obitu in monumentis habetur, tametſi licet conjecturare illum anno 1265. fato functum fuiſſe, cum in Regiſt. Vatic. Clementis IV. Papæ extet epiſtola nu. 83. Datum Viterbii 15. Kalend. Julii, Pontificatus 3. ad Epiſcopum Cardinalem Albanenſem Apoſtolicæ Sedis Legatum, ut quendam Odonem Juſtum in Minorenſi Eccleſia per ſummam nequitiam intruſum depellat, alterumque tanto oneri dignum ſubſtituat, qui gregem Domini verbis & operibus valeat ſuſtinere.

12 PETRUS Gerbino proximus ſacram infulam in Minorenſi Eccleſia, expulſo Odone, circa annum Dom. 1266. recepit, vir tanto munere dignus, cujus in monumentis prima ejus memoria occurrit anno 1269. die 5. Junii, quo contraxit cum nonnullis nomine ſuæ Eccleſiæ. Sequenti verò anno 1270. cum Clerum reformaſſet plures conſtitutiones ad benè, ſanctèque vivendum condidit, ac publicavit, quæ cum dignæ ſint quæ legantur, ad tanti Præſulis revocandam piæ mentis induſtriam, ex originali penè vetuſtate exeſo, & à tineis corroſo, placuit hic recitare. XII.

*Petrus miſeratione divina humilis Minorenſis Epiſcopus.*


*. . . . . dilectionis occaſio ad curam inten. . . . . . probat nos qui Paſtores gregis Dominici traditione ſumus baculi conſtituti, licet immeriti, in diligentia regiminis tenemur oſtendere quam curam de commiſſis geramus ovibus, & quomodo Dominum ovium . . . . . . . . . in quo ſi deficimus, cum venerimus coram Domino juſtitiam reddituri mercenarii nomen, & merebimur, non Paſtoris, & ideo oportet nos errantes corrigere, deviantes in viam deducere, levitatem in gravitatem, falſitatem in veritatem, vanitatem in conſtantiam in quantum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Eccleſiam, induti ſuperpelliceis, & calciati, quolibet die Sabbati ad veſperas, & quolibet die Dominico ad matutinum, & ad Miſſam ipſius diei Dominici, & debeant eſſe in choro ſic induti donec officium compleatur, ſimiliter facientes in magnis feſtivitatibus, & vigiliis earundem, & in officio chartæ, quod cantatur die veneris in mane pro mortuis, & in vigilia B. Mariæ ſemper virginis quam nos ordinavimus celebrari quolibet die veneris in ſero in noſtra Eccleſia ſupradicta. Item quia qui ad onus eligitur, indecens eſt quod ſit expers penitus à mercede, ſtatuimus etiam, & mandamus ut Clerici dicti de Scammello gratis recipiant quartam partem, Clerici de Stalone recipiant mediam partem, & Clerici de choro recipiant . . . . . . . redditibus quos habent Clerici in communi, quam eleemoſynis loſſis mortuorum, & vivorum & aliis communiter dimiſſis eiſdem, ita quod nihil . . . . . . . . petatur ratione portionis ejuſdem. Item quia circa cultum altaris diligentiſſimè debemus curam apponere, ſtatuimus, ut octo vicibus in anno ad minus in Eccleſia noſtra majori procurante Sacriſta, & in capellis procurantibus*

Capel-

*Capellanis ſtudioſe corporalia abluantur, nec non pallæ, & tobaliæ altarium, & camiſi, & amiɛti ſimiliter abluantur. Item ſtatuimus, quod quandocunque aliquis moritur, qui habitat in plano Minoris, & eſt frater Clericorum, omnes Clerici tam magni quam parvi ad trinam pulſationem omnium campanarum conveniant, & congregentur in choro Eccleſiæ majoris, & induti ſuperpelliceis, & calciati præcedentibus candelariis cum candelis accenſis, & cruce proceſſionaliter exeant Eccleſia cum cereis accenſis bini, & bini vadant uſque ad domum defuncti, & redeant ſimiliter proceſſionaliter, & cantando conſueta uſque ad Eccleſiam, & ibi celebrent officium ſicut decet, & ſint ibi, quouſque obſequium compleatur, quo completo, ſi defunctus fuerit Sacerdos in una duarum ſepulturarum, quæ in capite cœmeterii ſunt ex parte Meridiei quas ſepulturas duas ſolum Presbyteris deputavimus, ſepeliri jubemus. Si verò Diaconus fuerit in ſequenti ſepultura ejuſdem partis, quam ſolum Diaconis deputavimus, ſepeliatur. Si vero Subdiaconus fuerit, in una duarum ſepulturarum ſubſequentium volumus tumulari: alias verò duas ſepulturas ſubſequentis ejuſdem lateris à parte Meridiei aliis Clericis minorum Ordinum deputavimus. Si verò defunctus fuerit . . . . . Clericorum, volumus & de novo ſtatuimus, quod in una duarum ſepulturarum, quæ ſunt in capite cœmeterii à parte Septemtrionis ſepeliatur. Si verò fuerit . . . . & ſoror in una ex duabus ſubſequentibus ſepeliatur, quas fœminis ſororibus ſpecialiter perpetuo deputavimus. Si autem frater, vel ſoror, quæ moritur habitat in Bellamena; tunc Clerici congregentur in S. Gennario. Si in Turri, in S. Angelo. Si in Forcella, in S. Sebaſtiano, & ab ipſis Eccleſiis proceſſionaliter, ſicut ſuperius dictum eſt, procedatur, & redeatur, ut dictum eſt. Item ſtatuimus quod ſingulis diebus veneris Sacriſta Eccleſię Minoris debeat pulſare duas campanas ter in hora Primæ, interveniente tamen in pulſationibus ipſis aliquo intervallo, ad quam pulſationem conveniant Clerici ad majorem Eccleſiam, ad faciendum ibidem officium mortuorum, & chartæ, ſicut decet, & fieri conſuevit: & ſi quis Clericorum, qui integram partem habuerit ad prædictum officium in prædicta pulſatione non venerit faciendum, amittat de portione ſua grana auri quinque. Si verò mediam partem habens non venerit, amittat de portione ſua grana auri duo, & medium. Si autem quartam habens non venerit, perdat de parte ſua granum unum, & quartam; quæ grana volumus quod per Saracellarum inter præſentes, qui tunc fuerint in ipſo officio proportionaliter dividantur. Item quia nolumus quod Eccleſia noſtra in divinis officiis defectum aliquem patiatur, mandamus quod omnes Clerici Minoris, tam magni quam parvi obediant Primicerio ipſius Eccleſiæ tam intus in Eccleſia, quam extra in legendis lectionibus, cantandis reſponſoriis, & antiphonis inchoandis, & in proceſſionibus, & exequiis mortuorum in Scalis, & in Ravello, & in omnibus aliis, quæ ad ipſum Primiceriatus officium ſpectare noſcuntur. Item ſtatuimus quod qui nunc ſunt in Eccleſia S. Januarii, & Eccleſia S. Salvatoris, & qui pro tempore erunt, veniant ad Eccleſiam noſtram Majorem quolibet die veneris in ſerò ad cantandam vigiliam B. Mariæ ſemper Virginis ſimul cum aliis Clericis in eadem Eccleſia, & quolibet die Sabbati in ſerò ad veſperas, & quolibet die Dominico in mane ad Miſſam. Item ſtatuimus quod ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis diebus quibus convenerit, fiat proceſſio per circuitum Eccleſiæ majoris eo modo, & ordine ſicut per nos tempore noſtro extitit ordinatum. Quæ omnia mandamus, & ſub pœna ſuſpenſionis præcipimus inviolabiliter obſervari. Nulli ergo liceat hæc ſtatuta, vel hanc noſtram ordinationem infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis vero hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & B. Marię ſemper Virginis, & B. Trophimenis virginis, & martyris, cujus ſumus obſequio deputati, ſe noverit incurſurum, ad cujus rei memoriam, certitudinem præſentium, & in poſterorum firmitatem præſen. privilegium exindo fieri juſſimus per manus Angeli Archidiaconi noſtræ Eccleſiæ ſigno, & ſubſcriptione noſtra, ac ſigillo noſtro, ſigno dicti Archidiaconi, & ſubſcriptionibus Clericorum noſtri Capituli roboratum. Actum Minori, anno Dom. 1270. die veneris, 7. Februarii, 13. Ind. Locus † ſigni, Angeli Archidiaconi.*

† *Nos qui ſupra Petrus Minoris Epiſcopus.*
† *Ego qui ſupra Angelus Minoris Archidiaconus ſcripſi, & teſtor.*
† *Ego Jacobus Presb. & Prim. Minoris teſtis ſum.*
† *Ego Presbyter . . . .*
† *Ego Presbyter Jacobus . . .*
† *Ego Psesbyter Angelo . . .*
† *Ego Presbyter . . . .*
† *Ego Presb. . . .. Eccl. Minor. Sacriſta teſtis ſum.*
† *Ego Laurentius Magiſter ſcholarum cantus teſtis ſum.*
† *Ego Ludovicus cantor Eccl. Minoris teſtis ſum.*
† *Ego Marcus Pulverinus Subdiaconus Eccleſiæ Minorenſis me ſubſcribo.*
† *Ego Jacobus Apicellæ Subdiaconus Eccleſiæ Minorenſis teſtis ſum.*
† *Ego Angelus Puccia teſtis ſum.*
† *Ego Angelus Apicella Clericus Eccleſiæ Minoris teſtis ſum.*
† *Ego Peregrinus Clericus Minoris teſtis ſum.*


Dubitatum eſt ob nimiam propenſionem quam habuit Petrus erga Stephanum Muſcetulam Ravellenſem, an ille ex ea familia fuerit, quod ex chartophylacio non videtur poſse deduci. *Die 25. menſis Februarii Indictione prima 1273. Amalphiæ. Petrus miſeratione divina humilis Minorenſis Eccleſiæ Epiſcopus ex eo, quia Clerici congregationis ejuſdem Eccleſiæ Minorenſis ſcripſerunt in eorum confraternitatem Dom. Stephanum Muſcetulam de Ravello, cui debebant facere ad obitum ſuum obſequium, & ſervitutem ſicut, & aliis confratribus, promittit ipſis Eccleſiæ Clericis, ut ipſe vel ejus poſteri de redditibus horti dictæ Eccleſiæ unciam unam auri ad obitum prædicti Dom. Stephani, &c.* Petro ſcripſit Gregorius X. anno Pontificatus 4. ſalutis verò 1275. 7. Kalendas Septembris in Reg. Vaticano imponens eidem, ut facta inquiſitione de Rogerio à Capitulo Rapolano in Epiſcopum electo, ſi idoneum tanto muneri invenerit, in ea dignitate confirmaret. Cui Carolus I. Sicilię Rex anno ſui Regni tertio, ſalutis vero 1279. die ultima Novembris Indict. 8. aliqua bona elargitus eſt: cumque Epiſcopium ſuum pene vetuſtate collapſum magnificentius reſtituiſſet, ac ferè quatuordecim annis optime ſediſset, mortuus eſt anno 1280. ut notatum eſt in libro Confratrum Eccleſiæ Ravellenſis.



13 ANDREAS Capuanæ familiæ Amalphitanæ nobiliſſimæ natus eſt, pronepos fuit Petri Cardinalis Capuani, merito ad faſtigium pervenit Minorenſis Eccleſiæ, anno 1281. À Rege Carolo II. obtinuit reſcriptum pro ſolutione ei facienda de decimis unciarum octo ſupra Balivatu Amalphitano, juxta Siciliæ Regum donationes, anno 1294. XIII

quod

quod etiam habuit ultimo ſui Præſulatus anno, qui fuit Domini 1305. eo enim ipſo anno obiiſſe refertur poſtquam laudabiliter annis 24. præfuiſſet. Vicarium habuit Guillelmum de Pantalone Amalphitanum nobiliſſimum, ac Minorenſis Eccleſiæ Archidiaconum, virum morum ac legalis ſcientiæ clariſſimum.



XIV. 14 **ANDREAS** de Alaneo Amalphitanus Patritius anno 1305. ſubſectus eſt Epiſcopus Minorenſis; recipitur in Conſiliarium, & Capellanum Regium an. 1337. à Roberto Rege; is ob ejus innocentiſſimam vitam, venerabilis appellatus eſt, & cum ſeptem & triginta annis omni cum laude ſediſſet, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt ann. 1342. Ianuario menſe ſepultus in Cathedrali in ſacello à ſe condito ſub titulo ſanctæ Mariæ, & ſanctę Trophimenis tutelaris, ut ipſe in ſuo teſtamento, corpore infirmus, die 10. ejuſdem menſis, & anni ſtatuerat, perpetuò relinquens fructus, & redditus poſſeſſionum à ſe emptarum, mandans quotidie duas Miſſas in eodem pro anima ſua celebrari debere. *Et ſi, ait, ſupererit aliquid, celebretur vigilia una die obitus ſui, & de oleo ejus oliveti illuminetur quotidie in dicta capella, & ſi aliquid ſupererit die dicti anniverſarii ſui expendatur de pane, & caſeo pauperibus. Rogatum per Palmerium de Bagnioria Notarium Minoris civitatis.* Teſtamenti executorem eſſe voluit Tuczolam de Alagno nepotem ſuum. In Regiis Regiſt. Neapolis ſæpe Andreæ mentio extat, cum eidem per Reges decimæ fuerunt ſolutæ. Poſteri de Alaneo ante annum quadrageſimum in Amalphitana Metropoli honorificum ſepulchrum poſuerunt, ubi hæc pauca verba inſculpta leguntur.

*Dominus Andreas de Alaneo*
*de Amalphia*
*Epiſcopus Minorenſis*
*Anno Domini*
*M.CCCLXXXXVII.*

Inſcriptioni per ſummam inſcitiam videtur inſculptus annus 1387. ac ſi eo anno Andreas obiiſſet, vel memoria appoſita; cum ſatis conſtet honorificum ſepulchrum, ut diximus, ante annum quadrageſimum in Eccleſiam Amalphitana erectum. Andreas mortuus eſt anno 1342. ac ſepultus jacet in Cathedrali. Id clarè patet ex quodam permutationis inſtrumento Minorenſis Archivii, cujus initium die 3. menſis Maii 2. Indictione 1379. regnante Domina Joanna anno 37. apud Minorum capella quondam bon. mem. Dom. Andreæ olim Epiſcopi Minoren. ſita intus majorem Minorenſem Eccleſiam, in qua jacet dictus Dominus quondam Epiſcopus Andreas, ſubſtat pro locando, &c.

XV. 15 **BARTHOLOMÆUS** de Comite Urſo Amalphitanus ſucceſſit Andreæ anno 1342. de quo unicum permutationis documentum legitur in Chartophylacio, actum apud Minorum anno 1343. die 20. Septembris 11. Indictione. Memoratur item in teſtamento quondam nobilis viri Jannuccii de Comite Urſo, anno 1361. Indictione 15. die 30. Octobris, ubi inter cætera reliquit florenos 14. pro ſacris habendis pro ſua, ſuorumque genitorum ſalute, ac quondam Bartholomæi Minorenſis Epiſcopi.

XVI. 16 **MARTUCCIUS** immediate ſucceſſit Bartholomæo, obiitque anno 1348. cujus memoria eſt in Regeſtro Vatic. Clementis VI.

XVII. 17 Fr. **JACOBUS** Sergius Ordinis Prædicatorum Theologica facultate illuſtris Doctor ad Minorenſem Cathedram evehitur defuncto Martuccio à Clemente VI. anno 1348. Nonis Novembris Pontificatus 7. ex Reg. Vatic. epiſt. 256. fol. 124. de eo in monumentis ejuſdem Eccleſiæ memoria extat ad annum uſque 1363. *a* quo deceſſit.

a 1364.

XVIII 18 **PHILIPPUS** Epiſcopus Minorenſis Jacobi ſucceſſor translatus eſt ad Eccleſiam Anglonenſem ab Urbano V. anno 1364. *b* de quo in monumentis Eccleſiæ Minorenſis nulla memoria habetur, cum parvo tempore eidem præfuiſſet.

b 2 Id. Novemb. ex Actis.

XIX. 19 **ROMANUS** ex Canonico Amalphitanæ Eccleſiæ, per tranſlationem Philippi, ad Minorenſem Eccleſiam evehitur, anno 1364. Idus Novembris ab Urbano V. ut in Regeſt. Vat. ſcriptum inveni. Plures annos hanc Eccleſiam tenuit, pluraque ejus Pręſulatus tempore acta ſunt inſtrumenta, quæ ad annum 1386. aſcendunt, nec quidquam deinceps de eo reperitur: quod autem ejus vigilantiam ſatis oſtendit, privilegium eſt Joannæ Primæ Reginæ ejus intuitu conceſſum, ubi quæ ab antiquioribus Regibus Minorenſis Eccleſiæ dono data fuerant liberaliter ab eadem confirmantur. Extat originale in eodem Eccleſiæ Archivio, ex quo exemplar ſequens exſcripſimus.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, an. ab Incarnatione ejus 1372. regnante Sereniſſ. D. noſtra D. Joanna Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Regina, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ Forchalquerii & Pedemontis Comitiſſa, regnorum verò ejus anno 30. feliciter, Amen. Die 4. menſis Novembris, 10. Indictionis apud Minorum.*

*Nos Guadagnolus de S. Maria Judex dictæ terræ Minori, Sergius de Amuruczo de Amalphia publicus ubilibet per provincias Principatus ultra Citraque terras Montorii, Terræ Laboris, Comitatus Moliſii regia auctoritate Notarius, & teſtes ſubſcripti, ad hoc ſpecialiter vocati & rogati, præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur quod accerſitis nobis coram Rev. in Chriſto Patre D. D. Romano miſeratione divina Epiſcopo Minoren. & idem Dominus Epiſcopus oſtendit nobis quaſdam ſacras patentes litteras reginales, magno reginali pendente ſigillo, cera rubea, & aliis parvis annulis, ſeu niciis cera rubea communitis; & exhibitionem ſiſcalis pecuniæ deputatis, & nos attente rogavit, noſtrum, qui ſupra Judicis, & Notarii officium implorando, ut ad dicti D. Epiſcopi, & Benedicti Cicarellæ Cabelloti Cabellarum Amalphiæ, & fundici, & dobanæ terræ Majori certitudinem, & cautelam exemplaremus, tranſumptaremus, & in publicam formam redigere deberemus ex noſtri officii poteſtate, cujus precibus utpote juſtis, admiſſis dictas reginales litteras fideliter de verbo ad verbum nullo inde mutato, addito vel ſubtracto exemplavimus, & in publicam formam redegimus ex noſtri officii poteſtate, & eidem Cabelloto exinde fecimus præſens publicum inſtrumentum, quod noſtrum qui ſupra Judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus, ac ſigno mei prędicti Notarii communitum, quarum prædictarum reginalium litterarum tenor per omnia talis erat.*

*Joanna Dei gratia Regina Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuę, Provincię & Forchalquerii, ac Pedemontis Comitiſſa.*

*Magnifico viro magno Regni Siciliæ Camerario, vel ejus Locumtenentibus, necnon Secretis, ac quibuſcunque perceptoribus jurium, reddituum, & proventuum Secretiæ . . . . . . . ſpecialiter bajulationis, & dobanæ civitatis noſtrę Amalphię Gabel-*

*lotis, ſive Credencertis præſentibus, & futuris fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem.*

*Venerab. Pater Romanus Epiſcopus Minorenſis, Conſiliarius, & fidelis noſter, Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, ut cum tam prædeceſſores ſui Minorenſes Epiſcopi, quam ipſe præſens Epiſcopus ex conceſſione Catholicorum Principum Regum Siciliæ conſueverint annis ſingulis percipere, & habere ſuper dictis juribus uncias auri octo pro decima ipſi Majori Minorenſi Eccleſiæ debita, illaſque uſque nunc perceperit, atque percipiat ad alias noſtras litteras factas ſibi uſque per totum præſentem annum octavæ Indictionis, quod oporteat ipſum Epiſcopum pro obtinendis litteris à Curia noſtra anno quolibet ſuper exhibitione Decimæ ſupradictæ ſubire expenſarum onera, & labores mandare exhiberi ſibi illum anno quolibet ab inſtanti an. 9. Indictionis in antea ſucceſſivis temporibus per noſtras litteras dignaremur. Nos verò dictorum prædeceſſorum noſtrorum ſequi in hac parte veſtigia intendentes, & nolentes eumdem Epiſcopum hujuſmodi decimæ reali perceptione carere, ad cujus exhibitionem promptam, & facilem moralem perceptionem nos excitat, & affectus invitat, ſuis in hac parte ſupplicationibus inclinati volumus, & fidelitati veſtræ de certa ſcientia noſtra præſentium tenore mandamus expreſsè quatenus vos prædicti Secreti, ac perceptores Gabelloti, ſive Credencerii jurium, reddituum, & proventuum Secretiæ jam dictæ, & ſpecialiter dictæ bajulationis, ac dobanæ ipſius civitatis Amalphię preſentes videlicet, & futuri eidem Epiſcopo, vel ſuo pro eo procuratori, ſeu nuncio jam dictas uncias auri octo ponderis generalis per annum ei, ſeu dictæ ſuæ majori Minorenſi Eccleſiæ pro dicta decima debitas, ut præfertur quolibet ſcilicet anno à dicto inſtanti anno 9. Indictionis in antea de pecunia jurium, reddituum, & proventuum dictarum gabellarum, bajulationis, & dobanæ ejuſdem civitatis Amalphię futura per manus veſtras integre, & ſine diminutione aliqua, omnique contradictione, & difficultate remota vigore præſentium infallibiliter exolvatis juxta tenorem alias prædictarum aliarum litterarum noſtrarum, quas exinde habet in aliis quibus expedit efficaciter obſervandum, nullum ei ſuper ſolutione hujuſmodi pretextu, cujuſcunque ordinationis, ſeu mandati noſtri contrarii illaturi præpeditionis obſtaculum, vel anfractũ, ſicut habetis gratiam noſtram charam, cum velimus, & expreſsè pariter mandamus, quod eidem Epiſc. de hujuſmodi decima anno quolibet penitus, & integraliter ſatisfiat, voſque prędicti magni Camerarii, vel Locumtenentes nõ impediatis in aliquo ſolutionem eandem ... ſecretos, ac perceptores, ſeu credencerios antedictos ad illam, ſicut prędicitur faciendam, ſi prout opus fuerit arctius compelletis, quibuſcunque ordinationibus ſeu mandatis, litteris, cedulis, edictis, ſeu reſcriptis cõtrariis factis, quibuſcunque temporibus, & diſtinctionibus temporum; & duorum per quem, ſeu per quos effectus præſentium poſſet in aliquo forſan impediri, & ſpecialiter tum edictis olim factis ſub Dat. Neapoli ab eo videlicet eorum die 30. Sept. anni X. Ind. & altero 21. Febr. anni XIII. Indictionis nuper elapſarum de nil ſolvendo alicui, de quacunque fiſcali pecunia, & ſpecialiter ſupradicta, ſed ea tota ad Cameram noſtram deſtinanda, quam alio edicto facto ſub Dat. Averſæ die 1. Decembris anni IV. Ind. proximi præteriti de revocatione, ſeu ſuſpenſione, proviſione, & gagiorum quam etiam aliis quibuſvis mandatis contrariis factis jam ſeu in poſterum faciendis, quæ & quas quoad executionem præſentium tollimus, ac viribus, & efficacia evacuamus nullatenus obſtituris. Præſentes autem litteras poſt opportunam inſpectionem earum tranſumpto ipſarum per vos prout veſtra intererit in publica forma recepto, pro cautela reſtitui volumus præſentanti præmiſſo modo efficaciter in antea valituras. Datum Neapoli in Camera noſtra anno Domini 1370. die 20. Februarii 13. Indictionis. Regnorum noſtrorum anno 28. rubricata penes magnum Camerarium, primo poſitis annulo, & ſigillo pec. Dominæ. Quod preſens tranſumptum ex prędict. originalibus Reginalibus litteris fideliter ſumptum exemplavi ego prædictus Sergius Notarius publicus & in hanc publicam ſcripturam redegi ex officio, & auctoritate prędicti Iudicis, nihil addito, vel mutato, & meo ſigno ſignavi.*

*Locus † ſigni.*

† *Ego Guadagnolus de S. Maria qui ſupra Judex.*

† *Ego Abbas Jacobus Scardinellus de Salerno, Archidiaconus Minoris teſtis ſum.*

† *Ego Abbas Henricus de Cava teſtis ſum, &c.*

† *Ego Abbas Ciccarellus Scanapecus teſtis ſũ, &c.*

20 PAULUS Surrentinus, electus Minorenſis circa annum 1390. memoratur in lib. Obligationum ejuſdem Pontificis, translatus exinde eſt ad Metropolitanam Eccleſiam Amalphitanam an. 1393. XX

21 CHRISTOPHORUS Oliva Neapolitanus hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1400. de quo in monumentis certa mentio anno 1418. 9. Maii, anno 1422. 20. Septembris hæres teſtamentarius cum ceteris aliis quondam providi viri Judicis Antonelli de Oliva de Neapoli vita functi, ac ſepulti Minori in Eccleſia ſanctæ Trophimenis. XXI.


22 (1) NICOLAUS ex nobili Maccia familia Salerni genitus à Martino V. creatur Epiſcopus Minorenſis anno 1425. ipſe ſolitum ſubſidium ſacro Collegio exolvit die 23. Januarii 1426. ex lib. Obligationum Prælatorum; quadraginta novem omnino annis ſumma cum laude Minorenſi Eccleſiæ profuit, & præfuit, defunctuſque eſt anno 1474. & in marmorea caſſa in Cathedrali humatus, ubi hi verſus inſculpti leguntur. XXII.

*Pontificis marmor gelidum tenet oſſa ſepulchri;*
*Heu Nicolae ſpiritus aſtra colit!*
*Plebs pia Paſtorem flevit commiſſa, patremque*
*Maccia extinctum flevit, & alta Domus.*

*M,CCCC. LXXIIII.*

Salerni erat Nicolaus in propria domo, ſita ad portam novam anno 1473. die 2. Septembris, cum Abbas Franciſchellus Maccia de Salerno Rector Eccleſiæ S. Leonis quædam bona eidem Eccleſiæ conceſſit, præſente Nicolao Epiſcopo conſanguineo. Extincta aſſeritur hæc familia ante annos centum.

23 Fr. LUDOVICUS de Senis Ordinis Minorum ſucceſſit Nicolao Kalend. Aprilis ann. 1474. ad hanc dignitatem vocatus à Sixto IV. nec diu Pontifex fuit, exceſſit enim anno 1476. de quo Acta Conſiſt. XXIII




24 PALAMIDES de Cuncto Amalphitanus, à Sixto IV. Minorenſis Epiſcopus electus eſt anno 1476. 18. Kalend. Decembris, è vivis eximitur anno 1483. ſepultuſque fuit in Metropolitana Eccleſia XXIV

(1) Fr Antonius de Pannocchieſchis, Senenſis, Ordinis Prædicatorum, ſanctitate vitæ percelebris, paupertatiſque amator, pluribus Ordinis ſuis egregiè perfunctus officiis, atque dignitatibus Minorenſi infula decoratur. Scripſit plures deciſiones caſuum Conſcientiæ, atque ſermones Quadrageſimales. Obiit anno 1433. Ita ex Lombardello refert *Azzolinus in Pompis Senenſibus* tom. 1. pag. 146. quæ cum relatis ab Ughello nequeunt cohærere.

eleſia Amalphitana, marmoreo in tumulo, hoc inſculpto epitaphio.

*Hic jacet corpus Reveren. Præſulis Dom. Palamidis de Cunƈto de Amalphia Epiſcopi Minorenſis, & Commendatarii Hoſpitalis Amalphiæ. Obiit ann. D. M. CCCC. LXXXIII.*

XXV 25 ANDREAS de Cunƈto Amalphitanus die 4. Julii 1483. vir præclarus Minorenſem Epiſcopatum obtinuit ab Innocentio VIII. & poſt paucos menſes ad Amalphitanum Archiepiſcopatum tranſlatus eſt, de quo vide quæ diximus ſupra in ſerie Archipræſulum illius Sedis.



XXVI 26 JOANNES BAPTISTA de Conteſtabilibus Beneventanus Andreæ ſucceſſit eodem anno 1483. *a* decem omnino annis huic Eccleſiæ præfuit, tranſlatus eſt ad Eccleſiam Lucerinam anno 1493. die 2. Decembris, ut in Aƈtis Conſiſtorialibus legitur. Archiepiſcopi Capuani Vicarius fuit ann. 1490.

*a* 1484. die 4. Febr. ex Actis.

XXVII. 27 SANTILLUS de Simeone evaſit Epiſcopus Minorenſis die 2. Decembris 1493. ſedit uſque ad annum 1497. *b*

*b* 1498.

XXVIII. 28 ALEXANDER Salatus Amalphitanus I. V. Doƈtor inſignis ad hanc Minorenſem Sedem provectus eſt ab Alexandro VI. anno 1497. *c* ſedit plus minus annis duodecim, deceſſit in patria 1509. ubi jacet in Cathedrali cum hac brevi inſcriptione in marmore.

*c* 1498. die ultima Aprilis. Ex Actis.

*Reverendiſſimo Alexandro Salato Epiſcopo Minorenſi.*

XXIX. 29 AMBROSIUS Romanus legum peritia clarus a Julio II. electus eſt Epiſcopus hujus Sedis die 3. Septembris 1509. exceſſit è vivis anno 1511. in oppido Tramonti. Sepultus eſt in choro Eccleſiæ ſancti Franciſci Fratrum Striƈtioris Obſervantiæ, cum hoc epitaphio marmorea tabula inciſo.

*Ambroſio Romano Epiſcopo Minorenſi, quem Juris Pontificii peritia, vitæque integritas illuſtravit, & cujus prudentiæ ac fidei integritati Alfonſi Amalphiæ Ducis gubernandi cura demandata eſt. Loiſius Romanus Generalis ejuſdem Ducis Auditor fratri benemerenti poſuit. A. D. MD. XI.*

XXX 30 Fr. THOMAS ex oppido S. Salvatoris diœceſis Paƈten. in Sicilia, Ordinis Prædicatorum, electus in ſucceſſorem Ambroſii anno 1512. Obiit ex repentino fato Neapoli die prima Januarii ann. 1526. humatus in Eccleſia ſanƈti Spiritus in palatio: ad cujus favorem Leo X. ſequens diploma dederat Raymundo de Cardona Proregi Neapolitano.


*Dilecto filio nobili viro Raymundo de Cardona Vice-Regi Neapolitano*

*LEO PAPA DECIMUS.*

*Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum jam ferme ſit biennium elapſum, quo Nos firmi eſſemus propoſiti, & intentionis venerabilem fratrem Thomam Epiſcopum Minoren. Confeſſorem tuum moribus, & ſcientia præditum, aliiſque virtutum donis inſignitum, ſe ut commodius ſuſtentare valeret, ad aliam Eccleſiam iſtius Regni Neapolitani transferre, perq; illius tranſlationem, dilectum etiam filium Joannem Petrum Panormitanum ſacræ paginæ profeſſorem, Dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris conjugis tuæ etiam Confeſſorem eidem Eccl. Minorenſi per tranſlationem hujuſmodi tunc vacanti in Epiſcopum præficere, & Paſtorem per alias noſtras in forma brevis literas ſignificaverimus. Idque tamen hucuſque aliquibus de cauſis impediti, adimplere nequiverimus, cupiamuſque tuis juſtis deſideriis quantum cum Deo poſſumus annuere, & dictis Thomæ Epiſcopi meritis ſatisfacere, tenore præſentium tibi committimus, & mandamus quatenus cum aliqua ex Crotonen. Soran. & Catanſar. Eccleſiis vacaverit, illius tunc vacantis Eccleſiæ dicti Thomæ Epiſcopi nomine poſſeſſionem capias, & illi per perſonas idoneas in ſpiritualibus, & temporalibus deſerviri fructus ex eadem provenientes eidem Thomæ Epiſcopo etiam auctoritate noſtra donec aliæ tibi litteræ ſub plumbo expeditæ præſentatæ fuerint conſervari facias, contradictores, & rebelles, quoſcumque etiam Regali auxilio repellendo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 10. Aprilis M. D. XXI. Pontificatus noſtri anno 9.*

31 Fr. JOANNES Petrus Bonus Panormitanus Ordinis Prædicatorum jam diu hujus Eccleſię Epiſcopus deſignatus tandem in demortui Thomæ loco eligitur a Clemente VII. anno 1526. die 28. Februarii. Obiit die 6. Junii 1546. („ *Vicarius item fuit* „ *Federici Archiepiſcopi Salernitani.*) XXXI



32 Fr. AMBROSIUS Catharinus Politus *d* Senenſis Ordinis Prædicatorum fulgentiſſimum ſydus doƈtrina, ſcriptiſque ab eo editis, & auƈtoritate apud Summos Pontifices, Patreſque Concilii Tridentini clariſſimus, fit Epiſcopus hujus Sedis demortuo Joanne die 27. Aug. 1546. Præfuit annis ſex, tranſlatuſque eſt ad Archiepiſcopalem Sedem Compſanam anno 1552. ubi plura leges in Catalogo Archiepiſcoporum illius urbis. Hujus ſæpe meminit Sfortia Pallavicinus in hiſtor. Tridentini Concilii. („ *Hic Epiſcopus Ambroſius Politus, cum pro Sacroſancta œcumenica ſynodo, quæ tunc à Tridento* „ *Bononiam tranſlata fuerat, à ſua ſponſa cogeretur abeſſe, ne zizania errorum, qui in Neapolitano* „ *Regno ab omni hæreſum labe ſemper immune, profundas radices agere contenderant, denuo repullularent, illorum ſtrenuo ſemper profligatori P. Nicolao Bobadillæ uni è primis X. Divi Ignatii Lojolæ ſociis in fundanda Societate Jeſu, ſuæ diœceſis viſitationem commiſit, ut fere cæteri Regni Præſules, quod quidem non minus ad militantis, quam triumphantis Eccleſiæ gloriam feliciter ceſſit. Miro devotionis æſtu ſemper exarſit erga Dei Genitricem, de cujus conſummata gloria edidit librum unum, ad comprobandam etiam ejuſdem præſervationem ab originali, tractatus plures pereruditos compoſuit Lugduni, Romæ, Senis, atque alibi excuſos, in quibus immaculatam, puriſſimamque Virginis Mariæ Conceptionem aperto marte à dextris, & a ſiniſtris tuetur, ac defendit, atque inter cætera lectu digniſſima ſe miraculoſe in propria perſona expertum fuiſſe hujuſmodi præſervationis privilegium teſtatur.*)

XX. XII.

*d* De eo Ugurgerius in Pompis Senenſibus. Status Senen. in Bibl. ſancta l. 4. p. mihi 293. Maracciusi in Bibl. Mariana par. 1. & Altamura in Bibl. Dominic. p. 302. Mandoſ.

XX XIII. 33 ANTONIUS Simonius *a* de Monte ſancti Sabini Hetruſcus ex Ordine Camaldulenſi Monachus a Julio III. Papa affine ſuo Minorenſis Epiſcopus declaratus eſt anno 1552. die tertia Junii, exindeque anno die 3. Julii ad Sutrinam & Nepeſinam Eccleſias translatus eſt, ubi obiit an. 1556. de quo vide in noſtro primo tomo. A

*a* Simonius ex familia Minicuccia teſte Fortunio in libro Chronica Montavinenſe p. 63. Mandoſ.

XX XIV. 34 PETRUS de Affatatis ex Caſtrovillaro Epiſcopus Accienſis ad hanc Eccleſiam translatus die 3. Julii 1553. boni Paſtoris functus munere, mortuus eſt anno 1557.

XX XV. 35 DONATUS de Laurentiis Aſculanus Juriſconſultus præficitur a Paulo IV. die 21. Julii anno 1557. illum tranſtulit ad Epiſcopatum Arianenſem Pius IV. Pontifex Max. anno 1563. die *b* 4. Martii, de quo ibi.

*b* Die 6. Januarii.

XX XVI. 36 ALEXANDER Molus, Comenſis, aliis Papienſis, I. V. Doctor, Joannis Angeli Card. Medices Auditor, ab eodem ad Pontificatum evecto ſub Pii IV. nomine, die *c* 5. Februarii 1563. Minorenſis creatus eſt Epiſcopus, & ad Concilium Tridentinum miſſus; eoque abſoluto Romam reverſus ibidem obiit anno 1565. B

*c* Die 15. Febr.



XX XVII. 37 JOANNES Amatus ex Caſtro Corii ditionis populi Romani Prothonotarius Apoſtolicus, & Canonicus Lateranenſis Baſilicæ à Pio IV. anno 1565. die 12. Octobris Minorenſi Epiſcopatu ornatus eſt, quam dignitatem retinuit ſimul cum Canonicatu, eamque reſignavit anno 1567. Romæ defunctus pene capularis ſenex, & in ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat in eadem Lateranenſi Baſilica humatus fuit. Eo in tumulo marmoreo antequam ab Innocentio X. Pontifice reſtauraretur Eccleſia, in pavimento ſequens legentibus proſtabat inſcriptio. C

*D. O. M.*

*Joannes Amatus Domo Cori. Epiſcopus Minorenſis hujus Baſilicæ Canonicus locum monumento quo ipſe mortuus inferatur vivens ſibi elegit, & ſacris Anniverſariis. Ætatis ſuæ an. lx. ſal. MDXCIII.*

XX XVIII 38 JOANNES AUGUSTINUS Campanilia Neapolitanus nobili familia natus, olim Pauli IV. intimus Cubicularius, & Canonicus Neapolitanæ Eccleſiæ, ex prævia Amati renunciatione anno 1567. die 8. Auguſti Epiſcopatum conſequitur. Neapoli occubuit 4. Julii 1594. ſepultus in majorum ſepulchro, in ſacello ſuæ familiæ, quod extat in Eccleſia S. Petri de Maiella; cujus laudes non tacuit Marius Corradus in oratione quam habuit de laudibus Dom. Franciſci Dirrachini. Patruus fuit Hieronymi Campanilis Epiſcopi Iſernienſis. D

XX XIX 39 HORATIUS Baſiliſcus ex oppido Durantis (nunc Urbania civitas nuncupata), præficitur Eccleſiæ Minorenſi die 29. Maii 1596. poſſeſſionem perſonaliter adipiſcitur 17. Julii ejuſdem anni, & poſt 16. diem ab ingreſſu ex hoc ſæculo migravit, humatus in Cathedrali, cujus memoriæ ergo Thomas Brandolinus ſucceſſor hanc ad tumulum poſuit inſcriptionem.

*Reverendiſſimus D. Horatius Baſiliſcus Urbaniſatus Epiſcopus Minorenſis, qui diebus ſexdecim vixit, obiit xxix. Julii M.D.*

*LXXXXVI. Fr. Thomas Brandolinus Epiſcopus Minorenſis poſuit. M. DC. XVI.* A



40 THOMAS Zerula *d* Beneventanus in locum mortui Horatii eligitur a Clemente VIII. anno 1597. die 8. *e* Februarii. Erat vir doctus, præcipuè verò legum inſignis Magiſter, vitæ autem innocentiſſimæ: ſcripſit, edidítque *Praxim Epiſcopalem, ac pœnitentiariæ, de anno Jubilæi*, & alia, quæ nomen ejus celebre fecerunt. Sedit ſummis pariter, ac infimis omnibus chariſſimus annis ſeptem: pater erat pauperum, omnia enim quæ ſupererant egenis diſtribuit, populum ex ſuggeſtu qualibet die quadrageſimæ concionando edocuit; Clerum exemplo pavit; Eccleſiam, & Sacrarium varia, ac nobili ſupellectile ſacra ornavit; Paſtorale pedum argenteum conflari fecit, ac dono dedit; non ſemel pro Minorenſi populo cum Regiis adminiſtris certavit, & veluti pater ſumma vigilantia fovit, cujus memoria in benedictione eſt. Migravit ex hoc ſæculo die 6. Decembris anno 1603. ſepultus in Cathedrali ante fores, ubi vivens loculum paraverat, hac ſimplici, & ſine ſale inſcriptione. XL. B

*d* De quo Toppius in Bibl. Neapol. & Nicodemus in Addit. p. 244. Mandoſ.
*e* Die 3. Januarii.

*Hic jacet Reverendiſſ. D. Thomas Zerula Beneventanus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Minorenſis, multis ornavit Eccleſiam, ſed morte præventus non potuit ad ulteriora progredi, ut ſua erat ſententia. Vixit annos lv. ſedit in hac Eccleſia vii. obiit vi. Decembris M. D. C. III.* C

41 Fr. GEORGIUS Lazarus Tarviſinus Ordinis Prædicatorum inſignis verbi Dei Concionator ex Priore Patavini cœnobii die 13. *f* Julii 1604. à Paulo V. ſubrogatur Thomæ. Urbem ingreditur 17. Auguſti, deceſſit poſtea ex hac valle lachrymarum 17. Auguſti 1615. Jacet in Cathedrali in Sacello ſanctiſſimi Roſarii hoc epitaphio. XLI

*f* Die 19. Julii.

*Reverendiſſ. Dominus Fr. Georgius Lazzari à Triviſio Ordin. Prædic. Epiſcopus Minorenſis, mortalitatis memor vivens ſibi fieri mandavit. Vixit annos liii. in hac Eccleſia xi. obiit die xvii. Auguſti M. DC. XV. Et Joannes Antonius Palumbus ſuis impenſis adimpleri curavit.* D



42 Fr. THOMAS Brandolinus Neapolitanus, XLII

do-

doctus, ſapiens, & laudatiſſimæ vitæ, cucullatus A
Ordinis Prædicatorum, qui cum per gradus ad om-
a Die 2. Decemb. nia munia in Ordine aſcendiſſet,& eloquentiſſimus
Concionator eſſet, à Paulo V. die a 4. Decembris
1615. ex commendatione Cardinalis Cajetani eli-
gitur Epiſcopus Minorenſis. Poſſeſſionem adipi-
ſcitur die 25. ejuſdem menſis, cujus egregia faci-
nora, ac pietatis monumenta mirantur & poſteri;
teſtis eſt Epiſcopale palatium, quod vetuſtate penè
collapſum à fundamentis exædificavit, & ſugge-
ſtum in Cathedrali, ſacra indumenta auro, & ar-
gento contexta, pleraque nobiliora dono dedit,
quæ extant in tanti Præſulis memoriam Ejus pro-
batæ vitæ odor hujus rei fidem faciunt; apud Cle-
rum, populumq; Minorenſem illuxit quos ſacræ vi-
tæ verbo pavit, ac docuit ejuſque excelſa animi vir-
tus, ac doctrina,& in rebus agendis prudentia apud
Hiſpaniarum Regem ita commendata fuit, ut di-
gnus habitus ſit ad Salernitanam Sedem una cum
Julio Cardinale Sabello ab eodem nominari, quam
Pontifex Sabello adjudicavit; præfuit laudatiſſimè B
ac utiliſſimè annis 21. eumque evocavit Dominus è
ſeculo die ultima Februarii 1636. Sepelitur autem
honorifice in Baſilica Cathedrali, ac Sacello ſan-
ctæ Trophimenes, cum tali inſcriptione marmo-
ri inciſa.

*Fervet extinctus viva in Divam Trophi-
menam pietate an extinctum, an vivum?
ejus juxta cinerem ſponte poſitus ſua Fr.
Thomas Brandolinus Concionator ille di-
ſertiſſimus è familia Prædicatorum,
in magno apud ſuos, apud exteros nume-
ro, poſt præclara ſui Ordinis munera à
Paulo V. Epiſcopus denunciatus Minoren-
ſis, Thiara minore quam merito, & mino-
re meritis conditus tumulo, quem
Ferdinandus Brandolinus I.C. Patruo be-
nemerentiſſimo P. Anno ſalutis humanæ
M.DC XXXVI.*

Fratrem patruelem habuit Thomas Scipionem
Brandolinum Meliti Marchionem, ac Regiæ Nea- C
pol. Cancellariæ regentem, Juriſperitum clariſſi-
mum, cujus filius Joſeph regius Conſiliarius fuit.



XLIII. 43 LAURETUS de Franchis, Aprutinus D
ex oppido Sanguine, vir doctus, ex Epiſcopo Ca
prearum ad hanc Eccleſiam translatus eſt ab Urba-
b Die prima Decembris. no VIII. ann. 1636. die b 2. Decembris. Obiit Nea-
poli die 25. Novembris 1638. in Eccleſia ſancti An-
geli de Graſsis jacet. Dum eſset Generalis Vica-
rius Avenionis ſub Archiepiſcopo Filonardo, ſcri-
pſit hiſtoriam Avenionenſis contagionis typis ex-
cuſam ea in civitate, ac tractatum de contro
verſiis inter Epiſcopos, & Regulares edidit.

XLIV. 44 PATRITIUS Donatus Romanus generis,
ac morum nobilitate, & multiplici rerum expe-
rientia clarus, ex Auditore Jo. Baptiſtæ Card. Pal-
lotto ab Urbano VIII. ad Minorenſem Sedem evo
catur die 28. Februarii 1639. conſecratur Romæ in
æde Minervæ ab eodem Card die 13. Martii aſſiſten-
tibus Thoma Carrafa, & Jo. Baptiſta Alterio Ca-
merien. olim Epiſcopis; ſolemni ritu Minorem ur-
bem ingreſſus eſt die 11. Maii. Ditavit Eccleſiam




ſuam multis Sanctorum lipſanis ex urbe delatis, ac
thecis eximie elaboratis incluſit, privilegia, ve-
tuſtaque ſuæ Eccleſiæ monumenta ab anteceſsori-
bus pene neglecta ſumma diligentia à tineis, aliiſ-
que injuriis vindicavit, & in Archivio à ſe con-
ſtructo repoſuit. Præfuit laudabiliter pius, & opti-
mus Epiſcopus annis decem, ſemper tamen ad ver-
ſa laborans valetudine, qua & provectiori ſenectu-
te impulſus Epiſcopale onus liberè dimiſit in mani-
bus Innocentii X. Pontificis Max. die 22. Jun. 1649.
Vivit in patria omnibus charus, & ob eius eximiam
pietatem, animique candorem dignus, ut diu vi-
vat venerabilis ſenex. Anno Epiſcopatus ſui ter-
tio, demortuo Fratre germano Gregorio Donato
ſacri Apoſtolici Palatii Magiſtro, viro omnium
ſcientiarum genere cumulatiſſimo, tumulum ere-
xit in ædes Mariæ ſuper Minervam, ac cœnota-
phium ſcripſit, quod hic in memoriam tanti viri,
amici noſtri exhibemus.

*Fr. Gregorio Donato Romano Sacri Apoſtol.
Palatii Magiſtro Ord. Prædicatorum.
Huc veſtigales mortalium oculi Gregorium
è Cœlo donatum Cœlo redditum lugete.
Acerbus ævo, maturus ingenio collacta-
neam habuit ſapientiam, Naturam inge-
nio, ingenium virtute vicit.
Nondum adultus, jam magiſter, plus do-
cuit, quam didicit præceptis, exemplo,
utrique par fortunæ, utramque provo-
cavit, vicit. Dignitatum gradus omnes
meritus aſcendit, nullius candidatus, Re-
xit alios, ut ſeipſum, ſeipſum, ut alios,
oculata mente, cæca manu. Talem virum
Magiſtrum Orbis nominavit Urbanus VIII.
Pontifex Max. hinc merita metire. Vi-
xit annis lxiii. obiit anno MDC.LII. menſ.
Majo die xvi. hora xxii. Patritius Dona-
tus Epiſcopus Minorenſis frater fratri mo-
numentum hoc P.*

Porro ad Donati perpetuam ſervandam memo-
riam, non ſemel, ſed parce laudatus Jo. Baptiſta
de Afflicto, in Cathedrali Minorenſi hoc ſcribi
juſſit monumentum.

V. T. Q. D.

*Dicite Pegaſides quanto ſplendore coruſcus
Donatus niteat, tollite ad aſtra virum.
Et vos Reginuli circum quæ luditis undas
Nymphæ, tam clari pandite geſta ducis.
Vere hic Donatus donavit quem Deus Orbi,
Vere hic Patritius, qui Pater eſt patriæ.
Rex ſacer, & juſtus rexit namque ille Reginnas,
Atque Minorenſi Præſul in urbe fuit.
Carus erat caris, acer, vindexque ſuperbis,
Supplicibus tardus, ſuffragiiſque celer.
Dicere quis poterit, quam ſit pietatis amator?
Quam cuſtos recti pangere quis valeat?
Inſignis contemptor opum, largitor egenis
Auri quicquid habet, nudaque membra tegit.
Carmine quid referam, pretioſaque dona dicavit,
Quæ ſacris aris, ò Trophimena tuis?
Inter Paſtores Paſtor cariſſimus omnes,
Vive diu felix, nobilis, atque pius.*

*Cl. D. Joannes Baptiſta de Afflicto Vicarius Capitularis*
*Minorenſis, olim tanti viri Vicarius Generalis*
*Hocce grati animi monumentum poſuit.*
*Anno ſalutis MDC.XXXXVIII. menſe Januario,*

XLV. 45 LEONARDUS Leria nobili familia Vercellenſi, Romæ natus, perſpicui ingenii juvenis, Ordinem Carmelitanum ingreſsus per curricula dignitatum ad Vicarii Generalis per totam Germaniam munus aſcendit, fuitque Apoſtolicos Commiſsarius in iis partibus à ſacra de Propaganda fide Congregatione inſtitutus, quibus muneribus egregie functus, Ferdinandi Caroli Archiducis Auſtriæ Theologus, ac intimus Conſiliarius, & in paucis charus, Romam reverſus in ejuſdem Archiducis gratiam ab Innocentio X. Pont. Max. Minorenſi Epiſcopatu donatus eſt in ipſo juventutis flore, die 22. *a* Junii 1649. vivit magnæ expectationis Præſul, cui Deus Neſtoreos annos concedat.

*a* Die 22. Martii.

*A D D I T I O.*

(,, *Hanc Eccleſiam Leonardus nimio ſenio gra-*
,, *veſcens dimiſit 1670. Ejus erudita Epiſtola legitur*
,, *inter Epiſtolas memorabiles à Juſtiniano editas*
,, *par. 1. p. 228.*

XLVI ,, *ANTONIUS Botti, nobilis Januenſis, Cleri-*
,, *cus Regularis Congregationis Somaſchæ, vir Theo-*
,, *logus ornatæ locutionis, & multiplicis litteratu-*
,, *ræ, ætatis annum agens 52. huic datus eſt Eccle-*
,, *ſiæ bono ejuſdem omine paſtor 17. Novemb. 1670.*
,, *qui ter mille ducatos in beneficium ejuſdem ad for-*
,, *mam depoſiti in bancho SS. Annunciationis Neapo-*
,, *lis facti erogandos pia largitione donavit, ut in*
,, *ipſis ſchedis conſiſt. declaratur: ex quibus hujus*
,, *Eccleſiæ inopia plurimum levaminis aſſecuta eſt.*
,, *Meritis major bonus Præſul totus incubuit ſuo cle-*
,, *ro, populoque juvando: deceſſit 1683.*

XL VII. ,, *DOMINICUS Menna, civis, & Canonicus*
,, *Neapolitanus, J. V. D. undequaque nobilis, &*
,, *ſpectatæ virtutis, qui varia munera Neapoli præ-*
,, *clare cum geſſiſſet, hac infula dignatus eſt 20. De-*
,, *cemb. 1683. erga S. Triphomenam devotiſſimus*
,, *plurimū inſudavit apud Romanam curiam pro ejus*
,, *ampliando cultum in Romana præcipue ſancto-*
,, *rum Ephemeride, cujus vitæ, agonis, & mira-*
,, *culorum breviuſculam enarrationem vernacula*
,, *lingua Jo. Baptiſta de Afflicto evulgavit iterum, &*
,, *ſuo præſuli Mennæ ſacravit commune civitatis*
,, *Minoræ. Exceſſit 1692.*

XL VIII. ,, *JANUARIUS Criſpinus, Neapolitanus, J. U.*
,, *D. & ſeminarii Neapolitanæ Eccleſiæ Rector, at-*
,, *que examinator ſynodalis eo tempore, quo paſtora-*
,, *le onus ejuſdem gerebat Antonius Cardinalis Pi-*
,, *gnatellus, qui ad ſummum ſacrorum Regimen aſ-*
,, *ſumptus ſub nomine Innocentii XII. Criſpinum E-*
,, *piſcopali decore dignus agnoſcens huic gregi præ-*
,, *poſuit 10. Martii 1692. ætatis dum ann. ageret 42.*
,, *Hic debuit ſuos primos in pietate progreſſus orato-*
,, *rii Congregationi, quæ idoneum culturæ ſpirituali*
,, *nacta campum in illum ſemina ſalutis illico jecit*
,, *adeo felici eventu, ut optimus adoleſcens mundo,*
,, *ejuſque pompis abrenunciarit, & quamvis primo-*
,, *genitus in ſua domo foret, & ob miram in ſuadendo*
,, *gratiam cum legalis Philoſophię profunditate con-*
,, *junctam à ſuo genitore clari nominis J. Conſulto ad*
,, *forum traheretur, clericalem vitam elegerit. Inter*
,, *primos fuit, & forſan etiam primus, qui ſe à V. P. D.*
,, *Antonio Torres Congregationis PP. Piorum opera-*
,, *riorum regendum libere dedit, ſua in illius manibus*
,, *omnino tradita voluntate. Cum dignus tanti ma-*
,, *giſtri diſcipulus animarum zelo mire exardeſceret,*
,, *ſodalitio ſub titulo S. Mariæ Reginæ Apoſtolorum*
,, *in æde principe adſcriptus Apoſtolicis miſſionibus*
,, *ſemper vacavit, & præcipue illis, quæ in Regno*
,, *Neapolitano, & extra exercentur, in quibus chari-*
,, *tas liberas veluti habenas habet. Propter civitatem*
,, *fundorum hiberno, & maxime rigidiſſimo tempore,*
,, *ut animas Chriſto venaretur, cum opus ei fuiſſet ad*
,, *oppidum Campi Mellis ad plura paſſuum millia pe-*
,, *des ſuper nives incedere, cum etiam calceos con-*

A ,, *cretos frigore amiſiſſet, ita gelu obriguit, numquam*
,, *tamen in ſuo pectore frigeſcente charitate, ut mem-*
,, *brorum omnium tandem interdictus uſu, in cliba-*
,, *num adhuc calidum, à quo tunc panis extrahebatur,*
,, *tur, immobilis velut lignum à ſuis ſociis intromiſ-*
,, *ſus fuerit, cum aliter ibi juvari non potuiſſet. Erat*
,, *tunc quippe valde gracilis, longis etiam jejuniis, vi-*
,, *giliis, aliiſque id genus corporis afflictationibus, &*
,, *continuis laboribus emaciatus, ſic paulatim in ſe re-*
,, *verſus ſacros labores exequi potuit. Quia autem ſa-*
,, *cræ miſſiones ſuum minime ardorem temperare po-*
,, *terant, per vicos omnes exercitia ſpiritualia S. Igna-*
,, *tii, quem in converſione animarū ducem ſibi propo-*
,, *ſuerat, & peculiari eum idcirco ſtudio colebat, fervi-*
,, *diſſime explicabat. Quam ſui zelus partem operoſiſ-*
,, *ſimam etiam in collegiis, cum virorum, tum mulierū,*
,, *in ipſis etiam ſacrarum virginum aſceteriis, & in*
,, *nonnullis eorum pluries exercuit, ſemperq; commu-*
,, *ni plauſu, & incredibili ſpirituali fructu auditus*
,, *fuit. Dominici Adventus, & Quadrag. tempore fere*
B ,, *ſemper concionatus fuit, ita ut nullus in Neap. diœ-*
,, *ceſi fuerit locus, qui ipſum Verbum Dei annuncian-*
,, *tem non audierit. Diu hoſpitium S. Januarii extra*
,, *mœnia procuravit, & in cœnobio puellarum, quod*
,, *etiam eſt in illius hoſpitii ambitu, multas earum ad*
,, *altiſſimam perfectionem evexit. In nobiliſſ. Neapo-*
,, *litano ſodalitio SS. Trinitatis Peregrinorum, &*
,, *Convaleſcentium, quod præclariſſimam ſibi famam*
,, *per totum terrarum orbem piorum operum exercitio*
,, *vindicavit, ac vindicat, familiares ſermones ad*
,, *plures annos habuit mira ſui cordis lætitia, quia*
,, *ſpiritu D. Philippi Nerii à teneris imbutus cum D.*
,, *Philippi Nerii filiis in D. Philippi Nerii domo ipſo*
,, *D. Philippo Nerio patrocinante, animarum negocia*
,, *tractare potuit, eorum ſacramentales Confeſſio-*
,, *nes ultro etiam excipiebat, & in omnibus illorum*
,, *conſcientiæ momentis etiam cum ſpiritum Deo*
,, *redderent, ſemper promptus, ſemper indefeſſus,*
,, *ſemper denique totus fuit. In ſodalitatem albo-*
,, *borum in D. Annæ, ut vocant, de Palatio, & in il-*
C ,, *lam in D. Marię Angelorum in via vulgò* il Limon-
,, cello, *quas naviter etiam procuravit, lauda-*
,, *bilem uſum exercitiorum Spiritualium S. Ignatii*
,, *ipſe primum invexit. Ut à ſuis viveret omnino alie-*
,, *nus, & procul à ſuis valde incommodam vitam du-*
,, *ceret, ſub ſcalis Eccleſiæ Divę Mariæ de Stella fra-*
,, *trum minimorum parum loci obtinuit, in quem ſe*
,, *noctu recipiebat, quia dies integros in Apoſtolicis*
,, *laboribus conſumebat. In Noſocomion poſtea vulgo*
,, *Neapoli,* dell'Incurabili, *accedente præcepto ſui*
,, *directoris migravit, ubi ægrotis, morientibus op-*
,, *portunam, ac ſollicitam opem, & præcipuè per no-*
,, *ctem ſemper præſtitit, ita ut ab iis, quos ipſe juva-*
,, *bat, viſa fuerit multoties B. Virgo Maria per cubi-*
,, *lia diſcurrere, infirmos ad patientiam hortari.*
,, *Quod vero verius fuit, quia ipſe illos diligenter*
,, *ſciſcitatus fuit de hora, in qua Deipara ſe viden-*
,, *dam præbebat, de illius ſpecie, forma, de cæteris*
,, *omnem prorſus phantaſmatis ſuſpicionem exclu-*
,, *dentibus, & tunc ſpirituali animus ſuus lætitia*
D ,, *fervebat. Cum Seminarium ad alendam pro altari*
,, *juventutem in Neapolitana æde principe ſuo Re-*
,, *ctore careret, Innicus Cardinalis Caracciolus non-*
,, *niſi Januarium Criſpinum, & idcirco voluit, quia*
,, *eum ſtrenuus ille Virtutis à teneris, ac pietatis cul-*
,, *tor Antonius Sanfelicius tunc ejuſdem Majoris Ec-*
,, *cleſiæ Neapolitanæ Canonicus, nunc meritiſſimus*
,, *Neriti Antiſtes ſibi propoſuerat, nec judicium tanti*
,, *viri fefellit; pluries enim exoratus ab ipſo Sanfe-*
,, *licio Januarius vix tantæ moli humeros ſuppoſuit,*
,, *& omnes, nec uno excepto, tonſuratos illico Ec-*
,, *cleſiaſtico ritu voluit, examini omnes ſubiecit, in*
,, *Claſſes diſtribuit, ordinemque diſcendi omnibus*
,, *ſecundum ingenii vires dedit. Regulas perſcripſit*
,, *pro expeditiori, & tutiori eorumdem, & in ſpiritu,*
,, *& in doctrina profectu, quas eidem Eminentiſſimo*
,, *Archiepiſcopo corrigendas exhibuit. Hoc novo Re-*
,, *ctore Seminarium, quod tunc vix ſexaginta Alu-*
,, *mnorum erat, centenarium brevi numerum exceſ-*

,, *ſit.*

,, *ſit. In illud etiam qui non erant Alumni conve-*
,, *nire conſueruut pietate, ae ſcientiis imbuendi; & *
,, *reapſe è ſuo Magiſterio non modo Epiſcopi, & in*
,, *aula Romana Prælati præſignes, ſed & in laicis*
,, *ſubſelliis togati conſpicui prodierunt. Tanta ergò*
,, *licet gravatus cura, cui numquam defecit, ſuorum*
,, *etiam omnium ſodalitiorum muniis ſemper, quoad*
,, *potuit, fecit ſatis. Illi vulgò* de' Bianchi *in D. Ma-*
,, *riæ de Populo, numquam defuit, ut & Monaſte-*
,, *riis ſacrarum Virginum, quas ſpiritualibus exer-*
,, *citationibus ad perfectionis metas perducere num-*
,, *quam deſtitit. Mortuo Eminen. Caracciolo, à ſuis*
,, *æmulis apud novum Archiepiſcopum Antonium Pi-*
,, *gnatellum, qui poſtea Summus Pontifex audiit In-*
,, *nocentius XII. falſorum criminum inſimulatus fuit,*
,, *ſed ubi veritas, adeoque rectori patuit innocentia,*
,, *cuncta machinamenta, in ſummum ejus ceſſere de-*
,, *cus, & gloriam, & apud ipſum Archipræſulem ma-*
,, *gno loco ſemper fuit. Bibliothecam, quam in ſemina-*
,, *rio Criſpinus à ſe emptis codicibus inſtruere jam*
,, *cœperat, Innocentius XII. libris omnibus, quos ha-*
,, *bebat, cum eſſet Neapolitanus Antiſtes, ditatam vo-*
,, *luit, & cæteros omnes ſibi Summo Pontifici donatos,*
,, *vel dicatos, ad illam in dies ſemper exornandam*
,, *immittebat, ea autem lege ne extraherentur. Jaco-*
,, *bus Cardinalis Cantelmus, qui in ſeminario totus*
,, *fuit, illum in paucis dilexit, ſuoque hortatu Hebræa,*
,, *& Græca idiomata alumnos doceri voluit. Parum*
,, *autem tam navo operario frui potuit, quia anno, ut*
,, *diximus, 1692. hanc Minorenſem Eccleſiam ſuſce-*
,, *pit regendam, & vere rexit, ut ſantæ virtutis Præ-*
,, *ſulem decebat, Apoſtolicis miſſionibus perluſtravit;*
,, *diebus feſtis ſemper ad plebem ſibi commiſſam con*
,, *ciones habuit, eo animarum fructu, ut Minor mini-*
,, *ma quamprimum vere evaſiſſet, & forſan etiam ex-*
,, *tinctionem ſui paſſa fuiſſet, ſi diutius in ejus Cathe-*
,, *dra Criſpinus ſediſſet; nullus enim ſuo Præſulatu*
,, *de nuptiis amplius cogitabat, adeo omnes de perfe-*
,, *ctione conquirenda unico ſtudio laborabant. Romam*
,, *interea loci Criſpinus pro negocio ſpoliorum, nomi-*
,, *ne Præſulum Neapolitani Regni ablegatus, favo-*
,, *rabilem Bullam ab Innoc. XII. obtinuit, quæ incipit*
,, ſupra votum, *& ab eod. Pontifice Squillacenſi ultro*
,, *Sacerdotio cohoneſtatus fuit anno 1694. de quo rur-*
,, *ſus in ſerie illorum Præſulum redibit ſermo.*
XLIX. ,, *CAROLUS Cutillus, Beneventanus, Congrega-*
,, *tionis Montis Virginis Abbas antea generalis, Criſ-*
,, *pino ſucceſſit eodem anno 1694. die 13. Sept. Decen-*
,, *nio cum præfuiſſet, defunctus eſt m. Decembri 1704.*
L. ,, *FRANCISCUS Morgione, Epiſcopus Rubenſis,*
,, *huc translatus eſt 18. Maji 1705. Obiit Iſclæ menſe*
,, *Novembri 1713.*
LI. ,, *RAPHAEL Toſſi, Cajetanus, J.U.D. Advocatus,*
,, *& Auditor Camilli Cybo Patriarchæ Conſtantino-*
,, *politani, & Cameræ Apoſtolicæ Auditoris genera-*
,, *lis, ſubl ectus eſt 4. Februarii 1719.)*

# SCALENSES EPISCOPI.



IN Picentinis, Amalphitanoque Ducatu Scalæ urbs antiqua, & olim ampla, ut ex ejus ruinis apparet, ad oram maris ſita eſt, Amalphii proxima, à Ravello uno tantum milliari diſtat. Hanc a Normannis reædificatam narrat Mazzella; eam vero priſcis temporibus Cainam vocatam fuiſſe
A ſcribit Frizia de ſubfeudis. Incolę vero volunt, & fabulantur eam à Cam Noe filio poſt Diluvium principium habuiſſe, & nomen, ac deinceps poſt plurima ſæcula à pulchritudine Scalarum, Scalam à Romanis appellatam. Etenim, ut Amalphitana chronica narrat, cum in Orientem Magni Conſtantini temporibus ad novam Romam opplendam, valida navium claſſe, quamplures è præcipua Romana nobilitate viri clariſſimi iter arripuiſsent, à ſæviſſima tempeſtate penè diſperſi, in Camenſi littore ſe incolumes receperunt, & amœnitate loci allecti Sedem ſtatuerunt ſuam, ubi Capitolium, Theatrum, Thermas, palatia, domus, templaque magnificè extruxerunt; quorum adhuc veſtigia cernuntur. Jacet miſerabilis civitas inter Orientalem, Meridionalemque plagam in ipſo montis acclivo, Camenſem vocant, ſecus mare Tyrrhenum. Munitiſſima olim fuit, populorum frequentia, civiumque ſplendore illuſtris, mœnibus, aggeribus, ac ferè tota munita turribus, ut in ea tamquam in validiſſimo propugnaculo Amal-
B phitani Ducatus nobiles, civeſque ſeſe receperint, cum Rogerius Normannus Dux Amalphitanam Rempublicam invaſiſset, ſuæque ſubjeciſset poteſtati. Aere gaudet ſaluberrimo, collibus amœniſſimis, amploque territorio, duobus fluviolis alluitur; alter licet exiguus, gelidis tamen, & limpidiſſimis undis per vallem decurrens Scalenſem diœceſim à Ravellenſi diſterminat; Atranumque oppidum rigans in mare prorumpit: Alter vero in Occidentalibus montium vallibus initium ſumens, per vallem magno ſtrepitu vagans Scalenſem tractum ſecat, Amalphiamque irrigans in mare ſe demergit. In ipſo vero civitatis diſtrictu duo ſeſe extollunt excelſi montes, tam aeris puritate, quam proſpectu Regiæ Parthenopæ, maris, vicinarumque urbium jucundiſſimo, quorum alterum Canniretum, alterum Cerbelianum antiqua documenta denominant; ad radices Cerbeliani Occidentali plaga ruinæ ſpectantur cœnobii, & Eccleſiæ S. Juliani, olim prope gelidiſſimas aquarum ſcaturigines à priſcis Romanis permagni-
C fice exædificati. In ſummitate montis, planities eſt, ubi vorago profundiſsima viſitur, vulgo Megano appellatur; fortaſse antiqui meatum dixere, ex qua ferunt, fluviolum Caſtri-maris, milii, aut tritici granos, ſi in eam projiciantur, longo terrarum ſpatio evomere. Nec minus mirandus fons prope dirutam S. Cæſarii Eccleſiam, haud longe ab urbis mœniis, qui Februario menſe, aquam ita abundanter mortalibus donat, ut in ipſa civitate, hortos, campoſque irriget ad ſatietatem; menſe vero Novembri ita exſiccatur, ut aquæ gutta deſideretur. Divus Bernardus Abbas Claræval. ad Lotharium II. Imp. ſcribens Scalam, opulentiſsimam, & munitiſsimam appellat. Cæterum conſtat Scalam perfidioſe aliquando penè fuiſse ſolo æquatam à Lothario primùm, mox à Federico II. Imp. ac demum ſub Ferdinando I. Rege Aragoneo, cum ad Gallos defeciſset, ſupremum propè excidium adiit, cœpitque deinceps ſenſim præceps ire, & labi; ita ut civibus, opibuſque propemodum uſque ad deſolationem exhauriretur,
D hodieque ad pauca mortalium capita in ea cenſeantur, ac præter miſerabiles ruinas, Romanorum magnificentiæ imagines, nihil prorſus reſtat quod alliciat intuentes.

Peperit Scala ipſam Amalphim Metropolim, cum priſci illi Romani Patritii, qui Scalis ſedes fixerant, illam, ut Summontes ſcribit, ædificarunt. Suam quoque nobilitatem Scalenſes variis in Regni partibus diſseminarunt, atque adeo in ipſa Regia Neapoli, amplisſimæ Scalitiæ regionis nomen dederunt. Scalam natali ſuo inter cæteros nobilitavit S. Gerardus auctor, & inſtitutor Ord. Equitum Hoſpitalariorum S. Joannis Jeroſolomytani, qui poſt Rhodii, nunc Melitenſis nuncupatur. Urbem porro Jeroſolymitanam cum Sarraceni tenerent, Chriſtiani homines Latini, præſertim Amalphitani, Sarracenis permittentibus, prope Sepulchrum Domini duo cenobia conſtruxerunt alterum viris, alterum fœminis excipiendis: virorum cœ-

nobio addita fuit domus Hoſpitalis, & ſacellum S. Joannis, cui longo tempore miniſtravit S. Gerardus. Poſtquam vero divinæ placuit bonitati, ut civitatem Redemptoris noſtri per Ducem Gottifredum, & alios Chriſti fideles Principes ab impiorum domi nio liberaret, & cultui reſtitueret Chriſtiano, Gerardus vir vitæ ſanctæ & probatæ Religionis videns loca Chriſti pedibus calcata, & ſanguine reſperſa, novo ſervoris genere, novum inſtituere Ordinem cogitavit ad peregrinos ſuſcipiendos adjuvandoſque aptiſſimum, attractiſque in conſilii ſocietatem nobilibus aliquot, habitum regularem ſuſcepit, & veſtibus ſuis (iiſque nigris) albam crucem exterius adfigens, facta ſolemniter profeſſione, ſeipſum, ſocioſque obligavit. Finis ejus ſociorumque & profeſſionis fuit, peregrinis, & pauperibus in hoſpitali S. Joannis ſedulo miniſtrare, iiſdemque genus omne officii, & pietatis ſollicite præſtare, ad hæc itinera à latrociniis Sarracenorum aliorumque tuta ſervare; & vitam ducere ſanctiſſimam. Unde factum eſt, ut Vitriacus in hiſt. Orien. habet, *Quod in omnem terram exivit ſonus eorum, & in omnes fines terræ forma ſanctitatis eorum. Et ex largitione Principum, & eleemoſynis fidelium modico tempore adeo ditati ſunt, quod ab univerſis Occidentis Provinciis redditus copioſos colligentes, caſtella, & oppida, tanquam terræ Principes, comparantes, ditioni ſuæ ſubjecerunt.*

Gerardus verò inſtituti ſui probatorem habuit Gelaſium II. Pontificem ann. 1118. quo ſanctiſſimè Hieroſolymis obiit. Eo defuncto, Raymundum Podium primum Magiſtri Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani titulo uſum fuiſſe, veſtemque ac regulam, quam hodieque ſervant, à ſucceſſoribus tamen auctam, ſodalibus ſuis, approbante Romano Pontifice præſcripſiſſe, tradit Jacobus Boſius, qui hujus militiæ ſtatuta, ut vocant, ex Latino Italicè reddidit, & hiſtoriam ſcripſit: ſed Vitriaci ſententia haud improbanda videtur, laudem veſtis regularis, cum ſigno Crucis albæ adſumptæ Gerardo tribuentis, qui patriam ſuam Scalam novo, nobilique inſtituto Militari Ordine, & ſanctitate vitæ illuſtriorem fecit. At ad D. Gerardi perpetuam ſervandam memoriam, decuſque civitatis, Scalenſes nobiles cives hactenus pro inſigniis eorum ſedilis, ut vocant, iis uſi ſunt, quæ Gerardus equitibus ſuis ſancti Joannis dederat, albam nempe Crucem, ut in Aula ſedilis hoc modo depicta ſpectantur.




Cæterum jam inde ab Apoſtolorum diſcipulis Picentinos cum finitimis populis fidem Chriſti accepiſſe non ſemel enarravimus, ac proinde ipſos etiam Camenſes Evangelii lucem aſpexiſſe omnino fatendum eſt, quos & proprios habuiſſe Paſtores, vetus traditio eſt à patribus derivata. Romani vero, quos ſupra commemoravimus, cum Camam habitare cœpiſſent, eamque Scalam denominaſſent, circa annum ſalutis quadringenteſimum, veluti pii Chriſti fideles templa in ipſa civitate exſtruere cœperunt; primaque, ut apud indigenas traditio eſt, ſanctis Martyribus Sixto Papæ, Laurentio, ac S. Euſtachio dicata, fuere. De Euſtachii templo ab Afflicta vetuſtiſſima, ac nobiliſſima Romanorum familia condito ſcribit Frizia. Extruxerunt Sca-

A lenſes item iis fermè temporibus in montibus SS. Benedicti, & Scholaſticæ, Juliani, & Marciani cœnobia pro Benedictinis Monachis, ac nobile monaſterium pro Virginibus Deo dicatis ſub eodem Ordine ad calcem Camenſis montis ad Aquas bonas ædificarunt, quæ poſtea vetuſtate ſua corruerunt. Templum deinde D. Laurentii in Cathedralem evaſit: ſitum eſt ad Orientalem plagam in ipſo civitatis medio, triplici teſtudine exornatum, præter ſuperiorem fornicem, quam titulum appellant, amplitudine, & architectonicæ artis pulchritudine mirandum. A fundamentis renovari cœptum ante annum 1400. completum verò 1598. ubi ad dextram tribunæ Sacrarium, ad ſiniſtram Sanctuarium extant. Ibi ſervantur Sanctorum lipſana, coſta nempe S. Laurentii tranſlata ab Eccleſia D. Euſtachii Afflictorum; cum Capillis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ligno ſanctiſſimæ Crucis, dentibus ſancti Petri Apoſtoli. Item duo oſſa S. Sabinæ, una cum aliis reliquiis ab Eccleſia ſanctæ Stephaniæ deductis, Brachium ſanctæ Catharinæ virginis &
B martyris, ex Mammilla S. Agathæ virg. & martyris; brachium ſancti Theodori urbis Patroni, dentes Beati Laurentii martyris, reliquiæ Sanctorum Pauli, & Andreæ Apoſtolorum, S. Nicolai Epiſcopi Myrrhenſis, os ſancti Ioannis Baptiſtæ, de ligno portæ Aureæ, de ligno olivæ horti, ubi Chriſtus Dominus oravit, ac plures aliæ Sanctorum reliquiæ. Servatur ibidem vetuſtiſſimus codex Mſ. Evangeliorum literis Longobardis in hædino ſcriptus, argento coopertus cum ſimulacris ſancti Euſtachii, ac ſancti Joannis Baptiſtæ.

Sacellum quoque in ea viſitur Beatiſſimæ Virginis in Cœlum Aſſumptæ ab Afflicta gente ſubſtructum, alterum ſanctiſſimi Crucifixi, ubi piiſſimum, & antiquum ſimulacrum Redemptoris miraculis clarum. In Crypta, ſeu ſubconfeſſione; magnis marmoreis columnis ſuffulta nobilium Scalenſium familiarum Afflictæ, Coppulæ, & Sannellæ ſepulchra ſpectantur. Surgit ad lævam externæ par-
C tis templi Turris campanaria, novæ quidem ſtructuræ, ſed nolarum numero celebris: in iis duæ magnitudine mirabiles ſunt. Hæc autem Cathedralis quinque habet dignitates, quarum prima eſt Archidiaconi, tum Archipresbyteri, Primicerii, Cantoris, & Theſaurarii. Canonicos non habet, ſed eorum vice duodecim Capitulares Presbyteros, quibus incumbit divinum penſum perſolvere; in civitate novem numerantur parochiales Eccleſiæ, quæ olim decimum octavum numerum explebant, aliquando trigeſimum. Ex cœnobiis, quæ ſuperfuerant, duo virorum, totidemque ſanctimonialium recenſentur; quarum unum Divo Cataldo dedicatum ſub D. Benedicti Regula nobilium virginum inſigne decus & conſervatorium puellarum nuper à civitate conſtructum fuit. Sex laicorum Fraternitates, & mons Pietatis. Hoſpitale de ſideratur, quod olim juxta Eccleſiam D. Michaelis Archangeli nobilis familia Trara extruxerat.

Ferunt accolæ Scalenſes cives tria Sanctimonia-
D lium cœnobia in Atrani oppido excitaſse, ut inibi eorum filiæ Deo famularentur, quæ deinde monaſterio S. Mariæ Dominarum Amalphiæ per Apoſtolicam Sedem unita fuere, cum Atranum ab impio Manfredo Rege Sarracenis inhabitandum traditum fuiſset. Scalenſes præter D. Laurentium Patronos agnoſcunt, S. Theodorum, S. Catharinam, cujus Brachium venerationi eſt in Eccleſia ejus nomini dicata, & Agatham Chriſti martyres. Antiquus eſt Scalenſis Epiſcopatus quem Joannes XV. Papa anno ſalutis 987. cum Amalphitanam Eccleſiam Metropolitana dignitate decoraſset, eidem ſuffraganeum fecit. Non deſunt qui ſcribant Scalenſes Præſules Camenſibus ſucceſſiſſe, quorum nomina ignorant, & acta: ego vero cum nullam de Camenſibus repererim memoriam in antiquis Conciliis, neque in monumentis, aut veteribus auctoribus, ſomniaſse putabam eos, qui de Camenſibus Epiſcopis ſermonem inſtituerunt. Sed

cum

cum in unica Amalphitana Chronica ( ex qua Frizia, & Rebuffus in Provinc. Rom. ) id ſcriptum ac memoriæ traditum eſſe cognovi, lectori erudito rem examinandam relinquo: nam Chronica illa centum abhinc annis conſcripta, plura continet ex cerebro auctoris deprompta. Ab ipſa igitur inſtitutione Scalenſis Epiſcopus ſuffraganeus eſt Amalphitano Archipræſuli, cuius etiam iuriſdictio ſatis ultra muros civitatis extenditur. Noſtris temporibus per Clementis VIII. decretum Scalenſis Eccleſia cum Ravellenſi coniuncta fuit, ut in I. tomo narravimus in Ravellenſi Epiſcoporum Catalogo. Cenſus verò harum ſimul unitarum Eccleſiarum ſunt ad quingenta ſcutata illius Provinciæ. Taxa in libro Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 190.

Porro Epiſcopi qui hanc Eccleſiam aliquando adminiſtrarunt ſequentes ſunt, quos ex paucis monumentis illius Eccleſiæ, quæ ſuperfuerunt, actibuſque Conſiſtorialibus ex fide exſcripſimus. Sed antequam ſeriem Epiſcoporum concinnemus, libet hic in gratiam cuiuſdam eruditi, nobiliſque Scalenſis amici noſtri elegiam exhibere, quam peregrinus quidam eruditus compoſuit, in qua originem, progreſſus, ruinas, fortunaſque huius urbis deſcripſit.

*Pangere juſſit amor: dolor aſt æqualis amori,*
*Cogit delitias plangere, Scala, tuas.*
*Plangite Pierides; nec enim lugubria Muſis*
*Fata, licet lætis concinuiſſe modis.*
*Huc triſtes elegi veniant; illætaque tantæ*
*Urbis deplorent impare damna ſono.*
*Campanis erat urbi quondam notiſſima terris,*
*Heu miſer! in lacrymis dicere cogor, erat.*
*Cama vetus nomen fuit: hinc obſcœnus eandem*
*Creditur irriſor conſtituiſſe Patris.*
*Montis at innumeris quin vergit in ardua Scalis,*
*Conſona fert rebus nomina rite ſuis.*
*Dives opum, ferroque potens; fœcunda Lyæo;*
*Tota ſalutari delitioſa ſitu.*
*Non hanc urit hyems glacialibus aſpera floccis;*
*Non gravis æſtivo Cynthius igne cremat:*
*Elyſiis ſed certat agris, & proxima Cœlo*
*Inſpirat vernos ſemper amœna dies.*
*Ad cœli dotes ſors contulit aurea nomen*
*Aucta Quirinali ſtemmate dum illa foret.*
*Romulidæ ſiquidem Proceres, quos ſanctior aura*
*Cultores veri fecerat eſſe Dei;*
*Ire parant dictam de nomine Cæſaris Urbem,*
*Cui ſacris tincto lepra receſſit aquis:*
*Hi ſua dum credunt fallaci carbaſa Ponto,*
*Inſtabilem diſcunt fluctibus eſſe fidem.*
*Nam Jovis antiqui ſoror indignata, repulſæ*
*Immemor haud veteris, impatienſque novæ,*
*Tyrrhenum tumidas iterum cies æquor in iras,*
*Perdat Chriſticolas Thetis ut atra duces.*
*Quinque procelloſo convulſa turbine puppes*
*Infelix rabido præda fuere mari;*
*Aſt melior geminis fulſit cynoſura carinis,*
*Semianimique dedit littus adire pede.*
*Erepti letho dum per juga montis oberrant,*
*Dalmatiæ penetrat gens peregrina ſinus.*
*Illyrici faciles miſeris ſuccurrere; gratum*
*Ocyus hoſpitii munus, opemque ferunt.*
*Hic propè Epidaurum ternos manſere per annos,*
*Lucanos tandem ſed petiere lares.*
*Irrigat has oras fluvius, qui nomine Melphes*
*Indigenæ vocitant, amnis amœnus aquis.*
*Excipis has undas quo tu, Palinure, nitentes,*
*Oppidulum ſtatuunt, Melpheticumque vocant.*
*Hinc Romanorum primævo nomine adempto,*
*Se Malphitanos indigitaſſe, ferunt.*
*Inde petunt Ebolum, aſt Ebolum quia parvula terra,*
*Parvula, nec fortis, nec benè tuta domus,*
*Ire parant aliò meliorem quærere ſedem;*
*Camaque montanis ecce reperta jugis.*
*Huc omnes veniunt, atque hanc habitare peroptant*
*Terram, tam forti prædita ubique ſitu.*
*Camigenæ errantes grato excepere Quirites*
*Hoſpitio, & gaudent hos ſibi adeſſe viros.*
*Temperies Cœli placet his, placet hoſpita tellus;*
A *Gens quoque montanum nil niſi nomen habens.*
*Hic manſere diù: longo poſt tempore tandem*
*Migrare exigui collis ad ima placet.*
*Quò migrata ſimul gens mille coruſca trophæis,*
*Cœpit Amalphiaças ædificare domos.*
*Interea claris celeberrima Scala colonis*
*Exerit Auguſtum prodigioſa caput:*
*Crebraque cum variis propter commercia Regnis*
*Antipodum extremis nota fit uſque plagis.*
*Huic chalybes ferrum credunt, ſua thura Sabæi:*
*Aurum Pactolus mittit, & Indus Ebur.*
*Impenduntur opes, quibus unda pepercit avara:*
*Fit domus inſanum nil veritura ſalum.*
*Cingitur urbs muro; tercentum turribus ille,*
*Quo via ſit telis, præſidiumque viris.*
*Quid referam Divis erecta ſacraria? centum*
*Hæc fuerant totidem nobilitata modis.*
*Primum habet invictus Laurentius ille, ſublimis*
*Hiſpanum tutor, ſydereumque jubar.*
*Dein Placidus, miro cruciger cui ſamine cervus*
B *Luſtrari ſacris ſuadet amanter aquis.*
*Cætera, quæ Divis pietas erexit amica*
*Sancte diù fovit Religionis amor.*
*Inde quot urbe domus, tot amęna palatia, quondam*
*Illius immenſas teſtificantur opes;*
*Undique ſuffultos pretioſo marmore muros*
*Multicolor pulchra contegit arte lapis.*
*Miror, & attonitos nimius ſtupor occupat artus,*
*Dum video celebris tot monumenta loci.*
*Nam quò nec ſonipes, curruſque nec orbita; quo vix*
*Tardus Sileni vector adire poteſt:*
*Quis tot inacceſſæ ad ſinuoſa cacumina rupis*
*Marmoris ingentes, qua tulit arte Pilas?*
*Invia divitiis via nulla eſt: area dat artem;*
*Et cedunt loculis aſpera ſaxa locum.*
*Sic ea floruerat; ſed amęni floris honores*
*Proh dolor! infelix ſuſtulit, ecce, dies.*
*Qui tantum rapuere decus? tria numina: Mars, Mors,*
*Et Tempus: tribus his Scala ſuperba perit.*
*Tempus edax rictu; Mars enſe, ſed impia falce*
C *Mors perimit noſtro quidquid in Orbe patet.*
*Æra rubigineo corrodit dente vetuſtas:*
*Duritiem ſaxi tempus & unda cavant.*
*Armis Troja ruit; collabitur Ilion ingens,*
*Sic Solymæa fero męnia Marte cadunt.*
*Ne ſolus moriatur homo, moriuntur & urbes,*
*Regnaque ſola fugant cælica Regna necem.*
*Sic ruis infido nimis ò vicina Ravello!*
*Sic ruis omnigenis Scala referta bonis!*
*Ampla loco quondam; modico nunc clauderis orbe;*
*Fallimur; à nullo clauderis orbe modo.*
*Heu! ubi ter centum turres? ubi męnia? namque*
*Turribus è tantis vix quadraginta vides.*
*Pars muri proſtrata ſolo, pars altera ſylvis*
*Occulitur, gelidi pars bibit amnis aquas.*
*Arx una oppreſſæ ſupereminet altior urbi,*
*Altera Tyrrhenas celſa coercet aquas.*
*Delitium quondam populi; nunc horrida moles*
*Incolitur ſolis hæc ſimul illa Notis.*
*Tertia fędifragæ muris opponitur urbis;*
D *Nunc magè murorum ponitur ante pedes.*
*Ardua deiiciunt lapſæ pinnacula turres;*
*Succumbit fulcris picta feneſtra ſuis.*
*Scaligenæ fuimus, lacrymans ait, atque diſerto*
*Incola convulſas indice ſignat opes.*
*Hic ubi vitiferi modo ſunt viridaria Bacchi,*
*Sylvaque frondoſas tollit ad aſtra comas.*
*Hic ubi celſa vides arbuſta rubeſcere moris*
*Sericus unde capit pabula vermiculus.*
*Alta videbantur, pictiſque palatia teſtis,*
*Aureaque excelſis templa ſacrata Diis.*
*Cernis adhuc multas ingenti mole columnas?*
*Hæc jacet, illa ſolo ſemiſepulta latet.*
*Illic triſtè gemit ferali carmine bubo,*
*Dulce olim dederant organa læta melos.*
*Aſpicis hanc Paritis quæ cingitur undique ſaxis,*
*Mœſtumque inclinat tegmine egena caput?*
*Euſtachio Afflicti ſedem hanc poſuere nepotes;*
*Progenies tanto Martyre digna coli.*

*Ecce*

Ecce domus Princeps tecto viduata pruinas
Excipit; en pluvio balnea ab imbre madent.
Hic ſupereſt ædes, manet eminus altera: triſtis
Excidio reliquas flebili adæquat humus.
Iſte domus medium, medium tenet horridus Auſter,
Hybernantque unoventi, hominesque loco.
Allobrogum hic ſteterant ergaſtula, & inde Cyclopes
Ictibus incudis perſtrepuere ſuæ:
At modo habent ambas ingrata ſilentia partes,
Qualia fert medio nox tenebroſa ſinu.
Non vigil ad Lychi ſuſpirat murmura textor
Non ſolita hic inter penſa puella canit.
Quis parcat lacrymis, dum tanti nominis urbem
Cernit in obſcurum degeneraſſe nemus?
Robora marmoribus miſcentur, rudera ſylvis,
Mixta domus nemori ſtat, domuique nemus.
Quos Phrygia ambibant muros aulæa, tenaci
Inveſtis hederæ, nigre corymbe, toga.
Quam peregrinus humum prius incruſtabat Iaſpis,
Labilibus tegit hanc arbor opaca comis.
Sueverat his choreas agitare juventa plateis;
Nunc lepus, & patulo curſitat ore Lupus.
Nunc ubi caſtaneas & fraga rubentia pubes
Colligit, Indiacas advena emebat opes.
At ſi nuda vides priſcę veſtigia formæ,
Extat adhuc Stalis, quo capiare, nitor.
Ut Venus aſpectu præſtantior inter aniles
Rugas præteriti ſigna decoris habet.
Sic licet occulta corroſa teredine pulcram
Artificis loquitur picta tabella manum.
Sic inter cineres, veteranaque rudera, plenum
Delitiis pandit florida Scala penu.
Faſcinat ingenita locus hic dulcedine; ut urbem
Quam prior aſpectus fugerat, alter amet.
Sæpe ruinoſos fugit advena adire Penates;
Hos ipſos gravius deſeruiſſe dolet.
Scilicet ut rigidum virtus Magnetica ferrum
Attrahit, illecebris urbs trahit iſta ſuis.
Inter at horrentes ſi gratia tanta ruinas
Enites, oh qualis (dum ſtetit illa) fuit!
Quidquid enim delectat in hac, fugitiva ruentis
Umbra quidem eſt Scala: ſed tamen umbra placet.
Ipſe ego, qui ſummis libaram hæc gaudia labris,
Cogor ad ablatos plangere triſte jocos.
Nam reduces Romana trahens ad limina greſſus,
Aggredior gemino compede vinctus, iter.
Vinctum Scala tenet; trahit invitum inclyta Roma.
Illa mihi pectus torquet, at iſta pedes.
O quoties fixique gradum, vultumque refixi
In loca noſtro ultra vix adeunda pedi.
Scala vale (dixi ducens ſuſpiria ab imo
Corde) voluptati, gemmula Scala Vale.

I. 1 SERGIUS Scalenſis Epiſcopus, an primus, incertum, cum vetuſtæ chartæ ſileant, Amalphitano Archiepiſcopo ſubiicitur anno 987. ut ſcribit author Chronicæ Amalphitanæ, immunis factus à jure Cathedratico præſtando ipſi Metropolitano. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi ſpatio annorum triginta ſupra centum.

II. 2 ALEXANDER hoc temporis intervallo reperitur huius Sedis Epiſcopus anno 1118. in monumentis Cavenſis monaſterii: Acta ignorantur.

III. 3 URSUS memoratur in dedicatione Eccleſiæ S. Joannis 6. Auguſti 1144. quam fecit Conſtantinus Reginnenſis, ut ſupra retulimus. *Hic donavit Bibliam vetuſtiſſimam manuſcriptam litteris Longobardicis Eccleſiæ ſanctæ Stephaniæ*, Codex argentea lamina coopertus erat. Idem donavit eidem Eccleſiæ cervos duos argenteos, in quorum pedibus ſpectantur Afflictorum inſignia, forte Urſus ex ea nobili gente genitus fuerat.

IV 4 ALEXANDER huius nominis II. an. 1171. cum aliis Præſulibus conſtitutiones quaſdam condidit apud Ravellum. Longo tempore in hac dignitate vixit in cuius gratiam Cœleſtinus III. Scalenſis diœceſis fines præſcripſit ſequenti Bulla ab exemplari deſumpta.

A *Cæleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Alexandro Scalenſi Epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis in perpetuum.*

*In Apoſtolicę Sedis ſpecula, diſponente Domino conſtituti, Fratres noſtros Epiſcopos, tam vicinos quam longe poſitos firma debemus charitate diligere, & eorum poſtulationibus effectū celerem indulgere: eapropter venerabilis in Chriſto Frater tuis precibus annuentes Scalenſem Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principis, vel oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo opitulante poterit adipiſci, firma tibi, tuiſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Scalam majorem cum pertinentiis ſuis, uſque ad flumen quod dividit Scalam à Ravello, à parte Septentrionis ad*
B *mam Cicini, & inde ad S. Angelum de Petrulene, ubi eſt finis inter Scalam, & Ravellum, à parte Occidentis totum montem Candrecti uſque ad Petram palumbariam, ſicut vadit per planitiem, & montem Cerbellani, cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Juliani, cum pertinentiis ſuis, uſque Lactariam; à Meridie à Planello quod eſt ſub s. Helena, uſque ad flumen Camneti, & vadit per Tabernatam, & montem Scanni, & arcum Patalarum, & redit ad eundem Cerbellani, quicquid habes in civitate Amalphiæ Eccleſiam S. Barbaræ cum Cellis, & omnibus pertinentiis ſuis, duas apothecas, & aliam collam cum pertinentiis ſuis, obeunte vero te nunc eidem loci Epiſcopo, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ad eandem Eccleſiam in Epiſcopum eligatur niſi quem Canonici ejuſdem Eccleſiæ, vel eorum pars conſilii ſanioris ſecundum Deum prævidering eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata*
C *omnia & integra conſerventur tibi, & tuis ſucceſſoribus pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Metropolitani tui debita reverentia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere, venire temptaverit ſecundo, & tertio commonita niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, à Sacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & D. R. N. J. C. aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic bonæ actionis accipiat, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen, Amen.*

*Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus.*
† *Ego Joannes Præneſtinus Epiſcopus.*
† *Ego Pandulphus Baſil. XII. Apoſtol. Presb. Card.*
D † *Ego Melior SS. Joannis, & Pauli Presbyter Cardinalis tit. Pammachii.*
† *Ego Joannes tit. s. Clementis Card. Tuſt. Epiſc.*
† *Ego Jo. t. S. Stephani in Cęlio monte Presb. Card.*
† *Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Dam. Diac. Card.*
† *Ego Gerardus S. Adriani Diac. Card.*
† *Ego Sifredus S. Mariæ in Via Lata Diac. Card.*
† *Ego Joannes S. Theodori Diac. Card.*
† *Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diac. Card.*
*Dat. Laterani per manum Moyſi S. R. E. Subdiac. Later. Canonici: 3. Id. Martii Ind. X. Incarn. Dom. anno 1191. Pontificatus verò D. Cœleſtini Papæ III. an. 1.*

5 CONSTANTINUS doctus, & probus vir ex nobili Afflicta familia *a* Scalenſis Præſul, Eccleſiam S. Sixti in ipſa civitate Scalæ anno 1207. coram Petro Capuano Presbytero Cardinale tituli ſancti Marcelli, Matthæo Amalphitano Archiepiſcopo, & Laurentio Reginnenſi Epiſcopo conſecravit. Anno verò 1214. die 6. Julii dedicavit al- V.

*a* De hac famil. Carolus de Lellis de famil. Neap. par. 1. p. 218 Mand.

tare

A tare Eccleſiæ s. Michaelis Archangeli prope Eccleſiam s. Stephaniæ juris patronatus ſuæ gentis, quod cum præterito ſæculo in meliorem ſaciem teſtitueretur, inventæ ſunt plures Sanctorum reliquiæ, quæ ut decentius aſſervarentur ſolemni ritu in Cathedrali Sacrario translatæ ſunt: juxta eas inventa eſt lamina plumbea ſatis magna ad ſigilli formam cooflata: in ea ex una parte apparebant ss. Michaelis, Laurentii, ac Stephaniæ imagines, ſubtus inſignia Afflictæ gentis cum Epiſcopali infula, & litteris S. D. C. E. nempe *Sigillum Dom. Conſtantini Epiſcopi*; circumcirca verò hæc alia inſculpta erant verba: *Signum Domini Conſtantini Dei gratia Epiſcopi Scalæ*; ex alia verò plumbi parte hæc verba ſimiliter exarata legebantur.

*Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo Ducenteſimo quartodecimo, die ſexta Iulii, Indictione ſecunda dicatum eſt Altare iſtud ad honorem S. Michaelis Archangeli per Dominum Conſtantinum Quintum Venerandæ Scalenſis Eccleſiæ Epiſcopum.*

B

*M*

Vetus traditio eſt apud Scalenſes, fuiſſe ex iis primis Scalenſis Eccleſiæ Epiſcopis, quinque ex Afflicta gente progenitos, quod cum non ſemel perpendiſſem, in eam ſententiam veni, ut Conſtantinus is qui quintus Scalenſis Eccleſiæ Epiſcopus in ea lamina dicebatur, quintus vel ex ea familia, vel quintus ejus nominis, aut quintus ex iis quorum memoria extabat, & qui hactenus inventi fuerunt ſpatio annorum 227. quo plures alios in ea Præſules fuiſſe opus eſt aſſerere, quorum memoria non extat. C

Cæterum Conſtantinus in vivis agebat ann. 1220. quando inter Nicolaum Archiepiſcopum Salernitanum, & Jacobum de Sancto Severino Avellini Comite lis æſtuabat ſuper juribus quarundam Eccleſiarum in Caſtris Sancti Severini, & ſancti Georgii Comiti obnoxiis; quamobrem Honorius Papa III. commiſit Conſtantino Epiſcopo, Mattheo Archidiacono, & Conſtantino Amalphitanis Canonicis, ut cauſam, ſuadente iuſtitia dirimerent. Honorii literæ in inſtrumento inſertæ extant in Archivio Salernitanæ Eccl. ſignat nu. B. mazzo P. in hunc modum.

*In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno ab Incarnatione ejus 1220. & 22 anno Regni D. noſtri Friderici glorioſiſſimi Regis ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ, & 8. anno Regni Domini noſtri Henrici regis Siciliæ, & Italiæ ejus charisſimi filii, menſe Septembris 9 Indictione ſuper cauſa, quæ vertebatur inter D. Nicolaum vener. Salernitanum Archiepiſcopum, & D.* D *Jacobum de Santo-Severino Dei, & Regia gratia egregium Comitem Avellini, Capitaneum, & Magiſtrum Iuſtitiarium Apuliæ, & Terræ Laboris, D. Conſtantinus venerabilis Scalenſis Epiſcopus, Abbas Matthæus Archidiaconus, & Abbas Conſtantinus Fabarus, D Papæ Subdiaconus Amalphitani Canonici excepiſſe oſtenderunt mandatum Apoſtolicum in hunc modum.*

*Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus Conſtantino Epiſcopo Scalenſi, & dilectis filiis Matthæo Archidiacono, & Conſtantino Fabaro Subdiacono noſtro Canonicis Amalphitanis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Dilectus filius nobilis vir Iacobus de Sancto Severino Comes Avellini, ſuam ad nos querimoniam deſtinavit. Quod vener frater noſter Nicolaus Salernitanus Archiepiſcopus quaſdam Capellas de Caſtris ſuis s Severini, & s. Georgii exactionibus indebitis adgravans, & moleſtans ſuper iurapatronatus quarundam aliarum Eccleſiarum, ipſum &* A *milites ſuos indebitè inquietat. Ideoq; Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audiatis cauſam, & in loco debito conjunctis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel amore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, Tu frater Epiſcope cum eorum altero, &c. Datum Romæ Idibus Janii anno Pontif. noſtri 7 Nos &c.*

Poſt hæc nil aliud de Conſtantino habemus quod proferamus. Videtur ex hoc ſæculo exceſſiſſe circa annum Domini 1226.



B

6. MATTHÆUS Bartholomæi filius ex eadem vetuſta nobilique ſtirpe Afflicta, Scalenſem geſſit Epiſcopatum, Conſtantino ſucceſſit, cuius in pluribus documentis extat memoria ab anno 1227. uſque ad 1267. Prima igitur Matthæi memoria occurrit in quondam documento anni 1227. cuſo ad ſavorem Joannis Archiepiſcopi Amalphitani, quod affero ex ipſo originali. VI.

*In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Anno ab Incarn. ejus 1227 XX die menſis Septembris I. Indictionis. Ut ea quæ inter homines aguntur melius memoriæ commendentur.* C

*Nos Matthæus Scalenſis Epiſcopus, & Stephanus de Agto Dominus Graniani, præſenti ſcripto duximus declarandum quod dum eſſemus in caſtello Caſtri Maris in Epiſcopio ſuperiori vocabulo ſanctæ Mariæ cum D. Henrico.... Magiſtro Caſtellano Caſtri-Maris, & Scaphati, & bajulo, & Iudicibus Caſtri Maris, & cum Ioanne Vaccaro, ſer Caſaldo, Bartholomæo Coſtaldo, Adenulpho Notario Caſtri Maris, & Iudice Gulielmo Panuc de Scaphato, & Iudice Guillelmo Scaphara de Nacerin, & Robbro Arcuc. de Granian. & Benedicto Liſpulo bajulo Granin. & Galielmo Iudice de Rocco, & Presbytero Negrono de Scala, & quamplaribus aliis bonis hominibus D Ioannes vener. Amalphitanus Archiepiſcopus oſtendit quandam ſententiam ab eodem D Henrico ex delegatione D Noſtri Sereniſſimi Imperatoris, & Magiſtri Iuſtitiarii inter eum, & quoſdam homines Caſtri Maris latam per quam idem D Henricus ſpecialiter adiudicaverat eidem D. Archiepiſcopo nomine Eccleſiæ ſuæ vineas, & terras omnium iſtorum hominum Caſtri Maris, quas occupaverant ab Eccleſia, cum ipſius de prædictis poſſeſſionibus nulla inſtrumenta, vel probationes poterant oſtendere, quod ad eos pertinerent. Qua ſententia lecta, & oſtenſa, præſentibus hominibus cum quibus quæſtio erat, idem D. Henricus habito diligenti tractatu cum Iudicibus Caſtri Maris, & aliis bonis hominibus recognita ſententia ſua poſuit per baiulum D Amalphitanum Archiepiſcopum in poſſeſſione omnium vinearum, & terrarum, & miſit Bartholomæum Montanarium nuncium Curiæ cum eodem D. Archiepiſcopo, & nobis præſentibus aſſignavit, & ſaſinam dictarum poſſeſſionum prædictorum hominum, quorum nomina ſunt hæc. Martinus Boſas, Sica de Recco cum conſorte ſua Henricu Ioannis Caraſſe, Petrus de s Marco, Ioannes Saracta, Enricus Severini de Curſo, Nicolaus Rufulus, Henricus Petri Sicini, Ioannes de Vinerio, Henricus Petri Faſuli, Leo de Altano, Ricardus Treatamolla, Suinſtria cum conſorte ſua, ſer Imperator Marinus de Blacta, Ioannes de Ciſano, Ioannes de Ricardo, Henricus Petri de Ciſario, Henricus Iudicis Vulpul Petrus Vara* D

*palum.*

*palumbus, Henricus Leonis Certa, Petrus de Imperato cum conſortibus ſuis, Guadanius, Cioffus de Madio. Ad cujus memoriam præſens ſcriptum confectum eſt per me Presbyterum Matthæum publicum Notarium Graniani, ſubſcriptionibus D. Epiſcopi Scalen. & D. Stephani de Agio roboratum, & eorum ſigillis munitum Actum in Graniano in obedien. monaſterii Poſitani. Anno, menſe, & Indictione prætitulatis.*

. . . . . .

. . . . . . .

. . . . . . .

*Robertus Arovera interfui.*

Matthæi Epiſcopi virtutem, & ſingularem pietatem prædicant pauca quæ extant Scalenſis Eccl. monumenta, inter quæ Federici II. Imp. proximum diploma è tabulario Ravellenſis Eccleſiæ conſcriptum ad favorem Amalphiæ, Ravelli & Scalenſis Eccleſiarum Clericorum, quo Rogerii Ducis immunitates in gratiam Matthæi confirmantur.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarn. ejus 1228. temporibus D. noſtri Federici Dei gratia glorioſi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, anno 8. Imperii ejus, & 3. anno Regis Hieruſalem, & 30. anno ejuſdem invictiſſimi Regis Siciliæ, Apuliæ Ducatus, Capuæ Principatus regnante cum ea Dei gratia D. noſtro Rege Henrico filio ſuo legitimo, 3. die menſis Januarii, Indict. 1. in civitate Scalarum.*

*Nos Matthæus Dei gratia humilis Scalenſis Epiſcopus filius D. Bartholomæi de Flicto, quam & nos omnes Sacerdotes, & Clerici Congregationis Scalæ manifeſtum facimus vobis omnibus Sacerdotibus, & Clericis civitatis Ravelli quia pro eo nos tenemus, & habemus duo authentica privilegia, quorum unum continet.* † Rogerius Dei gratia Dux. *Noſcant omnes Amalphitani, & Atranenſes, & homines Ravelli, atque Scalæ, omneſque ordinati noſtri præſenses, & futuri me præcipere, ac velle, ut omnes Sacerdotes, & Diaconi dictæ civitatis, atque locorum ſecuri & quieti ſint ab omni datio, ab omni angaria, ab omni redditione adjutorii, vel aliarum rerum, ut neque à me, neque ab hæredib. noſtris, ſeu ab ordinatis, qui modo conſtituti in meo officio ſunt, vel conſtituendi quolibet tempore ullam contrarietatem, vel requiſitionem habeant. Si quis autem de hoc quod per has litteras Clericis, & Diaconis annuimus, infeſtus eis extiterit, ſciat ſe compoſiturum cameræ noſtræ centum libras puriſſimi auri. Aliud vero ſimiliter continet, Fidericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex Magiſtro Juſtitiario, Juſtitiariis Magiſtris, Camerariis Cameræ, bajulis, & collectoribus tam præſentibus quam futuris præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Quanto Eccleſiam, & Clericos Regni noſtri in libertatibus, & rationibus ſuis volumus conſervare eis olim à felicibus prædeceſſoribus Regibus recolendæ memoriæ conceſſa benignius attendimus, tanto noſtræ diſplicet pietati ſi contra tenorem privilegiorum ſuorum eos preſumeret aliquis fidelium noſtrorum, vel officialium indebitè moleſtare. Unde quia Clerici civitatum Scalæ, & Ravelli fideles noſtri temporibus felicium Regum prædeceſſorum noſtrorum, & uſque nunc tempus proſperitatis noſtræ ab omnibus datiis publicis, & collectis, & aliis gravaminibus ſe fuiſſe aſſerunt liberos, & immunes, & cum Nos, ipſos Clericos in eadem libertate, & immunitate piè conſervare velimus, in quibus uſque nunc felicis tempore noſtro fuerunt. Fidelitati veſtræ firmiter præcipiendo mandamus quatenus Clericos ſupradictos in nullo de cætero indebitè aggravantes, omnes libertates, & immunitates eorum, & rerum ſuarum, necnon antiqua privilegia ipſis à felicibus prædeceſſoribus noſtris conceſſa, quibus felicium Regum prædeceſſorum noſtrorum temporibus, uſque ad hæc felicia tempora noſtra uſi ſunt eis integrè conſervetis, & in omnibus Juſtitiis, & rationibus ſuis ſic manuteneatis eoſdem quod in nullo de cætero indebitè ſe ſentiant aggravatos, & nos devotionem veſtram deinde commendemus. Nos*

A *enim tanto eos volumus protegere, & in ſuis rationibus ſpecialius conſervare, quanto divina clementia nos præ aliis Orbis Principibus exaltavit. Data apud Capuam anno Dominicæ Incarn. 1227. menſe Novembris, Indict. 1. De quibus hæc literis tria ſunt ſimilia exemplaria, quæ penes vos habetis; & præfata authentica nos habemus, & tenemus, & conſervamus pro utilitate, & defenſione noſtra, & veſtra, & noſtrorum veſtrorumque poſterorum; unde firmamus nos, ut quandocunque dicta privilegia authentica vobis veſtriſque poſteris fuerint neceſſaria quærati illa ad venerabilem Scalenſem Epiſcopum, qui tunc præfuerit, vel ſi contigeris eum deceſſiſſe, ad Epiſcopatus Rectorem, aut ad Archidiaconum, ſive Archipresbyterum, vel Primicerium, qui in noſtra tunc fuerit Eccleſia, ut unus illorum pro nobis omnibus vobis reſpondeat, & præfata privilegia vobis per proprium ſuum nuncium dirigat, & tandiu idem nuntius noſter ſub veſtris propriis expenſis ibi permaneat, quoaduſque controverſia veſtra deciſa fuerit.*
B *Poſtmodum per eundem noſtrum nuncium dicta privilegia authentica ad ejus qui ei dederit perveniant poteſtatem ad tenendum, & reſervandum illa omni tempore . . . . . vobis veſtriſque poſteris adimpleta non fuerint, damna aliqua proinde patimini, obligamus nos, noſtrique poſteri componere omnes vices à quibus clamorem in curia feceritis in ſeculari Curia libram unam auri, & nihilominus ſupradicta omnia & in c. vir. mar. ſunt 1.*

*† Leo fil. Domno Ceſto Cazzor, & de Biſtarco teſ. eſt.*

*† Leo filius q. Dom. Joannis Pullinei teſtis eſt.*

*† Sergius Presb. D. Bibi Coppola filius ſcripſit.*

Anno 1240. Matthæus noſter Epiſcopus Bartholomæo patri juſta perſolvit in Eccleſia ſancti Euſtachii, ac tumulavit marmoreo ſepulchro octo columnis ſuperpoſito, ubi epitaphium, ut illa ferebat ætas, viſitur.

*Hic tumulo corpus requieſcit Bartholomæi*
*De Afflicto; veniam condonet ſibi dextera Dei.*
*Ut Magdalenæ ſic ejus crimina purget.*
C *Limina pandat ei Paradiſi quando reſurget.*
*Euſtachi clemens tua ſancta præſentia funde.*
*Pro tumulo vivens, quod te dilexit abunde.*
*Hoc velut ipſe ſuo templo jacet intumulatus.*
*Tecum ipſe ſuo vivat ſine fine beatus.*
*Anno Domini M. CC. XXXX. die . . .*
*Menſe Decembris.*

In latere dextro aliud viſitur ſepulchrum ſuper columnas marmoreas erectum, quod dicunt eſſe Matthæi Epiſcopi. Sed in epitaphio videtur eſſe alterius Matthæi ſenioris, Eccleſiæ conditoris.

*† Matthæus erexit ſeretus cui requieſcit*
*Hanc ædem Stafii ſic in honore pii.*
*Cujus in hoc pulchro requieſcunt mēbra ſepulchro,*
*Et quod ſalvet eum quæſo rogate Deum.*

Hanc D. Euſtachii Eccleſiam conſecravit Matthæus una cum Gerbino Epiſcopo Minorenſi anno 1244. eamque exornavit. Cujus temporibus campana major Scalenſis Cathedralis fuſa eſt. Cæterum quo anno Matthæus ex hac mortali vita diſceſ-
D ſerit, non conſtat, habetur tamen ad annum 1269. perveniſſe, in eaque Eccleſia juxta patrem Bartholomæum ſepultum. Quis verò in ejus locum immediatè ſubrogatus fuerit adhuc me latet.

7 A. Epiſcopus Scalenenſis temporibus Roberti VII.
Regis vivebat, qui anno 1313. nonnullas domos in * Lx App. tom. 9.
Civitate Scalenenſi poſſidebat, ut habetur in Regeſt. Regio Neapoli.

8 THEODORUM Scacciavento civem Ca- VIII.
venſem iis temporibus fuiſſe Scalenſem Epiſcopum ſcribunt aliqui, ſed de ipſo nullam reperimus mentionem in Regeſt. Vatic.

9 Fr. GUILLELMUS Lombardus Ordinis IX.
Prædicatorum in Reg. Regio Neapol. 1328. diu, ac laudabili integritate hanc rexit Eccleſiam, exceſſit anno 1342. Neapoli ubi jacet in Eccleſia S. Dominici, cum hoc epitaphio.

*Hic ſepulsus eſt Dominus Frater Guillelmus natione Lombardus Ord. Fratrum*

*Prædicatorum, Epiſcopus Scalenſis, qui obiit ann. Dom. M. CCC. XLII. die XXVII. menſis Julii, X. Indict.*

X. 10. Fr. GUILELMUS Ordinis Minorum Guillelmo ſucceſſit, ad hanc dignitatem vocatus à Clemente VI. an. 1342. ſequenti iuſſu Ioannæ Reginæ, bona, quæ ad ejus Eccleſiam ſpectabant, ut reſtituerentur obtinuit in Regiſt. Neapol. anno 1343. littera S. fol. 250. ſic habetur.

*Ioanna, &c. Striatigoto civitatis Salerni fideli ſuo gratiam, &c.*

*Venerabilis in Chriſto Pater Fr. Guillelmus Scalenſis Epiſcopus, Inclytæ D.D. Sanciæ Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Reginæ, matris noſtræ Confeſſor, Conſiliarius, familiaris fidelis noſter ſupplicavit humiliter, ut cum nonnulla bona ſtabilia dictæ ſuæ Scalenſis Eccleſiæ domus, utpote, apothecæ, & poſſeſſiones aliæ in dicta civitate Scalenſi, ejuſque pertinentiis poſita, per quam plures laicales privatas perſonas occupata teneantur illicitè, ſeu diſtractu revocari illa ad jus, & proprietatem ejuſdem Eccleſiæ benignius mandaremus. Nos autem, qui Eccleſias, & alia pialoca opportuni favoris præſidio libenter proſequimur ex affectu, ipſius Epiſcopi ſupplicationibus annuentes, de conſilio, & aſſenſu ejuſdem D. D. Sanciæ Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Reginæ reverendæ D. matris, adminiſtratricis, & gubernatricis noſtræ, & aliorum adminiſtratorum, & gubernatorum noſtrorum, volentes prius de prædictis plenius informari, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus expreſſè, quatenus ſtatim receptis præſentibus, de prædictis, per quandam diſcretivam indaginem, quæ judicialis ſtrepitus non requirat examen, diligenter informari procures per homines fide dignos, qui plenè inde ſcire valeant veritatem, ſub religione præſtandi prius per unumquemque ipſorum de veritate dicenda corporalis ad ſancta Dei Evangelia juramenti, & quicquid inde inveneris fideliter in ſcriptis redactum, ſub ſigillis, tuo, necnon Iudicis, & actorum Notarii deputatorum, tecum per Curiam noſtram culmini noſtro ſtudeas diſtinctè, & particulariter inſinuare, ut informatione ipſa habita ſuper prædictis providere conſultius valeamus, cautus, ne aliud, quam quod inde inveneris, & ſcripſeris, poſſit per alium ullo unquam tempore inveniri, cum tibi exinde totaliter incumbamus. Datum Neapoli per Adenulphum Cumanum de Neapol. &c. Anno Domini M CCCXLIII. die 20. Maii Indictione 1. Regnorum noſtrorum primo.*

Obiit Fr. Guillelmus anno 1349. Ejus meminit cum laude Vvaddingus tom. 3. Annal. Minorum.




XI. 11. Fr. JACOBUS Sazaliſita in Reg. Vat. fortè Serſali prænobili Surrentina familia Ordinis Prædicatorum alumnus, vir doctrina, & genere illuſtris, Clementi VI. charus, à quo Scalenſis Epiſcopus eligitur anno 1349. 9. Kalend. Julii. Nonnulla bona cum viro nobili Riccardo Trara commutat anno 1354. die 16. Aprilis.* Die verò 3. Menſis Julii Ind. 13. anno 1360. regnantibus Ludovico & Ioanna, in domibus dict. habitationis nobilis viri Colucii de Afflicto de Scalis, una cum dicto Colucio tamquam habente ius patronatus cum aliis ſuæ familiæ in Parochiali Eccleſia S. Catharinæ de dicta civitate Scalarum ſuum aſſenſum & conſenſum præſtat idem frater Jacobus Epiſcopus alienationi faciendæ per Rectores dictæ Eccleſiæ cu-

*Ex. Add. tom. 7.

A iuſdem territorii montuoſi. Hæc habet, ut ferunt, chartula membranea apud Colucii poſteros. Eo Præſule Cathedralem vetuſtate penè collapſam a fundamentis reædificare cœperunt nobiles, ac generoſi viri vetuſtiſſimæ familiæ Friſariæ. Iacobus verò liberalis in pauperes, ac Beatiſſimæ Virgini Deiparæ devotiſſimus cum plures annos Epiſcopale munus cum laude adminiſtraſset, exceſſit, cuius extrema memoria extat an. 1369. putatur tamen illum perveniſse ab Urbani VI. tempora, ſub quo & obiiſse. Sed hoc tempus, ac fortaſse vivente Jacobo, mirabile in hac urbe fecit, induciarum conventio inter Scalenſes, & Ravellenſes ſancita. Diſsenſionis cauſam non invenio, nec tabulæ docent, quas hic exhibeo ab exemplari, cum plurimum faciant ad ſtatum illius temporis in iis civitatibus agnoſcendum, quæ partes Ludovici Andegavenſis ſectabantur.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno ab Incarn. ejus 1388 regnante Sereniſſimo D. noſtro D. Ludovico II. Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Rege, Duce Apuliæ, Andegaviæ Provinciæ Foſcalquerii, Ceromaniæ, Pedemontis, & Bononiæ Comite, Regniorum verò ejus anno primo feliciter, Amen, die 20. menſ. Septembris 12. Indict. apud Scalas.* B

*Nos Andreucius de Afflicto Judex dictæ civitatis Scalarum Sergius de Amoruczo de Amalphia publicus ubilibet per Provincias Principatus ultra citraque Serras Montorii, Terræ Laboris, & Comitatus Moliſii Regia auctoritate Notarius, & teſtes ſubſcripti ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod Univerſitas nobilium, & popularium dictæ civitatis Scalarum ad vocem præconis more, & loco ſolitis in noſtri præſentia congregata pro certis ejuſdem Univerſitatis negotiis peragendis, dicta Univerſitas nobis expoſuit, quod pro bono pacis, ac pacifico Statu & tranquillo dictæ civitatis Scalarum, & civitatis Ravelli tractatæ ſunt inter dictas civitates treguæ infraſcriptæ promiſſæ firmiter ſervari inter dictas civitates* C *modo, & forma declaratis in Capitulis infraſcriptis inſertis in præſenti inſtrumento ſyndicatus. Quapropter dicta univerſitas, & homines univerſitatis ipſius, confiſi de fide, induſtria, & legalitate nobilium, & diſcretorum virorum Bernardi Spinæ, Judicis Lucii Traræ, Magiſtri Rogerii de Amato de Scalis, & Magiſtri Jacobi Caccabi habitatoris dictæ civitatis Scalarum ipſos præſentes, & quemlibet eorum in ſolidum conſtituerunt, fecerunt, & ordinaverunt eorum veros legitimos ſyndicos, & Nuncios ſpeciales ad conferendum ſe cum nobilibus ſapientibus, & diſcretis viris ſyndicis hominum dictæ civitatis Ravelli, & dictas treguas contentas in Capitulis infraſcriptis ſindicario nomine, & pro parte dictæ univerſitatis dictæ civitatis Scalarum, & hominum univerſitatis ipſius conveniendum, & promittendum dict. ſyndicis hominum dictæ civitatis Ravelli dictas treguas habere, tenere, & obſervare ratas, & firmas hinc per totum men. Martii proximi venturi præſentis duodecimæ In-* D *dictionis, & in nullo contrafacere, vel venire, aliqua ratione, vel cauſa, & dictam univerſitatem dictæ civitatis Scalarum, & homines univerſitatis ipſius, & bona eorum propterea obligandum dict. ſyndicis Ravelli juxta contentam ſeriem dictorum Capitulorum ſub pœna unciarum auri ducentarum, & inſtrumentum eiſdem ſyndicis Ravelli exinde fieri faciendum, & rogandum juxta conſilium ſapientis. Inſuper & ad recipiendum ſyndicario nomine quo ſupra à dict. ſyndicis Ravelli, & ab eis ſolemniter ſtipulandum dictas treguas contentas in eiſdem infraſcriptis Capitulis dictam univerſitatem, & homines dictæ univerſitatis Ravelli hinc per totum prædictum menſ. Martii præſentis duodecimæ Indict. habere, tenere, & obſervare ratas, gratas, & firmas, & in nullo contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa, & quod propterea dicti ſyndici Ravelli obligabunt dictam univerſitatem Ravelli, & homines ejuſdem univerſitatis, & bona eorum omnia dict. ſyndicis dictæ civi-*

*A nitis Scalarum ad ſimilem pœnam prædictam dictarum unciarum auri ducentarum, & inſtrumentum ab eiſdem ſyndicis Ravelli exinde recipiendum, & fieri rogandum juxtà conſilium ſapientis, dantes, & concedentes dicta univerſitas, & homines dictæ univerſitatis dictæ civitatis Scalarum dictis eorum ſyndicis, & nunciis ſpecialibus eorum & cuilibet eorum in ſolidum plenariam liberam generalem poteſtatem, & ſpeciale mandatum prædicta omnia, & ſingula faciendi, & gerendi ſindicario nomine quo ſupra ſuper prædictis, & quolibet prædictorum. Tenor verò eorundem ſubſcriptorum Capitulorum talis eſt. Pacta treguæ fiendæ Domino concedente inter homines civitatis Ravelli, & homines civitatis Scalarum. In primis pro tregua ipſa ſervanda promittunt univerſi, & ſinguli homines civitatis Scalarum univerſis, & ſingulis hominibus Ravelli, & univerſi, & ſinguli homines Ravelli promittunt univerſis, & ſingulis hominibus Scalarum tempore treguæ jamdictæ perdurante una pars alteri per ſe ipſos, vel per interpoſitas gentes tacitè, vel expreſsè verbo, vel facto* B *territorio, & extra territorium eorum quomodolibet guerram, ſeu brigam non movere nec facere in perſonis ac in ipſorum bona deprædationes, & dapna aliqua inferre, ac inferri facere ut ſupra. Item promittunt dictæ partes una pars alteri in caſu quo aliqua gens armigera veniret contra unum ipſarum partium pars inlæſa non valeat nec debeat præſtare nec dare eis auxilium, conſilium, favorem, nec ipſos receptare, immo teneantur, cum ad ipſius notitiam pervenerit, ſtatim notificare alteri parti contra quam veniret, ad oſtendendum. Item promittunt dictæ ambæ partes, una pars alteri, quod pro quavis aliqua cauſa non accedere ad territorium alterius niſi cauſa itineris itinerando nullam proinde moram faciendo diſcurriſſet per ſtratam ſive viam, & ſi fortè aliquis vel aliqui de Scalis vellet, ſeu vellent accedere pro quavis cauſa ad territorium Ravelli, non poſſint nec valeant ſine conſenſu, & voluntate Rectorum, & Gubernatorum civitatis Ravelli, & è converſo ſi aliquis,* C *vel aliqui Ravellenſes vellet, ſeu vellent accedere pro quavis cauſa ad territorium Scalarum non poſſint nec valeant ſine conſenſu, & voluntate Rectorum, & Gubernatorum civitatis Scalarum. Item promittunt dictæ partes una pars alteri ſi fortè contigerit durante tempore treguæ aliquem, vel aliquos ipſarum partium capitula ipſa, ſive pacta non ſervare, quod tregua ipſa jam pro tanto non rumpatur, imo firma, & in ſuo robore permaneat, ita tamen quod delinquentes, & delicta puniantur modo ſubſcripto. Si verò aliquis, vel aliqui ipſarum partium contra pacta ſive capitula prædicta in perſona, vel rebus crimen committeret, ubi veniret imponenda pœna corporalis, tunc per ipſorum officiales procedatur contra eum juſtitia mediante, ac ſi commiſiſſet in perſonam alterius, & terram partis propriæ ſuæ. Si verò rapina, furtum, ſive damnum committatur per aliquem, vel aliquos partium ipſarum parti læſæ reſtituant ablata, ac dapna commiſſa infra dies decem a die certificationis, & ſi infra illos decem dies* D *a die requiſitionis non reſtituerent ablata, ac dapna emendarent, tranſacto illo termino decem dierum pars lædens parti læſæ teneatur ad illud ablatum nomine ſortis, & nomine pœnæ ad aliud tantumdem, & ſingulis decem diebus ſi contrafecerint multiplicetur pœna ut ſupra. Si verò committant alia leviora delicta, imponatur pœna arbitrio, & proviſioni Rectorum, & Gubernatorum ipſarum terrarum. Item quod tregua ipſa firmiter, & pro firma ipſarum terrarum Ravelli, & Scalarum habeatur inter homines, & per homines a die confirmationis pactorum, ut ſupra. Item ſi forsè infra tempus prædictæ treguæ proceſſerit de mandato dicti Sereniſſimi D. Regis Ludovici, ſeu ipſius officialium facto hominibus civitatis Scalarum, ſeu univerſitatis ipſius quod tregua ipſa rumpatur, quod homines dictæ civitatis Scalarum teneantur, & debeant notificare præd. hominibus, ſeu Rectoribus civitatis Ravelli ante dies octo quam tregua ipſa rumpatur, & infrà ipſos octo*

A *dies tregua ipſa remaneat firma prout antea erat, & è converſo ſi de mandato dominorum hominum d. civitatis Ravelli facto hominibus, ſeu univerſitati civitatis Ravelli proceſſerit, quod tregua dicta rumpatur, quod homines dictæ civitatis Ravelli teneant, & debeant notificare hominibus univerſitatis Scalarum, ſeu eorum Rectoribus ante octo dies quam tregua ipſa rumpatur, & infra ipſos octo dies tregua ipſa remaneat firma prout erat. Hæc omnia ſupradicta pro tregua ipſa ſervanda, & non contraveniendo promittunt dictæ ambæ partes, una pars alteri ſub pura, & bona earum fide, ac ſacramento ſubſcriptionibus, & ſigillis nonnullorum ſervare prædicta capitula, & ſpecialiter, & ſignanter D. Antonius de Aſflicto legum doctor promittit prædicta proprio, & principali nomine, & alias in quantum ad eum ſpectat, & pertinet, ac curare, & facere cum effectu ſervari facere, alias in caſu contrario teneantur tam dicti homines dictarum civitatum Ravelli, & Scalarum, quam prædictus D. Antonius de fide rupta, & verbo mentito. Promittentes,* B *& obligantes ſe ſollemniter dicta univerſitas, & homines univerſitatis ipſius in prædicto Notarii publico ſcripto pro parte, cujus, vel quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit ad dictam pœnam dictarum unciarum auri ducentarum prędictus treguas contentas in dictis Capitulis, & eadem capitula tenere, & firmiter obſervare juxta tenorem, & ſeriem ipſorum capitulorum prout in eiſdem capitulis declaratur. Ut autem de præſenti ſindicatu a nemine dubitetur hoc præſens ſcriptum publici ſindicatus dicta univerſitas, & homines univerſitatis ipſius exinde fieri rogaverunt per manus mei prædicti Notarii ſigno meo ſignatum ſubſcriptione mei qui ſupra Judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum quo ſcripſi ego, &c.*

† *Andreuctus de Aſflicto Judex Scalarum.*
† *Colucius Suanella.*
† *. . . . de Aſflicto.*
† *Julianus de Ronito.*
† *Judex Lucius Truru.*
C † *Joannes de Bonito.*

*Die 8. menſ. Octobris XII. Indict. apud Scalas in loco, ubi dicitur ad Flumen, quod flumen dividit territorium civitatis Scalarum à territorio civitatis Ravelli, & in eodem loco ſubſcripti Sindici Ravelli videlicet . . . . Rufulus Nicolaus de Fuſco, Laurentius Sabatinus, & Matthæus de Alfano præſentaverunt eorum inſtrumentum ſubſcriptis ſindicis Scalarum videlicet Bernardo Spinæ, Judici Luczio, & Magiſtro Rogerio, quod inſtrumentum dicti ſindicatus confectum eſt ſub ann. Domini 1388 die 25. menſis Septembris XII. Indictionis apud Ravellum ſcriptum per manus Notarii Marini de Furno de Ravello Notarii publici; & ſubſcriptum per Cobellum Rufulum Judicem dictæ civitatis Ravelli, & per alios teſtes in eodem inſtrumento ſubſcriptos, & è converſo ipſi ſindici civitatis Scalarum præſentaverunt eorum inſtrumentum ſindicatus ipſi ſindicis Ravelli, quas treguas ipſi ſindici promiſerunt ad invicem ſervare, & attendere obligantes ſe, ut in dictis inſtrumentis* D *continetur &c.*

12 Fr. GUILLELMUS a quidam à Clemente VII. Antipapa Scalenſis Epiſcopus creatus in hanc Eccleſiam ſe intruſit, ac fere pacifice per annos plurimos ſe geſſit, cujus memoria in monumentis ejuſdem Eccleſiæ extat uſque ad annum 1395. quo die 18. Feb. quædam bona majoris Eccleſiæ commutavit. („ *& anno 1397. teſtis interfuit teſtamen-„ to Jo: de Murdio Cardinalis, quod refertur à Ba-„ luzio in vitis Pap. Aven. tom. 2. p. 1090.*)

a Dubitandus, ut intruſus.

13 ANDREAS Scalenſis Epiſcopus renunciatus eſt. Solitum ſubſidium ſolvit ſacro Collegio ſub Bonifacio IX. an. 1390. Januario menſe, ut in lib. Oblig. forte ab Urbano VI. legitimè ad hanc Eccleſiam vocatus. Adverſarii potentia delati muneris poſſeſſionem neque vacuam nactus eſt, neque integram habuit. („ *Ad Ravellenſem tranſlatus eſt „ 4. Kal. Junii 1397.*) XII.


14 PETRUS ſucceſsit Andreæ, quem Bonifa- XIII

cius

cius IX.ad Termulenſem Eccleſiam tranſtulit anno 1396. Kalen. Decembris ex eodem Oblig. lib. A

XIV. 15 Fr.PETRUS, vel Petruccius de Pennis Ord. Prædicatorum electus a Bonifacio IX.eodem anno, ac die quo Petrus anteceſſor ad Termulanam Eccleſiam fuit translatus. Mortuus eſt anno 1418.vir magnæ exiſtimationis fuit apud Ladislaum Regem, & Leonardum de Afflicto Regni Siciliæ citra Farum, magnum Cancellarium, & Vicarium. * Hic anno 1400.Parochiales Eccleſias Scalarum urbis, quæ tunc triginta erant ad decem & octo reduxit. Et anno 1407. die 1. Septemb. ad præſentationem Nardi, Matthæi, Jacobi, Nicolai, & aliorum nobilium de Afflictis patronorum Eccleſiæ S. Mariæ de Lama, Parochialem Rectorem ibidem inſtituit Presbyterum Ammirutium de Cornato, ut legitur in Petri Epiſcopi documento, cujus exemplar extat apud Afflictos.

* Ex Add. tom.7.



B

XV. 16 NATALIS Maſtini ac Cyprianæ Lippi de Afflictis filius, natus ipſa die Natalis Domini, Natalis à parentibus inde appellatus, ex Abbate, & Archidiacono Scalenſi 9. Kalen. Decembris 1418. juſſu Martini V. Pontificis Maximi Scalenſis Eccleſiæ poſſeſſionem apprehendit. Sub Eugenio IV. Juriſprudentiæ inſignis Doctor, ac rebus gerendis præcipua dexteritate notus, Salernitanæ Eccleſiæ Vicarius fuit, ab Alfonſo Rege expetitus diu adminiſtravit. Scalenſem Eccleſiam, non minus verbis quam exemplis per triginta annos optime rexit; obiit omnibus charus anno 1451.*a* fuitque ſepultus in ara ſancti Pauli Apoſtoli à ſe conſtructa in Cathedrali inter altare maximũ,& ſacellum ſuæ familiæ. C


*a* 1450.

XVI. 17 Fr EVANGELISTA Firiolus de Amalphia Ord. Cruciferorum hoſpitalis S.Mariæ Commendatarius ſucceſſit Natali 2.Kal.Auguſti 1450.exceſſit an 1465.



XVII. 18 MATTHÆUS de Dote Amalphitanus Vitelli, & Margaritellæ Vitulæ filius, ex Archidiacono, & Vicario Amalphitano Epiſcopus Scalenſis eligitur ann. 1465. Archiepiſcopi Neapolitani aliquando Vicarium egit. Vixit ſumma cum ſui nominis fama ad annum uſque 1499.quo die 4.menſis Novemb.aliqua bona Capitulo Scalenſi legavit, ut in die obitus ejus anniverſarium celebraretur, & qualibet hebdomada in die Dominico in majori altari Cathedralis Miſſa de ſancto Laurentio ejus Patrono decantaretur, pauloque poſt ultimum ſuum diem clauſit, ſepultuſque in Amalphitana Metropoli ſub teſtudine antiquæ Eccleſiæ cum hac inſcriptione.

*Hic Reverendus Matthæus Dotius Amalphitanus, Epiſcopus Scalenſis, Decretorum Doctor, Vicarius Neapolitanus obiit anno Domini M.CCCC. LXXXXIX.*



19 JACOBUS Piſanellus, Amalphitanus, Galeoti, & Franciſchellæ Paulillæ filius, ex Archidiacono Scalenſi, ac S. Tryphonis Ravelli Commendatarius ad hanc dignitatem vocatus eſt die 13. Januarii, anno 1500.magnæ virtutis Præſul præfuit annis 11. fato functus anno 1511. Neapoli jacet in Eccleſia ſancti Laurentii, ubi hæc inſcriptio. XVIII

D. O. M.

*Reverend. Jacobo Piſanello Epiſcopo Scalen. Vitus Piſanellus patruo optimo P. Vixit ann.lxxii. Devixit an.ſal. M. DXIV.*

20 FERDINANDUS de Caſtro Hiſpanus, patria Cordubenſis, electus die 17. Septembris 1511. interfuit Concilio Lateranenſi ſub Julio II. Epiſcopatu ſe abdicavit anno 1515. Leone X. Pontifice. XIX.

21 BALTHASSAR del Rio Hiſpanus poſſeſſionem Scalenſis Epiſcopatus adeptus eſt 22. Octobris 1515. quo Præſule Scala peſte laboravit; ſub Clemente VII. anno 1530. Urbis fuit Gubernator, & poſtquam in hac Eccleſia ſediſset annis 24. Romæ vitam cum morte commutavit 1540. ſepultus in Eccleſia ſancti Jacobi Hiſpanorum, eodem in tumulo, ubi Franciſ. ejus germanus frater funeratus fuerat, conditus eſt, in eoque legitur hæc ſemieſa inſcriptio. XX

*Balthaſar Epiſcopus Scalen. Archidiac. & Canonic in Eccleſia Hiſpalenſi. Fr. Genuino germano B. M. P. mœrens. Qui ut cum illo ſimul in lucem venerat in una cum eo . . .*

22 LUDOVICUS Vanninus *a* de Theodolis, Forolivienſis, Canonicus Regularis Congregationis s. Salvatoris, vir doctus, ac nobilis, hujus Eccleſiæ Præſul adlectus eſt à Paulo III. anno 1541. die 19. Januarii. Septem omnino annis præfuit, translatuſque eſt ad Eccleſiam Bertinorienſem, de quo vide quæ diximus in noſtro 2. tomo, dum de Epiſcopis illius Eccleſiæ egimus. XXI.

*a* De eo Bonolus in hiſt Foroliv. p. 317. Mandoſ.



23 Fr. GASPAR de Foſſa Cuſentinus Ord. s. Franciſci de Paula, vir doctiſsimus, morum puritate, & prudentia clarus, olim ſui Ord. Generalis, XXII.

Scalenſem Eccleſiam aſſequitur anno 1548.*a* trans- A
latus deinde ad Calvenſem, poſtea ad Cuſentinam
Metropolim, de quo ibi.

*a Die 19. Maii.*

XXIII 24 Fr. ALPHONSUS Romero Hiſpanus Ord. Minorum electus die 10. Julii 1551. nondum anno elapſo ex alba mula ita corruit, ut attrito terræ capite, inter paucos dies expiraverit, & in Cathedrali humatus ſit.

XXIV 25 Fr. CONSTANTINUS Veltronius, Hetruſcus de Monte-Sancti-Sabini, Ordinis Eremitarum *b* s. Auguſtini, eximius ſacræ Theologiæ Doctor, fit Epiſcopus hujus Sedis 27. Aprilis 1552. cumque vigintiquinque annis Pontificium munus in hac Eccleſia geſsiſset à Gregorio XIII. ad Cortonenſem traducitur.

*b De quo Fortunius in Chron. Montis S. Sabini p.61. Mandoſ.*

XXV 26 Fr. FELICIANUS Niguarda, Comenſis, Ord. Prædicatorum inſignis Theologus, qui tractatum edidit de Cenſuris, ſubrogatur Conſtantino anno 1577. translatus ad S. Agathæ Gothorum, mox ad Comenſem Eccleſiam traducitur an. 1583. vide 5. tom. in Epiſcopis ejus urbis. Ejus tempori- B
bus, eoque deprecante indulſit Gregorius XIII. omnibus ad Altare Nominis JESU in Scalenſi Cathedrali celebrantibus, unius animæ à pœnis Purgatorii liberationem. ad cujus rei memoriam, Confratres ſocietatis ibidem inſtitutæ titulum erexerunt in marmore exaratum.

Ad perpetuam rei memoriam.

*Gregorius XIII. Pont. Max. An. Domini M. DLXXVIII. Idibus Maji, Pontif. ſui an. 6. procurante Reverendiſſ. D. D. Feliciano Niguarda hujus civitatis Epiſcopo conceſſit perpetuo, ut quoties Miſſa celebraretur ad altare hoc ſanctiſſ. Nominis JESU. poſtea à Reverend. D D. Franciſco Benio itidem Scalarum Epiſc. conſecratum, & dicatum an. MDCII die xxi. Aprilis, toties de Theſauro Eccleſiæ anima fidelis à pœnis Purgatorii liberaretur Theſaurarius, & Magiſtri hujus ſacræ Confraternit. monumentum hoc pium incidi curarunt.*

Alia in eadem Eccleſia Cathedrali ſub ſuggeſtu C
legitur memoria.

*Ex Paroch. omnium Sanctorum nobilium de Coppulis patronata antiquitatis eorum nobilitatis, & opulentiæ monimentum, nunc vero collapſa D. Florianus Epiſcopus Scalen Pulpitum hoc Doctoris H.S. impenſis ornatus ergò transferendum curavit. Anno Domini M DIIIC.*

XXVI 27 FRANCISCUS de Afflicto, Scalenſis, Vincentii ac Aureliæ Gallardæ Cavenſis filius. vir clariſsimus genere & doctrina, U. J. ac Sacræ Theologiæ laureatus. Scalenſis Eccl. Proepiſcopus fuit. Mox florente ætate a Gregorio XIII. Pont. Max. Epiſcopus inſtitutus eſt die 27. Julii 1583. ſtatim atque poſseſsionem adeptus eſt. majorum virtutis ac integritatis hæres Eccleſiaſticam diſciplinam collapſam mirificè reſtituit: luſtrata diœceſi decreta ſaluberrima edidit. Plura ſimplicia beneficia Capitulo perpetua unione connexuit, ut divinum pen- D
ſum quotidie a Presbyteris perſolveretur. Archivium in Epiſcopio erexit, ac Cathedralem exornavit. Populum ſibi commiſsum verbo & exemplo pavit, erga Deiparam Virginem ita amore flagravit, ut legata pecunia ſtatuerit ſingulis diebus ſolemnia B. Virginis antecedentibus, poſt veſperas per Capitulum Salve Regina, piam Antiphonam decantari. S. Pauli ſacellum, quod Natalis Epiſcopus ædificaverat magnificentius exornari mandavit. In quo moriens eodem tumulo una cum oſſibus Natalis ſepeliri voluit, die 11. Octob. 1593. viſuntur ſupra tumulum marmoreum Natalis & Franciſci ad vivum depictæ imagines, & hæc verba inciſa.

*Admodum Illuſt. & Reverendiſſ. D Franciſcus de Afflicto Epiſc. Scalen. mandavit. Illuſtriſſ. D. Cæſar. Alexander J. U Doctores, & Aſcanius de Afflicto fratres concordiſsimi fieri curarunt Obiit die xi. m. Octobris M D. LXXXXIII. Ejus oſſa, ac quondam Reverendiſſ. Natalis de Afflicto Epiſcopi Scalen. hic de ejus mandato jacent, condita & repoſita die x. Martii. M. D. LXXXXVI. Eorum animæ requieſcant in pace.*

In ſacello verò ſanctæ Mariæ de Afflictis ſub inſigniis ejus gentis hæc carmina leguntur ad parietes penicillo conſcripta.


*Quæ deſcripta vides hic ſtemmata clara viator*
*Franciſci Afflicti ſunt iſta inſignia magni,*
*Vincentio geniti Scalenſis Præſulis almi.*
*Majorem Eccleſiam hic multum ditavit, & auxit*
*Redditibus, Doctorque fuit præclarus utroque*
*Jure, atque in ſacra Bibliorum lege ſublimis.*
*At magis excelſus nunc alto ſplendet Olympo.*
*Domini Dignitates, & Canonici R. Capituli Paſtori optimo Patritio, & concivi ſuo mœſtiſſimi poſuere. Anno M. D. LXXXXIII.*

At de gente Afflicta videndus Mazzella de Nobilibus Neap. familiis, de qua etiam plura leges in noſtro 2. tom. in Epiſc Foropopilienſibus in Urſo Afflicto ejus urbis Epiſcopo pag. 656. Hanc familiam vetuſtate, & tot clariſſimis viris inſignem à D. Euſtachio invictiſſimo Romano martyre cruciatibus afflicto originem, & cognomen traxiſse ſcribunt Freccia de Subſeudis, idemque Mazzella in ſedili Nidi Neap. deſcriptione.

28 Fr. JOANNES BAPTISTA Serignanus, ex oppido S. Severini Salernitanæ diœceſis, Ord. Prædicatorum, Philoſophus ac Theologus inſignis a Clemente VIII. creatur Epiſcopus 7. Januarii 1594. ſub quo Scalenſi Eccleſiæ omnia proſpera, ac ſtatum tranquillum ſperare licebat. Sed atra mors, & immatura omnium fruſtravit deſiderium, eodem quippe anno menſ. Octobr. ex hac vita diſceſſit ſepultus in Eccleſia Conventus Roſarii, ſed paulo poſt furtim a nepotibus ſuis ſublatum cadaver in patriam delatum conditur in Eccleſia S. Joannis ad Palcum Ord. Prædicatorum. XXVII.

29 FLORIANUS Nanni, *c* Franciſci filius, de Caſtro-Morii Bononienſis ditionis, Canonicus Regularis Lateran. vir doctus & eruditus, ac Concionator inſignis, ad hanc Eccleſiam evehitur a Clemente VIII. ann. 1594. 7. Novembris. Sedit laudabiliter annis quatuor. Bononiæ obiit die 19. Septembris 1598. ſepultus in Eccleſia ſui Ordinis S. Joannis in monte. Plura reliquit ſuæ pietatis monumenta in Cathedrali, quam mirifice ſacra ſupellectili ornavit. Scripſit, ediditque, Pennotto teſte, Commentaria in Geneſim ſub titulo Catenę argenteę lib. 1. Item in Exodum, Leviticum, Numeros, ac Deuteronom. dilucidationes Theorematum Theologic aliaque. XXVIII.

*c De eo Roſinus in Lyceo Lateran. t.2. p 105. & Pennottus in hiſt. Tripart. l. 3. p. —. qui obiiſſe Florianum an. 1596. perperam affirmat. Mandoſ.*



30 Fr. FRANCISCUS Bennius, Matthęi Antonii de Butrio filius, Bononienſis territorii, Ord. Servorum, doctrina, & pietate inſignis ſucceſſit Floriano an. 1598. 28. *d* Novēb. eoq; Præſule Ravellen. Eccleſia per Clementem VIII. perpetuo unita eſt cum Scalenſi, die 31. Julii 1603. hac ſcilicet conditione, ut Ravellenſis Apoſtolicę Sedi ſubiiceretur; ut verò Scalenſis Pręſul Amalphitano Archiep. ſubeſset. Fuit aliquando Saltzburgenſis Archiep. in Germania ſuffraganeus, cujus cum honore meminit XXIX

*d 25. Novemb.*

Gla-

Gianius in Annal. Servorum. Obiit pius Paſtor 19. Januarii 1617. Eius ſepulchro in Cathedrali Scalenſi Eccleſia inſcriptum eſt hoc epitaphium: A

*D. O. M.*

*Condita marmorea Franciſci hac lector in urna*
*Nomine, qui generis Benujus, oſſa manent,*
*Hic pietate ſimul doctriua, ac moribus annos*
*Præfuit Antiſtes, clarus ubique tamen,*
*Tres prius & Scalis, bis ſeptem deinde Ravelli*
*Nunc tater fulget clarior aſtra Poli.*
*Obiit die xix. menſ. Januarii anno Dom.*
*M. DC. XVII.*



XXX 31 Fr. MICHAEL Bonſius, Florentinus Romæ natus, Ordin. Minorum Strictioris Obſervantiæ, ex Pœnitentiario Baſilicæ Lateranenſis à Paulo V. Scalenſis, & Ravellenſis Epiſcop. eſt declaratus die 13. Martii anno 1617. Obiit 1623. quem ex incogitantia typographi in prim. tom. inter Epiſcopos Ravellen. Boſiæ familiæ Romanæ adſcripſere, cum ille ex Bonſia nobili gente Florentina natus fuerit, ex qua Joannes Baptiſta ſub Paulo V. Cardinalis, aliique digniſſimi in Gallia, Italiaque Præſules floruerunt. C

XXXI 32 HONUPHRIUS Verme, Siculus Panormitanus, aliis ex Mazara civitate die 29. Julii anno 1624. harum Eccleſiarum Præſul creatus, apud Taurinum obiit anno 1637. ibidem ſepultus.

XXXII. 33 COELESTINUS Puccitellus, Picenus, ex civitate S. Severini Clericus Regularis S. Pauli, vir omni eruditione illuſtris, in gratiam Poloniæ Regis, cuius in paucis charus erat, Epiſcopus ab Urbano VIII. eligitur die 13. Auguſti 1637. mortem oppetiit in patria ſua die 14. Septemb. 1641. ibi ſepultus iacet in Eccleſia apud ſuæ Congregationis



Patres, ubi Regularem habitum ſumpſerat, hac ad tumulum proloquente inſcriptione.

*D. O. M.*

B *Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Cœleſtinus Puccitellus Septempedanus poſt varia eloquentiæ, virtutis, ac prudentiæ argumenta non exigua, poſt varias Præpoſituras laudabiliter geſtas in Congreg. Cleric. Reg. S. Pauli, cui ab adoleſcentia nomen dederat, ab Urbano VIII Pont. Opt. Max. ad Ravellen. & Scalen. Epiſcop. aſſumptus, ac illarum gentium æſtimationem & amorem egregiis virtutibus promeritus, ſpiritum quem debebat naturæ reddidit Patriæ ante ipſam Aram Virginis ſepultus eſt, ubi religioſæ vocationis primum lumen acceperat. Vixit ann. LI. Obiit die xiv. Sept. M.DC.XXXXI. Virgilius & Rutilius Puccitelli fratres mœſtiſſimi Monumentum hoc poſuere.*

XXIII. 34. BERNARDINUS Pannicola ex caſtro Monticelli Tiburtinæ diœceſis I. U. D. (non tamen publicus interpres Romanæ Academiæ, ut ex lapſu memoriæ ſcripſimus in Epiſc. Ravellenſibus) ab Urbano VIII. ad has Eccleſias regendas præficitur die 15. Decembris 1642. vivit adhuc.

*ADDITIO.*

*(„ Deceſſit Bernardinus an. 1666.*
XXIV. *„ JOSEPH Sagetius, ut diximus in 1. tomo in Ravellenſibus, Pannicolæ ſucceſſit 16. Martii 1667.*
XXV. *„ ALOYSIUS de Capua Sagetio Kal. Martii 1694. „ translatus ad Eccleſiam Gravinen. 14. Dec. 1705.*
XXVI. *„ NICOLAUS Rocco Aloyſio de Capua 22. Febr. „ 1706. translatus ad Caſſanenſem 1707.*
XXVII *„ Fr. JOSEPH Maria Perrimezzi Rocco 11. Aprilis 1707. translatus ad Oppidenſem 1714.*
XXVIII *„ NICOLAUS Guerrero, Policaſtrenſis, J. U. D. „ & pauperum advocatus Nunciaturæ Apoſtolicæ in „ urbe Neapolitana, cum aliàs in Caputaquenſi Civitate Vicarius Apoſtolicus extitiſſet, deinde hac „ in cathedra ſedere juſſus eſt 6. Aprilis 1718.)*

*-ſ-*
*, ac*
*urrit*
*as lapi-*
*citer 16.*
*ffert qua-*
*tumais, ad*
*ratis item con-*
*a, ex qua veluti*
*res populo diebus*
*ſtum in alto latere*
*conſpicitur, quatuor*
*oſitum, ubi legitur :*
*SALERNITANUS*
*CEPIT FIERI HOC*
*pli chorus quadrilaterus*
*ompactus, & muſivi pavi-*
*, & ſedentes Clerici omnes, &*
*ue Canonicus horas de more con-*
*tare inaiſtrant. Conſtat autem uni-*
*eſiæ Capitulum, ex Arch diacono,*

# SALERNITANA METROPOLIS,

## Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopi
- Acemenſis.
- Campanienſis.
- Caput-Aquenſis.
- Marſicenſis, ſeu Marſicanus, cui eſt unitus Grumentinus.
- Nucerinen.
- Nuſcanen.
- Policaſtrenſis.
- Sarnenſis.



INTER Minervæ Promontorium, ac Silarim amnem ad montis Boni radices ſita eſt nobilis, ac pervetuſta Salerni civitas, Picentinorum Metropolis, & caput in Citeriori (ut vocant) Principatu à Neapoli in Eurum 30. m.p. quot à Benevento in Auſtrum. & Caput-Aquarum; ab Amalphi in Ortum 15. à Nola in Meridiem 22. recedens. Aliqui fabulis annuentes, Sem Noe filium, Salerni authorem faciunt, & ex aliqua affinitate nominis Salernum denominatum: alii à Sale, Elernoque fluviolis nuncupatum volunt. Ejus verò antiquitas, & fama ex eo colligi poteſt, quod Cicero, Livius, Lucanus, Strabo, Sillus Italicus, Plinius, & Appianus de illo mentionem faciunt. Paulo ante ſupra mare urbem hanc olim fuiſſe innuit Strabo, nunc in amœno colle ſita eſt, propendens potius, quam in latum protenſa. Mœnia ab Auſtro mare habet, ab Aquilone montes. Quondam fuit munitione Romanorum celebris Colonia, qui eam Picenatibus, & Lucanis ob initam cum Annibale ſocietatem oppoſuerunt. Clara etiam poſterioribus ſeculis ædificiorum, incolarum nobilitate, ſolique ubertate, hinc Guillelmus Apulienſis lib. 2. Rerum Normannicarum.

*Urbis Latii non eſt hac dulcioſior urbe*
*Frugibus, arboribus, vinoque redundat & unda:*
*Non ibi poma, nuces, non pulchra palatia deſunt,*
*Non ſpecies muliebris abeſt, probitaſque virorum:*
*Altera planitiem pars obtinet, altera montem,*
*Et quodcunque velis terrave, marive miniſtrant.*

Sed ſchola Medicinæ, & Academia Salernitana in primis Illuſtris, adeoque, ut inde hæc ipſa civitas fons medicinæ diceretur: nec omittam quod per ſecula multa proprios Principes habuit: etenim quandiu fortuna, & majeſtas Romani nominis ſtetit, in ejus fide conſtanter fuit, qua inclinante, Longobardos, Normannos, Svevos, Francos, Hiſpanoſque, qui nunc feliciter regnant, habuit Principes. Primus poſt diviſionem, anno 839. Longobardis Princeps fuit Siconulphus Sicardi Beneventi Principis frater. Secundus Sico ejus filius. III. Radelchis Siconis frater. IV. Adelchis Siconulphi item filius V. Ademarius Petri filius à Ludovico II. Imperatore fit Salerni Princeps anno 852. Poſt hunc Daupherius cognomento Balbus; ſeu Mutus Majonis filius, Siconulphi affinis, qui obiit anno 861. Guaipherius Daupherii filius VII. Princeps ſucceſſit patri eodem anno, Monachus obiit Caſinenſis cęnobii anno 880. Guaimarius primus. VIII. Princeps ab anno 880. ad 901. quo ſe abicavit. IX. Guaimarius ſecundus Guaimari filius patri ſucceſſit, regnavit ad annum uſque 933. Giſulphus Primus Guaimarii filius ætate triennis X. ſalutatus eſt Princeps anno 933. varia fortuna Principatum geſſit ad annum uſque 983. Joannes à Giſulpho adoptatus eſt; XI. Princeps Salernitanus anno 983. obiit an. 994. Guaimarius III. Princeps XII. major dictus ad diſcrimen minoris Guaimarii filii ejus, ſucceſſit Giſulpho, exceſſit a. 1031. Guaimarius Junior hujus nominis IV. patri ſucceſſit, occiſus eſt anno 1051. Amalphitanorum, ſuorumque cognatorum, & Salernitanorum quorundam conjuratione XII. Joannes Guaimarii filius, cum patre regnavit ab anno 1038. ad annum 1042. quo obiit ſuperſtite Patre. Giſulphus XV. & ultimus Princeps è Longobardis cum patre Guaimario ab anno 1042 ad an. 1052. ſedit ſolus ad annum uſque 1075. quo a Roberto Guiſcardo Apuliæ Duce ejus cognato eſt Principatu dejectus, ſeque recepit apud Gregorium VII. Papam, à quo in Romana Campania conceſſa eſt quædam regio, ut Guillelmus Apulienſis ſcribit l. 3. Robertus Normannus XVI. Princeps

Salerni fuit ab an. 1075. uſque ad annum 1085. Rogerius Roberti filius an. 1085. Salerni XVII. Princeps fuit. Villelmus Rogerii filius ſucceſſit XVIII. Princeps anno 4. defunctus 1127. cui XIX. ſucceſſit Princeps Rogerus ejus patruus Siciliæ Comes, ac primus, deinde utriuſque Siciliæ Rex, ſicque Salerni Principatus, ac titulus ad Reges pervenit, qui deinde per Reges cœpit ad inferiores Dynaſtas transferri. Etenim Jordano Columnæ, poſtea Sanſeverinatibus ſubjecta Principatus titulo donata, & Salerni Principes totius Regni Principum nobiliſſimi, potentiſſimi, qui ſunt habiti, & qui initio Reges erant, cum ex alterius nutu' non penderent, & Principis nomen ipſorum proprium, atque peculiare eſset, quod exinde poſtea ad alios etiã Regni proceres fuit translatum. Nunc ea civitas Principis rebellione Regiæ Cameræ adjuncta, Regiæ item audientiæ, & Præſidialis ſedes eſt, binis per annum nundinis Majo, & Septembri menſe celebrata. Igitur Salerni civitas vetuſtate, & nobilitate cum in primis hujus Regionis illuſtris recenſeatur; tum Chriſtianæ Religionis obſervantia, Præſulumque dignitate, atque in Deum pietate; anteferri ſanè ſibi nulla Ædium ſacrarum, cœnobiorumque numero, ne conſerri quidem facile poterit. Rectè meo judicio ſenſerunt qui ſacra Chriſti, vel ab ipſis Apoſtolis, vel ab eorum diſcipulis ſuſcepiſse Salernum, & proprios priſcis illis temporibus habuiſse paſtores arbitrati ſunt, quorum memoria non extat; Salernitana Eccleſia nobiliſſima, & vetuſta eſt, ab anno Domini quingenteſimo, ex quo tempore in hodiernum diem, ſpatio ſcilicet annorum mille & quinquaginta, novem ſupra octuaginta Præſules numerantur, quorum triginta tres fuere Epiſcopi, & 56. Archiepiſcopi. Ex Epiſcopis ſex inter Sanctos adſcripti, nempe Donatus, Gramatius, Gaudioſus, Verus, Euſtaſius, & Valentinianus, quorum corpora in majori Baſilica requieſcunt. Metropolitana dignitate exornata fuit anno ſalutis 984. à Benedicto VII. Papa, fuitque ab initio, non in ſpiritualibus tantum, verum etiam in temporalibus urbis domina, quod eſt ſummæ dignitatis indicium. cui fuere plures attributi Epiſcopi ſuffraganei: ex his hodie ſuperſunt Acernen. Campanien. Caputaquen. Marſicen Nucerin. Nuſcan. Policaſtren. & Sarnen. Peſtanus cum Caputaquenſi unitus eſt, Melphitan. & Biſinian. exempti, & Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjecti ſunt. Nolan. attributus eſt Neapolitano Archiepiſcopo ſuffraganeus. Cuſentinus. Compſanus, & Acheruntinus ex ſuffraganeis, Metropolitani evaſerunt, & Salernitanum Archiepiſcopum tanquam primatem ſuum juſſi ſunt aliquando ab Urbano II. venerari. Metropolitana Baſilica in ſpecioſo loco civitatis auguſtiſſima, & magnificentiſſima erecta olim ſub titulo s. Mariæ Angelorum, at nunc ſub nomine s. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ civitatis Patroni. Hanc magnificè extruxit Robertus Apulorum Dux, ut ſcribit Leo Oſtienſis ab Alphano Salerni Archiepiſcopo admonitus, cujus tempore ſacrum Apoſtoli corpus inventum eſt, anno Domini 1080 ſedente Gregorio VII. cujus integra adhuc extat epiſtola ad Alphanum ſcripta, qua gratulatur illi de invento ſacro corpore, monetque ut digno honore ſacras Reliquias proſequatur, agatque cum Roberto Principe, & ejus conjuge,, ut pia religione colant ſacra pignora. Baſilicæ hujus præclariſſimæ una cum Clero ac Sanctorum lipſanis, quæ ibidem honorificè aſervantur deſcriptionem exhibemus, quam eruditiſsime conſcripſit M. Antonius Marſilius Columna Salernitanus digniſſimus Archiepiſcopus in lib. de vita, & geſtis, ac translatione Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ. *Civitatis quaſi umbilicum (ait) occupat templum egregium, & magnificentiſsimè à Roberto Guiſcardo erectum Apoſtolo, & Evangeliſtæ Matthæo, ære ipſius peculiari, prout marmorea quædam faſcia ſupra templi portam cubitalibus ferè litteris inſculpta declarat.*

A *M. A. ET EVANGELISTÆ PATRONO URBIS ROBERTUS DUX R. IMP. MAX. DE ÆRARIO PECULIARI.*

*Eſt etiam totius templi ſtructura talis. In ſpatioſa civitatis planicie univerſa moles erigitur omni ex parte à privatorum ædificiis ſeparata: longitudinis ſanè paſſuum 90. latitudinis verò 30. & juſtæ itidem altitudinis: ab Occidente in Orientem patet ingreſſus planè magnificus, qua per gradus marmoreos 12. in gyrum fabricatos aſcenditur commodiſſimè. Porta unica prægrandis patet in ſummis ſcalis, ad cujus ima latera leones duo marmorei affabre ſculpti cernuntur patulis faucibus quaſi in cuſtodiam biantes, in ſummo autem illius vertice legitur:*

*Dux & Jordanus, & Princeps Capuanus*
*Regnent Æternum cum Gente Colente Salernum.*

*Inde atrium ingredimur quadrilaterum templi totius latitudinem æquans; cujus extremas partes* B *undequaque porticus perampla defendit à pluviis; quæ ingredientibus aditum præbet commodiorem, & eſt etiam pro cœmeterio civibus. Quod verò medium ſub dio ſpatium jacet, fontem babet in medio perennem, ad crateris inſtar, unico tantum lapide marmoreo fabrefactum cubitorum 30. latitudinis in gyrum emenſę. Porticus autem ipſa columnis peraltis denis, & octenis ex marmore Pario diſtincta cernitur elegantiſſimè, variiſque picturis ornata, cujus fornicibus ſuperiora quædam cubicula ſuſtinentur, quæ totum atrium ex alto proſpiciunt, & tuentur. Ad dextrum verò latus extollitur quadrata turris ad 200. cubitorum altitudinem, in qua campanæ omnes ad templi uſum neceſſariæ perpendent, una verò præ ceteris immenſę magnitudinis, quæ ad multa paſſuum millia ſonum emittit. Juxta turrim eſt cœmeterium, quod terræ ſanctę dicitur, ad cujus imam portam eſt marmorea quædam navicula cum fragmento verſuum hujuſmodi.*

C *... Nave ſeptima ſit tibi terra levis*
*Quiſquis huic tumulo poſuit ardente lucernam;*
*Illius cineres aurea terra tegat:*

*Totum verò atrium circundant monumenta marmorea, quibus nobiliſſimorum civium cadavera, cineresque ſervantur. Cohæret ſtatim atrio templum ipſum; in cujus fronte portæ ſunt tres, media præcipua egregiæ amplitudinis, æneas fores babet variis figuris inſculptas, in cujus epiſtylio legitur.*

*A Duce Roberto donaris Apoſtole templo:*
*Promeritis, regno donetur ipſe ſuperno.*

*Extremæ portæ humiliores quidem, periſtylii tamen lateribus reſpondentes. Extructum verò templum duplici columnarum ſerie in longum dividitur, & quaſi tres in eo conficiuntur viæ, itaut extremarum anguſtia, mediæ amplitudinem augeat, id verò præcipuè delectat intuentium oculos, quod feneſtris ſpecularibus magnificè ſplendet, & contignationibus multis ita affabrè, & varie tegmen illaqueatur, ut mirum ſit tantæ molis percurrens pondus ſuſtineri, ac* D *ſuſpendi poſſe. Porrò per medium euntibus occurrit in dextro latere fons Baptiſmalis, unico exciſus lapide, orbicularis amplitudinis cubitorum circiter 16. pergentibus, deinceps prope chorum ſeſe offert quadrata manſio 12. Porphyreticis ſuffulta columnis, ad ulnarum 20 altitudinem evecta, quadratis item confecta lapidibus, & egregiè vermiculata, ex qua veluti ex ſuggeſto ſacræ recitantur lectiones populo diebus ſolemnibus. Conſimile quoq; ſuggeſtum in alio latere perelegantiſſimum ejuſdem operis conſpicitur, quatuor pretioſiſſimis columnis ſuperimpoſitum, ubi legitur: ROMUALDUS SECUNDUS SALERNITANUS ARCHIEPISCOPUS PRÆCEPIT FIERI HOC OPUS. Medium verò templi chorus quadrilaterus occupat tabulis egregiè compactus, & muſivi pavimenti, in quo & ſtantes, & ſedentes Clerici omnes, & commodè, & magnifice Canonicas horas de more concinunt, atque altari miniſtrant. Conſtat autem univerſum Eccleſiæ Capitulum, ex Arch diacono,*

Diaconis quatuor, Cantore, Primicerio, & Canonicis
viginti quatuor, qui centenos ſinguli aureos percipiunt
pro reddita annuo; ad chori ipſius lævam ſupereminet
Organum omnibus ſanè numeris abſolutum, & quali-
bet illuſtri Eccleſia digniſſimum, juxta quod è tabulis
ſuggeſtum novum extructum, in quo per quam com-
mode ſolemnis muſica ſtatis diebus conficitur, dum
divina celebrantur officia. In ima templi totius lon-
gitudine tranſverſus andron excurrit, & quaſi ad
Crucis inſtar Eccleſiæ ſpatium redegit, ad cujus ex-
tremos parietes Orientem verſus, tria cernuntur al-
taria, ſpecioſa quidem, atque magnifica; medium
verò eo magnificentius cæteris, quod ad Summi Pon-
tificis, Cardinaliumque conſeſſum, inſtructum, &
ædificatum fuit: eminentiori quidem loco, & vermi-
culato pavimento decoratum, vermiculatiſque lapi-
pidibus circumſeptum, in quibus à tergo hæc legun-
tur carmina in Crucis modum diſtincta vetuſtiſſimis
characteribus perquam eleganter.

Ne populus temerè ſacram prorumpat ad Aram,
Sitque ſalutiferis major reverentia ſacris:
Sumptus, & arbitrium Vuillelmi Præſulis iſtis
Marmoreis titulis hanc cinxit, & extulit Aram.
Marmora pulchra nitent variis diſtincta lapillis
O Matthæe, tuæ pulcra corona domus.
Tu ſcis quanta fuit devotio Præſulis in te
Devoti memorem te decet eſſe tui.
Non niſi Pontifici Sanctorum ſancta patebant
Cum veteri populò victima taurus erat.
Nec minus hæc ſacra ſunt, quãvis ſint pervia cũctis,
Namque novo populo victima Chriſtus adeſt.
Illius vituli ſpecies, quem panis obumbrat
Dignè ſumpta caro languores quoslibet aufert:
Exue te veterem quiſquis vis ſumere digne
Has epulas, hominemque novum novus indue Chri-
ſtum.

Hos vero parietes ultimos templi valdè jucunda mi-
niati operis (quod muſivum dicitur) pictura conve-
ſtit, & in hemiſphærio majori, ubi templum deſinit
(vulgo Tribuna dicitur) leguntur hi verſus litteris
itidem miniatis, & cubitalibus.

Da Matthæe Pater, Patris hoc det, & innuba Mater,
Ut Pater Alphanus, maneat ſine fine beatus.
Ecce Dei Natum, ſine Matre Deum generatum
Prædicunt vates, naſci de Virgine Matre.
Sic Chriſtus natus noſtros removendo reatus
Vivit cum Patre in Cælo, & cum Virgine Matre.

Qui autem à dextris conficitur angulus in imo tem-
pli, illuſtris plane factus eſt, tum ob præclaram Capel-
lam vermiculati operis, quam Joannes de Procida Sa-
lernitanus, & in Sicilia univerſa percelebris, erexit,
atque dotavit: tum ob plurium Prælatorum ſplendi-
diſſimas urnas, præcipuè vero ob marmoreum tumu-
lum, in quo Robertus Guiſcardus Gregorii VII Sum-
mi, Optimique Pontificis corpus collocavit, quem ut
Henrici IV. Romanorumque perfidiæ ſubtraheret,
quaſi perfugum hoſpitio receperat, cujus nos ipſi (ait
Marſilius) reliquias, nulla ex parte labefactatas, pon-
tificiiſque indumentis ornatas, hoc anno, qui eſt à tu-
mulatione fere quingenteſimus, propriis oculis inſpe-
ximus, propriiſque manibus contrectavimus, locum-
que ipſum vetuſtate penè collapſum reſtituimus, & in
ſanctiſſimi, ac generoſi Pontificis honorem penè deli-
teſcentem hujuſmodi monumentum ereximus.

Gregorio VII. Soanen. Pont. Opt. Max.
Eccleſ. libertatis vindici acerrimo aſſertori
conſtantiſſ. qui dum Rom. Pont. auctoritatem
adverſus Henrici perfidiam ſtrenuè tutor,
Salerni ſanctè decubuit. A. D. M. XXCV.
VIII. Kal. Jun. M. A. Columna Marſil. Bono-
nien. Archiepiſc. Salern. Cum illius corpus
poſt quingentos circiter annos ſacris ami-
ctum ac fere integrum reperiſſet, ne tanti
Pontif. ſepulchrum memoria diutius care-
ret. M. P. Gregorio XII. Bononien. Seden-
te A. D. MDLXXVIII. Prid. Kal. Quin-
til.

Ab eodem quoque latere patet ingreſſus quidam ſub-
ſidiarius, in ipſum Archiepiſcopale palatium, quod

A ſanè quam magnificum, & quam commodum eſt; ea-
demque qua & templum ſtructura, atque operis fir-
mitate conſiſtit. Ad oppoſitum verò è regione latus ni-
tet pulcherrimum, ſplendidumque Sacrarium; in
cujus interiori cubiculo perquam eleganti, ſumma
tum diligentia, tum religione aſſervantur ſacræ Re-
liquiæ quamplures, quibus, & adſtruitur, & miri-
ficè confirmatur Chriſtiana fides. Eſt ſiquidem ibi
particula ſacroſanctæ Crucis, cui fuit pro omnium
redemptione Chriſtus Salvator affixus, quæ in Crucis
quoque figuram redacta, miraculis multis claruit, &
aſſiduè clareſcit. Eſt & argentea quædam Crux, gran-
dior, laminis aureis undequaque contexta, in qua
plurimæ Sanctorum reliquiæ clauduntur; præſertim
verò medium illius occupat alia itidem S. Crucis par-
ticula; ſummo ejus capite, Jacobi Minoris dens unus
ſervatur; in dextra, glorioſiſſimi Matthæi dens alius;
in læva itidem, Majoris Jacobi dens ſimili modo con-
ſpicitur, quibus velut gemmis Crux ipſa tota refulget.
Eſt & S. Matthæi brachium illud, quod Beneventa-
B nus quondam Princeps à Giſulpho precibus impe-
traverat; & quamvis argento concluditur ex can-
cellis tamen carnis & oſſium aſpectus intuentibus
patet; adeſt quoque Agathæ virginis, & martyris
brachium ſiniſtrum, & integra B. Anaſtaſiæ manus,
nec non D. Catharinæ Senenſis digitus, quem indi-
cem dicimus. Ad hæc S. Geminiani os ſemorale ad-
ſervatur, & altera gena. Itidem & perantiquus qui-
dam argenteus Calix ſacratiſſimo Chriſti ſanguine
aſperſus, ad Sacerdotis cujuſdam celebrantis infideli-
tatem coercendam: dum enim dubius ipſe Sacramen-
tum conficeret, non modo confirmatus fuit in fide dum
biberet; ſed ad omnium quoque tollendam dubitatio-
nem, calix ipſe ſanguine vero maculatus permanſit;
itaut ne lavari quidem ab ipſo potuerit unquam. De-
nique vaſa tria cuſtodiuntur ibidem ex alabaſtro, in
quibus quamplurimæ multorum Sanctorum reliquiæ
ſervantur, quas ſigillatim exprimere, ſuperfluum.
Eſt præterea inferior crypta templi amplitudinem
æquans, qui locus eſt ſubterraneus, ad quadraginta
C circiter ulnarum longitudinem, & viginti latitudinem
concinnatus; ſub androne ipſo ſuperiori, & fornicibus
perquam eleganter ſtellatis ex omni parte contectus,
ſeniſque baſalteis columnis egregiè diſtinctus: ad
quem ex utroque templi ſuperioris latere, per marmo-
reas ſcalas inchoatur deſcenſus graduum utrinque
circiter viginti. In quo quidem ſpecu, præterquam
quod Prophetarum quorundam, & multorum Mar-
tyrum reliquiæ adſervantur; ſunt etiam quindecim
Sanctorum corpora recondita, quorum in Eccleſia ip-
ſa celebrantur officia pro tempore, ac præſertim ſunt
Fortunati, Gaji, & Anthis urbis tutelarium Sancto-
rum corpora tumulata; quorum altare, quod peranti-
quum, & ſummæ venerationis erat, nos ipſi (ſcilicet
Marſilius) Gregorii XIII. Sum. Pont. auctoritate, pri-
vilegio donari curavimus, pro animabus defunctorum
à Purgatorio liberandis, inſtar altaris Gregoriani,
quod eſt in Urbe. Sed quod eſt in ipſa crypta venerabi-
lius, & ex orbe toto, Chriſtianos omnes allicit: quie-
ſcit ibidem ſanctiſſimum, & glorioſiſſimum Matthæi
D Apoſtoli, & Evangeliſtæ corpus, religioſiſſimè colloca-
tum: ſiquidem quadratum eſt in media crypta ſpatium,
quod lapidei, cancellatique parietes bicubitales am-
biunt, ad ulnas ex omni latere duodecim, quo veluti
ſepto, altare cingitur vetuſtiſſimum, ſub quo theſau-
rus ille repoſitus eſt, itaut locus ipſe per ferreos can-
cellos commodè videri poſſit. Tanta fuit autem olim,
& eſt hodie quoque celebritas loci hujus, ut non Saler-
nitani modò, ſed omnium circumquaq; Provinciarum
incolæ, aſſiduè concurrant, immo verò & remotiſſi-
mæ quoque gentes, ex Europa tota, frequenter con-
fluant, & tam ingentem viſuræ beatitudinem, & à
Deo Domino ex hujus Apoſtoli meritis petituræ divi-
tias, honorem, vitæ diuturnitatem, optatam denique
felicitatem in hoc ſeculo, & gloriam in futuro perpe-
tuam. Auget cum admiratione pietatem liquor pretio-
ſus, & ſanctus (Manna vulgo dicitur) qui ex beatiſ-
ſimo corpore manat; ad mala omnia propellenda anti-
dotus præſentiſſima, quemadmodum frequens docuit

expe-

*experientia plurium ſæculorum*. Hactenus ille de hac ſacra Baſilica: de reliquiis Sanctorum, quæ in eadem aſſervantur in Synodo evulgata an. 1580. ita minutatim recenſuit.

In Altari majori in medio collocato, quod conſtructum eſt ad honorem beati Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ corpus prætioſiſſimum ipſius Apoſtoli integrum requieſcit, excepto dente, & brachio dextro: & eſt ipſum altare pretioſis aliis reliquiis ornatum, & præſertim beatarum virginum Marinæ, & Conſtantiæ, & Triphomenæ.

In Altari, quod conſtructum eſt ad honorem beatorum martyrum Fortunati, Gaii, & Anthes, in medio poſt altare B. Matthæi Apoſtoli corpora prædictorum trium Martyrum requieſcunt. Adeſt etiam quædam arca lignea, in qua ſunt reliquiæ Iſaiæ Prophetæ, Zachariæ Patris Joannis Baptiſtæ, Simeonis Juſti, Innocentium, & de veſte B Mariæ, Petri Apoſtoli, Andreæ Apoſtoli, Jacobi Apoſtoli, ss. Coſmæ, & Damiani, ss. martyrum Quadraginta, B. Nicolai Confeſſoris, B. Silveſtri Papæ, s. Philippi Apoſtoli s. Barnabæ Apoſtoli, de monte Calvario, Diomedis martyris, Beatæ Agathæ virginis, beatæ Mariæ Jacobi, & aliorum Martyrum, Confeſſorum, & Virginum. In altari, quod conſtructum eſt ad honorem B. Mariæ Virginis ex parte Septentrionis, adeſt arca lignea, in qua ſunt reliquiæ ſanctorum trium Patriarcharum, Abraham, Iſaac, & Jacob, ss. Innocentium, de menſa Cœnæ Domini, de veſtimentis B. Mariæ Virginis, de carne & veſtimentis BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, Anulus unus cum lapide Turcico B. Apoſtoli, & Evangeliſtæ Matthæi, reliquiæ, B. Andreæ Apoſtoli, beati Jacobi fratris Domini, beati Bartholomæi, B. Pauli, B. Matthiæ, B. Stephani Prothomartyris, ss. Coſmæ, & Damiani; de pulvere cerebri B. Cataldi Confeſſoris. Reliquiæ ss. virginum Agnetis, Cæciliæ, Margaritæ, & Emerentianæ, & ss. virginum Colonienſium, & aliorum quamplurium ſanctorum Martyrum, & Confeſſorum.

Item in eodem altari adeſt capſa eburnea, in qua poſita eſt ampulla cryſtallina, in qua ſunt de capillis B. Mariæ ſemper Virginis. In altari, quod conſtructum eſt ad honorem Confeſſorum ex parte Meridiei requieſcunt corpora Confeſſorum B. Bonoſii Epiſcopi Salernitani, B. Gramatii Epiſcopi Salernitani, B. Veri Epiſcopi Salernitani. B. Euſterii Epiſcopi Salernitani, B. Gaudioſi Epiſcopi Salernitani, B. Valentini Epiſcopi Salernitani, BB. Confeſſorum Elpidii, Ciconis, & Elpicii, Beati Valentiniani Confeſſoris atque Pontificis, BB. Confeſſorum Cyrini, & Quingeſii, & de reliquiis B. Priſci Confeſsoris atque Pontificis, & aliorum Sanctorum.

*Quæ ſunt in ſuperiori Baſilica.*

In Altari majori ad honorem B. Mariæ Virginis conſtructo, adeſt corpus beati Felicis martyris; ſunt item reliquiæ BB. martyrum Joannis & Paul, s. Silveſtri, ss. Januarii, & Boniſacii, ss. virginum Barbaræ, Felicitatis, & Cæciliæ, reliquiæ ſanctorum martyrum Sixti, Sebaſtiani, & Fabiani, s. Andreæ Apoſtoli, s. Stephani Protomartyris, s. Pantaleonis martyris, & de pannis beatiſſimæ Virginis Mariæ.

In Altari ad honorem B. Joannis Baptiſtæ conſtructo ex parte Septentrionis reconduntur multæ Sanctorum reliquiæ.

In Altari ad honorem B. Michaelis Archangeli conſtructo ex parte Meridiei ſunt ſimiliter multæ Sanctorum reliquiæ reconditæ. Et ad augendam fidelium devotionem viſitantibus Altaria præfata, & unumquodque ipſorum, ac inibi pro felici ſtatu s. Matris Eccleſiæ piè Deum rogantibus Illuſtriſſimus D. Marcus Antonius Columna Marſilius Archiepiſcopus conceſſit 40. dies de vera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta toties quoties contriti id fecerint.

In uno Tabernaculo Alabaſtri ſunt reliquiæ ss. Cyriaci, & Jovitæ, s. Sebaſtiani, s. Barbaræ, s. Jacobi
A Alphæi, de veſtibus s. Blaſii, de lapide Sepulchri Domini noſtri Jeſu Chriſti, & aliorum Sanctorum quamplurium. In conſimili tabernaculo ſunt reliquiæ s. Gregorii Spoleti, s. Barbaræ, s. Sylveſtri Papæ, & aliorum Sanctorum. In conſimili tabernaculo ſunt reliquiæ s. Catharinæ virginis martyris, s. Jo. Baptiſtæ, s. Leonardi, s. Sebaſtiani, Undecim millium Virginum, de Monte-Calvario, de loco ubi Chriſtus fuit captus, ac de ejuſdem monumento. In alio cryſtallino tabernaculo eſt digitus s. Catharinæ Senenſis. In argenteo tabernaculo eſt maxilla s. Geminiani. In conſimili tabernaculo eſt manus s. Anaſtaſiæ. In conſimili tabernaculo eſt os brachii s. Geminiani. In conſimili tabernaculo eſt brachium dextrum Apoſtoli, & Evangeliſtæ Matthæi. In Calice quodam aureo adeſt veſtigium ſanguinis conſecrati tunc expreſſum cum Sacerdos quidam celebrans de tanto Sacramento dubitaſſet. In Cruce quadam argentea, eſt de ligno Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, adeſt etiam
B dens s. Matthæi Apoſtoli, & dens s. Jacobi Minoris. In alia conſimili Cruce adeſt lignum Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti; quod in ſumma veneratione habetur.

Cęterum ſacris in hac Baſilica miniſtrant Canonici 31. ut jam diximus, è quibus ſeptem dignitate eminent. Archidiaconus, qui primam poſt Pontificalem Sedem habet. Canonici omnes utuntur mitris ex ſerico vulgo damaſco, ex vetuſta conſuetudine à Lucio III. Pontifice confirmata; poſt Canonicos ſunt octo Acolythi vario ſervitio adſcripti ex Archiepiſcopi Cervantes Hiſpani legato. & decreto. Sunt præterea Clerici Seminarii 24. In civitate præter Metropolitanam Parochiales Eccl. 16. numerantur, olim 24. Virorum cœnobia diverſorum Ordinum 11. *a* unum Monachorum, reliqua Mendicantium, Sanctimonialium ſepta tria, octo Xenodochia pro infirmis, infantibus, & pauperibus curandis, alendis, ſublevandis ad Eccleſiam D. Annunciatæ, cui octo Sacerdotes inſerviunt. Eſt &
C mons pietatis, & laicorum ſodalitia quamplura. Familiæ civium intra mœnia degentium 938. animæ communicantium circiter 2660. quod ſi ſex vicina caſalia, quæ in ipſius civitatis territorio ſunt, addas, domorum fermè duo millia conſtituunt. Cives ejus liberalibus artibus impensè dediti, prodiere ex ea viri præſtantiſſimi, quorum gloria ſub Principibus, Regibuſque, cum in bellis conficiendis, tum in ſupremi Ordinis Magiſtratibus gerendis præclariſſimè enituit; unde & titulos, & ſummos dignitatum gradus ſunt aſſequuti. Ager ejus ſitu, cæli ſalubritate, rerumque ad humanum uſum ſervientium commoditate, quin & æſtivo tempore virentibus collibus, aquis, rivulis, aucupiis, ita prę cęteris jucundiſſimus exiſtit, ut non habitantium modo, ſed & tranſeuntium animos per ſe ipſum delectet.

*a* Virorum Cœnobia 11. mulierum 14.

Diœceſis Salernitana dividitur univerſa in 16. partes, quas hic cartas vocant, melius autem Archipresbyteratus dixeris. Primus Archipresbyteratus, ſeu carta, caſalia civitati vicina, in quibus Paro-
D chiæ 20. Archipresbyteratus Savę nuncupatus continebat Parochias 13. Calvanici Parochias 7. Fori s. Sęverini Parochias 12. s. Georgii Parochias 13. Serini carta habebat Parochias 9. Sereni Parochiam Collegiatam unam. s. Cypriani Parochias ſex. Archipresbyteratus Gifoni (Geophanum, Jovis Phanum vocant) habet Parochias 5. Eſt autem Geophanum oppidum ſub ditione Marchionis Vaſti, cujus in agro Pagus eſt Gauri Acernenſis diœceſis Lucæ Gauri Aſtronomi, ac Poetæ præſtantiſſimi Epiſcopi Civitatenſis patria. Is Clemente VII. Pontifice Romæ verſatus, & præclaris ingenii monumentis Principum gratiam iniens, id aſſecutus eſt, ut Geophanenſis Epiſcopatus erigeretur die 6. Maii 1531. Sicque Geophanum in civitatem erectum, & Eccleſia dicti oppidi in Cathedralem ſublimata eſt ſub Metropoli Salernitana, cum retentione dignitatum, Canonicatuum, cæterarumque rerum Cathedrali Eccleſiæ neceſſariarum,

ac

ac ſeparatione oppidi Gauri à diœceſi Acernenſi , & ejuſdem aſſignatione diœceſis , nec non dote trecentorum monetæ Regni ducatorum ſuper introitibus Domini temporalis , cui Eccleſiæ ſic erectæ proviſum fuit de perſona Innici Davolos Epiſc. Aquinatis , hac tamen conditione , ut per ſex menſes Aquinatenſis Eccleſiæ Epiſcopus eſſet : hanc deinceps die 6. Septembris ejuſdem anni liberè ceſſit , factuſque eſt Geophanenſis Eccleſiæ adminiſtrator Hippolytus Card. Medices. Verum , ut exiſtimo, cum ſufficiens dos ad tuendam Epiſcopi dignitatem, novo Epiſcopatui a tributa non eſſet , nomen ipſum, & dignitas Epiſcopalis cum auctore interiit ; ac Geophanum ad Salernitanam, Gaurum verò ad Acernenſem redierunt diœceſes . Carta , ſeu Archipresbyteratus 12. Giſonis vallis, & planæ habebat Parochias 13. Montis Corbini Parochias ſex . Olibani Parochias 4. Eboli Parochias 8. ac demum 16. Archipresbyteratus , ſeu cartas . Caſtellutii carta unam habet Parochiam. Familiæ omnes tum civitatis, cum diœceſis 11710. animæ verò communionem ſumentes erant 37630. In univerſum autem tota diœceſi Salernitana , compreheuſa etiam civitate , continentur Parochiales Eccleſiæ 150. Collegiata Eccleſia præter Cathedralem, una , Abbatiæ Conſiſtoriales in commendam conferri ſolitæ ſeptem , S. Mariæ ſcilicet de Vetero, s. Mariæ de Tobena , ſancti Petri de Ebulo, s. Benedicti , s. Petri de Curſina , s. Mariæ Matris Domini , & s. Leonardi Ord. Ciſtercienſis, Præſepii Domini à Sixto V. attributa , ſed quod Salernitanam Provinciam præter cætera nobilitat , eſt cœnobium illud inſigne ſanctiſſimæ Trinitatis nuncupatum Ord. s. Benedicti in loco ad Cavam dicto, ſub abrupta montis cava poſitum, à s. Alferio ex familia Pappacarbona Abbate quatuor tantum m.p à Salerno conditum anno 980. Regni Principum, præcipuè Roberti Viſcardi Normandi munificentia ſub Gregorio VII. egregiè locupletatum à Summis Pontificibus, Urbano II. maximè, qui illud incoluit, & conſecravit, privilegiis eximiis decoratum , à Metropoli Salernitana, in cuius diœceſi erat prorſus exemit. anno 1092. totamque illius ordinariam in Cavenſes, reliquoſque ſubditos juriſdictionem in Abbatem contulit . Cœnobium quidem ſeptem ſanctis Confeſſoribus , loci Abbatibus. quorum hic corpora quieſcunt , venerandum . Hic s. Adiutoris reliquiæ ex Africa translatæ , quæ in Arce diu jacuerant , repoſitæ ſunt. De hoc cœnobio plura retulimus in Epiſcopis Cavenſibus Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectis , tomo primo , aliaque adiiciemus infra ad Amatum primum huius Sedis Archiepiſcopum . Menſæ Salernitanæ Archiepiſcopalis annuus cenſus aureorum circiter ſex millium : taxatur vero in lib Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 1550. Seriem vero Salernitanorum Præſulum iam explicare aggredimur , quam partim ex Gaſpare Muſca , in quo tamen nonnulla eius ſphalmata obſervavi, partim ex variis ſcripturis, monumentiſque in hunc modum , adtexuimus .

I. 1 S. BONOSIUS a Salernitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, cujus dies natalis illic agitur 13. Maii , cujus meminit Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 19. Octobris, occaſione Euſterii Epiſcopi ejuſdem urbis, qui cum aliis ſanctis Confeſſoribus ibidem aſſervatur . de quo etiam fit mentio in vita B. Gramatii ejus ſucceſſoris, & in Breviario Salernitanæ Eccleſiæ. Muſca ſtatuit primum Salerni Epiſcopum hunc ſanctum Bonoſium , poſt eum alios quinque, & poſt hos anno Chriſti 500. Gaudentium Epiſcopum , qui interfuit Concilio Romano ſub Symmacho Pontifice. Sed facile eſt advertere , ut erudite innuit Antonius Caracciolus de ſac. Neapolitani monumentis in Gaudioſo . Muſcam non habuiſſe rationem temporis in ſuis illis Epiſcopis recenſendis ; ſed ante omnes alios , poſuiſſe Divos , mox ſubieciſſe Gaudentium , cæteroſque, qui Divi non fuerunt , exiſtimavitque Bonoſium , cui ſucceſſit Gaudioſus, floruiſſe Neapoli , ac Salerni multis annis poſt Gaudentium . Cum enim Pomponius Neapoli ædificaverit ædem ſanctæ Mariæ , cui inſervivit Gaudioſus , poſt annum Chriſti 500. veriſimile eſt diu poſt illum annum vixiſſe Gaudioſum ; atque adeò etiam Bonoſium ejus prædeceſſorem fuiſſe Salerni Epiſcopum poſt Gaudentium : ſi coniecturis autem in re incomperta uti liceat , Gaudioſum , atque adeo ejus prædeceſſorem Bonoſium, non multò ante Grimoaldi Salernitani Ducis tempora deceſſiſſe. Ab ipſo enim Neapolitanus Dux (ut infra dicetur) hujus civis ſui corpus petiit, & obtinuit. Ergò non multæ præceſſerunt ætates , aut ſæcula , atque adeo, vigente adhuc ejus memoria , juſtæ petitioni factum fuit ſatis. Scio poſſe id etiam dilucidari ex magna illa annonæ caritate , quæ eo tempore Neapolitanam civitatem invaſit, & ex bello inter Salernitanos, & Samnites. Hæc ex Caracciolo circa ordinem , ac tempora priſcorum huius urbis Epiſcoporum , ſatis ſint dicta .

a De hoc Acta Ss. Maii tom. 3. p. 174.

II. 2. S. GRAMATIUS Salerni Epiſcopus ſucceſſit Bonoſio . Is ut ſcribit Muſca , nobilibus parentibus , ſed ob Chriſtianæ pietatis cultum longè nobilioribus genitus Divinæ Maieſtatis venerationi mirabiliter à pueritia deditus , cum diſciplinarum ſtudio , morum , ac vitæ integritatem coniungens, grandior factus, ut Chriſtum Dominum paupertatis auctorem toto ſectaretur animo , ſuas pauperibus facultates diſtribuit. Mox cum ſanctus vir Bonoſius Salernitanæ urbis Epiſcopus ex hac peregrinatione ad cœleſtem patriam evolaſſet , quamvis invitus, incredibili omnium conſenſu Epiſcopus creatur. In cuius honoris faſtigium evectus, eandem tamen pauperum ſollicitudinem ſemper habuit, eadem in corde humilitas, eadem in vultu gravitas erat. Aſſiduis populo concionibus ad divinarum rerum contemplationem , & æternæ beatitudinis deſiderium vehementer excitans orationibus, vigiliis , ac ieiuniis carnem ſpiritus imperio ſubiiciebat : ut terrenis negotiis ſolutus , mente cœleſtibus inhæreret. Morti tandem proximus ſupellectilia domus egenis, ac pauperibus ſuis ipſe manibus elargitus , accitos Presbyteros , & Clericos, veluti filios de ſua ad Dominum tranſmigratione commonet, ad benè Chriſtianeque vivendum cohortatur . & ſimul Salernitanam Eccleſiam (quod ad glorioſi corpus Apoſtoli, & Evangeliſtæ Matthæi pertinuit) haud multo poſt tempore cœleſti fore theſauro inſignem prænunciat, erectiſque in Cœlum oculis 5. Id. Octobris. qui dies quotannis in Eccleſia Salernitana, ad eius honorem feſtus agitur, obdormivit in Domino. Eiuſque ſanctitatem quamplurimis poſtea miraculis Deus illuſtravit , per quem cæcis videndi , & ſurdis audiendi, & mutis loquendi, claudiſque ambulandi facultatem reſtituit. Leproſos mundavit, ac paralyticos etiam curavit, & ab immundis ſpiritibus oppreſſos liberavit. Hæc ex vetuſto Breviario Salernitanæ Eccleſiæ. Reconditum eſt eius corpus in Eccleſia Cathedrali in crypta inferiore ſub altaris confeſſione, ubi & poſita ſunt aliorum Sanctorum Epiſcoporum eiuſdem civitatis veneranda corpora .

III. 3 S. VERUS Salernitanus Epiſcopus, cuius natalis die celebratur Salerni 10. Kalend. Novemb. corpus iacet cum cæteris ſanctis Epiſcopis in eadem crypta Cathedralis, tempus quo floruerit ignoratur , & Acta periere .

IV 4. S. EUSTERIUS huius civitatis Epiſcopus memoratur in tabulis Eccleſiæ Salernitanæ, & in Romano Martyrologio 14. Kalend. Novemb. quo die ſolemni ritu eius feſtum celebratur .

V. 5 S. VALENTINUS b Salernitanus Epiſcopus cuius dies feſtus agitur in Eccleſia Salernitana , ubi ſanctum corpus quieſcit 3. Novemb.

b Al. Valentinianus.

VI. 6 S. GAUDENTIUS Salernitanæ præfuit Eccleſiæ anno 500. c Symmacho Pontifice , ſub quo Ro-

c 499.

Romanæ Synodo interſuit, & ſubſcripſit, ut ex prima Synodo ſub eodem Romæ habita conſtat.

VII. 7 ASTERIUS Agapeti Papæ temporibus vixit anno 534. ſub quo una cum Sabino Canuſii, Epiphanio Erculanorum, Leone Nolanorum, Ruſtico Feſulanorum Epiſcopis, Theophane, atque Pelagio Romanæ Eccleſiæ Diaconis, Apoſtolicæ Sedis Legatus Conſtantinopolim miſſus Concilio ibidem celebrato præfuit, ubi & Anthimus Patriarcha Euthychianæ impie atis Anteſignanus depoſitus eſt. ejuſque in loco Menna ſubſtitutus. Videndus Baronius ad hunc annum.

VIII. 8 LUMINOSUS Salernitanus Epiſcopus Concilio Romæ habito à Martino Papa anno 652. *a* interſuit, ac ſubſcripſit, damnavitque cum cæteris Epiſcopis congregatis Monothelitarum hæreſim.

*a 649.*

IX. 9 JOANNES Salernitanus erat Epiſcopus, cum Romæ ab Agathone Papa congregatum eſt Concilium 125. Epiſcoporum, è quorum numero unus fuit Joannes, qui & ſubſcriptus reperitur anno 680.

X. 10 ZACCHARIAS.

XI. 11 COLUMBUS.

XII. 12 LUPUS.

XIII. 13 RENOVATUS.

XIV. 14 BENEDICTUS.

XV. 15 TALONIUS.

XVI. 16 ADERANUS. Septem horum Epiſcoporum nomina tantum habemus, qua verò ætate vixerint, qua mortalitatem expleverint; quare & quantum temporis ſederint, ignotum eſt his qui ante nos ſcripſere Salernitanorum Epiſcoporum diptycas, reſque geſtas.

XVII. 17 S. GAUDIOSUS ex genere Principum Neapoli natus, fortè filius fuit, vel nepos Theophylacti (ut Caracciolus dubitat) illius Ducis Neapolitani, qui in bello Saracenico occubuit, clericali militiæ adſcriptus, in Eccleſia ſanctæ Mariæ, quæ major dicta eſt à Pomponio erecta, & à Joanne Papa Neapoli dicata. Egregia virtute, & ſanctimonia vitæ illuſtris invitus ad Eccleſiam Salernitanam traductus, fit Epiſcopus, incertus cui ſucceſſerit, tametſi nonnulli affirment Bonoſu ſucceſſiſſe. Virtutum autem radii, quibus Gaudioſus reſplenduit, ipſis ejus geſtis (quæ mox ſubiiciam) a ſcriptoribus ejus vitæ exaratis, fiunt conſpicui. In pace quievit anno ætatis ſuæ quinquageſimo, poſtquam aliquot annos Salernitanam rexiſset Eccleſiam, non multò ante, ut arbitratur Caracciolus, Grimoaldi Salernitani Ducis tempora, cuius corpus reconditum eſt Salerni in Cathedrali Eccleſia in crypta inferiori, ſolemni verò ritu agitur dies 26 Octob quo veneratio ipſius hac in ſacrificiis, & deprecationibus collecta peroratur.

*Omnipotens ſempiterne Deus, qui hodierna die B. Confeſſorem atque Pontificem Gaudioſum beatitudinis æternæ gloria ſublimaſti; concede propitius, ut, cujus myſterium veneramur in terris, interceſſione ejus auxilio apud miſericordiam tuam, muniamur in Cœlis. Per. &c.*

Ejus memoriam recolunt ex antiquis Martyrologiis, ac monumentis Martyrologium Romanum 26. Octob Baronius in notis, ac jure merito diverſum facit ab illo ejuſdem nominis ſancto Epiſcopo, qui ex oris Africanis tempore Vvandalicæ perſecutionis Neapolim appulit, quorum acta eſſe confuſa ſcribit, dum quod eſt alterius, tribuitur iſti, & aliquando ex duobus efficitur unus, ut in actis alterius, quæ extant Neapoli legitur. Caracciolus in monumentis ſacris Neapolitanis geſta Gaudioſi conſarcinavit, niticurque probare, corpus ejuſdem Neapolim Salerno translatum in Eccleſia ejus nomini dicata aſſervari ex Grimoaldi Salernitani Ducis conceſſione circa annum Domini 800. Acta & translationem habemus ex Oratione encomiaſtica in ejus feſtu celebrari ſolita, quæ ex m. ſ. Codice olim bo. mem. Abbatis Conſtantini Cajetani fideliter exſcripſimus in hunc modum.

A *Oratio encomiaſtica in feſto S. Gaudioſi Epiſcopi Salernitani ortu & genere Neapolitani.*

*Exivit homo ad opus ſuum de ſinu Patriæ in uterum matris, tanquam Gigas exultans in via, trabea carnis indutus, naturam noſtræ mortalitatis aſſumpſit, ut cunctos in poſterum faceret immortales: Nam qui facit mirabilia magna ſolus, opus mirificum produxit in lucem, Benedictum videlicet Gaudioſum, ut ſanctam matrem Eccleſiam redderet novitate tam claræ ſobolis lætabundam. Huic enim pretioſum Cœli præſtans hoſpitium, quem Deus produxit, ut exemplar præfulgidum à cunctis fidelibus imitandum, cujus normam, & merita crebris miraculis manifeſtat. In ipſum namque & verè eximium, & contritum tanta Chriſtus benignitate reſpexit, ut non ſolum de pulvere ſuſcitavit egenum, verum etiam ſemitam perfectionis oſtendens, Ducem, atque Paſtorem effectum in lucem dedit hominibus, ut eſſet alter Angelus verè pacis. Securè igitur hunc ſequantur, qui tranſeunt per deſerta, ut dimiſſa vallis miſeria lacrymarum; ad terram*

B *viventium poſſint feliciter pervenire. Gloriare ergo cœtus Angelice, & ad tam gratum alumnum corda converte, ne ſi ejus laudum præconia taceremus, timemus ſceleris argui, ut ingrati. Ad hujus tam mira præconia viri curramus, qui dum viveret in media nebulæ ſuæ carnis, velut lucifer omnibus candens lilium, ac odore ſuaviſſimi roſa vernans. Porro ſicut ex claris ſententiis comprobatur, ex magnis Principibus trahens originem, altitudinem ſui generis recuſavit, humilia ſemper diligens, & amplectens. Parentes quoque ejus cum inter proceres haberent primatum, in Parthenope tenebant dominium, ex quorum progenie puerulus iſte natus in ſacro baptiſmate Cajum cupiunt appellari. Qui fuerit in deliciis educatus; ſuperna tamen condeſcenſione præventus, cor ſemper gerebat ſenile, nullique animum tradidit voluptati. Hæc eſt vera illa civitas, quæ altero nomine Neapolis nuncupatur, quæ cum eſſet innumeris vallata divitiis. ignis prorumpens de monte Summæ, ipſam terram arnit & combuſſit. Ob*

C *hanc enim cauſam mare reſultans magis, magnifica civitas eſt ſubmerſa. Hic autem puer ſedulus, & devotus debilibus, & leproſis ſerviebat, ut in oculis omnium vilius videretur; cumque eſſet tam magnus ex genere, totus erat abſorptus in Dei amorem, ut & pedes infirmorum detergeret, & ſaniem ulcerum expiaret. Ut autem quadam die leproſum quendam haberet occurſum, tanta circa eum fuit pietate permotus, ut ſubito irruens in eundem, omnes illius plagas tergeret cum ſaliva mirum in modum. Statim namque, ut ille æger fuit ab eo contactus, totus ille morbus abſceſſit. & ita reductus eſt priſtinæ ſanitati, ac ſi antea nihil mali penitus habuiſſet. Noverat autem, quod id, quod apud homines eſt ſuperbum, abominatio eſt coram Deo, excelſus enim Dominus alta de longinquo proſpicit, humilia reſpicit è vicino. Audita quippe fama iſtius viri ſancti Beati, lætanter populus confluebat; quia ipſe non ſolum moribus, verum etiam & ſcientia cæteris præpollebat. Tanto namque ingenio puer bonæ indolis relucebat, ut infra modicum*

D *temporis ſpatium ſic divinis litteris fuerit imbutus, ut magis putaretur iis divinitus, quam humanitus acquiſitis. Cum igitur eſſet vocatus ad ſuſcipiendum Clericatus honorem, ipſe cum fletu id accipere recuſavit. Antiſtes verò ad hoc habendam, quaſi eum invite coegit, qui poſt multam precum inſtantiam in Eccleſia Dei Genitricis tandem cum metu recepit, ibique inventus eſt vir Dei equorum pelliciem deferre ad carnem. Interiecto autem non multo poſt tempore, Salernitana Eccleſia ſuo Antiſtite eſt orbata, cujus Clerus commotione Angelica præcedente, Gaudioſum vocitabant in Præſulem: mox mane rumpente aurora famulus Dei, qui tunc in remotis agebat, ibidem ſubitò eſt inventus, qui prius incognitus erat, nutu divino ab hominibus noſceretur: quem ſuſcipientes cum jubilo ad Pontificatus faſtigium poſuerunt. Nimirum ibidem homo poſtulatus apparoit gratiæ præditus cœleſtis virtute, quæ ſuo imperio diſperſionem congregat Iſraelis. Fungente verò Paſtorali officio*

*non*

*non humanis laudibus eſt elatus, ſed cunctu calcare ſtuduit ex deſiderio æternorum. Pervigil erat in orationibus, blandus in admonitione, & ſeverus in increpatione. Studebat namque ſummopere oves ſibi commiſſas defendere, quas ſuo pretioſo commercio Chriſtus ſanguinis acquiſivit: Licet enim diligenter intenderet paucas illas oves à luporum furore eripere; tamen eas verbo, & exemplo ſic fideliter reſovebat, ut non tantum ſuæ, ſed etiam alienæ currentes intendebant præcipuè intelligere verba ſua. Quadam autem die, dum ſecus littus famulus Domini prædicaret Salerni, fuerunt ibidem Græci mixticum multis Barbaris involuti. Dum ergo Chriſti ſervus de miris Crucis myſteriis proprio prædicaret ſermone, omnes barbari qui aderant, univerſa ora tenebant aperta, & ita plenè verbum mellifluè intendebant, ac ſi eorum idiomate fuiſſet multiformiter educatus. O vere præ grandis mirabilis Gaudioſe, qui ſuo verbo indomitas gentes convertiſti, ut ex omni plebe cognitus, linguis loquereris eorum. Mulier quædam exiſtens in partu, cum eſſet à longe conſtituta, & quaſi per milliare corpore abſentata, dum audiret Antiſtitem prædicare, cœpit reſpicere de longinquo; unde factum eſt, ut mulier abſens corpore cum eo mente maneret, & quem ſpatium dividebat obtutum, propinquius auribus eſſet perſonaliter conſtitutu. Beatus es, ò talis infantia, quæ talem, ac tantum ſtructorem ſuſcipere meruiſti, cujus ſacris nutinibus æthera fabrica tuetur, & omne ædificii opus per eum extollitur, & ornatur. Hæc ſunt enim teſtimonia tua Domine Jeſu, ut in omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines orbis terræ eorum verba ructaverunt. Moram autem viro Dei faciente Salerni, fames valida Regnum intrat, quæ ſic atrociter invaſit totum, ut vix pretio victus haberi poſſet. Hic verò, quaſi carbo totus ignitus circa pauperes videbatur abſorberi. Continebatur autem eos affectu pio, & ut velut mater ipſos continuo parturiret. Hanc mox ut potuit, cunctis diſtractis, famelicos cibo reficiebat ſolerter. Cumque creſcente inopia, nihil haberet, ut alter Elias æmulator exiſtens, unam chlamydem, qua erat indutus, eo nudato, pauperibus miniſtravit, ut nudus cum nudo luctari valeret amore illius, qui pro nobis omnibus nudus in Cruce pependit. Nocte quoque ſequenti, cum ſe ſopori dediſſet, Angelus Domini in ſomnis affuit, & ſacculum pecuniæ ſecum tulit, quem reperiens, expergefactus, Deo immenſas gratias agens, pauperibus, & debilibus elargitus. Ex iſtis igitur evidenter intende, qualem Deus fecerit hunc Paſtorem, qui flamma divina ſuccenſus, ſuo calculo montes igniret. Eo quoque tempore, quo famulus Domini habitabat in antris, certamen Salernum tentat laceſſere cum Samnitis, quod cum ſibi innotuit, primum diriguit, dehinc flevit, atque clamavit; Salvum me fac Domine, quoniam infirmus ſum, & contremuerunt omnia oſſa ejus. Interea termino veniente propinquo, die ſtatuta inibat ad bellum. Cumque innumerabilis populus ad eum locum in unum conveniret certamen, ſolus campus dividebat eoſdem. At verò continuo vir beatus occurrens, ſequeſter & intrepidus ſe poſuit inter eas. Ut autem omnibus imperaret ſilentium, clara voce clamavit, & dixit. Ex parte Omnipotentis Dei, & ſui ſervuli Gaudioſi injungo, ut depoſita animoſitatis audacia, debeat unuſquiſque ad propria remeare. Mirum dictu, confeſtim namque ut auribus eorum ſermo inſonuit, cecidit ſuper eos ſpiritus gratiæ ſalutaris, ut rejecto mentis livore, ad oſcula unus alteri curreret inceſſanter. Qui mox victores reverſi, pacem Domini reportantes, gaudentes redierunt ad propria, qui triſtes venerant ad patriam alienam. Juxta quidem ſermonem hominis Dei, manus valida obſtupeſcit, qui non armis venerat, ſed precibus pugnaturus. Rigidus in diſciplina, circa cuſtodiam ſuam vigilabat attente, curam habens præcipuam de impretiabilis cuſtoditione theſauri, circa mentis, & corporis integerrimam puritatem. Mulieris quoque conſortium evitabat omnino, & nullo unquam tempore loquebatur ſolus cum ſola. Quadam autem die, cum vellet celebrare divina, inter Miſſarum ſolemnia, mulier quædam manum ejus oſcularetur ſiniſtram; nocturno verò tempore veniente tantum viro Dei oſculum illud reliquit ardorem, ut putaret ſe intereſſe ludibriis puellarum, & exoſo corpore fatigato, ſolis cogitationibus nimium gravaretur; neceſſitate cogente, manu altera verberavit ſiniſtram, ſicque factum eſt, ut quod fuit ad pravitatem inſtinum, ipſe ad uſum converteret ultionis. Noverat enim illud Deificum: mallem autem una manu vitam intrare, quam duabus gehennam adire æternam. Veniente quoque ſolemnitate Dominicę neceſſitate coactus, manè debebat Miſſam celebrare. Cumque de nocte eſſet nimium anxiatus, manu tundebat pectuſculum, lacrymis rigabat cavernam, & quid circa hoc ageret, omnino neſciret. Et ecce Angelus Dom. adſtitit immenſo lumine circundatus, tetigit manum nigram, quam habebat, velut Æthiopis denigratam, quæ cum fuiſſet ab Angelo palpata, carne reliqua albedini reſtituta, ſola manus illa nigredine excepta eſt. Tantam autem ex tunc in eum populus devotionem concepit, ut quaſi pro Angelo ab omnibus haberetur. Et licet Tyrannorum gladium non ſenſiſſet, tamen per vitæ meritum, martyrio non privatur: quia non tantum effuſione ſanguinis, ſed abſentia à peccatis verus martyr efficitur. Nam & ad tactum ejus ſalvificum cæcus quidam luminis claritatem ſuſcepit, ut qui prius fuerat peccati venenum, poſtmodum à ſorde eſſet penitus alienus. Igitur cum eſſet potentiſſimus in miraculis, & fama ejus prodigiorum increſceret, vir Dei nulla laude eſt elatus humana; immo dicebat, ſe eſſe indigniſſimum omnium peccatorum. Eo quoque tempore, quo de famulo Dei agerentur inſignia, Draco quidam teterrimus, & horrendus à radice montis ſurgebat Neapolis, qui ſuo morſu damnifico omnia animalia conſumebat, & anhelitu infectivo omnes homines morbo languebant. Interdum autem inſidiabatur ſub aquis, ex quibus fluvius quidam rapidiſſimus manabat. Cumque per internuncios ſervus Dei ſupplex entiſeris factus, protinus exſurrexit, & verſus Draconem aggreſſus eſt ſolus confidenter. At ille dum cerneret virum ſanctum, velut manſuetiſſimus agnus coram eo proſtratus dorſo ſubmiſit. Ad cujus præceptum mirificum continuo diſceſſit, ac recedens feſtinus nulli nocuit in preſſuris, & ultra ibidem amplius non eſt viſus. Felix alumnus eſt iſte Confeſſor, cui non tantum mitia, verum etiam immitia ſubjungantur, ut verbum impleretur propheticum, omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, ut videretur fuiſſe in eo prima innocentia protoplaſti, ut enim ejus merita laudabilia lucaliter pateſcerent univerſis, inanimata ſuo verbo ocius famulantur. Nam de monte, qui dicitur ad aſpectum, nube nigra ex ipſo monte ſurgente in tempeſtate grandinis violentę, non ſolum ipſa blada, verum etiam vineas, & homines perimebat. Cum autem plebs deprecaretur hunc ſanctum, ut pro eis ad Deum intercedere dignaretur; vir ſacer, & pius propinquius acceſſit ad locum. Cumq; regionem ſignaret ſignaculo Crucifixi, omnes incolas in Chriſti nomine benedixit, ſtatimque ut ille mons fuit crucis bravio conſignatus, grandinis tempeſtas ceſſavit, periere fulgura, tonitrua diſceſſerunt, ut ipſa cœli facies plenius declaravit. Ad ejus quoque commonitionis conſtitutum inde per aerem dæmones fugientes, ululantes clamabant dicentes. Ut quid veniſti ſerve Dei ante tempus nobis impendere ſupplicium ſempiternum? Ex prædictis verò num manifeſte apparet, quod propter ejus merita etiam dæmonia ſubiiciuntur ſibi? In ipſo quippe ſupercilio montis ad honorem Salvatoris Mundi mira Eccleſia eſt fabricata, ubi exuberantur beneficia petentium populorum. Digne quidem vir iſte beatus meruit exaudiri, qui hoſte maligno ſubacto, ſuum domeſticum poſſidebat. Sane cum jam præ labore corpus haberet collapſum, nec id revocare poterat ad priſtinam ſervitutem, totis cupiebat affectibus in viam pacis dirigere greſſus ſuos. Cumque diris corporis augerentur doloribus, omnes illas penales anguſtias, ut alter Job patienter portabat. Hic dum ſe videret viribus deſtitutum, & mortem propinquam imminere putaret, convocato ad ſe*

*Clero, ut de ſuo tranſitu blandis verbis demulcens, ad divinum, quantum potuit, eſt hortatus amorem. Eo autem decubante in terram, in ſtrato junceo ſe poni præcepit. Facta ergo prima vigilia noctis qua ſolent homines magis gravari, nihil præter ſenſum vivi ſupererat hominis. Cumque omnes in ſilentio ſtarent, ſubito clamavit, & dixit; Ecce chorus Angelicus tum ſanctis Agrippino, & Januario ſociatus, adſunt nihilominus cum eiſdem Beatus Bonoſus, & alii Præſules Præceſſores, qui cum dulcibus modulis expectarent, anima illa ſanctiſſima dicente: In manus tuas commendo ſpiritum meum, relicto corporis tabernaculo, quaſi ſtella præfulgida ad cæli ſecreta intravit perennè. Tantæ ergo claritatis in ſuo corpore fulgorem dimiſit, ut ſecunda ſtola immortalitatis indui videretur. Fragrabat quoque exterius ejus corpus puriſſimum, ut putaretur unguento fuiſſe delibutum. Talia namque ipſum decebat habere, ut per vitam bonæ famæ in mundo extitit converſatus, in odorem poſt eum curreret unguentorum. Quam verò vir iſte beatus in vita clarus extiterit, in morte quoque eum Deus fecit incomparabiliter clariorem. Nam cum quidam ex devotione præcipua tunicam ejus furatus fuiſſet, fugam petiit feſtinanter; quem cum quidam inſequerentur ex furia, adverſus quoddam flumen ad eum appropinquare cœperunt. At ille fugiens mœrore repletus, flumen ipſum ſuper tunicam ingreſſus eſt confidenter, tangente autem tunica aquas, ita ſe ei calcabiles præbuerunt, ut non in aquas, ſed per aridam putaretur ubire. Ecce vide, quod non tantum Judæis, ſed etiam Chananæis auxilium opportunum miniſtrat, ut virtus de illo exiret, & ſanaret omnes. Cæcis namque, & ſurdis, paralyticis, & leproſis per eius miranda ſuffragia ſanitatis remedium impartitur. Tranſivit autem venerabilis Pater ex hujus mundi naufragio quinquageſimo vitę ſuæ anno, ut relicto ſervili timore, ad æternam perveniret hæreditatem. Cujus corpus poſt multum temporis ſpatium, vir quidam nomine Milus, homoutique Deo charus à Grimoaldo Salernitano Principe impetravit, & ad Neapolim civitatem cum omni reverentia tranſportavit; ubi in vertice cujuſdam montis in ejus honorem Eccleſia fabricata conſiſtit; ibique corpus ejuſdem conditum eſt. Et ibidem magna remedia ſanitatum præſtantur. Gaude felix Salernum civitas, & exulta, gaude, inquam, de tanto Paſtore, & Patrono: lætetur inſuper & civitas Neapolitana, quæ tanto dotata Præſule, facta eſt ſacri corporis apotheca. Sed & nunc pſallat Monachorum Ordo conſpicuus, & in novæ laudis canticum jubilet, qui tam præclarum idoneum poſſidet defenſorem. O vos virgines pulſate Patrem precibus, ad oſtium inquietetis amicum, ut relicta nuptiali copula, virgines poſt eum poſſitis adduci: ut hic excuſando, illic impetrando ad montem veri luminis per eum poſſitis feliciter pervenire, quem nobis concedat Salvator, qui eſt benedictus per infinita ſæcula. Amen. His accedunt hymni in honorem s Gaudioſi à Sennazario conſcripti, quibus patria, & oſſium tranſlatio aſſeritur. Arbitratur autem Caracciolus Sennazarium hæc panxiſſe occaſione aliqua recenti inventionis corporis ejuſdem Sancti.*

*Gaudete cœtus Virginum*
*Plenas habentes lampadas,*
*Sponſus ſacras ad nuptias*
*Venit repente, ſurgite.*
*Venit ſerenus lucifer*
*Nocturna pellens ſydera,*
*Optata lux ſolemnibus*
*Adeſt dicata gaudiis.*
*Lux clara, quæ fugans nigram*
*Mundi ſator caliginem*
*Veſtri latere gloriam*
*Patris, diu non paſſus eſt,*
*Quæ Gaudioſi ſtgmina*
*Tot irreperta ſæculis*
*Suis videad.civibus*
*Dives retexit urnula,*
*O ter beate, & amplius*
*Lapis puſille, qui tuo*
*Tanti verendum Præſulis*
*Sinu recondis pulverem.*
*Præſul ſed ò beatior*
*Claræ decus Neapolis*
*Tuæ benignus Patriæ*
*Ter Gaudioſe gaudia.*
*Adſit fides, & veritas,*
*Adſit probata caſtitas,*
*Morbos, famem, pericula*
*Tuis repelle mœnibus.*
*Ergo tibi ſit gloria*
*Inſeparata Trinitas*
*Verbum, Paterque, & Spiritus,*
*Qui condidiſtis omnia.*

De eodem ad Veſpeeas.

*Audiat ſurgens pariter, cadenſque*
*Sol tuas laudes, meritoſque honores,*
*Urbis ò noſtræ columen, tuæque*
*Gloria gentis.*
*Audiat cœlum, mare, terra & aer,*
*Annuos ritus tibi dum novamus,*
*Dum damus flammis adolenda ſacris,*
*Thura per aras.*
*Huc ades feſta redimite fronde,*
*Cęlitum plauſus, choreaſque linquens,*
*Et tuam Sedem tua Gaudioſe*
*Oſſa reviſe.*
*Oſſa quæ longa tumuli ſub umbra*
*Abdita ignaras latuere gentes,*
*Nocte mox pulſa redeunt apertus*
*Lucis in auras.*
*Hic dies nobis celeber, precamur,*
*Lætior ſemper redeat, nec ullos*
*Hoſtium motus ferat: aut maligni*
*Syderis æſtus.*
*Da tuis longam venerande pacem*
*Civibus, da perpetuos honores,*
*Da bonam mentem, ſuperique plenos*
*Luminis hauſtus.*
*Juſta poſcentes animos benigne*
*Adjuva, injuſtos moderare ſenſus.*
*Sentiat per te patuiſſe caſtis*
*Æthera votis.*
*Laus tibi Cęli Pater, atque Princeps*
*Omnium Rector ſimul, & Creator,*
*Quem fides veri ſtudioſa trinum*
*Credit, & unum.*

(„ *LEO Salernitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcri-* XVIII
„ *bitur conſtituto Pauli I. pro monaſterio SS. Sylve-*
„ *ſtri, & Stephani an.* 761. Luceotius.)

18 RODOPERTUS *a* Epiſcopus præfuit Cathedrali Eccleſiæ Salernitanæ ſub vocabulo S. Mariæ Angelorum, florente Arechi, ex Longobardorum genere, primo Salernitanorum Principe, qui obiit ann. 787. Cui Principi ſucceſſit Grimoaldus filius ejus. Arechis autem (ait Herempertus) cum regnaſſet annos 29. menſ. 6. jam ætate maturus apud Salernum placida morte quievit, atque juxta Eccleſiam Dei Genitricis ad Sedem ipſius eſt humatus. Per idem tempus, ſanctæ ipſius Eccleſiæ Robertus (idem ac Rodepertus) Epiſcopus præerat, qui ob amorem tanti viri ſuper tumulum ejus, ejuſque uxoris, ac filii Cameram conſtruere fecit. Fuit autem Princeps Arechis vir mitis, & apprime liberalibus diſciplinis imbutus. Hanc ipſe civitatem (nempe Salernum) undique munivit: atque in ea, miræ magnitudinis, immò & pulchritudinis palatium conſtruxit: & ibidem ad Aquilonis partem, Eccleſiam in honorem Beatorum Petri, & Pauli inſtituit, quam, ut ajunt, dum olim aſylum Principis eſſet, & ipſe Arechis Idolum ingens illic inveniſset ex auro fabrefactum, inde ipſam Eccleſiam deauravit. Hæc hiſtoria Longobardorum Salernitana, quæ ſub nomine Heremperti circumfertur. Eccleſiam luculentiſſimis verſibus exornavit Paulus Diaconus, quorum aliquos vetuſta conſumpſit antiquitas, qui ſuperfuerunt hi ſequuntur.

XIX.

*a Seù Robertus.*

*Chriſte ſalus, utriuſque decus ſpes unica mundi,*

*Duc*

*Duc, & educ Clemens Arichis pia ſuſcipe vota,*
*Perpetaumque tibi hęc condas habitaculum templi*
*Regnator tibi ſumme decus trinomiadę ille*
*Hebrææ gentis Solymis conſtruxit aſilum*
*Pondere quod factum ſic circumſepivit obrizo.*
*Duxit opus nimium, variis ſculptumque figuris*
*Brac.* . . . . . . .

Alterum Palatium Beneventi conſtruxiſſe Atechim teſtatur Chron. Caſin. lib. 1. cap. 15. quod verſibus idem ornavit Paulus Diaconus Deſiderii Regis Notarius, qui epitaphium ſepulcro Arichis compoſuit, quod recitat Baron. tom. 9. ad annum 787. ex eodem Heremperto, qui plura addidit, quæ interceſſerunt inter Carolum Magnum, & Epiſcopos Beneventanum, atque Salernitanum, (is fuit Rodopertus) & alios ab Atichitio Duce Legatos miſſos, quæ a Baronio haud probantur, quod & fabuloſa multa commiſceantur. Rodopertus verò Salernitanam Eccleſiam cum per multos annos rexiſſet, in pace quievit.

19 (1) NICOLAUS vixit anno 801. iuxta ea quæ recitantur in hiſtoria tranſlationis ſanctorum Martyrum Viti, Modeſti, & Creſcentii apud Polymnianum.

XX 20 RODOALTUS Salernitanus Epiſcopus præfuit ſub Sicone Principe, quo tempore urbs Canuſia capta fuit ab Agarenis, quod accidit anno Chriſti 818. Indict. 11. tunc etiam Saraceni Siciliam, & mox Apuliam vaſtarunt. Vixit autem Rodoaltus annos 16.

XXI. 21 PETRUS huius nominis primus Salerni Epiſcopus, Grimoaldi Principis cognatus, cum eſſet Canuſiæ Eccleſiæ Epiſcopus, inde fugiens Salernum, ibidem mortuo Rodoalto anno 834 Indict. 12. Sicardo Siconis filio Principe, creatus fuit Epiſcopus, ſuoque ſumptu Eccleſiam iuxta prædictam Sedem in honorem B. Joannis Baptiſtæ, mira magnitudine conſtruxit, licet ad culmen uſque, præveniente morte, non potuerit perducere, cuius & veſtigia iuxta maiorem Eccleſiam hactenus apparent: ſedit annos decem.

XXII. 22 ROCTOLUS ſedit an. Chriſti 844. quibus temporibus Rodelchis. & Sigenolfus conſanguinei Principatum iure belli occuparunt, & Lothario Italiæ Rege arbitro uſi, Sigenolfus Princeps creatus eſt, Rodelchius Beneventano Ducatu eſt potitus. Vixit Roctulus in Epiſcopatu annos quatuor.

XXIII 23 MAGNALDUS Epiſcopatum ſuſcepit anno Chriſti 848. Ind. 12. Sicone II. & Sigenolfo Principibus: ſedit ann 5.

XXIV 24 TEUPUS Salerni eximius Epiſcopus fuit anno 853. Indict 1. Sichenulfo Principe; orphanorum, viduarumque protector extitit, in eaque dignitate iuxta Muſcæ ſupputationem ann. 14.

XXV 25 ALO Salerni Epiſcopus, vir ſane præclarus, & bonus, Eccleſiæque reparator. Lectorinum ex gypſo fecit miræ pulchritudinis in Eccleſia Cathedrali. Præfuit anno Chriſti 867. Ind. 11. Adelchio Principe, fratre Radelchii, qui è vivis ſublatus fuerat ſine liberis. Alo autem per quinquennium optime cum rexiſſet Epiſcopatum, vitam cum morte commutavit.

XXVI 26 LANDEMARIUS ex finibus Nuceriæ nobilibus ortus Parentibus Salernitanam ſuſcepit regendam Eccleſiam ſub Guaiferio Principe; floruit anno 872. qui viginti annis Principatum geſſit, & ægrotans monaſticum induit habitum in Caſino, profeſſuſque factus, ibidem mortalitatem explevit anno 880. ut Leo Oſtienſis tradit lib. 1. cap. 41. & lib. 2. cap. 50. Ædificavit Dauferius Eccleſiam ſancti Maximi, ut in tabulis ſacri Cavenſis monaſterii (teſte Muſca) his verbis conſpicitur. *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, regnante D. Ludovico Imperatore Auguſto. Anno Deo propitio 20. menſis Novembris ſecunda Indictione.*

A *Ego Guaiferius divina gratia Princeps, filius quondam Dauferii Principis divino auxilio me adjuvante intus hanc Salernitanam civitatem a ſuper ipſa fiſtula propinqua caſa mea à fundamine uſque ad culmen Eccleſiam Dei ædificavi in honorem & vocabulum B. ſancti Maximi, &c.* Muſca authographum vidit: indictio tamen non cohæret cum anno Imperii Ludovici II. annus enim 20. Ludovici incidit in annum Chriſti 875. Ind. 4 vel 5. qua ille Mediolani obiit. Sedit ſolus Guaiferius ab anno 861. cum filio Guaimario ex Landelaſia nato ab anno 877. ad annum 880. quo anno Monachus factus eſt, ac ſtatim obiit, ut Erchemp. num. 40. Leo Oſtienſis, & Anonymus Salernitanus, meliùs hiſtoria Longobardorum Archivii Salernitani ſcribunt. Landemarius verò Epiſcopus diù Salernitanam Eccleſiam rexit. Muſca illum in Epiſcopatu vixiſſe annos 37. affirmat, ab anno ſcilicet 872. uſque ad 909. Fallitur tamen, cum 882. Petrus quidam Salerni erat Epiſcopus, ut mox apparebit.

B 27 PETRUS Epiſcopus Salerni fuit ſub Guaimario primo Principe ann. 882. in cujus gratiam Eccleſiam ſancti Maximi a Gauſerio Guaimarii genitore ſuo, ſuorumque iuriſdictione liberam fecit, ann. 6. Guaimarii Principatus Indict. 15. in annum ſalutis incipit 882. Cœpit enim Guaimarius una cum patre Salernitanum Principatum adminiſtrare anno 877. ſolus verò eo defuncto anno 880. Petri conceſſio ab exemplari Archivii Cavenſis monaſterii deſumpta hiſce verbis proloquitur. XX VII.

*In nomine Domini. Sexto anno Principatus D. noſtri Guaimarii Principis menſe Martio XV. Indictione.*

*Nos Petrus vener. Epiſcopus s. Sedis Salernitanæ Eccleſiæ poſtulavit nos D. Landelaicha una cum ſupradicto D. Guaimario Principe filio ſuo, ut pro amore Omnipotentis Dei liberaremus ipſam Eccleſiam s. Maximi, quam D. Guaiferius Princeps vir & genitor eorum intus hanc civitatem Salerno fundavit, & dum non valuimus pleniter abſque conſenſu s. Congregationis eos perficere, ſic advocavimus erga nos Rodelgardum Caſtaldeum Advocatorem noſtri Epi-*
C *ſcopii, & Lupenandum Presbyterum, & Vicedominum noſtrum, & alios Sacerdotes, & Levitas, & Clericos, & una cum illis inter nos exinde colloquium habuimus, unde omnibus rectum nobis comparuit eandem iſtam perficiendi, eo quod à novo fundamine ipſe D. Guaiferius Princeps, vir, & genitor eorum ipſam Eccleſiam fundaverat, & res ſuas ibi obtulerat. Pro ideo ſicut nobis omnibus rectum comparuit, ita per hunc ſcriptum concedimus, atque confirmamus vobis D. Landelaichæ, & D. Guaimario Principi, & hæredibus veſtris, ut omni tempore ipſa Eccleſia s. Maximi cum ipſo Abbate, qui per vos, & per veſtris hæredibus ibidem ordinatus fuerit, & omnibus Presbyteris, & Clericis, qui in ipſa Eccleſia s. Maximi fuerint una cum omnibus ſuis rebus, & pertinentiis libera & abſoluta permaneat, ut nullam conditionem, aut dutionem, aut ſervitium, aut imperationem, vel excommunicationem, nec nos ſupradictus Petrus Epiſcopus, nec noſtris ſucceſſoribus habeamus ibi in dicta Eccleſia S. Maximi poteſtatem aliquid fa-*
D *ciendum, ſed amodo, & ſemper libera ſit, & abſolutacum omnibus Presbyteris, & Clericis, qui in ipſa Eccleſia fuerint abſque omni audientia noſtra, & de ſucceſſoribus noſtris, ſed ſemper in veſtra, & de hæredibus veſtris ſit poteſtate, ſimulque & de ipſo Abbate, qui ibi ordinatus fuerit. Et ſi nos, aut noſtris ſucceſſoribus quamcumque conditionem, aut audientiam, aut quemcunque cenſum, vel ſervitium, aut obligationem in ipſa Eccleſia imponere voluerimus, & hæc omnia, quæ ſuperius leguntur, removere, aut retornare quæſierimus, aut ſi in ipſa Eccleſia, qualemcunque ſubjugationem, aut angariam ponere voluerimus, obligamus nos, & ſucceſſores noſtros ad componendam vobis, & ab hæredibus veſtris,*

(1) Hæc, quæ de Nicolao hic recitantur ab Ughello, in correctionibus ad hunc tomum inquit Auctor eſſe delenda, cum revera vel eo tempore non vixerit, vel nunquam hujus ſedis Antiſtes fuerit. In hiſtoria tamen Reliquiarum SS. Viti, & ſociorum, memoratur hic Nicolaus præſens cum ſuo Clero earumdem tranſlationi habitæ à Petro Epiſcopo Canuſino è Silari fluvio ad locum Marianum Canuſinæ diœceſis imperante Florentio Salerni Principe. Sed ea hiſtoria, quæ in Polymnianenſibus ab Ughello tranſcribitur, tanquam pluribus erroribus vitiata ſuſpectæ fidei eſt; nec talem Principem tunc Salernitanis imperaſſe conſtat. Quod verò [illegible] ibi nuncupetur Archiepiſcopus, [illegible] id facere [illegible]. Præſulatum [illegible] Salernitanum judicent alii.

*ſtrit, & ab ipſo Abbate, qui ibi præordinatus fuerit,* A *mille aureos ſolidos Conſtantinos, & in antea taciti maneamus, tali tenore, te Deuſdedi Notarium ſcribere rogavimus. Actum Salerni in ſupradicta Indictione.*

† *Ego qui ſupra Petrus gratia Dei Epiſcopus.*
† *Ego qui ſupra Lapenaadus Abbas, & Vicedominus S. Eccl. Salernitanæ huic libertati conſenſi, & ſſ.*
† *Ego Andreas Abbas & electus.*
† *Ego Magrigardus Diaconus me ſubſcripſi.*
† *Ego qui ſupra Adelchiſius Presbyter me ſſ.*
† *Ego qui ſupra Godelpertus Presbyter me ſſ.*
† *Ego qui ſupra Guiſenolfus Presbyt.*
† *Ego qui ſupra Guipertus Subdiaconus me ſſ.*
† *Ego Guido me ſubſcripſi.*
† *Ego Caſtelchis me ſubſcripſi.*
† *Ego qui ſupra Joannes Abbas me ſubſcripſi.*

Petri hujus Muſca non meminit, de quo nulla alia mentio extat præter allatum antiquæ venerationis monumentum. („ *Scripſit clero Salernitano* „ *Joannes VIII. ut ex regeſto epiſt. 311. tom 9. Concil.* „ *Labbæi.*) B

XX VIII. 28. BERNARDUS hujus nominis primus Salerni Epiſcopus ex civitate Latiniana, præfuit, ait Muſca. anno Chriſti 909 ſub Principibus Guaimario II. Giſulfoque primo, parentibus quidem ortus non infimis, fecit in ſua Sede Campanile miræ pulchritudinis, & Eccleſiam ſancti Joannis Baptiſtæ, quam Petrus, hujus nominis primus. Epiſcopus fundaverat, denuo à fundamentis conſtruxit, fuit natura mitiſſimus, Eccleſiæque reparator. Aliam ſub nomine Salvatoris Eccleſiam ædificavit, eandemque Confeſsori Felici dicavit, & ipſius Eccleſiæ altare nonnullis ſacris corporibus ditavit. Anno 940. imminente Agarenorum incurſione, metuens ne propriis fraudaretur Patronis, ſanctis quippe martyribus Fortunato, Cajo, & Anthe, ſacra eorum corpora, ex propria Eccleſia, ubi per longa temporum ſpatia requieverant, juxta flumen, quod Lirnus appellatur. idem egregius Præſul ad Eccleſiam jam dicti ſancti Joannis intra mœnia civitatis, debito cum honore deportavit, & ea ibi- C dem perhonorificè collocavit, extructo in honorem ipſorum SS. martyrum Fortunati, Caii, & Anthe, beatorumque omnium Apoſtolorum Altari. Idem cum multitudine Clericorum. necnon laicorum non procul à dicta jam civitate, ad locum qui Fajanum dicitur, in finibus Salernitanis venit, & magna cum reverentia, piiſq. orationibus B.B. Confeſsorum, pariterque Pontificum corpora, quæ diù illic requieverant, Cyrini, & Quingeſii, ſyndone munda involuta, cum ſacris myſteriis ab ipſo jam Epiſcopo, Clero, populo, magna cum exultatione, cum cereis, & lampadibus piè ſequentibus Salernum tranſlata ſunt. & in Eccleſia quam in eorum honorem conſtruxerat, decenter locavit, ſed ea Eccleſia, quæ, & ubi fuerit, ignoratur. Nunc enim in inferiori crypta majoris Eccleſię Salernitanæ ad altare ſanctorum Confeſsorum Occidentem verius. recondita inveniuntur. Paſſi autem fuerant glorioſi martyres carcerem, & varia tormenta ſub Proconſule Leontio in civitate Buzo- D cenſe ſub Imperatoribus Diocletiano & Maximiano. Quod fuit circa annum à partu Virginis 282. melius 288. die 15. Maii, qua die eorum tranſlationis officium in Eccleſia prædicta celebratur. Leontius verò ſupradictus Proconſul ad templum Priapo dicatum, quod juxta urbem Salerni conſtructum erat (quod hodie ſub vocabulo ſancti Fortunati nuncupatur) capite plecti juſſit, ibique avibus, beſtiiſque devorandis reliquit; exinde tandem, ut dictum eſt, eorum corpora aſportata, in inferiori Baſilica dictæ majoris Eccleſiæ ad altare Crucifixi, Meridiem verſus requieſcunt. Feſtum verò eorum pretioſæ mortis colitur die 28. Auguſti. Reperitur vixiſse Bernardus in Epiſcopatu annos triginta duos.

XXIX. 29 RACHENALDUS Epiſcopus Salerni electus an. 942. ſub Giſulfo Principe, ſanctiſſimæ vitæ vir, vixit in ea dignitate annos quinque.

30 PETRUS III. Epiſcopus Salernitanus, XXX Adimarii II. Principis cognatus, ſub filio Giſulfo, præfuit an. 947. ſanctè vixit, eaque qua decet vigilantia hanc Eccleſiam gubernavit per triennium, requievitque in pace anno ſal. 950.

31 PETRUS IV. Petro ſucceſſit anno 950. XXXI mortuuſq; eſt 4. ſui Epiſcop an. principante Giſulfo.

32 BERNARDUS II. Epiſcopus Salernitanus XX XII. anno 954. magnæ felicitatis vir, cum eo Præſide, ac Giſulfo Principe tranſlatum fuit corpus B. Apoſtoli, & Evangeliſtæ Matthæi ex Peſtana civitate Salernum in majorem Eccleſiam ſanctæ Mariæ, anno Dom. 954. die 6. Maii ſub Agapito II. Pontifice. Cujus tranſlationis memoriam quolibet anno die prædicta, Eccleſia Salernitana per octo dies cum hymnis, roſis, & floribus ſolemniter veneratur magna hominum frequentia, ac pietate; ex quo ſacratiſſimo corpore pretioſus, ac ſanctus liquor, manna dicunt, effluit, ad mala omnia antidotus pretioſiſſima, quemadmodum plurium ſæculorum experientia docuit. Nec ſtudioſus veritatis lector miretur, nos dixiſse, prædictam tranſlationem ſub Agapeto II. factam, cum Breviarium Romanum, ac Baronius in notis ad idem ſub Gregorio VII. factam aſserant, nam illam diximus fuiſse ex Peſtana civitate Salernum, hanc verò ex dicta majori Eccleſia ad novum templum ære Ducis Roberti Guiſcardi tunc Principis Salerni ædificatum, & Beato Apoſtolo & Evangeliſtæ Matthæo dicatum, in quod veluti per novam tranſlationem Gregorii VII. tempore fuit delatum, & in inferiori ipſius templi Baſilica collocatum. Tranſlationis hiſtoriam perbellè ac erudicè ex vetuſto monumento deſcripſit Marcus Antonius Marſilius Columna Salernitanus Archiepiſcopus, quam in Alſano dabimus. Bernardus verò bonus Epiſcopus anno poſt Beati Apoſtoli corporis tranſlationem, quarto, peſte confectus obiit ann. 958. quo Præſule Salerni conditum fuerat cœnobium Monachorum ſancti Petri ſubtus, & prope fiſtulam, ut ex monumento, decimo nono anno Giſulfi Principis ſcriptum conſtat: hoc nobis dedit ex copiali cum aliis plurimis Eccleſiæ Salernitanæ monumentis Pyrrhus Aloyſius Caſtellomata nobilis Salernitanus, & Aſculanæ Eccleſiæ in Apulia digniſſimus Epiſcopus. Tenor documenti talis eſt.

*In nomine Domini; XIX. anno Principatus D. noſtri Giſulfi glorioſiſs. Principis menſ. Febr. 14. Indict.*

*Dum coram præſentia D. Leonis Reverendiſs. Abbatis monaſterii S. Petri, (quod conſtructum eſt intra hanc civitatem ſubtus & propè fiſtulam) eſſem ego Petrus Judex, & Joannes Notarius fil. q. Grimoaldi, & idonei intereſſent homines, ipſe D. Abbas clarificavit pariter ipſius monaſterii habere communem cum ipſo Joanne Notario, & cum Amato Notario germano ſuo, & cum Joanne patruo eorum fil. q. Urſi, viam, quæ olim ducebat inter res dictorum, & res d. monaſterii, quæ ſunt foris hac civitate in loco Leſiao, ubi Caſinianum dicitur, & nunc in deſuetudine habet; quia non indiget ambulandi, neque par ipſius monaſterii, nec ipſi. & eſt ipſa via longitudo ad Orientale, quæ ducit pro capite de vinea ipſorum Joannis, & Amati, & Joannis pergente in parte Occid. inter ipſam terram cum vinea, & res d. monaſterii paſſ. 10. & ab inde deſcendit infra ipſam terram ipſorum patrui, & nepotis in ipſa par. Occid. paſſ. 14 & ab inde, ſeu de ins. ſept. infra ipſam terram ipſorum paſſ. 24 & ab inde vadit in ipſam par. Septentrionis, inter quam terram eorum, & terram aliorum paſſ. 30. uſque ad ipſas res dicti monaſterii; & ſicut ipſi D. Abbati placuit ſua voluntate conven. cum ipſo Joanne Notario faciens tradidit ipſi Joanni Notario pro parte ſua, & ipſorum germani, & patrui ſui integrum illud, quod pars ipſius monaſt. pertinuit de d. via per dictas menſuras juſto paſſu hominis menſurarum ea ratione, ut ipſa via ſemper ſit in poteſtate ipſorum Joannis, & Amati, & Joannis & hæredum illorum, & liceat illis, & eorum hæredibus de ea facere quod voluerint, quia nullus alius homo ibidem vicem habet, & per con-*

*ven. ipſe D. Abbas guadiam ipſi Joanni Notario pro parte ſua, & ipſorum germani, & patrui ſui de dicta fidejuſſione et pro ſua, & illorum parte poſuit Dunnellum germanum meum filium q. Jaquinci Not. & per ipſam guadiam obtulit, ſe & ſuos hær. & par. d. monaſteíii ſemper defendere ipſis patruo, & nepotibus, & illorum hær. integrum illud quod ipſi Joanni Not. ut dictum eſt, tradidit ab omnibus hominibus quibus per ipſum D. Abbatem, & per ſuum, ſuos, & pro parte ipſius monaſterii illud ex eo datum, aut obligatum, vel manifeſtatum, ſeu de modo alienatum paruerit, & quod pro illorum par. & dato quaſcunque cauſationes ex eo ipſis patruo, & nepotibus, & eorum hær. propoſuerint, ab aliis autem hominibus, & cum voluerit ab omnibus hominibus ipſi patruo, & nepot. & eorum hær. poteſtatem habeant illud per ſe defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus & rationibus, quas de ea oſtenderint, & ſi ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ipſe D. Abbas, & ſucceſſ. ſui & pars ipſius monaſterii ipſis patruo, & nepotibus, & eorum hæred. non adimpleverint; & dictum, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere præſumpſerint per ipſam guadiam obtulit ſe, & ſuceeſſ. ſuos & par. dicti monaſterii compon. ipſi patruo, & nepotibus, & eorum hær. 50. aur. ſolid. conſtant. Dicta fecie ipſe D. Abbas una mecum, & cum ipſo Dunnello, dum ibidem adeſſet, & Aloara q. Guaimari relicta q. Mauri Atran. quia mihi & ipſi Dunnello & præd. Aloare pertin. ipſum monaſt. quod autem ſuperius quaſi diſturbatum in duobus locis eſt, legitur infra, & taliter tibi Joanni Notario ſcribere præcepi.*

† *Ego qui ſupra Leo Abbas.*

† *Ego qui ſupra Petrus Judex.*

XX XIII 33 PETRUS V. Salernitanæ Eccleſiæ Epiſcopus declaratus anno 958. à Giſulſo Principe, ex Clerico, medicinæ artis inſigni, valdeque ab ipſo dilectus, ut Anonymus Salernitanus ſcribit in hiſt. Principum Longobardorum par. 6 & par. 7. Petrum Præſulem Sanctiſſimum vocat. Mortem obiiſſe refert Muſca 11. ſui Pontificatus anno.

XX XIV. 34. JOANNES poſtremus Salernitanus Epiſcopus præfuit prædictæ Eccleſiæ ſub Giſulſo Principe anno 969. [a] ac ſuaſu ejuſdem Giſulfi liberam fecit Eccleſiam ſancti Nicolai ad palmam. Extare ait Muſca exemptionis monumentum in Archivio Cavenſis monaſterii. Vixiſſe ait idem Muſca ad annum quintum à ſua aſſumptione, quod nullo pacto atteſtari poteſt; cum inter monumenta Cavenſis cœnobii unum ſe legiſſe commemoret doctus Camillus Peregrinus in notis ad num. 11. par. 7. Anonymi Salernitani ſcriptum anno 7. Principatus Pandulfi Ind 9. qui fuit Chriſti 981. ubi Joannis Epiſcopi Salernitani fit mentio, cujus initium. *Anno 7. Princip. Dom. Pandulfi menſe Junio Indict. 9.* in quo adeſt infraſcripta atteſtatio. *Ante nos Guidonem & Aldemarium Judices. Nos Pandulfus Princeps filius bonæ mem. Dom. Pandulfi Princ. declaro, quod Giſolfus, & Gemma adoptaverunt me in filium; propterea D. Joan. venerabilis Pontifex ſanctæ Sedis Salernitanæ, &c.*

[a] Sed & an. 984. qui ſubſcripſit Rom. Concilio.

Præfuiſſe Joannem Salernitanæ Eccleſiæ ad minus ann. 12. ac poſt annum 981. fato ceſſiſſe omnino fatendum eſt.

# ARCHIEPISCOPI
## SALERNITANI.

XX XV. 1 AMATUS ultimus Salernitanæ Eccleſiæ Epiſcopus præfuit poſt annum 981. Illum autem fuiſſe conſtat primum Archiepiſcopum, tum ex Benedicti VII. privilegio, qui anno 984. Salernum Archiepiſcopatu nobilitavit, tum ex Bulla Joannis XV. ad Grimoaldum Archiepiſcopum Salernitanum ann. 993. quæ ejuſdem Amati mentionem facit. Joannes Princeps tunc Salerni erat, ejuſque A opera Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopatus jura delata fuerunt. Amatus verò in ejuſdem gratiam, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Donno, quam ipſe conſtruendam curaverat, ab omni Archiepiſcopali jure liberavit anno ſalutis 990. Principatus Joannis ſexto, Guaimarii filii primo. Amati Archiepiſcopi diploma extat in Cavenſis cœnobii Archivio ſic exſcriptum ab exemplari.

*In nomine Domini 6. anno Principatus D. noſtri Joannis, & 1. anno Principatus D. Guaimarii ejus filii glorioſiſ. Principibus menſe Octob. 3. Indict.*

*Præſens ego Amatus Domini gratia Archiepiſcopus S. Sedis Salernitanæ clarefacio, quoniam à novo fundamine deſtructa, & perducta eſt Eccleſia vocabulum S. Dei Genitricis Mariæ intus hanc Salernitanam civitatem, inter muro, & muricino, per D. Sichelgaitam Principiſſam uxorem ſupradicti D. Joannis glorioſiſſ. Principis in terra eidem D. Sichelgaitæ Principiſſæ pertinente, quæ fuit terra ipſa monaſterii S. Mariæ, & s. Benedicti intus hac civitate Salerni,* B *& venerunt ad nos ſupradict. D. Guaimarius Princeps, & Joannes Comes germani filii ſupradicti D. Joannis, & D. Sichelgaitæ, & dixerunt in eadem Eccleſia s. Mariæ, Deo placente, Clericos, & Abbatem ibi Domnellus Presbyter ordinatos habere, & ipſe Domnellus Abbas, cum ipſi alii Clerici, Deo auxiliante laudem Domini quotidie exolvunt, & dixerunt nobis, ſi emiſerimus illorum ſcriptionem ſecuritatis de ipſa Eccleſia s. Mariæ, & ejus pertinentiis in ſupradictum Abbatem, & de aliis Abbatibus, & Clericis, & de ordine Eccleſiarum, ſicut inferius declaramus, illi autem darent exinde nobis argentum libras decem, pro ideo ego cepi exinde habere colloquium cum Totone advocatore noſtro, & cum Cleros honoratos noſtri Archiepiſcopii; inito conſilio comparuit omnibus nobis valdè bonum eſſe nobis tollere ipſum argentum, perficiendum exinde ea, quæ nobis, & noſtri Archiepiſcopii ſunt neceſſaria, & emitteremus ad ipſos germanos ſecuritatis chartam de ſupradicta Eccleſia, & de omnibus, ſicut ſubter adnexum* C *eſt. Unde ad hæc omnia perficiendum per me ipſum ſupradicto D. Joanni glorioſo Principi nunciavi, ut ſi ejus gloriæ placuerit per illius ſolutionem talia faceremus, ille verò à Deo conſervatus Princeps, agnoſcente, quod utriuſque partibus bonum eveniret, ſolutionem dedit ſic eos perficiendum, & de ſuis præſentiis intermedium noſtrum eſſet, dum direxit Miſſum ſuum nomine Deſijo Comes, & nos partes obſervantes ea, quæ in lege Longobardorum de convenientia affixum eſt, convocavimus inter nos idoneis hominibus, ut quo utrumque fecerimus, omni tempore firmum, ſtabileque maneret; ex quo ita factum ego ſuperius dictus Amatus Domini gratia Archiepiſcopus una mecum ipſum Advocatorem noſtrum recepimus à vobis jam dictis D. Guaimario Principe, & Joanne Comite ipſas decem libras argenti, & nos pro taliter pro bona convenientia ante ipſum Miſſum, & Petrum Judicem, & ipſis idoneis hominibus per hanc cartam tradidimus, & confirmavimus vobis prædict. germanis ſupradictam Ec-* D *cleſiam s. Mariæ, quam ſuperius diximus ipſa Dom. Sichelgaita genitrice vera in ipſa terra ſua vacua infra ſupradicto muro, & muricino ad culmen, & dedicationem perduxit, & omnes alias Eccleſias, quæ ſubjectæ, & pertinentes ſunt, & fuerint in eadem Eccleſia s. Mariæ, ut omni tempore in veſtra, & de veſtris hæredibus ſint poteſtate tenendum, & regendum, gubernandum Presbyteros, & Clericos, quales, & quantos volueritis, ibidem ordinandum, & permanendum quando, & qualiter volueritis, & ſi, quod abſit, à vobis, veſtris hæredibus in eadem Eccleſia s. Mariæ Abbatem, & Clericos ſemper non habueritis, ordinatos, ut in ſuo vigore, & ordine permanerent, amodo poteſtatem habeat ipſe Domnellus Presbyter & Abbas diebus vitæ ſuę Eccleſiam ipſam tenere, & Clericos quantos ibidem habere voluerit, & ordinem Eccleſiaſticum ibidem facere qualiter voluerit abſque cujuslibet contrarietate, vel requiſitione, & in ipſis aliis Eccleſiis, ut ſuperius dictũ eſt, ſubjectę*

*& per-*

*& pertinentes ſint, & fuerint de ipſa Eccleſia S. Mariæ Presbyteros ordinandum qualiter voluerit. Et ſi forſan ipſe Domnellus Abbas vivente ſe voluerit facere, & habere in ipſa Eccleſia S. Mariæ, qui poſt illius obitum illas, & ſupradictas alias Eccleſias tenere, & regere, & gubernare debeat, poteſtatem habeat, qualiter voluerit eos facere, & ordinare, & ſi ipſe Abbas, qui per ipſum Domnellum in ipſa Eccleſia ordinatus fuerit poſt obitum ipſius Domnelli alium Abbatem conſtituere voluerit, poteſtatem habeat ibidem Abbatem facere, & ordinare quomodo, & qualiter voluerit, ſic tamen ut omni tempore de Abbate in Abbatibus, de ſucceſſore in ſucceſſ. in eadem Eccleſia adimpleantur, & conſtituantur in ſuo arbitrio, & poteſtate. Et ſi de Abbate in Abbatib. de ſucceſſore in ſucceſſ. taliter factum, & completum non fuerit, Congregatio Cleric. quæ in eadem Eccleſia fuerit, poteſtatem habeat ſemper Abbates inter ſe eligere, & facere & ordinare, qualiter voluerit de Congregatione in Congreg. & omnimode ipſæ Eccleſiæ ſubjectæ & pertinentes eidem Eccl. S. Mariæ ordinentur, & inordinatæ non remaneant & quales Presbyteros, & Clericos per vos, & veſtros hær. in eadem Eccl. S. Mariæ, vel per ipſos Abbates, aut ſucceſſ. vel ipſius Abbatibus ordinati fuerint, vel ad ipſos Presbyteros, qui in ſupradictis aliis Eccleſiis, ut dictum eſt, fuerint ordinati, nullam angariam, aut ſervitium pars noſtri Archiepiſcopii illorum imponere queat, neque ad Cruces levandum, vel Codices, aut Baptiſmum faciendum, aut illos excommunicare, aut quamlibet moleſtationem eorum facere, ſed omni tempore in ſuo vigore, & arbitrio perſiſtere abſque omni pertinentia, & dominatione noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, & partium noſtri Archiepiſcopii, & obligavi me, & meos ſucceſſores annualiter in die S. Jovis dandum ad Clericos, vel ad ipſos Abbates jam dictæ Eccl. S. Mariæ formata, & per diem Sabbati S. demum eorum Chriſma, & Oleum S. abſque omni ſervitio, & datione, & poteſtatem habeant quando meruerint cereum benedicere, & Baptiſmum facere, & omnia Eccleſiaſtico ordine quomodo, & qualiter voluerint, & aquam ſanctificatam per viros vicinantes ſpargere, & Cruces ponere, & mortuos ibidem ſepelire, & infirmos viſitare, & communicare, & de cauſa ipſius Eccleſiæ & de ipſis Abbatibus, & quæ per vos, & veſtros hæredes, & per alios in eadem Eccleſia datum, & offertum eſt, & fuerit, de veſtra, vel ſua cauſa, ſtabile, vel mobile, nullam quæramus tollere, aut detrahere, ſed omni tempore ſint in poteſtate de ipſis Abbatibus, & Clericis, qui in ipſa Eccleſia S. Mariæ fuerint, faciendum quod voluerint, ut neque ipſe Domnellus Abbas, neque ipſi alii Abbates, vel ſucceſſores, aut Clerici de ipſa Eccleſia aliquam moleſtationem patiantur à nobis, aut noſtris ſucceſſoribus, vel partibus noſtri Archiepiſcopii, ſimiliter & ipſi alii Presbyteri, qui ordinati fuerint in ipſis aliis Eccleſiis ſubjectis, & pertinentibus ſupradictæ Eccleſiæ S. Mariæ nullam moleſtationem aliquando patiantur à nobis, vel à noſtris ſucceſſoribus. Veruntamen ſi hæredes veſtri per ſupradictum ordinem in ſupradicta Eccleſia S. Mariæ abſque datione voluerint ordinare Abbates, poteſtatem habeant ſemper Abbatem, & Clericos ibidem ordinare, & habere per illum ordinem, ſicut ſuperius legitur, ita ut nullum ſervitium queant inde tollere, vel habere, & ſi hæredes veſtri aliquod ſervitium, vel dationem exinde tulerint, aut ſi ipſam Eccleſiam in illo ordine, ſicut ſuperius legitur, non ordinaverint, tunc ſi habeant poteſtatem ipſi Abbates, vel ſucceſſores, & ipſa Congregatio Eccleſiam ipſam ordinare, & tenere, & gubernare, & facere qualiter ſuperius legitur. De qua per bonam Convenientiam obligavi me qui ſupra, Domini gratia, Archiepiſcopus Amatus, & meos ſucceſſores, ſi taliter omnia ſupraſcripta non adimpleverimus, & aliquod de ea, quæ ſuperius legitur, quæſiſſemus removere, aut contrare, componere obligavi me, & meos ſucceſſores vobis, veſtriſque hæredibus, vel ipſis Abbatibus quatuor millia ſolidos Conſtantinopolitanos, & taliter ſcribere rogavimus te Aghenardus Notarius.*

† *Ego qui ſupra Amatus Domini gratia Archiepiſ.*
† *Ego Dauferius Archid. & Abbas Capellæ Palat.*
† *Ego Joannes Clericus, & Archipresbyter.*
† *Ego qui ſupra Deſigius.*
† *Ego qui ſupra Petrus Judex.*
† *Ego qui ſupra Toto ſcriba Palatii.*
† *Ego Majo.*
† *Ego Alfanus.*

Anno 992. idem Amatus Archiepiſcopus ab omni Archiepiſcopali juriſdictione item liberam fecit Eccleſiam S. Mariæ ultra fluvium Liſini ædificatam à Petro Comite Alferi filio. Amati exemplar ex copiali dedit nobis memoratus Epiſcopus Aſculanus, quod eſt hujuſmodi.

*In nomine Domini, 9. anno Principatus D. noſtri Joannis, & 4. Principatus D. Guaimarii ejus filii glorioſiſſ. Principum menſ. Junio, 5. Ind.*

*Declaro ego Amatus divina protegente clementia Archiepiſcopus S. Sedis Archiepiſcopatu Salerno, qui Petrus Comes filius q. Adalferii à novo fundamine conſtruxit Eccleſiā vocabulo S. Dei Genitricis Mariæ in rebus ultra fluvium Liſinum, quod ei datum fuit per Landolfum filium quond. Petri Comitis pro firma charta, & nunc venit ad me ipſe Petrus, & quærit, ut firmam ſecuritatem ei de ipſa Eccleſia emitterem; qualiter omnia ad Eccleſia ipſa ſecura, & libera eſſe à par. noſtri Archiepiſcopii ad poteſtatem ejus, & de ejus hær. ſemper Presbyteros ibidem ordinandum quomodo voluerint, & omnia nos inde ei adimplendum, & firmandum, ſicut inferius declaramus, & dare inde nobis quinq; libras argenti: ego autem talia audientes cœpi exinde habere colloquium cum Petrus Diaconus, & Archipresbyter, & cum alios Clericos honoratos noſtri Archiepiſcopii, & cum Romoaldus Not. advocatorem noſtrum inito conſilio comparuit omnibus nobis talia faciendum, & ut firmiter illud perficere valeamus, hæc omnia nunciavimus dictis magnis Principibus, ut pro eorum licentia hanc faceremus convenientiam. Illi autem cognoſcentes quod bonum ad par. noſtri Archiepiſcopii evenire ſolutionem nobis dederunt hanc convenientiam faciendum etiam pro firmitatem eam inter medium noſtrum eſſendum duxerunt Petrus Judex, ſuoque fidelem, & nos cum reminiſcentibus, & obſervantibus, atque in edicti capitulo de conven. adſcitum eſt pars partium convocavimus idoneis hominibus, ut quomcunque faceremus omni tempore firmum, ſtabilemque manere, quo ita factum per bona convenientia recepimus à te nominato Petro Comite ipſe quinque libræ argenteæ, ſicut inter nos convenit, & ego jam dictus Amatus Domini gratia Archiepiſcopus una mecum ipſo Petro Diacono, & Archipresbytero, & prędictum noſtrum Advocatorem per bona convenien. per hanc ſcriptionem firmamus tibi jam dicto Petro Comiti, & veſtris hæredibus, inclyta ipſa Eccleſia, ut omni tempore à parte noſtri Archiepiſcopii ſecura, & libera manere, & ſemper ſit ad poteſtate ſua, & de veſtris hæredibus omni tempore Presbyteros ibidem ordinandum quomodo valueritis ſine par. noſtri Archiepiſcopii, & quales Presbyteros per ſe nominatus Petrus, & per veſtris hæredibus quomodocumque ibidem ordinati fuerint, ſic ibidem ſiat ſemper, qualiter per vos, & veſtros hær. ibi ordinati fuerint, & in omni tempore ſecuros, & liberos permaneant abſque omni moleſtatione, & contrarietate noſtra, & de noſtris ſucceſſ & parte noſtri Archiepiſcopii exinde nos, nec noſtris ſucc. nec par. noſtri Archiepiſcopii nullam angariam aut ſervitium, vel cenſum, aut qualibet dationem illarum imponamus, aut exigere queramus ſic ſicut jam ſupradictum eſt omni tempore de omnia ſecur. & liber. manere à par. noſtra, & de noſtri ſucc. & par. noſtri Archiepiſcopii, & quæ per vos, & per veſtris her. de rebus, & cauſa veſtra in eadem veſtra Eccleſia datum, vel offertum fuerit, & quæ per aliis hominibus de rebus, & cauſam ſuam datum, & offertum fuerit ibidem ſemper firm. permaneat in ipſa Eccleſ. & non habeamus poteſtatem aliquando nos, & noſtris ſucceſſ. vel par. noſtri Archiepiſcopii pro quacunque modis, vel rationibus aliquid exinde tollere, aut contrare, tum*

A *innuere, aut in qualicunque par. ipſa Eccleſia, vel res ipſius Eccleſiæ in beneficium dare, aut ad noſtra poteſtate illud habere, ſed ſemper Eccleſia una cum ipſa rebus, & cum omnia dicta ad veſtra, & de veſtris hæc. ſint poteſtate ordinandum, & faciendum quomodo, aut qualiter volueritis, de qua per bona conven. obligo me jam dictus Amatus Dei gratia Archiepiſcopus, & meis ſucceſſ. & par. noſtri Archiepiſcopii, & ſi aliquit de quomodo ſuperius legitur quæſierimus removere, aut contra ire, & quodcunque cauſationis inde vobis præpoſuerimus compon. obligo me, meique ſucceſſ. & par. noſtri Archiepiſcopii vobis, & ad veſtris hær. 500. auri ſolidos Conſtantin. tamen hoc addimus pro ipſo diſturbatum ut non ſe perventum, nec quales Presbyteros per te nominatus Petrus, & per veſtris hær. quomodocumque ibidem ordinati fuerint ſic ibidem ſiat, ut ſupra diximus, & taliter ſcribi rogavimus te Iugbenardo Not. actum Salerni.*

† *Ego qui ſupra Amatus Domini gratia Archiep.*
† *Ego Dauferius Arc. & Abbas Capellæ Palatii.*
B † *Ego qui ſupra Petrus Diaconus.*
† *Ego qui ſupra Petrus Judex.*
† *Ego Pando.*
† *Ego Alſanus.*

Amatum verò exceſſiſſe mihi videtur circa annum 992. ſub quo celebre Cavenſe cœnobium ſumpſit exordium, cujus initium, progreſſus, Abbates, viroſque tum ſanctimonia, tum dignitate illuſtres ex brevi Chronica ab authographis documentis ejuſdem monaſterii deſcripta hic recenſere non erit inutile, cum plurimi faciant ad Salernitanæ civitatis, Eccleſiæque dignitatem.

*Breve Chronicon S. monaſterii Cavenſis.*

*Summa operis.*

*Procul à civitate Salerni quinto ferè milliario mons cæteris excelſior eminet, qui Feneſtra vocatur, quique terminus eſt inter Tramontanos, atque Cavenſes: ad cujus radices in Orientali plaga vallis amœniſſima ſita eſt. Metelliani tuva nuncupata ob adjacentem immanem cryptam, quia veteres Arſiciam appellarunt, ipſamque valleculam limpidus fluviolus irrigat,* C *Selanus nomine, qui ſuavi eam murmure interpellans, ſacrique Cavenſis cœnobii, quod intra ſinum ipſius valleculæ, ac ſub ipſa fermè crypta ſitum eſt, ſacra veſtigia lambens, in proximum mare dilabitur, unde, ut ait ſapiens, prius exivit.*

*Ipſum itaque cœnobium circa ann. D. nongenteſimum octogeſimum à S.P.N. Alferio, alias Adelferio fundatum fuit, qui ex Salernitana civitate clariſſimis natalibus ortus, ex ſpectabili ſcilicet Pappacarbonum familia, quæ à Longobardorum ſanguine trahebat originem, longe tamen clarior præſtantia meritorum enteſcens, primum Cluniacenſis Monachus, poſtea ejuſdem Cavenſis monaſterii fundator extitit, ac primus Abbas præfuitque uſque ad milleſimum quinquageſimum ſalutis annum, quo migravit ad Dominum.*

*De Conſecratione Monaſterii.*

*Tertius à beato viro Alferio, ejuſque nepos carne Cavenſis hujus cœnobii Abbas floruit beatus Petrus; qui & rerum geſtarum amplitudine, & gravitate morum, & ſeveritate diſciplinæ longè omnibus excelluit.* D *De quo quidem ne inſtituti noſtri rationem abjiciamus, id modo dicendum eſt, quod præſentis ordo tractatus poſtulare videtur. Anno à ſalutari Chriſti Domini Jeſu ortu, 1092. Pontifex Maximus, Chriſtique Jeſu Vicarius præſidebat Urbanus hujus nominis II. qui natione Gallus, profeſſione Monachus, Oddo nomine, in Cluniacenſi cœnobio ejuſdem beati Petri diſcipulus antea fuerat, & ad Cavenſe monaſterium revertentis individuus comes, ac vitæ ſocius, donec à ſanctiſſimo Gregorio VII. Romano Pontifice Primorum Patrum Collegio aſcriptus, & Oſtienſis Epiſcopus factus fuit. Tandem poſt Victoris III. obitum, ad Apoſtolici Ordinis culmen aſcitus, Henrici Imperatoris Eccleſiæ hoſtis nequitiam veritus, quoque minus Romanorum ſeditionibus eſſet obnoxius, apud Normannos potius, quam Romæ morari voluit. Salernum itaque à Sereniſſimo Duce Rogerio Roberti Guiſcardi filio honorifice deductus, dum pietatis, & grati animi ardore incenſus ſacrum reddere hunc locum cuperet, & ſanctiſſimi Magiſtri ſui votum explere, conſono omnium populorum plauſu, aſſumptis ſecum fratribus ſuis Reverendiſſ. Epiſcopis Cardinalibus Ubaldo Sabinenſi, Oddone Albanenſi, Berardo Prœneſtino, Joanne Tuſculanenſi, Brunone Signino, Rangerio Regitana, Gerardo Trojano, Joanne Rapollono, & S. R. E. Presbyteris Cardinalibus Hermanno tit. SS. Quatuor Coronatorum, Gregorio tit. s. Vitalis, Benedicto t. s. Suſannæ, Gregorio ex Diaconia s. Mariæ in Via Lata, Joanne ex Diaconia s. Mariæ in Schola Græca, Petro ex Diaconia in s. Adriano, Jacobo ex Diaconia s. Euſtachii, & Teutione ex Diaconia s. Gregorii ad velum aureum, aliorumque Clericorum multitudine copioſa, ut Pontificem Maximum decebat. Salernum egreſſus, monaſterium adiit conſecrationis cæremoniam acturus; ut cujus erat præſtans Monaſticæ diſciplinæ religio, ejuſdem eſſet Pontificiæ liberalitatis excellens munus, comitatuſque eſt eum & Sereniſſimus Dux Rogerius cum innumera Ducum, ac Principum, aliorumrumque nobilium turba, ut & Pontificem, rerum geſtarum gloria clarum honoraret, obſequiumque impenderet, & tantæ ſollemnitatis cæremoniis adeſſet, eaſque ſuis muneribus adaugeret.*

*Cum autem ſic pergens prope cœnobium perveniſſet (quo loco poſtea pro rei memoria ſacellum conſtructum eſt) animo pio complexus loci ſanctitatem, religionis ſingulare munus, Monachorum ibidem degentium mores Angelicos, Magiſtri ſui ingens meritum, itineraq; ipſa Sanctorum pedibus contrita; ad Rogerium Ducem, alioſque qui aderant Pontificia majeſtate converſus; Indignum eſt, inquit, filii, locum illum, quem cœlitum vitam agentes incolunt, quaque nudis plantis pergunt, nos peccatores aliter, quam pedeſtres adire. His dictis, in terram deſiliens, ejuſque exemplo cæteri pedites ad cœnobium ire pergunt; Vixque per lapidis jactum inde proceſſerat, cum ei grata canitie elucens, fratrum corona ſtipatus reverenter occurrit venerab. Petrus, unàque cum ſuis omnibus coram Summo Pontifice genuflectit: Qui eum illico à terra erigens, affectuosè complectitur, & oſculatur; Tum reliquos fratres ſereno vultu intuens benedicit, blandeque ſalutat; Admirandaque naſcitur utrimque contentio, dum illi in pedum oſcula ruunt: hic verò fratrum ſuorum benevolentia motus, medios cupit complecti; ſicque conſpectu mutuo exhilarati, mixtique lacbrymis gaudentes veniunt ad cœnobium.*

*Ædes ingreſſus Pontifex, ſanctiſſimæ Eucharistiæ primum reddito cultu, ad ſpecum poſtea ſe confert, ibique proſtratus Alferii, & Leonis deoſculatur monumenta, lacbrymis rigat, diu, multumque peccator. Ac tandem erectus populo benedicens, pacata monaſterii tecta cum Duce Rogerio, cæteriſque ſubivit; ibique diei illius reliquum affabiliter cum B. Petro Abbate, aliiſque nonnullis Monachis, quos in Monaſtica converſatione degens antea noverat, in familiaribus colloquiis (Pontificem ſe oblitus) expendit. Sed & nocte ipſa cum eiſdem fratribus Matutinam laudem ſolemniter perſolventibus devotus interfuit. Sequenti verò mane neceſſariis de more paratis, Pontifex ad Altare ſolemni pompa procedens, ipſum, ædeſq; propriis manibus, Pontificiis cæremoniis, ac ritibus oleo ſancto perunxit, ſinguloſque delinivit parietes, egregieque ſculptam Crucem in ſacræ rei ſignum, ac monumentum adhibuit, ſummæque Trinitati Altiſſimo Deo dedicavit, die videlicet Nonarum Septembrium, Indictione quintadecima.*

*Tam verò magnifica conſecrationis pompa fuit, ut perpetuò ſuaviſſimi odores cremarentur, dulciſſimi concentus exaudirentur, organorum, ac tibiarum ad jucundiſſimum numerum modulationes non aures modo omnium, ſed animos ad pietatem, religionemque mira ratione accenderent, ac jam in cæli beatiſſimi oris verſari ſe omnes putarent; Præcipuè vero ſereniſſimus Dux Rogerius his pietatis inſignis excitatus, coram Pontifice, & Cardinalibus, audientibus Principibus, & Populis Cavenſem om-*

nem

nem ditionem, imperium in univerſos Lucanos, à vectigalibus immunitatem, maris dominium donavit. Notarios publicos, ac Judices, vaſſalloſque creandi facultatem indulſit; morti deſtitutos eripiendi, duellorum rationem conſtituendi, cauſarum civilium, & criminalium controverſias decidendi, appellationes proſequendi tribuit poteſtatem. Atque (ut uno dicam) cum ſummo poteſtatis regalis jure, redditus, ac fructus ſummam multorum millium aureorum facientes religioſa liberalitate contulit.

*De Indulgentia perpetua ſacrum Monaſterium viſitantibus conceſſa.*

Eo autem illuſtrior Pontificis magnificentia fuit, quo ſunt cœleſtes opes, divinaque munera terrenis, atque humanis illuſtriora. Etenim Urbanus ipſe poſt conſecrationis cæremonias peractas, ad Ducem Rogerium, cæteroſque Prælatos, ac Principes, univerſumque populum obortis lacbrymis converſus, Pontificia ſumma majeſtate utens, Chriſtiq. Domini ubertimos theſauros proferens, perpetuò indulſit, ut quiſquis divina in ope pœnitentiæ ſtatu exiſtens, ſacroſanctas Ædes adierit ante diem conſecrationis, & die ipſa, hoc eſt quarta, & quinta die Septembris; Necnon ſacris diebus Cœnæ Dominicæ, & ſalutaris Paſſionis, Indulgentiam conſequatur, quam conſequeretur ſi pergeret, & rediret ad s. Jacobum Compoſtellanum. Cæteris verò anni diebus, qui iſthuc acceſſerit devotionis cauſa, contulit quatuor annorum, & totidē quadragenarum indulgentiam. Effecit etiam ut ſacellum, quod Abbatis dicitur, ab ampliſſimo Brunone Caſinenſi Monacho, & Epiſcopo Signino eodem die conſecraretur, adiiciens Indulgentiam illud viſitantibus his diebus feſtis ſeptem annorum, & totidem quadragenarum. Eccleſiæ vero in adjacenti cœnobio caſali poſitæ, & eo tempore conſecratæ à Reverendiſſimo Rangerio Cavenſi Monacho, & Regitanæ Eccleſiæ Epiſcopo conceſſa eſt Indulgentia illuc devotè accedentibus ſeptem annorum, & totidem quadragenarum, non modo his diebus, ſed in qualibet Virginis Matris ſolemnitate. Ipſos autem Monachos, ſacrumque cœnobium privilegiis ſuis, undique munivit, extulit atque ornavit, liberaſeque donavit.

*De Epiſcopali Juriſdictione, ac dignitate Abbatis Cavenſis.*

Decennium ſupra centeſimum à monaſterii exordio vix defluxerat, cum Abbati Cavenſi beato Petro, de quo ſuperius fecimus mentionem, ejuſque ſucceſſoribus per Urbanum II. Pont. Max. conceſſa fuit, atque edicto perpetuo confirmata omnimoda juriſdictio Epiſcopalis, nempè, ut omnibus, ac ſingulis monaſteriis, oppidis, caſtris, ac terris habitis, & habendis liberè valeat omnia Pontificalia, & ſpiritualia exercere; Abdicata duntaxat poteſtate ab his, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, à ſacrorum videlicet Ordinum collatione, Baſilicarum conſecratione, & chriſmatis confectione. Sub datum Salerni per manus Joannis S.R.E. Diaconi Cardinalis 18. Kal. Octob. 5. Ind. ann. 1092.

*De origine Congregationis Ordinis, & Regulæ Cavenſis.*

Interea, cum Cavenſis monaſterii habitacula minimè ſufficerent multitudini eorum, qui ſæculum relinquentes, habitum ſanctæ Religionis ſuſcipiebant, multi Principes, & ſæculi potentes cœnobia, & Eccleſias certatim conſtruere, & ſancto loco pro ſervorum Dei habitatione offerre videbantur, Summi etiam Pontifices monaſteria, Eccleſiaſque condonare: Abbates quoque ipſi, ac Monachi Cavenſes monaſteria in dies erigere conati sūt, ea enim erat ad ſanctę converſationis diſciplinam confugientium multitudo, ut beatus Petrus Abbas pluſquam tribus millibus Religionis habitum ſuis manibus impoſuerit. Fuerunt proinde Eccleſiæ Cavenſi monaſterio ſubjectæ ſupra numerum trecentarum trigintatrium, diverſis in locis, tam in Regno Neapolitano, quam in Sicilia, & in ipſa Urbe Roma poſitæ, quæ ſub Congregatione Cavenſi eſſe dicebantur: inter quas aderant monaſt. Conventualia centumviginti, è quibus vigintinovem ſub Abbatiæ titulo, reliqua verò nonagintaunum ſub tit.

A Prioratus ſeu Præpoſit. regebantur. Unde Prior monaſterii Cavenſis reſpectivè ad alios ejuſdem Congregationis Priores (quorum nimirum omnium primus erat) Prior magnus vocatus eſt. Eccleſiæ autem remanentes uſque ad præfatum numerum 333. per Monachos Cavenſes etiam gubernari ſolitæ, ſub titulis Rectoriæ, vel Cuſtodiæ. In pleriſque verò totum Parochiale munus Monachi exercebant. Quamobrem Cavenſe monaſterium, & Eccleſia ſanctiſſimæ Trinitatis Cavæ Caput, & Matrix Eccleſia omnium earum Eccleſiarum dicebatur, & erat. Et quia univerſæ Eccleſiæ ipſæ ſub Abbate Cavenſi uno omnium capite conſtitutæ, Cavenſis monaſterii Regulam profitentes, eamque unam vivendi normam ſequentes Chriſto Domino militabant, Congregationis Cavenſis nomen merito ſibi vindicarunt.

Et quod Cavenſe monaſterium tale nomen apud omnes adeptum ſit, nempè Religionis, Ordinis, & Congregationis, patet ex diplomatibus Petri Archiepiſcopi Beneventani an. 1147. quibus Marinum,
B Cavenſis Congregationis, ac totius Religionis Cavenſis Abbatem nuncupat. Ex diplomate Anacleti Papæ, ubi dicit (dilecte in Domino fili Simeon venerabilis cœnobii Cavenſis Abbas, tuam & commiſſam tibi Congregationis Religionem, quæ longè, lateque per Dei gratiam præfulgere dignoſcitur) &c. Ex diplomate Caroli II. Siciliæ Regis anno 1304. Ordo Cavenſis memoratur. Ex diplomate Deſiderii Epiſcopi Lacedonenſis anno 1085. quo totius Congregationis Cavenſis fit mentio. Ex diplomate Rogerii Cajani Domini, anno 1136. quo Abbates commemorat totius ſanctæ Religionis conventus monaſterii Cavenſis. Ex diplomate Urbani II. anno 1089. ubi legitur (pro veſtræ Religionis reverentia) &c. Nicolaus etiam Comes Principatus conſanguineus Rogerii Regis ſuo diplomate anno 1131. ſic ait (ob meritum orationum Congregationis ſanctorum Patrum monaſterii Cavenſis.) Denique apparet manifeſtè ex lib. de Vitis ſanctorum Patrum Cavenſium Longobardis characteribus exarato, cujus Prologo ordo Religionis Cavenſis longè,
C lateque diffuſus prædicatur. Atque in vita præſertim ſancti Petri Abbatis Cavenſis Ordo, & Regula Cavenſis fratri illi in itinere conſtituto, qui ſimel carnibus veſci cogitaverat, ab ipſo S. Petro in ſomnis apparente, magna cum animadverſione ad memoriam revocatur.

*De titulo, & ordine Epiſcopali monaſterii Cavenſis: & de Baſilicæ ipſius monaſterii in Cathedralem erectione.*

Anno ſalutis milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto, Bonifacius Papa IX. patria Neapolitanus cernens terram Cavæ quamplurimis urbibus populoſiorem effectam, amplumque illius territorium ſub ordinaria adhuc Cavenſis Abbatis juriſdictione perſeverans, Cavenſem Eccleſiam, quæ ſub Abbatiæ titulo cum omni ditione terræ Cavæ, aliarumque prædictarum terrarum, caſtrorum, & caſalium eatenus extiterat, in Cathedralem omnium erexit, & Epiſcopatus titulo inſignivit; terram verò Cavæ civitatis inſignibus decoravit, ſeptimo Idus Auguſti, Pontificatus ſui
D anno quinto. Cui Eccleſiæ Cathedrali, ut prædicitur, erectæ præfecit Franciſcum de Agello patritium Salernitanum Canonicum Salernitanæ Eccleſię vice Ligorii de Neapoli tunc Abbatis Cavenſis, quem idem Pontifex ab ipſius Eccleſię ſui monaſterii regimine ad Salernitanum Archiepiſcopatum promoverat.

*Quomodo Cavenſe monaſterium traditum fuerit in Commendam.*

Ex quo Cavenſe monaſterium Epiſcopali ordine fuit, ut diximus, inſignitum, tres eidem præfuerant Epiſcopi, nempe prænominatus D. Franciſcus de Agello, Dom. Franciſcus Mormilis Neapolitanus, & D. Sagax de Comitibus Romanus, quando eodem Sagace ad Carpentoracenſem Epiſcopatum tranſlato, D. Angelottus de Fuſcis Romanus ex Anagnino Epiſcopatu ad Cavenſem tranſmiſſus eſt à Martino V. Summo Pontifice 11. Kal. Junii 1426. Qui poſtea 13. Kal. Octobris 1431. ab Eugenio IV. Cardinalis tit. S. Marci creatus Epiſcopatum ipſum deinceps in com-

*mendam retinuit uſque ad obitus ſui annum 1484. Cui ſucceſſit D. Ludovicus Scarampus, alias de Mediarota Patriarcha Aquilejenſis Cardinalis tit. ſ. Laurentii in Damaſo, qui eandem commendam tenuit quoad vixit, nimirum uſque ad annum D. 1465. Huic vero ſucceſſit D. Joannes de Aragonia Regis Ferdinandi primi filius S. R. E. Cardinalis tit. ſ. Adriani, qui Epiſcopatum Cavenſem tenuit in commendam, uſque ad obitus ſui diem 17. Kal. Novembris 1485. Poſtremo collata fuit in Commenda prædicta Oliverio Carrafæ* Neapolitano, *& Epiſcopo Oſtienſi anno ſalutis 1485. 14. Kalen. Nove. ab Innocentio VIII. Pontifice, quam retinuit uſque ad annum 1497.*

*De unione ſac. monaſterii Cavenſis cum Congregatione S. Juſtinæ, ac liberatione ipſius à Commenda.*

*Interea florente tum maximè in Italia venerabili Congregatione ſanctæ Juſtinæ de Padua Ordinis S. P. N. Benedicti, cujus ſanctitatis fama univerſum fere Orbem repleverat, ſupramemoratus Oliverius Carrafa Commendatarius monaſterium Cavenſe (ut bonus Paſtor) priſtino ſplendori reſtituere cupiens, anno Dom. 1494. religioſiſſimos Patres ejuſdem Congregationis illuc introduxit, quorum poſtea virtutum profectibus incitatus, ann. 1497. Summi Pontificis Alexandri VI. accedente conſenſu, Commendam ipſum pleniſſimè renunciavit Congregationi eidem. Quod ipſius Pontificis diplomate firmatum fuit 4. Id. Aprilis anni prædicti 1497.*

*De ſecunda erectione Epiſcopatus Cavenſis, & avulſione ipſius à Monaſterio.*

*Quoniam autem ex cauſa unionis prædictæ Abbates Cavenſes Epiſcopalem ordinem amiſerant; Non enim amplius quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, ſed quæ juriſdictionis, ac dignitatis Epiſcopalis tantummodo, prout ante Epiſcopatus erectionem, exercebant. Veriti propterea cives Cavenſes monaſterii ditioni tunc ſubditi, ne Cava civitas amitteret titulum civitatis pro nova Cathedralis erectione, ac dotis præſtatione monaſterio nimium infeſti erant: Jamque in tantum proceſſerunt, ut ipſa die Claerum irruptione in monaſterium facta, Abbatem, & Monachos è monaſterio ejecerint anno 1507. Abbates verò id ægrè ferentes, viriliter tamen diù reſtiterunt, ac impetus cedecent. Aſt tandem D. Chryſoſtomus de Alexandro de Neapoli Cavenſi Abbatiæ ſuccedens an. 1512. à ſuis prædeceſſoribus degenerans, turpiter adverſariis ceſſit. Etenim ſequenti anno 1513. occaſione captata, quod pro Epiſcopatus Cavenſis erectione nunquam à Cavenſium infeſtationibus monaſterium quietum foret, prævis quibaſdam pactis inter ipſum nomine Congregationis ex una, & D. Aloyſium Cardinalem de Aragonia vice Apoſtolicæ Sedis ex altera initis, & à Summo Pontifice Leone X. confirmatis in novam Cathedralis Eccleſiæ erectionem conſenſit. Pro cujus dote non trecentos quidem, ut Cavenſes ipſi petierunt, ſed mille, & quadringentos de Camera aureos ſuper optimis quibuſdam monaſterii cenſibus aſſignavit, annis ſingulis percipiendos; Ditionemque ferè omnem civitatis Cavæ, non ſpiritualem modo (quod ſatis ſuperfluum eſſe potuiſſet) ſed temporalem etiam gratis in ea tranſtulit, juribus tamen omnibus, juriſdictionibus, dignitatibus, & prærogativis, ac præeminentiis, & auctoritatibus monaſterii ampliſſime reſervatis, adeo ut in omnibus, & per omnia tam monaſterium, quam ejus bona in ſua priſtina auctoritate, libertateque remanſerint, ac ſi Cathedralis Eccleſia hujuſmodi erecta non foret. Unde & juriſdictionem Epiſcopalem pleniſſimo jure in oppida, & caſtra ſibi ſubdita ſemper exercuit, & ad præſens exercet, &c.*

*De hoc monaſterio Cavenſi meminit Honorius III. in cap. 1. de off. Jud. & Eugenius III. in cap. inſuper de teſtib. & de monaſtico ordine, qui ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam, & Cavenſis monaſterii obſervantiam, ac de multitudine Monachorum, & de Cavenſi Ordine introducto in monaſterio Montis-Regalis in Sicilia, lege epiſtolam Innocentii III. directam Archiepiſcopo Montis-Regalis fol. 145. De hoc quoque monaſterio legitur apud Chronicon Caſinenſe lib. 2. cap. 30. & lib. 3. cap. 4.*

*Catalogus Abbatum Cavenſis Monaſterii.*

1 S. Alferius, *alias Adelferius Pappacarbone nobilis Salernitanus, Monachus Cluniacenſis, vir ſanctitate, ac miraculorum gloria inſignis, ſacrum Cavenſe monaſterium anno Dom. 980. in Metelliana Cava juxta cryptam, quæ Arſicia dicebatur, à fundamentis conſtruxit. Ibique primus Abbas extitit uſque ad 1050. ſalutis annum, quo à Domino ſibi apparente invitatus, & admonitus, quod è ſæculo eſſet migraturus, pridie Idus Aprilis, quo Dominica Cœna recolebatur, Miſſarum ſolemniis celebratis, cæteriſque ad diei illius myſterium ſpectantibus ritè peractis, ſucceſſorem in monaſterii regimine inſtituit B. Leonem Lucenſem diſcipulum ſuum. Et eodem die inter orationis verba ſpiritum emiſit, cum 120. annorum eſſet ætatis, prophetiæ ſpiritu pollens, mortuorum ſuſcitator magnificus, innumeriſque miraculis clarus, ſepultuſq; eſt in ſacratiſſimo Specu, quod de ipſius cellula in S. Michaelis Archangeli oratorium commutatum fuit, ubi uſq; hodie requieſcens, pia fidelium devotione colitur, & beneficia impetrat cum B. Leone Lucenſe, Petro Salernitano, Simeone Benincaſa, & Petro ejus nominis ſecundo. Qui eidem ſancto Alferio, & in vitæ ſanctitate, & in monaſterii regimine ſucceſſerunt, vitaque excedentes juxta ipſum tumulari voluerunt.*

*Hujus ſancti viri vita, & miracula extant in lib. de vitis SS. Patrum Cavenſium olim à quodam Venuſini S. Trinitatis Cœnobii Abbate compoſito, ac poſtmodum à beato Leone II. Abbate Cavenſi Longobardis characteribus in membranis exarata, qui in Cavenſis monaſterii bibliotheca cum veneratione ſervatur. Ejuſque feſtivitas ſub duplici officii ritu ſolemniter agitur in monaſterio Cavenſi ipſa dormitionis ejus die 12. Aprilis.*

2 S. Leo *Lucenſis S. Alferii diſcipulus, ac ſanctitate, & miraculorum gloria ſocius II. Abbas Cavenſis. Claruit ab anno Dom. 1050. uſque ad annum 1079. Hujus B. viri anniverſaria ſolemnitas ſub officio duplici celebratur in Cavenſi Eccleſia ipſa die 12. Julii, qua migravit ad Dominum, in cujus Eccleſiæ crypta ejus ſacrum corpus venerabiliter colitur, ejuſque vita, geſtaque admiranda leguntur in præfato lib. de vitis SS. Patrum Cavenſium.*

3 S. Petrus *Salernitanus B. Alferii nepos, de quo ſuperius pauca attigimus, Epiſcopus Policaſtrenſis, vir ſanctitate, ac miraculorum gloria inſignis, Cavenſis monaſterii alumnus, ac 3. Abbas, Epiſcopatu relicto, claruit ab anno Dom. 1079. uſque ad annum 1123. Hujus præclara geſta lege in prænominato lib. de vitis ſanctorum Patrum Cavenſium. Ejus verò corpus in ſacra crypta Cavenſi requieſcens devotè veneratur, & colitur. Agitur autem ejus feſtiva ſolemnitas in ſacro Monaſterio Cavenſi ſub duplicis officii ritu 4. die Martii, qua Cœlos penetravit. Huic ab Urbano II. conceſſus fuit uſus Mitræ in Concilio Melphitano, dum eſſet Abbas Cavenſis; quod antea Abbatibus non licebat, an. Dom. 1091. ut refert Gavantus part. 2. tit. 1. de Præparat. Sacerdotis celebraturi.*

4 S. Conſtabilis *Lucanus, Cavenſis monaſterii alumnus, & 4. Abbas, B. Petri Abbatis diſcipulus claruit ab anno D. 1118. uſque ad annum obitus ſui 1124. Ejus ſacrum corpus non procul à ſacra crypta in ſua aede poſt chorum marmorea arca venerabiliter conditum miraculis creberrimis, Domino præſtante, refulget. Ejuſque vita admiranda legitur in ſupradicto lib. de vitis SS. Patrum Cavenſium. Anniverſarium verò depoſitionis ejus duplicis officii rita ſolemniter celebratur in ſacro monaſterio Cavenſi 17. Febr. die, qua cœlos petiit.*

5 B. Simeon *Cavenſis monaſterii alumnus, & Abbas V. claruit ab anno Dom. 1124. uſque ad annum 1141. quo feliciter in Chriſto requievit 16. Kalend. Decembris. Ejuſque ſacrum corpus in eadem crypta Cavenſi tumulatum cum veneratione colitur. De hoc B. Viro adhuc viventi fit in præfato lib. de vitis SS. Patrum cum laude memoria, præſertim in vita S. Petri Abbatis.*

6 B.Falco *Cavenſis monaſterii alumnus, & Abbas 6. claruit ab anno D.1141. uſque ad Idus Julii anni 1146. quo die defunctus eſt, & in Cavenſi Eccleſia in ſepulcro, quod marmorea tabula porphyreticis ſphærulis exornata contectum in pavimento juxta D. Catharinæ Ædiculam cernitur, honorificè tumulatus.*

7 B.Marinus *ſacri Monaſterii alumnus, & Abbas 7. claruit ab anno D.1146 uſque ad 18. Kalend. Januarii anno 1171. quo tempore eſſe deſiit in humanis, ut in cœlis naſceretur, ejuſque venerabile corpus juxta B.Conſtabilis aram in pace quieſcit.*

8 B. Benincaſa *monaſterii Cavenſis alumnus, & Abbas 8. claruit ab anno D.1171. uſque ad 4. Idus Januarii anni 1194. quo migravit è vita; Ejus vero corpus in ſacra Cavenſi crypta reconditum requieſcit.*

9 B. Petrus *ejus nominis II. Cavenſis monaſterii alumnus, & Abbas 9. claruit ab anno D 1194. uſque ad 3. Idus Martii ann. 1208. quo ſpiritum Deo reddidit, ſepultus & ipſe cum aliis Sanctis Patribus in ſacra crypta Cavenſi.*

10 B.Baſſanus *Cavenſis monaſterii alumnus, & Abbas 10. claruit ab anno D. 1208: uſque ad 18. Kalend. Decemb. ann. 1232. quo ad gaudium tranſiit Angelorum. Cujus ſacrum corpus tumulatum eſt intra Eccleſiæ parietem prope aram ſacelli titulo Domini Crucifixi, quod ſanctorum Pntrum ſacræ adiacet cryptæ; Ibiq; poſt parietem Crux porphyretica defixa eſt.*

11 B.Leonardus *Cavenſis monaſterii alumnus, & Abbas 11. claruit ab ann. D.1232. uſq; ad 15. Kalend. Septemb. anni 1256. qua die carnis, & regiminis onere ſolutus, & ad cæleſtis præmii retributionem vocatus, in Domino obdormivit, & in Cavenſi Eccleſia appoſitus eſt ad Patres.*

12 D.Thomas *Abbas 12. Cavenſis præfuit ab anno D.1256. uſque ad ann. 1264.*

13 D.Jacobus *Abbas 13. Cavenſis præfuit ab ann. Dom. 1264. uſque ad ann. 1266: quo ex Abbatia dejectus fuit à D.Rodulpho S.R.E. Card. atque Legato.*

14 D.Amicus *Cavenſis Abbas 14. præfuit ab ann. 1266. uſque ad an. 1468. quo obiit.*

15 B. Leo *hujus nominis II. Cavenſis monaſterii alumnus, & Abbas 15. claruit ab anno Dom. 1268. uſq; ad 14. Kalend. Septemb. ann. 1294. quo die ad melioris vitæ ſtatum translatus fuit: ejuſque corpus in Cavenſi Baſilica quinto poſt die honorifica pompa funebri ſepultum eſt in pavimento ante altare majus in ſarcophago Heraclii lapidis tabula contecto.*

16 D. Raynaldus *Abbas 16. Cavenſis monaſterii præfuit ab an. 1294 uſque ad annum 1300. quo fuit ab Abbatia dejectus à Dom. Bonifacio Papa VIII.*

17 D.Robertus *Abbas Cavenſis 17 præfuit ab ann. D. 1300. uſque ad an. 1331. quo ad Viennenſe Concilium pergens, Marſiliæ obiit, delatoque ad Cavenſe monaſterium nuncio de ejus obitu, Cavenſes Monachi D. Bernardum Priorem Montiſ-Serrati in Abbatem Cavenſem elegerunt, quæ quidem electio quinquennio ſuſpenſa, demum à Dom. Joanne Papa XXII. irritata fuit.*

18 D. Philippus *cognomento de Laya, alias de Haya ex illuſtri Comitum Celani proſapia Abbas 18. monaſterii Cavenſis, Regius Collateralis Conſiliarius. Floruit ab anno D.1316. uſq; ad annum D.1331. Hic fuit frater Dom Joannis de Laya Regii Collateralis Conſiliarii.*

19 D. Guiczardus *Cavenſis monaſterii Abbas 19. Regius Collateralis Conſiliarius, & Regni Neapolis Magnus Cancellarius, qui unus ex ſeptem ſupremis Regni Magiſtratibus exiſtit. Floruit ab anno D.1331. uſque ad annum 1341.*

20 D.Maynerius *20. Abbas Cavenſis, & ipſe Regius Collateralis Conſiliarius, Regnique Magnus Cancellarius: claruit ab anno D.1341. uſque ad annum 1370.*

21 D.Golferius *Abbas Cavenſis 21. præfuit ab an. 1366. uſque ad annum 1374.*

22 D. Antonius *Abbas Cavenſis 22. præfuit ab ann. 1374. uſque ad ann. 1382.*

23 D. Ligorius *de Neapoli Cavenſis Abbas 23. præfuit ab anno 1382. uſque ad annum 1394. quo à*

A

*Dom. Bonifacio Papa IX. Salerni Archiepiſcopus factus fuit, & Cavenſe monaſterium Epiſcopatus titulo inſignitum.*

24 D Franciſcus *de Agello patritius Salernitanus ex Canonico Eccleſiæ Salernitanæ primus Cavenſis Epiſcopus creatus fuit à D. Bonifacio Papa IX. ſeptimo Idus Auguſti 1394. præfuitque uſque ad 13. Kal. Jan. an. 1409. quo die à Dom. Gregorio XII. ad Tudertinum Epiſcopatum translatus fuit.*

25 D. Franciſcus *Mormilis Patritius Neapolitanus ex Sarnenſi Epiſcopo à Dom. Gregorio XII. Pont. Cavenſis Epiſcopus effectus 13. Kal. Jan. 1409. vixit in Epiſcopatu eodem uſque ad annum 1419.*

26 D. Sagax *de Comitibus Patritius Romanus ex Abbate ſacri monaſterii Sublacenſis à Domino Martino V. Epiſcopus Cavenſis creatus fuit Id. Novemb. 1419. & ab eodem poſtea ad Carpentoracenſem Epiſcopatum translatus 11. Kal. Junii 1426.*

B

27 D. Angelottus *de Fuſcis Romanus ex Anagnino Epiſcopatu ad Cavenſem translatus fuit à Dom. Martino Papa V. 11. Kal. Junii 1426. qui poſtea 13. Kal. Octob. 1431. à Dom. Eugenio IV. Cardinalis tit. ſancti Marci creatus Cavenſem Epiſcopatum deinceps in Commendam tenuit uſque ad ann. 1444. quo ab intimo Cubiculi ſui cuſtode vulneribus confoſſus occubuit pridie Non. Septemb.*

28 D Ludovicus *Scarampus, alias de Mediarota, Patriarcha Aquilejæ Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaſo, & S.R.E. Camerarius Cavenſem Epiſcopatum in Commendam obtinuit à D. Eugenio IV. Anno Domini 1444. tenuitque quoad vixit uſque ad annum 1465.*

29 D. Joannes *de Aragonia Regis Ferdinandi primi filius, S.R.E. Cardinalis tit. ſancti Adriani, & Protonotarius Apoſtolicus Cavenſem Epiſcopatum accepit à Dom. Nicolao Papa V. anno Dom. 1465. quem tenuit uſque ad 17. Kal. Novemb. 1485. quo obiit.*

C

30 D. Oliverius *Carrafa Neapolitanus Card. tit. ſanctæ Sabinæ, Epiſcopus Oſtienſis, & Archiepiſcopus Neapolis, Cavenſem Epiſcopatum in Commendam à D. Innocentio VIII. Pontif. ſibi collatum accepit 14. Kal. Novemb. 1485. quam Congregationi ſanctæ Juſtinæ renunciavit 4. Id. Aprilis 1497.*

*Poſt cujus renunciationem Primus Abbas deputatus a Regimine Congregationis fuit D. Arſenius de Terracina, deindeuſque ad noſtra tempora, ideſt, uſque ad annum 1658. ſequuti ſunt Abbates numero 73. utpote qui brevi tempore gubernacula tenuere, &c.*

De Viris Illuſtribus cœnobii Cavenſis.

B. Victor III. *Papa ex Illuſtri Beneventanorum Principum proſapia ortus, Deſiderius anteà vocatus; ex Cavenſi Monacho, Caſinenſis Abbas primum, ac deindè S.R.E. Cardinalis, & Summus Pontifex poſt Gregorium VII. creatus, claruit ann. Dom. 1086. obiitque in Caſinenſi cœnobio 16. Kal. Octob. 1087.*

B. Urbanus II. *Pont. Max. Oddo antea dictus, in Cluniacenſi monaſterio B. Petri Abbatis diſcipulus, & ad Cavenſe monaſterium revertentis comes, ac vitæ ſocius. Claruit anno Dom. 1088. Romæ obiit, ejuſque corpus Transtyberim ad ſanctum Petrum in*

D

*Vaticano delatum honorificè tumulatum eſt Kal. Auguſti 1099.*

D. Guaimarius *Salerni Princeps ex Longobardorum gente cognomento Balbus, filius Joannis Principis, & pater Giſulfi Principis, qui relicto Principatu, Monachus Cavenſis fuit an. D. 1052. cui ſanctus Leo habitum Religionis impoſuit.*

D. Guaimarius *Comes Caputaquenſis, filius Giſulfi Principis Salernitani, fuit Monachus Cavenſis circa annum D. 1098.*

D. Guaimarius *Juſuni Dominus, filius Guidonis Ducis Surrenti, ac Conſæ Comitis filius Guaimarii Salerni Principis, fuit Monachus Cavenſis circa ann D. 1091.*

D. Guaimarius *filius ejus Juſunenſium Dominus fuit, & ipſe Cavenſis Monachus circa ann. D. 1114.*

D. Rogerius *caſtri Sancti-Severini Dominus, qui ex Normannorum Ducum proſapia, Sanſeverinæ familiæ ſtipes fuit, cui ſanctus Petrus Abbas habitum*

*Reli-*

*Religionis impoſuit in monaſterio Cavenſi circa ann. Dom.* 1118.

D. Alſanus *Ruſſus Comes filius Ademarii Comitis fuit Monachus Cavenſis circa ann. D.* 1119.

D. Guaimarius *alter Comes Caputaquenſis, ſive Caputaquenſium Dominus, pater Guaimarii junioris, ac filius Pandulfi filii Guaimarii Principis Salerni, fuit Monachus Cavenſis anno Dom.* 1137. *cui monaſterio univerſa bona ſua obtulit.*

D. Salpertus *Mareſcallus Giſulfi Principis Salernitani, ſocer Joannis Ferrandi Comeſtabuli Rogerii Ducis, ac Salerni Principis, fuit Monachus Cavenſis anno Dom.* 1050.

D. Guiſelgardus *Comes Malliani, frater Adelberti, & Rodelgrimi Comitum fuit Monachus Cavenſis, & habitum Religionis accepit à ſancto Alferio Abbate anno Dom.* 1038.

D. Giſolfus *filius Manſonis Comitis de Orrinſo, fuit Monachus Cavenſis, cui ſanctus Petrus Abbas S. Religionis habitum tradidit ante ann. Dom.* 1093.

D. Rangerius *ex Cavenſi Monacho Regitanus Epiſcopus, & S.R.E. Cardinalis; claruit temporibus Papæ Urbani II. cum quo Baſilicæ Cavenſis conſecrationi interfuit, conſecravitque ſuis manibus, de ejuſdem Pontificis mandato, Eccleſiam S. Mariæ Corporis Cavæ anno D.* 1092.

D. Roſemannus *Cavenſis monaſterii magnus Prior, poſtea Panſitanenſis Abbas, & S.R.E. Cardinalis, floruit circa annum D.* 1030.

D. Petrus *ex Cavenſi monaſterio Monachus S.R.E. Cardinalis, auctor Dictionarii Theologici in artem concionandi, quod Longobardis characteribus exaratum in Cavenſi Bibliotheca ſervatur.*

D. Joannes *Marſicanus Cavenſis Monachus, Marſici Epiſcopus hujus nominis primus. Floruit circa ann. Dom.* 1095.

D. Ligorius *de Neapoli Cavenſis monaſterii Abbas 24. Salerni Archiepiſcopus, a Bonifacio IX. creatus; claruit ab ann. Domini* 1394. *uſque ad annum obitus ſui* 1406.

D. Elias *Monachus Cavenſis, & Prior S. Nicolai Barenſis, poſtea ejuſdem civitatis Barenſis Archiepiſcopus; hic cum maximæ ſanctitatis opinione vixit, & deceſſit, ejuſque venerabile corpus in præfata Eccleſia, quam ipſe vivens cōſtruxerat, ſepultū eſt.*

D. Theobaldus *Cavenſis Monachus, & primus Abbas monaſterii Montis-Regalis in Sicilia à Rege Guilelmo fundati, & poſtea primus Epiſcopus creatus circa annum Dom.* 1176.

D. Guilielmus *ex Cavenſi Monacho primus Archiepiſcopus Montis Regalis, & ſecundus Abbas; claruit circa annum Domini* 1182.

D. Joannes *alter Marſicanus Marſicenſis Comitis hæres ex Cavenſi Monacho Marſicenſis Eccleſiæ Epiſcopus; claruit circa ann. Dom.* 1166. *Hic ædificavit caſale Tramutulæ.*

D. Deſiderius *ex Cavenſis monaſterii Monacho Laquedonenſis Epiſcopus, floruit circa ann. D.* 1082.

D. Agapitus *ex Cavenſi Monacho Frequentinæ Eccleſiæ Epiſcopus; claruit circa ann. Dom.* 1189. *tempore B. Benincaſæ Abbatis.*

| | |
|---|---|
| D. Alfanus *Comes filius Joannis Comitis.* | *Hos quatuor fuiſſe Monachos Cavenſes comperimus; quonam vero tempore floruerint, ignoramus.* |
| D. Ademarius *Longobardorum Comes.* | |
| D. Joannes *Comes filius Caſtelmanni Comitis.* | |
| D. Joannes *Comes Marſicenſis.* | |

D. Chriſtoforus *Rogerii, & Guilielmi I. Siciliæ Regum Pœnitentiarius Monachus Cavenſis. Floruit circa ann. Dom.* 1150. *&* 1154.

D. Benedictus *Barenſis, Monachus Cavenſis, vir inſignis, auctor libri, qui de ſeptem ſigillis inſcriptus Longobardis characteribus in Cavenſi Bibliotheca ſervatur. Floruit circa ann. Dom.* 1220.

D. Marinus *Capece de Neapoli, gener glorioſi filii Pandulfi Comitis, Monachus Cavenſis. Floruit circa annum Domini* 1292.

D. Nicolaus *ex illuſtri familia de Magna Dominus Terrænovæ, Monachus Cavenſis; floruit circa ann. Dom.* 1150.

D. Philippus *cognomento de Laya, alias de Haya ex illuſtri Comitum Celani proſapia, Abbas 18. monaſterii Cavenſis, Regius Collateralis Conſiliarius. Floruit ab anno Dom.* 1316. *uſque ad an. Dom.* 1331. *Hic fuit frater Dom. Joannis de Laya Regii Collateralis Conſiliarii.*

D. Guiczardus *Cavenſis Monachus Abbas 19. Regius Collateralis Conſiliarius, & Regni Neapolis magnus Cancellarius, qui unus ex ſeptem ſupremis Regni Magiſtratibus extitit. Floruit ab ann. D.* 1331. *uſque ad annum* 1341.

D. Victorinus *Manſus Averſanus, Cavenſis monaſterii alumnus, & Abbas à Domino Papa Clemente VIII. creatus Epiſcopus Caſtri-Maris primum, deinde Ariani, & ipſe Regius Collateralis Conſiliarius. Floruit ab anno D.* 1588. *uſque ad annum dormitionis ſuæ* 1611 *Libri de vanitate Mundi, in Eccleſiaſten, & Harmoniæ Theologicæ auctor, ac Judiciariæ Praxis in cauſis Religioſorum; & de Eccleſiaſticis Magiſtratibus, eorumque munere, ac poteſtate.*

D. Honorius *Thotus Theologus, ac Philoſophus acutiſſimus, qui egregiè ſcripſit ſuper totam Ariſtotelis Philoſophiam in tomos tres, quorum titulus eſt:* Novi Ariſtotelis ſenſus reconditi. *Adhuc eſt ſuperſtes, &c.*

Hactenus de Cavenſi cœnobio, nunc ad Salernitanos Archipræſules redeamus.

XXVI. 2 DAUFERIUS Salernitanæ Eccleſię Archipręſul Amato ſucceſſit circa annum Dom. 992. cujus Pręſulatus tempore Otho Imperator Salernum cepit, ac cœnobium ſancti Benedicti in Urbe Salerno à Saracenis vaſtatum fuit, ab Angelario venerabili Abbate cœptum eſt refici. Ab hac luce diſceſſit Dauferius anno primo ſui Archiepiſcopatus.

XXVII. 3 GRIMOALDUS III. Archiepiſcopus ſedere cœpit anno 993. quem ſub tutela Apoſtolicę Sedis recepit Joannes XV. Papa, ac omnia, quæ Amato primo Archiepiſcopo, Eccleſiæque Salernitanæ conceſſerat Romana Sedes confirmavit anno 993. En diploma ab exemplari.

*Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectiſſimo nobis fratri, meritoque honorabili Grimoaldo Salernitanæ Sedis Archiepiſcopo.*

*Quia veſtri accepti beneficii memores eſſe debemus, & reverentiam fraternitatis veſtræ erga nos, & S. Romanam, & Apoſtolicam Eccleſiam, præcipuè exuberaſſe cognovimus, ideoque meritò, ac juſtè recompenſationem charitatis veſtræ reſpondere vobis ſtatuimus, quatenus liqueat omnibus Chriſti fidelibus immenſo honore honorandum fore, qui Vicarium B. Petri Apoſtolorum Principis diligenter honoraverit. Conſenſu, ac voluntate noſtrorum fratrum concedimus, & confirmamus te Grimoaldum confratrem noſtrum in ordine Archiepiſcopatus, ſicuti quondam Amato, cui primitus veſtræ Sedis Archiepiſcopatus Salernitanus à noſtra Sede noſtrorum Pontificum donatus fuit: ita vos noſtra auctoritate quietè valeatis poſſidere, ac vigilantius cuſtodire; tali namque ordine, ut fati ſumus, id fieri decrevimus, ut tu, & ſucceſſores tui in perpetuum habeatis licentiam, & poteſtatem ordinandi Epiſcopos, & conſecrandi in his ſubiectis vobis locis, hoc eſt Peſtanenſi Epiſc. cum Parochiis, & adiacentiis ſuis, necnon Epiſc. Acheruntinum, ſimul etiam & Epiſc. Nolanum, & Epiſc. Biſiniaeenſem, & Epiſcopatum Malvitanenſem, atque Epiſcopatum Cuſentię cum omnibus Parochiis, & adiacentiis eorum, ſicut in veſtro anteriori uſu Pallii continetur, & ut in Eccleſia S. Dei Genitricis Mariæ, & B. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ, cujus ſacratiſſimum corpus poſſidetis, atque vobis, veſtriſque ſucceſſoribus conceſſum eſt. Poſt diſceſſum ſiquidem tuum ſucceſſores tui perveniant ad Apoſtolicam Sedem, & uſum Pallii conſecrationemque decentaliter ſuſcipiant, & ſi ſucceſſores noſtri conſecrare noluerint, licentia ſit veſtræ ſanctæ Eccleſiæ ab Epiſ-*

copis

*copis noſtris ſuffraganeis conſecrari, & non habeant poteſtatem ſucceſſores noſtri in cunctis veſtris Epiſcopatibus, quos vobis ſubiecerunt, deinceps in perpetuam aliquem Epiſcopum conſecrare, quod jam vobis conceſſum eſt. Quicunque autem hanc noſtræ conceſſionem præceptionis violare præſumpſerit, perpetuo anathematis vinculo religetur, & hæc noſtra conceſſio ſtabilis, & firma in perpetuum maneat. Scripta per manus Benedicti Notarii, & Scriniarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ menſe Martii, Ind. 7. benè valete. Datum octavo Kal. April. per manum Gregorii Epiſcopi S. Portuenſis Eccleſiæ, & Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ, anno Deo propitio Pontificatus D. Joannis XV. Papæ 8. menſe Martio, Ind. 7.*

XXXVIII. 4 MICHAEL poſt Grimoaldum è Sede Salernitana jus dixit anno 1007. Hic cum ad Sergium Papam IV. pro confirmatione Jurium Metropolitanæ, ac privilegiorum ab aliis Pontificibus conceſſorum confugiſſet, ab ipſo anno 1012. ampliſſimum retulit Indultum, in quo aliquorum Epiſcoporum Conſanorum, nempe Acheruntin. atque Cuſentinorum fit mentio, qui ea tempeſtate Salernitanæ Metropoli ſubjecti erant, deinde Archiepiſcopali dignitate exornati, eandemque veluti Primitialem aliquando venerati ſunt. Sergii verò privilegii exemplar in Archiepiſcopali tabulario aſſervatur, à quo decerptum in lucem volumus edere.

*Sergius ſervus ſervorum Dei. Dilectiſſimo nobis fratri, meritoque honorabili Michaeli Salernitanæ Sedis Archiepiſcopo.*

*Quia veſtri accepti beneficii memores eſſe debemus, & reverentiam fraternitatis veſtræ erga nos, & S. Romanam Eccleſiam præcipuè exuberaſſe cognovimus; Ideo merito, ac jure recompenſatione charitatis veſtræ rependere vobis ſtatuimus, quatenus liqueat omnibus Chriſti fidelibus, immenſo honore honorandum fore, qui Vicarium B. Petri Apoſtolorum Principis diligenter honoraverit; conſenſu, ac voluntate noſtrorum fratrum concedimus, & confirmamus te Michaelem Confratrem noſtrum in ordine Archiep. ſicuti quondam Amato, cui primitus veſtræ Sedis Archiepiſcopatus Salernitanæ à noſtris Anteceſſoribus datus fuit, ita vos noſtra auctorit. quietas valeas poſſidere, ac vigilantius cuſtodire; tali namque ordine, ut fati ſumus, id fieri decrevimus, ut tu, & ſucceſſores tui in perpetuum habeatis licentiam, & poteſtatem ordinandi, conſecrandique Epiſcopos in his ſubiectis vobis locis, hoc eſt Peſtanæ, cum Parochiis, & adiacentiis ſuper Epiſcopatum Conſanum cum Parochiis, & adiacentiis ſuis, nec non & Epiſcopatum Acheruntinum, ſimul etiam & Epiſcopatum Biſiatanenſem, & Epiſcopatum Malvitanenſem, atque Epiſcopatum Cuſentiæ cum omnibus Parochiis, & adiacentibus eorum, ſicuti in veſtro anteriori uſu Pallii continetur, ut in Eccleſia S. Dei Genitricis Mariæ, & B. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ, cujus ſacratiſſimum corpus poſſidetis, atque vobis, veſtriſque ſucceſſoribus conceſſum eſt. Poſt diſceſſum ſiquidem tuum ſucceſſores tui perveniant ad Apoſtolicam Sedem, ut uſum Pallii, conſecrationemque decretaliter ſuſcipiant; & ſi ſucceſſores noſtri conſecrare noluerint, licentia ſit veſtræ ſanctæ Eccleſiæ ab Epiſcopis veſtris ſuffraganeis conſecrari, & non habeant poteſtatem ſucceſſores noſtri in cunctis veſtris Epiſcopatibus, quos vobis ſubiecerunt deinceps in perpetuum aliquem Epiſcopum conſecrare, quod jam vobis conceſſum eſt. Quicunque autem hanc noſtræ conceſſionem præceptionis violare præſumpſerit, perpetuo anathematis vinculo religetur, & hæc noſtra conceſſio ſtabilis, & firma in perpetuum maneat. Scriptum per manus Joannis Scriniarii S. Rom. Eccleſiæ in menſe Junio, Ind. 10. dat. 15. Kal. Julii per manum Gregorii Epiſcopi, & Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ, anno Deo propitio Pontificatus D. Sergii IV. Papæ in ſacratiſſima Sede beati Petri Apoſtolica 3. Indict. 10. menſe Junio, die ſextadecima.*

Sedit Michael annis novem ſub Guaimario Joannis filio Principe Salernitano.

XXXIX. 5 BENEDICTUS primus, ac quintus Salernitanus Archiepiſcopus delectus fuit anno 1016. quo anno Benedictus VIII. eidem pallium tribuit, & privilegia confirmat per ſuum diploma, quod extare ſcribit Baron. tom. 11. Annal. Eccleſ. inter vetera monumenta Vaticanæ Bibliothecæ. *Scriptum per manus Benedicti Notarii Regionarii, & Scriniarii S. Romanæ Eccleſiæ menſe Julio, Indict. 14. Datum 7. Kalend. Maii per manus Petri Epiſcopi Eccleſiæ Prænestinæ, & Bibliothecarii S. R. E. Ind. 14. anno, Deo propitio, Pontificatus D. noſtri Benedicti Summi Pontificis, & univerſalis Octavi Papæ in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli quarto, Imperii D. Henrici Imperatoris Auguſti anno 3. Indict. XIV.*

Vixit Benedictus Archiepiſcopus ſub Guaimario III. Salernitano Principe ad annum uſq; 1019. quo illum obiiſſe affirmare tenemur, cum eo ipſo anno, Benedictus idem Octavus Pallium tribuit Amato juniori Archiepiſcopo Benedicti ſucceſſori.

XL. 6 AMATUS Junior ſucceſſor Benedicti anno 1019. Pallium, & privilegiorum confirmationem accepit eo ipſo anno 6. Kalend. Januarii ab eodem Benedicto Papa ex diplomate, quod Baronio teſte extat in eadem Vaticana Bibliotheca, in cujus fine leguntur iſta. *Scriptum per manus Stephani Notarii Regionarii, & Scriniarii S. R. E. menſe Decembri. Indict. 3. Datum 6. Kal. Januarii per manus Benedicti Epiſcopi Portuenſis, & Bibliothecarii S. Apoſtolicæ Sedis, anno, Deo propitio, Pontificatus D. Benedicti ſanctiſſimi Octavi Papæ anno 8. Imperante D. piiſſimo Imperatore Auguſto Henrico anno VI. Indict. 3. menſe Decembris die 26.* Vixit Amatus ſub Guaimario Principe, quo verò anno obierit, vel quanto tempore huic Eccleſiæ præfuerit, incertum, tametſi Muſca annos tres ſediſſe affirmet, & falſo Benedicto ſucceſſiſſe an. 1038. ſcribat, ut ex diplomate Benedicti apparet, Amatum hunc juniorem ſedere cœpiſſe anno 1019.

XLI. 7 AMATUS tertius, fortè idem cum ſuperiori, ſeptimus numeratur, ac diverſus à juniori ab eodem Muſca, qui illum fuiſſe ad hanc Sedem promotum an. 1041. in eaque ſediſſe annos ſex ſub Guaimario Principe, affirmat ex bulla Benedicti VIII. qui longe ante diem ſuum obierat, mea quidem ſententia unum Amatum Muſca in duos præpudiosè diſſecuit, obiiſſe oportet circa annum D. 1047.

XLII. 8. JOANNES hujus nominis primus, Salernitanus Archiepiſcopus, ex Peſtano Epiſcopo à Clero, & populo, Guaimario Principe electus ann. 1047. Pallium & privilegium obtinuit à Clemente II. Papa, hoc cuſo diplomate, quod Baronius recitat, in eoque de Joannis ſanctitate, bonitate, caſtitate, cæteriſque virtutibus ejus fit mentio.

*Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto fr. Joanni amodo Salernitano Archiepiſcopo, perpetuam in Domino ſalutem.*

*Quotiens ita contigit, ut exigente neceſſitate, & maxima utilitate transmutandus eſt quiſquam Epiſcopus de propria Sede ad aliam, diligentiſſime perquirenda eſt perſona, utrum neceſſariò ſic transmutanda, ut ſic major utilitas oriatur, ſicut major Sedes aſſumitur. Te vero frater chariſſime, quem unanimitas Cleri, & populi Salernitanæ Eccleſiæ una cum glorioſiſſimo Principe Guaimario de Sede Peſtana accepit, & in ſuum Pontificem elegit, diligenter diſcuſſimus, ne tuæ ambitionis cauſa, & non majoris utilitatis neceſſitate electus fuiſſes, aut forte per ſimoniacam hæreſim. Quod ita ab omnibus eſt abnegatum, ut nullius audiretur ore prolatum. Siquidem Salerni manentes, & hoc ab omnibus perquirentes, cum te audiremus ab omnibus laudari, & ab omnibus videremus amari, Dominum benediximus, qui tantam concordiam in tanta hominum diverſitate ſuper te potuit efficere, ut nullus videretur diſcrepare. Etenim circa te idem amor in omnibus, eadem ſententia, commune omnibus deſiderium. Quapropter annuentes petitioni, votoque eorum omnium, & maxime prædicti glorioſi Principis Guaimarii, te frater, ſicut & de Sede propria ad ſuam tranſtulerant, poſcentibus*

quo-

tuorum meritis morum, non rapina tuæ avaritiæ id affectante, Apoſtolica aſſenſione per hoc noſtræ auctoritatis privilegium incardinamus, & inthronizamus eidem Salernitanæ Sedi, in qua fungaris Archiepiſcopi decore, & honore. Nam in te nobis complacuit quidquid de te fama diſpergit, videlicet ſanctitas, caſtitas, benignitas; & omnia, quę Deo placabilia ſunt.

Unde in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Archiepiſcopali Pallio noſtra Apoſtolica manu dilectionem veſtram inſignivimus, quo utaris toties in anno, quoties prædeceſſores tuos eo uſos fuiſſe conſtat. In quo, quia de vellere ovis eſt, intellige te ovium paſtorem, & quia eo circumcingeris, & etiam circa humeros portas: cognoſcas, & undique circumſpicias, ne aliqua erret, & in morſus incidat luporum. Quod ſi aliquando (quod abſit) contigerit, eam habeas in humeros ad caulam reportare, & priſtinæ ſocietati coadunare. Quod verò ante, & retro Crux Domini habetur, illud Apoſtolicum ſemper docet ante oculos tuæ mentis habere, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Confirmamus etiam tibi ipſum ex integro Archiepiſcopatum Salernitanum, cum omnibus adjacentibus Parochiis ſuis. Et inſuper licentiam damus, & poteſtatem ordinandi, & conſecrandi Epiſcopos in his ſubjectis vobis locis, hoc eſt Peſtanenſem Epiſcopatum cum Parochiis, & adjacentiis ſuis, & Epiſcopatum Conſanum, & Epiſcopatum Nolanum, & Epiſcopatum Malvitanum, necnon & Epiſcopatum Acheruntinum, ſimulque & Epiſcopatum Biſinianenſem, atque Epiſcopatum Cuſentię cum omnibus Parochiis, & adjacentiis eorum. Pro Pallio verò, quod ſupra diximus, poſt diſceſſum quidem tuū ſucceſſores tui perveniant ad Apoſtolicam Sedem, & uſum pallii, conſecrationemque decretaliter recipiant, & non habeant poteſtatem ſucceſſores noſtri, in cunctis prædictis Epiſcopatibus, quos vobis Apoſtolica auctoritate conceſſimus deinceps Epiſcopos conſecrare, quemadmodum vobis conceſſum eſt. Si quis autem nefario auſu (quod non optamus) huic noſtræ conceſſioni aliquo modo contraire voluerit, & omnia ſupraſcripta à nobis firmata violare præſumpſerit, perpetuo anathematis vinculo religetur. Et ut hæc noſtra conceſſio firma in perpetuum maneat, bulla noſtra, & ſigillo eam ſignari præcepimus. At qui pio intuitu cuſtos, & obſervator hujus noſtri privilegii extiterit, benedictionis gratiam, & cæleſtem retributionem à juſto Judice Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum. Amen.

Scriptum eſt per manus Joannis Scriniarii, & Notarii ſacri Lateranenſis Palatii, &c. Datum 12. Kalen. Martii per manus Petri Diaconi, & Bibliothecarii, & Cancellarii S. Apoſtolicæ Sedis, anno D. Clementis II. Papæ 1. Ind. 15.

Leo item Papa IX. anno 1051. Salernitanæ Eccleſiæ Metropolitanatus Jura confirmat, cùm Joanni Archiepiſcopo has Apoſtolicas litteras dediſſet, quas inter alias reperit Baronius in Vatic. Bibliotheca.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ſanctæ, ac venerabili Salernitanæ Eccleſiæ, quæ eſt B. & ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, ubi etiam glorioſum Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ corpus cum beato Martyre Fortunato requieſcit, & per eum Confratri noſtro Joanni ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo in perpetuum.

Officium Sacerdotale aſſumere, ſi interiori vigilantia perpendamus, oneris eſt magis, quam honoris, quippè cui propria curare non ſufficiat, niſi & ſalubriter geſſerit aliena. Nam ad hoc paſtoralis regiminis curam aggreditur, ut aliorum in ſe ſollicitudinem pia proviſione ſuſcipiat, ut in eorum ſe cuſtodia vigilanter diſponat, ne noſtra fortè deſidia, invidus hoſtis rabida (quod abſit) quemquam fauce degluttiat, & eorum ad noſtram non immeritò applicetur pœnam perditio, qui commiſſos ſollicita cuſtodire cautela negligimus. Exhibeamus ergo quod dicimus, & quibus divini diſpenſatione conſilii præeſſe nos contigit, prodeſſe quantum poſſumus feſtinemus, ut dum creditor rationem nobiſcum poſiturus advenerit, lu-

A crum nos feciſſe reperiat, & ſua (ſicut promiſit) remuneratione lætificet. Et quoniam ad præſens Eccleſiam iſtam nullis bonis noſtris honorare, ditare, vel ut oportet, adaugere poſſumus, ſua ſibi confirmare, & indiſciſſa, vel imminuta pia devotione cenſemus conſervare. Unde fratris Joannis Archiepiſcopi petitioni libentiſſime annuentes, hoc Apoſtolatus noſtri privilegium fieri decrevimus, ſtatuentes Apoſtolica cenſura, ut quæcumque Imperatores, Reges, Principes, aut qui nunc clare principatur Guaimarius, ad hanc domum Domini contulit bona, vel omnia à quibuſcumque Chriſti fidelibus conceſſa, vel in perpetuum ſunt concedenda, rata ſemper, & inviolata permaneant.

Confirmamus etiam tibi ipſum ex integro Archiepiſcopatum Salernitanum cum ſibi adjacentibus Parochiis ſuis. Et inſuper licentiam, & poteſtatem damus ordinandi, & conſecrandi in his ſubjectis vobis locis, hoc eſt Peſtanenſem Epiſcopatum cum Parochiis, & adjacentiis ſuis, & Nolanum, & Conſa-
B num cum Parochiis & adiacentiis ſuis, necnon Malvitanum. & Cuſentinum, ſimulque Epiſcopatum Biſinianenſem, atque Epiſcopatum Aceruntinum cum omnibus Parochiis & adjacentiis eorum. Necnon liceat tibi ordinare Epiſcopos ſuper congruentia loca ſecundum regulam SS. Patrum, in ipſa integritate Salernitani Archiepiſcopatus & non habeant poteſtatem ſucceſſores noſtri in cunctis prædictis Epiſcopatibus, quos vobis Apoſtolica auctoritate conceſſimus, deinceps in perpetuum Epiſcopos conſecrare, quemadmodum vobis conceſſum eſt.

Si quis autem contra hujus noſtræ preceptionis privilegium agere præſumpſerit, aut præſumentibus conſenſerit, aut factor extiterit, & non potius obſervare eum in integrum ſtuduerit, ſed noſtram Apoſtolicam hanc præceptionis interdictionem tranſgredi præſumpſerit: ſciat ſe auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis Cœlorum Regni clavigeri, noſtroque anathematis vinculo, & innodatum, & à Regno Dei alienatum, atque cum diabolo, & ejus atrociſſimis
C pompis tranſgreſſorem ſanctorum Patrum canonica traditione deputatum; quoniam ſcriptum eſt, terminos Patrum noſtrorum nulla auctoritate illicitæ temeritatis tranſgredi præſumi. Et quia opportunitatis exigit ratio, protervos, ac tranſgreſſores ex canonicæ correctionis fræno debere conſtringi: illius inſuper ſpirituali jaculo perdat animam, cujus temporali gladio Malchus amiſit auriculam. Qui verò hujus noſtri privilegii conſtitutionem, & confirmationem obſervaverit, à Domino Deo benedicatur, & æterni Regni, beato interveniente Matthæo Evangeliſta, particeps effici mereatur. Datum 11. Kal. Aug. per manus Friderici Diaconi S. Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii, & Cancellarii, & D. Herimanni Colonienſis Archiepiſc. & Archicancellarii an. D. Leonis IX. Papæ III. Ind. 4.

Præfuit Joannes in Salernitana Eccl. an. 10. extrema clauſit opt. Præſul an. 1057. Vixit in ea Sede ſub Principibus Guaimario IV. & Giſulfo II. ex Longobard. poſtremo.

9 S. ALPHANUS a Salernitanæ Eccleſiæ, & XLIII.
D urbis egregium ornamentum, parentibus nobiliſſimis natus, ab ipſis incunabulis piè educatus, & in ſcripturis ſanctis eruditus inſignis evaſit doctus Clericus, & Eccleſiaſticarum rerum peritus, carmine, & ſoluta oratione illuſtris, monaſtices inſtitutum, depoſito cingulo Clericalis militiæ, adhortante Deſiderio, qui poſtmodum Victor Papa III. fuit circa annum Dom. 1056. ultro complexus eſt in Caſinenſi cœnobio, nec multò poſt à Giſulfo Psincipe expoſtulatus, primò apud Salernum monaſterii S. Benedicti Abbas effectus, deinde Salernitanus Archiepiſcopus creatus, à Stephano IX. Papa ordinatus, conſecrationis munus accepit an. 1058. Ejus primordia, Monaſticæ diſciplinæ progreſsus, & ordinationis tempus notum reddit Chron. Caſin. lib 3. c. 7. in hæc verba.

a De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 9 & Nicodemus in Addit. p. 7. Mandiſ.

( Deſiderius ob nimiam abſtinentiam, multaſque vigilias, in languorem non medicum decidens medendi gratia Salernum perrexit: ibi itaque illo aliquan-

*diu remorante, Alphanus (qui poſtmodum ejuſdem Archiepiſcopatum civitatis adeptus eſt) prudentiſſimus, & nobiliſſimus Clericus, maxima eſt illi familiaritate conjunctus. Cujus animum frequentibus monitis ad mundi contemptum exhortans, ſic tandem ab illo exegit, ut Monachus fieret, ſi prius, ut jam dudam mente conceperat, Jeroſolymam ire permiſſus fuiſſet. Hac inter illos ſponſione firmata, Beneventum reverſus Deſiderius eſt, atque poſt non multos dies mandat eidem Alphano, ut ad ſe veniat. Revertente illo, ac potius pavit ante Salernum egredi, iterum Deſiderius ad illum abiit, eumque propter quorundam inimicantium illi timorem, cuculla ſua indutum noctu de civitate educens, ſecum Beneventum adduxit Cum verò cœpiſſent Alphanum nobiles quiq; viri, ac Clerici frequentare, eumque ob maximam ejus prudentiam decenter excolere: propoſitum Jeroſolymitanæ viæ paulatim cœpiſſet in ejus mente tepeſcere, ſeque à Deſiderii latere nullo unquam modo, nullo unquam tempore aſſereret velle dividere, tempus ab eis aliquantum apud monaſterium S. Sophiæ exactum eſt. Cum ecce fama percrebuit, Victorem Papam ab ultramontanis partibus Romam veniſſe, eumque ad partes iſtas in proximo venturum fore. Territus Alphanus hujuſmodi nuncio, quod fratres ſuos ſuper Guaimarii Principis occiſione inſimulandos proculdubio noſſet, præoccupare ſtatuit Apoſtolicum, ſecumque ire orat ſuppliciter Deſiderium. Et quoniam miram cantandi peritiam, & medicinæ artis ſcientiam non parvam habebat, ejuſdem artis codices nonnullos ſecum à domo detulerat, magni aliquid ſe habendum in Summi Pontificis Curia omnimodis confidebat. Confectis igitur, atque aptatis quotquot potuit medicaminibus, una cum civitatis ipſius Archiepiſcopo ad Romanum Pontificem in Tuſciam proficiſcitur, eumque apud Florentiam remorantem reperiunt. In brevi itaque maximam apud illum familiaritatem adepti, & ſatis honorificè habiti ſunt. Sed cum jam ibi per tempori aliquantulum remorati pro certo Deſiderius comperiſſet Papam minimè ad partes iſtas venturum; inſuper etiam ultra montes proximè profecturum, ſimulque valde inutilem eſſe propoſito ſuo conſiderans in ejuſdem Pontificis Curia converſationem, cœpit omnimodis inſtare Alfano, ut jam jamque peteret ab eo licentiam revertendi. Petrus ante non multos dies huic monaſterio electus fuerat à fratribus in Abbatem, qui pro ſua ordinatione inſinuanda, duos hujus loci ad Papam tunc fratres tranſmiſerat. Igitur Deſiderius optata jam dudum opportunitate reperta, accedit pariter cum Alphano ad Romanum Pontificem, ſimulque pedibus illius ſe proſternentes, orant recedendi licentiam. Adduntque petentes, ut gratia religioſius vivendi, per Monachos, qui ad eum à Caſinenſi monaſterio venerant, illuc eos tranſmittere, ſuiſque litteris illos Abbati dignaretur, ac fratribus commendare. Annuit Apoſtolicus, atque ita ſicut propoſuerant cum Fratribus illis ad cœnobium tranſmiſſi ſunt; receptique decenter ab Abbate, & Fratribus ſociati honeſtè nimis, atque humiliter inter illos aliquandiu converſati ſunt, & ab univerſis in dilectione plurima habiti, necnon, & Monaſticam ab eodem Abbate conſecrationem adepti, Friderico ſuper eorum adventu pluſquam ſatis eſt gratulante.* ) Et cap. 8. ( *Viderat per hos dies Deſiderius viſionem non contemnendam, quam ſatis proximè rei commendavit effectus. Cernebat ſiquidem ſe una cum Alphano in quadam Eccleſia, ac valde pulcherrima turri, quæ juxta Capitulum Fratrum ſita eſſet, conſiſtere, in qua nimirum Pater Benedictus videbatur Sede decentiſſima reſidere. Cumque ad illius viſionem ſtupefacti paverent, & accedere propius nequaquam præſumerent, B. Benedictus Deſiderio hilarius innuebat, eumque juxta ſe ſedere manu porrecta jubebat. Alphanus verò, quoniam vocatus ab eo non fuerat, quaſi indignè ferens, de domo illa exibat; quæ nimirum viſio manifeſtiſſimè portendere viſa eſt, & Alphanum in loco hoc non diu remoraturum, & Deſiderium Benedicti Patris vicem in hoc monaſterio ſuſcepturum. Non multo poſt igitur à Giſulfo Principe Alphanus expoſtulatus, primò apud Salernum in monaſterio ſancti Benedicti Abbas effectus, dehinc ejuſdem civitatis Archiepiſcopatum adeptus eſt.* )

Alphanus poſt ſuam conſecrationem ab eodem Stephano Papa, quibus diebus uti pallio deberet, ad Miſſarum ſolemnia celebranda, privilegium obtinuit, facultatemque nominandi, eligendi, & conſecrandi undecim Epiſcopos ſuos ſuffraganeos, videlicet Peſtanum, Compſanum, Acheruntinum, Nolanum, Cuſentinum, Biſinianenſem, Melfitanum, Policaſtrenſem, Marſicanum, & Caſſanum iiſdem litteris conceditur, quas non vidimus, ſed citantur à Muſca. Quod verò dicitur in iiſdem, Cuſentinam, Compſanam, Acheruntinamque Eccleſias fuiſſe tunc temporis ſuffraganeas Salernitani Archiepiſcopi, puto eas ſubjectas fuiſſe Primitiali jure, cum Eccleſiæ illæ tunc Archiepiſcopali honore fuiſſent inſignitæ, ut ſuis in locis dicemus. Anno 1059. Alphanus celebri illo Concilio Romano à Nicola II. coacto interfuit, quo Beringarius hæreſi ſua tertium abjurata fidem Catholicam coram 113. Epiſcopis profeſſus eſt, quo etiam Concilio conſtitutio illa de electione Romani Pontificis edita eſt, redactaque eſt ad ſolos Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Epiſcopos eorumdemque poteſtati attributa, atque decreta electio. Eodem anno aliæ Synodo apud Beneventum ab eodem Nicolao celebratæ interfuit Alphanus, ac primus poſt Humbertum Sylvæ Candidæ Epiſcopum Cardinalem ſe ſubſcripſit. Anno 1066. Alphanus Riſonem primum Epiſcopum Sarnenſem ordinavit, ac privilegio munivit, cujus exemplar in Epiſcopis Sarnenſibus referemus. Anno verò 1067. Alexander II. Papa Alphano Archiepiſcopo, ac Salernitanæ Eccleſiæ vetera privilegia confirmavit hoc cuſo diplomate, cujus exemplar exhibemus ex Archiepiſcopalis menſæ tabulario hiſce verbis conſcriptum.

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, S. Salernitanæ Eccleſiæ, quæ B. & glorioſæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, ubi etiam Apoſtoli glorioſum Matthæi, & Evangeliſtæ corpus, cum BB. Martyribus Fortunato, Gajo, & Anthes, requieſcit, & per eam conſtrueri Alfano ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.*

*Ex conſideratione Paſtoralis curæ, quam ex adminiſtratione Apoſtolicæ Sedis gerimus, cum Deo auctore, ſicut indigni decernimus, omnium quæ ſunt Eccleſiarum provectui invigilare, ac juſtis fidelium poſtulationibus æquitatis aſſenſum prebere neceſſario compellimur viſcera deſerere, ne Dominico gregi debitæ conſolationis ſuffragium videamur ſubtrahere. Unde cariſſime frater Alfane Archiepiſcope, quia devotio tua honeſtis moribus fulta poſtulare ſtuduit, quatenus ſtatuta, & privilegia, quæ ſanctiſſimi Prædeceſſores noſtri, Apoſtolica auctoritate Salernitanæ Eccleſiæ, tuiſque prædeceſſoribus ſanxerunt, nos tibi, tuiſque ſucceſſoribus firmaremus, tuis precibus, quia à juſtitia diſcrepare non videntur, libentiſſimè annuimus. Qua de re hujus noſtri privilegii authentica conſtitutione concedimus, & confirmamus tibi, totam ex integro Salernitanam Eccleſiam, quæ eſt Archiepiſcopalis Sedis infra urbis mœnia conſtituta; cum omnibus quæ ſibi pertinent, tam hæreditario, quam Parochiali jure, ſicut illam integram habuere, & tenuere prædeceſſores tui Epiſcopi, & Archiepiſcopi, ita ut tui juris, tuæque poteſtatis quicquid ad Eccleſiaſticum, & Epiſcopale pertinet officium, tam intra Salernũ, quam per omnem Salernitanum Parochiam, canonica diſpenſatione requirere, & ordine, & Canonicis Eccleſiis diverſorum ordinum Clericos, ſervitium Dei provehere, & ordinare; in monaſteriis quoque & Abbatiis, Abbates providere, & benedicere, & Dei ſervitio, & utilitati ſemper conſulere, ut omnia fiant fautore Deo ad incrementum ſanctæ Eccleſiæ. Archiepiſcopalis etiam Magiſterii prædeceſſoribus tuis Apoſtolica auctoritate conceſſum, fraternitati tuæ confirmamus, ut liceat te intra ſcriptam provinciam, Epiſcopos juxta ſacrorum Canonum ſtatuta congruis in locis ordinare, & quæcumque Metropo-*

*litanis ſanctorum Patrum ſtatuta attribuunt, tibi concedimus licere; ad hæc etiam Apoſtolicæ auctoritatis ſanctione confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus, quæcumque Prædeceſſores noſtri, Imperatores, Reges, Principes, vel quicunque fideles ſanctæ Salernitanæ Eccleſiæ contulere, & ea quæ Giſulfus fidelis noſter, qui nunc Salerni clare principatur, liberali munificentia contulit, & collaturus eſt. Nominatim autem dictimus, Eccleſiam S. Martyris Viti, quæ conſtructa eſt juxta plateam, quæ dicitur ad portam Elini, cum omnibus ſuis pertinentiis, quam Landimorius filius Ademarii ſcripto, jam dictæ Eccleſiæ obtulit; & Eccleſiam S. Gramatii, cum ſuis pertinentiis, & caſas illas quæ ſunt juxta eandem Eccleſiam, quas Malfrit, & Adelfrit tuo Epiſcopio obtulerunt. Sed & monaſterium S. Viti, quod conſtructum eſt juxta Salernum prope littus maris, cum ſuis pertinentiis. Quod Eccleſia tibi commiſſa à prædicto Giſulfo Principe commutationis ordine recepit. Terras quoque & partes, pro quibus ſuper Troytium de Rota, pro tuo Epiſcopio, & cæteris Salernitanis Eccleſiis interpulaſti, quod invaſas detineret. Unde cum Salerni nolentem juſtitiam facere excommunicavimus, quas poſtea reſipiſcens, Capuę in noſtram manum legaliter reddidit. Videlicet quæcunque uno anno priuſquam ipſe Rotam intraret; & Salernitanæ Eccleſiæ tenebant, quæ juris tuæ Eccleſiæ fuere, tibi tuiſque ſucceſſoribus reddimus, & confirmamus, & per te cæteris Eccleſiis tua... Caſtellum quoque Olibani, & cryptam S. Angeli, quæ dicitur montis Aurei, cum omnibus eorum pertinentiis, & cuncta quæ Vvilelmus filius Tancrede, & Vvimundus Miles tuus in noſtram manum reddidere. Et univerſa quæ prædicta Salernitana Eccleſia juſte, & legaliter habuit, vel qualicumque contractu acquiſitura eſt, tibi, tuæque fraternitati Eccleſiæ commiſſæ concedimus & confirmamus, & in perpetuum ſtabilimus, tam ea quæ Eccleſiaſtici regiminis ſunt, quam quæ hæreditate juris,, conteſtantes, ſub proteſtatione anathematis, ut nullus unquam alicujus dignitatis, vel poteſtatis homo audere temerario auſu, aliquam violentiam, tibi, tuæque Eccleſiæ inferre, vel juſtitiam, aut dignitatem minuere. Salvo in omnibus Apoſtolicæ Sedis privilegio. Si quis verò contra hujus noſtræ conſtitutionis privilegium, vilipendens Apoſtolica ſtatuta temere agere præſumpſerit, aut præſumentibus fautor extiterit, judicio ſancti Spiritus ſciat ſe auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis & noſtra, anathematis vinculo innodatum, & ut tranſgreſſorem terminorum, quod ſancti Patres noſtri poſuerunt, cum diabolo, & trangreſſoribus Angelis, canonica traditione, æternis ſuppliciis deputatum. Obſervantibus autem, & devotis, gratia & benedictione à Domino Deo noſtro multiplicetur, & intercedente B. Dei Genitrice Maria, & B. Matthæo Apoſtolo & Evangeliſta, æterni Regni particeps effici mereatur. N. OEN. BES.*

*Datum Capuæ 4. Id. Octobris, per manus Speri S.R.E. Subdiaconi, & Bibliothecarii anno 7. Pontif. Dom. Alexandri Papæ II. Indict. 7.*

Sequenti vero anno 1068. ad res Campaniæ viſendas more inſtituto profectus Salernum acceſſit, ac conventum Epiſcoporum, Abbatumque egit, cui Giſulſus Princeps Salernitanus, & Robertus Dux, & Rogerius Comes frater ejus interfuerunt; ibi Guillelmus Tancredi filius, quæ poſſidebat Eccleſiæ bona, eidem reddidit, eaque Alexander Alphano Archiepiſcopo adjudicavit hoc modo.

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*Notum ſit omnibus S. Eccleſiæ filiis; quoniam in Synodo, quæ 6. Pontificatus noſtri anno apud Melphim in Eccleſia B. Petri Apoſtolorum Principis, quæ eſt ejuſdem civitatis Sedes Epiſcopatus, præſidentibus nobis, & aliis Coepiſcopis, & Abbatibus de Calendariũ Auguſtarum celebrata eſt, confrater noſter Alphanus S. Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus de hæreditatibus eidem Eccleſiæ pertinentibus, quas Guillelmus filius Tancredæ, & milites ſui invaſerant, querimoniam fecit. Unde cum à nobis hac de ratione vocatum, ut quæ violenter invaſerat, juſtè eidem Ec-*

A *cleſiæ redderet, paterna caritate monuimus; ſed quia in contumacia ſua perdurans obedire nobis, & tanto Conventui noluit, judicio totius ſacri Concilii eum, & fautores ſuos à liminibus S. Eccleſiæ ſequeſtravimus, & anathematis vinculo, quouſque reſipiſceret, innodavimus, ſed poſtea inſpirante ſibi illo, qui neminem vult perire, ad pœnitentiam, & ad emendationem, cum Salerni eſſemus, ante noſtram præſentiam cum militibus ſuis humiliter venit. Quapropter Epiſcoporum, & Abbatum, & aliorum fidelium congregato Conventu, inter quos fuerunt Joannes Tuſculanenſis Epiſcopus Cardinalis, & Ildebrandus S. R.E. Archidiaconus, & Ambroſius Terracinenſis Epiſcopus, & Baldoinus Melphis Epiſcopus, & Stephanus, Trojanus Epiſcopus, & Ingilbertus Tuſcenſis Epiſcopus, & Giſulfus Salernitanus Princeps, cum fratribus ſuis Guidone, & Joanne, Robertus Dux, & Rogerius Comes frater ejus, & alii plures Longobardi, & Normanni, idem Guillelmus, & Girmendus filius Gimundi, qui dicitur de Mulſi miles ejus hæ-*

B *reditarius S. Salernitanæ Eccleſiæ nominatim curtem S. Petri Dataro, & curtem S. Viti de Siler, quæ ſunt juxta eundem fluvium, & Eccleſiam S. Michaelis Archangeli, quæ ſita eſt in crypta montis, qui dicitur Aureus, cum omnibus hominibus, & pertinentiis ſuis; unde idem Archiepiſcopus multas inſcriptiones oſtendit juris etiam hæreditaris Eccleſiæ ſuæ eſſe, paratus ſacramento firmare voluit, & caſtrum Olibani cum omnibus hominibus, & pertinentiis ſuis, & res de lacu majore cum toto ipſo lacu, & res de Tuſciano, & de Lama, & de Rivo-Alto, & de Aſa, & de Pecentino, & Juſuni, & Salſanicum, & Forino, & Anguillario, & Prato, & omnes alias res ipſi matri Eccleſiæ, & cæteris Eccleſiis Salernitanis pertinentes ſub nomine fidei, quam Deo, & S. Petro debebant in manu veſtra refutaverunt, atque dimiſerunt, & ſe confirmaverant eſſe ſub anathemate, ſi eas amplius præſumerent invadere. Inde nos omnibus ſupradictis coram adſtantibus Epiſcoporum judicio, & laudatione Longobardorum, & Normannorum, qui in-*

C *tererant, S. Salernitanæ Eccleſiæ per eum tibi confrater Alfane Salernitane Archiepiſcope, ſucceſſoribuſque tuis ſupradictas res, & hæreditates ſtabilivimus, conceſſimus; & in perpetuum confirmamus, & deinceps ſalvo tuo, ſucceſſorumque tuorum vigore earum invaſores, & deprædatores, & perſecutores perpetuo anathematis vinculo religamus; ſi quis verò contra hujus noſtræ præceptionis ſcriptum temerè agere præſumpſerit, aut fautor extiterit, ſciat ſe auctoritate B. Petri Apoſtol. Principis, & noſtra à Regno Dei alienatum atque cum Juda traditore Domini in æternum damnatum, qui autem hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis conſtitutionem obſervaverit devotus, à ſancta & Individua Trinitate benedicatur, & æterni Regni intervenientibus Dei Genitrice Maria, & B. Matthæo Apoſtolo, & Evangeliſta, quorum cauſam adjuverit particeps effici mereatur, &c.*

*Ego Alexander ſolius Dei miſericordia licet indignus S.R. & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus in*

D *hac Conſtitutionis pagina ad confirmandum volens ſubſcripſi.*

*Ego Joannes Tuſculanenſis Epiſcopus me affuiſſe teſtificans ſubſcripſi.*

*Ego Hugo Tdruntinus Archiepiſcopus me affuiſſe teſtificans ſubſcripſi.*

*Ego Ambroſius Terracinæ Epiſc. ſubſcripſ.*

*Ego Heldebrandus S.R.E. Diaconus SS.*

Paucis inde poſt annis, hoc eſt 1071. Alphanus diploma ſcripſit Leoni Abbati Cavenſi de exemptione Eccleſiæ s. Nicolai de Palma cum omnibus juribus, & bonis ſuis Capitulo, & Clero conſentientibus, in quo eam ab omni juriſdictione ſua, ſucceſſorumque ſuorum exemit. Actum anno 29. Principatus Giſulphi Indict. 9. in hunc modum ab ipſo exemplari Archivii Cavenſis.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarn. ejus 1071. & 20. anno Principatus D. noſtri Giſulfi glorioſi Principis, menſe Februario 9. Ind.*

ni-

*Ego Alphanus gratia Dei Archiepiſcopus S. Sedis
hujus Salernitani Archiepiſcopatus clarifico; quoniam
Leo religioſus Abbas monaſterii S. & Individuæ Tri-
nitatis, quod conſtructum eſt foris hac civitate in lo-
co, ubi Metilianum dicitur, ac ſpiritualis Pater meus,
& Vibus Vicecomes filius q. Petri à novo fundamine
conſtruere fecerunt Eccleſiam in honorem B. Confeſſo-
ris Nicolai intra hanc à Deo conſervatam Salernita-
nam civitatem in proprio ipſius monaſterii, & ipſius
Vibi in plaja montis. Et ipſi Leo Abbas, & Vibus ve-
nerunt ad me valdè poſtulantes, ut per convenien-
tiam per firmam ſecuritatem confirmarem eis inte-
gram ipſam Eccleſ. & omnes res ſtabiles & mobiles,
quæ ipſi Eccleſiæ pertinentes ſunt, & fuerint, & illi
darent mihi quinque libras argenti pro directis ædifi-
ciis ipſius Archiepiſcopii reſtaurandis, & de hoc ha-
bui conſilium cum Clericis ipſius noſtri Archiepiſcopii,
ſed omnibus comparuit, quatenus ipſas libras argenti
acciperem, & jam dictam Eccleſiam, & omnes ipſas
res ſtabiles, & mobiles eis confirmarem ordine conve-
nientiæ. Et ideo ſicut mihi Alphano congruum fuit,
mea voluntate, per hanc chartulam ordine conve-
nientiæ coram præſentia Leonis Comitis, & Judicis,
dum & idoneè intereſſent homines, confirmavi ipſi
Leoni Abbati pro parte ipſius monaſterii, & ipſi Vibo
Vicecomiti pro parte ſua integram ipſam Eccleſiam,
quæ jam per me in ipſius S. Nicolai honore dedicata
eſt, & omnes res ſtabiles, & mobiles ipſi Eccleſiæ per-
tinentes cum omnibus, quæ intra eas ſunt, cunctiſ-
que earum pertinentiis, & cum vice de plateis, &
anditis, & viis ſuis, & cum omnibus muniminibus
ex eis continentibus, & cum omnibus aliis rebus ſta-
bilibus, & mobilibus, quæ per alios homines de ſuis
proprietatibus, & per ipſum Leonem Abbatem, &
ſucceſſores ejus de proprietatibus ipſius monaſterii, &
per ipſum Vibum, & ejus hæredes de ſuis proprieta-
tibus, quocunque modo in jam dicta Eccleſia datæ, vel
oblatæ fuerint. Ea ratione, ut cuncta, quæ ipſi Abba-
ti, & Vibo Vicecomiti, ut ſuperius legitur confirmavi,
ſemper ſint in poteſtate ipſius Abbatis, & ſucceſſorum
ejus, & partium ipſius monaſterii, & ipſius Vibi, &
hæredum ejus, & ipſe Abbas, & ſucceſſores ejus, &
partes jam dicti Monaſterii, & ipſe Vibus, & ejus
hæredes licentiam habeant de eis facere quod volue-
rint, & omni tempore ipſa Eccleſia ſecura, & libera
permaneat à parte mea, & ſucceſſorum meorum, &
ipſius Archiepiſcopii. Et omni tempore ipſe Abbas, &
ſucceſſores ejus, & pars memorati monaſterii, & ip-
ſe Vibus, & ejus hæredes poteſtatem habeant in ipſa
Eccleſia Monachos, vel alterius ordinis Presbyteros,
& Clericos ſecundum Canonum inſtituta, & B. Pa-
tris Regulam Benedicti ordinare qualiter voluerint,
& in ea Monachicum, vel alium Eccleſiaſticum Ordi-
nem, ſicut decet, peragere faciant, abſque meæ, &
ſucceſſorum meorum, & partium ipſius Archiepiſcopii
contrarietate. Et ipſi Presbyteri, & Clerici, qui in
ipſa Eccleſia ordinati fuerint, licentiam habeant
chartam fraternitatis in ipſa Eccleſia facere, & ha-
bere ſicut decet, & in Sabbatho ſancto cereum bene-
dicere, & infirmos viſitare, & mortuos cum volue-
rint, cum officio, ſicut decet, intra ipſam Eccleſiam
recipere, & eis officium defunctorum facere, & extra
ipſam Eccleſiam ſepelire, & per domos eorum, qui
ad ipſam Eccleſiam annualiter ad Dei officium au-
diendum ierint, ire, & aquam ſanctificatam ſpar-
gere, & Crucem in ipſis domibus ponere abſque mea,
& ſucceſſorum meorum, & partium jam dicti Archie-
piſcopii contrarietate, vel requiſitione, & nullo tem-
pore ego, & ſucceſſores mei, & pars jam d. Archie-
piſcopii quemlibet cenſum vel ſervitium, aut datio-
nem aliquam ipſis Monachis, vel Presbyteris, & Cleri-
cis, qui in eadem Eccleſia conſtituti fuerint, & partibus
ipſius Eccleſiæ tollere quæramus. Sed & ipſi Presb. &
Clerici licentiam habeant omnem Monachicum. & Ca-
nonicum ordinem in jam dicta Eccleſia Catholico mo-
re peragere qualiter voluerint, & juſtum fuerit, &
nullam angariam ego, & ſucceſſores mei, vel pars jam
dicti Archiepiſcopii illis imponamus, ſed omni tem-
pore ſecuri, & abſque moleſtatione permaneant.
A Et ſi quolibet tempore ipſa Eccleſia ceciderit, vel for-
tè diſturbata fuerit pro ea renovanda, vel reſtauran-
da, tunc poſtquam renovata, vel reſtaurata fuerit,
& ipſe Abbas, & ſucceſſores ejus, & pars jam d. mo-
naſterii, ipſe Vibus & ejus hæredes me, & ſucceſſores
meos rogaverint, & ſcire fecerint, ad eam pergamus,
ipſam Eccleſiam, & ejus Altaria quot in ea facta fue-
rint, dedicemus, & ſi (quod abſit) antequam, ut di-
ctum eſt, renovetur, vel reſtauretur, vel poſt ejus reno-
vationem, & reſtaurationem Eccleſia ipſa, vel Altaria
ejus, aut ex ipſis contaminata fuerint, ego, & ſucceſſo-
res mei per omnes vices per poſtulationem ſupradicti
Leonis Abbatis, & ſucceſſorum ejus, & partium ip-
ſius monaſterii, & ipſius Vibi, & hæredum ejus ad
ipſam Eccleſiam pergamus, & contaminatum illud
ſicut meruerit reſtauremus. Et propter confirmatio-
nem hujus conventionis ſuſcepi ab ipſis Leone Abbate,
& Vibo Vicecomite ipſas quinque libras argenti pro
ipſis ædificiis reſtaurandis in omni deliberatione. Et
per convenientiam ego jam dictus Alfanus gratia Dei
B Archiepiſcopus obligo me, & ſucceſſores meos, & par-
tes præfati Archiepiſcopii, ſi ſicut ſuperius ſcriptum
eſt, non adimpleverimus, & ſupradicta, vel ex eis
quicquam removere, aut contradicere præſumpſeri-
mus, componere ipſi Leoni Abbati, ejuſque ſucceſſo-
ribus, & partibus ipſius monaſterii, & ipſi Vibo,
& illius hæredibus ſexcentos auri ſolidos Conſtanti-
nopolitanos, & taliter me jubente Grimoaldus Nota-
rius, qui interfuit, ſcripſit.*

† *Ego Alfanus qui ſupra gratia Dei Archiepiſc.*
† *Ego Alfanus Diaconus.*
† *Ego Joannes Presbyter, & Card.*
† *Ego qui ſupra Sico Comes, & Judex.*
† *Ego Ademarius Notarius me ſubſcripſi.*
† *Ego Joannes Notarius me ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus ſubſcripſi.*

Alphano Archipræſule, ut tradunt, Robertus
Dux Apuliæ, rebus in Sicilia proſperè geſtis elatus,
exercitum Salernum adduxit, idque Richardo fra-
tre Capuæ Principe auxilio advocato, acriter op-
C pugnare cœpit. Qua re cognita, Gregorius VII.
Deſiderium Abbatem Caſſinenſem ad rem inter
Giſulfum Salerni Principem, & Robertum com-
ponendam miſit. Quæ intempeſtiva Giſulphi per-
tinacia convenire non potuit. Robertus autem cum
maxima militum manu ad muros acceſſit, parte-
que eorum vi machinarum diſiecta, aditum ſibi in
urbem aperuit, atque idibus Decembris forte repu-
gnante Principe, in ditionem adduxit, eamque ur-
bem deinde mirificè variis ædificiis nobilitavit, ſuo
ære ædificandum curavit miræ pulchritudinis, ac
magnitudinis templum beatiſſimo Apoſtolo, &
Evangeliſtæ Matthæo anno 1075. primo anno poſt-
quam cepit Salernum. Poſt adventum verò Mi-
chaelis, Conſtantini Imperatoris filii anno 1080.
in civitatem Salerni ad Robertum Guiſcardum in-
viſendum, Gregorius Pontifex Robertum ipſum
abſolvit, & Alphano gratulatus eſt; quod oſsa
Matthæi Apoſtoli, quæ ignorabantur, inveniſset,
& in novum templum recondidiſset, monuitque, ut
D hortaretur Robertum Ducem, & conjugem ad ea
ſumma reverentia amplectenda. Porro translatio-
nis hiſtoriam ſcripſit ex veteri monumento M. An-
tonius Marſilius Columna Archiepiſcopns in vita,
& rebus geſtis Matthæi c.8. quam hic recitare libet.

(*Pervolaverat interea* (inquit) *fama inventi per
miraculum Apoſtolici corporis, & ad Giſulphum Saler-
ni Principem, ex certo nuncio pervenerat; quamo-
brem ſumma lætitia affectus generoſus heros, ut qui
acceperat ſancti Corporis revelationem ob Salernita-
norum ſalutem à Deo permiſſam fuiſſe, ſtatim ad Epiſ-
copum Peſtanum decrevit religioſos deſtinare viros
qui tam præclarum theſaurum peterent, ac proinde
Joannem cœnobii ſancti Benedicti, in urbe Salerni-
tana Abbatem deligit, alioſque viros graviſſimos,
mandatque, ut Præſulem illum adeant, & humaniter
petant venerandas reliquias, ad Salerni civitatem,
quaſi ad locum ab ipſo Apoſtolo electum devotiſſimè
traducendas. Cōmendatitias inſuper, ac teſtimoniales*

A (quæ dicuntur) litteras dat, quibus id ipſum rogat, petitque, ut Abbati, ac cæteris legatis tradere ſacrum Corpus non dedignetur, in Salernitana Metropoli honorificè collocandum; ſcire ſe ab eodem Apoſtolo fuiſſe corpus ipſum Athanaſio revelatum ob eam præcipuè cauſam, ut Salernitanæ civitatis fieret defenſor, atque Patronus, verumtamen recepturum ſe hoc beneficium veluti ſponte ſibi, liberaliterque collatum. Non erat ea tempeſtate unus tantum Regni Neapolitani moderator, & Dominus, ſed Principes aliquot Normanni certarum quique Provinciarum, ceu Reges erant, & Picentinorum præcipuè regionem obtinebat Giſulphus, cujus quidem tum auctoritate, tum juſtis petitionibus obſequendum ratus Peſtanus Epiſcopus, ut primum Abbas, cæterique legati Principis deſiderium expoſuere, conceſſit libentiſſimè theſaurum expetitum; & alacri animo, magniſque adhibitis cæremoniis, ſanctiſſimum illud corpus tradidit ad Giſulphum Principem deferendum. Aptantur eodem die omnia, quæ pro tantæ rei dignitate neceſ- B ſaria videbantur, & ſequenti primùm luce Joannes Abbas, & qui cum illo venerant, ſalutato in primis Epiſcopo, ſacras Reliquias ea, qua decebat religione, pietate, ac pompa ad Salernitanam urbem traducunt. Eaque die ferunt aquas amaras edulcuiſſe. Porrò miracula, quæ multa edidit glorioſiſſimus Apoſtolus, cum apud Peſtanum Antiſtitem, tum in itinere ipſo, quo Salernum afferebatur, eo præterire volumus, quod hæc & alia permulta ubique gentium edita paulò poſt narraturi ſumus. Erat tum fortè Bernardus quidam nomine Salernitanæ civitatis Antiſtes, vir ſanè religione, pietateque inſignis, qui pridie quam civitatem ipſam ſacroſanctum corpus ingrederetur, convocatis tum Presbyteris, Clericiſque omnibus; tum verò maximè comprovincialibus Epiſcopis (qui nunc ſuffraganei dicuntur) Giſulphus quoque Princeps civibus omnibus, atque Patritiis invitatis, ſplendidiſſimo apparatu, ad paſſuum multa millia obviam beatiſſimo Corpori proceſſerunt, & ſertis redimiti, ac ramos tenentes manibus, canticis, hymniſ- C que exultantes, exceperunt illud procul ab urbe, ipſum verò propriis humeris geſtante Epiſcopo, in Cathedralem Eccleſiam (quæ tunc Dei Genitrici Mariæ ſtructa erat ſub titulo ſanctę Mariæ Angelorum) ſummis totius populi acclamationibus intulerunt. Ibique illud pretioſiſſimis pannis incluſum honorificentiſſimè maxima cum omnium reverentia, ac veneratione collocarunt. Quamvis autem eo ipſo tempore compertum erat venerabile Corpus, ut vetuſtiſſima Eccleſiæ noſtræ monumenta teſtantur: haud tamen conſtat ad Summos Pont. rei novitatem fuiſſe delatam, priuſquam Alphanus Eccleſiæ Salernitanæ præeſſet: ipſe enim primus, vel quod ſua tempora id expeterent, vel quod ſancti Apoſtoli miracula percrebreſcerent, de tanti theſauri inventione certiorem fecit Gregorium VII. Summum Opt. Pont. à quo & epiſtolam in hæc verba recepit, ut ex 8. lib. regiſtrorum Gregorii ipſius, ad manus noſtras pervenit, videlicet.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Fratri, & Coepiſcopo Salernit. Alfano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

D Divinæ pietatis reſpectui gratias ingentes referimus, cujus dignatio theſaurum magnum, totique mundo profuturum, noſtris temporibus miſericorditer revelavit, non immeritò tuæ quoque dilectioni gratulamur, quæ tantæ lætitiæ cælitus revera oſtenſæ participes nos efficere ſolicitè procuravit, credimus ſiquidem, & incunctanter aſſerimus de tanti corporis inventione, non ſolum ipſum B. Matthæum Apoſtolum, verumetiam cæteros coapoſtolos cum ſanctis omnibus, ipſiſque cæleſtibus ſpiritibus, & glorioſa Dei Genitrice Maria mortalibus congaudere, atque ipſorum omnium ſtudia circa humanum genus hoc tempore, quam aliis multò propenſiora, multumque eſſe exuberantiora. Si enim cæteris temporibus Sanctorum nos patrocinia pia non deſerunt, certiſſimè tunc potiſſimum ſpectanda ſunt eorum auxilia, cum ſanctiſſima ipſorum corpora, nobis quaſi rediviva divino nutu manifeſtantur; & ſicuti per corporei aſpectus

A intuitum, tanquam fides cernitur, ſpes jam tenetur, ita eorum beneficia tunc erga devotos renovari, uberiuſque redundare credendum eſt: unde etiam ſancta univerſalis Eccleſia dudum magnis turbinibus, variiſque tempeſtatum procellis impulſa, clamorem ſuum à Domino exauditum non dubitet, ſed ad quieti littoris ſecuritatem alacres oculos è vicino intendens, B. Matthæi Apoſtoli præſidium juxta contempletur: quoniam jam nunc non dubiè agit in portu, cui ſuam præſentiam oſtendit gubernator antiquus. Quapropter de tanti theſauri revelatione tua fraternitas exultet in Domino, beatiſſimas Reliquias, debitæ venerationis obſequiis dignis amplectens glorioſum Ducem R. ipſiuſque nobiliſſimam conjugem hortetur, & moneat, quatenus tam inſigni Patrono, qui ſe eis demonſtrare dignatus eſt, reverentiam & honorem decenter adhibentes, ipſius gratiam & auxilium ſibi, ſuiſque promereri, uſibus ſummæ devotionis contendant. Datum Romæ 14. Kalend. Octob.

Ut mirum propterea non ſit, ſi hæc ſanctiſſ. Apoſto- B li translatio, ad Gregorii VII. tempora per Eccleſiam referatur. Regnante igitur Roberto Guiſcardo, ac ſedente Gregorio VII. Summo Pontifice triginta circiter anni ab inventione tranſierant, magnificentiſſimum templum Divo Apoſtolo conſtruitur ære ipſius Roberti peculiari, in quo per novam veluti translationem ſacræ Reliquiæ demum repoſitæ ſunt, & hodie quoque religioſiſſimè aſſervantur, & ſingulis quibuſque annis prid. non. Maii feſtum ipſius divinæ translationis ſolemniter celebratur, quo Clerus univerſus, Abbates, & comprovinciales Epiſcopi omnes convenire, ac primis veſperis, nec non Miſſæ ſolemni, Pontificalibus induti, intereſſe, certa propoſita pœna tenentur. Quod & ſine intermiſſione hactenus diligentiſſimè ſervatum eſt, & aſſiduè ſervatur. Proſequitur deinde cap. 9. idem Marſilius de miraculis editis poſt tranſlationem, & de brachio S. Apoſtoli conceſſo Beneventanis. Fama (inquit) interim translati Salernum corporis, longè, lateque diffuſa erat, tum hominum omnium communi voce, tum vero maxime miraculis C multis editis. Quamobrem cum id accepiſſet Landulphus Beneventanorum Princeps, optimates, & proceres omnes convocat Beneventanæ ditionis, cum quibus init conſilium de oratoribus ad Bernardum Salernitanum Antiſtitem, Giſulphumque Principem mittendis, ut partem aliquam glorioſi corporis impetrarent pro tutela, & ſalute civitatis Beneventanæ. Venerunt omnes in Principis eorum ſententiam, & laudantes pium ipſius conſilium, eligunt demum viros illuſtres, ut Salernum, quantocitius proficiſcantur, regiis onuſti muneribus, humaniterque petant aliquid ex glorioſo corpore: ut tantus ille theſaurus Beneventanis etiam aliqua ſaltem ex parte communicaretur, cum quibus eſſet aliqua Salernitanis ipſis veluti cognatio communis: erant quippe utriuſque Populi Principes inter ſe cognati. Proficiſcuntur legati, & ut primum pervenere Salernum, humaniſſime tam à Principe, quam à Præſule ſunt excepti, neque ſane difficile eis fuit quæcunque optabant obtinere. Princeps enim, atque Antiſtes, uti erant ſumma pietate, & huma- D nitate præditi, ſacri corporis dextrum brachium ſumma reverentia abſcindunt, legatis benigne concedunt, ad Landulphum, Beneventanoſque cives deferendum. Accepere illi ingenti lætitia munus egregium, ideoq; exultantes revertuntur in patriam; prænunciaverunt tamen Principi, ſe voti compotes ad eum redire: quamobrem Landulphus, cives omnes, Antiſtes itidem Clerum univerſum convocat; in dictis feriis, & rogationibus ſacris, maxima tum pietate, tum lætitia, obviam ſacro brachio progrediuntur, quod mira reverentia, ingentibuſque populi acclamationibus excepere; & illud geſtante Præſule in Eccleſiam urbis primariam inferunt, ibique honorificentiſſime collocant, & religioſiſſime cuſtodiendum reponunt. Interea Landulphus quidam (cui Græco cognomen erat) quod in caput Principis conſpiraſſet, in carcerem conjectus; dum exultantem populum audit ex vinculis, lætitiæ cauſam à cæteris captivis exquirit; quorum unus, qui gaudii cauſam, & Apoſtolici

cor-

*corporis omnem hiſtoriam probè noverat; explicat Græco totum ad unguem, concluditque ob eam cauſam exultare tunc populum illum, quod à Salernitanorum Antiſtite, Principeque Giſulpho brachium beatiſſimi Apoſtoli ſunt conſequuti. Tum Græcus exclamans, ſi verè tuum eſt, ait, Matthæe Apoſtole, & Evangeliſta, brachium quod defertur, fer mihi opem precor, ut à vinculis his liberatus, tuoque beneficio factus incolumis, ſempiternis te laudibus efferam. Nec dum hæc lacrimabundus verba finiebat, cum de improviſo (videntibus quotquot aderant captivis, quorum magnus erat numerus) catenæ, compedes, ac vincula omnia ſuaptè ſponte confracta ſunt, maxima cum omnium admiratione. Id ubi Landulphus Princeps accepit, mandat confeſtim apparitoribus, atque commentarienſibus, ut Græcum illum, tametſi capitale judicio ob capitale crimen plectendus erat, priſtinæ reſtituant libertati; quem & ipſe deinceps in priſtinam gratiam recepit. Quod miraculum cum alia multa ſtidem ſequerentur, ingens factus eſt ad reliquias illas hominum concurſus, & propediem aucta eſt per univerſum Regnum ſanctiſſimi Apoſtoli veneratio, quæ mox Europæ fines glorioſè tranſivit. Procedente autem tempore factum fuit ut membrum ſuo corpori redderetur, & in ipſa Salernitana Eccleſia totus Apoſtolus iterum divina permiſſione ſoaſiſteret uſque ad noſtra tempora, quibus etiam, pro ſua bonitate non deſiſtit nova ſemper exhibere miracula; quorum nos aliquot proferemus in medium, quæ per longas temporum vices contigiſſe noſcuntur.*) Hactenus ille.

At Robertus Dux templi conditor, poſt multos triumphos, & partas victorias mortuus eſt in Cotopoli Inſula Græciæ, ætatis anno 72. Chriſti verò 1079. Alphani Præſulatus 23. Corpus ejus Venuſiam relatum in majori Eccleſia tumulo honorificentiſſimo conditum, cui in Principatu ſucceſsit Rogerius filius. Anno ſequenti 1080. Robertus Dux Alphano Archiepiſcopo plura reddidit bona, quæ ab Eccleſia Salernitana occupata fuerunt, ut in documento ſequenti.

*In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis*
*Robertus divina favente clementia Dux.*

*Juſtitiam facimus, & rem publicam tum augemus, cum Eccleſiarum jura illibata ſervantes ea ipſis divinæ miſericordiæ intuitu confirmamus. Eapròpter notum eſſe volumus in perpetuum univerſis, quod nos ſcientes, & per legitima documenta nobis oſtenſa agnoſcentes, caſtrum Olibani, caſale Liciniani, Eccleſiam S. Angeli de monte Auro, caſale Cuſentinorum, Eccleſiam S. Georgii, propè ipſum caſale exiſtentem, caſale Salſanici, caſale S. Victoris, caſale de Scalsinatii cum omnibus hominibus, & præſertim eorundem teaimenta Doleave, & Preſſani, Portum, & Lintum cum paſſagio ſuo, & cannitas in fluvio Sileris, teaimeata de Pecta, de Faſanara, lacum majorem, cryptas maris de Tuſciano, Caſtellutium de Battipalla, nec non & ſylvas de Laurito, Maleuritunde, Calezani, & de Lama, atque terras alias laboratas, & incultas in Tuſciano, & in Foria civitatis noſtræ Salerni exiſtentes ad Eccleſiam S. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ de prædicta civitate noſtra Salerni, in qua Dopnus Alfanus vener. Archiepiſcopus præeſt juſto titulo, & vero dominio pertinent, & ſunt omnia & alia plura ſtabilia ipſam Eccleſiam, ac prædictum D. Archiepiſcopum juſtò tenere, & pacificè poſſidere divino intuitu, & jubente D. Sicalgaita conjuge noſtra, prædicta omnia, & ſingula & alia contra quæ ipſa Eccleſia rationabiliter tenet, & quietè poſſidet, atque Decimas de omnibus redditibus noſtris civitatis noſtræ Salerni, & terræ Ebuli d. Eccleſiæ S. Matthæi, & præfato D. Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis concedimus, & in perpetuum confirmamus. Quod ſi quis temerario auſu hujus noſtræ conceſſionis, et confirmationis in parte aliqua violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi lib. 50. medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem parti ipſius Eccleſiæ S. Matthæi. Tenorem hujus noſtræ conceſſionis, et confirmationis per manus Joannis Notarii noſtri ſcribere præcepimus, et typario noſtro plumbeo roborari anno Dominicæ Incar. 1080. menſ. Octob. Ind. 4. Ducatus autem noſtri anno 20. Cum autem ipſum privilegium oſtenſum, ac lectum fuit, quia intererat eidem D. Archiepiſcopo, & prædictæ ſuæ Eccleſiæ ipſum publicatum, ſeu inſinnatum habere, idcirco idem D. Archiepiſcopus meum officium implorando me deprecatus eſt, quatenus ipſum privilegium publicandum, ſeu inſinuandum admitterem; cujus ego precibus annuens, quia eas vidi conſent. rationi, ipſum privilegium publicandum, ſeu inſinnandum admiſi totum per ordinem de verbo ad verbum nullo in eo addito, vel mutato per manus prædicti Philippi publici Salerni Not. in hanc ſcripturam publicam tranſumendo, quod ego prædictus Philippus publicus Salerni Notarius rogatus interfui in hanc ſcripturam publicam redigendo ſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignavi, quod autem ſuperius deſturpatum eſt legitur dilectæ conjugis. Locus ſigni.*

*Ego qui ſupra Matthæus Judex.*
*Ego prædictus Matthæus de Siliſibus teſtis ſum.*
*Ego prædictus Notarius Jacobus teſtis ſum.*
B *Ego prædictus Notarius Joannes Scant. teſtis ſum.*

Præſule Alphano inſigne miraculum in monaſterio ſancti Benedicti apud Salernum anno 1078. contigiſſe narrat Chron. Caſin. lib. 3. *Tunc temporis*, inquit, *in monaſterio B. Patris noſtri Benedicti, quod intra Salernitanæ urbis mœnia conſtructum eſt, & huic Caſinenſi cœnobio ab ipſo conſtructionis ſuæ exordio ſubditum ſatis inſigne miraculum contigit. Ex ipſius namq; monaſterii familia, vorax hominum lupus parvulum puerulum clandeſtinus impetiit, rapuit, & abiit, poſt quem transfixa dolore mater, inclamans ait: Adjuro te beſtia per beatum Benedictum, cujus ſervus eſt, ne filium meum ulterius feras, ſed eum ſub omni celeritate dimittas: quo lupus audito hunc quidem, quem ferebat, aperto protinus ore depoſuit: alium verò puerum repentinus inſiluit, eumque ſubito diſſecans, truncum cadaveris ſprevit, præciſumque caput morſibus confixum, in ſuas latebras concitus aſportavit.* His ferè temporibus aliud miraculum memorat Petrus Damianus lib. 4. epiſt. ad Epiſcopos, quod apud Sa-
C lernum fortaſſe contigit, *quod cuidam ſuo Presbytero venerabilis Alphanus Salernitanus Archiepiſcopus nuper eveniſſe perhibuit: qui nimirum Presbyter ad cumulandos pecuniæ quæſtus non mediocriter à viduis, & fœnorum captabat uſuras, & de cætero carnali converſatione vivebat. Hic aliquando dum Miſſarum celebraret officium, inter ipſam Dominici corporis fractionem repertæ tres favillæ ignis ex ipſo cœleſti ſacramento prodeuntes emicuerunt, & in pectus ſacrificantis terribiliter impegerunt, quod nimirum quid eſſe potuerit, ſubtiliter inquirentis prudentia judicabit.* Hoc tempore celebris erat Eccleſia S. Michaelis Archangeli apud Salernum, cujus mentio in quodam inſtrumento Monialium ſancti Georgii. *Anno*, inquit, 1079. *temporibus Dom. Roberti glorioſi Ducis ego Lando quondam Joannis... habet caſus humanæ fragilitatis ægrotavi, & in lectulo jaceo, &c. & pro anima mea judico de rebus meis in Eccleſia ſancti Michaelis Archangeli, quæ conſtructa eſt in juriſdictione loci, ubi paduleclla dicitur, & eſt ipſa rebus, &c. ad*
D *faciendam pars prædictæ Eccleſiæ, & ejus rectores quicquid voluerint ſine omni contradictione, &c.* Ceterùm Alphanus tres partes apſidis templi ſancti Matthæi opere elegantiſſimo, muſivo dicto, ornavit, in eoque Gregorium VII. Pont. Max. quem exulem hoſpitio ſuſceperat, ac defunctum ſolemnni pompa tumulo elegantiſſimo (opus ſplendidiſs. Roberti Ducis) clauſit anno 1085. Hunc ſanctiſſimum Pontificem elegiſſe ſibi, dum Salerni degeret, ad altaris miniſterium vigintiquatuor Canonicos, quos & Presbyteros Cardinales nuncupaſſe, quatuorque Diaconos, quos ſimiliter Diaconos Cardinales vocaſſe tradunt Salernitani ſcriptores. Quibus per ſucceſſores Pontifices fuit in poſterum conceſſa facultas geſtandi mitras ſericas, quas vocant de damaſco. Talibus porrò nominibus, & mitris uſque in hodiernum diem utuntur. Alphanus verò innumeris mirabilis in Deum obſequiis, animarum ſalute, religionis augmento, Eccleſiæque ſuæ

decoramento, vigeſimo nono ſacerdotii ſui anno, ſalutis verò 1085. 7. Id. Octobr. plenus dierum, atque virtutum migravit ad Dominum, ac propè tumulum Gregorii VII. ſanctiſſimi Pontificis paulò ante ad cœlum evocati, terræ mandatus eſt, & inter Sanctos fertur relatus. Plura edidiſse Alphanum ſui ingenii monumenta teſtatum reliquit Petrus Diaconus Caſinas lib. de viris Illuſt. ejuſdem cœnobii, quem nuper publici Juris fecit eruditus amicus noſter Jo. Baptiſta Mari Canonicus ſancti Angeli in foro Piſcario, ac notis illuſtravit. *Alphanus*, ait Petrus, *Salernitanus Archiepiſcopus, & Caſinenſis cœnobii monachus vir in ſcripturis ſanctis eruditus, & notitia Eccleſiaſticorum dogmatum ad plenum inſtructus, compoſuit nudo & luculentiſſimo ſermone paſſionem S. Chriſtinæ, Hymnos præterea de eadem virgine duos, de S. Benedicto verſus ad Pandulphum Marſorum Epiſcopum. Cantus S. Sabinę. Verſus S. Chriſtinæ. S. Petri Apoſtoli. In laudem Monachorum Caſinenſium. De ſitu, & conſtructione, ac renovatione ejuſdem cœnobii. Metrum ſapphicum hendecaſyllabum de S. Mauro, item ejuſdem hymnos, de S. Matthæo hymnos tres, de S. Fortunato duos, de S. Nicolao ad Actonem Epiſcopum Theatinum, ad Giſulphum Principem Salernitanum, ad Guillelmum ejuſdem loci grammaticum, ad Guidonem fratrem Principis Salernitani, ad Goffridum Averſanum Epiſcopum, ad Hildebrandum Archidiaconum Romanum; ad Romualdum cauſidicum Salernitanum, ad Rofridum Monachum Caſinenſem; metrum heroicum in honorem SS. Duodecim Fratrum. Confeſſionem metricam ejus. Verſus de Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ in Caſino. Epitaphia quamplurima virorum inſignium, & alia, quæ ad noſtram notitiam non venerunt. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum. Sepultus verò eſt apud Salernum*, Hęc Petrus. Porrò hæc quæ notavit Petrus demptis verſibus, quos cecinit in laudem Romualdi Cauſidici, & Sigiſmundi Caſinenſis edita ſunt ad calcem to. a 2. noſtræ Italiæ ſacræ. Prę-

a Nos ea rejecimus in X. tom.

ter hæc, alia ſcripſiſse Alphanum opuſcula narrat idem Marus in Annotationibus ad eundem, *De unione verbi Dei, & hominis librum unum, de unione corporis, & animę, lib. unum, de quatuor humoribus corporis, & animæ, lib. unum: extabant prædicta opuſcula in Caſin. Bibliotheca mm. ſſ. pluteo 8. ad ſiniſtram. Paſſio ſanctorum Martyrum duodecim Fratrum Beneventanorum, ad fratrem Rofridum Caſin. Monachum, habetur apud Lippomanum to. 4. & Surium to. 7. ſub die prima Septembris*. Plura alia opuſcula, & verſus Alphani ad fidem m. ſ. codicis, correcta, omnibuſque numeris abſoluta dabit idem Joan. Baptiſta Mari. Quæ autem in fine de Alphano hoc laudatiſſimo Archiepiſcopo Poematum auctore libuit adnotare, ne quis fallatur ex adnotatione Antonii Caraccioli in Indice ad Alphanum ſecundum, qui immediatè primò ſucceſſit, falſo ab ipſo adſcribi poemata, quæ extant in Bibliotheca Caſin. quorum meminit Baron. to. 12. cum ex ea, quæ Petrus Alphani Synchronus, ac Chron. Caſin. ſcripſere facilè colligi poteſt Alphanum primum poemata dictaſse. Libet etiam hic exſcribere oblationem Joannis cujuſdam fabriferrarii Salernitani, quam fecit Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ coram Sicone Comite, ac Judice eodem anno, ac menſe Octobri, quibus Alphanus defunctus eſt, ubi & Alphanus ejus ſucceſsor tunc Preſbyter Cuſtos S. Maximi adſuit cum aliis pluribus Salernitanis Presbyteris, Eccleſiarumque Cuſtodibus; ſic enim ſe habet ab exemplari.

*In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno ab Incarnatione ejuſdem 1085. temporibus Domini noſtri Rogerii glorioſiſſimi Ducis, menſ. Octobris 9. Indict.*

*Ante me Siconem Comitem, & Judicem venit Joannes Presbyter Cuſtos Eccleſiæ S. Sophiæ, quæ condita eſt intra hanc Salernitanam civitatem, & cum eo venerunt teſtes, hi ſunt Alphanus Preſbyter Cuſtos*

A *Eccleſiæ S. Maximi, & Petrus Presbyter Cuſtos Eccleſiæ S. Marci prope portam Rotenſem conſtructam, & Manſo Clericus, & Primicerius ejuſdem Eccleſiæ S. Marci, & Petrus Presbyter Cuſtos Eccleſiæ S. Gramatis, & Maurus Presbyter ipſius Eccleſiæ S. Sophiæ, & ipſi teſtes teſtificati ſunt, & coram illis ſex pluribus aliis Joannes faber ferrarius filius q. Radeciſii, & Iſa uxor ejus filia q. Maraldi, bona illorum voluntate pro ſalute animarum ſuarum obtuliſſent in ipſa Eccleſia S. Sophiæ, cui D. Muſcanus vener. Abbas præeſt, omnes res illorum, quas eis quomodocunque pertinuit, & pertin. foris hanc civitatem in locis Saraniano, & Pelliciano, & per fin. & vocabula. & pertin. ipſorum locorum cum omnibus, quę intra ea ſunt, cunctiſque ſuis pertin. & cum vice de viis ſuis, & cum muniminibus ex eis contin. ea ratione, ut ſemper ſint in poteſtate Cuſtodum ipſius Eccleſię S. Sophię, & licentiam habeant pars, & Rectores ejuſdem Eccleſię de eis facere, quod voluerint, & ipſius, & uxoris, & illorum hæredum ſemper integras dictas res, qualiter prædictum eſt parti ipſius Eccleſiæ defendere ab omni-*
B *bus hominibus, & quando pars ejuſdem Eccleſiæ voluiſſet, poteſtatem haberet illud per ſe defendere, qualiter voluiſſet cum omnibus muniminibus, & rationibus, quas de eo oſtendiſſet tantum dum ipſi vir, & uxor vixiſſent, jam dictam rem ſuæ poteſt. tenerent uſufruendi nomine, & de uſufructu ejus, quod vellent facerent, & ſi ipſe Joannes vivente ipſa uxore ſua obiiſſet à præſente medict. ex ipſo uſufructu perveniret in poteſtate partium, & Cuſtodum præd. Eccleſiæ S. Sophiæ facien. ex ea, quod vellent, altera verò medietas ex ipſo uſufructu eſſet in poteſtate dictæ Iſæ dum vixiſſet, & ſi ipſa ante virum ſuum obiiſſet, tunc quarta pars ex ipſo uſufructu perveniret in poteſtate partium, & Rectorum ipſius Eccleſiæ S. Sophiæ ad facien. ex eo quod vellent, reliquas vero tres partes ex ipſo uſufructu ſit in poteſtate d. Joannis, poſt verò amborū ipſorum, & Iſę obitum, totum ipſum uſufructum redeat ad ſuam proprietatem, & per conv. ipſe vir, & uxor guadiam ipſi Joanni cuſtodi pro parte ipſius Eccl. S. So-*
C *phiæ dediſſent, & fidejuſſiones ei pro eiſdem Eccl. par. potuiſſent ſemetipſos, & per ipſam guadiam ipſe vir, & uxor obtulerunt ſe, & ſuos hæredes, ſi ſicut dictum eſt, non adimpleviſſent componere par. & Cuſtodi ipſius Eccleſiæ S. Sophiæ 50. aur. ſolidos conſtanti. Et ſi ſicut dictum eſt adimplere, & ipſa Iſa dixerunt dicta feciſſe cum voluntate dicti viri ſui, cum autem ipſos teſtes, ut dictum eſt certificantes audivi, interrogavi eos, ſi illorum teſtimonium legaliter firmare poſſent, illi autem hoc audito dixerunt, & ſpoponderunt, ſe hoc quod teſtificati ſunt ſecundum legem firmare, cum neceſſe fuerit, atque teſtificari, quod ſuperius inter virgulas ſcriptum eſt, legitur vir, & uxor, eo taliter tibi Joanni Notario, qui interfuiſti, & eo quod dicti vir, & uxor peregerunt teſte te eſſe promiſiſti ſcribere præcepi.*

† *Ego qui ſupra Judex.*

Sub idem tempus Gauferius Salernitanus Monachus Caſinas, vir ſapientiſſimus, ac facundiſſimus maxima cum pietate vixit, pluraque ſui ingenii
D monumenta reliquit, quæ referuntur à Petro Diacono in lib. de vir. Illuſtr. Caſin. de quo etiam Chron. Caſin. lib. 3.

10 ALPHANVS II. in locum alterius Alphani ex Presbytero Cuſtode Eccleſiæ ſancti Maximi Archiepiſcopalem Sedem Salernitanam obtinuit an. 1085. (1) quo beatus Leo II. Cavenſis monaſterii Abbas, & Lucius Vicecomes cœnobium inſtituerunt ſancti Nicolai ſubtus aquam, quæ dicitur *de la Palma*, ac Monachis ſuis ex Cavenſi evocatis adminiſtrandum commiſerunt, Alphano Archiepiſcopo approbante. Bona Eccleſiæ Salernitanæ a Roberto Duce olim uſurpata vindicavit protegente Vrbano II. quem Salerni hoſpitio exceperat anno 1093. a quo deinde anno 1098. litteras accepit, quibus revocata fuerunt privilegia ab ipſo conceſſa monaſterio s. Trinitatis de Cava, & reſtituta jura Sa- XLIV

(1) Anno 1085. ſcribitur hic S. Leonem Cavenſis Monaſterii ſecundum Abbatem una cum Lucio Vicecomite fundaſſe monaſterium S. Nicolai ſubtus aquam, ſeù *de la Palma*, & monachis ſuis dediſſe excolendum. Sed error irrepſit in anno: ex Catalogo quippe Abbatum Cavenſium deceſſit Leo an. 1079. Contigiſſe igitur id oportuit prioris Alphani tempore. *Laurentius*.

Salernitanæ Eccleſiæ, juxta Pontificum anteceſſorum diplomara. Litterarum exemplar (1) exſcripſimus à copiali ex authographo olim à Card. Sanctæ Severinæ conſcripta, quod extat inter innumera monumenta digniſſimi Cardinalis apud Joſephum Coſtam amicum noſtrum, ejuſdem hæredem.

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*A. S. Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Quia monaſterio S. Trinitatis, quod in veſtra Parochia ſitum eſt, precibus P. Abbatis ejuſdem monaſt. pro charitate Fratrum in eo religiosè viventium libertatem conceſſimus, & illud ſub tuitione, & ſubjectione ſolius S. R. E. recepimus, & ipſi Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus conceſſimus, ut Abbatis benedictionem à Romana tantum Eccleſia reciperent, & Eccleſiarum, & altarium, & Clericorum conſecrationes à Salernitano Archiepiſcopo acciperent, ſi Catholicus eſſet, & noſtram, ſucceſſorumque noſtrorum gratiam haberet, alioquin præfato Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus liceret à quocunque vellent Epiſcopo prædicta recipere. Modo veſtræ Eccleſiæ privilegia videntes, quæ prius ignorabamus, in veritate comperimus, quod anteceſſores noſtri Eccleſiæ veſtræ conceſſerint omnes Eccleſias, & omnia monaſteria tam conſtructa, quam conſtruenda, ſive infra civitatem, ſive extra ut eidem ſubjectæ Eccleſiæ veſtræ, & integrum jus in ipſis, & in Clericis earum haberet, ſicut Canones SS. Patrum præcipiunt. Advertimus tandem nobis perſuaſum fuiſſe contra Canones ſanctorum Patrum, & contra auctoritatem anteceſſorum noſtrorum de omnibus ſupraſcriptis quæ præfato Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus conceſſeramus. Ideoque ſupraſcripta omnia per ſubreptionem nobis ſuggeſta advertimus, & advertentes irrita . . deinceps fore decernimus, & Eccleſiæ veſtræ ac vobis, veſtriſque ſucceſſoribus de prædicto monaſterio, & de aliis monaſteriis, & de omnibus Eccleſiis, vel Clericis eorum ſecundum Canones ſanctorum Patrum, & ſecundum privilegia anteceſſorum noſtrorum veſtræ Eccleſiæ facta canonicum jus reddimus in integrum, præterea ſi prædictum monaſterium, vel alia monaſteria aliquas Eccleſias habuerunt in Parochia veſtra ante decreta venerabilis mem. Gregorii VII. Papæ anteceſſoris noſtri, illas habeant. Quod ſi prædictum monaſterium, & reliqua monaſteria aliquas Eccleſias poſt decreta præfati Papæ in veſtra Parochia, ſive veſtra conceſſione, vel prædeceſſorum, & ſucceſſ. veſtrorum quomodolibet acquiſierunt, vel acquiſierint, Eccleſiæ veſtræ illas reddimus, & ſtabilimus. Tantum ſi prædicto monaſterio, aut reliquis monaſteriis quamlibet injuſtitiam aliquis fecerit, & propterea ad auxilium Romanę Eccleſiæ confugerint à tuitione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum illa non repellimus. Datum Romæ anno Dominicæ Incarnationis 1098. menſ. Maji, Ind. 7.*

Anno 1099. Alphanus aliam accepit epiſtolam, qua collatum illi Eccleſiæ privilegium continetur, ut Primatum ſuper Conſanam, & Acheruntinam Archiepiſcopales Sedes, earumque ſuffraganeos gereret. Epiſtolæ partem refert Baronius ad hunc annum; nos integram damus ab exemplari exſcriptam ab Archiepiſcopo Marſilio in ſynodo ſua relatam.

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto fratri Alfano Salernitano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum.*

*Singulare ſemper Sedis Apoſtolicæ privilegium claruit ſubjectas ſibi per orbem terrarum Eccleſias, & auctoritate diſponere, & benignitate clementiùs confovere: quibus autem ſupernæ majeſtatis dignatio gratiæ ſuæ pleniorem contulit largitatem, ipſa etiam conſuevit excellentiorem contribuere dignitatem Unde non immeritò æſtimamus Salernitanam amplioribus noſtræ benignitatis muneribus honorandam, quam omnipotens Dominus eximiæ ſuæ donationis prærogativa per miſericordiam gratuitam ſublimavit.*

A *Ex noviſſimis namque terrarum finibus B. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ corpus ad hanc deferri, apud hanc haberi clementiſſima ſuæ diſpoſitionis dignatione permiſit; cujus ſcilicet Apoſtoli quanta ſit in Deo, & Eccleſia gloriæ excellentia collatorum divinitus munerum gratia cumulata demonſtrat. Hic enim primus inter cæteros Evangelii ſeriem ſcribere inſpiratione divina exorſus eſt. Hic in divini ſeminis fructu trium ordinum coronam centeſimam ſingulariter repoſtavit, ut ſimul Apoſtolus, Evangeliſta, & Martyr exiſteret. Adjecit ad hæc omnipotens Dominus, ut eandem Eccleſiam glorioſorum Martyrum, Fortunati, Gaii, & Antbes, triumphis ſimul, & corporibus honoraret. Appoſuit etiam tertii muneris claritatem, ut eam noſtris temporibus Gregorii Apoſtolicæ memoriæ Papæ VII. jam exilio, quàm tumulo illuſtraret; cujus quàm egregia vita, quàm præclara doctrina, quàm miranda conſtantia fuerit, Romana Eccleſia prædicat, Occidens univerſus agnoſcit; Tyrannorum pertinacia tolerata, & conculcata teſtatur. Nec il-*
B *lud tanquam ingrati prætermittimus, quod inter multimodas Sedis Apoſtolicæ perſecutiones, quas noſtris temporibus pertulit Eccleſia eadem glorioſiſſimorum Ducum Roberti, & filii ejus Rogerii devotione, ac ſtudio filiorum Sedis Apoſtolicæ, nonnunquam etiam noſtri ipſius requies, & portus fuit. Cum igitur per omnipotentis Dei gratiam Sedis Apoſtolicæ, licet indigni, moderamina teneamur, tanti divinæ gratiæ beneficiis, & veſtræ devotionis officiis per ſententiæ Romanæ Eccleſiæ liberalitatem concurrendum, & reſpondendum arbitrati ſumus; ob reverentiam ſiquidem S. & glorioſæ, ſemperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, & B. Apoſtoli, Evangeliſtæ, ac Martyris Matthæi, ob devotionem Reverendiſſimi Patris, ac prędeceſſoris noſtri Gregorii, ob petitionem nihilominus tam tuam quàm chariſſimi filii noſtri Ducis Rogerii, qui ſemper Apoſtolicæ Sedi fideliter obſecutus eſt, veterum etiam Eccleſiæ veſtræ privilegiorum rationibus informati; Tibi deinceps, tuiſque ſucceſſoribus ſuper Conſanam, & Acheruntinam Eccleſias, & earum ſuffraganeos pri-*
C *matum gerere ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate concedimus. Has nimirum Eccleſias, ſive civitates Eccleſiæ veſtræ privilegia continent, tanquam veſtræ Metropoli olim ex Apoſtolicæ Sedis conceſſione ſubjectas. Verum, & ipſæ, qua neſcimus ratione, & pallei dignitatem, & privilegiorum auctoritatem præteritis temporibus à Sede Apoſtolica meruerunt. Verum quia prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta inconvulſa, & intemerata manere cupimus, eis quidem propriæ dignitatis gratiam conſervamus, ut archiepiſcopali honore, ac nomine potiantur. Veſtræ verò Eccleſiæ ſuorum privilegiorum integritatem hoc ordine reſtituimus. Quidquid igitur reverentiæ, quidquid ſubjectionis primatibus perſolvendum ſacrorum Canonum decreta conſtituunt, tibi deinceps, tuiſque ſucceſſoribus legitimis à Conſano, & Acheruntino Archiepiſcopo perſolvatur. Quin etiam ex abundantia gratię plenioris adjicimus, ut etiam præſente Romanæ Legato Eccleſiæ in ſupradictis duabus Metropolitanis urbibus, cum tuo ſemper, aut ſucceſſorum tuorum conſilio Archiepiſcopi*
D *eligantur. Cum veſtris etiam litteris, aut nuntiis conſecrandi ad Sedem Apoſtolicam dirigantur. Et item ipſi ad ſucceſſorum tuorum electionem nihilominus advocentur. Poſt conſecrationem verò, vel palleum ab Apoſtolica Sede perceptum, tibi, tuiſque ſucceſſoribus tanquam primati obedientiam promittant, & exhibeant. Salva in omnibus ſecundum Canonicas ſanctiones Romanæ auctoritate Eccleſiæ, ipſarum etiam urbium privilegiis robur proprium obtinentibus. Oportet igitur, & vos propenſiorem deinceps Apoſtolicæ Sedi devotionem, & obedientiam exhibere, ejus in omnibus decreta efficacius obſervare, ut quanto per eam altius ſupra cæteros ſublimamini, tanto ei humilius, & cordis affectione, & operis exhibitione ſubjiciamini. Vitam etiam veſtram, & mores ſollicitiori expedit cuſtodia moderari, ut qui aliorum Judices eligimini, voſmetipſos prius ſecundum Apoſtoli ſen-*



(1) De hoc irritante diplomate valde ſuſpicor. Alexander ſiquidem III. exemptionem Cavenſis monaſterii approbat, & confirmat, illudque ſub Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcipit, omniaque ejuſdem privilegia rata habet, veſtigiis inhærens prædeceſſorum Pontificum Gregorii VII. Urbani, Paſchalis, Calixtis, Innocentii, & Eugenii, ut ſub dat. Beneventi 1168. 30. Jan. ex Mugherino tom. 2. Conſt. 19. *Laertius*.

*tentiam diſtrictius judicetis. Mandatum Domini ſine macula, & irreprehenſibile conſervare. Ut cum apparuerit Princeps Paſtorum, percipiatis immarceſſibilem gloriæ coronam. Fraternitatem veſtram ſuperna dignatio per tempora multa conſervare dignetur incolumem. Si quis autem hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque in extremo examine, diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Conſervantibus autem hæc pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, & miſericordia conſervetur, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.*

*S. Petrus S. Paulus. Urbanus PP. II.*

a VII. *Datum Salerni per manum Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis XIII. Kal. Aug. Indictione VI. a Incarn. Dom. anno MXCVIIII. Pontificatus autem D. Urbani II. Papæ XI.*

Anno 1100. Paſchalis Papa II. Salernum venit, ab Alphano ſolemni ritu ſuſceptus apud ipſum honorifice hoſpitatus eſt, coram quo pluribuſque Romanæ Curiæ Præſulibus Joannes filius Pandulphi, filii Guaimari Principis obtulit B. Petro Cavenſis Monaſterii Abbati Eccleſias SS. Michaelis Archangeli & Sophiæ ſitas in eadem Salerni urbe accedente Paſchalis aſſenſu, nobilique documento firmavit apud Epiſcopium, tenoris ſequentis ab ipſo Archiepiſcopo Cavenſis tabularii exſcriptum.

*In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti anno ab Incarn. ejus MC. temporibus D. noſtri Rogerii, glorioſi Ducis, menſe Auguſti 8. Indictionis.*

*Ego Joannes filius bo. mem. Pandulphi, qui fuerat filius D. Guaimarii Principis intra palatium hujus Salernitani Archiepiſcopii, coram præſentia D. Paſchalis Summi Pontificis, & univerſalis Papæ, & D. Ottonis Oſtienſis Epiſcopi, & D. Brunonis Segnienſis Epiſcopi, & D. Petri vener. Abbatis Monaſterii S. & individuæ Trinitatis, quod ſitum eſt foris hanc civitatem in loco Mitiliano, clarifico, quoniam ipſi genitori meo, & dominæ Theodoræ genitrici meæ filiæ bo. record. D. Gregorii Conſulis & Ducis Romanorum, pertinuerunt duæ Eccleſiæ intra hanc civitatem conſtructæ; una ad honorem S. Sophiæ, & alia ad honorem B. Michaelis Archangeli. Et ipſa Eccleſia S. Sophiæ olim monaſterium fuit, & ob vetuſtatem in ruinam itum eſſe. Ipſa genitrix mea divino adjuta auxilio à fundamento eam delere, & in meliorem & ampliorem ſtatum reædificari cœperat abſque Epiſcopali conſecratione, ſicut nunc eſſe dignoſcitur. Et dudum poſt ipſorum genitoris, & genitricis meæ obitum, ambæ ipſæ Eccleſiæ cum omnibus ad eam pertinentibus, & cum aliis rebus mihi in ſortem devenerunt, à Guaimario, & Gregorio fratribus meis, ac filiis ipſorum Pandulphi, & Theodoræ, quod faciendum ex eis, ego & mei hæredes quod voluerint, ſicut continet cartula diviſionis, quamque ex eis ab ipſis fratribus meis firmatam habeo. Et inſpirante me rerum Domino factore, & gubernatore Deo, à quo cuncta bona procedunt, ſicut mihi valde bonum & utiliſſimum complacuit, pro redemptione animarum ipſorum genitoris & genitricis meæ, & Ageltrudæ amantiſſimæ conjugis meæ, & pro ſalute mea, & Aczolinæ chariſſimæ uxoris meæ, & filiorum noſtrorum, & animarum noſtrarum remedio, per librum ſacris manibus præfati D. Papæ promiſi, etiam & per hanc cartam ante Siconem Salernitanum Judicem, & Romualdum Caputaquenſem Judicem, per ejuſdem Papæ licentiam, obtuli in præfato Monaſterio S. Trinitatis, integram ipſam Eccleſiam, quæ adhuc, ut ſuperius legitur, conſacranda eſt cum omnibus terris, & caſis, & rebus ſtabilibus, & mobilibus ipſi Eccleſiæ pertinentibus, tam intra hanc civitatem, quam etiam foris, in quibuſcunque locis. Et cum omnibus, quæ intra eas ſunt, cunctiſque etiam pertinentiis & cum vice de plateis, & curtis & anditis, & viis ſuis, & munimínibus ex eis. Ea ſcilicet ratione, ut integra iſta oblatio ſemper ſit in poteſtate jam dicti D. Abbatis, & partium ipſius monaſterii, eam tamen dominandi, regendi, atque gubernandi, & ex ea rationabiliter faciendi quod voluerint, & per convenientiam, ego prænominatus Joannes alligavi me, & meos hæredes ſemper defendere ipſi D. Abbati, & ſucceſſoribus ejus, & parti ipſius monaſterii integrum illud, quod in eodem monaſterio, ut dictum eſt, obtuli, ab omnibus hominibus. Et tribui ipſi D. Abbati licentiam, ut quando ipſe D. Abbas, ejuſque ſucceſſores, & partes ipſius monaſterii voluerint, poteſtatem habeant illud per ſe defendere, & qualiter voluerint. Cum omnibus munimínibus, & rationibus, quas de eo oſtenderint, & ſicut ſuperius ſcriptum eſt. Ego & mei hæredes non adimpleverimus, & ſupradicta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere præſumpſerimus, per convenientiam obligavi me & meos hæredes, complere ipſi D. Abbati, & ſucceſſoribus ejus, & partibus ipſius monaſterii, ducentos auri ſolidos conſtantinopolitanos. Et ſicut ſuperius ſcriptum eſt adimplere. Jam dictam verò Eccleſiam S. Angeli nunc poſſidere videtur, ad meam reſervari poteſtatem faciendi ego, & mei hæredes quod voluerimus. Et taliter ante Primarium Notarium ſcribere rogavi. Memorans illud, quod ſuperius diſturbatum eſt, quæ, Judicem per ejuſdem D. Papæ licentiam legitur.*

*Ego qui ſupra ſcito Judex.*

*Ego frater Otho Oſtienſis Epiſcopus huic donationi interfui, & laudavi.*

*Ego Bruno Segninus Epiſcopus interfui, & ſſ.*

*Ego qui ſuperius Rodoaldus Judex.*

Ferunt ſub Alphano aeneas portas Salernitanæ Eccleſiæ pulcherrimè conflandas curaſse Landulphum Butrimile ibidem ſepultum, in quibus ejuſdem & uxoris ſuæ Gitanę cernuntur adhuc effigies, & inſculpta verba.

*Primæva culpa trahit omnes crimina multa*
*Qua rogita pro me ſemper Matthæe Magiſtrum*
*Limina quærentes ſancti vos conſpicientes*
*Hoc opus ò dona. Salvator crimina plura*
*Diſcite Landulpho Butromili Protoſebaſto,*
*Noſcite me natum ſimul hic, & terræ mandatum.*

LANDULPHUS SEBASTON S. MATTHÆUS, GISANA SEBASTON ET UXOR EJUS.

Interfuit deinde Alphanus conſecrationi Gelaſii Papæ II. ut Pandulphus refert, diuque Salernitanam Eccleſiam rexit, obiitque, Falcone Beneventano teſte, anno 1121. die 4. Kal. Septembris.

11 ROMUALDUS b hujus nominis primus Bocconis filius. male de Guarna ſcribit Muſca, cum revera cujus familiæ fuerit, ignoretur, tamen fuit patria Salernitanus. ex Diacono Cardinali s. Mariæ in Via Lata à Calliſto II. Papa tunc Salerni agente Salernitanus ordinatur Archiepiſcopus in menſe Septembri anno 1121. ut Falco Beneventanus ſcribit in Chronic. Subſcriptum inveni Romualdum Diaconum Cardinalem s. Mariæ in Via lata in privilegio exemptionis Eccleſiæ Averſanæ, dato 8. Kal. Octob. eodem anno 1121. ab hac die ad finem uſque menſis Septembris Romualdus evaſit Archiepiſcopus Salernitanus. Hic a Guillelmo Principe Salernitano omnium bonorum, quæ Eccleſia Salernitana à Roberto, Rogerioque ducibus dono data fuerant, confirmationem accepit, eundemque Guillelmum Salerni defunctum in majori Divi Matthæi templo tumulavit. Autor eſt Romualdus ſecundus Salernitanus Archiepiſcopus in Chron. *Guillelmus*, inquit, *Salernitanæ Eccleſiæ omnia, quæ Robertus Dux avus ejus, & Rogerus Dux Pater ejus donaverat, confirmavit. & Judaicam pro magna parte adjunxit. Caſtrum Olibanum reddidit & totam paſtinam moriens Eccleſiæ reliquit. Mortuus eſt autem apud Salernum morte communi, major triginta annis, anno Ducatus ſui octavodecimo, anno ab Incarn. Dom. 1126. menſe Julio in feſto beati Nazarii indictione 5. ſepultuſq; eſt apud Salernum in*

XLV.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 1 col. 9.4.

tumu-

*tumulo patris ſui in Eccleſia beati Matthæi Apoſtoli, quam Robertus Dux avus ejus à fundamentis ædificavit.* Falco Beneventanus in Chron. vult Guillelmum obiiſse anno 1127. *Hoc anno. Dux prænominatus Guillelmus ſeptimo Kal. Auguſti mortuus eſt. Continuo uxor ejus, crines ſuos, quos pulchros & ſuaves nutrierat, coram omnibus, qui aderant totondit, & lacbrymis inceſſantibus, vocibuſque ad aſtra levatis, ſuper Ducis defuncti pectus projecit. Nec mora totius Civitatis Salernitanæ partes obitus Ducis fama perculſit, & ſic catervatim curſu præcipiti populus omnis ad palatium properavit, cupiens Ducis illius defuncti cadaver aſpicere, & eo viſo humilitatis ejus, & pietatis reminiſcentes, crinibus, geniſque evulſis, Patrem eorum, & Dominum mirabiliter invocabant. Confeſtim Archiepiſcopus Civitatis, Clero accito ad deferendum corpus adivit, & eo in feretro glorioſe impoſito, quatuor ejus equos, ante feretrum uſque ad Epiſcopium S. Matthæi duxerunt, ſimiliter quatuor aurea vexilla coram eo impoſuerant. Lector, itaque ſi adeſſes, utriuſque ſexus populum deflentem aſpiceres, & miratus affirmares Ducem aliquem, vel Imperatorem tali ſub mæſtitia nunquam ſepultum fuiſſe. Exequiis igitur ex more celebratis, in tumba pretioſè parata Ducem illum ſrpelierunt.* Proſequitur Falco de adventu Rogerii Comitis Siciliæ Salernum, eaque in Civitate, ſatagente Romualdo Archiepiſcopo, civibuſque annuentibus poſt aliquot dies ſuſceptus, Princeps Salerni authoratus eſt. Factum etiam indicat Chr. Romualdi. *Comes verò Rogerius audita morte Guillelmi Ducis, qui eum hær. inſtituerat, ſtatim cum galeis Salernū venit, & à Salernitanis Civibus honorificè receptus eſt. Quibus tenimenta, & poſſeſſiones, & antiquas conſuetudines confirmavit, & eos in ſuo recepit dominio. Turrim tamen majorem in eorum poteſtate reliquit.* Idem de eodem Rogerio loquens ait; *Qui in eadem Civitate (Salerni) ab Alphano Caputaquenſi Epiſcopo eſt unctus in Principem, dehinc Regium veniens, ibidem in Ducem Apuliæ eſt promotus, & ſic in Siciliam rediit. Anno 1127. Indictione 6. menſe Septembri.* Rogerius deinde totam Apuliam occupavit, nec conſecutus Ducis titulū Regium propria autoritate uſurpavit. Panormi ſe in Regem coronsri fecit Idibus Maii 1129. cui noſtrum Romualdum Archiepiſcopum cum pluribus aliis Præſulibus interſuiſse ſcribit Rocchus Pyrrhus in deſcriptione Eccleſiarum Sicilienſium ex quodam Maraldi Chronic. ſuſpectæ tamen fidei.

*Vita functo Honorio Pontifice, in Paſtorem univerſalem fuit adlectus Gregorius Diaconus Cardinalis, dictus Innocentius II. qui noluit hanc coronationem pontificio confirmare diplomate: & quoniam adverſus Innocentium, Petrus Leonis Cardinalis in ſchiſmate fuit in Pontificem creatus, vocatus Anacletus II. Rogerius ab hoc fuit in privilegio confirmatus, qui multa multis conceſſit; & magiſter Radulphus obtinuit confirmationem gratiarum à Rogerio Comite ejus patre conceſſarum.* Hæc Chronicon. Interea Romualdus fecit in Cathedrali pavimentum vermiculatum ex porphyreticis, variiſque nobilibus lapidibus admirandum, ut ex inſcriptione nominis ejus ante altare majus literis porphyreticis conſcripto, eſt videre. Exceſſit anno 1136. cum vixiſset onnos quindecim, menſes aliquot Præſul, die 21. Januarii in feſto s. Agnetis ſepultus nobili tumulo majoris Eccleſiæ, nulla ejus egregiorum actorum proloquente inſcriptione; tradunt tamen aliquando hæc pauca verba ibidem ſculpta fuiſse: *Romualdus Primus Archiepiſcopus Salernitanus.* Scribit Joannes Baptiſta Prignanns Salernitanus Ordinis Eremitarum s. Auguſtini in M.S. Hiſt. nobilium familiarum patriæ ſuæ to. 1. Romualdum anno 1128. ſibi cum ſpe futuræ ſucceſſionis coadiutorem in Salernitana ſibi aſciviſse Joannem *a* quendam de Guarna Salernitanum prædefunctum anno 1134. die 1. Auguſti 12. Indictione: hoc ſe leg ſſe ſcribit in libro Confratrum Cathedralis aſservato in capitulari tabulario. Porro Prignani indigeſtum opus duobus voluminibus ab ipſo conſcriptis extat Romæ in Bibliotheca Angelica apud s. Auguſtinum, ubi plura & digna monumenta ad Urbem Salernitanam ſpectantia recenſentur.

*a* Memoria hujus Jo. habetur in Rogerii diplomate apud Baluzium Miſcel. tom. 6. p. 390.

Alphani II. temporibus vivebat Dauferius Archidiaconus & Medicus Abbas Eccleſiæ S. Mariæ anno 1124. temporibus Domini VV. Glorioſiſſimi Principis, & Ducis de menſe Junio 2. Indictione ex inſtrumento, ubi aliud inſeritur ſub Principatu Domini Guaimarii glorioſi Principis de menſe Januarii 1. Indictione. In quo aſseritur, qualiter de menſe Majo, Madelmo, Adelmo, & Guaimarius germani Comites, filiique q. Gauferii Comitis ad honorem ſemper Virginis Dei Genitricis ędificaverant Eccleſiam ſub vocabulo ſanctæ Mariæ, quam variis ornamentis, & bonis ſtabilibus ditoverant pro commodo Sacerdotum, qui inibi ſervire debebant, narratur etiam quod Mayo, & Germani Fratres ædificaverunt Eccleſias ad honorem S. Euſtaſii, & s. Nicolai, quibus Eccleſiis ſimiliter alia bona donaverunt, & inter alia ad ſavorem Eccleſiæ S. Mariæ adeſt quædam terra ab hac parte fluminis, quod Lirinus dicitur, propè monumentum, quod vocatur Fuſu juxta res filii Dauferii Beneventani, & Mundæ filiæ Joannis ejus uxoris & res hæredum q. Domini Ademarii Principis.

12 GUILLELMUS Ravennæ nobili loco natus divinarum humanarumque rerum cognitione præditus, electus Capuanus Archiepiſcopus in gratia Rogerii Siciliæ Regis, cujus erat charus ab Innocentio II. creatus eſt Archiepiſcopus Salernitanus anno 1137. Hic ornavit altare majus, ac de novo erexit, ornavitque ſimiliter, uti ornatum pavimentum erat. Id quod à tergo altaris inſculpti verſus, oſtendunt: necnon totum titulum Eccleſię, in qua Campanile maximæ magnitudinis, & altitudinis ædificandum curavit Rogerio Rege. Duo etiam candelabra æneo ſpectandæ magnitudinis, ante altare majus prædictum ſuperioris Baſilicæ, ex utroque latere ſtatuit. XLVI.

Ejuſdem Guilielmi Archiepiſcopi intuitu Nicolaus Comes Principatus, Guillelmi Comitis filius anno 1141. pro remedio animæ ſuæ, ſuorumque parentum, ſtudio ditandi Salernitanum Archiepiſcopium, quædam bona ceſſit. Rem teſtatam obiicit nobis monumentum tabularii ejuſdem Eccleſiæ his verbis.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejus 1141. & 11. an. Regni D. noſtri Rogerii Siciliæ & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſe Martio 4. Indictione.*

*Ego Nicolaus divina faveate clementia Comes de principatu D. Guillelmi Comitis hæres, & q. filius, clarifico pertinere Salernitano Archiepiſcopio, in quo D. Guillelmus venerabilis Archiepiſcopus præeſt, terras cum ſilvis, propè flumen Silaris in loco, ubi ad Torum dicitur, per firmum præceptum bulla cerea inſignitum, nunc autem ſicut mihi placuit, pro amore omnipotentis Dei, & B. Apoſtoli & Evangeliſtæ Matthæi, cujus reliquiæ in eodem Archiepiſcopio honorabiliter requieſcunt, &c. & pro ſalute animæ meę, & animarum prædictorum genitorum & genitricis noſtræ, pro remedio etiam delictorum noſtrorum, favore etiam & veneratione ſupradicti D. Archiepiſcopi confirmo in eodem Archiepiſcopio, præſente & conſentiente D. Guillelmo Comite germano meo, & Roberto Straticoto &c.*

*Actum Salerni per Zaſpidum notarium, &c.*

Memoratur idem Guillelmus in diplomate Bartholomæi Epiſcopi Nolani de reſtitutione, & confirmatione Eccleſiæ s. Georgii, & s. Laurentii de Nola, & ſanctiſſimæ Trinitatis de Cicala, facta monaſterio Cavenſi, actum Salerni anno 1143. menſe Decembri Indictione 7. Diploma in Epiſcopis Nolanis dabimus. Guillelmus verò cum Eccleſiam Salernitanam ſumma cum ſui nominis laude quindecim rexiſset annis, mortalitatem explevit anno Chriſti 1152. die 7. Julii Indictione 15. Roge-

rius

rius autem Rex Panormi obierat anno 1149. relicto A filio Vvillielmo primo cognomento Malo, regni ſucceſſore. Obiiſse Guillelmum optimum Salernitanæ Eccleſiæ paſtorem anno 1152. Indictione 15. ſcribit Muſca. In emortuali Caſinenſis Eccleſiæ notatur dies obitus Guillelmi nonis Julii, & ex annis Pontificatus Romualdi, Guillelmi mors incidit in annum 1153. primæ Indict. Eadem porro tempeſtate, qua Guillelmi dignitas Salernitanis emergere cœpit in lucem, fidelitas quoque & animi fortitudo Salernitanorum erga Rogerium Regem comprobata eſt, etenim cum Lotharius Cæſar fere omnes Apuliæ civitates per proditionem ſuo ſubjugaſset imperio, Salerni cives, fidem ſuam Rogerio illibatam ſervarunt, quamobrem Rex, illorum laudata fide, ampliſſimis eos privilegiis condecoravit, quæ in ſequenti documento ab ipſo exemplari excerpto recenſentur.

*In nomine Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

B *Anno Incarnationis ejusdem 1137. men. Novemb. Indict. 1. Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ & Italiæ Rex, Rogerii primi Comitis hæres, & filius. Regiæ majeſtati convenit benemerentibus propenſioris benignitatis munificentiam irrogare, & fideles ſuos dignis honoribus ampliare, quatenus fideles, & infideles ad bene agendum beneficiis præcedentibus inſtruantur, ita ut fideles fideliores ſint, & infideles viſis meritis fidelium, ad dominorum ſuorum fidelitatem provocentur; ea propter Salernitanos fideles noſtros honorare, & exaltare decrevimus, qui Roberto Guiſcardo bo. mem. & Rog. & Vuil. Ducibus predeceſſoribus noſtris ſemper fideles fuerunt, nobis quoque maxime hoc tempore quod Lotharius cum Theutonicis per proditorum noſtrorum perfidiam in Apuliam intraret, & cum jam fere tota terra infidelitatis macula contaminaretur, ſola Italiæ Salerni civitas fidelitatem intemeratam conſervavit. Hujus rei gratia magnificentiæ noſtræ munera in prædictam civitatem, & ejus populum extendere volentes, donamus, concedimus, atque largimur & per præſentis privilegii auctoritatem firmamus, ut deinceps nec* C *Salernitani, nec eorum homines pro mediatico aliquid perſolvant, ſed ſemper ab hac conditione liberi, & abſoluti permaneant, plateaticum etiam ſandalium, & lenticum quæ veniunt de Calabria, Sicilia, & Lucania, ſimiliter eis condonamus; plateaticum quoque piſcium, quos Salernitani capiunt eis iterum dimittimus, & præcipimus ut pro menſura laguonnæ nihil perſolvant: ſimiliter jubemus ut nullus noſter ordinarius animalia hominum Salerni, & conſilium eorum angariare præſumat. Præterea decatius, & alia jura mercatorum quæ Salernitani in Alexandriam prius perſolvere ſoliti erant ad morem, & modum Siciliæ negotiatorum reduci faciemus, quatenus eadem lex & ſimilis conſuetudo Siculis & Salernitanis permaneat. Ad hujus ſanè noſtræ conceſſionis & donationis robur & indiſſolubile firmamentum præſens privilegium per manus Gregorii noſtri Notarii ſcribæ noſtrique tiparii bulla aurea inſigniri præcepimus. Datum Saler. 10 Kal. Decemb. per ma-* D *num Henrici Venerabilis Meſſanen. electi, anno regni noſtri 7.*

*Extracta eſt præſens à ſuo proprio originali exiſtenti in Archivio civitatis Salerni, cum quo facta collatione &c. meliore &c. in fidem ego Notarius Joannes Soractus de Roſa Salernitanus ſecretarius dictæ civitatis meo ſigno ſignavi requiſitus.*

*Locus † ſigilli.*

Datum eſt hoc diploma per manum Henrici Meſſanenſis Epiſcopi electi, cujus non meminit Rocchus Pyrrus in notitia Meſſanenſis Eccleſiæ.

XLVII. 13 ROMUALDUS *a* II. Guarna Salerni patre Petro quondam Romualdi Comitis, qui dictus eſt Craſſus, ſummo loco natus vir doctus, & prudentia clarus ſtatim poſt Guillelmi mortem patriæ eligitur Archiepiſcopus anno 1153. Electionis annum habemus ex vetuſto donationis documento Tabularii Monialium ſancti Laurentii Amalphiæ

*a Memoratur à Marcello in Bibl. Mariana part. 2. p. 141. Oudin in Supplem.*



B anno 1179 ſcriptum, qui fuit annus 25. ſui præſulatus, cujus initium; *In nomine D. N. J. C. anno Incarn. ejus 1179. & 14. anno regni D. noſtri Guillelmi Siciliæ & Italiæ Regis, & 25. anno Pontificatus D. noſtri Romualdi Dei gratia Salernitani Archiepiſcopi menſe Novembris Indict. 13. dum in præſentia ſupradicti D. noſtri Romualdi Dei gratia Archiepiſcopi Salernitani eſſet. Ego Aſcardus Judex, &c.* 1156. Una cum Hugone Panormitano Archiepiſcopo, Willelmo Calano Epiſcopo & Marino Abbate Cavenſi, ipſe Romualdus pacem compoſuit nomine Willelmi Mali Siciliæ Regis cum Legatis Adriani IV. Papæ, ut in diplomate ejuſdem Regis apud Baronium legitur. Memoratur Romualdus eodem anno in teſtamento Roberti Caſtri Trentenariæ Domini, ubi etiam mentio Celſi Epiſcopi Peſtani in hunc modum ab exemplari.

*de Script. Eccleſ. p. 649. Toppius in Bibl. Neapol. p. 273 & Nicodemo in Addit. p. 221. Mandoſ.*

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarn. ejus 1156. & 6. anno Regni D. noſtri* C *Guillelmi Siciliæ & Italiæ glorioſiſſimi Reg., 3. die intrante menſe Octobris 5. Indictione.*

*Dum D. Robertus, Trentenariæ filius q. bo. mem. D. Guillelmi q. ſimiliter de Trentenaria dictus eſt, ut eſt humanæ fragilitatis, infirmaretur infirmitate, qua defunctus eſt, quamvis in ipſo caſtello Trentenariæ in palatio ſuo in lectulo jaceret, ſanæ tamen mentis, rectæq; locutionis exiſteret, coram nobis Jo. & Romualdo & Jo. Judicib. & aliis hominibus clericis, & laicis viris idoneis judicavit & diſpoſuit, quod de rebus ſuis ſtabilibus & mobilibus, poſt ejus obitum fieri deberet, & diſtributores ſibi conſtituit D. Romualdum Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopum, & D. Celſum Peſtanæ Sedis Epiſcopum, & D. Marinum monaſterii SS. Trinitatis de Cava Abbatem, & D. Alphanum Regolem Camerarium, ſocium ejus, & D. Gualderium, qui dicitur Buccoſollis, & D. Guidonem, qui dicitur de Campora, inter cætera verò quæ judicavit, primo quidem judicavit D. Coligrimæ uxori ſuæ, & filiæ ipſius D. Alphani Camerarii integram* D *tertiam partem ex omnibus rebus ſuis ſtabilibus, & mobilibus, in montibus, & planis finibus Lucaniæ & ubicunque eſſent: de duabus verò rerum ſtabilium partibus, quæ remanent, pro ſalute animæ ſuæ judicavit prædicto monaſterio SS. Trinitatis de Cava omnes res ſuas ſtabiles ſibi hæreditario jure, vel per emptionem à patre ſupradicti Guillelmi genitoris ſui pertinentes in montibus, & in planis finibus Lucaniæ, & per alia loca ubicunque ſunt, & meliorem equum, quem habebat cum omnibus armis ſuis, ſalva tamen integra tertia parte uxoris ſuæ ſtabilium, & mobilium rerum, quam primo ei, ut dictum eſt, judicavit, de duabus verò mobilium rerum partibus, quæ remanent, totum debitum creditoribus ſuis reddere judicavit. Convenanzeriis ſuis convenanzam dare judicavit, S. Matthæo prædictæ Salernitanæ civitatis Archiepiſcopio ducentos tarenos judicavit. Monaſterio S. Benedicti ejuſdem Salernitanæ civitatis tarenos ducentos. Peſtano Epiſcopo quingentos*

ta-

*tarenos judicavit, totum monetæ Salernitanorum. Et ſi quid de rebus mobilibus remaneret, ipſi diſtributores pro ejus anima, ut ipſe judicavit & diſpoſuit, diſtribuant, & taliter tibi Pinnino Notario ſcribere præcepimus.*

† *Ego qui ſuperius Joannes Judex.*
† *Ego qui ſuperius Romualdus Juden.*
† *Ego qui ſuperius Joannes Juden.*
† *Ego qui ſupra Gualderius Buccafollis.*
† *Ego Guido de Campora.*

Hac tempeſtate Romualdus Eccleſiam ædificavit in honorem S. Cathaldi in pago Campagnæ, cui addidit cœnobium ac magnificè dotavit quod per aliquot ſæcula unitum fuit menſæ Epiſcopali Campanienſis, dum Campania Epiſcopali dignitate ornata eſt à Clemente VII. Hoc etiam tempore ex auctoritate Romoaldi Joannes Abbas Eccleſiam S. Petri de Ebulo condidit; opus aliqui male referunt fuiſse ejuſdem Archiepiſcopi, ſic enim teſtatur inſcriptio in ipſa Eccleſia.

*Guillelmi Regis Antiſtitis, et Romualdi*
*Temporibus domus hæc ædificata fuit.*
*Abbas iſtud opus, venerabilis ille Joannes*
*Fecit, laus cujus eſt probitate minor.*
*Muros ſtudioſi Bartholomæi*
*Fecit materiam; ſed ſuperavit opus,*
*Anno D. MCLX.*

Hoc eodem anno 1160. die 15. Januarii Ind. 9. Archiptæſulatus ſui 7. omnia bona juraque Ebulenſis monaſterii Joanni Abbati, ejuſque ſucceſſoribus confirmaſse Romualdum, habet ejuſdem documentum hoc anno ſcriptum Licentiam ædificandi Eccleſiam ſanctæ Mariæ Matris Domini in Nucerina ditione conceſſiſſe Pontificatus ſui 19. menſe Novemb. 1172. docet aliud documentum ab ipſo exſcriptum.

Anno 1163. confirmavit Guillelmus in Abbatiſſam monaſterii S. Mariæ Puellarum Algaytam electam ex monaſterio ſancti Georgii ejuſdem Ord. S. Benedicti. Hujus rei geſtæ valde dignum tunc ſcriptum monumentum explicat in tabulario Salernitanæ Eccleſiæ ſervatum, in hæc verba.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejus 1163. & 13. anno Regni D. noſtri Guillelmi Siciliæ, & Italię glorioſ. Regis, menſe Majo, 11. Indictione.*

*Dum in præſentia Dom Romualdi viri valdè venerabilis Dei gratia Secundi Salernitani Archiepiſcopi, eſſem ego Guaferius Juden, exiſtentibus in eadem præſentia quampluribus Clericis ſupraſcripti Archiepiſcopii, & Laicis, Joanne filio quondam Roberti, Amato filio Petroni, Joanne filio Guaferii, Petro filio Alfani, Mario filio Guidonis; Joanne filio Alferii, Matthæo filio Guaferii, Roberto germano ejuſdem Archiepiſcopi, Urſo, & Paſchaſio Primiceriis, & Cardinalibus, Matthæo Cardinali, & Archipresbytero, Conſtantino Presbytero, & Cardinali, & pluribus aliis ejuſdem Eccleſiæ. Laicis ſiquidem, Mario Rubeo Regali Camerario, Giſulfo Judice, Matthæo Judice, filio Joannis Judicis, Cioffo germano ipſius Camerarii, Joanne, qui dicitur Sclavus, Joanne filio ſupraſcripti Guaferii, Cæſareo germano ſupraſcripti Matthæi, Matthæo Notario filio Romualdi, Urſo patruo meo, Matthæo, qui dicitur Sclavus, Bernardo, qui dicitur Seneſcalcus, filio Alferii, Pardo, qui dicitur Muca, & pluribus etiam aliis, Auria, & Teude neptis ejuſdem Auriæ, & Sellida, & Fumia, & Theodora Moniales monaſterii Puellarum S. ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, quod conſtructum eſt intra hanc civitatem, à ſuper platea, quæ exit per portam iſtius civitatis, quæ Rotenſis dicitur. Supraſcripti D. venerabilis Archiepiſcopi tribunal ingreſſæ, iterato communis matris, & cuſtodis obitum lacrymabiliter nunciantes, in Prælatam & Cuſtodem Collegii Monialium ſupraſcripti monaſterii D. Archiepiſcopum tanquam ſuum Metropolitanum providere ſuppliciter ſupplicabant, inſuper perſonam eligendam, ex cujus diligentia humani generis hoſtis retia, ſine lapſu pertranſirent, & cura rerum ſupraſcripti monaſterii amminiſtratio diligenter procuraretur. Quarum petitionem juſtam, & rationabilem eſſe conſiderans, prout Canonum doctrina expoſtulat, ſi ſuper perſonam eligendam communiter convenifſent Canonici exquiſivit, cui præfatæ Moniales, ſeſe ſuper perſonam conveniſſe reſponderunt. Quæ quidem, & corporis integritate, & vitæ honeſtate, & morum doctrina, Deo amabilis, & hominibus laudabilis inveniretur. Ut generis etiam, & ortus quæſtio non prætereatur, nobilioribus eſt orta natalibus, & legitimis nuptiis procreata. Quas rurſus ſupraſcriptus D. Archiepiſcopus, vir ſanctorum Patrum ſtatum, & Canones edoctus, utrum de Collegio ejuſdem Cœnobii, an de alieno eſſet, diligenter interrogans; de monaſterio S. Georgii, quod conſtructum eſt intus hanc civitatem propè Judaicam iſtius civitatis, quod cum omnibus rebus ſuis eidem Archiepiſcopio pertinens, ac ſubjectum eſt, ab ore præfatarum ſororum in veritate accepit. Mox igitur prædictis ſororibus inde abeuntibus, & in ſuum cœnobium, præfatus Archiepiſcopus, Urſum Primicerium, & Conſtantinum Capellanum, viros honeſtos, & providos, Presbyteros Cardinales ſupraſcripti Archiepiſcopii, in ſupraſcriptum monaſterium S. Georgii delegavit. Quibus ejuſdem cœnobii S. Georgii Abbatiſſæ mandavit, ut Algaytam Monialem, & conſororem ſuam, quam prædictæ S. Mariæ Moniales communicato conſilio providè eligendo à ſupraſcripto D. Archiepiſcopo, tanquam earum proprio Metropolitano petierant, a vinculis ſui cęnobii relaxando, quod ipſi Archiepiſcopio cum omnibus ſuis pertinentiis ſubjectum, & pertinens eſt, præfatis Cardinalibus uſque in præfatum monaſterium S. ſemper Virginis, & Dei Genitricis Mariæ conducendam, ut ab ipſis Monialibus ipſam paulo ante in Abbatiſſam petentibus, electio canonicè celebraretur, concedere. Quæ quidem præfato D. Archiepiſcopo, ut Domino obediens mandatis ſuis obiter paruit. His igitur geſtis ſupraſcripta Algayta ipſis Cardinalibus comitantibus, primas monaſterii fores, in quo in Abbatiſſam eligendam petebatur, advenit. Quam præfati Cardinales coram pluribus nobilibus ante ipſius monaſterii Januas exiſtentibus, & ipſo Bernardo filio Alferii Seneſcalchi patrono ipſius monaſterii S. Mariæ ejuſdem monaſterii monialibus, quæ eam in Abbatiſſam eligendam optaverant, aſſignaverunt, &c.*

Ex his valdè miror, cur Muſca ſcribat annum 1167. ſecundum fuiſse Præſulatus Romualdi, quo, menſe Auguſti 15. Ind. Guilielmus Rex Siciliæ una cum Regina Margarita matre donavit Eccleſię Salernitanæ ad petitionem Romualdi, caſtrum, & homines montis Corbini in perpetuum poſſidendum. Exceperat antea Romualdus, teſte Baronio, honorificentiſſimè Alexandrum III. Salernum venientem anno 1165. quod ipſe Romualdus ſuis in Chronicis commemorat, anno eodem. *Alexander Papa Salernum adveniens, à Romualdo Archiepiſcopo, ac toto populo civitatis, cum debita eſt reverentia, & honore ſuſceptus.* Fuit Romualdus in maximo honore apud Alexandrum, Fridericum Imperatorem, Regemque Guillelmum Malum, filiumque Willelmum Bonum, quem coronavit, & unxit in Regem Panormi an. 1166. ejuſdemque à conſiliis electus, cum ætatis anno undecimo ſucceſſiſſet in Regnis; pro quo in ſolemni conventu anno 1177. una cum Rogerio Andrienſi Comite Legato, juravit pro eodem Rege initæ pacis conſervationem, in eoque congreſſu, cum eſset vir eloquentiſſimus, egregiam habuit orationem ad Fridericum Imp. de Willelmi ſui Siciliæ Regis laudibus, petiitque ab Imperatore diploma confici de pace inter ipſos facta, quam ex ipſo recitat Baronius. In eo item congreſſu, obtinuit Romualdus locum in ſiniſtra Pontificis, ſupra Diaconos Cardinales, ut ex ejuſdem Chron. ipſemet de ſe ipſo teſtimonium perhibet. *Alexander idem diligenter attendens prudentiam, & litteraturam Romualdi,*

*& de-*

*& devotionem, quam erga Romanam Eccleſiam ſempoe babuerat, recolens, ad petitionem ipſius communi votofratrum ſuorum, & conſilio, ipſi, & ſucceſſoribus uſum, & dignitatem portandæ Crucis per civitatem, & totam ſuam Parochiam Apoſtolica auctoritate conceſſit, & donum, quod eninde Salernitanæ Eccleſiæ in perpetuum fecerat, ſui privilegii munimine roboravit anno eodem 1177. ac rebus proſperè compoſitis in Siciliam rediit.* Recepcrat Romualdus antequam ad Fridericum Imperatorem progrederetur à Matthæo Regni Siciliæ Cancellario litteras ad favorem Philippi quondam Joannis de Richardo Judicis ejuſdem Matthæi cognato, pro recuperatione quorundam bonorum Eccl. Salernitanæ obnoxiorum, quas recitare fecit coram Landulpho Judice aſſiſtentibus nonnullis Salernitanis Canonicis Cardinalibus, inrer quos recenſentur Robertus Archidiaconus, Philippus Dominus S. Magni, & Lucas de Guarna ejuſdem Archiepiſcopi germani fratre: omnia deinde ceſſerunt ad favorem Philippi. Litteræ Matthæi, & Romualdi hac de re benigna propenſio, dignæ viſæ ſunt, ut hic reſcribantur ab exemplari Salernitani tabularii.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarn. ejus 1176. & 11. anno Regni D. noſtri Guilielmi Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſe Decembris 10. Indictione.*

*Dum in præſentia D. Romualdi Dei gratia vener. Secundi Salernitani Archiepiſcopi eſſem ego Landulfus Judex, exiſtentibus in eadem præſentia Roberto Archidiac. germano ipſius Archiepiſcopi, Abbate Muſco Diacono, Joanne Archipresbytero & Cardinale Salernitani Archiepiſcopii, & aliquantis Laicis viris idoneis, videlicet Philippo Guarna Domino Caſtelli S. Magni, & Luca Guarna germanis ipſius D. Archiepiſcopi, & Alfano Principe conſobrino eorum, Philippo olim Regio Camerario filio q. Joannis Iudicis de Riccardo, & Ioanne Melloſo avunculo ipſius Philippi, filioq. Amoti, qui poſtea Monachus fuit, ibidem convenientibus ipſe D. Archiepiſcopus oſtendit litteras, quas idem Philippus olim Camerarius nuper à Panorme veniens, ipſi D. Archiepiſcopo aſſignaverat ex parte D. Matthæi egregii Vicecancellarii, prædict. D. noſtri glorioſiſſimi Regis familiaris, quæ erant continentiæ talis.* Cariſſimo in Chriſto Patri, dilectiſſimo Compatri, ſpecialiſſimo amico ſuo D. Romoaldo Dei gratia vener. Salernitano Archiepiſcopo. *Matthæus D. Regis Vicecancellarius ſalutem, & integritatis affectum. Sicut bene novit Paternitas veſtra, Philippus filius q. Joannis de Riccardo Judicis, cariſſimus cognatus, & dilectus tanquam filius noſter, & prædictus q. Pater, & Petrus olim Proto-judex Salerni avunculus ejus, ſemper vos totis affectibus dilexit, & honoris, & exaltationis veſtræ comolum capiero. Et nunc præfatus Philippus quanto nobis proximiori gradu affinitatis adjungitur, tanto vos affectioſius diligit, honorem auum ferventius cupit, & ſicut perſonam veſtram proſperis vigere ſucceſſibus idem Philippus conſiderans, & attendens caritatis dulcedinem, & dilectionis vinculum, quod vos, & nos indiſſolubiliter jungit, & quod vos ſicut cariſſimum in Chriſto Patrem, & ſpecialiſſimum amicum noſtrum diligimus, & vos ſicut dilectum in Chriſto filium, & amiciſſimum nobis non conquerende, ſed ut vobis inde per noſtras litteras ſcriberemus oſtendit, dicens, quod præfatus Petrus q. Protojudicem Salerni avunculus ejus ex teſtamento reliquit, & judicavit ei, & Joanni Miloſo q. fratri ſuo avunculo ejuſdem Philippi terram, quam eidem Petro famoſiſſimus Rex Guilielmus memoriæ recolendæ propè montem Corvinum conceſſit. Et cum idem Philippus, ſicut nobis expoſuit, & præfatus Joannes Miloſus terram ipſam quietè tenuerint, ſicut eam tenuit præfatus Petrus Protojudex quondam Salerni, & per eas diviſas, & terminos, quibus eam diviſit, & aſſignavit præfato Petro Protojudici bajulus Regius, cui tunc inde Regium præceptum, & tranſmiſſum, & quibus eam diverſi Iudices Salerni, & præcipuè Ioannes Guarna frater veſter. Nos ipſum Philippum, & præſcriptum Ioannem avunculum ejus de quadam parte ipſius terræ diſſignari feciſtis. Unde ſi ita eſt, monemus, & rogamus diſcretionem veſtram, ut ponatis inde ſicut firmarant in ſaginam jam dictos Philippum, & Joannem avunculum ejus, & deinde, &c. Datum Panormi 7. menſis Octobris 10. Indict.*

Anno ſequenti 1178. Romualdum inter & Lucam Guarnam qu. Alferii filium Regis juſtitiarium veteris controverſiæ pro cenſu aquarum Lirni fluvii iterum excitatæ fuiſſent, eas de communi utriuſque partis aſſenſu compoſuit Landulſus Judex coram Romualdo, aliiſque Canonicis Cardinalibus Salernitanæ Eccleſiæ, & hoc perpetuo duraturum documentum ſancitum eſt, quod extat in eodem tabulario Eccleſiæ.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejuſdem 1178. & 13. an. Regni D. noſtri Guglielmi Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis menſe Iunio 11. Indictione.*

*Dum in præſentia D. Romoaldi Dei gratia vener. ſecundi Salernitani Archiepiſcopi eſſem ego Landulfus Iudex, cui juriſdictio Archiepiſcopii ammiſſa eſt reſidentibus ibidem Roberto Archid. ſuprad. D. Archiepiſcopi, fr. Ioanne de Guaiferio, Abbate Muſco, Petro Primicerio, Petro de Cantone, Ioanne Aquamena Diaconibus, Ioanne Comite, Abbate Matthæo de Atenulfo, Ioanne Abbate fratre noſtro Clericis, Ioanne de Archipresbytero, Ioanne de S. Bartholomæo Presbyteris, & Cardinalibus ejuſdem Archiepiſcopii, & quampluribus aliis; Convenit ibidem D. Lucas Guarna Regius Iuſtitiarius, filius q. Alferii, qui ſimiliter Guarna dictus eſt cum Mario Roſſo cognato ſuo filio q. Malfredi, qui fuit filius Ademarii Comitis. Et quoniam per terram vacuam ipſius Lucæ, quæ eſt foris hanc civitatem in loco Lirno, ubi* Allo fuſo *dicitur, tempore irrigationis hortorum, permiſſa tamen & notitia ejuſdem Lucæ immittebatur de aqua fluvii Lirni ad irrigandum tam hortos Salernitanæ Eccleſiæ, quam alteram, & proinde cauſa aquatici ipſi Lucæ annuus cenſus dabatur, ſuper cujus cenſus augmentatione, inter eundem Lucam, & D. Archiepiſcopum multoties quæſtio mota fuerat. Idcirco ad tollendam ſoror am altercationem, &c. Salvo tamen & illæſo reſervato ipſi Lucæ, ejuſque hæredibus, uſu, quem habet tempore irrigationis hortorum de capiendis oleribus, citrolis, cucurbitis, & aliis, &c. Unde per convenientiam ipſe Lucas guadiam Cioffo presbytero, & Abbati Eccleſiæ S. Petri, quæ de Griſonto dicitur, ac bajulo ſupradicti D. Archiepiſcopi pro parte ſupradicti Archiepiſcopi dedit, & fidejuſſorem ei pro illius parte poſuit ſupradictum Marium cognatum ſuum, &c.*

Interea Romualdus Eccleſiæ ſuæ bene conſulens, pavimentum egregiè, & pereleganter vermiculatum ex porphyreticis, variiſque lapidibus ſtravit in choro Metropolitanæ, necnon quadrilaterum lectorinum iiſdem ex lapidibus conſtruxit, quatuor columnis precioſiſſimis, porphyreticis mixtis ſuffultum. Limina verò chori portæ eodem ex opere facta conſpiciuntur ab illuſtri viro cive Salernitano Matthæo Regni Siciliæ Vicecancellario. Scripſit Romualdus characteribus Longobardis ab ipſis mundi primordiis ad ſua uſq; tempora Chronicam, quam egregiam judicat bon. mem. Felix Contilorus in lib. Concordiæ inter Alexandrum III. Papam, & Fridericum I. Imperatorem Venetiis confirmatæ. Conſcripſit item Romualdus aliquas Sanctorum vitas, auctorque fuit Breviarii Salernitanæ Eccleſiæ, quo quidem officio uſi ſunt Canonici ejuſdem Eccleſiæ ad annum uſque 1587. quo tempore Archiepiſcopus Marſilius ad Capituli poſtulationem à Sixto V. impetravit; ut in Salernitana Eccleſia ad communem Romanæ Eccleſiæ morem officium celebraretur, ſuo tamen, & ſucceſſorum arbitrio veteres ejuſdem Eccleſiæ cæremonias, ri-

euſque, necnon ſingularia aliquot Sanctorum, quorum ibi corpora requieſcunt, officia reſervare ipſi liceret. Aſſedit tandem Romualdus inter Concilii Lateranenſis Patres anno 1179. cui cum ſuffraganeis ſubſcripſit eodem Alexandro III. præſidente, pauloque poſt, anno ſcilicet 1181. die prima Aprilis Salerni piiſſimus Præſul, ac rerum geſtarum gloria clarus obdormivit in Domino, & in nobili tumulo marmoreo è conſpectu ſepulchri primi Romualdi humatus eſt, quod adhuc viſitur in Metropolitana, nulla in tanti viri memoriam proloquente inſcriptione. Obierat anno ſuperiori 1180. die 14. Feb. Robertus Salernitanus Archidiaconus Romualdi germanus frater, tumulatus in Eccleſia S. Gregorii jam antea intra urbis mœnia ab ipſo ædificata; addita ſuperliminari in marmore ſignata inſcriptione, fundationis utique documento.

*Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXII. Regnante Domino V.V. ſecundo glorioſiſſimo Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, ac Principatus Capuæ anno ſeptimo. Robertus Guarna frater Domini Romualdi ſecundi venerabilis Salernitani Archiepiſcopi fecit conſtrui hanc Eccleſiam ad honorem Beati Gregorii.*

Eodem quoque anno 1180. Matthæus Salernitanus Magni Regni Siciliæ Vicecancellarius Nicolai Romualdi ſucceſſoris pater in Salernitana Cathedrali plura, ac permagnifica addidit ornamenta, ut proloquitur inſcriptio ad Chori portam.

*Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXX. Indict. xiv. tempore magnificentiſſimi Vuil. ſecundi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ. Matthæus illuſtris Vicecancellarius ejuſdem Domini Regis, magnus civis Salerni fecit hoc opus fieri ad honorem Dei, & Apoſtoli Matthæi.*

Cæterum ad ipſum Romualdum ſcripſit plures decretales epiſt. Alexander idem III. inter quas ſunt cap. At ſi Clerici de Judiciis. Cap. de cætero, & Cap. in cauſis Eccleſiaſticis, de teſtibus, & atteſtat. Cap. de quarta decimæ, de præſcriptionibus. Cap. ad hæc licet, de præbendis, & dignit. Cap. verum de converſat. conjugat. Cap. licet de ſponſa duorum. Cap. primum de cognatione ſpirituali. Cap. cum tu maniſeſtos. de uſuris. & in lib. decretalium, & cap. primum de corpore vitiatis. Muſca multa tribuit Romualdo, quæ Nicolao ſucceſſori evenere, ac Romualdum in Germania carcere maceratum obiiſse ſcribit, quæ omninò multum à veritate aberrant, ut ex ſequentibus, quæ in Nicolao narrabimus patebit. At hic documenta duo licebit enarrare, temporibus Romualdi ſcripta, cum multum faciant ad Eccleſias, cœnobiaque, quæ erant Salerni, primum datum anno 1160. ad monaſteria S. Georgii Puellarum, & S. Mariæ Monachorum s. Benedicti ſpectans, alterum an. 1163. ad xenodochium pauperum ultra rivum Fauſtini poſitum pertinens, quæ ab exemplari exſcripſit idem non ſemel, ſed parce laudatus Pyrrhus Aloyſius Caſtellomata bon. mem. Aſculanus digniſſimus Epiſcopus, nobiſque communicavit.

Anno Domini æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejus 1160. & nono anno Regni noſtri Vuil. Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſ. April. 8. Ind.*

*Dum in monaſterio puellarum S. Martyris Georgii, quod conſtructum eſt in hac Salerni civitate eſſemus nos Petrus Protojudex exiſtente ibidem Joanne venerabili Abbate monaſterii S. Mariæ, quod conſtructum eſt foris hanc civitatem Salerni in Conſants finibus, ubi ad Ilicem dicitur, & quampluribus ejuſdem monaſterii Monachis, & S. Georgii Monialibus adſtarent. Prædictus Joannes Abbas clarificavit pertinere monaſterio S. Clementis quod conſtructum eſt foris in Suburbio iſtius civitatis propè portam, quæ Rotenſis dicitur, quod cum omnibus ad illud pertin. eidem monaſterio S. Mariæ pertinens, ac ſubjectum* A *eſt ſedium & foveam de molino, quod olim conſtructum fuerat foris hanc civitatem intra ipſius monaſt. s. Clementis pertinen. iſta pars eſt conjunctim fluvio Picentino, & propè pontem in ipſo fluvio Picentino conſtructo, qui Ponteſtrato vocatur, quod videlicet molinum, ſi reſerci, & reſarciri deberet, ſine opportunitatibus ipſius monaſterii S. Georgii, nec reſarciri, nec conſtrui poſſe, velut ab eis aſſerebatur, idcirco convenit intra ipſum Abbatem, & prædictam Abbatiſſam, ut datis à parte ipſius monaſterii S. Georgii partibus prædictis monaſterii S. Clementis 40. ſolidorum aureorum præſentis monetæ iſtius civitatis facien. quod voluerit, liceat ipſius monaſterii S. Georgii, & ejuſdem monaſt. S. Clementis partibus communibus ſubtus in medio ſedio, & fovea unum molinum, vel duo ſi voluerit conſtruere, & ædificare in alveo prædicti fluminis, palos regere, & antepoſitiones, & elevatas facere, & habere, & attacaturas per dictam terram ipſius monaſterii S. Clementis conſtruere, per quas ab ipſo alveo, & uſque ipſum molinum, vel* B *molendini aqua ducatur omni tempore prædictum molinum, vel molendini, & ovatare cum aquis, & aquarum uſibus, & vice de viis ſuis, & omnibus aliis ad ipſa molen. pertin. communia exiſtant, & perſeverent, & de toto eo, quod exinde tollere, vel habere potuerint pars ipſius monaſt. S. Clementis percipiant, & habeant faciendum quod voluerint, verum tamen liceat, variiſque par. in ipſo mol. vel. molen. eorum demario victualia abſque datione macinare ex ipſius mol. vel mol. & omnibus, ut dictum eſt conſtructo & ædificatis de cætero cum neceſſe fuerit, utriuſque par. ſumptibus aptentur, & concientur, qualiter rationabiliter macinare poſſint, ſi verò per alluvionem, vel illius fluminis impetu ipſum conſtruen. vel in alia ibidem conjunct. aliud mol. vel mol. opportunè reficere, & conſtruere nequierint, ſi in his præd. monaſt. S. Georgii ibidem cum ipſo fluvio conjun. congruè reædificata poterint utriuſq; par. expendio ibidem fiant, & conſtruan. omni tempore inter par. ipſius monaſt. S. Georgii, & par. ipſius monaſt. S. Clementis, exiſtan. &* C *perman. in omni ordine, & tenore, ſicut dictum eſt, & per conven. Donatus Monachus, & Præpoſitus S. Clementis per licentiam ipſius D. Abbatis guadiam Petro Presbytero d. monaſt. S. Georgii per par. ipſius monaſt. S. Georgii dedit, & fidejuſſiones ei pro illius par. poſuit Joannem, & Lupinum germanos filios q. Marini, qui dictus eſt de viva, & per ipſam guadiam ipſe Abbas obtulit ſe, & ſucc. ſuos, & par. ſui monaſt. ſi ſicut ſuperius ſcriptum eſt, non adimpleverint, & dicta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere præſumpſerint, componant ipſi Abbatiſſæ, ejuſque ſucceſſ. & par. d. monaſt. centum auri ſolidos regales, & ſicut dictum eſt adimplere, quod autem ſuperius diſturbatum eſt, legitur ſcribentibus, & taliter tibi Bartholomæo ſcribere præcepi.*

*† Ego qui ſupra Petrus Protojudex.*

*† Ego qui ſupra Petrus Judex.*

Secundi documenti exemplar ita ſe habet.

Anno Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

D *Anno ab Incarnatione ejus 1163. & 13. anno Regni D. noſtri Vuillelmi Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſ. Junii, 11. Ind.*

*Charitatis perfectio, diſpenſatio, ratio exig. uniuſcujuſque facultates non omnino ad uſum proprium, ſed ad eleemoſynarum largitionem potius conſumi illis maximè locis, quæ ad alimenta pauperum, & ſubſtentationes egenorum ſunt deputati, inde eſt, quod ego Herſacius Dei & Regia gratia Apuliæ, Terræque Laboris Magiſter Camerarius in Salernitana civitate exiſtens præſentibus quibuſdam Judicibus præfatæ civitatis, ſcilicet Matthæo, & Turpolobel aliiſque idoneis viris perpendens ad vivorum, & mortuorum peccata redimenda eleemoſynam eſſe primam cauſam ſecundum illud Evangelii, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Iterum ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum, & alibi, quamdiu uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis; pro anima mea, & parentum meorum tradens offero xe-*

*no-*

*tuorum meritis morum, non rapina tuæ avaritiæ id affectante, Apoſtolica aſſenſione pee hoc noſtræ uctoritatis privilegium incardinamus, & inthrenizamus eidem Salernitanæ Sedi, in qua fungaris Archiepiſcopi decore, & honore. Nam in te nobis complacuit quidquid de te fama diſpergis, videlicet ſanctitas, caſtitas, benignitas; & omnia, quę Deo placabilia ſunt.*

*Unde in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Archiepiſcopali Pallio noſtra Apoſtolica manu dilectionem veſtram inſignivimus, quo utaris toties in anno, quoties prædeceſſores tuos uſos fuiſſe conſtat. In quo, quia de vellere ovis eſt, intellige te ovium paſtorem, & quia eo circumcingeris, & etiam circa humeros portas: cognoſcas, & undique circumſpiciat, ne aliqua erret, & in morſus incidat luporum. Quod ſi aliquando (quod abſit) contigerit, eam habeas in humeros ad caulam reportare, & priſtinæ ſocietati coadunare. Quod verò ante, & retro Crux Domini habetur, illud Apoſtolicum ſemper docet ante oculos tuæ mentis habere, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Confirmamus etiam tibi ipſum ex integro Archiepiſcopatum Salernitanum, cum omnibus adjacentibus Parochiis ſuis. Et inſuper licentiam damus, & poteſtatem ordinandi, & conſecrandi Epiſcopos in his ſubjectis vobis locis, hoc eſt Peſtanenſem Epiſcopatum cum Parochiis, & adjacentiis ſuis, & Epiſcopatum Conſanum, & Epiſcopatum Nolanum, & Epiſcopatum Malvitanum, necnon & Epiſcopatum Acheruntinum, ſimulque & Epiſcopatum Biſinianenſem, atque Epiſcopatum Cuſentię cum omnibus Parochiis, & adjacentiis eorum. Pro Pallio verò, quod ſupra diximus, poſt diſceſſum quidem tuū ſucceſſores tui perveniant ad Apoſtolicam Sedem, & uſum pallii, conſecrationemque decentaliter recipiant, & non habeant poteſtatem ſucceſſores noſtri, in cunctis prædictis Epiſcopatibus, quos vobis Apoſtolica auctoritate conceſſimus deinceps Epiſcopos conſecrare, quemadmodum vobis conceſſum eſt. Si quis autem nefario auſu (quod non optamus) huic noſtræ conceſſioni aliquo modo contraire voluerit, & omnia ſupraſcripta à nobis firmata violare præſumpſerit, perpetuo anathematis vinculo religetur. Et ut hæc noſtra conceſſio firma in perpetuum maneat, bulla noſtra, & ſigillo eam ſignari præcipimus. At qui pio intuitu cuſtos, & obſervator hujus noſtri privilegii extiterit, benedictionis gratiam, & cæleſtem retributionem à juſto Judice Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum. Amen.*

*Scriptum eſt per manus Joannis Scriniarii, & Notarii ſacri Lateranenſis Palatii, &c. Datum 12. Kalen. Martii per manus Petri Diaconi, & Bibliothecarii, & Cancellarii S. Apoſtolicæ Sedis, anno D. Clementis II. Papæ 1. Ind. 15.*

Leo item Papa IX. anno 1051. Salernitanæ Eccleſiæ Metropolitanatus Jura confirmat, cùm Joanni Archiepiſcopo has Apoſtolicas litteras dediſſet, quas inter alias reperit Baronius in Vatic. Bibliotheca.

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ſanctæ, ac venerabili Salernitanæ Eccleſiæ, quæ eſt B. & ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, ubi etiam glorioſum Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ corpus cum beato Martyre Fortunato requieſcit, & per eum Confratri noſtro Joanni ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo in perpetuum.*

*Officium Sacerdotale aſſumere, ſi interieri vigilantia perpendamus, oneris eſt magis, quam honoris, quippè cui propria curare non ſufficiat, niſi & ſaluhriter geſſerit aliena. Nam ad hoc paſtoralis regiminis curam aggreditur, ut aliorum in ſe ſollicitudinem pia proviſione ſuſcipiat, ut in eorum ſe cuſtodia vigilanter diſponat, ne noſtra fortè deſidia, invidus hoſtis cabida (quod abſit) quemquam fauce degluttiat, & eorum ad noſtram non immeritò applicetur pœnam perditio, qui commiſſos ſollicita cuſtodire cautela negligimus. Exhibeamus ergo quod dicimus, & quibus divini diſpenſatione conſilii præeſſe nos contigit, prodeſſe quantum poſſumus feſtinemus, ut dum creditor rationem nobiſcum poſiturus advenerit, lucrum nos feciſſe reperiat, & ſua (ſicut promiſit) remuneratione lætificet. Et quoniam ad præſens Eccleſiam iſtam nullis bonis noſtris honorare, ditare, vel ut oportet, adaugere poſſumus, ſua ſibi confirmare, & indiſciſſa, vel imminuta pia devotione cenſemus conſervare. Unde fratris Joannis Archiepiſcopi petitioni libentiſſime annuentes, hoc Apoſtolatus noſtri privilegium fieri decrevimus, ſtatuentes Apoſtolica cenſura, ut quæcumque Imperatores, Reges, Principes, aut qui nunc clare principatur Guaimarius, ad hanc domum Domini contalit bona, vel omnia à quibuſcumque Chriſti fidelibus conceſſa, vel in perpetuum ſunt concedenda, rata ſemper, & inviolata permaneant.*

*Confirmamus etiam tibi ipſum ex integro Archiepiſcopatum Salernitanum cum ſibi adjacentibus Parochiis ſuis. Et inſuper licentiam, & poteſtatem damus ordinandi, & conſecrandi in his ſubiectis vobis locis, hoc eſt Peſtanenſem Epiſcopatum cum Parochiis, & adjacentiis ſuis, & Nolanum, & Conſanum cum Parochiis & adiacentiis ſuis, necnon Malvitanum. & Cuſentinum, ſimulque Epiſcopatum Biſinianenſem, atque Epiſcopatum Acerntinum cum omnibus Parochiis & adjacentiis eorum. Necnon liceat tibi ordinare Epiſcopos ſuper congruentia loca ſecundum regulam SS. Patrum, in ipſa integritate Salernitani Archiepiſcopatus & non habeant poteſtatem ſucceſſores noſtri in cunctis prædictis Epiſcopatibus, quos vobis Apoſtolica auctoritate conceſſimus, deinceps in perpetuum Epiſcopos conſecrare, quemadmodum vobis conceſſum eſt.*

*Si quis autem contra hujus noſtræ præceptionis privilegium agere præſumpſerit, aut præſumentibus conſenſerit, aut factor extiterit, & non potius obſervare eum in integrum ſtuduerit, ſed noſtram Apoſtolicam hanc præceptionis interdictionem tranſgredi præſumpſerit: ſciat ſe auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis Cœlorum Regni clavigeri, noſtroque anathematis vinculo, & innodatum, & à Regno Dei alienatum, atque cum diabolo, & ejus atrociſſimis pompis tranſgreſſorem ſanctorum Patrum canonica traditione deputatum; quoniam ſcriptum eſt, terminos Patrum noſtrorum nulla auctoritate illicitæ temeritatis tranſgredi præſumi. Et quia opportunitatis exigit ratio, protervos, ac tranſgreſſores ex canonicæ correctionis fræno debere conſtringi: illius inſuper ſpirituali jaculo perdat animam, cujus temporali gladio Malchus amiſit auriculam. Qui verò hujus noſtri privilegii conſtitutionem, & confirmationem obſervaverit, à Domino Deo benedicatur, & æterni Regni, beato interveniente Matthæo Evangeliſta, particeps effici mereatur. Datum 11. Kal. Aug. per manus Friderici Diaconi S. Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii, & Cancellarii, & D. Herimanni Colonienſis Archiepiſc. & Archicancellarii an. D. Leonis IX. Papæ III. Ind. 4.*

Præfuit Joannes in Salernitana Eccl. an. 10. extrema clauſit opt. Præſul an. 1057. Vixit in ea Sede ſub Principibus Guaimario IV. & Giſulfo II. ex Longobard. poſtremo.

XLIII. 9 S. ALPHANUS a Salernitanæ Eccleſiæ, & urbis egregium ornamentum, parentibus nobiliſſimis natus, ab ipſis incunabulis piè educatus, & in ſcripturis ſanctis eruditus inſignis evaſit doctus Clericus, & Eccleſiaſticarum rerum peritus, carmine, & ſoluta oratione illuſtris, monaſtices inſtitutum, depoſito cingulo Clericalis militiæ, adhortante Deſiderio, qui poſtmodum Victor Papa III. fuit circa annum Dom. 1056. ultro complexus eſt in Caſinenſi cœnobio, nec multò poſt à Giſulſo Principe expoſtulatus, primò apud Salernum monaſterii S. Benedicti Abbas effectus, deinde Salernitanus Archiepiſcopus creatus, à Stephano IX. Papa ordinatus, conſecrationis munus accepit an. 1058. Ejus primordia, Monaſticæ diſciplinæ progreſſus, & ordinationis tempus notum reddit Chron. Caſin. lib 3. c. 7. in hæc verba.

a De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 9 & Nicodemus in addit p. Mand.

( Deſiderius *ob nimiam abſtinentiam, multaſque vigilias, in languorem non modicum decidens medendi gratia Salernum perrexit: ibi itaque illo aliquan-*

diu

*diu remorante, Alphanus (qui poſtmodum ejuſdem Archiepiſcopatum civitatis adeptus eſt) prudentiſſimus, & nobiliſſimus Clericus, maxima eſt illi familiaritate conjunctus. Cujus animum frequentibus monitis ad mundi contemptum exhortans, ſic tandem ab illo exegit, ut Monachus fieret, ſi prius, ut jam dudum mente conceperat, Jeroſolymam ire permiſſus fuiſſet. Hac inter illos ſponſione firmata, Beneventum reverſus Deſiderius eſt, atque poſt non multos dies mandat eidem Alphano, ut ad ſe veniat. Revertente illo, ac potius pavit ante Salernum egredi, iterum Deſiderius ad illum abiit, cumque propter quorundam inimicitiam illi timorem, cuculla ſua indutum noctu de civitate eductus, ſecum Beneventum adduxit Cum verò cœpiſſent Alphanum nobiles quiq; viri, ac Clerici frequentare, eumque ob maximam ejus prudentiam decenter excolere: propoſitum Jeroſolymitanæ viæ paulatim cœpiſſet in ejus mente teſceſcere, ſeque à Deſiderii latere nullo unquam modo, nullo unquam tempore aſſereret velle dividere, tempus ab eis aliquantum apud monaſterium S. Sophiæ exactum eſt. Cum ecce fama percrebuit, Victorem Papam ab ultramontanis partibus Romam veniſſe, eumque ad partes iſtas in proximo venturum fore. Territus Alphanus hujuſmodi nuncio, quod fratres ſuos ſuper Guaimarii Principis occiſione inſimulandos proculdubio noſſet, præoccupare ſtatuit Apoſtolicum, ſecumque ire orat ſuppliciter Deſiderium. Et quoniam miram cantandi peritiam, & medicinæ artis ſcientiam non parvam habebat, ejuſdem artis codices nonnullos ſecum à domo detulerat, magni aliquid ſe habendum in Summi Pontificis Curia omnimodis confidebat. Confectis igitur, atque aptatis quotquot potuit medicamentibus, unà cum civitatis ipſius Archiepiſcopo ad Romanum Pontificem in Tuſciam proficiſcitur, eumque apud Florentiam remorantem reperiunt. In brevi itaque maximam apud illum familiaritatem adepti, & ſatis honorificè habiti ſunt. Sed cum jam ibi per temporis aliquantulum remorati pro certo Deſiderius comperiſſet Papam minimè ad partes iſtas venturum; inſuper etiam ultra montes proximè profectorum, ſimulque valde inutilem eſſe propoſito ſuo conſiderans in ejuſdem Pontificis Curia converſationem, cœpit omnimodis inſtare Alfano, ut jam jamque peteret ab eo licentiam revertendi. Petrus ante non multos dies huic monaſterio electus fuerat à fratribus in Abbatem, qui pro ſua ordinatione inſinuanda, duos hujus loci ad Papam tunc fratres tranſmiſerat. Igitur Deſiderius optata jam dudum opportunitate reperta, accedit pariter cum Alphano ad Romanum Pontificem, ſimulque pedibus illius ſe proſternentes, orant recedendi licentiam. Adduntque petentes, ut gratia religioſius vivendi, per Monachos, qui ad eum à Caſinenſi monaſterio venerant, illuc eos tranſmittere, ſuiſque litteris illos Abbati dignaretur, ac fratribus commendare. Annuit Apoſtolicus, atque ita ſicut propoſuerant cum Fratribus illis ad cœnobium tranſmiſſi ſunt; receptique decenter ab Abbate, & Fratribus ſociati honeſte nimis, atque humiliter inter illos aliquandiu converſati ſunt, & ab univerſis in dilectione plurima habiti, necnon, & Monaſticam ab eodem Abbate conſecrationem adepti, Friderico ſuper eorum adventu pluſquam ſatis eſt gratulante.) Et cap. 8. (Viderat per hos dies Deſiderius viſionem non contemnendam, quam ſatis proximè rei commendavit effectus. Cernebat ſiquidem ſe unà cum Alphano in quadam Eccleſia, ac valde pulcherrima turri, quæ juxta Capitulum Fratrum ſita eſſet, conſiſtere, in qua nimirum Pater Benedictus videbatur Sede decentiſſima reſidere. Cumque ad illius viſionem ſtupefacti paverent, & accedere propius nequaquam præſumerent, B. Benedictus Deſiderio hilarius innuebat, eumque juxta ſe ſedere manu porrecta jubebat. Alphanus verò, quoniam vocatus ab eo non fuerat, quaſi indignè ferens, de domo illa exibat; quæ nimirum viſio manifeſtiſſimè portendere viſa eſt, & Alphanum in loco hoc non diù remoraturum, & Deſiderium Benedicti Patris vicem in hoc monaſterio ſuſcepturum. Non multo poſt igitur à Giſulfo Principe Alphanus expoſtulatus, primò apud Salernum in monaſterio ſancti Benedicti Abbas effectus, dehinc ejuſdem civitatis Archiepiſcopatum adeptus eſt.)*

Alphanus poſt ſuam conſecrationem ab eodem Stephano Papa, quibus diebus uti pallio deberet, ad Miſſarum ſolemnia celebranda, privilegium obtinuit, facultatemque nominandi, eligendi, & conſecrandi undecim Epiſcopos ſuos ſuffraganeos, videlicet Peſtanum, Compſanum, Acheruntinum, Nolanum, Cuſentinum, Biſinianenſem, Melſitanum, Policaſtrenſem, Marſicanum, & Caſſanum iiſdem litteris conceditur, quas non vidimus, ſed citantur à Muſca. Quod verò dicitur in iiſdem, Cuſentinam, Compſanam, Acheruntinamque Eccleſias fuiſſe tunc temporis ſuffraganeas Salernitani Archiepiſcopi, puto eas ſubjectas fuiſſe Primitiali jure, cum Eccleſiæ illæ tunc Archiepiſcopali honore fuiſſent inſignitæ, ut ſuis in locis dicemus. Anno 1059. Alphanus celebri illo Concilio Romano à Nicola II. coacto interfuit, quo Berengarius hæreſi ſua tertium abjurata fidem Catholicam coram 113. Epiſcopis profeſſus eſt, quo etiam Concilio conſtitutio illa de electione Romani Pontificis edita eſt, redactaque eſt ad ſolos Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Epiſcopos eorumdemque poteſtati attributa, atque decreta electio. Eodem anno aliæ Synodo apud Beneventum ab eodem Nicolao celebratæ interfuit Alphanus, ac primus poſt Humbertum Sylvæ Candidæ Epiſcopum Cardinalem ſe ſubſcripſit. Anno 1066. Alphanus Riſonem primum Epiſcopum Sarnenſem ordinavit, ac privilegio munivit, cujus exemplar in Epiſcopis Sarnenſibus referemus. Anno verò 1067. Alexander II. Papa Alphano Archiepiſcopo, ac Salernitanæ Eccleſiæ vetera privilegia confirmavit hoc cuſo diplomate, cujus exemplar exhibemus ex Archiepiſcopalis menſæ tabulario hiſce verbis conſcriptum.

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, S. Salernitanæ Eccleſiæ, quæ B. & glorioſæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, ubi etiam Apoſtoli glorioſum Matthæi, & Evangeliſtæ corpus, cum BB. Martyribus Fortunato, Gajo, & Anthes, requieſcit, & per eam confratri Alfano ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.*

*Ex conſideratione Paſtoralis curæ, quam ex adminiſtratione Apoſtolicæ Sedis gerimus, cum Deo auctore, ſicut indigni decernimus, omnium quæ ſunt Eccleſiarum provectui invigilare, ac juſtis fidelium poſtulationibus æquitatis aſſenſum præbere neceſſario compellimur viſcera deferere, ne Dominico gregi debitæ conſolationis ſuffragium videamur ſubtrahere. Unde cariſſime frater Alfane Archiepiſcope, quia devotio tua honeſtis moribus fulta poſtulare ſtuduit, quatenus ſtatuta, & privilegia, quæ ſanctiſſimi Prædeceſſores noſtri, Apoſtolica auctoritate Salernitanæ Eccleſiæ, tuiſque prædeceſſoribus ſtatuerunt, nos tibi, tuiſque ſucceſſoribus firmaremus, tuis precibus, quia à juſtitia diſcrepare non videntur, libentiſſimè annuimus. Qua de re hujus noſtri privilegii authentica conſtitutione concedimus, & confirmamus tibi, totam ex integro Salernitanam Eccleſiam, quæ eſt Archiepiſcopalis Sedis infra urbis mœnia conſtituta, cum omnibus quæ ſibi pertinent, tam hæreditario, quam Parochiali jure, ſicut illam integram habuere, & tenuere prædeceſſores tui Epiſcopi, & Archiepiſcopi, ſiunt tui juris, tuæque poteſtatis quicquid ad Eccleſiaſticum, & Epiſcopale pertinet officium, tam intra Salernũ, quam per omnem Salernitanam Parochiam, canonica diſpenſatione requirere, & ordinare, & Canonicis Eccleſiis diverſorum ordinum Clericos, ſervitium Dei provehere, & ordinare; in monaſteriis quoque & Abbatiis, Abbates providere, & benedicere, & Dei ſervitio, & utilitati ſemper conſulere, ut omnia fiant fautore Deo ad incrementum ſanctæ Eccleſiæ. Archiepiſcopalis etiam Magiſterii prædeceſſoribus tuis Apoſtolica auctoritate conceſſum, fraternitati tuæ confirmamus, ut liceat te intra ſcriptam provinciam, Epiſcopos juxta ſacrorum Canonum ſtatuta congruis in locis ordinare, & quæcumque Metropo-*

It ta-

*ſitanis ſanctorum Patrum ſtatuta attribuunt, tibi concedimus licere; ad hæc etiam Apoſtolicæ auctoritatis ſanctione confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus, quæcumque Prædeceſſores noſtri, Imperatores, Reges, Principes, vel quicunque fideles ſanctæ Salernitanæ Eccleſiæ contulere, & ea quæ Giſulfus fidelis noſter, qui nunc Salerni clare principatur, liberali munificentia contulit, & collaturus eſt. Nominatim autem dicimus, Eccleſiam S. Martyris Viti, quæ conſtructa eſt juxta plateam, quæ dicitur ad poſtam Elini, cum omnibus ſuis pertinentiis, quam Landimorius filius Ademarii ſcripto, jam dictæ Eccleſiæ obtulit; & Eccleſiam S. Gramatii, cum ſuis pertinentiis, & caſas illas quæ ſunt juxta eandem Eccleſiam, quas Malfrit, & Adelfrit tuo Epiſcopio obtulerunt. Sed & monaſterium S. Viti, quod couſtructum eſt juxta Salernum prope littus maris, cum ſuis pertinentiis. Quod Eccleſia tibi commiſſa à prædicto Giſulfo Principe commutationis ordine recepit. Terras quoque & partes, pro quibus ſuper Troyſium de Rota, pro tuo Epiſcopio, & cæteris Salernitanis Eccleſiis interpulaſti, quod invaſas detineret. Unde eum Salerni nolentem juſtitiam facere excommunicavimus, quas poſtea reſipiſcens, Capuę in noſtram manum legaliter reddidit. Videlicet quæcunque uno anno priuſquam ipſe Rotam intraret; & Salernitanæ Eccleſiæ tenebant, quæ juris tuæ Eccleſiæ fuere, tibi tuiſque ſucceſſoribus reddimus, & confirmamus, & per te cæteris Eccleſiis tua... Caſtellum quoque Olibani, & cryptam S. Angeli, quæ dicitur montis Aurei, cum omnibus eorum pertinentiis, & cuncta quæ Vvilelmus filius Tancrede, & Vvimundus Miles tuus in noſtram manum reddidere. Et univerſa quæ prædicta Salernitana Eccleſia juſte, & legaliter habuit, vel qualicumque contractu acquiſitura eſt, tibi, tuæque fraternitati Eccleſiæ commiſſæ concedimus & confirmamus, & in perpetuum ſtabilimus, tam ea quæ Eccleſiaſtici regiminis ſunt, quam quæ hæreditate juris, conteſtantes, ſub proteſtatione anathematis, ut nullus unquam alicujus dignitatis, vel poteſtatis homo audere temerario auſu, aliquam violentiam, tibi, tuæque Eccleſiæ inferre, vel juſtitiam, aut dignitatem minuere. Salvo in omnibus Apoſtolicæ Sedis privilegio. Si quis verò contra hujus noſtræ conſtitutionis privilegium, vilipendens Apoſtolica ſtatuta temere agere præſumpſerit, aut præſumentibus fautor extiterit, judicio ſancti Spiritus ſciat ſe auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis & noſtra, anathematis vinculo innodatum, & ut tranſgreſſorem terminorum, quod ſancti Patres noſtri poſuerunt, cum diabolo, & trangreſſoribus Angelis, canonica traditione, æternis ſuppliciis deputatum. Obſervantibus autem, & devotis, gratia & benedictione à Domino Deo noſtro multiplicetur, & intercedente B. Dei Genitrice Maria, & B. Matthæo Apoſtolo & Evangeliſta, æterni Regni particeps effici mereatur. N. OEN. BES.*

*Datum Capuæ 4. Id. Octobris, per manus Speri S.R.E. Subdiaconi, & Bibliothecarii anno 7. Pontif. Dom. Alexandri Papæ II. Indict. 7.*

Sequenti vero anno 1068. ad res Campaniæ viſendas more inſtituto profectus Salernum acceſſit, ac conventum Epiſcoporum, Abbatumque egit, cui Giſulfus Princeps Salernitanus, & Robertus Dux, & Rogerius Comes frater ejus interfuerunt; ibi Guillelmus Tancredi filius, quæ poſſidebat Eccleſiæ bona, eidem reddidit, eaque Alexander Alphano Archiepiſcopo adjudicavit hoc modo.

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*Notum ſit omnibus S. Eccleſiæ filiis; quoniam in Synodo, quæ 6. Pontificatus noſtri anno apud Melphim in Eccleſia B. Petri Apoſtolorum Principis, quæ eſt ejuſdem civitatis Sedes Epiſcopatus, præſidentibus nobis, & aliis Coepiſcopis, & Abbatibus de Calendarū Auguſtarum celebrata eſt, confrater noſter Alphanus S. Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus de hæreditatibus eidem Eccleſiæ pertinentibus, quas Guillelmus filius Tancredæ, & milites ſui invaſerant, querimoniam fecit. Unde cum à nobis hac de ratione vocatum, ut quæ violenter invaſerat, juſtè eidem Eccleſiæ redderet, paterna caritate monuimus; ſed quia in contumacia ſua perdurans obedire nobis, & tanto Conventui noluit, judicio totius ſacri Concilii eum, & fautores ſuos à liminibus S. Eccleſiæ ſequeſtravimus, & anathematis vinculo, quouſque reſipiſceret, innodavimus, ſed poſtea inſpirante ſibi illo, qui neminem vult perire, ad pœnitentiam, & ad emendationem, cum Salerni eſſemus, ante noſtram præſentiam cum militibus ſuis humiliter venit. Quapropter Epiſcoporum, & Abbatum, & aliorum fidelium congregato Conventu, inter quos fuerunt Joannes Tuſculanenſis Epiſcopus Cardinalis, & Ildebrandus S. R.E. Archidiaconus, & Ambroſius Terracinenſis Epiſcopus, & Baldoinus Melphis Epiſcopus, & Stephanus, Trojanus Epiſcopus, & Ingilbertus Tuſcenſis Epiſcopus, & Giſulfus Salernitanus Princeps, cum fratribus ſuis Guidone, & Joanne, Robertus Dux, & Rogerius Comes frater ejus, & alii plures Longobardi, & Normanni, idem Guillelmus, & Girmendus filius Gimundi, qui dicitur de Mulſi miles ejus hæreditarius S. Salernitanæ Eccleſiæ nominatim curtem S. Petri Dataro, & curtem S. Viti de Siler, quæ ſunt juxta eundem fluvium, & Eccleſiam S. Michaelis Archangeli, quæ ſita eſt in crypta montis, qui dicitur Aureus, cum omnibus hominibus, & pertinentiis ſuis; unde idem Archiepiſcopus multas inſcriptiones oſtendit juris etiam hæreditaris Eccleſiæ ſuæ eſſe, paratus ſacramento firmare voluit, & caſtrum Olibani cum omnibus hominibus, & pertinentiis ſuis, & res de lacu majore cum toto ipſo lacu, & res de Tuſciano, & de Lama, & de Rivo-Alto, & de Aſa, & de Pecentino, & Juſuni, & Salſanicum, & Forino, & Anguillario, & Prato, & omnes alias res ipſi matri Eccleſiæ, & cæteris Eccleſiis Salernitanis pertinentes ſub nomine fidei, quam Deo, & S. Petro debebant in manu veſtra refutaverunt, atque dimiſerunt, & ſe confirmaverant eſſe ſub anathemate, ſi eas amplius præſumerent invadere. Inde nos omnibus ſupradictis coram adſtantibus Epiſcoporum judicio, & laudatione Longobardorum, & Normannorum, qui interant, S. Salernitanæ Eccleſiæ per eum tibi confrater Alfane Salernitane Archiepiſcope, ſucceſſoribuſque tuis ſupradictas res, & hæreditates ſtabilivimus, conceſſimus; & in perpetuum confirmamus, & deinceps ſalvo tuo, ſucceſſorumque tuorum vigore earum invaſores, & deprædatores, & perſecutores perpetuo anathematis vinculo religamus; ſi quis verò contra hujus noſtræ præceptionis ſcriptum temerè agere præſumpſerit, aut fautor extiterit, ſciat ſe auctoritate B. Petri Apoſtol. Principis, & noſtra à Regno Dei alienatum atque cum Juda traditore Domini in æternum damnatum, qui autem hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis conſtitutionem obſervaverit devotus, à ſancta & Individua Trinitate benedicatur, & æterni Regni interveniențibus Dei Genitrice Maria, & B. Matthæo Apoſtolo, & Evangeliſta, quorum cauſam adjuverit particeps effici mereatur, &c.*

*Ego Alexander ſolius Dei miſericordia licet indignus S.R. & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus in hac Conſtitutionis pagina ad confirmandum volens ſubſcripſi.*

*Ego Joannes Tuſculanenſis Epiſcopus me affuiſſe teſtificans ſubſcripſi.*

*Ego Hugo Tdruntinus Archiepiſcopus me affuiſſe teſtificans ſubſcripſi.*

*Ego Ambroſius Terracinæ Epiſc. ſubſcripſ.*

*Ego Heldebrandus S.R.E. Diaconus SS.*

Paucis inde poſt annis, hoc eſt 1071. Alphanus diploma ſcripſit Leoni Abbati Cavenſi de exemptione Eccleſiæ s. Nicolai de Palma cum omnibus juribus, & bonis ſuis Capitulo, & Clero conſentientibus, in quo eam ab omni juriſdictione ſua, ſucceſſorumque ſuorum exemit. Actum anno 29. Principatus Giſulphi Indict. 9. in hunc modum ab ipſo exemplari Archivii Cavenſis.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarn. ejus 1071. & 20. anno Principatus D. noſtri Giſulfi glorioſi Principis, menſe Februario 9. Ind.*

*ni-*

*Ego Alphanus gratia Dei Archiepiſcopus S. Sedis hujus Salernitani Archiepiſcopatus clarifico; quoniam Leo religioſus Abbas monaſterii S. & Individuæ Trinitatis, quod conſtructum eſt foris hac civitate in loco, ubi Metilianum dicitur, ac ſpiritualis Pater meus, & Vibus Vicecomes filius q. Petri à novo fundamine conſtruere fecerant Eccleſiam in honorem B. Confeſſoris Nicolai intra hanc à Deo conſervatam Salernitanam civitatem in proprio ipſius monaſterii, & ipſius Vibi in plaja montis, Et ipſi Leo Abbas, & Vibus venerunt ad me valdè poſtulantes, ut per convenientiam per firmam ſecuritatem confirmarem eis integram ipſam Eccleſ. & omnes res ſtabiles & mobiles, quæ ipſi Eccleſiæ pertinentes ſunt, & fuerint, & illi darent mihi quinque libras argenti pro directis ædificiis ipſius Archiepiſcopii reſtaurandis, & de hoc habui conſilium cum Clericis ipſius noſtri Archiepiſcopii, ſed omnibus comparuit, quatenus ipſas libras argenti acciperem, & jam dictam Eccleſiam, & omnes ipſas res ſtabiles, & mobiles eis confirmarem ordine convenientiæ. Et ideo ſicut mihi Alphano congruum fuit, mea voluntate, per hanc chartulam ordine convenientiæ coram præſentia Leonis Comitis, & Judicis, dum & idoneè intereſſent homines, confirmavi ipſi Leoni Abbati pro parte ipſius monaſterii, & ipſi Vibo Vicecomiti pro parte ſua integram ipſam Eccleſiam, quæ jam per me in ipſius S. Nicolai honore dedicata eſt, & omnes res ſtabiles, & mobiles ipſi Eccleſiæ pertinentes cum omnibus, quæ intra eas ſunt, cunctiſque earum pertinentiis, & cum vice de plateis, & anditis, & viis ſuis, & cum omnibus munimimibus ex eis continentibus, & cum omnibus aliis rebus ſtabilibus, & mobilibus, quæ per alios homines de ſuis proprietatibus, & per ipſum Leonem Abbatem, & ſucceſſores ejus de proprietatibus ipſius monaſterii, & per ipſum Vibum, & ejus hæredes de ſuis proprietatibus, quocunque modo in jam dicta Eccleſia datæ, vel oblatæ fuerint. Ea ratione, ut cuncta, quæ ipſi Abbati, & Vibo Vicecomiti, ut ſuperius legitur confirmavi, ſemper ſint in poteſtate ipſius Abbatiæ, & ſucceſſorum ejus, & partium ipſius monaſterii, & ipſius Vibi, & hæredum ejus, & ipſe Abbas, & ſucceſſores ejus, & partes jam dicti Monaſterii, & ipſe Vibus, & ejus hæredes licentiam habeant de eis facere quod voluerint, & omni tempore ipſa Eccleſia ſecura, & libera permaneat à parte mea, & ſucceſſorum meorum, & ipſius Archiepiſcopii. Et omni tempore ipſe Abbas, & ſucceſſores ejus, & pars memorati monaſterii, & ipſe Vibus, & ejus hæredes poteſtatem habeant in ipſa Eccleſia Monachos, vel alterius ordinis Presbyteros, & Clericos ſecundum Canonum inſtituta, & B. Patris Regulam Benedicti ordinare qualiter voluerint, & in ea Monachicum, vel aliam Eccleſiaſticum Ordinem, ſicut decet, peragere faciant, abſque mea, & ſucceſſorum meorum, & partium ipſius Archiepiſcopii contrarietate. Et ipſi Presbyteri, & Clerici, qui in ipſa Eccleſia ordinati fuerint, licentiam habeant chartam fraternitatis in ipſa Eccleſia facere, & habere ſicut decet, & in Sabbatho ſancto cereum benedicere, & infirmos viſitare, & mortuos cum voluerint, cum officio, ſicut decet, intra ipſam Eccleſiam recipere, & eis officium defunctorum facere, & intra ipſam Eccleſiam ſepelire, & per domos eorum, qui ad ipſam Eccleſiam annualiter ad Dei officium audiendum ierint, ire, & aquam ſanctificatam ſpargere, & Crucem in ipſis domibus ponere abſque mea, & ſucceſſorum meorum, & partium jam dicti Archiepiſcopii contrarietate, vel requiſitione, & nullo tempore ego, & ſucceſſores mei, & pars jam d. Archiepiſcopii quemlibet cenſum vel ſervitium, aut dationem aliquam ipſis Monachis, vel Presbyteris, & Clericis, qui in eadem Eccleſia conſtituti fuerint, & partibus ipſius Eccleſiæ tollere quæramus. Sed & ipſi Presb. & Clerici licentiam habeant omnem Monachicum, & Canonicum ordinem in jam dicta Eccleſia Catholico more peragere qualiter voluerint, & juſtum fuerit, & nullam angariam ego, & ſucceſſores mei, vel pars jam dicti Archiepiſcopii illis imponamus, ſed omni tempore ſecuri, & abſque moleſtatione permaneant.*

A *Et ſi quolibet tempore ipſa Eccleſia ceciderit, vel fortè diſturbata fuerit pro ea renovanda, vel reſtauranda, tunc poſtquam renovata, vel reſtaurata fuerit, & ipſe Abbas, & ſucceſſores ejus, & pars jam d. monaſterii, ipſe Vibus & ejus hæredes me, & ſucceſſores meos rogaverint, & ſcire fecerint, ad eam pergamus, ipſam Eccleſiam, & ejus Altaria quot in ea facta fuerint, dedicemus, & ſi (quod abſit) antequam, ut dictum eſt, renovetur, vel reſtauretur, vel poſt ejus renovationem, & reſtaurationem Eccleſia ipſa, vel Altaria ejus, aut ex ipſis contaminata fuerint, ego, & ſucceſſores mei per omnes vices per poſtulationem ſupradicti Leonis Abbatis, & ſucceſſorum ejus, & partium ipſius monaſterii, & ipſius Vibi, & hæredum ejus ad ipſam Eccleſiam pergamus, & contaminatum illud ſicut meruerit reſtauremus. Et propter confirmationem hujus conventionis ſuſcepi ab ipſis Leone Abbate, & Vibo Vicecomite ipſas quinque libras argenti pro ipſis ædificiis reſtaurandis in omni deliberatione. Et per convenientiam ego jam dictus Alfanus gratia Dei* B *Archiepiſcopus obligo me, & ſucceſſores meos, & partes præfati Archiepiſcopii, ſi ſicut ſuperius ſcriptum eſt, non adimpleverimus, & ſupradicta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere præſumpſerimus, componere ipſi Leoni Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, & partibus ipſius monaſterii, & ipſi Vibo, & illius hæredibus ſexcentos auri ſolidos Conſtantinopolitanos, & taliter me jubente Grimoaldus Notarius, qui interfuit, ſcripſit.*

† *Ego Alfanus qui ſupra gratia Dei Archiepiſc.*
† *Ego Alfanus Diaconus.*
† *Ego Joannes Presbyter, & Card.*
† *Ego qui ſupra Sico Comes, & Judex.*
† *Ego Ademarius Notarius me ſubſcripſi.*
† *Ego Joannes Notarius me ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus ſubſcripſi.*

Alphano Archipræſule, ut tradunt, Robertus Dux Apuliæ, rebus in Sicilia proſperè geſtis elatus, exercitum Salernum adduxit, idque Richardo fratre Capuæ Principe auxilio advocato, acriter oppugnare C cœpit. Qua re cognita, Gregorius VII. Deſiderium Abbatem Caſſinenſem ad rem inter Giſulfum Salerni Principem, & Robertum componendam miſit. Quæ intempeſtiva Giſulphi pertinacia convenire non potuit. Robertus autem cum maxima militum manu ad muros acceſſit, parteque eorum vi machinarum diſiecta, aditum ſibi in urbem aperuit, atque idibus Decembris forte repugnante Principe, in ditionem adduxit, eamque urbem deinde mirificè variis ædificiis nobilitavit, ſuo ære ædificandum curavit miræ pulchritudinis, ac magnitudinis templum beatiſſimo Apoſtolo, & Evangeliſtæ Matthæo anno 1075. primo anno poſtquam cepit Salernum. Poſt adventum verò Michaelis, Conſtantini Imperatoris filii anno 1080. in civitatem Salerni ad Robertum Guiſcardum inviſendum, Gregorius Pontifex Robertum ipſum abſolvit, & Alphano gratulatus eſt; quod oſſa Matthæi Apoſtoli, quæ ignorabantur, inveniſſet, & in novum templum recondidiſſet, monuitque, ut D hortaretur Robertum Ducem, & conjugem ad ea ſumma reverentia amplectenda. Porro translationis hiſtoriam ſcripſit ex veteri monumento M. Antonius Marſilius Columna Archiepiſcopus in vita, & rebus geſtis Matthæi c.8. quam hic recitare libet.

(*Pervolaverat interea* (inquit) *fama inventi per miraculum Apoſtolici corporis, & ad Giſulphum Salerni Principem, ex certo nuncio pervenerat; quamobrem ſumma lætitia affectus generoſus heros, ut qui acceperat ſancti Corporis revelationem ob Salernitanorum ſalutem à Deo permiſſam fuiſſe, ſtatim ad Epiſcopum Peſtanum decrevit religioſos deſtinare viros qui tam præclarum theſaurum peterent, ac proinde Joannem cœnobii ſancti Benedicti, in urbe Salernitana Abbatem delegit, alioſque viros graviſſimos, mandatque, ut Præſulem illum adeant, & humaniter petant venerandas reliquias, ad Salerni civitatem, quaſi ad locum ab ipſo Apoſtolo electum devotiſſimè traducendas. Comendatitias inſuper, ac teſtimoniales*

(quæ dicuntur) litteras dat, quibus id ipſum rogat, petitque, ut Abbati, ac cæteris legatis tradere ſacrum Corpus non dedignetur, in Salernitana Metropoli honorificè collocandum; ſcire ſe ab eodem Apoſtolo fuiſſe corpus ipſum Athanaſio revelatum ob eam præcipuè cauſam, ut Salernitanæ civitatis fieret defenſor, atque Patronus, verumtamen recepturum ſe hoc beneficium veluti ſponte ſibi, liberaliterque collatum. Non erat ea tempeſtate unus tantum Regni Neapolitani moderator, & Dominus, ſed Principes aliquot Normanni certarum quique Provinciarum, ceu Reges erant, & Picentinorum præcipuè regionem obtinebat Giſulphus, cujus quidem tum auctoritate, tum juſtis petitionibus obſequendum ratus Peſtanus Epiſcopus, ut primum Abbas, cæterique legati Principis deſiderium expoſuere, conceſſit libentiſſimè theſaurum expetitum; & alacri animo, magniſque adhibitis cæremoniis, ſanctiſſimum illud corpus tradidit ad Giſulphum Principem deferendum. Aptantur eodem die omnia, quæ pro tantæ rei dignitate neceſſaria videbantur, & ſequenti primùm luce Joannes Abbas, & qui cum illo venerant, ſalutato in primis Epiſcopo, ſacras Reliquias ea, qua decebat religione, pietate, ac pompa ad Salernitanam urbem traducunt. Eaque die ferunt aquas amaras edulcuiſſe. Porrò miracula, quæ multa edidit glorioſiſſimus Apoſtolus, cum apud Peſtanum Antiſtitem, tum in itinere ipſo, quo Salernum afferebatur, eo præterire volumus, quod hæc & alia permulta ubique gentium edita paulò poſt narraturi ſumus. Erat tum fortè Bernardus quidam nomine Salernitanæ civitatis Antiſtes, vir ſanè religione, pietateque inſignis, qui pridie quam civitatem ipſam ſacroſanctum corpus ingrederetur, convocatis tum Presbyteris, Clericiſque omnibus; tum verò maximè comprovencialibus Epiſcopis (qui nunc ſuffraganei dicuntur) Giſulphus quoque Princeps civibus omnibus, atque Patritiis invitatis, ſplendidiſſimo apparatu, ad paſſuum multa millia obviam beatiſſimo Corpori proceſſerunt, & ſertis redimiti, ac ramos tenentes manibus, canticis, hymniſque exultantes, exceperunt illud procul ab urbe, ipſum verò propriis humeris geſtante Epiſcopo, in Cathedralem Eccleſiam (quæ tunc Dei Genitrici Mariæ ſtructa erat ſub titulo ſanctę Mariæ Angelorum) ſummis totius populi acclamationibus intulerunt. Ibique illud pretioſiſſimis pannis incluſum honorificentiſſimè maxima cum omnium reverentia, ac veneratione collocarunt. Quamvis autem eo ipſo tempore compertum erat venerabile Corpus, ut vetuſtiſſima Eccleſiæ noſtræ monumenta teſtantur: haud tamen conſtat ad Summos Pont. rei novitatem fuiſſe delatam, priuſquam Alphanus Eccleſiæ Salernitanæ præeſſet: ipſe enim primus, vel quod ſua tempora id expeterent, vel quod ſancti Apoſtoli miracula percrebreſcerent, de tanti theſauri inventione certiorem fecit Gregorium VII. Summum Opt. Pont. à quo & epiſtolam in hæc verba recepit, ut ex 8. lib. regiſtrorum Gregorii ipſius, ad manus noſtras pervenit, videlicet.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Fratri, & Coepiſcopo Salernit. Alfano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Divinæ pietatis reſpectui gratias ingentes referimus, cujus dignatio theſaurum magnum, totique mundo profuturum, noſtris temporibus miſericorditer revelavit, non immeritò tuæ quoque dilectioni gratulamur, quæ tantæ lætitiæ cælitus revera oſtenſæ participes nos efficere ſolicitè procuravit, credimus ſiquidem, & incunctanter aſſerimus de tanti corporis inventione, non ſolum ipſum B. Matthæum Apoſtolum, verum etiam cæteros coapoſtolos cum ſanctis omnibus, ipſiſque cæleſtibus ſpiritibus, & glorioſa Dei Genitrice Maria mortalibus congaudere, atque ipſorum omnium ſtudia circa humanum genus hoc tempore, quam aliis multò propenſiora, multumque eſſe exuberantiora. Si enim cæteris temporibus Sanctorum nos patrocinia pia non deſerunt, certiſſimè tunc potiſſimum ſperanda ſunt eorum auxilia, cum ſanctiſſima ipſorum corpora, nobis quaſi rediviva divino nutu manifeſtantur; & ſicuti per corporei aſpectus
A intuitum, tanquam fides cernitur, ſpes jam tenetur, ita eorum beneficia tunc erga devotos renovari, uberiuſque redundare credendum eſt: unde etiam ſancta univerſalis Eccleſia dudum magnis turbinibus, variiſque tempeſtatum procellis impulſa, clamorem ſuum à Domino exauditum non dubitet, ſed ad quieti littoris ſecuritatem alacres oculos è vicino intendens, B. Matthæi Apoſtoli pręſidium juxta contempletur: quoniam jam nunc non dubiè agit in portu, cui ſuam pręſentiam oſtendit gubernator antiquus. Quapropter de tanti theſauri revelatione tua fraternitas exultet in Domino, beatiſſimas Reliquias, debitæ venerationis obſequiis dignis amplectens glorioſum Ducem R. ipſiuſque nobiliſſimam conjugem hortetur, & moneat, quatenus tam inſigni Patrono, qui ſe eis demonſtrare dignatus eſt, reverentiam & honorem decenter adhibentes, ipſius gratiam & auxilium ſibi, ſuiſque promereri, niſibus ſummæ devotionis contendant. Datum Romæ 14. Kalend. Octob.

Ut mirum propterea non ſit, ſi hæc ſanctiſſ. Apoſto-
B li translatio, ad Gregorii VII. tempora per Eccleſiam referatur. Regnante igitur Roberto Guiſcardo, ac ſedente Gregorio VII. Summo Pontifice triginta circiter anni ab inventione tranſierant, magnificentiſſimum templum Divo Apoſtolo conſtruitur ęre ipſius Roberti peculiari, in quo per novam veluti translationem ſacræ Reliquiæ demum repoſitæ ſunt, & hodie quoque religioſiſſimè aſſervantur, & ſingulis quibuſque annis prid. non. Maii feſtum ipſius divinæ translationis ſolemniter celebratur, quo Clerus univerſus, Abbates, & comprovinciales Epiſcopi omnes convenire, ac primis veſperis, nec non Miſſæ ſolemni, Pontificalibus induti, intereſſe, certa propoſita pœna tenentur. Quod & ſine intermiſſione hactenus diligentiſſimè ſervatum eſt, & aſſiduè ſervatur. Proſequitur deinde cap. 9. idem Marſilius de miraculis editis poſt tranſlationem, & de brachio S. Apoſtoli conceſſo Beneventanis. Fama (inquit) interim tranſlati Salernum corporis, longè, lateque diffuſa erat, tum hominum omnium communi voce, tum vero maxime miraculis
C multis editis. Quamobrem cum id accepiſſet Landulphus Beneventanorum Princeps, optimates, & proceres omnes convocat Beneventanæ ditionis, cum quibus init conſilium de oratoribus ad Bernardum Salernitanum Antiſtitem, Giſulphumque Principem mittendis, ut partem aliquam glorioſi corporis impetrarent pro tutela, & ſalute civitatis Beneventanæ. Venerunt omnes in Principis eorum ſententiam, & laudantes pium ipſius conſilium, eligunt demum viros illuſtres, ut Salernum, quantocitius proficiſcantur, regiis onuſti muneribus, humaniterque petant aliquid ex glorioſo corpore: ut tantus ille theſaurus Beneventanis etiam aliqua ſaltem ex parte communicaretur, cum quibus eſſet aliqua Salernitanis ipſis veluti cognatio communis: erant quippe utriuſque Populi Principes inter ſe cognati. Proficiſcuntur legati, & ut primum pervenere Salernum, humaniſſime tam à Principe, quam à Præſule ſunt excepti, neque ſane difficile eis fuit quæcunque optabant obtinere. Princeps enim, atque Antiſtes, uti erant ſumma pietate, & huma-
D nitate præditi, ſacri corporis dextrum brachium ſumma reverentia abſcindunt, legatis benigne concedunt, ad Landulphum, Beneventanoſque cives deferendum. Accepere illi ingenti lætitia munus egregium, ideoq; exultantes revertuntur in patriam; pręnūciaverunt tamen Principi, ſe voti compotes ad eum redire: quamobrem Landulphus, cives omnes, Antiſtes itidem Clerum univerſum convocat; in dictis feriis, & rogationibus ſacris, maxima tum pietate, tum lætitia, obviam ſacro brachio progrediuntur, quod mira reverentia, ingentibuſque populi acclamationibus excepere; & illud geſtante Præſule in Eccleſiam urbis primariam inferunt, ibique honorificentiſſime collocant, & religioſiſſime cuſtodiendum reponunt. Interea Landulphus quidam (cui Græco cognomen erat) quod in caput Principis conſpiraſſet, in carcerem conjectus; dum exultantem populum audit ex vinculis, lætitiæ cauſam à cæteris captivis exquirit; quorum unus, qui gaudii cauſam, & Apoſtolici

cor-

*corporis omnem hiſtoriam probè noverat; explicat Græco totum ad unguem, concluditque ob eam cauſam exultare tunc populum illum, quod à Salernitanorum Antiſtite, Principeque Giſulpho brachium beatiſſimi Apoſtoli ſunt conſequuti. Tum Græcus exclamans, ſi verè tuum eſt, ait, Matthæo Apoſtole, & Evangeliſta, brachium quod defertur, fer mihi opem precor, ut à vinculis iis liberatus, tuoque beneficio factus incolumis, ſempiternis te laudibus efferam. Nec dum hæc lacrimabundus verba finierat, cum de improviſo (videntibus quotquot aderant concaptivis, quorum magnus erat numerus) catenæ, compedes, ac vincula omnia ſuaptè ſponte confracta ſunt, maxima cum omnium admiratione. Id ubi Landulphus Princeps accepit, mandat confeſtim apparitoribus, atque commentarienſibus, ut Græcum illum, tametſi capitale judicio ob capitale crimen plectendus erat, priſtinę reſtituant libertati; quem & ipſe deinceps in priſtinam gratiam recepit. Quod miraculum cum alia multa itidem ſequerentur, ingens factus eſt ad reliquias illas hominum concurſus, & propèdiem aucta eſt per univerſum Regnum ſanctiſſimi Apoſtoli veneratio, quę mox Europæ fines glorioſè tranſivit. Procedente autem tempore factum fuit ut membrum ſuo corpori redderetur, & in ipſa Salernitana Eccleſia totus Apoſtolus iterum divina permiſſione conſiſteret uſque ad noſtra tempora, quibus etiam, pro ſua bonitate non deſiſtit nova ſemper exhibere miracula; quorum nos aliquot proferemus in medium, quæ per longas temporum vices contigiſſe noſcuntur.*) Hactenus ille.

At Robertus Dux templi conditor, poſt multos triumphos, & partas victorias mortuus eſt in Coropoli Inſula Græciæ, ætatis anno 72. Chriſti verò 1079 Alphani Pręſulatus 23. Corpus ejus Venuſiam relatum in majori Eccleſia tumulo honorificentiſſimo conditum, cui in Principatu ſucceſsit Rogerius filius. Anno ſequenti 1080. Robertus Dux Alphano Archiepiſcopo plura reddidit bona, quę ab Eccleſia Salernitana occupata fuerunt, ut in documento ſequenti.

*In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis Robertus divina favente clementia Dux.*

*Juſtitiam facimus, & rem publicam tum augemus, cum Eccleſiarum jura illibata ſervantes ea ipſis divinæ miſericordiæ intuitu confirmamus. Eapròpter notum eſſe volumus in perpetuum univerſis, quod nos ſcientes, & per legitima documenta nobis oſtenſa agnoſcentes, caſtrum Olibani, caſale Liciniani, Eccleſiam S. Angeli de monte Auro, caſale Cuſentinorum, Eccleſiam S. Georgii, prope ipſum caſale exiſtentem, caſale Salfanici, caſale S. Victorii, caſale de Scalcinatii cum omnibus hominibus, & præſertim eorundem tenimenta Doleave, & Preſſani, Poſtum, & Lintum com paſſagio ſoo, & cannitas in fluvio Silaris, tenimenta de Pecta, de Faſanara, lacum majorem, cryptas maris de Tuſciano, Caſtellucium de Battipalla, nec non & ſylvas de Laurito, Maleurſiunde, Calezani, & de Lama, atque terras alias laboratas, & incultas in Tuſciano, & in Foria civitatis noſtrę Salerni exiſtentes ad Eccleſiam s. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ de prædicta civitate noſtra Salerni, in qua Dopnus Alfanos vener. Archiepiſcopus præeſt jolo titulo, & vero dominio pertinent, & ſunt omnia & alia plura ſtabilia ipſam Eccleſiam, ac prædictum D. Archiepiſcopum juſtè tenere, & pacificè poſſidere divino intuitu, & jubente D. Sicalgaita conjuge noſtra, prædicta omnia, & ſingula & alia contra quæ ipſa Eccleſia rationabiliter tenet, & quietè poſſidet, atque Decimas de omnibus redditibus noſtris civitatis noſtræ Salerni, & terræ Eboli d. Eccleſiæ S. Matthæi, & præfato D. Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis concedimus, & in perpetuum confirmamus. Quod ſi quis temerario auſu hujus noſtræ conceſſionis, et confirmationis in parte aliqua violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi lib. 50. medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem parti ipſius Eccleſiæ S. Matthæi. Textum hujus noſtræ conceſſionis, et confirmationis per manus Joannis Notarii noſtri ſcribere præcepimus, et typario noſtro plumbeo roborari anno Domi-*

A *nicæ Incar. 1080. menſ. Octob. Ind. 4. Ducatus autem noſtri anno 20. Cum autem ipſum privilegium oſtenſum, ac lectum fuit, quia intererat eidem D. Archiepiſcopo, & prædictæ ſuæ Eccleſiæ ipſum publicatum, ſeu inſinuatum habere, idcirco idem D. Archiepiſcopus meum officium implorando me deprecatus eſt, quatenus ipſum privilegium publicandum, ſeu inſinuandum admitterem; cujus ego precibus annuens, quia eas vidi conſent. rationi, ipſum privilegium publicandum, ſeu inſinuandum admiſi totum per ordinem de verbo ad verbum nullo in eo addito, vel mutato per manus prædicti Philippi publici Salerni Not. in hanc ſcripturam publicam tranſumendo, quod ego prædictus Philippus publicus Salerni Notarius rogatus interfui in hanc ſcripturam publicam redigendo ſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignavi, quod autem ſuperius deſturpatum eſt legitur dilectæ conjugis. Locus ſigni.*

*Ego qui ſupra Matthæus Judex.*

*Ego prædictus Matthæus do Silicibus teſtis ſum.*

*Ego prædictus Notarius Jacobus teſtis ſum.*

B *Ego prædictus Notarius Joannes Scaut. teſtis ſum.*

Præſule Alphano inſigne miraculum in monaſterio ſancti Benedicti apud Salernum anno 1078. contigiſſe narrat Chron. Caſin. lib. 3. *Tunc temporis*, inquit, *in monaſterio B. Patris noſtri Benedicti, quod intra Salernitanæ urbis mœnia conſtructum eſt, & huic Caſinenſi cœnobio ab ipſo conſtructionis ſuæ exordio ſubditum ſatis inſigne miraculum contigit. Ex ipſius namq; monaſterii familia, vorax hominum lupus parvulum puerulum clandeſtinus impetiit, rapuit, & abiit, poſt quem transfixa dolore mater, inclamans ait: Adjuro te beſtia per beatum Benedictum, cujus ſervus eſt, ne filium meum ulterius feras, ſed eum ſub omni celeritate dimittas: quo lupus audito hunc quidem, quem ferebat, aperto protinus ore depoſuit: alium verò puerum repentinus inſiluit, eumque ſubito diſſecans, truncum cadaveris ſprevit, præciſumque caput mordicus confixum, in ſuas latebras concitus aſportavit.* His ferè temporibus aliud miraculum memorat Petrus Damianus lib. 4. epiſt. ad Epiſcopos, quod apud Sa-

C lernum fortaſse contigit, *quod cuidam ſuo Presbytero venerabilis Alphanus Salernitanus Archiepiſcopus nuper eveniſſe perhibuit: qui nimirum Presbyter ad cumulandos pecuniæ quæſtus non mediocriter à viduis, & fœnorum captabat uſuras, & de cætero carnali converſatione vivebat. Hic aliquando dum Miſſarum celebraret officium, inter ipſam Dominici corporis fractionem repertæ tres favillæ ignis ex ipſo cęleſti ſacramento prodeuntes emicuerunt, & in pectus ſacrificantis terribiliter impegerunt, quod nimirum quid eſſe potuerit, ſubtiliter inquirentis prudentia judicabit.* Hoc tempore celebris erat Eccleſia S. Michaelis Archangeli apud Salernum, cujus mentio in quodam inſtrumento Monialium ſancti Georgii. *Anno*, inquit, 1079 *temporibus Dom. Roberti glorioſi Ducis ego Lando quondam Joannis. . . habet caſus humanæ fragilitatis ægrotavi, & in lectulo jaceo, &c. & pro anima mea judico de rebus meis in Eccleſia ſancti Michaelis Archangeli, quæ conſtructa eſt in juriſdictione loci, ubi paduiecta dicitur, & eſt ipſa rebus, &c. ad*

D *faciendam pars prædictæ Eccleſiæ, & ejus rectores quicquid voluerint ſine omni contradictione, &c.* Ceterùm Alphanus tres partes apſidis templi ſancti Matthæi opere elegantiſſimo, muſivo dicto, ornavit, in eoque Gregorium VII. Pont. Max. quem exulem hoſpitio ſuſceperat, ac defunctum ſolemnni pompa tumulo elegantiſſimo (opus ſplendidiſs. Roberti Ducis) clauſit anno 1085. Hunc ſanctiſſimum Pontificem elegiſſe ſibi, dum Salerni degeret, ad altaris miniſterium vigintiquatuor Canonicos, quos & Presbyteros Cardinales nuncupaſſe, quatuorque Diaconos, quos ſimiliter Diaconos Cardinales vocaſſe tradunt Salernitani ſcriptores. Quibus per ſucceſſores Pontifices fuit in poſterum conceſſa facultas geſtandi mitras ſericas, quas vocant de damaſco. Talibus porrò nominibus, & mitris uſque in hodiernum diem utuntur. Alphanus verò innumeris mirabilis in Deum obſequiis, animarum ſalute, religionis augmento, Eccleſiæque ſuæ

decoramento, vigeſimo nono ſacerdotii ſui anno, ſalutis verò 1085. 7. Id. Octobr. plenus dierum, atque virtutum migravit ad Dominum, ac propè tumulum Gregorii VII. ſanctiſſimi Pontificis paulò ante ad cœlom evocati, terræ mandatus eſt, & inter Sanctos ſertur relatus. Plura edidiſse Alphanum ſui ingenii monumenta teſtatum reliqoit Petrus Diaconus Caſinas lib. de viris Illuſt. ejoſdem cœnobii, quem nuper publici Juris ſecit eruditus amicus noſter Jo. Baptiſta Mari Canonicus ſancti Angeli in foro Piſcario, ac notis illuſtravit. *Alphanus*, ait Petrus, *Salernitaaus Archiepiſcopus, & Caſinenſis cœnobii monachus vir in ſcriptueis ſanctis eruditus, & notitia Eccleſiaſticorum dogmatum ad plenum inſtructus, compoſuit nudo & lucidiſſimo ſermone paſſionem S. Chriſtinæ, Hymnos præterea de eadem virgine duos, de S. Benedicto verſus ad Pandulphum Marſorum Epiſcopum. Cantus S. Sabinę. Verſus S. Chriſtinæ. S. Petri Apoſtoli. In laudem Monachorum Caſinenſium. De ſita, & conſtructione, ac eenovatione ejuſdem cœnobii. Meteum ſupphicum beadecaſyllabum de S. Mauco, item ejuſdem hymnos, de S. Matthæo hymnos tees, de S. Fortunato duos, de S. Nicolao ad Actonem Epiſcopum Theatinum, ad Giſulphum Principem Saleznitanum, ad Gutllelmum ejuſdem loci geammaticum, ad Guidonem fratrem Principis Salernitani, ad Goffridum Averſanum Epiſcopum, ad Hildcbrandum Archidiaconum Romanum, ad Romualdum cauſidicum Salernitanum, ad Rofridum Monachum Caſinenſem; metrum heroicum in honorem SS. Duodecim Featrum. Confeſſionem meteicam ejus. Verſus de Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ in Caſina. Epitaphia quamplarima virorum inſignium, & alia, quæ ad noſtram aotitiam non vtuerant. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum. Sepultus verò eſt apud Salernum.* Hęc Petrus. Porrò hæc quæ notavit Petrus demptis verſibus, quos cecinit io laudem Romoaldi Cauſidici, & Sigiſmundi Caſinenſis edita ſunt ad calcem to. a 2. noſtræ Italiæ ſacræ. Pręter hæc, alia ſcripſiſse Alphaoum opuſcula narrat idem Marus in Annotationibus ad eundem. *De unione verbi Dei, & hominis librum unum, de unione corporis, & animę, lib. unum, de quatuor humoribus corporis, & animæ, lib. onum: extabant prædicta opoſcula in Caſin. Bibliotheca mm. ſſ. pluteo 8. ad ſiniſtram. Paſſio ſanctorum Maetyrum duodecim Fratrum Beneventanorum, ad fratrem Rofridum Caſin. Monacham, habetur apud Lippomanum to. 4. & Surium to. 7. ſub die prima Septembris.* Plura alia opuſcula, & verſus Alphani ad fidem m. ſ. codicis, correctu, omnibuſque oumeris abſoluta dabit idem Joan. Baptiſta Mari. Quæ autem in fine de Alphano hoc laudatiſſimo Archiepiſcopo Poematum auctore libuit adnotare, ne quis fallatur ex adnotatione Antonii Caracciolii in Indice ad Alphanum ſecundum, qui immediatè primò ſucceſſit, falſo ab ipſo adſcribi poemata, quæ extant in Bibliotheca Caſin. quorum meminit Baron. to. 12. cum ex ea, qoæ Petrus Alphani Synchronus, ac Chron. Caſin. ſcripſere facilè colligi poteſt Alphanum primum poemata dictaſse. Libet etiam hic exſcribere oblatiooem Joannis cujuſdam fabriferrarii Salernitani, quam fecit Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ coram Sicone Comite, ac Judice eodem anno, ac menſe Octobri, quibus Alphanus defunctus eſt, ubi & Alphanus ejus ſucceſsor tunc Presbyter Cuſtos S. Maximi adſuit cum aliis pluribus Salernitanis Presbyteris, Eccleſiarumque Cuſtodibus; ſic eoim ſe habet ab exemplari.

a Nos ea rejecimus in X. tom.

*In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno ab Incarnatione ejoſdem 1085. temporibus Domini noſtri Rogerii glorioſiſſimi Ducis, menſ. Octobris 9. Indict.*

*Ante me Siconem Comitem, & Judicem venit Joannes Presbyter Coſtos Eccleſiæ S. Sophiæ, quæ condita eſt intra hanc Salernitanam civitatem, & com eo venerunt teſtes, hi ſunt Alphanus Presbyter Cuſtos Eccleſiæ S. Maximi, & Petrus Presbyter Cuſtos Eccleſiæ S. Marci prope portam Rotenſem conſtructam, & Manſo Clericus, & Primicerius ejuſdem Eccleſiæ S. Marci, & Petrus Presbyter Cuſtos Eccleſiæ S. Gramatii, & Maurus Presbyter ipſius Eccleſiæ S. Sophiæ, & ipſi teſtes teſtificati ſunt, & coram illis ſex pluribus aliis Joannes faber ferrarius filius q. Radeciſii, & Iſa uxor ejus filia q. Maraldi, bona illorum voluntate pro ſalute animarum ſuarum obtuliſſent in ipſa Eccleſia S. Sophiæ, cui D. Muſcanus vener. Abbas præeſt, omnes ees illorum, quas eis quomodocunque pertinuit, & pertin. foris hanc civitatem in locis Saraniano, & Pelliciano, & per fin. & vocabula, & pertin. ipſorum locorum cum omnibus, quę inten. eu ſunt, cunctiſque ſuis pertin. & cum vice de viis ſuis, & cum muniminibus ex eis contin. ea ratione, ut ſempee ſint in poteſtate Cuſtodum ipſius Eccleſię S. Sophię, & licentiam habeant pars, & Rectores ejuſdem Eccleſię de eis facere, quod voluerint, & ipſius, & uxoris, & illorum hæredum ſemper integeas dictas ees, qualiter prædictum eſt parti ipſius Eccleſiæ defendere ab omnibus hominibus, & quando pars ejuſdem Eccleſiæ voluiſſet, poteſtatem haberet illud per ſe defendere, qoalitee voluiſſet cum omnibus muniminibus, & rationibus, quas de eo oſtendiſſet tantum dum ipſi vir, & uxor vixiſſent, jam dictam rem ſuæ poteſt. tenerent uſufruendi nomine, & de uſufructu ejus, quod vellent facerent, & ſi ipſe Joannes vivente ipſa oxore ſua obiiſſet à præſente medies. ex ipſo uſufructu perveniret in poteſtate partium, & Cuſtodum præd. Eccleſiæ S. Sophiæ facien. ex ea, quod vellent, altera verò medietas ex ipſo uſufructu eſſet in poteſtate dictæ Iſæ dum vixiſſet, & ſi ipſa ante virum ſuum obiiſſet, tunc quarta pars ex ipſo oſufructu perveniret in poteſtate partium, & Rectorum ipſius Eccleſiæ S. Sophiæ ad facien. ex eo quod vellent, reliquas vero tres partes ex ipſo uſufructu ſit in poteſtate d. Joannis, poſt verò amborū ipſorum, & Iſę obitum, totum ipſum uſufructum redeat ad ſuam proprietatem, & per conv. ipſe vir, & uxor guadiam ipſi Joanni cuſtodi pro parte ipſius Eccl. S. Sophiæ dediſſent, & fidejuſſiones et pro eiſdem Eccl. par. poſuiſſent ſemetipſos, & per ipſam guadiam ipſe vir, & uxor obtulerunt ſe, & ſuos hæredes, ſi ſicut dictum eſt, non adimpleviſſent componere par. & Cuſtodi ipſius Eccleſiæ S. Sophiæ 30. aur. ſolidos conſtanti. Et ſi ſicut dictum eſt adimplere, & ipſa Iſa dixerunt dictu feciſſe cum voluntate dicti viri ſui, cum autem ipſos teſtes, ut dictum eſt certificantes audivi, interrogavi eos, ſi illorum teſtimonium legaliter firmare poſſent, illi autem hoc audito dixerunt, & ſpoponderunt, ſe hoc quod teſtificati ſunt ſecundum legem firmare, cum neceſſe fuerit, atque teſtificaei, quod ſuperius intee virgulas ſceiptum eſt, legitur vir, & uxor, eo taliter tibi Joanni Notario, qui interfuiſti, & eo quod dicti vir, & uxor peregerunt teſte te eſſe promiſiſti ſcribere præcepi.*

† *Ego qui ſupra Judex.*

Sub idem tempus Gauferius Salernitanus Monachus Caſinas, vir ſapientiſſimus, ac facundiſſimus maxima cum pietate vixit, pluraque ſui ingenii monumenta reliquit, quæ referuntur à Petro Diacono in lib. de vir. Illuſtr. Caſin. de quo etiam Chron. Caſin. lib. 3.

10 ALPHANVS II. in locum alterius Alphani ex Presbytero Cuſtode Eccleſiæ ſancti Maximi Archiepiſcopalem Sedem Salernitanam obtinuit an. 1085. (1) quo beatus Leo II. Cavenſis monaſterii Abbas, & Lucius Vicecomes cœnobium inſtituerunt ſancti Nicolai ſubtus aquam, quæ dicitur *de la Palma*, ac Monachis ſuis ex Cavenſi evocatis adminiſtrandum commiſerunt, Alphano Archiepiſcopo approbante. Bona Eccleſiæ Salernitanæ a Roberto Duce olim uſurpata vindicavit protegente Vrbano II. quem Salerni hoſpitio exceperat anno 1093. a quo deinde aono 1098. litteras accepit, qoibus revocata fueruut privilegia ab ipſo conceſſa monaſterio S. Trinitatis de Cava, & reſtituta jura Sa- XLIV

(1) Anno 1085. ſcribitur hic S. Leonem Cavenſis Monaſterii ſecundum Abbatem una cum Lucio Vicecomite fundaſſe monaſterium S. Nicolai ſubtus aquam, ſeu de la Palma, & monachis ſuis dediſſe excolendum. Sed error irrepſit in anno: ex Catalogo quippe Abbatum Cavenſium deceſſit Leo an. 1079. Contigiſſe igitur id oportuit priori Alphani tempore. Lucentius.

Salernitanæ Eccleſiæ, juxta Pontificum anteceſſorum diplomata. Litterarum exemplar (1) exſcripſimus à copiali ex authographo olim à Card. Sanctæ Severinæ conſcripta, quod extat inter innumera monumenta digniſſimi Cardinalis apud Joſephum Coſtam amicum noſtrum, ejuſdem hæredem.

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*A. S. Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Quia monaſterio S. Trinitatis, quod in veſtra Parochia ſitum eſt, precibus P. Abbatis ejuſdem monaſt. pro charitate Fratrum in eo religioſè viventium libertatem conceſſimus, & illud ſub tuitione, & ſubjectione ſolius S. R. E. recepimus, & ipſi Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus conceſſimus, ut Abbatis benedictionem à Romana tantum Eccleſia reciperent, & Eccleſiarum, & altarium, & Clericorum conſecrationes à Salernitano Archiepiſcopo acciperent, ſi Catholicus eſſet, & noſtram, ſucceſſorumque noſtrorum gratiam haberet, alioquin præfato Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus liceret à quocunque vellent Epiſcopo prædicta recipere. Modo veſtræ Eccleſiæ privilegia videntes, quæ prius ignorabamus, in veritate comperimus, quod anteceſſores noſtri Eccleſiæ *veſtræ conceſſerint omnes Eccleſias, & omnia monaſteria tam conſtructa, quam conſtruenda, ſive infra civitatem, ſive extra ut eidem ſubjectæ Eccleſiæ veſtræ, & integrum jus in ipſis, & in Clericis earum haberet, ſicut Canones SS. Patrum præcipiunt. Advertimus tandem nobis perſuaſum fuiſſe contra Canones ſanctorum Patrum, & contra auctoritatem anteceſſorum noſtrorum de omnibus ſuprascriptis quæ præfato Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus conceſſeramus. Ideoque ſuprascripta omnia per ſubreptionem nobis ſuggeſta advertimus, & advertentes irrita . . deinceps fore decernimus, & Eccleſiæ veſtræ ac vobis, veſtriſque ſucceſſoribus de prædicto monaſterio, & de aliis monaſteriis, & de omnibus Eccleſiis, vel Clericis eorum ſecundum Canones ſanctorum Patrum, & ſecundum privilegia anteceſſorum noſtrorum veſtræ Eccleſiæ facta canonicum jus reddimus in integrum, præterea ſi prædictum monaſterium, vel alia monaſteria aliquas Eccleſias habuerunt in Parochia veſtra ante decreta venerabilis mem. Gregorii VII. Papæ anteceſſoris noſtri, illas habeant. Quod ſi prædictum monaſterium, & reliqua monaſteria aliquas Eccleſias poſt decreta præfati Papæ in veſtra Parochia, ſive veſtra conceſſione, vel prædeceſſorum, & ſucceſſ. veſtrorum quomodolibet acquiſierunt, vel acquiſierint, Eccleſiæ veſtræ illas reddimus, & ſtabilimus. Tantum ſi prædicto monaſterio, aut reliquis monaſteriis quamlibet injuſtitiam aliquis fecerit, & præterea ad auxilium Romanę Eccleſiæ confugerint à tuitione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum illa non repellimus. Datum Romæ anno Dominicæ Incarnationis 1098. menſ. Maji, Ind. 7.*

Anno 1099. Alphanus aliam accepit epiſtolam, qua collatum illi Eccleſiæ privilegium continetur, ut Primatum ſuper Conſanam, & Acheruntinam Archiepiſcopales Sedes, earumque ſuffraganeos gereret. Epiſtolæ partem refert Baronius ad hunc annum; nos integram damus ab exemplari exſcriptam ab Archiepiſcopo Marſilio in ſynodo ſua relatam.

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto fratri Alfano Salernitano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum.*

*Singulare ſemper Sedis Apoſtolicæ privilegium claruit ſubjectas ſibi per orbem terrarum Eccleſias, & auctoritate diſponere, & benignitate clementiùs confovere: quibus autem ſupernæ majeſtatis dignatio gratiæ ſuæ pleniorem conſulit largitatem, ipſa etiam conſuevit excellentiorem contribuere dignitatem. Unde non immeritò æſtimamus Salernitanam amplioribus noſtræ benignitatis muneribus honorandam, quam omnipotens Dominus eximiæ ſuæ donationis prærogativa per miſericordiam gratuitam ſublimavit. Ex noviſſimis namque terrarum finibus B. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ corpus ad hanc deferri, apud hanc haberi clementiſſima ſuæ diſpoſitionis dignatione permiſit; cujus ſcilicet Apoſtoli quanta ſit in Deo, & Eccleſia gloriæ excellentia collatorum divinitus munerum gratia cumulata demonſtrat. Hic enim primus inter cæteros Evangelii ſeriem ſcribere inſpiratione divina exorſus eſt. Hic in divini ſeminis fructu trium ordinum coronam centeſimam ſingulariter reportavit, ut ſimul Apoſtolus, Evangeliſta, & Martyr exiſteret. Adjecit ad hæc omnipotens Dominus, ut eandem Eccleſiam glorioſorum Martyrum, Fortunati, Caii, & Anthes, triumphis ſimul, & corporibus honoraret. Appoſuit etiam tertii muneris claritatem, ut eam noſtris temporibus Gregorii Apoſtolicæ memoriæ Papæ VII. tam exilio, quàm tumulo illuſtraret; cujus quàm egregia vita, quàm præclara doctrina, quàm miranda conſtantia fuerit, Romana Eccleſia prædicat, Occidens univerſus agnoſcit; Tyrannorum pertinacia tolerata, & conculcata teſtatur. Nec illud tanquam ingrati præterimus, quod inter multimodas Sedis Apoſtolicæ perſecutiones, quas noſtris temporibus pertulit Eccleſia eadem glorioſiſſimorum Ducum Roberti, & filii ejus Rogerii devotione, ac ſtudio filiorum Sedis Apoſtolicæ, nonnunquam etiam noſtri ipſius requies, & portus fuit. Cum igitur per omnipotentis Dei gratiam Sedis Apoſtolicæ, licet indigni, moderamina teneamus, tantis divinæ gratiæ beneficiis, & veſtræ devotionis officiis per ſententiæ Romanæ Eccleſiæ liberalitatem concurrendum, & reſpondendum arbitrati ſumus; ob reverentiam ſiquidem S. & glorioſæ, ſemperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, & B. Apoſtoli, Evangeliſtæ, ac Martyris Matthæi, ob devotionem Reverendiſſimi Patris, ac prędeceſſoris noſtri Gregorii, ob petitionem nihilominus tam tuam quàm cariſſimi filii noſtri Ducis Rogerii, qui ſemper Apoſtolicæ Sedi fideliter obſecutus eſt, veterum etiam Eccleſiæ veſtræ privilegiorum rationibus informati; Tibi deinceps, tuiſque ſucceſſoribus ſuper Conſanam, & Acheruntinam Eccleſias, & earum ſuffraganeos primatum gerere ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate concedimus. Has nimirum Eccleſias, ſive civitates Eccleſiæ veſtræ privilegia continent, tanquam veſtræ Metropoli olim ex Apoſtolicæ Sedis conceſſione ſubjectas. Verum, & ipſæ, qua neſcimus ratione, & pallei dignitatem, & privilegiorum auctoritatem præteritis temporibus à Sede Apoſtolica meruerunt. Verum quia prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta inconvulſa, & intemerata manere cupimus, eis quidem propriæ dignitatis gratiam conſervamus, ut archiepiſcopali honore, ac nomine potiantur. Veſtræ verò Eccleſiæ ſuorum privilegiorum integritatem hoc ordine reſtituimus. Quidquid igitur reverentiæ, quidquid ſubjectionis primatibus perſolvendum ſacrorum Canonum decreta conſtituunt, tibi deinceps, tuiſque ſucceſſoribus legitimis à Conſano, & Acheruntino Archiepiſcopo perſolvatur. Quin etiam ex abundantia gratię plenioris adjicimus, ut etiam præſente Romanæ Legato Eccleſiæ in ſupradictis duabus Metropolitanis urbibus, cum tuo ſemper, aut ſucceſſorum tuorum conſilio Archiepiſcopi eligantur. Cum veſtris etiam litteris, aut nuntii conſecrandi ad Sedem Apoſtolicam dirigantur. Et item ipſi ad ſucceſſorum tuorum electionem nihilominus advocentur. Poſt conſecrationem verò, vel palleum ab Apoſtolica Sede perceptum, tibi, tuiſque ſucceſſoribus tanquam primati obedientiam promittant, & exhibeant. Salva in omnibus ſecundum Canonicas ſanctiones Romanæ auctoritate Eccleſiæ, ipſarum etiam urbium privilegiis robur proprium obtinentibus. Oportet igitur, & vos propenſiorem deinceps Apoſtolicæ Sedi devotionem, & obedientiam exhibere, ejus in omnibus decreta efficacius obſervare, ut quanto per eam altius ſupra cæteros ſublimamini, tanto ei humilius, & cordis affectione, & operis exhibitione ſubjiciamini. Vitam etiam veſtram, & mores ſollicitiori expedit cuſtodia moderari, ut qui aliorum Judices eligimini, voſmetipſos prius ſecundum Apoſtoli ſen-*



(1) De hoc irritante diplomate valde ſuſpicor. Alexander ſiquidem III. exemptionem Cavenſis monaſterii approbat, & confirmat, illudque ſub Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcipit, omniaque ejuſdem privilegia rata habet, veſtigiis inhærens prædeceſſorum Pontificum Gregorii VII. Urbani, Paſchalis, Caliſtis, Innocentii, & Eugenii, ut ſub dat. Beneventi 1168. 30. Jan. ex Margherino tom. 2. Conſt. 18. *Lucentius.*

A *tentiam diſtrictius judicetis. Mandatum Domini ſine macula, & irreprehenſibile conſervare. Ut cum apparuerit Princeps Paſtorum, percipiatis immarceſſibilem gloriæ coronam. Fraternitatem veſtram ſuperna dignatio per tempora multa conſervare dignetur incolumem. Siquis autem hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque in extremo examine, diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Conſervantibus autem hæc pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, & miſericordia conſervetur, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.*

*S. Petrus S. Paulus. Urbanus PP. II.*

*Datum Salerni per manum Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis XIII. Kal. Aug. Indictione VI. a Incarn.* a VII. *Dom. anno MXCVIIII. Pontificatus autem D. Urbani II. Papæ XI.* B

Anno 1100. Paſchalis Papa II. Salernum venit, ab Alphano ſolemni ritu ſuſceptus apud ipſum honorifice hoſpitatus eſt, coram quo pluribuſque Romanæ Curiæ Præſulibus Joannes filius Panduiphi, filii Guaimari Principis obtulit B. Petro Cavenſis Monaſterii Abbati Eccleſias SS. Michaelis Archangeli & Sophiæ ſitas in eadem Saleni urbe accedente Paſchalis aſſenſu, nobilique documento firmavit apud Epiſcopium, tenoris ſequentis ab ipſo Archiepiſcopo Cavenſis tabularii exſcriptum.

*In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti anno ab Incarnatione ejus MC. temporibus D. noſtri Rogerii, glorioſi Ducis, menſe Auguſti 8. Indictionis.*

*Ego Joannes filius bo. mem. Pandulphi, qui fuerat filius D. Guaimarii Principis intra palatium hujus Salernitani Archiepiſcopii, coram præſentia D. Paſchalis Summi Pontificis, & univerſalis Papæ, & D. Otonis Oſtienſis Epiſcopi, & D. Brunonis Segnienſis Epiſcopi, & D. Petri vener. Abbatis Monaſterii S.* C *& individuæ Trinitatis, quod ſitum eſt foris hanc civitatem in loco Mitiliano, clarifico, quoniam ipſi genitori meo, & dominæ Theodoræ genitrici meæ filiæ bo. record. D. Gregorii Conſulis & Ducis Romanorum, pertinuerunt duæ Eccleſiæ intra hanc civitatem conſtructæ; una ad honorem S. Sophiæ, & alia ad honorem B. Michaelis Archangeli. Et ipſa Eccleſia S. Sophiæ olim monaſterium fuit, & ob vetuſtatem in ruinam ituram eſſe. Ipſa genitrix mea divino adjuta auxilio à fundamento eam delere, & in meliorem & ampliorem ſtatum reædificari cœperat abſque Epiſcopali conſecratione, ſicut nunc eſſe dignoſcitur. Et dudum poſt ipſorum genitoris, & genitricis meæ obitum, ambæ ipſæ Eccleſiæ cum omnibus ad eam pertinentibus, & cum aliis rebus mihi in ſortem devenerunt, à Guaimario, & Gregorio fratribus meis, ac filiis ipſorum Pandulphi, & Theodoræ, quod faciendum ex eis, ego & mei hæredes quod voluerint, ſicut continet cartula diviſionis, quamque ex eis ab ipſis fratribus meis firmatam habeo. Et inſpirante me rerum Domino factore, & gubernatore Deo, à quo cuncta bona* D *procedunt, ſicut mihi valde bonum & utiliſſimum complacuit, pro redemptione animarum ipſorum genitoris & genitricis meæ, & Agelrudæ amantiſſimæ conjugis meæ, & pro ſalute mea, & Aczolinæ chariſſimæ uxoris meæ, & filiorum noſtrorum, & animarum noſtrarum remedio, per librum ſacris manibus præfati D. Papæ promiſi, etiam & per hanc cartam ante Sicomem Salernitanum Judicem. & Romualdum Caputaquenſem Judicem, per ejuſdem Papæ licentiam, obtuli in præfato Monaſterio S. Trinitatis, integram ipſam Eccleſiam, quæ adhuc, ut ſuperius legitur, conſacranda eſt cum omnibus terris, & caſis, & rebus ſtabilibus, & mobilibus ipſi Eccleſiæ pertinentibus, tam intra hanc civitatem, quam etiam foris, in quibuſcunque locis. Et cum omnibus, quæ intra eas ſunt, cunctiſque etiam pertinentiis & cum vice de plateis, & curtis & aditis, & viis ſuis, & munimínibus ex eis. Ea ſcilicet* A *ratione, ut integra iſta oblatio ſemper ſit in poteſtate jam dicti D. Abbatis, & partium ipſius monaſterii, eam tamen dominandi, regendi, atque gubernandi, & ex ea rationabiliter faciendi quod voluerint, & per convenientiam, ego prænominatus Joannes alligavi me, & meos hæredes ſemper defendere ipſi D. Abbati, & ſucceſſoribus ejus & parti ipſius monaſterii integrum illud, quod in eodem monaſterio, ut dictum eſt, obtuli, ab omnibus hominibus. Et tribui ipſi D. Abbati licentiam, ut quando ipſe D. Abbas, ejuſque ſucceſſores, & partes ipſius monaſterii voluerint, poteſtatem habeant illud per ſe defendere, & qualiter voluerint. Cum omnibus munimínibus, & rationibus, quas de eo oſtenderint, & ſicut ſuperius ſcriptum eſt. Ego & mei hæredes non adimpleverimus, & ſupradicta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere præſumpſerimus, per convenientiam obligavi me & meos hæredes, complere ipſi D. Abbati, & ſucceſſoribus ejus, & partibus ipſius monaſterii, ducentos* B *auri ſolidos conſtantinopolitanos. Et ſicut ſuperius ſcriptum eſt adimplere. Jam dictam verò Eccleſiam S. Angeli nunc poſſidere videtur, ad meam reſervari poteſtatem faciendi ego, & mei hæredes quod voluerimus. Et taliter ante Primarium Notarium ſcribere rogavi. Memorans illud, quod ſuperius diſturbatum eſt, quæ, Judicem per ejuſdem D. Papæ licentiam legitur.*

*Ego qui ſupraſcio Judex.*

*Ego frater Otho Oſtienſis Epiſcopus huic donationi interfui, & laudavi.*

*Ego Bruno Segninus Epiſcopus interfui, & ſſ.*

*Ego qui ſuperius Rodoaldus Judex.*

Ferunt ſub Alphano æneas portas Salernitanæ Eccleſiæ pulcherrimè conflandas curaſſe Landulphum Butrimile ibidem ſepultum, in quibus ejuſdem & uxoris ſuæ Gitanę cernuntur adhuc effigies, & inſculpta verba.

*Primævæ culpa trahit omnes crimina multa*
*Quæ rogita pro me ſemper Matthæe Magiſtrum* C
*Limina quærentes ſancti vos conſpicientes*
*Hoc opus ò dona. Salvator crimina plura*
*Diſcite Landulpho Butromili Protoſebaſto,*
*Noſcite me natum ſimul hic, & teræ mandatum.*

LANDULPHUS SEBASTON S. MATTHÆUS, GISANA SEBASTON ET UXOR EJUS.

Interfuit deinde Alphanus conſecrationi Gelaſii Papæ II. ut Pandulphus refert, diuque Salernitanam Eccleſiam rexit, obiitque, Falcone Beneventano teſte, anno 1121. die 4. Kal. Septembris.

11 ROMUALDUS [5] hujus nominis primus Bocconia filius male de Guarna ſcribit Muſea, cum revera cujus familiæ fuerit, ignoretur, tamen fuit patria Salernitanus. ex Diacono Cardinali s. Mariæ in Via Lata à Calliſto II. Papa tunc Salerni agente Salernitanus ordinatur Archiepiſcopus in menſe Septembri anno 1121. ut Falco Beneventanus ſcribit in Chronic. Subſcriptum inveni Romualdum Diaconum Cardinalem s. Mariæ in Via lata in privilegio exemptionis Eccleſiæ Averſanæ, dato 8. Kal. Octob. eodem anno 1121. ab hac die ad finem uſque menſis Septembris Romualdus evaſit Archiepiſcopus Salernitanus. Hic a Guillelmo Principe Salernitano omnium bonorum, quæ Eccleſia Salernitana à Roberto, Rogerioque ducibus dono data fuerant, confirmationem accepit, eundemque Guillelmum Salerni defunctum in majori Divi Matthæi templo tumulavit. Autor eſt Romualdus ſecundus Salernitanus Archiepiſcopus in Chron. *Guillelmus*, inquit, *Salernitanæ Eccleſiæ omnia, quæ Robertus Dux avus ejus, & Rogerus Dux Pater ejus donaverat, confirmavit. & Judaicam pro magna parte adjunxit. Caſtrum Olibanum reddidit & totam paſtinam moriens Eccleſiæ reliquit. Mortuus eſt autem apud Salernum morte communi, major triginta annis, anno Ducatus ſui octavodecimo, anno ab Incarn. Dom. 1126. menſe Julio in feſto beati Nazarii indictione 5. ſepultuſq; eſt apud Salernum in*

XLV.

[5] De eo Ciaconius Oldoini t. 1 col. ...

*tumu-*

*tumulo patris ſui in Eccleſia beati Matthæi Apoſtoli, quam Robertus Dux avus ejus à fundamentis ædificavit.* Falco Beneventanus in Chron. vult Guillelmum obiiſse anno 1127. *Hoc ann. Dux prænominatus Guillelmus ſeptimo Kal. Auguſti mortuus eſt. Continuo uxor ejus, crines ſuos, quos pulchros & ſuaves nutrierat, coram omnibus, qui aderant totondit, & lachrymis inceſſantibus, vocibuſque ad aſtra levatis, ſuper Ducis defuncti pectus projecit. Nec mora totius Civitatis Salernitanæ partes obitus Ducis fama perculſit; & ſic catervatim curſu præcipiti populus omnis ad palatium properavit, cupiens Ducis illius defuncti cadaver aſpicere, & eo viſo humilitatis ejus, & pietatis reminiſcentes, crinibus, geniſque evulſis, Patrem eorum, & Dominum mirabiliter invocabant. Confeſtim Archiepiſcopus Civitatis, Clero accito ad deferendum corpus adivit, & eo in feretro glorioſè impoſito, quatuor ejus equos, ante feretrum uſque ad Epiſcopium S. Matthæi duxerunt, ſimiliter quatuor aurea vexilla coram eo impoſuerunt. Lector, itaque ſi adeſſes, utriuſque ſexus populum deflentem aſpiceres, & miratus affirmares Ducem aliquem, vel Imperatorem tali ſub mæſtitia nunquam ſepultum fuiſſe. Exequiis igitur ex more celebratis, in tumba pretioſè parata Ducem illum ſepelierunt.* Proſequitur Falco de adventu Rogerii Comitis Siciliæ Salernum, eaque in Civitate, ſatagente Romualdo Archiepiſcopo, civibuſque annuentibus poſt aliquot dies ſuſceptus, Princeps Salerni authoratus eſt. Factum etiam indicat Chr. Romualdi. *Comes verò Rogerius audita morte Guillelmi Ducis, qui eum hær. inſtituerat, ſtatim cum galeis Salernū venit, & à Salernitanis Civibus honorificè receptus eſt. Quibus tenimenta, & poſſeſſiones, & antiquas conſuetudines confirmavit, & eos in ſuo recepit dominio. Turrim tamen majorem in eorum poteſtate reliquit.* Idem de eodem Rogerio loquens ait; *Qui in eadem Civitate (Salerni) ab Alphano Caputaquenſi Epiſcopo eſt unctus in Principem, dehinc Regium veniens, ibidem in Ducem Apuliæ eſt promotus, & ſic in Siciliam rediit. Anno 1127. Indictione 6. menſe Septembri.* Rogerius deinde totam Apuliam occupavit, nec conſecutus Ducis titulū Regium propria autoritate uſurpavit. Panormi ſe in Regem coronari fecit Idibus Maii 1129. cui noſtrum Romualdum Archiepiſcopum cum pluribus aliis Præſulibus interſuiſse ſcribit Rocchus Pyrrhus in deſcriptione Eccleſiarum Sicilienſium ex quodam Maraidi Chronic. ſuſpectæ tamen fidei.

*Vita functo Honorio Pontifice, in Paſtorem univerſalem fuit adlectus Gregorius Diaconus Cardinalis, dictus Innocentius II. qui noluit hanc coronationem pontificio confirmare diplomate: & quoniam adverſus Innocentium, Petrus Leonis Cardinalis in ſchiſmate fuit in Pontificem creatus, vocatus Anacletus II. Rogerius ab hoc fuit in privilegio confirmatus, qui multa multis conceſſit; & magiſter Radulphus obtinuit confirmationem gratiarum à Rogerio Comite ejus patre conceſſarum.* Hæc Chronicon. Interea Romualdus fecit in Cathedrali pavimentum vermiculatum ex porphyreticis, variiſque nobilibus lapidibus admirandum, ut ex inſcriptione nominis ejus ante altare majus literis porphyreticis conſcripto, eſt videre. Exceſſit anno 1136. cum vixiſset annos quindecim, menſes aliquot Præſul, die 21. Januarii in feſto s. Agnetis ſepultus nobili tumulo majoris Eccleſiæ, nulla ejus egregiorum actorum proloquente inſcriptione; tradunt tamen aliquando hæc pauca verba ibidem ſculpta fuiſse: *Romualdus Primus Archiepiſcopus Salernitanus.* Scribit Joannes Baptiſta Prignanus Salernitanus Ordinis Eremitarum s. Auguſtini in M.S. Hiſt. nobilium familiarum patriæ ſuæ to. 1. Romualdum anno 1128. ſibi cum ſpe futuræ ſucceſſionis coadiutorem in Salernitana ſibi aſciviſse Joannem [a] quendam de Guarna Salernitanum prædefunctum anno 1134. die 1. Auguſti 12. Indictione: hoc ſe leg ſse ſcribit in libro Confratrum Cathedralis aſſervato in capitulari tabulario. Porro Prignani indigeſtum opus duobus voluminibus ab ipſo conſcriptis extat Romæ in Bibliotheca Angelica apud s. Auguſtinum, ubi plura & digna monumenta ad Urbem Salernitanam ſpectantia recenſentur.

[a] Memoria hujus Jo. habetur in Rogerii diplomate apud Baluzium Miſcel. tom. 6. p. 396.

Alphani II. temporibus vivebat Dauferius Archidiaconus & Medicus Abbas Eccleſiæ S. Mariæ anno 1124. temporibus Domini VV. Glorioſiſſimi Principis, & Ducis de menſe Junio 2. Indictione ex inſtrumento, ubi aliud inſeritur ſub Principatu Domini Guaimarii glorioſi Principis de menſe Januarii 1. Indictione. In quo aſſeritur, qualiter de menſe Majo, Madelmo, Adelmo, & Guaimarius germani Comites, filiique q. Gauferii Comitis ad honorem ſemper Virginis Dei Genitricis ędificaverant Eccleſiam ſub vocabulo ſanctæ Mariæ, quam variis ornamentis, & bonis ſtabilibus ditaverant pro commodo Sacerdotum, qui inibi ſervire debebant, narratur etiam quod Mayo, & Germani Fratres ædificaverunt Eccleſias ad honorem S. Euſtaſii, & s. Nicolai, quibus Eccleſiis ſimiliter alia bona donaverunt, & inter alia ad favorem Eccleſiæ S. Mariæ adeſt quædam terra ab hac parte fluminis, quod Lirinus dicitur, propè monumentum, quod vocatur Fuſu juxta res filii Dauſerii Beneventani, & Mundæ filiæ Joannis ejus uxoris & res hæredum q. Domini Ademarii Principis.

XLVI.

12 GUILLELMUS Ravennæ nobili loco natus divinarum humanarumque rerum cognitione præditus, electus Capuanus Archiepiſcopus in gratia Rogerii Siciliæ Regis, cujus erat charus ab Innocentio II. creatus eſt Archiepiſcopus Salernitanus anno 1137. Hic ornavit altare majus, ac de novo erexit, ornavitque ſimiliter, uti ornatum pavimentum erat. Id quod à tergo altaris inſculpti verſus, oſtendunt: necnon totum titulum Eccleſię, in qua Campanile maximæ magnitudinis, & altitudinis ædificandum curavit Rogerio Rege. Duo etiam candelabra ænea ſpectandæ magnitudinis, ante altare majus prædictum ſuperioris Baſilicæ, ex utroque latere ſtatuit.

Ejuſdem Guillelmi Archiepiſcopi intuitu Nicolaus Comes Principatus, Guillelmi Comitis filius anno 1141. pro remedio animæ ſuæ, ſuorumque parentum, ſtudio ditandi Salernitanum Archiepiſcopium, quædam bona ceſſit. Rem teſtatam obiicit nobis monumentum tabularii ejuſdem Eccleſiæ his verbis.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejus 1141. & 11. an. Regni D. noſtri Rogerii Siciliæ & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſe Martio 4. Indictione.*

*Ego Nicolaus divina favente clementia Comes de principatu D. Guillelmi Comitis hæres, & q. filius, clarifico pertinere Salernitano Archiepiſcopio, in quo D. Guillelmus venerabilis Archiepiſcopus præeſt, terras cum ſilvis, propè flumen Silaris in loco, ubi ad Torum dicitur, per firmum præceptum bulla cerea inſignitum, nunc autem ſicut mihi placuit, pro amore omnipotentis Dei, & B. Apoſtoli & Evangeliſtæ Matthæi, cujus reliquiæ in eodem Archiepiſcopio honorabiliter requieſcunt, &c. & pro ſalute animæ meę, & animarum prædictorum genitorum & genitricis noſtræ, pro remedio etiam delictorum noſtrorum, favore etiam & veneratione ſupradicti D. Archiepiſcopi confirmo in eodem Archiepiſcopio, præſente & conſentiente D. Guillelmo Comite germano meo, & Roberto Straticoto &c.*

*Actum Salerni per Zaſpidum notarium, &c.*

Memoratur idem Guillelmus in diplomate Bartholomæi Epiſcopi Nolani de reſtitutione, & confirmatione Eccleſiæ s. Georgii, & s. Laurentii de Nola, & ſanctiſſimæ Trinitatis de Cicala, facta monaſterio Cavenſi, actum Salerni anno 1143. menſe Decembri Indictione 7. Diploma in Epiſcopis Nolanis dabimus. Guillelmus verò cum Eccleſiam Salernitanam ſumma cum ſui nominis laude quindecim rexiſset annis, mortalitatem explevit anno Chriſti 1152. die 7. Julii Indictione 15. Rogérius

rius autem Rex Panormi obierat anno 1149 relicto filio Vvillielmo primo cognomento Malo, regni ſucceſſore. Obiiſſe Guillelmum optimum Salernitanæ Eccleſiæ paſtorem anno 1152. Indictione 15. ſcribit Muſca. In emortuali Caſinenſis Eccleſiæ notatur dies obitus Guillelmi nonis Julii, & ex annis Pontificatus Romualdi, Guillelmi mors incidit in annum 1153. primæ Indict. Eadem porro tempeſtate, qua Guillelmi dignitas Salernitanis emergere cœpit in lucem, fidelitas quoque & animi fortitudo Salernitanorum erga Rogerium Regem comprobata eſt, etenim cum Lotharius Cæſar fere omnes Apuliæ civitates per proditionem ſuo ſubjugaſset imperio, Salerni cives, fidem ſuam Rogerio illibatam ſervarunt, quamobrem Rex illorum laudata fide, ampliſſimis eos privilegiis condecoravit, quæ in ſequenti documento ab ipſo exemplari excerpto recenſentur.

*In nomine Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*


*Anno Incarnationis ejuſdem 1137. men. Novemb. Indict. 1. Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ & Italiæ Rex, Rogerii primi Comitis hæres, & filius. Regiæ majeſtati convenit benemerentibus propenſioris benignitatis munificentiam irrogare, & fideles ſuos dignis honoribus ampliare, quatenus fideles, & infideles ad bene agendum beneficiis præcedentibus inſtruantur, ita ut fideles fideliores ſint, & infideles viſis meritis fidelium, ad dominorum ſuorum fidelitatem provocentur; ea propter Salernitanos fideles noſtros honorare, & exaltare decrevimus, qui Roberto Guiſcardo bo. mem. & Rog. & Vvil. Ducibus prędeceſſoribus noſtris ſemper fideles fuerunt, nobis quoque maxime hoc tempore quod Lotharius cum Theutonicis per proditorum noſtrorum perfidiam in Apuliam intraret, & cum jam fere tota terra infidelitatis macula contaminaretur, ſola Italiæ Salerni civitas fidelitatem intemeratam conſervavit. Hujus rei gratia magnificentiæ noſtræ munera in prædictam civitatem, & ejus populum extendere volentes, donamus, concedimus, atque largimur & per præſentis privilegii auctoritatem firmamus, ut deinceps nec Salernitani, nec eorum homines pro mediatico aliquid perſolvant, ſed ſemper ab hac conditione liberi, & abſoluti permaneant, plateaticum etiam ſandalium, & lenticum quæ veniunt de Calabria, Sicilia, & Lucania, ſimiliter eis condonamus; plateaticum quoque piſcium, quos Salernitani capiunt eis iterum dimittimus, & præcipimus ut pro menſura laguennæ nihil perſolvant: ſimiliter jubemus ut nullus noſter ordinarius animalia hominum Salerni, & conſilium eorum angariare præſumat. Præterea decatias, & alia jura mercatorum quæ Salernitani in Alexandriam prius perſolvere ſoliti erant ad morem, & modum Siciliæ negotiatorum reduci faciemus, quatenus eadem lex & ſimilis conſuetudo Siculis & Salernitanis permaneat. Ad hujus ſanè noſtræ conceſſionis & donationis robur & indiſſolubile firmamentum præſens privilegium per manus Gregorii noſtri Notarii ſcribæ noſtrique ſiparii bulla aurea inſigniri pręcepimus. Datum Saler. 10 Kal. Decemb. per manum Henrici Venerabilis Meſſanen. electi, anno regni noſtri 7.*


*Extracta eſt præſens à ſuo proprio originali exiſtenti in Archivio civitatis Salerni, cum quo facta collatione &c. meliore &c. in fidem ego Notarius Joannes Soractus de Roſa Salernitanus ſecretarius dictæ civitatis meo ſigno ſignavi requiſitus.*

*Locus † ſigilli.*

Datum eſt hoc diploma per manum Henrici Meſſanenſis Epiſcopi electi, cujus non meminit Rocchus Pyrrus in notitia Meſſanenſis Eccleſiæ.

XLVII. 13 ROMUALDUS a II. Guarna Salerni patre Petro quondam Romualdi Comitis, qui dictus eſt Craſſus, ſummo loco natus vir doctus, & prudentia clarus ſtatim poſt Guillelmi mortem patriæ eligitur Archiepiſcopus anno 1153. Electionis annum habemus ex vetuſto donationis documento Tabularii Monialium ſancti Laurentii Amalphiæ





anno 1179 ſcriptum, qui fuit annus 25. ſui præſulatus, cujus initium; *In nomine D. N. J. C. anno Incarn. ejus 1179. & 14. anno regni D. noſtri Guillelmi Siciliæ & Italiæ Regis, & 25. anno Pontificatus D. noſtri Romualdi Dei gratia Salernitani Archiepiſcopi menſe Novembris Indict. 13. dum in præſentia ſupradicti D. noſtri Romualdi Dei gratia Archiepiſcopi Salernitani eſſet. Ego Aſcardus Judex, &c* 1156. Una cum Hugone Panormitano Archiepiſcopo, Willelmo Calano Epiſcopo & Marino Abbate Cavenſi, ipſe Romualdus pacem compoſuit nomine Willelmi Mali Siciliæ Regis cum Legatis Adriani IV. Papæ, ut in diplomate ejuſdem Regis apud Baronium legitur. Memoratur Romualdus eodem anno in teſtamento Roberti Caſtri Trentenariæ Domini, ubi etiam mentio Celſi Epiſcopi Peſtani in hunc modum ab exemplari.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarn. ejus 1156. & 6. anno Regni D. noſtri Guillelmi Siciliæ & Italiæ glorioſiſſimi Regis, 3. die intrante menſe Octobris 5. Indictione.*

*Dum D. Robertus, Trentenariæ filius q. bo. mem. D. Guillelmi q. ſimiliter de Trentenaria dictus eſt, ut eſt humanæ fragilitatis, infirmaretur infirmitate, qua defunctus eſt, quamvis in ipſo caſtello Trentenariæ in palatio ſuo in lectulo jaceret, ſanæ tamen mentis, rectæq; locutionis exiſteret, coram nobis Jo. & Romualdo & Jo. Judicib & aliis hominibus clericis, & laicis viris idoneis judicavit & diſpoſuit, quod de rebus ſuis ſtabilibus & mobilibus, poſt ejus obitum fieri deberet, & diſtributores ſibi conſtituit D. Romualdum Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopum, & D. Celſum Peſtanæ Sedis Epiſcopum, & D. Marinum monaſterii SS. Trinitatis de Cava Abbatem, & D. Alphanum Regalem Camerarium, ſocium ejus, & D. Gualdertum, qui dicitur Buccofollis, & D. Guidonem, qui dicitur de Campora, inter cætera verò quæ judicavit, primo quidem judicavit D. Coligrimæ uxori ſuæ, & filiæ ipſius D. Alphani Camerarii integram tertiam partem ex omnibus rebus ſuis ſtabilibus, & mobilibus, in montibus, & planis finibus Lucaniæ & ubicunque eſſent: de duabus verò rerum ſtabilium partibus, quæ remanent, pro ſalute animæ ſuæ judicavit prædicto monaſterio SS. Trinitatis de Cava omnes res ſuas ſtabiles ſibi hæreditario jure, vel per emptionem à patre ſupradicti Guillelmi genitoris ſui pertinentes in montibus, & in planis finibus Lucaniæ, & per alia loca ubicunque ſunt, & meliorem equum, quem habebat cum omnibus armis ſuis, ſalva tamen integra tertia parte uxoris ſuæ ſtabilium, & mobilium rerum, quam primo ei, ut dictum eſt, judicavit, de duabus verò mobilium rerum partibus, quæ remanent, totum debitum creditoribus ſuis reddere judicavit. Convenanzeriis ſuis convenanzam dare judicavit, S. Matthæo prædictæ Salernitanæ civitatis Archiepiſcopio ducentos tarenos judicavit. Monaſterio S. Benedicti ejuſdem Salernitanæ civitatis tarenos ducentos. Peſtano Epiſcopo quingentos*

ſa-

a Memoratur à Maraccio in Bibl. Mariana par. 2. p. 141. Oudin in ſupplem. de Scrip. Eccleſ. p. 447 Toppius in Bibl. Neapol. p. 273 & Nicodemo in Addit. p. 222. Manſcſ.

*tarenos judicavit, totum monetæ Salernitanorum. Et ſi quid de rebus mobilibus remaneret, ipſi diſtributores pro ejus anima, ut ipſe judicavit & diſpoſuit, diſtribuant, & taliter tibi Pinnino Notario ſcribere præcepimus.*

*† Ego qui ſuperius Joannes Judex.*

*† Ego qui ſuperius Romualdus Judex.*

*† Ego qui ſuperius Joannes Judex.*

*† Ego qui ſupra Gualderius Buccafollis.*

*† Ego Guido de Campora.*

Hac tempeſtate Romualdus Eccleſiam ædificavit in honorem S. Cathaldi in pago Campagnæ, cui addidit cœnobium ac magnificè dotavit quod per aliquot ſæcula unitum fuit menſæ Epiſcopali Campanienſis, dum Campania Epiſcopali dignitate ornata eſt à Clemente VII. Hoc etiam tempore ex auctoritate Romoaldi Joannes Abbas Eccleſiam S. Petri de Ebulo condidit; opus aliqui male referunt fuiſse ejuſdem Archiepiſcopi, ſic enim teſtatur inſcriptio in ipſa Eccleſia.

*Guillelmi Regis Antiſtitis, et Romualdi*
*Temporibus domus hæc ædificata fuit.*
*Abbas iſtud opus, venerabilis ille Joannes*
*Fecit, laus cujus eſt probitate minor.*
*Muros ſtudioſi Bartholomæi*
*Fecit materiam; ſed ſuperavit opus,*
*Anno D. MCLX.*

Hoc eodem anno 1160. die 15. Januarii Ind. 9. Archipræſulatus ſui 7. omnia bona juraque Ebulenſis monaſterii Joanni Abbati, ejuſque ſucceſsoribus confirmaſse Romualdum, habet ejuſdem documentum hoc anno ſcriptum Licentiam ædificandi Eccleſiam ſanctæ Mariæ Matris Domini in Nucerina ditione conceſſiſse Pontificatus ſui 19. menſe Novemb. 1172. docet aliud documentum ab ipſo exſcriptum.

Anno 1163. confirmavit Guillelmus in Abbatiſſam monaſterii S. Mariæ Puellarum Algaytam electam ex monaſterio ſancti Georgii ejuſdem Ord. S. Benedicti. Hujus rei geſtæ valde dignum tunc ſcriptum monumentum explicat in tabulario Salernitanæ Eccleſiæ ſervatum, in hæc verba.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejus 1163. & 13. anno Regni D. noſtri Guillelmi Siciliæ, & Italię glorioſ. Regis, menſe Majo, 11. Indictione.*

*Dum in præſentia Dom Romualdi viri valdè venerabilis Dei gratia Secundi Salernitani Archiepiſcopi, eſſem ego Guafertus Judex, exſtentibus in eadem præſentia quampluribus Clericis ſupraſcripti Archiepiſcopii, & Laicis, Joanne filio quondam Roberti, Amato filio Petroni, Joanne filio Guaferii, Petro filio Alfani, Mario filio Guidonis; Joanne filio Alferii, Matthæo filio Guaferii, Roberto germano ejuſdem Archiepiſcopi, Urſo, & Paſchaſio Primiceriis, & Cardinalibus, Matthęo Cardinali, & Archipresbytero, Conſtantino Presbytero, & Cardinali, & pluribus aliis ejuſdem Eccleſiæ. Laicis ſiquidem, Mario Rubeo Regali Camerario, Giſulfo Judice, Matthæo Judice, filio Joannis Judicis, Cioffo germano ipſius Camerarii, Joanne, qui dicitur Sclavus, Joanne filio ſupraſcripti Guaferii, Cæſareo germano ſupraſcripti Matthæi, Matthæo Notario filio Romualdi, Urſo patruo meo, Matthæo, qui dicitur Sclavus, Bernardo, qui dicitur Seneſcalcus, filio Alferii, Pardo, qui dicitur Muca, & pluribus etiam aliis, Auria, & Truda neptis ejuſdem Auriæ, & Sellida, & Fumia, & Theodora Moniales monaſterii Puellarum S. ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, quod conſtructum eſt intra hanc civitatem, à ſuper platea, quæ exit per portam iſtius civitatis, quæ Rotenſis dicitur. Supraſcripti D. venerabilis Archiepiſcopi tribunal ingreſſæ, iterato communis matris, & cuſtodis obitum lacrymabiliter nunciantes, in Prælatam & Cuſtodem Collegii Monialium ſupraſcripti monaſterii D. Archiepiſcopum tanquam ſuum Metropolitanum providere ſuppliciter ſupplicabant, inſuper perſonam eligendam, ex cujus diligentia humani generis hoſtis retia, ſine lapſu pertranſirent; & cura rerum ſupraſcripti monaſterii amminiſtratio diligenter procuraretur. Quarum petitionem juſtam, & rationabilem eſſe conſiderans, prout Canonum doctrina expoſtulat, ſi ſuper perſonam eligendam communiter conveniſſent Canonici exquiſivit, cui præfatæ Moniales, ſeſe ſuper perſonam conveniſſe reſponderunt. Quæ quidem, & corporis integritate, & vitæ honeſtate, & morum doctrina, Deo amabilis, & hominibus laudabilis inveniretur. Ut generis etiam, & ortus quęſtio non prætereatur, nobilioribus eſt orta natalibus, & legitimis nuptiis procreata. Quas rurſus ſupraſcriptus D. Archiepiſcopus, vir ſanctorum Patrum ſtatum, & Canones edoctus, utrum de Collegio ejuſdem Cœnobii, an de alieno eſſet, diligenter interrogans; de monaſterio S. Georgii, quod conſtructum eſt intus hanc civitatem propè Judaicam iſtius civitatis, quod cum omnibus rebus ſuis eidem Archiepiſcopio pertinens, ac ſubjectum eſt, ab ore præfatarum ſororum in veritate accepit. Mox igitur prædictis ſororibus inde abeuntibus, & in ſuum cœnobium, præfatus Archiepiſcopus, Urſum Primicerium, & Conſtantinum Capellanum, viros honeſtos, & providos, Presbyteros Cardinales ſupraſcripti Archiepiſcopii, in ſupraſcriptum monaſterium S. Georgii delegavit. Quibus ejuſdem cœnobii S. Georgii Abbatiſſæ mandavit, ut Algaytam Monialem, & conſororem ſuam, quam prædictæ S. Mariæ Moniales communicato conſilio providè eligendo à ſupraſcripto D. Archiepiſcopo, tanquam earum proprio Metropolitano petierant, à vinculis ſui cęnobii relaxando, quod ipſi Archiepiſcopio cum omnibus ſuis pertinentiis ſubjectum, & pertinens eſt, præfatis Cardinalibus uſque in præfatum monaſterium S. ſemper Virginis, & Dei Genitricis Mariæ conducendam, ut ab ipſis Monialibus ipſam paulo ante in Abbatiſſam petentibus, electio canonicè celebraretur, concedere. Quæ quidem præfato D. Archiepiſcopo, ut Domino obediens mandatis ſuis obiter paruit. His igitur geſtis ſupraſcripta Algayta ipſis Cardinalibus comitantibus, primas monaſterii fores, in quo in Abbatiſſam eligendam petebatur, advenit. Quam præfati Cardinales coram pluribus nobilibus ante ipſius monaſterii Januas exiſtentibus, & ipſo Bernardo filio Alferii Seneſcalchi patrono ipſius monaſterii S. Mariæ ejuſdem monaſterii monialibus, quæ eam in Abbatiſſam eligendam optaverant, aſſignaverunt, &c.*

Ex his valdè miror, cur Muſca ſcribat annum 1167. ſecundum fuiſse Præſulatus Romualdi, quo, menſe Auguſti 15. Ind. Guillelmus Rex Siciliæ una cum Regina Margarita matre donavit Eccleſię Salernitanæ ad petitionem Romualdi, caſtrum, & homines montis Corbini in perpetuum poſſidendum. Exceperat antea Romualdus, teſte Baronio, honorificentiſſimè Alexandrum III. Salernum venientem anno 1165. quod ipſe Romualdus ſuis in Chronicis commemorat, anno eodem. *Alexander Papa Salernum adveniens, à Romualdo Archiepiſcopo, ac toto populo civitatis, cum debita eſt reverentia, & honore ſuſceptus.* Fuit Romualdus in maximo honore apud Alexandrum, Fridericum Imperatorem, Regemque Guillelmum Malum, filiumque Willelmum Bonum, quem coronavit, & unxit in Regem Panormi an. 1166. ejuſdemque à conſiliis electus, cum ætatis anno undecimo ſucceſſiſset in Regnis; pro quo in ſolemni conventu anno 1177. una cum Rogerio Andrienſi Comite Legato, juravit pro eodem Rege initæ pacis conſervationem, in eoque congreſsu, cum eſset vir eloquentiſſimus, egregiam habuit orationem ad Fridericum Imp. de Willelmi ſui Siciliæ Regis laudibus, petiitque ab imperatore diploma confici de pace inter ipſos facta, quam ex ipſo recitat Baronius. In eo item congreſsu, obtinuit Romualdus locum in ſiniſtra Pontificis, ſupra Diaconos Cardinales, ut ex ejuſdem Chron. ipſemet de ſe ipſo teſtimonium perhibet. *Alexander idem diligenter attendens prudentiam, & litteraturam Romualdi,*

*& de-*

*& devotionem, quam erga Romanam Eccleſiam ſemper habuerat, recolens, ad petitionem ipſius communi voto fratrum ſuorum, & conſilio, ipſi, & ſucceſſoribus uſum, & dignitatem portandæ Crucis per civitatem, & totam ſuam Parochiam Apoſtolica auctoritate conceſſit, & donum, quod exinde Salernitanæ Eccleſiæ in perpetuum fecerat, ſui privilegii munimine roboravit anno eodem 1177. ac rebus proſperè compoſitis in Siciliam rediit.* Receperat Romualdus antequam ad Fridericum Imperatorem progrederetur à Matthæo Regni Siciliæ Cancellario litteras ad favorem Philippi quondam Joannis de Richardo Judicis ejuſdem Matthæi cognato, pro recuperatione quorundam bonorum Eccl. Salernitanæ obnoxiorum, quas recitare fecit coram Landulpho Judice aſſiſtentibus nonnullis Salernitanis Canonicis Cardinalibus, inter quos recenſentur Robertus Archidiaconus, Philippus Dominus S. Magni, & Lucas de Guarna ejuſdem Archiepiſcopi germani fratre: omnia deinde ceſſerunt ad favorem Philippi. Litteræ Matthæi, & Romualdi hac de re benigna propenſio, dignæ viſæ ſunt, ut hic reſcribantur ab exemplari Salernitani tabularii.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarn. ejus 1176. & 11. anno Regni D. noſtri Guilielmi Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſe Decembris 10. Indictione.*

*Dum in præſentia D. Romualdi Dei gratia vener. Secundi Salernitani Archiepiſcopi eſſem ego Landulfus Judex, exiſtentibus in eadem præſentia Roberto Archidiac. germano ipſius Archiepiſcopi, Abbate Muſco Diacono, Joanne Archipresbytero & Cardinale Salernitani Archiepiſcopii, & aliquantis Laicis viris idoneis, videlicet Philippo Guarna Domino Caſtelli S. Magni, & Luca Guarna germanis ipſius D. Archiepiſcopi, & Alfano Principe conſobrino eorum, Philippo olim Regio Camerario filio q. Joannis Judicis de Riccardo, & Ioanne Melloſo avunculo ipſius Philippi, filio q. Amati, qui poſtea Monachus fuit, ibidem convenientibus ipſe D. Archiepiſcopus oſtendit litteras, quas idem Philippus olim Camerarius nuper à Panormo veniens, ipſi D. Archiepiſcopo aſſignaverat ex parte D. Matthæi egregii Vicecancellarii, prædict. D. noſtri glorioſiſſimi Regis familiaris, quæ erant continentiæ talis.* Cariſſimo in Chriſto Patri, dilectiſſimo Compatri, ſpecialiſſimo amico ſuo D. Romualdo Dei gratia vener. Salernitano Archiepiſcopo. *Matthæus D. Regis Vicecancellarius ſalutem, & integritatis affectum. Sicut bene novit Paternitas veſtra, Philippus filius q. Joannis de Riccardo Judicis, cariſſimus cognatus, & dilectus tanquam filius noſter, & prædictus q. Pater, & Petrus olim Proto-judex Salerni avunculus ejus, ſemper vos totis affectibus dilexit, & honoris, & exaltationis veſtræ cumulum cupiere. Et nunc præfatus Philippus quanto nobis proximiori gradu affinitatis adjungitur, tanto vos affectioſius diligit, honorem unum ferventius cupit, & ſicut perſonam veſtram proſperis vigere ſucceſſibus idem Philippus conſiderans, & attendens caritatis dulcedinem, & dilectionis vinculum, quod vos, & nos indiſſolubiliter jungit, & quod vos ſicut cariſſimum in Chriſto Patrem, & ſpecialiſſimum amicum noſtrum diligimus, & vos ſicut dilectum in Chriſto filium, & amiciſſimum nobis non conquerendo, ſed ut vobis inde per noſtras litteras ſcriberemus oſtendit, dicens, quod præfatus Petrus q. Protojudicem Salerni avunculus ejus ex teſtamento reliquit, & judicavit ei, & Joanni Miloſo q. fratri ſuo avunculo ejuſdem Philippi terram, quam eidem Petro famoſiſſimus Rex Guilielmus memoriæ recolendæ propè montem Corvinum conceſſit. Et cum idem Philippus, ſicut nobis expoſuit, & præfatus Joannes Miloſus terram ipſam quietè tenuerint, ſicut eam tenuit præfatus Petrus Protojudex quondam Salerni, & per eas diviſas, & terminos, quibus eam diviſit, & aſſignavit præfato Petro Protojudici bajulus Regius, cui tunc inde Regium præceptum, & tranſmiſſum, & quibus eam diverſi Iudices Salerni, & præcipuè Ioannes Guarna frater veſter. Nos ipſum Philippum, & præſcriptum Ioannem avunculum ejus de quadam parte ipſius terræ diſſignari feciſtis. Unde ſi ita eſt, monemus, & rogamus diſcretionem veſtram, ut ponatis inde ſicut firmarunt in paginam jam dictos Philippum, & Joannem avunculum ejus, & deinde, &c. Data Panormi 7. menſis Octobris 10. Indict.*

Anno ſequenti 1178. Romualdum inter & Lucam Guarnam qu. Alferii filium Regis juſtitiarium veteris controverſiæ pro cenſu aquarum Lirni fluvii iterum excitatæ fuiſſent, eas de communi utriuſque partis aſſenſu compoſuit Landulſus Judex coram Romualdo, aliiſque Canonicis Cardinalibus Salernitanæ Eccleſiæ, & hoc perpetuo duraturum documentum ſancitum eſt, quod extat in eodem tabulario Eccleſiæ.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejusdem 1178. & 13. an. Regni D. noſtri Guglielmi Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis menſe Iunio 11. Indictione.*

*Dum in præſentia D. Romoaldi Dei gratia vener. ſecundi Salernitani Archiepiſcopi eſſem ego Landulfus Iudex, cui juriſdictio Archiepiſcopii ammiſſa eſt reſidentibus ibidem Roberto Archid. ſuprad. D. Archiepiſcopi, fr. Ioanne de Guaiferio, Abbate Muſco, Petro Primicerio, Petro de Caatone, Ioanne Aquamena Diaconibus, Ioanne Comite, Abbate Matthæo de Ateaulfo, Ioanne Abbate fratre noſtro Clericis, Ioanne de Archipresbytero, Ioanne de S. Bartholomæo Presbyteris, & Cardinalibus ejuſdem Archiepiſcopii, & quampluribus aliis; Convenit ibidem D. Lucas Guarna Regius Iuſtitiarius, filius q. Alferii, qui ſimiliter Guarna dictus eſt cum Mario Ruſſo cognato ſuo filio q. Malfredi, qui fuit filius Adrmarii Comitis. Et quoniam per terram vacuam ipſius Lucæ, quæ eſt foris hanc civitatem in loco Lirno, ubi* Allo ſuſo *dicitur, tempore irrigationis hortorum, permiſſu tamen & notitia ejuſdem Lucæ immittebatur de aqua fluvii Lirni ad irrigandum tam hortos Salernitanæ Eccleſiæ, quam aliorum, & proinde cauſa aquatici ipſi Lucæ annuus cenſus dabatur, ſuper cujus cenſus augmentatione, inter eundem Lucam, & D. Archiepiſcopum multoties quæſtio mota fuerat. Idcirco ad tollendam futuram altercationem, &c. Salvo tamen & illæſo reſervato ipſi Lucæ, ejuſque hæredibus, uſu, quem habet tempore irrigationis hortorum de capiendis oleribus, citrolis, cucurbitis, & aliis, &c. Unde per convenientiam ipſe Lucas guadiam Cioffo presbytero, & Abbati Eccleſiæ S. Petri, quæ de Griſonto dicitur, ac bajulo ſupradicti D. Archiepiſcopi pro parte ſupradicti Archiepiſcopi dedit, & fidejuſſorem ei pro illius parte poſuit ſupradictum Marium cognatum ſuum, &c.*

Interea Romualdus Eccleſiæ ſuæ bene conſulens, pavimentum egregiè, & pereleganter vermiculatum ex porphyreticis, variiſque lapidibus ſtravit in choro Metropolitanæ, necnon quadrilaterum lectorinum iiſdem ex lapidibus conſtruxit, quatuor columnis precioſiſſimis, porphyreticis mixtis ſuſfultum. Limina verò chori portæ eodem ex opere facta conſpiciuntur ab illuſtri viro cive Salernitano Matthæo Regni Siciliæ Vicecancellario. Scripſit Romualdus characteribus Longobardis ab ipſis mundi primordiis ad ſua uſq; tempora Chronicam, quam egregiam judicat bon. mem. Felix Contilorus in lib. Concordiæ inter Alexandrum III. Papam, & Fridericum I. Imperatorem Venetiis confirmatæ. Conſcripſit item Romualdus aliquas Sanctorum vitas, auctorque fuit Breviarii Salernitanæ Eccleſiæ, quo quidem officio uſi ſunt Canonici ejuſdem Eccleſiæ ad annum uſque 1587. quo tempore Archiepiſcopus Marſilius ad Capituli poſtulationem à Sixto V. impetravit; ut in Salernitana Eccleſia ad communem Romanæ Eccleſiæ morem officium celebraretur, ſuo tamen, & ſucceſſorum arbitrio veteres ejuſdem Eccleſiæ cæremonias, ri-

euſque, necnon ſingularis aliquot Sanctorum, quorum ibi corpora requieſcunt, officia reſervare ipſi liceret. Aſſedit tandem Romualdns inter Concilii Lateranenſis Patres anno 1179. cul cum ſuffraganeis ſubſcripſit eodem Alexandro III. præſidente, pauloque poſt, anno ſcilicet 1181. die prima Aprilis Salerni piiſſimus Præſul, ac rerum geſtarum gloria clarus obdormivit in Domino, & in nobili tumulo marmoreo è conſpectu ſepulchri primi Romualdi humatus eſt, quod adhuc viſitur in Metropolitana, nulla in tanti viri memoriam proloquente inſcriptione. Obierat anno ſuperiori 1180. die 14. Feb. Robertus Salernitanus Archidiaconus Romualdi germanus frater, tumulatus in Eccleſia S. Gregorii jam antea intra urbis mœnia ab ipſo ædificata; addita ſuperliminari in marmore ſignata inſcriptione, ſundationis utique documento.

*Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXII. Regnante Domino V.V. ſecundo glorioſiſſimo Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, ac Principatus Capuæ anno ſeptimo. Robertus Guarnafrater Domini Romualdi ſecundi venerabilis Salernitani Archiepiſcopi fecit conſtrui hanc Eccleſiam ad honorem Beati Gregorii.*

Eodem quoque anno 1180. Matthæus Salernitanus Magni Regni Siciliæ Vicecancellarius Nicolai Romualdi ſucceſſoris pater in Salernitana Cathedrali plura, ac permagnifica addidit ornamenta, nt proloquitur inſcriptio ad Chori portam.

*Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXX. Indict. xiv. tempore magnificentiſſimi Vvil. ſecundi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ. Matthæus illuſtris Vicecancellarius ejuſdem Domini Regis, magnus civis Salerni fecit hoc opus fieri ad honorem Dei, & Apoſtoli Matthæi.*

Cæterum ad ipſum Romualdum ſcripſit plures decretales epiſt. Alexander idem III. inter quas ſunt cap. At ſi Clerici de Judiciis. Cap. de cætero, & Cap. in cauſis Eccleſiaſticis, de teſtibus, & atteſtat. Cap. de quarta decimæ, de præſcriptionibus. Cap. ad hæc licet, de præbendis, & dignit. Cap. verum de converſat. conjugat. Cap. licet de ſponſa duorum. Cap. primum de cognatione ſpirituali. Cap. cum tu manifeſtos. de uſuris. & in lib. decretalium, & cap. primum de corpore vitiatis. Muſca multa tribuit Romualdo, quæ Nicolao ſucceſſori evenere, ac Romualdum in Germania carcere maceratum obiiſſe ſcribit, quæ omninò multum à veritate aberrant, ut ex ſequentibus, quæ in Nicolao narrabimus patebit. At hic documenta duo licebit enarrare, temporibus Romualdi ſcripta, cum multum faciant ad Eccleſias, cœnobiaque, quæ erant Salerni, primum datum anno 1160. ad monaſteria S. Georgii Puellarum, & S. Mariæ Monachorum s. Benedicti ſpectans, alterum an. 1163. ad xenodochium pauperum ultra rivum Fauſtini poſitum pertinens, quæ ab exemplari exſcripſit idem non ſemel, ſed parce laudatus Pyrrhus Aloyſius Caſtellomata bon. mem. Aſculanus digniſſimus Epiſcopus, nobiſque communicavit.

Anno Domini æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejus 1160. & nono anno Regni noſtri Vvil. Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſ. April. 8. Ind.*

*Dum in monaſterio puellarum S. Martyris Georgii, quod conſtructum eſt in hac Salerni civitate eſſemus nos Petrus Protojuden exiſtente ibidem Joanne venerabili Abbate monaſterii S. Mariæ, quod conſtructum eſt foris hanc civitatem Salerni in Conſanis finibus, ubi ad Ilicem dicitur, & quampluribus ejuſdem monaſterii Monachis, & S. Georgii Monialibus adſtarent. Prædictus Joannes Abbas clarificavit pertinere monaſterio S. Clementis quod conſtructum eſt foris in Suburbio iſtius civitatis propè portam, quæ Rotenſis dicitur, quod cum omnibus ad illud pertin. eidem monaſterio S. Mariæ pertinens, ac ſubjectum eſt ſedium & foveam de molino, quod olim conſtructum fuerat foris hanc civitatem intra ipſius monaſt. s. Clementis pertinen. iſta pars eſt conjunctim fluvio Picentino, & propè pontem in ipſo fluvio Picentino conſtructo, qui Ponteſtrato vocatur, quod videlicet molinum, ſi reſerci, & reſarciri deberet, ſine opportunitatibus ipſius monaſterii S. Georgii, nec reſarciri, nec conſtrui poſſe, velut ab eis aſſerebatur, idcirco convenit intra ipſum Abbatem, & prædictam Abbatiſſam, ut datis à parte ipſius monaſterii S. Georgii partibus prædictis monaſterii S. Clementis 40. ſolidorum aureorum præſentis monetæ iſtius civitatis facten. quod voluerit, liceat ipſius monaſterii S. Georgii, & ejuſdem monaſt. S. Clementis partibus communibus ſubtus in medio ſedio, & fovea unum molinum, vel duo ſi voluerit conſtruere, & ædificare in alveo prædicti fluminis, palos regere, & antepoſitiones, & elevatas facere, & habere, & attacaturas per dictam terram ipſius monaſterii S. Clementis conſtruere, per quas ab ipſo alveo, & uſque ipſum molinum, vel molendini aqua ducatur omni tempore prædictum molinum, vel molendini, & ovatare cum aquis, & aquarum uſibus, & vice de viis ſuis, & omnibus aliis ad ipſa molen. pertin. communia exiſtant, & perſeverent, & de toto eo, quod exinde tollere, vel habere potuerint pars ipſius monaſt. S. Clementis percipiant, & habeant faciendum quod voluerint, verum tamen liceat, variisque par. in ipſo mol. vel. molen. eorum denario victualia abſque datione macinare ex ipſius mol. vel mol. & omnibus, ut dictum eſt conſtructo & ædificatis de cætero cum neceſſe fuerit, utriuſque par. ſumptibus aptentur, & concientur, qualiter rationabiliter macinare poſſint, ſi verò per alluvionem, vel illius fluminis impetu ipſum conſtruen. vel in alia ibidem conjunct. aliud mol. vel mol. opportunè reficere, & conſtruere nequiverint, ſi in his præd. monaſt. S. Georgii ibidem cum ipſo fluvio conjun. congruè readificata poterint atsinſq; par. expendia ibidem fiant, & conſtruan. omni tempore inter par ipſius monaſt. S. Georgii, & par. ipſius monaſt. S. Clementis, exiſtan. & perman. in omni ordine, & tenore, ſicut dictum eſt, & per conven. Donatus Monachus, & Præpoſitus S. Clementis per licentiam ipſius D. Abbatis guadiam Petro Presbytero d. monaſt. S. Georgii per par. ipſius monaſt. S. Georgii dedit, & fidejuſſiones ei pro illius par. poſuit Joannem, & Lupinum germanos filios q. Marini, qui dictus eſt de viva, & per ipſam guadiam ipſe Abbas obtulit ſe, & ſucc. ſuos, & par. ſui monaſt. ſi ſicut ſuperius ſcriptum eſt, non adimpleverint, & dicta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere præſumpſerint, componant ipſi Abbatiſſæ, ejuſque ſucceſſ. & par. d. monaſt. centum auri ſolidos regales, & ſicut dictum eſt adimplere, quod autem ſuperius diſturbatum eſt, legitur ſcribentibus, & taliter tibi Bartholomæo ſcribere præcepi.*

† *Ego qui ſupra Petrus Protojuden.*
† *Ego qui ſupra Petrus Juden.*

Secundi documenti exemplar ita ſe habet.

Anno Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejus 1163. & 13. anno Regni D. noſtri Vvillelmi Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſ. Junii, 11. Ind.*

*Charitatis perfectio, diſpenſatio, ratio exig. uniuſcujuſque facultates non omnino ad uſum proprium, ſed ad eleemoſynarum largitionem potius conſumi illis maximè locis, quæ ad alimenta pauperum, & ſubſtentationes egenorum ſunt deputati, inde eſt, quod ego Herſacius Dei & Regia gratia Apuliæ, Terræque Laboris Magiſter Camerarius in Salernitana civitate exiſtens præſentibus quibuſdam Judicibus præfatæ civitatis, ſcilicet Matthæo, & Turpolobel aliiſque idoneis viris perpendens ad vivorum, & mortuorum peccata redimenda eleemoſynam eſſe primam cauſam ſecundum illud Evangelii, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Iterum ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum, & alibi, quamdiu uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis; pro anima mea, & parentum meorum tradens offero xe-*

*n docbio, quod conſtructum eſt foris prædictam civitatem ultra, & propè rivum, qui Fauſtinus dicitur, & juxta Eccleſiam, quæ ad bonorem B. Martyris Laurentii facta eſt integram meridianam medietatem mibi pertinentem de tota terra cum vinea, & pomis, quæ eſt foris præfata civitate in loco Vermiano prope Eccleſiam S. Euſtaſii de eodem loco, quæ eſt per ſuos fines, & menſ. juſto paſſu hominis de capite à par. Orientis finis via, & per eam menſurati paſſ. 55. & cubitum unum, à par. Merid. finis aliarum, ſicut media ſepes diſcurr. & paſſ. 86. à par. Occid. de pede fines aliarum ſicut term. & eſt ſepes, & rec. per ripam menſ. paſſ. 81. à par. Septemtrionis; finis aliorum ſimiliter ſicut media ſepes diſcer. & paſſ. alii 86. qualiter aſcendit uſque jam dictam viam prioris finis cum omnibus, quæ intra dictam oblationem ſunt, cunctiſque ſuis pertin. & cum vice de ipſa via, & de aliis viis ſuis, & cum una cartula, & aliis muniminibus ex eadem terra cum vinea, & pomis continentibus, quæ videlicet cartula ſcripta eſt per Grimoaldum Notarium de præſenti anno, & Indict. in qua Giſulfus, & Trippoaldus Judices ſubſcripti ſunt ea ratione, ut integra ipſa oblatio, qualiter ſuperius legitur, ſemper ſit juris, & ditionis præd. xenodocbii ad pauperes alendos, & egenos, & inopes de ejus fundio ſuſtinendos, & pariter ejuſdem xenodocbii, vel ejus Prælati licentiam babeant de eadem mea oblatione ſub bac conditione facere quod voluerint, ſcilicet, ut non liceat Prælatis, vel par. d. xenodocbii inclytam meam oblationem, vel ex ea vendere, vel dare, vel obligare, ſeu quolibet modo alienare, ſed ſemper, ut dictum eſt, ſi juris, & ditionis d. xenodocbii pro ſubſtentatione pauperum, & alimentis eorum, quod ſi nobis præſentibus factum paruerit, pro irrito, & infecto babeatur, & ipſa oblatione ego prædictus Camerarius, & mei bær. babeamus poteſtatem comprebendere, & ſub jure, & ditione jam d. xenodocbii reducere ſemper ibidem permanendam, ut dictum eſt, & ſi nobis abſentibus factum fuerit, poteſtatem babeant bomines prædictæ civitatis Salernitanæ Deum timentes, in quorum manibus paruerit bæc cartula, vel ſimilis banc ipſam oblationem apprebendere, & in eodem xenodocbio applicare faciendam, ex ea ut dictum eſt, & poteſtatem babeant Prælati, vel pars præd. xenodocbii præd. oblationem per ſe defendere ab omnibus bominibus cum ipſa cartula, & aliis muniminibus, quos de ea oſtenderint in jam d. ratione. Si quis autem bær. meorum contra banc meam oblationem venire præſumpſerit, pro ratione, & babernatis incur. ſubjaceat, & duas unius cartulas te dict. Grimoaldum Notarium ſcribere rogavi.*

*† . . . . . . Græcis litteris.*
*† Ego qui ſupra Mattbæus Judex.*
*† Ego qui ſupra Truppoaldus Judex.*



XL VIII. 14 NICOLAUS Salernitanus filius Matthæi Regni Siciliæ Cancellarii, frater Riccardi Ayelli Comitis, & Conſtantini Venuſini Abbatis, nepos Joannis Epiſcopi Catanienſis, vir præclara A ſcientia, pietate, ac moribus ornatus, favore Willelmi Regis, ac concordibus totius Capituli ſuffragiis Sedem Salernitanam aſcendit an. 1181. laudatiſſimo Romualdo ſucceſſit, propter inſignes animi virtutes tali munere dignus. In ſequenti anno menſe Novemb. cum pluribus aliis Epiſcopis Eccleſiam Montis-Virginis conſecravit. Erat tunc temporis parens Matthæus Regni Siciliæ Vicecancellarius, qui non modò Panormi, ſed Salerni in patria plura ſuæ pietatis, ac munificentiæ reliquit opera. Panormi domum ſepulchri, cœnobium omnium Sanctorum Ciſtercienſis Ordinis, nunc S. Trinitatis ſacra manſio dicitur, & Benedictinorum monaſterium S. Mariæ de Cancellario condidit. Salerni verò apud Eccleſiam S. Joannis ex conceſſione Nicolai Archiepiſcopi filii ſui Hoſpitale pro pauperum, peregrinorumque ſuſceptione conſtruxit, & iterata liberalitate donavit anno 1183. & cum Eccleſia Sanctæ Mariæ, quam non ita pridem idem juxta domum ſuam fundaverat, commutavit; B cujus quidem fundationis, ac permutationis documentum ex iniuria temporum intercidiſſet, niſi ex diligentia copiali Epiſcopi Aſculani nobis illud eruere licuiſſet, Monumentum pulcherrimum eſt, dignumque quod hic exſcribatur ex fide. Teſtatur autem in eo Matthæus ſecundum carnem patrem, ſecundum ſpiritum filium eſſe Nicolai in hæc verba.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarn. ejuſdem 1183. menſ. Aprilis 1. Indict. Regni verò D. noſtri Vuillelmi Dei gratia magnifici, & glorioſiſſ. Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, anno 17. feliciter, Amen.*

*D. Nicolao D. gratia vener. Salernitano Archiepiſcopo, cariſſimo ſecundum ſpiritum patri, ſecundum verò carnem benedicto filio ſuo, ejuſque ſucceſſ. Matthæus Vicecancellarius, & familiaris in perpet.*

*Conſiderantes fragilitatis bumanæ diſpendia non aliter, quam æternorum ſtudio remedia, volentes* C *etiam bonorum, quæ largiente Domino ad uſum nobis data ſunt temporalem, ad ſalutis æternæ laurum partem aliquam fœnerari, prævia divinæ propitiationis clementia diù jam in eo ſumus inducti propoſito, eo quod ſpe alicujus deſiderii excitati, ut in civitate Salernitana aliquod auctore Domino boſpitale ſumptibus noſtris extrueretur pauperum, & infirmorum ſuſceptioni, & officio deputandum. Cumque jam à longe conceptum intentionis noſtræ propoſitum firmaremus, & tacito nobiſcum deliberationis conſilio verſaremur, quo loco ejuſdem civitatis convenienter poſſemus ipſum boſpitale conſtruere, non ſine divina prudentia, & voluntate menti noſtræ locus occurrit ad id opus exequendum idoneus, Eccleſia videlicet S. Joannis de buſanula, quæ juris Eccleſiæ Salernitanæ eſſe dignoſcitur, unde requiſivimus boneſtatem veſtram, ut de Eccleſia ipſa S. Joannis pro jam dicto boſpitali conſtruendo nobiſcum commutationem faceretis, ſicque factum eſt, quod binc inde gratuita, & ſpontanea voluntate bujuſmodi de Eccleſia ipſa facta* D *eſt commutatio; conceſſiſtis ſiquidem nobis, & bær. noſtris ordine commutationis ipſam Eccleſiam S. Joannis cum domibus, & ædificiis circa eandem Eccleſiam conſtructis, & cum vinea & toto tenimento, in quo Eccleſia ipſa cum præd. domibus, & ædificiis eſt fundata cum vicibus, & pertinentiis ſuis, tam de mari, quam & de fontibus ibi propinquis, quam de quibuſcunque aliis, ſicut plenius continetur in privilegio exinde ab boneſtate veſtra nobis, & bær. noſtris indulto, de qua ſimiliter commutatione ordinem recepiſtis à nobis Eccleſiam S. Mariæ noſtris ſumptibus juxta domum patrimonii noſtri fundatam in vico S. Triſomenis, cum poſſeſſionibus eidem Eccleſiæ S. Mariæ à nobis conceſſis, quę nunc reddunt in duplum, quam reddant prædicta vinea, & tenimentum, in quo eſt ipſa Eccleſia S. Joannis fundata, quæ in inſtrumento per Judices Salerni ex parte noſtra exinde facta expreſſius continetur. Et quoniam ſacroſanctam Salernitanam Eccleſiam tanquam ſpiritualem matrem*

*no-*

*noſtram, cujus ſuffragiis noſtra ſalus, & ſpiritualitas quotidie proficit, tota mentis intentione diligimus, & in voto ſemper habemus, non ſolum ad jura ſua illibata ſervanda; immo potius augumentanda ſollicitudinem, & curam gerere filialem concedimus, & tam nos, quàm hær. noſtros, & eum, cui per nos ordinatum, & diſpoſitum eſſe paruerit, hoſpitale ipſum alicui concedere, vel offerre, niſi ſalvo ſubjecto jure, quod in eodem hoſpitali conſenſu, & voluntate utriuſque noſtrum ſtatutum eſt, Eccleſiam Salernitanam habere, videlicet duos cereos de quatuor libris ceræ, & nihil aliud, quos magiſter ipſius hoſpitalis in feſto Tranſlationis Patroni noſtri B. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ Eccleſiæ Salernitanæ debet mittere offerendos, & ut Sacerdotes, qui in eodem hoſpitali à nobis, vel hær. noſtris, vel ab eo, cui præordinatum & diſpoſitum eſſe paruerit, ſeu à magiſtro ipſius hoſpitalis ſtatuti fuerint prius quam ſtatuantur vobis, aut ſucceſſ. veſtris præſententur, & eos tantum examinetis, ne fortè aliquid in eis appareat, pro quo non debent divina officia celebrare, & ut magiſter ipſius hoſpitalis ſi Clericus fuerit, Salernitano Pontifici de ſolis ſpiritualibus obedientiam repromittat, ita videlicet, ut Salernitanus Archiepiſcopus in magiſtro, & Clericis ejuſdem hoſpitalis nullum aliud jus correctionis habeat, niſi in ſpiritualibus tantum, ſubjecto modo, videlicet ſi Clerici aliquatenus de perſonis eorum, vel his, quæ ſpectant ad ordines ſuos, in aliquo exceſſerint, & per magiſtrum ipſius loci ſecundò, tertiove commonitum hoc non fuerit emendatum, per Salernitanum Pontificem ſecundum Deum poſtmodum emendetur. Magiſter verò, ſi Clericus fuerit, & de perſona ſua, vel his quæ ſpectant ad ordines ſuos oſtendatur, & ſecundò, tertiovè commonitus hoc per ſe non emendaverit per Salernit. Pontificem poſtmodum ſecundum Deum corrigatur. Clericus quoque ipſius hoſpitalis, non niſi per Salernit. Archiepiſcopum, aut ejus ſuffraganeos, Eccleſiaſticos ordines recipiat, ſcilicet eos gratis, ſicut decernit, ordinare voluerit, quod ſi facere noluerit, conceſſiſtis à quocunque alio Catholico Epiſcopo ordines ipſos abſque contrarietate veſtra & ſucceſſ. veſtrorum, vel Eccleſiæ Salernitanæ recipere. Excommunicatos, vel interdictos à Salernitana Eccleſia ſcienter ad divina officia non recipient, ſed eos vetabunt: Eccleſia vero, vel altaria ipſius hoſpitalis, non niſi ab Salernitano Pontifice, & ſi ſuis ſuffraganeis facient conſecrari, ſi gratis ea conſecrare voluerint, qui, ſicut dictum eſt, conſecrare noluerint, conceſſiſtis eis à quocunque alio Catholico Epiſcopo abſque contrarietate veſtra, vel ſucceſſ. veſtrorum, ſeu Eccleſiæ Salernitanæ ea facere conſecrari, ſi alius de aliis partibus, qui non ſunt de familia, vel hoſpitibus ipſius hoſpitalis, vel de civibus Salernitanis, & aliis exiſtentibus Salerni in eodem hoſpitali elegerint ſepeliri, non niſi ſalvo jure, ſi quid ab eis Salernitana Eccleſia habere debuerit, in Cœmeterio ejuſdem hoſpitalis recipiantur. Si vero nos, aut hær. noſtri, aut magiſter hoſpitalis, vel ille cui per nos ordinatum, & diſpoſitum eſſe paruerit, contra ſtatuta præſentis privilegii venire præſumpſerint, & ſecundò, tertiove commoniti hoc non emendaverimus, ducent. aur. puri pœna multemur, quarum medietatem Regiæ Curiæ, alteram vero medietatem Salernitanæ Eccleſiæ ſolvere teneamur. Hoc ſcripto nihilominus firmo in omnibus, & ſtabili permanente. Ad hujus autem commutationis memoriam, & inviolabile firmamentum præſens privilegium per manus Jo. de Cicala Not. noſtri ſcribi fecimus, & bulla cerea noſtro ſigillo impreſſa roborari, in quo propria manu noſtra ſubſcripſimus, ann. menſ. & Indict. præſcriptis.*

*† Matthæus D. Regis Vicecancell. & familiaris. Adeſt ſigillum cereum cũ buſſola pendenti ex cordula ſerica, crocei coloris, in ſigillo adeſt ſculptura hominis equitantis, & circumcirca ſcriptam Matthæus D. Regis Vicecancellarius.*

Hoc eodem anno 1183. Nicolai verò Pontificatus 3. Lucius Papa III. quod olim Gregorius VII. Canonicis Salernitanis indulſerat, geſtandi mitras ſericas ſtatutis temporibus ſuo diplomate

A confirmavit. Talibus porro mitris uſque in hodiernum diem Canonici in ſua Metropolitana Eccleſia ſimul cum Archidiacono, Cantore, & Primicerio in divinis celebrandis utuntur. Diploma Lucii ajunt in Capitulari tabulario aſſervari. An. 1188. Clemens III. die 11. Aprilis. ut Pyrrhus ex illo in 3. Notitia Sicilienſium Eccleſiarum ſcribit dato diplomate Lateran. opera Nicolai noſtri Archiepiſcopi Regii Oratoris apud Pontificem precibus Regis Gulielmi ſubiecit Monte-Regalenſi Metropolitanę Eccleſię Syracuſanam, quæ hactenus ſolum Romanam cognoverat ſuperiorem; alioque ex diplomate 29. Octob. anni ejuſdem ita Syracuſanam ſubiecit, ut illi ſacri pallii uſum interdixerit poſt obitum Richardi, qui tunc Syracuſanus erat Antiſtes. Jam diu antea, Romualdo Nicolai deceſſore vivente, anno ſcilicet 1175. Joannes quidam de Archiepiſcopo civis Salernitanus extra urbem in cacumine montis Eccleſiam in honorem ſancti Leonardi cœperat ædificare, ut documentum habet.

B *In nomine Domini, & Salvatoris, &c. Anno ab Incarn. ejuſdem 1175. & 10. anno D. noſtri Guilielmi Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſe Majo, 8. Ind. dum in præſentia D. Romualdi Dei gratia venerab. Archiepiſcopi, &c. Joannes de Archiepiſcopo fil. Q. Petri Judicis, qui fuit filius Bucconis divina celitus imperante gratia ſolempniter donaviſſe in quodam cacumine montis foris hanc civitatem in loco Licinianо in proprio ſolo Eccleſiam ædificare in honore B. Leonardi, in quo loco quędam domus ad opus jam dictę conſtruendæ Eccleſiæ facta eſſe videretur, &c.*

Apud ipſam jam ædificatam Eccleſiam deinceps Romualdi auctoritate, piorumque Salernitanorum eleemoſynis cœnobium pro Monachis Ciſtercienſis Ordinis excitatum eſt, quod gratiis, donis, ac juribus nobilitavit Nicolaus, cujus facti memoria ad poſteros perennavit in nobili exemptionis, donationiſque monumento, quod Nicolaus primo ejuſdem S. Leonardi Abbati fecit anno 1193. hiſce verbis conceptum ab exemplari Salernitani tabularii.

C *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen.*

*Nicolaus Dei gratia Salernitanus Archiepiſcopus, Monaſterio S. Leonardi, & dilectis in Chriſto filiis, Abbati, & fratribus ibidem Domino ſervientibus in perpetuum.*

*Ad officii noſtri pertinet dignitatem commiſſis nobis à Domino Eccleſiis auxilii noſtri ſolamen impendere, & tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus earum profectui paterna ſollicitudine providere: ne fortè aliqui divino timore neglecto eis gravamen inferant, & ipſarum quietem in aliquo perturbare præſumant; & hac occaſione miniſtri earum propter moleſtias, quas à pravis hominibus ſuſtinent, à ſancto propoſito mentem retrahant, & manus mittentes ad aratrum, oculos poſt terga reducant. Hac igitur conſideratione inducti dilecte in Chriſto fili Abbas monaſterii S. Leonardi, quod cum omnibus pertinentiis ſuis Salernitanæ Eccleſiæ ſubiectum eſſe dignoſcitur, perſonam tuam propenſius diligere, & honorare diſ-*
D *ponimus, & tam Fratres in prædicto monaſterio commorantes, quam ipſum monaſterium cum omnibus rebus juſtè habitis, & habendis ſub protectione, & defenſione B. Matthæi, & noſtri recepimus & de vener. Salernitani Capituli conſilio, & conſenſu auctoritate præſentis privilegii in perpetuum communimus; ſtatuentes, ut monaſterium ipſum bona, quæ in præſentiarum habet, aut in poſterum eſt largitione Regum, conceſſione Principum, ſeu aliorum Chriſti fidelium donatione dante Domino habiturum, aut aliis juſtis modis poterit adipiſci, in pace ſemper, & quieto poſſideat, nec liceat nobis, aut ſucceſſoribus noſtris bona ipſius à jure eidem monaſterio ſubtrahere, vel alienare, vel monaſterium ipſum, quod abſit, à monaſticæ ſtatu religionis avertere, aut alicui Clerico in beneficium, ſed ſemper ad uſum & obſervantiam monaſticæ diſciplinæ maneat deputatum: quoniam ſecundum Ciſtercienſis Ord. notiſſimam, & approbatam religionem ad devotam petitionem, & ſupplices*

A *preces tuas, & Fratrum tuorum in præd. monaſterio pro poſſibilitate loci, & poſitione, ſubſcripto modo de novo conceſſimus ordinandum, non quod Ciſtercien. Capitulo, vel ipſius Ordinis correctioni ſubjaceat, ſed quidquid juris in monaſterio ipſo, vel Fratribus, tam in providentia impendenda, quam in correctionibus exercendis aliqua ipſius Ordinis Abbatia de conſuetudine poſſet exigere, ſi ei fuiſſet, ut filia de Salernitani Pontificis ordinatione conceſſa nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & Salernitanæ Eccleſiæ integrum penitus obſervabitur, & illæſum. Verum quotieſcunque contigerit Abbatem ipſius monaſterii debitum carnis exolvere, Fratribus ibidem Domino ſervientibus eligendi ſecundum Regulam B. Benedicti, quemcunq; voluerint in Abbatem licentiam integram, & libertatem concedimus abſolutam, prius tamen ipſius Abbatis obitu Salernitanæ Eccl. nunciato. Quod ſi forte de d. Abbatis electione inter Fratres ortLerit exorta diſcordia, & infra tres menſes non fuerint ad unanimitatem, & concordiam revocati, Salernitanus*
B *Pontifex elapſo præſcripto termino, ne à ſubjectarum Eccleſiarum ſollicitudine videatur debita proviſione tepeſcere, poſt adhibitam diligentiam, ut diſcordes ad conſonam redeant unitatem, alicui de Fratribus monaſterii rum conſilio Fratrum Abbatis regimen, & diſpenſationem extrinſeram rommendabit, qui ad uſum, & commodum monaſt. adminiſtrationem ſibi commiſſam fideliter, & ſtudioſè procuret quouſque reſideat altercatio diſſidentium, & Fratrum vota conveniant in idipſum. Si verò, quod abſit, humani generis inimico malitiæ fomitem miniſtrante invaluerint ſeminata diſcordia, nec citò debita fuerit Fratrum unanimitate ſopita, liceat Salernitano Pontifici omni prorſus ipſius monaſt. contradictione ceſſante ſecundum Dominum Deum in ibi facienda diſpoſitione, & de Abbatis ſubſtitutione celerius monaſterio providere, ne dum tempus ad remedia præbenda differtur, invaleſcenti paulatim ex mora periculo tardè nimium ſuccurratur. Qui autem fuerit à Fratribus canonico electus, Salernitano Pontifici præſentetur, ut niſi ali-*
C *quid in ipſo fuerit, quod Canonicis obviet inſtitutis, munus benedictionis ab ipſo recipiat. Qui prius quam fuerit benedictus, juramentum ei ſalvo Ordine ſuo præſtabit, juxta formulam illam, quam alii Abbates Salernit. Parochiæ jurare noſcuntur, & illud deinceps obſervabit. Et ſingulis annis in feſto tranſlationis Apoſtolicæ Salernitanam viſitabit Eccleſiam, & cum aliis Abbatibus chorum ingredietur, & in ſignum ſubjectionis duos cereos duarum librarum ceræ ipſi Eccleſiæ offeret annuatim: ab omni alia exactione de rebus ipſius monaſterii ipſum liberum eſſe ſtatuimus, & ab omni perturbatione pariter, & moleſtia quietum volumus permanere, ut Fratribus ibidem Dominico mancipatis obſequio nullius vexationis adverſitas inferatur, ſed eorum ſimplicitas ſerena tranquillitate lætetur in Domino, & contemplationi vacare attentius nullius perturbationis extrinſecò laceſſita tumultibus Deo militantium ſolitudo. Ut autem ipſius Eccl. Fratres, ac pauperes, & peregrini, quibus in ipſa domo patebit domicilium charitatis, habeant, cum neceſſe fue-*
D *rit, ſepulturam, concedimus ipſi monaſterio cœmeteriū, ut quicunq; ibid. elegerit ſepeliri, liberò ſuper hoc ſortiatur voluntatis extremę judicium, ſalvo tamen in omnibus jure Salernitanę Eccl. & ſalvo nihilominus jure illius Eccleſię, cujus Parochianus extitit, qui ſe ſtatuerit in præſcripto monaſterio tumulandum. Excommunicatis ab Eccleſia Salernitana non communicabit. Expulſos ab ea non ſuſcipiet. Ordinandos ab Eccleſia Fratres non ab alio, quam à Salernitano Pontifice, niſi cum ejus licentia, vel conſenſu Capituli, ſi Eccleſia vacaverit, faciat ordinari. Oleum infirmorum à matrice Eccleſia recipiet. Ut autem ſupradicta conceſſio firma in perpetuum, & inviolabiliter obſervetur, præſens privilegium tibi jam dictæ Eccleſiæ primo Abbati, & tuis ſucceſſoribus, & monaſterio per manus noſtras fieri juſſimus bulla plumbea typario noſtro impreſſa, & propriæ manus noſtræ ſubſcriptione, ac venerabilium Fratrum noſtrorum ſcilicet Capituli Salernitanę Eccleſię roboratum anno Incarn. Dom. 1193. menſ. Aug. Indict. 11. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona huic noſtræ conceſſioni contraire præſumpſerit, & hanc conſtitutionis noſtræ paginam in parte, vel in toto infringere attentaverit, perpetuæ damnationis anathematis rea ſubjaceat, niſi præſumptionis ſuæ temeritatem ſecundò, vel tertiò commonita ſtuduerit citius emendare. Specialiter autem & diſtrictius Fratres monaſt. qui ibi Domino fuerint mancipati, excommunicationis vinculo ſtatuimus innodandos, ſi forte præfatam Ciſtercienſis Ordinis religionem inde præſumpſerint abolere, quoniam ſic eſt prædiſtinctum ibi ad preces omnium veſtrum, & vota plantari ſtatuimus, & teneri, niſi poſt ſecundam, vel tertiam ammonitionem ab hujuſmodi ſe præſumptione correxerint, & tam pravæ propoſitum revocaverint voluntatis, &c.*

Viguit diù divitiis, & piis operibus affluens Abbatia hæc, quouſque ſæcularibus Clericis commendata, pene deſolata fuit, ejus miſerabiles ruinæ, ac veſtigia adhuc viſuntur, cujus redditus ditiſſimi, à Sixto V. ſacro ſacello ad præſepe Domini in Liberiana Baſilica Romæ ab ipſo extructo, ſunt adjuncti.

Eodem hoc anno 1193. quo Nicolaus ſancti Leonardi cœnobium nobili privilegio ſupra relato cohoneſtaverat, Richardus Comes, Nicolai germanus frater non minori pietate præditus nobilem fecit donationem Presbyteris Salernitanæ Eccleſiæ, ut in expiationem ſuorum delictorum, & pro anima ſua parentumque ſuorum, perpetuo ſanctis ſacrificiis Deum exorarent in eadem Eccleſia: illa vero eſt hujuſmodi, exemplar tamen illius, quod in manus nobis incidit, diligentia non ſemel, ſed parcè laudati, bon. mem. Aſculani Epiſcopi nonnullis in locis mancum eſt, & mutilum, ſic enim ſe habet.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione ejus 1193. menſe Julii, Ind. 11. In præſentia D. Nicolai Dei gratia venerab. Salernitani Archiepiſcopi, & Regii dilecti familiaris.*

*D. Riccardus Dei gratia Illuſtris Comes Aceli frater ipſius D. vener. Archiepiſcopi ante me Bartholomæum Judicem exiſtentibus ibi complurtbus Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, & aliis Clericis hujus Salernitani Archiepiſcopii, pro ſalute ſua, & filiorum ſuorum, & delictorum ſuorum remedio obtulit, & tradidit in manu Abbatis Muſri Diaconi, & Archiſacriſtæ ipſius Archiepiſcopii, pro parte Fraterię ejuſdem Salernitanæ Eccleſiæ integram terram cum caſa fabricata ſolerata, & apothecis, & ſcala lignea . . . . . ipſi caſæ in parte Meridiei adjacentem, & cum planis marellariorum, & aliis planis, in quibus alia negotiatio exercetur, quam prædictus egregius Comes habebat intra hanc civitatem Salerni, & à parte Meridiei alteri plateæ quæ . . . conjuncta eſt, & fuiſſe dicitur Stephani Imperatoris, & poſtmodum Joannis de Pergula, qui fuit conſanguineus ipſius egregii Comitis cum omnibus quæ . . . . oblationem, & traditionem ſunt, cunctiſque ſuis pertinentiis, & cum vice de ſupraſcriptis plateis, & cum tectis ſuper ipſis planis conſtructis, & qualiter illud totum conſtructum, & ædificatum eſt, & cum muniminibus exinde continentibus ea ratione, ut integra ipſa oblatio, & traditio ſemper ſit in poteſtate Fraterię ipſius Salernitanæ Eccleſiæ. Sic tamen, ut ab ipſa Fraterſa nullo tempore vendi, vel pignorari, obligari, ſeu aliquo modo alienari poſſit, & omni anno ex redditibus ipſarum poſſeſſionum percipiat, & habeat Archiſacriſta ipſius Eccleſię & ſucceſſores ejus centum vigintiduos tarenos Salerni ſine aliqua moleſtia, & contradictione. Reſiduum verò inter ipſam Fraterìam communiter dividatur die nativitatis ejuſdem Comitis, donec vixerit, & ipſe Archiſacriſta, & ſucceſſores ejus faciant à Sacerdotibus ipſius Eccleſię ſingulis diebus Miſſam veriſſime cantare pro ſalute ſua, & filiorum ipſius egregii Comitis, qui eſt ultimus dies menſis Decembris, ipſa Fraterìa in Archiepiſcopio conveniat, & memoriam Beatiſſimi Apoſtoli, & Evangeliſtæ Matthæi ſolemniter faciat, & omnes Sacerdotes ipſius Sa-*

ler-

A *lernitanæ Eccleſiæ eo die Miſſas cantent ad remedium peccatorum ipſius Comitis, & ſalutem filiorum ejus. Poſt obitum verò ipſius egregii Comitis, cum Deo placuerit, præd. Archiſacriſta, ſeu ſucceſſores ejus percipiant, & habeant omni anno ſine aliqua moleſtia, & contradictione centum vigintiduos tarenos Salerni, ſicut prædictum eſt, & à Sacerdotibus ipſius Eccleſiæ, ſingulis diebus Miſſam devotè, ſicut dictum eſt, viciſſim cantare faciant pro ſalute animæ, & remedio peccatorum præd. Comitis. Reſiduum autem quod futurum eſt, inter ipſam Fraterlam dividatur in die nativitatis, & communiter dividatur die Anniverſarii. Et præd. Frateria omni anno ejus Anniverſarium debeat ſolemniter celebrare, & omnes Sacerdotes ipſius Eccleſiæ eodem die pro anima ipſius Comitis, & omnium fidelium defunctorum Miſſas devotè cantare. Et ſi contigerit corpus ejus in dicta Salernitana Eccleſia ſepeliri, omni anno in die Anniverſarii ejus viſitare debeant monumentum ipſius D. Comitis, cum orationibus ſicut fieri conſuevit. Ut autem omnia quæ ſuperius*
B *ſcripta ſunt firmiter, & inviolabiliter obſerventur, coram præd. D. venerab. Archiepiſcopo omnes ſupraſcripti Clerici obligaverunt ſe, & ſucceſſores ſuos ſolemni voto ſub pœna excommunicationis æternæ ea, quæ ſuperius dicta ſunt, firmiter & inviolabiliter omni futuro tempore obſervare. Et ut omnia quæ ſuperius continentur perpetuo firmiter obſerventur, prænominatus D. Archiepiſc. Salernitanus de communi conſenſu, & voluntate ipſius Capituli, eis & ſucceſſoribus eorum proinde perpetuam pœnam excommunicationis indixit. Si verò, quod abſit, ab ipſo Capitulo, & ſucceſſoribus eorum, quæ ſuperius dicta ſunt, non fuerint obſervata, & ſecundo, & tertio commoniti neglexerint, liceat Domino Comiti, & hæredibus ejus quocunque tempore prædictas poſſeſſiones liberè, & ſine contradictione qualibet revocare, & in alium locum Religioni offerre, ubi prædicta conſtitutio firmiter debeat obſervari, &c.*

Liberè aliquando Presbyteri Salernitanæ Eccleſiæ hac Richardi donatione ſunt potiti, verum cum
C ob bellorum injuriam redditus ejuſdem diminuti eſſent, pietatem Nicolai, ac Richardi precibus adierunt, qui attributis aliis bonis, rem liberaliter compoſuerunt, ut ex ſequenti monumento, litteriſque eorundem liquet, quæ modo à nobis proferuntur ex tabulario Salernitanæ Eccleſiæ.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarn. ejus 1212. & 2. anno Imperii D. noſtri Ottonis glorioſiſſ. Romanorum Imperatoris, & ſemper Auguſti 15. Ind. Ante nos Matthæum Judicem venit Joannes, qui dicitur Surizillus Sacerdos, & Cardinalis hujus Salernitanæ Eccleſię, & pro parte ſua, & omnium Sacerdotum ipſius Salernitanæ Eccleſiæ ſociorum ejus, & oſtendit quaſdam litteras cereo ſigillo D. Nicolai Reverend. ejuſdem Salernitanę Eccleſię Archiepiſcopi, quę ſunt continentię talis.*

*Nicolaus miſeratione divina Salernitanæ Eccleſiæ Miniſter humilis dilectis in Chriſto filiis Capitulo Salernitanæ Eccleſiæ ſalutem, & paternam benedictionem. Dilecti in Chriſto filii Presbyteri Salernitanæ*
D *Eccleſiæ ſuis nobis litteris intimarunt, quod cum de ordinatione dilecti in Chriſto filii, & cariſſimi fratris noſtri egregii Comitis Riccardi Ayelli prodierit, ut de redditibus Plancarum, quas idem egregius Comes pro remiſſione peccatorum Frateriæ veſtræ ſub certa forma obtulit, duas uncias auri, & duos tarenos monetæ Siciliæ pro ſalute animæ ejuſdem D. Comitis, & pro Anniverſario annualiter pro ipſo D. Comite celebrando deberent ſupraſcripti Sacerdotes aſſequi annuatim. Nunc quia malitia temporis ingruentis pręd. redditus decreverit, quærit is de memorata quantitate pecuniæ Sacerdotibus ipſis ſubtrahere, & eam ſibi peculiariter detinere. Verum quia jam dictus egregius Comes in noſtra præſentia conſtitutus coram nobis, & dilectis in Chriſto filiis Abbate Petro de Cantone, & Abbate Matthæo Murtazza Diaconis, Presbytero Joanne de Buſanula Abbate Thomaſio de Aquilia, & aliis Clericis Salernitanæ Eccleſiæ pro-*

A *poſuit, quod tempore oblationis factæ talis fuit intentio, & voluntas ipſius, ut ſive ipſi redditus creſcerent, ſive decreſcerent, presbiteris memoratis provideretur in duabus unciis, & duobus tarenis annuatim maximè cum ipſi portent onus ſacrificii jugiter offerendi, pro quo ſpecialiter oblatio ipſa facta eſſe dignoſcitur. Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus voluntatem oblatoris efficaciter obſervantes, ſupradictos Presbyteros duas uncias auri, & duos tarenos, ſicut dictum eſt, de eiſdem redditibus ſine impedimento aliquo percipere primitus permittatis, quod autem reſiduum fuerit, communiter dividatur; & oſtendit etiam aliquaſdam litteras ſigillo D. Riccardi Dei gratia Illuſtris Comitis Agelli cariſſimi fratris ejuſdem D. Archiepiſcopi inſignitas, quæ ſimiliter ſunt continentię talis. Dilectis tanquam fratribus, & amicis, D. Petro de Canalibus, & D. Matthæo Porcaſtrella diſcretis Judicibus Salerni.* Ricardus Dei gratia Comes Agelli ſalutem a Domino. *Rogamus prudentiã*
B *veſtram, ut viſis his litteris, quas D. vener. Salernitanus Archiepiſcopus cariſſimus frater noſter, & nos mittimus Capitulo Salernitano, in quibus continetur, quod de proventibus Plancarum, & domorum, quas Eccl. Salernitanæ obtulimus, perceptionem eidem Eccleſiæ diſtinctè dari ſtatuimus, ut inter ipſos Presbyteros, & reliquum Capitulum proinde diſſenſio haberetur, & tenorem ipſarum litterarum in ſcripto authentico declarari faciatis, & eiſdem Presbyteris aſſignetis ad eorum ſecuritatem eidem tempore reſervandum. Datum Olibani ultim. Julii 15. Indict.*

Hanc donationem ann. 1220. ad petitionem Capituli confirmaſſe Federicum II. Imp. habemus ex privilegio ejuſdem datum apud Ulmam Germaniæ civitatem in hunc modum.

*Federicus Dei gratia Romanorum Imp. ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.*

*Straticotis, & Judicibus, militibus, & univerſo populo Salerni, tam præſentib. quam futuris fidelibus noſtris gratiam ſuam & bonam voluntatem. Pateat univerſitati veſtræ, quod ex parte Capituli Salernita-*
C *nę Eccleſiæ fidelium noſtrorum humiles ſupplicationes accepimus, ut Plancas Macellariorum cum domibus, quæ olim fuerunt Joannis Græci de Pergula, quæ Comes Richardus de Ayello fidelis noſter, ad quem perveniſſe de jure noſcitur, Eccleſiæ Salernitanæ obtulit per ſcriptum auctoritate judiciaria roboratum, eidem Salernitanæ Eccleſiæ confirmare noſtra Serenitas dignaretur. Nos igitur pro reverentia B. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ, necnon pro remedio animarum divorum Auguſtorum parentum noſtrorum recordationis inclytæ, Plancas ipſius cum domibus, ſicut idem Comes eidem Salernitanæ Eccleſiæ eas obtulit, de munificentiæ noſtræ gratia perpetuo concedimus, & confirmamus, præſenti ſcripto mandantes, ut nullus unquam prædictam Eccleſiam in aliquo contra oblationem ejuſdem Comitis, & hanc noſtram confirmationem impedire ſeu moleſtare præſumat. Quod qui præſumpſerit pœnæ debitæ eum volumus ſubjacere. Datum apud Ulmam ultimo Junii Indict. 8. anno verò Dom. Incarn. 1220.*

D Anno deinde 1195. illud inter cætera funeſtiſſimum accidit Nicolao Archiepiſcopo, quod defuncto Tancredo Rege Siciliæ, cum ſucceſſiſſet in Regno Wvillelmus III. puer, quem Sibylia Regina mater Panormi coronandum curaverat, cum iis captus Nicolaus in Germaniam ductus diro carceri mancipatus eſt. Henricus enim VI. Imp. audita Tancredi morte, injurias ulturus, cum Conſtantia uxore gravida ad Regnum ſibi jure illius debitum repetendum copias parat. Wvillelmus autem Rex cum matre, & ſororibus, ſatis ſuis non fidens viribus in prærupti montis Caltabilaſtæ caſtrum confugit. Henricus Meſſana, aliiſque urbibus blandè allectis, ſub pollicitationum ſimulatione juravit, fore, ut ſi Wvillelmus Regno ſe abdicaret, ei Taranti Principatum, eiuſque matri Lecii Comitatum ipſe elargiretur, hoc pacto Sibyliam matrem, Wvillelmum Regem, filiaſque ſuam in poteſtatem redegit 3. Kalend. Januarii anno 1195. ut ſcribunt Ric-

cardus, Fazelus, & Baronius. At eos omnes Imperator Henricus cum Nicolao Archiepiſcopo Salernitano, Riccardo Ayelli Comite, Rogerio fratre Matthæi Cancellarii jam defuncti filiis, Epiſcopo Oſtunenſi, & Tranenſi, aliiſque Regni primoribus in Germaniam ſolum vertere coegit, ibi verò ſuppliciis affectos carceri mancipavit. Sed Cœleſtinus III. mox Innocentius III. Pontif. litteris Spirenſi, Argentinenſi, Vormacienſi, Sutrino Epiſcopis, & Abbati ſancti Anaſtaſii, ut inde educerentur curavit: ergo anathematis minis per Epiſcopos intentatis, adnitente etiam Philippo Sueciæ Duce, Henrici Imp. fratre priſtinæ omnes reſtituti ſunt libertati, Vvillelmus verò Regno exauctoratus, luminibus erutis, atque genitalibus reciſis, carceri ad mortem uſque addictus fuit, atque anno 1197. obiit, ac ſimul cum illo Regia Northmannorum ſoboles maſculina extincta eſt. Porrò non defuerunt, qui abſentis Archiepiſcopi Nicolai Eccleſiam invaderent Salernitanam, & laica manu vacantia pro libito beneficia conferrent; quorum conceſſiones nullius eſſe momenti idem Innocentius ſtatuit ſcriptis litteris procuratoribus Eccleſiæ Salernitanæ, quæ extant primo lib. epiſtolarum ejus 65. Eductus ita Nicolaus de longa, duraque carceris maceratione Eccleſiæ ſuæ redditus eſt, cui præſcripſit Innocentius formulam compoſitionis ſuper electionibus celebrandis in Regno Siciliæ, inter illius Regni Reges, & Sedem Apoſtolicam, & Honorius III. decret. epiſt. ſeu caput primum ex litteris de officio Judicis in Decretalium lib. Federicus vero II. eidem omnia privilegia ab anteceſſoribus Regibus Principibuſque Salernitanæ Eccleſiæ conceſſa confirmavit. Datum Capuæ menſe Feb. Indict. 9. Regni ejus Siciliæ 23. imperii vero anno primo. Sub quo tandem cum adverſam, proſperamque fortunam æquè toleraſſet egregius Præſul, migravit ex hoc ſæculo anno Chriſti 1220. Pontificatus ſui quadrageſimo, ſepelitur honorifice in Cathedrali Eccleſia S. Matthæi cum hac inſcriptione.

*Nicolao Agello Salernitano Archiepiſcopo Matthęi Vvil. Regis Cancell. filio Ric. Comitis Agelli fratrì, qui Pontif. ann. xl. ſalut. MCCXX. xl. Februar. piè decubuit. Marmor hoc vetuſtate confractum, ne tanti viri memoria cum ſculptura attereretur, Hercules ex ipſius Riccardi ſtipite, & hujus Eccleſiæ Canonicus coronide præeminenti reparavit an. D. M.DCXII.*

Vacavit Sedes Salernitana ab obitu Nicolai omnino annos quinque. Sed nec ſilentio prætereundum eſt, quod præſidente Nicolao in Salernitana Eccleſia anno 1187. Landulfus Judex quandam diſpoſitionem, ſeu teſtamentum Siconis Comitis factum anno 1094. Alfani ſecundi Archiepiſcopi temporibus auctoritate Nicolai ad petitionem Joannis Presbyteri Cardinalis Salernitanæ Eccleſiæ recognovit, quod cum ſatis pulchrum, & dignum, ut perennetur, hic exſcribere non pigebit, eritque pro Nicolai coronide.

Anno Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Ab Incarnatione 1187. & 21. ann. Domini noſtri Vvil. Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, menſ. Martio 5. Ind.*

*Dum in præſentia D. Nicolai Dei gratia vener. Salernitani Archiepiſcopi reſiderem ego Landulfus Judex in juriſdictione hujus Salernitani Archiepiſcopii commiſſa eſt Alferius Notarius filius Q. Lupeni magni avunculi mei, qui fuit filius Marini, qui dictus eſt Devina, conjunctus eſt cum Dom. Joanne Præsbytero, & Cardinali hujus Archiepiſcopii, & Capellano ipſius D. Archiepiſcopi, dum ibidem idonei homines intereſſent, & per ipſum Alferium oſtenſum fuit unum ſcriptum judicii, & diſpoſitionis quondam Siconis Comitis, & Judicis, quod ſic continebat. In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti,*

A *anno ab Incarnatione ejus 1094. temporibus D. noſtri*
*Rogerii glorioſiſſ. Ducis menſ. Majo 2. Indict. Ego Sico*
*Comes, & Judex filius q. Godeni Comitis, ut habet*
*caſus humanę fragilitatis ægrotavi, & quamquam in*
*lectulo jaceo, & rectè loqui poſſum in præſentia Jo-*
*annis Judicis, qui ad me viſitandi gratia venit, &*
*aliorum bonorum hominum pro anima mea judicavi*
*& diſpoſui, quod de rebus meis poſt meum obitum*
*Bertagarius filius meus, & ejus deſcendentes legiti-*
*mi mihi ſint hæredes in omnibus rebus meis, & ille,*
*& ejus deſcendentes dent pro redemptione animæ*
*meæ ad obitum meum mihi, vel cui per me diſpoſi-*
*tum fuerit, vel cui hoc ſcriptum in manu paruerit*
*centum auri ſolidos, quorum quiſque habeat auri ta-*
*pclos bonos quatuor monetæ hujus civitatis, & ille,*
*qui abſque me ipſos ſolidos acceperit, diſtribuant eos*
*cum notitia d. filii mei, & hær. ejus per pauperes, &*
*Sacerdotes, & venerabilia loca, ſicut eis Deus melius*
*inſpiraverit, Sicelgaitæ uxori meæ fil. quond. Romual-*
*di relinquo ſuper ſuo mortinapli ſibi à me dato uſum-*
B *fructum ex omnibus ipſis rebus meis tantum quantum*
*ſecundum legem noſtram Longobardorum ei relinque-*
*re poſſum, & ut in caſis meis reſideat & habeat, & res*
*ipſas utatur, & fruatur, & de uſufructu earum,*
*quod voluerit, faciat, ſi autem nupſerit, vel mor-*
*tua fuerit ipſum uſumfructum ad hær. meos reverta-*
*tur, & ſi, quod abſit, ipſe Bertagarius abſque filiis*
*legitimis deceſſerit; uno vel plures, tunc integra me-*
*dietas iſtarum rerum perveniat, & ſemper ſit in pote-*
*ſtate Gaitelgrimæ, & Mandæ, & Sicelgaitæ filiarum*
*mearum, & ex eis deſcendentium ad faciendum ex-*
*inde illæ, & deſcendentes earum quod voluerint, ipſa*
*verò Gaitelgrima eſt uxor Alferii fil. Landuarii Comi-*
*tis, & ipſa Munda eſt uxor Arinizonis fil. q. Ottonis de*
*la marmore, & ipſa Sicelgaita eſt uxor Lamberti fil. q.*
*Petri Comitis qui fuit filius Lamberti Comitis, & per*
*convenient. obligavi hær. meos ſi iſtam, vel ex eis quic-*
*quam removere, aut contradicere præſumpſerint, &*
*ut dictum eſt non adimpleverint, componant illi, cui*
*hoc ſcriptum in manu paruerit centum auri ſolidos*
C *Conſtantin. & quod dictum eſt firmum permaneat, tan-*
*tum dum ego vivus fuero poteſtatem habeam de omni-*
*bus iſtis rebus meis facere, quod voluero, & taliter te*
*Grimoalde nobis ſcribere rogavi ego qui ſupra Joan-*
*nes Judex. Ipſo autem ſcripto oſtenſo, & ejus continen-*
*tia diligenter inſpecta dixit ipſe Alferius, quod jam*
*d. Berigarius filius memorati Siconis Comitis, & Ju-*
*dicis tam per ſucceſſ. ejuſd. Bertiadarii jam d. tribus*
*ſororibus ejus, quæ ut prælegitur, filiæ fuerunt ipſius*
*Judicis, perveniſſe aſſeruit inter quas res eſſe aſſeruit*
*idem Alferius integrum monaſterium S. Mariæ de Mo-*
*nialibus, quod cum omnibus rebus ejus pertinuiſſe di-*
*xerunt ipſis patri & filio, & conſtructum eſt intra hanc*
*Salernitanam civitatem à ſupra, & non multum longè*
*à porta Rotenſe, quod monaſterium cum omnibus rebus*
*ejus ipſe Alferius nunc ſibi & conſortibus, qui ſunt de*
*deſcendentibus dictarum trium ſororum per dictam*
*rationem, non in capite, ſed in ſtipites aſſeruit pertine-*
*re, & ſicut ipſi Alferio placuit ſponte per conven. hanc*
*cartulam tradidit ipſi D. Joanni Presbytero, & Cardi-*
D *nali pro parte d. Archiepiſcopii integram tertiam par-*
*tem, quæ per medium ſucceſſionis, & per dictam oſten-*
*ſam rationem, tam ipſum Alferium, quam conſorores*
*ejus, quæ ſunt de deſcendentibus tam d. Gaytelgrimæ*
*paternæ parte ſuæ contingit de omni jure patronatu*
*ipſius monaſterii, & rerum ejus ratione, ut ipſa tradi-*
*tio qualiter ſupra legitur, ſemper ſit ſub poteſtate, &*
*juriſdictioni d. Archiepiſcopii, & ipſe D. Archiepiſco-*
*pus, & ſucceſſores ejus, & ejus par. d. Archiepiſcopii*
*licentiam habeant de ipſa traditione facere quod vo-*
*luerint, & per conven. ipſe Alferius guadiam ipſi D.*
*Joanni Presbytero, & Cardinali pro parte d. Archie-*
*piſcopii ipſam traditionem, qualiter legitur à conſorti-*
*bus ſuis, qui ſunt tantum de deſcendentibus d. Gaytel-*
*grimæ, & ab omnibus aliis hominibus, & tribuit licen-*
*tiam, ut quando ipſe D. Archiepiſcopus, & ſucceſſ. ejus,*
*& pars d. Archiepiſcopii voluerint, poteſtatem habeant*
*ipſam traditionem per ſe defendere qualiter voluerint*
*cum omnibus muniminibus, & rationibus, quas de*

*ea*

*ea oſtenderint, & ſicut ſuperius ſceiptum eſt, ipſe Alferius, & ejus hær. non adimplevetiat, & iſta, vel ea eis quicquam eemoveee, aut conteadicere peæſumpſerint pee ipſam guadiam obtulit ſe, & ſuos hæredes componere ipſi D. Archiepiſtopo, & ſucc. ſuis, ſeu par. d. Archiepiſcopii 30. auri ſolidos regales, &, ſicut dictum eſt, adimplere. Præteeea Nicolaus nepos ejuſdem Alferii, qui fuit fil. Joannis germani ſui, & Matthæus Clericus d. Archiepiſcopii toaſobrinus fratee ejuſdem Alferii fil. qu. Cioffi, qui dictus eſt Romanue, & Matthias nepos d. Matthæi Cl. fil. q. Baetbolomæi Notarii, & Advocati, qui fuit fil. d. Cioffi, & Sicelgaita eelicta Andreæ, qui dictus eſt Caballus, quæ fuit filia Mauri Amalfitani avunculi ipſius Alferii, qui fuit filius Joannis fil. Mauei Comitis, qui Nicolaus, Matthæus, Matthias, & Sicelgaita ſunt de deſcendentibus dictç Guiltigeimę, in meam ſinguli accedentes præſentiam, dictam traditionem eatam, & firmam habueeunt, Caſſandra etiam mater ipſius Matthæi eelicta d. Bartholomæi Aduocati in ipſa traditione ſuum aſſenſum prębuit; demum Marinus, & Romualdus germani d. Nicolai nepotes ejuſd. Alferii in pręd. teaditione conſenſeeunt, auctoetzaate eis dicto Alfeeio, & ipſa Sicelgaita, & pręd. Caſſandra dicta feceee ſecundum legem, & Romanorum conſuetudiaem, qua utuntue, quod autem ſupeeius diſtuebatum eſt, legitur, ſicut ea ipſius judicii, & taliter tibi Petro Notario ſcribere pręcepi.*

† *Ego qui ſupea Landulfus Judex.*

Anno 1207. qui fuit Nicolai peæſulatus 27. Maria Abbatiſſa s. Georgii Puellarum iovestivit Presb. Jacobum de Eeclesia S. Mennæ in hunc modum.

In nomine Domini Dei æteeni, & Salvatoris noſtei Jesu Cheiſti.

*Anno ab Incaenatione ejus 1207. & anno aa*[illegible] *Regni Domini noſtei Fredeeici Siciliæ, & Italiæ glorioſiſſimi Regis, meaſ. Julio 10. Ind.*

*Dum in monaſteeio Puellaeum S. Mart. Georgii, quod conſtructum eſt extra hanc civitatem inter veteres mueos, in quo D. Maria Dei geatia venerab. Abbatiſſa præeſt, eſſem ego Joannes Peotojuden, exiſtente ibi coaveatu ejuſdem monaſteeii, & quamplurıbus aliis viris idoaeis, & prudeatibus, ipſa D. Abbatiſſa cum coaſeaſu, & voluatate ipſius Conventus canoaicè per quendam librum inveſtivit Jacobum Presbyterum de Eccleſia S. Mennæ, quæ conſtructa eſt foris hanc predictam civitatē in loco Buſanola, cū omnibus eebus eidem Eccleſię pertin. in eodem loco Buſanolæ, quæ Eccleſia S. Mennæ dicto monaſterio pertinet, ac ſubjecta eſt, cui videlicet Jacobo Presbytero ipſa Domiaa Abbatiſſa, & ſucceſſ. ejus, & par. d. monaſteeii debeat dare omni anno tempore vindemiarum octo laurnas de muſto mundo, quorum quæque habeat octo languenas juſte cartatorias, & puteolum unum, quod exieeit de teeea cum vinea ejuſdem monaſterii, quæ dicitur eſſe in loco Grancoario, & intra ipſam terram cum vinea faciendum quod voluerit: verum ſi ipſe Peesbyter ipſius octo facimas de muſto, & puteolo miaus ab eodem monaſt. habuerit, vel conſequutus fueeit, liceat ipſi Jacobo Peesbytero capere, ubi voluerit tantum de eebus ipſius monaſt. quantum minus fuerit ipſius octo faveenis de muſto, & puteolo Saleeaitano omni jure, & omnibus rationibus d. Monaſterii, quæ ipſe Jacobus Presbyter annualitee ipſi monaſteeio dare facere adimpleee debet, videlicet in Nativitate Domini noſtei Jeſu Cheiſti unam par. de oblatis, & uaum aliud parum in Paſcha Domiaicæ Reſurrectionis ejus, & uaum tareaum monetæ Salerni in feſto S. Georgii, & unum tareaum ejuſdem monetæ in feſtivitate S. Mennę, & taliter dicta omnia ad poſteritatis memoriam, & d. Peesbyteri defenſioaem, & ſecuritatem te Alfanum Notarium, & Advocatum in ſcriptis redigeee juſſi, memoeans quod ſupeeius diſtuebatum eſt legitur dum,*

† *Ego qui ſupra Joannes Protojuden.*

XLIX 15 CÆSAREUS de Alagno, patria Amalphitanus, litteris & morum probitate, generis nobilitate vir illuſtris, ex Famauguſtano Epiſcopo in Cypri Inſula ab Honorio III. an. 1225. translatus eſt



ad hanc Salernitanam Eccleſiam, quem Pontifex ſuis litteris commendat Capitulo Salernitano Dat. 7 Kal. Octob. Pontif. 10. quæ extant in Reg. Vat. n. 530 Meminit idem in litteris aliis eodem tempore conſcriptis ad Federicum II. Imp. quas retulimus in primo noſtro tom. in Epiſcopis Averſanis. Sed audiamus quid de eo ſcribat Muſca.

*Anno Chriſti 1226. Cæſareus de Alagno Pateicius Amalphitanus ſextuſdecimus (melius 15.) Archiepiſcopus Salernitanus, peemultos Salerni cum haberet conſanguineos, cumq; Salernitana ei civitas etiam atq; etiam placeret, vitam ei potius degebat, vacavit eo tempore una Canonici Sedes in majori Eccleſia, ad quam licet aſpiraſſet, voti tamen compos fieei non potuit, obſtantibus Canonicis ejuſdem Eccl. quod Salernitanus civis non eſſet. Quocirca Salerni diutius manere noluit. Romam ſeſe contulit, & ibidem cum utroq; jure cum primis cacrileeet, Auditoe Rotę creatus fuit. Aliquot poſt annis Archiepiſcopali Sede Salerni vacante, id, quod Deo placuit, ad illam de voluntate Summi Pontificis Honorii III delectus eſt, cumque tali honore inſignitus, primùm ipſam Salerni urbem iniret, pręcedentibus juxta veterum ritum Canonicis, ſic eos, qui ſibi obſtiteeant, quò minus Canonicatum obtineret, eſt affatus. Quem noluiſtis in fratrem, habetis in Paſtorem. Peæfuit anno 1226. (melius 1225.) & Primicerii dignitate Saleenitanam Eccleſiam auxit. Ipſo Pręſule ad inſtantiam Joannis de Procida Saleenitani civis peæclaræ memoriæ fuit Salernitanę civitati conceſſū à Rege Manfredo Nundinarū privilegiū in menſe Septembri per octo dies, in honorem B. Matthæi Apoſtoli: quo illius feſtus dies majore hominum frequentia celebraretur, cujus etiam interventu uti familiaris, & Regis prædicti Conſiliarii, qui etiam meruit vocari gemma Salerni, factus eſt portus in mari civitatis peæd. Muniebat ſuas bullas plumbo cum effigie B. Matthæi ex una parte, ex altera vero nomen ipſius Cæſarei adeeat, ut ad præſens conſpicitue, in ea præſertim bulla, in qua agitur de his, quæ obſervari debent à Domino Archiepiſcopo Salernitano, & Reveeendo Capitulo. Sanctorum Coafeſſorum Quingeſii, Cirini, & aliorum inſuper Confeſſorum corpora ſimul collegit, & in altari ſub eodem vocabulo, in inferiore ipſius Baſilica eecondidit, ſupra portam, quæ dicitur leonum, ipſius Eccleſię, variis pretioſis lapillis, ejus imago inſpicitue concerta Obdormivit in Domino Amalphiæ an. 1263. cum teiginta ſeptem annos Eccl. ſuam optimè eexiſſet; ibique in Amalphitana Eccleſia juxta æneam portam ſepultus eſt.* Hæc ille. Extabant in tumulo ejus hæc pauca verba.

D. CÆSAREUS DE ALANEO ARCHIEPISCOPUS SALERNITANUS MCCLXIII.

Additus deinde eſt elapſis annis ab ignaro ano. 1240. pro 1263. quo ille obierat. Donaveeat anno 1256. monaſterio Monialium S. Laurentii Amalphiæ plura bona. Quo etiam Præſule anno 1238. Joannes Pizacovillus Clericus, & Diaconus Salernitanus, Abbaſque S. Nicolai de la Fontana,

aquam conceſſit Eccleſiæ ſancti Franciſci nuper conſtructæ intra civitatem Salernitanam conſenſu Cæſarei, ut ex documento licet videre. Exemplar hic inſerimus.

*In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno ab Incar. ejus 1238. & 18. anno Imperii D. Frederici glorioſiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem, & Siciliæ Regis, & 25. anno Regni D. noſtri Henrici Regis Siciliæ, & Italiæ ejus cariſſimi filii, menſe Majo 11. Ind.*

*Dum in Archiepiſcopali Salernitano Palatio in præſentia D. Cæſarei Dei gratia vener. Archiepiſcopi eſſemus ego Matthæus Judex, præſentibus ibidem Romualdo Caſtellomata, Matthæo Guarna, & Romualdo Advocato, qui dicitur extiliatus, teſtibus ſubſcribendis, & ad hoc ſpecialiter rogatis. Joannes, qui dicitur Pizziacavilus Clericus, & Diaconus hujus Salernitani Archiepiſcopii, & Abbas S. Nicolai, qui* de la Fontana *dicitur, & Gerardus filius Urſonis, qui dicitur* de dopna Gezza, *coniuncti ſunt, ipſe tamen Joannes Clericus pro par. ſuæ Eccleſiæ S. Nicolai, qui de la Fantana dicitur, & ipſe Gerardus pro par. Eccleſiæ S. Franciſci, quę conſtructa eſt intra hanc Salernitanam civitatem in plano montis, & ſuper, & propè Eccleſiam S. Mariæ, quæ de Radulfo dicitur, de qua unus de dopnis ſum; & quoniam idem Gerardus aſſerebat quandam aquam oriri circa, & propè ſuam Eccleſiam S. Nicolai, quam videlicet aquam dicebat prędictus Abbas Joannes intra terram ejuſdem Eccleſiæ S. Nicolai oriri, & eidem Eccleſiæ rationabiliter pertinere, quæ aqua pro utilitatibus ſuæ Eccleſiæ S. Franciſci ſatis utilis, & neceſſaria videbatur, prædictus Gerardus pro par. ſuæ Eccleſiæ S. Franciſci requirebat ipſum Abbatem Joannem, ut ipſi Eccleſiæ S. Franciſci prædictam aquam derivandam concederet, cum prædicta Eccleſia S. Nicolai dapnum aliquod, nec jacturam ex conceſſione hujuſmodi ſuſtineret, & maximè cum aqua quædam alia, quam prædicta Eccleſia S. Franciſci aliunde ex conceſſione alterius pro neceſſariis, & ſuis utilitatibus poſſidebat ad plenum inſufficiens videbatur; cujus Girardi petitioni, quæ ab æquitate non deviat, ſed quodammodo conſonat rationi, prædictus Abbas Joannes pro par. ſuæ Eccleſiæ S. Nicolai volente, conſentiente, & mandante ſuo Archiepiſcopo conſenſum præbuit, & ſe totis mentis affectibus inclinavit, & ſicut ei placuit, ſponte per conven. per hanc cartulam conceſſit, voluit, & promiſit, ut liceat Patribus ſuæ Eccleſiæ S. Franciſci prædictam aquam à prædicto loco, in quo oritur ad prædictam Eccleſiam S. Franciſci derivare, & ipſa aqua Fratres, qui in ipſa Eccleſia S. Franciſci pro tempore fuerint uti perpetuo abſque contrarietate, & moleſtia ejuſdem Abbatis Joannis, & ſucceſſ. ejus hujuſmodi eidem Abbati Joanni, ejuſque ſucceſſ. conditione ſervata, ut ſi aliquo tempore balneum prædictæ Eccleſiæ S. Nicolai reædificari contigerit, ita quod publice balneare poſſent tam ipſe Abbas Joannes, quam ſucceſſ. ejus de aqua prædicta, quæ intra terram prædictæ Eccleſiæ S. Nicolai exoritur tantum accipere, quantum juſtè, & rationabiliter videatur ſufficere ad ipſius balnei officium neceſſarium exercendum, prædicta Eccleſia S. Franciſci aqua altera permanente, quæ ad uſum prędictę Eccleſiæ S. Franciſci aliunde, & ab alio loco extiterit derivata, unde per conu. ipſe Abbas Joannes pro par. ſuæ Eccl. S. Nicolai volente, ſicut dictum eſt, conſentiente, & mandante ſuo D. Archiepiſcopo ipſi Gerardo, &c.*

Hocce in documento fit mentio Romoaldi Caſtellomatæ, fortaſse germani fratris Leonardi, qui obiit anno 1237. in emanuali libro S. Matthæi ita notatum lego.

*Anno 1237. obiit Leonardus Caſtellomata Subdiaconus Dom. Papæ, & Archidiaconus S. Euphemiæ.*

L. 16 MATTHÆUS Joannis filius, de Porta, Patritius Salernitanus ſtatim poſt obitum Cæſarei communi omnium Canonicorum ſuffragio Archiepiſcopus adlectus eſt; ab Urbano IV. Pontifice confirmatur anno 1263. 15. Kalen. Decemb. Pontif. 3.

A 

ita in epiſt. 58. fol. 17. Reg. Vatic. Hic præclaris
B virtutibus præcipuè ornatus, Divo Thomæ Aquinati pio amore conjunctus, in ejus gratia, ac Euphranonis conſobrini ſui, viri clariſſimi, S. Dominici ſocii, Eccleſiam S. Pauli de Palearea in ſuburbiis Salernitanis poſita tradidit, ubi & cęnobium Ord. Prædicatorum, cui erat devotiſſimus, conditum fuit. Matthæi donatio talis fuit.

*Matthæus Dei gratia Salernitanus Archiepiſcopus.*

*Conſiderantes, quod officii noſtri debitum nunquam melius implere poſſumus, quam ſi nobis in executione ipſius officii adjiciamus providos, & utiles adjutores, &c. Volentes hanc noſtram deliberationem pio affectu complere ob reverentiam omnipotentis Dei, & B. Dominici Confeſſoris Inſtitutoris Ordinis Præd. ob devotionem, & præcipuum amorem, quem ad prædictum S. Ordinem Prædictorum Fratrum Prædicatorum, nec non & amorem præcipuum, quem habemus ad vener. virum Fr. Thomam de Aquino, & magiſtrum noſtrum prædicti Ord. Prædicatorum, & ad*
C *providum, & religioſum virum Fr. Euphranonem ejuſdem Ordinis dilectum nobis in Chriſto, & cariſſimum conſobrinum noſtrum Eccleſiam S. Pauli ſitam in ſeptemtrionali ſuburbio iſtius civitatis, & de Palearea dicitur, cum domibus, hortis, & Caſalenis, & adjacentiis ſuis, quam Abbas Marius Sunaca Clericus prædictæ noſtræ Eccleſiæ in beneficio ab eadem noſtra Eccleſia tenebat, & ortum ipſius adjacentiis ipſius Eccleſiæ in parte Septemtrionali continetur, quem magiſter Stephanus de Aja Clericus, & Subdiaconus ejuſdem Eccleſiæ noſtræ ſimiliter in beneficio tenebat vacantes ex reſignatione præd. Abbatis Marii Rectoris ejuſdem Eccleſiæ, ac præd. Magiſtri Stephani, qui prædictam Eccleſiam, & prædictum hortum in manibus noſtris ſponte, & liberè reſignavit prædicto Fr. Euphranoni pro parte præd. Ordinis Prædicatorum cum ſubſcribenda conditione, de conſilio, & conſenſu Capituli noſtri duximus de ſpeciali gratia perpetuo canonicè conferendam ad conſtruendum ibidem omnia ædificia juxta ipſorum Fratrum*
D *beneplacita voluntatis. Fines verò prædictæ Eccleſiæ, domorum, horti, caſaleni, & adjacentium eorum, nec non alterius orti. Hi ſunt à parte Merid. fin. via publica, qua diſceditur partim à rebus Eccleſiæ SS. Coſmæ, & Damiani, & partim à rebus hær. quond. Matthæi de Agello, à par. Occid. finis alia via publica, qua deſcenditur partim à rebus prædictorum hær. & partim à rebus monaſterii S. Mariæ Magdalenæ, à par. Septemtrionali finis alia via publica, à par. Orient. finis res prædictorum Fratrum Prædicatorum, quas per prædictum Capitulum prædicto Ord. Fratrum Prædicatorum conceſſit, & donavit: prædictam verò conceſſionem prædicto Ordini tali conditione fecimus, ut nullo tempore liceat eis ibidem Cœmeterium habere, niſi tantum pro Fratribus, & famulis Ordinis ſuprad. reliquas verò poſſeſſiones ipſi Eccleſiæ ſancti Pauli, quæ inferius ſingulariter denotantur, cum conſenſu noſtri Capituli, cum juribus, & omni onere, ad quæ prædicta Eccl. S. Pauli*

hacte-

*hactenus tenebatur in Eccleſia noſtra S. Laurentii de Strata transferimus, & in perpetuum confirmamus, quam Eccl. S. Laurentii de Strata, cum omnibus poſſeſſionibus in eam translatis, & terram cum ... Caſalen. ipſi ... in par. Orient. conjungitur tantum, in quo ipſa Eccleſia fundata eſt, cujus fines inferius deſcribentur, videlicet à par. Occid. finis via, quæ ſtrata dicitur à par. Meridiei finis alia via, & à par. Oriẽt. & Sept. finis ſtarica, quæ fuit ejuſdem Eccleſiæ prædicto Abbati Mario in beneficium conferimus, & ipſum in præſentia præd. noſtri Capituli canonicè inveſtimus de eadem. Et quia piam proviſionem dudum factam de proventibus prædictæ Eccl. S. Laurentii pro ſuſtentatione infantium expoſitorum in noſtra Eccleſia per D. Cęſareum olim Salernitanum Archiepiſcopum prædeceſſorem noſtrum, cum conſenſu præd. Capituli minuere non intendimus, reliquas poſſeſſiones omnes prædictæ Eccl. S. Laurentii, quæ deſcribentur in Eccleſiam noſtram S. Joannis Græci, cum conſenſu præd. Capituli transferimus, & concedimus, volentes, ut proventus poſſeſſionum ipſarum, & aliarum poſſeſſionum ipſi Eccl. S. Joannis deducto ex eis pro beneficio unius Capellani, quem ibi per nos, & ſucceſſores noſtros ordinari contigerit, ſecundum quod nobis, & ſucceſſorib. noſtris videbitur expedire ad ſuſtentationem infantium prædictorum expoſitorum, &c. Poſſeſſiones verò, quæ fuerunt præd. Eccleſiæ S. Pauli translatæ in prædicta Eccleſia S. Laurentii ſunt hæ, videlicet, Eccleſia S. Eliæ, cum vineis, olivetis, &c. Poſſeſſiones autem, quæ fuerunt prædictæ Eccleſiæ S. Laurentii translatę in prædictam Eccleſiam S. Joannis Græci ſunt poſſeſſiones, quæ ſunt in caſali noſtro de Scalcinatis, &c. Qui verò hanc noſtram paginam auſu temerario in toto, vel in parte infringere, &c. Acta in Epiſcopali palatio ipſius civitatis Salerni an. D. Incarn. 1272. menſ. Martio 15. Indict.*

*Nos Matthæus Salernitanus Archiepiſcopus.*

*Ego Joannes Archidiac. Eccleſiæ Saler. teſtis ſum.*

*Ego Simon Caputgallus Eccl. Saler. Diac. teſtis ſum.*

*Ego Philippus Eccleſiæ Saler. Diac. teſtis ſum.*

*Ego Jo. Veterenſis Eccl. Saler. Diac. teſtis ſum.*

*Ego Petrus Eccl. Saler. Primic. teſtis ſum.*

*Ego Joannes de Magiſtro Philippo Eccleſiæ Salernitanæ Primicerius teſtis ſum.*

*Ego Joannes Tagliaboſco Eccleſiæ Saler. Presbyter Card. teſtis ſum.*

*Ego Alfanus Eccl. Saler. Presb. Card. teſtis ſum.*

*Ego Conradus Taliaboſcus Eccleſiæ Salernitanæ Presbyter Card. teſtis ſum.*

*Ego Nicolaus Eccl. Saler. Presb. Card. teſtis ſum.*

*Ego Jo. de Reſentiano Card. Eccl. Saler. teſtis ſum.*

*Ego Thomas de Madilano Subdiac. teſtis ſum.*

*Ego Andreas de Obvaro Clericus, & Subdiaconus majoris Eccl. Saler. teſtis ſum.*

*Ego Thomas Surrentinus Subdiaconus teſtis ſum.*

*Ego Matthæus Piſanus teſtis ſum.*

*Ego Matthæus de Drago teſtis ſum.*

*Ego Gualterus Pictus teſtis ſum.*

*Ego Bartholomęus Marza Clericus teſtis ſum.*

*Ego Petrus Gaudeſius Clericus teſtis ſum.*

*Ego Thomaſius de Domno Muſco Cler. teſtis ſum.*

*Ego Manfredus de Manfredo Cler. teſtis ſum.*

*Ego Nicolaus de Domno Muſco Cler. teſtis ſum.*

*Ego Petrus Guallacta Cler. teſtis ſum.*

*Ego Nicolaus Manſullus Cler. teſtis ſum.*

*Ego Matthæus Biſſidius Cler. teſtis ſum.*

Matthæo etiam Archipræſule quædam lis inter Marium Abbatem Clericum Salernitanæ Eccleſiæ, & Abb. S. Pauli, & Bartholomæum de Judice de patronatu cujuſdam Eccleſiæ ita terminata fuit.

*In nomine Domini Dei æterni, &c.*

*Anno ab Incarnatione ejus 1267. menſ. Septembris 11. Indict. Ante me Matthæum Calvellum Judicem præſentibus Matthæo Commete, Gualterio Marcheſe, Abb. Jacobo Buccapiczulo, & Matthæo de Abbate teſtibus.*

*Dum quædam lis, & controverſia verterentur inter mag. Bartholomæum, qui dicitur de Judice fil. quondam Matthæi ex una par. & Abbatem Marium, qui dicitur Sirraca Clericum hujus Salernitani Archiepiſcopii, & Abb. Eccleſiæ Sancti Pauli fil. Joannis, qui ſimiliter Sirraca dicitur pro par. ſua, & d. Joannis genitoris ſui pro par. ex altera de jur. patronatus d. Eccleſiæ, quod ipſe Bartholomæus aſſerendo ſibi pertinere pleno jure totum jus patronatus prædictæ Eccleſiæ petebat à præd. Abb. Marco, velut ab Abbate præd. Eccleſiæ ſibi dari per eum omni anno in feſto Nativitatis D. N. J. C. & in feſto Paſchæ Reſurrectionis Dominicæ ana duodecim. par. de oblatis debitam ſibi pro prædicto jure patronatus prædictæ Eccleſiæ ab Abbate ipſius, & interrogavit dict. Abbas Marcus pro par. ſua, & d. Joannis genitoris ſui allegabat, & reſpondebat, & ſibi ratione prædicti juris patronatus prædictæ Eccleſiæ ad dandum aliquas oblatas, & Abbas prædictæ Eccleſiæ non teneri, pro eo, quod dicebat, ſibi, & dicto genitori ſuo totum, & integrum præd. jus patronatus præd. Eccleſiæ pertinere de jure, & tandem antequam de lite, & controverſia ipſa ad ordinarium judicium accederet, communium amicorum, & conſanguineorum interveniente tractatu de lite, & controverſia ipſa ad hanc concordiam devenerunt, videlicet, quod dictus magiſter Bartholomæus reductus ad conſcientiam, recognovit eis prædictum jus patronatus prædictæ Eccleſiæ pertinere, & ſicut ei placuit ſponte per conv. per hanc cartulam pro multis gratis, & acceptis ſervitiis, & beneficiis, quæ à dictis patre, & filio Joanne ſcilicet, & Abbate Marco ſe recepiſſe confeſſus eſt, & ſperat recipere in futurum, ſi quod jus ſibi forſitan pertinuerit, ſeu pertinere in prædicto jure patronatu dictæ Eccleſiæ, & in omnibus rebus ſtabilibus, & mobilibus ipſius Eccleſiæ pertinentibus eis donavit, & quaſi tradidit cum omnibus, quæ intra ipſam donationem, & quaſi traditionem ſunt, cunctiſque ſuis pertin. & cum vice de viis ſuis, & cum muniminibus exinde continen. ea ratione, ut integra ipſa donatio, & quaſ. traditio, qualiter ſupra legitur ſemper ſit in poteſtate ipſorum patris, & filii, & hær. eorum, & ipſi pater, & filius, & eorum hær. licentiam de eadem donatione, & quaſi traditione facere quod voluerint, undè per conv. ipſe magiſter Bartholomæus guadiam, &c.*

Matthæus verò poſt annum ſui Archipræſulatus nonum exceſſit anno 1272. ipſa diè Natalis Domini, ſepelitur honorificè in Cathedrali, tale habens epitaphium.

*Anno Domini MCCLXXII. Indict. 2. Dom.*
*Matthæus de Porta Salernitanus Archiepiſcopus obiit die Natalis Domini.*

17 JOANNES ex Archidiacono à Capitulo Salernitano eligitur Archiepiſcopus defuncto Matthæo; confirmatur an. 1273. Nonis Junii à Gregorio X. Papa, rejecta poſtulatione Guidonis Epiſcopi Agrigentini, qui à minori parte Canonicorum ad hanc dignitatem expoſcebatur, ut patet in Regeſt. Vat. ep. 53. fol. 512. an. 2. ejuſdem. Hujus Joannis non meminit Muſca, nec de eo aliquid aliud habemus, quod proferamus: potuit obiiſſe poſt paucos menſes à ſua electione; Salernitana enim Sedes adhuc vacabat an. 1277. menſe Majo, ut patet ex inſtrumento impartitæ auctoritatis à Capitulo Sede vacante conſecrandi novam Eccleſiam S. Mariæ Ord. Præd. per Archiepiſcopum Sypontinum. LI.

*In nomine Domini, &c.*

*Anno ab Incarn. ejus 1277. menſ. Martii, quinta Indict.*

*Nos Joannes Caputgraſſus, & Alexander Scillatus Judices civitatis Salerni, Philippus Dardanus ejuſdem civitatis Notarius, & infraſcripti teſtes notum facimus quod dum eſſemus in majori Eccleſia Salernitana in præſentia vener. Capituli ejuſdem majoris Eccleſiæ venerunt fr. Simon de Benevento Vicarius Terræ Laboris & Aprutii Fr. Paulus Prior Fratrum Prędicatorum morantium in Salerno, Fr. Nicolaus Rector, Fr. Joannes de Campanea Prior Capuanus, Fr. Rainaldus de Salmona, Fr. Jacobus de Campomell. Prior Beneventi, Fr. Cæſareus de Neapol. Fr. Jacobus de Salerno, Fr. Deodatus de Altavilla, & quamplures alii Fratres dicti Ord. Fratrum Prædicatorum, qui venerant ad conſecrationem Eccleſ. S. Mariæ noviter conſtructæ, in eo videlicet loco, in quo olim Eccleſia S. Pauli, cum adjacentiis ſuis ſita fuerat in Septemtrionali ſuburbio iſtius civitatis, & de Palearea dicitur. Nec non Fr. Boamundus de Placentia, Fr. Robertus de Cantalupo, Fr. Alexander de Neap. Fr. Joannes de Fo-*

gia,

*gia, Fr. Martinus de Benevento, Fr. Rogerius de Brundiſio, Fr. Petrus de S. Elia, & Conventus ejuſdem loci, & petierunt a prædicto Capitulo pro eo, quod prædicta major Eccleſia Salernitana paſtore vacabat, ſibi concedi ſacram Eccleſiæ S. Mariæ præd. & permittere dictam Eccleſiam conſecrari a venerabilibus viris D. Joanne Archiepiſcopo Sipontino, qui nunc præſens aderat in civitate Salerni, D. Luca Epiſcopo Acernen. & D. Joanne Epiſc. Sarnenſi diœceſanis præd Eccl. majoris Salernitanæ, ad quorum Fratrum, & Conventus præd. Eccl. S Mariæ petitionem præd. Capitulum majoris Saler. Eccl. miſericorditer deliberata reſponſione reſpondit, quod ſacram prædictam in prædicta Eccleſia faciendam per prædictos Prælatos gratioſè concedere intendebant. Ita tamen, quod præd. Fratres, & Conventus Ord. Fratrum Prædicatorum exiſtentium in Eccleſia memorata ſubſcriptum privilegium conceſſionis factum per quondam D. Matthæum Salernitanum Archiepiſc. de præd Eccleſiæ S Pauli unanimiter ratificaverint continentiæ talis, videlicet.*

*Matthæus Dei gratia Salernitanus Archiepiſcopus, Conſiderantes, &c*

Conceſſionis privilegium ſupra retulimus in Matthæo, ubi memoratur Cæſareus ejuſdem Matthæi prædeceſſor, cui ſucceſſit Joannes, qui fuit Matthæi deceſsor, ob Pontificatus brevitatem poſteris ignotus. Hoc quoque vacationis tempore Salernitanum idem Capitulum facultatem dedit Fratribus Ord. Prædicatorum in eorum Eccleſia mortuos ſepeliendi cum Maria Theodoræ Marſici Comitiſsæ, & Divi Thomæ Aquinatis ſoror eo tempore defuncta, corpus ſuum in prædicta Fratrum Eccleſia ſepeliri mandaverat. Inſtrumentum conceſſionis his verbis conceptum eſt.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione 1279. & 3. an Regni Jeruſalem, & 15. anno Regni Siciliæ D. noſtri Caroli glorioſiſſimi Regis prædictorum Regnorum, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Achajæ, Andegaviæ, Provinciæ, Fonchalquerii & Tonudere Illuſtriſſimi Comitis, & anno 8. Principatus Illuſtris D. noſtri Caroli primogeniti ſupradicti D. noſtri Regis, & magnifici Principis Salerni, & honoris Montis S. Angeli Domini, die Mercurio 19. menſis Auguſti 7. Ind.*

*Nos Riccardus Averſanus Judex civitatis Saler::i, Philippus Dardanus publicus ejuſdem civitatis Notarius, & infraſcripti teſtes litterati cives Salerni, ad hoc ſpecialiter vocati, præſenti publico ſcripto notum facimus, & teſtamur, quod dum eſſemus in majori Salernitana Eccl. ubi major, & ſanior pars Capituli ejuſdem Archiepiſcopii aderat, necnon & Fr Paulus Prior Fratrum Ord Prædicatorum morantium in Salerno, ac major, & ſanior pars Conventus Fratrum ipſorum. Quia in conceſſione ſacra olim facta Conventui Fratrum præd Ordinis morantium in Salerno per Capitulum majoris Eccleſiæ ſupradictæ, Eccleſia ipſa majori Salernitana tunc Paſtore vacante. Conditio intervenit, quod in Eccleſia ipſorum Fratrum nullo tempore liceret eis cœmeterium habere, niſi tantum pro Fratribus & famulis Ordinis ſupradicti, ſicut in ſcripto publico inde confecto, plenius vidimus contineri. Et quia nobilis, & egregia mulier D Maria, ſoror egregiæ mulieris D Theodoræ egregiæ Comitiſſæ Marſici, noviter in caſtro S. Severini defunctæ, corpu. eius in præd Eccl. ipſorum Fratrum ſtatuerat ſepeliri, & propter conditionem prædictam non poterant, nec volebant, ſine mandato, & conſenſu ipſius Capituli, corpus præd Dominæ in eadem Eccleſia ipſorum Fratrum facere ſepeliri, licet hoc dicta Domina in ſuis ultimis ſtatuerit ut eſt dictum Præd Fratres coram nobis fecerunt, conſtituerunt, ac ordinaverunt eorum œconomum, ſeu procuratorem Fr. Joannem de Butano confratrem, & ſubpriorem eorum, qui pro parte ſua, & prædictorum confratrum ſuorum, ſeu Conventus præd. Ordinis, volentibus, & mandantibus præd. Capitulo humiliter ſupplicavit, ut concederent eidem Conventui de gratia ſpeciali, quod permitteret eiſdem Fratribus corpus præd. Dominæ, necn n & quorumlibet aliorum mortuorum extra civitatem Salerni in quibuslibet locis, ſtatuentium eorum corpora in eadem Eccleſia Fratrum facere ſepeliri, non obſtante conditione prædicta, cum in his in nullo præjudicaret Eccleſiæ memoratæ: prædictum autem Capitulum præd. majoris Salernitanæ Eccleſiæ habito inter eos ſuper quæſtione prædicta conſilio diligenti videns, & deliberans diligenter petitionem ipſorum Fratrum fore tam juſtè, quam miſericorditer admittendam, facere conſtituit, & ordinavit eorum œconomum, procuratorem, ſeu actorem d Ioannem de Magiſtro Philippo Presb. Cardinalem, & Primicerium præd majoris Eccl. qui eodem Capitulo præſente, volente, & mandante, pro parte eiuſdem Capituli conceſſit præd. Fr. Ioanni œconomo Conventus Ordinis præd. quod liceat Conventui eiuſdem Ordinis, præſenti, & futuro in præd eorum Eccleſia facere ſepeliri corpora defunctorum tantum extra civitatem Salerni in quibuſcunque locis ſtatuerint, ut dictum eſt eorum corpora in eadem Eccleſia ſepeliri; ita tamen &c.*

Cæterum defuncto Ioanne Archipræſule facta eſt magna contentio inter electores Salernitanæ Eccleſiæ: præpudioſe enim cum iviſsent in partes, ex iis quinquaginta concordibus votis Philippum Canonicum & Subdiaconum Salernitanum, undecim Cæſareum Amalphitanum Archidiaconum, Cæſarei ſuperioris ex fratre nepotem, unum & viginti Fr. Euphanonem Matthæi ſuperioris conſobrinum Ordinis Prædicatorum virum præcipua ſanctimonia clarum elegerunt in Salernitanos Archiepiſcopos. Gregorio X ſedente. Igitur tres hi viri clariſſimi altercati ſunt inter ſe, diuque in Romana Curia diſceptarunt, tandem adhuc æſtuante lite, cum Euphonon viam univerſæ carnis fuiſset ingreſsus. Cæſarius ceſſiſset libere, Philippus moribus, ac virtute egregius per Martinum IV. Papam ſuffectus eſt; ac confirmatus Salerni Archiepiſcopus anno 1282. 3. Kal. Junii: ut narrat ejuſdem Pontificis epiſtola 352. fol. 94. an. prim. in regeſtro Vaticano.

Cæſarius de Alagnio obiit poſt multos annos Joanne XXII. Pontifice Rom›nam ı·ccleſiam moderante; jacet in Metropoıi.ana Leclеſia Amalphitana in marmoreo tumulo, ubi hi leonini verſus leguntur.

*Cæſarius Lanio jacet Archidiaconus iſte*
*Juribus ornatus, cui præſtes cælica Chriſte,*
*Electus fuerat Salerni morte quievit,*
*Providus, & largus per famam laus ſua crevit.*

De fratre verò Euphranone plura ſcribit Theodorus Valla de Viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum qui in regni Provincia floruerunt. Joannes Baptiſta Prignanus vol. 1. de familiis Salernitanis narrat Euphranonem antequam religionis habitum induiſſet, ex legitima uxore filiam ſuſcepiſse Regalem, quæ in honorem Virginis Mariæ Salerni Eccleſiam condidit, ubi ſupra fores adhuc extat inſcriptio.

*Anno Domini MCCLXXV. Ind. IV. Domina Regalis filia quondam Domini Euphranonis de Porta, & uxor quondam Domini Jacobi de Trigarico ad honorem Dei & B. Mariæ Virginis hanc Eccleſiam conſtrui fecit.*

18 PHILIPPUS, ut mihi videtur, patria Salernitanus, (1) patriæ Archiepiſcopus legit mè à LII.
Romano Pontifice Martino IV. electus evaſit anno 1281. 3. Kal. Junii ut ex regeſto Vaticano diximus; bene & laudabiliter præfuit annis decem & octo, in quibus, ut ſcribit Muſca, mitram plurimis onuſtam gemmis, margaritis, & pretioſis lapillis auro, & argento contextam fieri fecit, & Eccleſiæ ſuæ dono dedit, nec non argenteam thecam ponderis lib. 8. & unc. 10. in qua Brachium dextrum Apoſt. Matthæi ſuo ſumptu recondendum curavit. Huic Præſuli Carolus Siciliæ Rex anno 1295. privilegium exhibuit, quo ratas habet & confirmat Caroli primogeniti ſui literas eas ad verbum in-

(1) Philippum hunc patria fuiſſe Salernitanum opinatur Ughellus, & ex ea quippe conjectura id exiſtimari poteſt, quod eſset antea Salernitanus Canonicus. Cæſareus enim de Alagno ſuperius enumeratus cum ad Canonicatum Cathedralis Salernitanæ aſpiraſset, viro, clericoque Amalphitano obſtitere Canonici quod civis Salernitanus non eſset, qui aſſumptus deinde ad Archiepiſcopatum Canonicis lepide dixit: Quem noluiſtis in fratrem, habetis in paſtorem. *Lucretius*.

inſerendo, per quas ipſe Carolus narrat Philippum Archiepiſcopum, Regiæ Curiæ Caſtrum Olibani, durante bello cuſtodiendum, ejuſdem curiæ ſumptibus tradidiſſe, ideoque præfecto cuſtodiæ mandat, dum caſtrum cuſtodit, Archiepiſcopum ſuper juribus tam ſubditorum, quam terrarum Olibani, ac montis Corbini moleſtari ne ſinat, & permittat illud integris rebus reſtituere. Alio privilegio inſuper Romæ eodem anno edito Carolus II. Rex indemnitatem cuſtodiæ Caſtrorum Olibani, & montis Corbini, dum bella geruntur, promittit, atque illud Salernitanæ Eccleſiæ, Philippo Archiepiſcopo, ac ſucceſſoribus reſtituere. Inter hæc Philippus à Gerardo Epiſcopo Card. Sabinenſi Apoſtolico in Regno Siciliæ Legato in cauſa, quæ vertebatur inter Abbatem S. Andreæ de Appio Caputaquenſis diœceſis, & Abbatem monaſterii Cavenſis pro Eccleſia S. Veneræ in pertinentiis Comiti, declaratus delegatus, ſic ad favorem Cavenſis ſententiam tulit anno 1287.

*In Chriſti nomine Amen. Nos Philippus miſeratione divina humilis Salernitanus Archiepiſcopus.*

*Per hoc ſcriptum notum facimus univerſis, quod dum inter religioſos viros Fr. Matthæum Monaſterii S. Andreæ de Appio Caputaquenſis diæceſis & Conventum eiuſdem monaſterii ex parte una, & venerabilem virum D. Leonem Abbatem monaſterii Cavenſis, & eius conventum ex altera ex delegatione nobis ſuprad. Philippo Salernitano Archiepiſcopo facta à Rever. in Chriſto patre & D. Gerardo Sabinenſi Epiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato ſuper Eccleſia S. Veneræ ſupradictæ Caputaquenſis diæceſis coram nobis ſuprad. Archiepiſcopo verteretur, ad præd. Abbatis monaſterii S. Andreæ inſtantiam citari fecimus prædictum D. Abbatem Cavenſem, ut die Sabbathi 1. menſis Februarii huius 15 Indictionis per ſe, vel per procuratorem idoneum coram nobis in iudicio compareret præd. Abbati S. Andreæ ſuper præd. Eccleſia S. Veneræ ſuprad. Caputaquenſis diæceſis reſponſurus, præfatis verò Cavenſi Abbate & Conventu, in termino eis dato per procuratorem eorum coram nobis in iudicio comparentibus, de cuius procuratione fides nobis plenariè facta fuit. D Abbas monaſterii S. Andreæ libellum præfato procuratori eiuſdem monaſterii Cavenſis, & Conventus eiuſdem porrexit, continentiæ infraſcriptæ. Coram nobis D. Philippo vener. Salernitano Archiep. Iudice delegato à vener. Presb. D. Gerardo Epiſcopo Sabinenſi Apoſtolicæ ſedis Legato, agit Fr. Matthæus Abbas monaſterii S. Andreæ de Apio Ordinis S. Benedicti Caputaquenſis diæceſis, contra notarium Damianum procuratorem Abbatis & conventus monaſterii Cavenſis eiuſdem Ordinis S. Benedicti Salernitanæ diæceſis fideiubentium pro eodem de mandato ſolvendo, de quo conſtat dicens, quod cum Abbates prædeceſſores eiuſdem Abbatis Matthæi, & prædicti monaſterii tenerent, & poſſiderent quandam Eccleſiam S. Veneræ cum iuribus, & pertinentiis ſuis, & ad dictum monaſterium ſpectantem ſitam iuxta præfatum monaſterium S. Andreæ ſupradictæ Caputaquenſis diæceſis per hos fines à parte Occidentis finis viæ publicæ, à ſubtus fines Caſalis, quod dicitur Ruſignum, & aliorum confinium prædictus Abbas Cavenſis contra iuſtitiam & rationem detinet dictam Eccleſiam S. Veneræ occupatam in ipſius Abbatis monaſterii S Andreæ præiudicium & gravamen. Quare ſupplicat ſanctitati veſtræ prædictus Abbas Matthæus pro ſe, & pro parte dicta eiuſdem monaſterii S Andreæ, dictam Eccleſiam S. Veneræ cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, ſibi ſententialiter, & prædicto monaſterio ſuo S. Andreæ de Apio reſtitui cum fructibus indè perceptis, & qui percipi potuerunt, ſi extant: ſecundum autem ad extimationem ipſorum. quos extimat valere quindecim uncias auri, ſalvo iure. Pars verò prænominati Domini Abbatis Cavenſis exceptionem rei iudicatæ excipiendo propoſuit, de qua fidem fecit per legitimum inſtrumentum, & data copia ſupradicti inſtrumenti latæ ſententiæ præfato Abbati S. Andreæ, & interrogatus per nos ſi vellet aliquid contra prædictum inſtrumentum allegare vel dicere, quia parati eramus ipſum audire, quatenus eſſet rationabiliter audiendus: præfatus verò Abbas S. Andreæ contra præfatum inſtrumentum dicere recuſavi:, petens expreſſè, ut an eſſet audiendus, vel non ſuper dicto negotio, noſtram in ſcriptis ferremus ſententiam, renuntiando expreſſè de iure, & de facto omnibus allegandis in cauſa præfata. Nos vero, qui ſupra Philippus Salernitanus Archiep. inſpecto tenore præfati inſtrumenti ſententiæ memoratæ latæ pro præfato Abbate Cavenſi, & Conventu eiuſdem monaſterii contra Abbatem, & Conv dicti monaſterii S. Andreæ, quia plene nobis conſtitit, per ipſum inſtrumentum ſententiæ latæ contra Abbatem d. monaſterii S. Andreæ & Conventum eiuſdem fore iudicatum pro prædicto monaſterio Cavenſi contra Abbatem d monaſterii S Andreæ, contra quod inſtrumentum ſententiæ nihil voluit dicere ſuprad. Abbas monaſterii S. Andreæ per dict procuratorem dicti monaſterii Cavenſis, Abbas & Conv. eiuſdem nomine & pro parte ipſorum, & eiuſdem monaſterii ab impetitione ſuprad. Abbatis S. Andreæ abſolvendus, & ſilentium eidem Abbati monaſterii S. Andreæ imponimus, in iis ſuprad. ſententiam proferentes; in cuius rei teſtimonium ad perpetuam temporis memoriam, & prædictorum D. Abbatis Cavenſis Monaſterii, & Conv. eiu dem, ac eius ſucceſſorum cautelam præſens ſcriptum & exemplum fieri fecimus per manus Thomaſii publici noſtri notarii ſignis eius ſignatum ſigillo noſtro pendenti ad cauſas, & ſubſcriptione noſtra propria communitum. Datum in civitate Salerni Anno Dom. 1287. die 4. menſis Februarii 15. Indictione, quod præſens ſcriptum ſcripſi ego prædictus Tomaſius publicus notarius præfati D. Archiepiſcopi auctoritate, qui ſupradictis interfui, & meo ſigno ſignavi † locus ſigni Nos qui ſupra Philippus Salernitanus Archiepiſcopus ſubſcripſimus.*

*Ego Muſcus Piſanus Clericus Amalfitanus teſtis ſum.*

*Ego Presbyter Petrus Capellanus D. Archiepiſcopi Salernitani teſtis ſum.*

Dederat paulo ante idem Card. Gerardus locum ad Cœnobium exædificandum in diœceſi Caputaquen. Pernæ Abbatiſſæ S. Pauli de Sabina, ac ſociabus, quæ ex urbe advenerant, & ob bellorum metum Salerno in domo Caputaquenſis Epiſcopi vitam agebant, uſque quo priorem deſtinatum locum adire licuiſſet, quibus tradi curavit Gerardus una cum contiguis domibus Eccleſiam S. Nicolai de Palma Cavenſis monaſterii obnoxiam, ut religioſius Domino ibidem hoſpitarentur, ut in literis ejuſdem plenius continetur inſertis in documento, quod ab exemplari exſcripſimus, continet enim harum Sanctimonialium tranſmigrationem, & Caputaquenſis Eccleſiæ Epiſcoporum proprium locum, vel Epiſcopium, quo degebant, dum ad celebrandam Synodum, vel ad ſacra in Metropolitana per hebdomadam peragenda, ut illius ævi mos erat, vel ad præſtandam Metropolitano ſuo obedientiam eis contigiſſet Salernum adire; id etiam obſervavimus in cæteris Salernitanis ſuffraganeis, cum quiſque illorum propriam in Salerno domum haberet. Etenim in pervilegio S. Matthæi Evangeliſtæ ex Alfani primi inſtitutione Comprovinciales Epiſcopi, Abbates, cæterique in dignitate conſtituti ſacrati viri tenebantur in ipſa Metropolitana ſolemni ritu Archiepiſcopo ſuo Metropolitano obedientiam præſtare. Inſtituerat etiam Alfanus pium ritum, ut in tribus ſolemnibus feſtis ſcilicet Beati Victoris Martyris, B. Michaelis Archangeli, ac B. Priſci Confeſſoris, populus Salernitanus pro qualibet feſtivitate, tertia pars illorum religioſè ad feſtum conveniret, ut in libro Metropolitanæ notatur. Septimo die Madii ſecundo poſt traslationem feſtum eſt B. Victoris Martyris: in hoc die omnes tam clerici, quàm laici, & mulieres de monte tertiæ partis civitatis proceſſionaliter cum crucibus & vexillis cantando ea quæ pertinent ad feſtum veniunt in tertia hora diei ad limina B. Matthæi Evangeliſtæ & Capellani exiſtentes circa altare BB. mart. Fortunati, Gaii, & Anthes, unus de Epiſcopis dioceſanis, vel Presbyter Cardinalis Eccleſiæ hebdomadarius Miſſam celebrabit eiſdem ſolemniter, qua finita recedent proceſſionaliter, &c. Octavo die Madii tertio poſt translationem inventio eſt Beati Michaelis Archangeli: hoc die tertia pars civitatis, ſcilicet incedentes modo prędicto veniunt ad B. Evang. in nocte cantantes invitatorium Alleluja. Nono die Madii quarto

poſt translationem, feſtum eſt Beati Priſci Confeſſoris, atque Pontificis, hoc die tertia pars civitatis, ſcilicet Portæ novæ ad limina Evangeliſtæ veniunt modo prædicto. Porrò Gerardi Cardinalis literæ & documentum, de quo mentionem fecimus, ita ſunt exſcripta.

*In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno ab Incarnatione ejus 1284. & 8. anno regni Jeruſalem, & 29. regni Siciliæ D. noſtri Caroli glorioſiſſimi Regis prædictorum regnorum, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, almæ urbis Senatoris, Principis Achaiæ, Andegaviæ, Provinciæ Forcalquerii, & Tornori Illuſt. Comitis, & 13. anno Principatus Illuſtriſſ. D. noſtri Caroli primogeniti ſupradicti D. noſtri Regis magnifici Principis Salerni, & honoris montis S. Angeli Domini, die dominico 26. menſis Novembris 13. Indictione in civitate Salerni.*

*Tomaſius Dardanus publicus ejuſdem civitatis notarius, & infraſcripti teſtes literati cives Salerni ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, videlicet Presb. Matthæus Capellanus Eccleſiæ S. Andreæ de Epiſcopo, Pandulphus Manganarius Not. Jacobus Dardanus, Ademarius de Curte, Petrus Caſtallomatus, Matthæus Curtalis, & Pandulphus Dardanus præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod religioſus vir fr. Caloctus Monachus, & Veſtararius Cavenſis monaſterii veniens coram nobis oſtendit quaſdam patentes literas ven. Patris & D. D. Gerardi miſeratione divina Epiſcopi Sabinenſis Apoſtolicæ ſedis Legati ſigillo ſolito ejuſdem D. Legati ceræ rubeæ ſigillatas miſſas Rev. Viro D. Leoni Dei gratia Abbati Monaſterii Cavenſis continentiæ infraſcriptę. Gerardus miſeratione divina Epiſcopus Sabinen. Apoſtolicę Sedis Legatus Religioſo viro Abbati monaſterii Cavenſis ſalutem in Domino. Cum quædam religioſę Dominæ Romanæ in Chriſto nobis dilectæ nuper Salernum venerint, & in domo Caputaquenſis Epiſcopi commorentur, quæ eis minus apta eſt, nec ſecura de ipſis, ne (quod abſit) aliquod ſiniſtrum poſſit contingere quoquo caſu, diſcretionem veſtram cogamus affectuoſè, quatenus Eccleſiam veſtram S. Nicolai de Palma Salernitan. eiſdem cum domibus ejuſdem Eccleſię accomodare curetis hinc ad inſtans feſtum B. Joannis Baptiſtæ, ut in eis tutè morari valeant, & Domino deſervire; interim autem, ſi Deo placuerit, provinciæ pace data, ad locum earum, quem eis conceſſimus, in Caputaquenſi diœceſi ire tutè poterunt, & in ipſo Domino famulari. Data Neapoli 7. die Novembris, 13. Indictione. Quibus oſtenſis literis, & perlectis, dum idem Veſtararius vellet eas nomine, & pro parte ejuſdem D. Abbatis Cavenſis, cum de hoc ab eo plenam habeat poteſtatem, prout nobis conſtitit manifeſto, debitæ executioni mandare, incontinenti eodem die Domino prædictam Eccleſiam S. Nicolai de Palma Salernitan. cum domibus ejuſdem Eccleſiæ infraſcriptis Dominabus Romanis, videlicet D. Pernæ vener. Abbatiſſæ monaſterii S. Pauli de Sabia. & D. Mabiliæ, D. Margaritæ de Roma, D. Magdalenæ, nec non Mariæ, Agneſæ, & Auguſtinæ conſororibus earundem accommodare curavit hinc ad inſtans feſtum B. Joannis Baptiſtæ, ut in eis tutè morari valeant, & Domino deſervire; interim autem, ſi Deo placuerit, provinciæ pace data, ad locum earum, quem eis conceſſiſſe dicitur idem D. Legatus in Caputaquenſi diœceſi, ire tutè poterunt, & in ipſo Domino famulari; ad quam recipiendam Eccleſiam cum domibus ipſius, à Veſtarario ſupradicto nomine Abbatis præd. prædictæ Romanæ Dominæ magiſtrum Lucam Lucenſem habitatorem Salerni earum ſyndicum elegerunt, cui dederunt plenariam poteſtatem jurandi in animabus earum quod in eodem feſto B. Joannis prædictam Eccleſiam cum eiſdem domibus, & rebus inventis eidem D. Abbati, vel ejus procuratio ſalubriter aſſignabunt, cui magiſtro Lucæ ſyndico nomine Dominarum ipſarum præd. Eccleſiam S. Nicolai de Palma cum domibus ejuſdem & infraſcriptis rebus mobilibus, videlicet duabus Tobaleis cum liſtis de ſeta ſupra Crucem Domini, & coram B. Maria, & S. Nicolao, Tobaleis duabus aliis cum Crucibus in ſeptentrionali Altari, Tobaleis duabus aliis in Altari meridionali, Tobaleis duabus novis cum liſtis de ſeta in Altari magno, Tobalea una alia vetuſta in eodem altari, uno panno de ſeta ſalin. cum frontale coperimento uno de panno lineo ſuper eodem altari magno. Tobalea una parva cum crucibus de ſeta ſupra conam parvam B. Nicolai, corona una de rame, Cruce una de rame, cum catenis earum, ovis duobus de maſturzo, calice uno de ſtagno cum patina, & calice uno alio vetuſto de ſtagno ſine patina. Idem Veſtararius nomine D. Abbatis prædicti aſſignavit tenendi uſq; ad feſtum prædictum B. Joannis, ut in eis debeant commorari. Qui ſyndicus in animabus ipſarum dominarum, eis præſentibus, volentibus, atque mandantibus, tactis ſacroſanctis evangeliis, corporale præſtitit juramentum, quod ipſæ Romanæ Dominæ eandem Eccleſiam cum domibus, & rebus prædictis eidem D. Abbati, vel ejus procuratio in termino ſupradicto ſalubriter aſſignabunt. Unde ad futuram memoriam, & ipſius D. Abbatis cautelam, præſens ſcriptum teſtimoniale publicum exinde factum eſt per manus mei prędicti Thomaſii Dardani publici Salerni notarii ſigno meo ſignatum, & ſubſcriptionibus noſtrum, qui ſupra judicum, & teſtium robore. Quod ſcripſi ego prædictus Thomaſius Dardanus publicus Salerni notarius, qui rogatus interfui, & meo ſig no ſign avi. Memorantes nos Judex & Notarius, quod ſuperius diſturbatum eſt, legitur corporale, & quod inter virgulos ſcriptum eſt, legitur termino ſupradicto.*

† *Ego qui ſupra Pandulphus Judex.*
† *Ego præd. Pandulphus Manganarius teſt. ſum.*
† *Ego prædictus notarius Jacobus teſtis ſum.*
† *Ego præd. Not. Pandulphus Dardanus teſt. ſum.*

Tenuit tandem Philippus Archiepiſcopatum uſque ad annum 1298. a quo anno mortem obiit, ut ex regeſto Vatic. licet aſſerere. Muſca vero obiiſſe, ſed male, affirmat, anno 1303. & in Neapolitana majori Eccleſia ſepultum, quem etiam confundit cum Philippo illo Minutulo Archiepiſcopo Neapolitano defuncto ann. 1301. cujus extat ibidem cœnotaphium, malè Salernitanis ab aliquibus tributo, ut ſupra retulimus in Neapolitanis Archiepiſcopis. Cujus verò familiæ fuerit noſter hic Philippus Salernitanus adhuc me latet.

19 M. GUILLELMUS de Godonio, vel Godeſin Gallus, ex provincia Provinciæ, cum eſset Ducis Calabriæ Cancellarius, & ſanctioris conclavis Conſiliarius & adminiſter, à Bonifacio VIII. ſuffectus eſt Archiepiſcopus Salernitanus in Philippi loco anno ſalutis 1297. 2. Kal. Novembris, ut in literis Dat. Reate anno Pontificatus ejuſdem Pontificis legitur in regeſt. Vatic. epiſtola 397. fol. 97. Idem electus memoratur eodem anno 1298. ac ſequentibus uſque ad annum 1303. in regeſto Neapolitano regio Caroli II. quo primus annus ejus conſecrationis fuit, non electionis, ut malè ſcribit Muſca. Accidit ejus mors anno 1306. cum ſediſset annis 8. LIII.

20 GUIDO (1) de Coſomedio, vel Colemedio, Italus, an Gallus fuerit neſcitur, ab omnibus hactenus incelebratus, ex Cameracenſi Epiſcopo à Clemente V. traductus eſt ad Salernitanam Eccleſiam anno 1306. 11. Kal. Febr ut comperimus ex Epiſtola regeſt. Vatic. fol. 169. anni primi Clementis. Non diu Pontifex fuit, eodem anno Avenione defunctus, de quo nihil prorſus invenitur in Salernitanis monumentis. Eidem ad Salernitanam tranſlato ſucceſsit in Cameracenſi ſacerdotio Philippus de Marcignes ex Canonico ejuſdem Eccleſ. eodem anno 1306. poſtea Senonenſis Archiepiſcopus. LIV.

21 BERNARDUS Canonicus Neapolitanus in demortui loco Guidonis Salernitanus eligitur Archiepiſcopus à Clemente V. 1306. 2. Non. Junii apud LV.

(1) Hunc ſane Gallum puto è Colomeriæ oppido, vulgo Colomiers in B.ia regione. Pauca de hoc Guidone recitant Sammarthani in Gallia Chriſtiana, nec advertunt tranſlatum fuiſſe ad hanc. *Lucentius.*

A apud regeſt. vatic. ann. 1. p. 2. fol. 177. naturæ debitum ſolvit 1309.

LVI. 22 ISAURUS olim Lundenſis in Dacia Archiepiſcopus, non Lunenſis Epiſcopus, ut Muſca ſcribit, ad hanc eandem ſedem Salernitanam evectus eſt à Clemente V. anno 1310. 2. Id. Junii, caſſata prius nulliuſque valoris declarata electione à Capitulo celebrata poſt Bernardi obitum, in qua ſciſſum in parte Capitulum duos elegerat Archipræſules, Franciſcum nempe Coratium Pariſienſem, & Joannem de Rogeriis vetuſta familia Salernitanum, ambos Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicos. At Iſaurus antequam Avenione diſcederet, ibidem diem ſuum obiit eodem anno 1310. menſe Septembri, ubi jacet ex epiſtola 505. fol. 87. an. 5. regiſt. Vatic.

LVII. 23 ROBERTUS Arcuſati Burdegalenſis Vaſco Gallus Clementis V. affinis, nepos Guillelmi presb. Card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris, ex Archidiacono de Sobolio in Cœnomanenſi Eccleſia, Capellano & Theſaurario Clementis, electus eſt ab eodem Salernitanus Archiepiſcopus per obitum Iſauri 2. Id. Octobris 1310. ut in epiſtola 535. fol. 143. an. 5. reg. Vatic. Abſens hanc rexit Eccleſiam annis tribus, & ad Aquenſem in Provincia Archiepiſcopalem ſedem translatus eſt anno 1313. Roberto ſedente Jacobus Scillatus nobilis juvenis Salernitanus diem ſuum obiit, ſepultus in Eccleſia Monialium S. Mariæ Magdalenæ ante aram maximam, cujus nobile fundavit ſacellum: hoc habet ad tumulum epitaphium.

*Nobilis hic juvenis pulcher recubat tumulatus*
*Scillatus genere, Jacobus fuit ipſe vocatus.*
*Obtulit altare tibi Magdala ſancta dicatum*
*Rebus dotatum veniam poſcendo ſuorum.*
*Moribus ornatus, & mundus crimine vixit,*
*Pauperibus largus oculos ad cœlum fixit.*
*Parce Dei ratum, ſibi remittendo reatum*
*Ut tibi dignetur, ignoſce qui miſeretur.*
*Anno Domini* MCCCX. *die ultimo menſis*
*Novembris IX. Indictionis.*

LVIII 24 ONUPHRIUS Decanus Eccleſiæ Meldenſis, Papæ Capellanus, Salernitanus adlectus eſt Archiepiſcopus per translationem Roberti ab eodem Clemente V. anno 1313. 8. Id. Aug. electio eſt in epiſtola 525. fol. 167. regeſt. Vatic. ejuſdem Clementis anno 8. Sedit ſex annis, & mortuus eſt anno 1319. Avenione ibidem tumulatus.

LIX. 25 Fr. BERTRANDUS de Turre a de Cambolico Gallus, Vaſco Caturcenſis diœceſis Ordinis Min. miniſter Provinciæ Aquitaniæ, vir doctus & prudens, multis, clariſque functionibus percelebris aſſumptus eſt ad Salernitanam Eccleſiam à Joanne XXII. anno 1219. 3. Nonas Septembris, ut in epiſtola regiſt. Vatic. 1390. apud Waddingum tom. 3. Annal. Minor. Sedit abſens an. 1. paucoſque menſes & ab eodem anno 1320. menſe Decembri creatus eſt S. R. E. Presb. Card. SS. Silveſtri & Martini in montibus tit. Equitii. Obiit Epiſcopus Card. Tuſculanus anno 1327. Avenione.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. col. 415.

LX 26 Fr. AMALDUM, Rayardum, ſive Romajardum Gallum Ordinis Minorum opportune ſubſtituit Joannes XXII. Fr. Bertrando in Salernitanum Sacerdotium 2. Kal. Maii anno 1321. ex bulla ejuſdem apud eundem Waddingum. Hujus non meminit Muſca, niſi fortaſſis ille ſit, quem ſub anno 1332. reponit, enumeratis inter ipſum, & Bertrandum tribus Archiepiſcopis, quod verum eſſe non poteſt. Translatus eſt anno 1330. 6. Nonas Julii ad Eccleſiam Sarlatenſem in Gallia per obitum Bertrandi Berengarii, conceſſo etiam uſu pallii, quo utebatur in Metropolitana Salernitana. Fuit ſanè vir doctus, & præclarus, ſcripſit opus Theologicum moralium diſtinctionum, ordine Alphabetico digeſtum ad Robertum Regem Siciliæ, cujus erat conſiliarius, & familiaris. Ipſum librum autographum pulchro minio, & Regis effigie ornatum penes ſe habere fatebatur idem doctus vir noſter Waddingus lib. de Scriptoribus Ord. Min. tum etiam in Annal. ſcripſit idem opus alterum ad eundem Robertum de Arca Noè, ſuper quatuor libros ſententiarum ſermones eruditos, & Poſtillam in Apocalypſim.



B

27. URSUS Minutulus Neapolitanus præcipua nobilitate, ac prudentia clarus Salernitanus Archiepiſcopus delectus eſt à Joanne XXII. anno 1330. die 2. Julii. Quam quidem Eccleſiam poſtquam ſanctè adminiſtraſſet pene annis tribus Neapoli in patria anno 1333. morbo ſublatus eſt, menſe Decembri, die 3. quo in Eccleſia Salernitana ejus anniverſarium celebratur, jacet Neapoli in majori Eccleſia, & ſacello gentilitio, nobilique tumulo propè Philippum Gentilem ſuum Neapolitanum Archiepiſcopum his verſibus leoninis exornato. LXI.

*Jacet in hac tumba Dominus Minutulus Urſus,*
*Pontificalis apex, quem præfert linea rurſus.*
*Virtutum vitis, Philippi vera propago,*
*Pontificum gemma, vitæ probitatis imago,*
C *Parthenope natum, Salernum Pontificatum,*
*Flentque tale datum, moritur ſuper omnia gratum.*
*Parthenopeque tibi Salernum Præſulis hujus,*
*Commendat corpus, animam, Deus accipe cujus.*

28 BENEDICTUS Neapolitanus Capuana familia ſatus ſucceſſit Urſo an. 1334. die 4. Martii electus dicitur in Proviſionum lib. Obiit ſub Clemente VI. ann. 1347. Hic anno 1337. per ſuum procuratorem petiit à nobili milite Lotto de Adimariis de Florentia Salerni Regio Stratico, & Judice, ut ea omnia Eccleſiæ Salernitanæ bona redderentur, quæ olim Bertholdus Marchio de Hohembarch Sancti-Severini Dominus pro Manfredo Tarentino Principe Regni Baiulo Salerni Capitaneus, rogatus à Cæſareo tunc Archiepiſcopo Salernit. Eccleſiæ adiudicaverat; quod benigne Lottus accepit, ac reſtituenda ſtatuit. Benedicti in hac re ſtudium publico documento conſignatum eſt in hunc modum, illud exhibeo tametſi mutilum ab exemplari Salernitanæ Eccleſiæ. LXII

D In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno ab Incarnatione eius 1337. & 28. anno Regni D. noſtri Roberti Dei gratia Ieruſalem, & Siciliæglorioſiſſimi Regis, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forchalquerii, & Pedemontis Illuſtriſſimi Comitis, die 11. menſis Aprilis 5 Indict. apud Salernum. Nos Malgerius Scopus, & Landulfus Poſcellaſius, & Conradus Judex civitatis Salerni, Landulfus Gambolinus publicus eiuſdem civitatis Notarius, & infraſcripti teſtes vocati de eadem civitate & aliunde. Videlicet Simon Guarna, Matthæus Salvaticus Salernitanus Doctor in Phyſica, Guillelmus de Dyano, Philippus Græcus milites. Magiſter Nicolaus de Vrſone Canonicus Saler. Judex Andreas Marcheſius, Dopnus Jacobus de Habundantia Junior, Judex Adenulfus Marchiſanus, Notarius Andreas Dardanus, Paulus Dardanus Notarius, Nicolaus Trimimus, Notarius Landulfus de Mirardo, Notarius Andreas Sangiorgii, Notarius Guillelmus Scoptus, Notarius Joan-*

*nes*

*nes de Rota de Conſa, Notarius Nicolaus Dardanus, & quamplures alii ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati. Præſenti ſcripto & publico notum facimus, & teſtamur, quod die prædicto diſcretus vir dopnus Cecbus de Murrone de Capua Procurator ad infra ſcripta Rev. in Chriſto Patris, & D. D. Benedicti Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Saler. Archiep. de quo legitimè nobis conſtat, pro eo quod ipſe procurationis conſtitutio eodem die, & in noſtra præſentia facta fuit coram præd. D. Archiepiſcopo pro tribunali ſedente in Salernitano majori Archiepiſcopali Palatio, & ſubſequenter coram viro nobili D. Lotto de Adimariis de Florentia milite Regio, Stratico Salerni, ſuiq; diſtrictus, Judex, & Acceſſor ipſius per Curiam ſibi dato, & utriuſq. Curiæ cujuslibet Dominorum noſtrorum pro tribunali ſedentibus in Palatio nobilis D. Joannis Rogerii de Salerno militis in quo Curia regitur, & dict. D. Straticus aſſidet juris dicendi gratia, die prædicto in noſtram prædictorum Judicum, Strateriì, & teſtium prædictorum, & ſubſcriptorum præſentia, coram eis, & ipſorum qualibet ſucceſſive, ut die prædicto oſtendit, & publice legi fecit, pro par. d. D. Salernitani Archiepiſcopi, & præd. majoris Eccleſię, quoddam privilegium magnifici D. D. Bertoldi Marchionis de Hohembarch Dei, & Regia gratia D. Sancti Severini, & Honoris ejus, Montis Fortis etiam, & Argentii prout in eo legebatur, ejus vero ſigillo ceræ rubeæ, ut apparet, & filo ſerico ſerino, & rubro in eo appenſo, non abolitum, non abraſum, nec in aliqua parte ſit vitioſum ſcilicet in prima ſui figura exiſtent roboratum, & continens prout recitatur in ipſo quod vidimus, legimus, inſpeximus diligenter, & aſcultavimus, & erat per omnia continentiæ ſubſequentis Nos Bertoldus de Hohembarch Dei, & Regia gratia Dom. S. Severini, & Honoris ejus Montis Fortis, & Argentii. Juſte egimus dum Eccleſiarum jura illibata ſerventur, & ipſis reſtituantur nos accepimus pertinere, cum enim ſacroſanctis Eccleſiis pia devotione fidelium aliqui conferuntur, menſium, & felici commercio, pro temporalibus mercentur æterna. Eapropter notum eſſe volumus univerſis, quod inclytæ recordationis D. Federico II. quondam Romanorum Imp. obeunte, dum nos ex delegatione illuſtris viri D. Manfredi Principis Tarentini Baili D. Regis Conradi in Regno Siciliæ conſtituti, officii Capitanei in Salerno, & Principatus gerentes in Palatio Turnaceno ipſius civitatis Salerni Regalem curiam repræſentans, aſſidentibus nobis Philippo, Matthæo, & Mag. Matthæo Judicibus Salerni, Stephano publico ejuſdem civitatis Notario, D. Eufrano de Porta, mag. Rogerio de Saler. mag. Matthæo, mag. Mauro, mag. Jacobo Vulturno, & quampluribus aliis probis viris D. Cæſarius Saler. Eccl. vener. Archiepiſcopus ad nos accedens nobis quondam publica inſtrumenta & legitimas probationes oſtendit, per quæ, & quas clarè probatur, quod ſolum, totum cum quodam veteri ædificio ibi conſtructo, quod Stattipalla dicitur, foris hac civitate Salerni ultra fluvium Tuſciani exiſtens, quod Comes Mercualdus tempore hoſtilitatis invadens, in ipſo auctoritate propria caſtrum, quod Caſtelluctum nominatur, erexit. Cum omnibus ędificiis, & fabricis ſuis, & tenimentis ſuis, & eſt jure dominii pertinens Eccleſiæ Salernitanæ matri noſtræ, &c.*




LXIII. 29 (1) ROGERUS Sanſeverinus Neapolitanus Barenſis Archiepiſcopus ad Salernitanam Eccleſiam tranſlatus eſt à Clemente VI. anno 1347. 10. Kalen. Junii ex Reg. Vatic. ep. 11. fol. 17. ann. 6. Sedit in Salernitana Eccleſia immediate poſt Benedictum plus minus annis duobus, defunctus eſt circa finem anni 1348 magnus Regni Siciliæ Logotheta, & Prothonotarius.

LXIV 30 BERTRANDUS, aliquibus Bernardus, natione Gallus, electus Archiepiſcopus Tarentinus per Clementem VI. tranſlatus eſt ad Salernitanam Eccleſiam anno 1349. 7. Id. Januar. ex Reg. Vatic. ep. 131. fol. 84. ann. 7. apud Imp. Conſtantinopolitanum Orator fuit pro Innocentio VI. Præfuit Salernitanæ Eccl. ann. 14. & ab Urbano V. ad Ebredunenſem Eccleſiam in Gallia tranſlatus eſt in locum Raymundi ad Agenenſem evocati 6. Idus Januar. 1364. eodemque anno relicta Ebredunenſi Vivarienſis Epiſcopus evaſit Non. Septemb. in qua obiit. Horum non meminit Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana.

LXV 31 GUILLELMUS Sanſeverinus Neapolitanus Præpoſitus Aquenſis ſucceſſit Bertrando anno 1364 Kalend. Febru. ex Regeſt. Vatic. Urbani V. anno 2. Hic Capitulo, & Canonicis Salernitanis ſacellum ſanctiſſimæ Trinitatis in majori Eccleſia conceſſit, ac donavit eidem Eccleſiæ pretioſam illam cuſtodiam, ſeu vas cryſtallinum de Rocca nuncupatum, auro, argentoque mira arte elaboratum, ponderis librarum decem, in qua deſerebatur eximia pompa Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Exceſſit circa annum 1377.



LXVI 32 JOANNES de Aquaviva Neapolitanus, hic vel legitimè ſucceſſit Guillelmo, vel à Clemente VII. Pſeudo-pontifice intruſus eſt poſt mortem ipſius Willelmi; in lib. namque ſolutionum ejuſdem Clementis memoratur ipſe Joannes ultima Januarii 1378. nulla alia deinceps die de eo memoria extat.



LXVII. 33 GUILLELMUS de Capua a Comitis Altęvillę filius electus Salernitanus ab Urbano VI. creatus eſt Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin anno 1378. dataque eſt ei in Commendam Salernitana Eccleſia eadem die. Romæ obiit anno 1389. 10. Kalend. Aug. Presb. Card. S. Stephani in Cœlio monte; de quo legendus Ciacconus a, & Mazella in deſcriptione huius familiæ.

a De quo Ciaconius Oldoini.

LI-

(1) Camillus Lilius in hiſt. Camerin. par. 2. l. 3. p. 88. aſſerit Franciſcum Speruli, Camerinen., Poetices cultorem, ſcriptoremque librorum, Salernitano Sacerdotio fuiſſe decoratum circa an. 1344. Quo autem jure id aſſerat, viderit ipſe, cum de Sperulo nulla habeatur in his dypticis mentio

A



LX VIII. 34 **LIGORIUS** de Majorinis nobilis Neapolitanus Monachus S. Benedicti, ac 23. Abbas Cavenſis, inſignique prudentia præſtans, poſt decimumtertium annum à ſua præfectura factus Salernitanus Archiepiſcopus à Bonifacio IX. anno 1394 7. Id. Aug. Inde an. 1400. translatus eſt ad Coloceñſem, ut vidimus in lib. Proviſ. Prælat. Bonifacii. Præcipuus auctor fuit ut Epiſcopatus Cavenſis erigeretur ann. 1384. cum Communi Cavenſi. Quædam capitula ſuper hujuſmodi erectione ſancivir, quorum initium; *Nos Frater Ligorius de Majorinis de Neapoli Abbas dicti monaſterii Cavenſis, &c.* Servatur Inſtrumentum in tabulario prædicti monaſterii. Fratrem habuit Petrum de Majorinis Salerni Straticotus ſub Joanna Regina. De hac gente, quæ adhuc Salerni extare fertur; ſæpè mentio in Regeſt. Regiis; & tumulus legitur Lipoli Majorini, qui obiit an. 1341. die 9. Maii, & Marini patris ejus in Eccleſia ſancti Dominici Neapolis. B



LXIX. 35 **BARTHOLOMÆUS** de Aprano nobilis Patritius Neapolitanus ex Archiepiſcopo Tarentino transfertur à Bonifacio IX. ad hanc Salernitanam Eccleſiam anno 1400. Nou. *a* Febr. ex lib. Proviſ. Hic ære ſuo argentea arcula ponderis librarum ſex recondendum curavit Brachium dextrum B. virginis, & martyris Agathæ. Quo Præſule Regina Margarita Ladislai Regis mater donavit Eccleſiæ Salernitanæ Arcas illas tam magnas, mirèque depictas, auro undique ornatas, quæ in Sacrario aſſervantur. Eadem Regina, ſub Datum in Caſtro Novo per virum nobilem Matthæum Pudericum an. 1412. die 4. Aprilis, 5. Ind. donat Capellę s. Joannis Baptiſtæ in Eccleſia majori Salernitana, ſitæ à ſiniſtro latere altaris magni, feudum, ſeu caſale Sarignani ſitum in territorio, & pertinentiis Sancti-Severini Principatus Citra, quod fuit viri nobilis Franciſci Sarignani de Salerno militis. Cujus Reginæ corpus in Eccleſia Fratrum Minorum Salerni admirando marmoreo tumulo requieſcit. D

*a* 9. Kal. Aprilis.

Ex hac vita migravit Bartholomæus anno 1414. die 4. Septemb. ſepultus cum magna funeris pompa in Metropolitana, ubi in marmoreo tumulo hæc proſtat legentibus inſcriptio.

*In hoc tumulo jacet corpus Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & Domini Bartholomæi de Aprano de Neapoli Decretorum Doctoris, permiſſione Divina Archiepiſcopi Salernitani, qui obiit ann. Dom. MCCCC XIV. die iv. menſis Septembris, viii. Indict. cujus anima requieſcat in pace, Amen.*



36 **NICOLAUS** Piſcicellus *b* Neapolitanæ gentis nobiliſſimus Berardi filius, licet maxima cum laude Acheruntinæ Eccleſiæ præeſſet, à Joanne XXIII. in gratiam Joannæ II. Reginæ ad hanc Salernitanam Eccleſiam translatus eſt 10. Kalend. Martii 1415. Hunc doctiſſimum, & humaniſſimum fuiſſe tradit hiſtoria Piſcicellæ gentis, cui Joanna Regina oppidum montis Corbini, cum caſtris, hominibuſque conceſſit, quam ratam habuit an. 1417. Alio quoque privilegio ejuſdem Reginæ memoratur, Olibani Caſtrum, bellorum tempore per Ladislaum Regem pignori datum fuiſſe ob acceptas mutuas pecunias, Antonio & Paulo de Fuſco fratribus Baronibus, ea tamen lege, ut dum tale pignus penes ſe haberent, mediam omnium fructuum partem ſupradicti caſtri, Salernitanæ Eccleſiæ, ad quam caſtri poſſeſſio ſpectabat, exolverent. Quæ ſolutio, ſi fieri deſiiſſet, ipſa etiam Regina de hujuſmodi media parte reddituum Archiepiſcopo ſatisfieri mandavit. Eccleſiam Salernitanam mirè exornaſſe dicunt, in qua cum obiiſſet an. 1441. ſepeliri mandavit: cadaver ejus ante æneam partem humatum Nicolaus ejus nepos ejuſdemque Sedis Archipræſul cœnotaphium poſuit, quod prætereuntium pedibus penè exeſum adhuc viſitur. LXX C

. . . . . . *Hic Piſcicellus Præſul*
. . . . *Nicolaus in arna*
. . . . . . . . . . .
*Oſſa dabat humus meriia . . . In arca* D
*Marmorea clauſit Præſul, & ipſe nepos.*

Sub Nicolai Pontificatu Pacilius Turdus, Salernitanus ex Piſtorio Etruriæ civitate oriundus edificare fecit Oratorium s. Salvatoris intra muros civitatis, ſuiſque ferè omnibus bonis dotavit, in eoque corpus ſuum condi mandavit, ubi hæc proſtat legentibus inſcriptio.

*Anno Dom. MCCCCXXII Inde menſe Maii die xxiv. Pacilius Turdus de Salerno ædificari fecit ſuis ſumptibus iſtud Oratorium ſub vocabulo Dom. Salvatoris pro ſui anima, & ſuorum.*

Porrò Lupus Turdus Piſtorienſis nobili familia natus vir egregius ſub Carolo I Rege, cum eſſet Provinciæ Principatus Prorex, & Juſtitiarius Turdam familiam Salerno proſeminavit, cujus poſtremus Pacilius fuir: geſtat pro inſignibus familia hæc Parmam bipartitam auream, & argenteam.

*b* De eo, ejuſque familia Carolus de Lellis, & Campanilis de famil. Neapol. Mandoſ.



LXXI 37 BARNABAS Urſinus Domicellus Romanusſucceſsit Nicolao anno 1441. 7. Kalend. Maji: majorem Eccleſiam ruinam undique minitantem ære ſuo reparavit, & poſtquam ſediſſet annis ferè octo mortuus eſt ſalutis anno 1449.

LX XII. 38 NICOLAUS Piſcicellus Neapolitanus, Nicolai ſuperioris ex Jacobo fratre germano nepos antea Epiſcopus Biſinianenſis à Nicolao V. ad hanc Salernitanam Eccleſiam translatus eſt 7. Id. Apr. 1449. Hic ob eximias animi ſui dotes valdè dilectus eſt à Ferdinando I. Renatoque Regibus, à quibus privilegia obtinuit pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, de Monte Corbino, Olibano, ac ſancto Victore, cum omnibus ſuis annexis, ac juribus anno 1460. Fato functus eſt egregius Præſul anno 1471. & in Cathedrali humatus hoc ad tumulum inſculpto epitaphio.

*Piiſſimi Patris Nicolai Piſcicelli*
*optimi Præſulis Salernitani*
*oſſa.*
*anno ſalutis* MCCCCXXI.

LX XIII. 39 PETRUS GUILLELMUS de Rocca Hiſpanus ad hanc Salernitanam Sedem aſcendit anno 1471. Quo Præſule facta fuit Icon in Altari majori ſuperioris Baſilicæ ejus ſumptu, reparavitque apſidis (vulgo tribunæ) ſiniſtrum latus. Mortuus eſt Romæ anno 1482. 18. Octob. ſepultus honorifico in tumulo S. Mariæ de Populo propè Sacrarium hoc epitaphio.

*Petro Guilelmo Rocca Valentino Salerni*
*Archiepiſcopo U. J. conſultiſſ. Sixti IV.*
*Pontif. Max. Refer. Primat. qui obiit*
*ann. ſal.* MCCCCLXXXII. *die*
*xviii. Octob.*

(„ *Fuit hic tantæ auctoritatis apud Sixtum IV.*,
„ *ut ex diariis refert Oldoinus in vita Sixti, ut vice*
„ *ipſius Papæ ſubſcriberet Chirographa, ac ſupplica-*
„ *tiones, coram quo ſolemniter miſſam celebraverat*
„ *in die Conceptionis B. V. an.* 1481.)



LXX IV 40 JOANNES Aragonius *a* Neapolitanus, Regis Ferdinandi filius, ſummæ gravitatis Princeps in Eccleſiaſticis cæremoniis perdiligens, boniſque artibus maxime deditus, electus Salernitanus Archiepiſcopus an. 1472. à Sixto IV. à quo inter Dia-

*a* De eo Ciaconius Oldoini tom. 1. col. 69.

A conos Cardinales aſcitus; Archiepiſcopus Tarentinus, & Strigonienſis Eccleſiæ Adminiſtrator Montis Caſini ac S. Laurentii de Averſa Commendatarius, aliiſque opimis Sacerdotiis ditatus, in Pannoniam Apoſtolicæ Sedis Legatus, Romæ exceſsit Presb. Card. S. Sabinæ anno 1485. die 16. Octob. 7. noctis hora, ſepultus ſub paſide tituli ſui juxta altare majus in lateritio tumulo, ſub cubiculis Honorii Papæ IV. cujus eximias virtutes Papienſis multis in litteris recenſuit. Hic Synodicas Conſtitutiones Salerni edidit ann. 1485.

LXX V. 41 OCTAVIANUS Bentivolus (1). Eugubinus, Joannis filius, antea Epiſcopus *b* Eugubinus die 10. Maji 1486. Salernitanam dignitatem adeptus eſt ab Innocentio VIII. apud quem Oratoris munere fungebatur pro Antonello Sanſeverino Salerni Principe, cujus erat a ſecretis, prove Regni Baronibus. Hunc magnitudine animi, liberalitate, cæteriſque ampliſsima fortuna dignis virtutibus ornatum fuiſse ferunt. Sedit ad annum uſque 1498.
B & bono fine quievit: De quo in Eugubinis Epiſcopis prim. tom.

*b* Non Eugubinus, ſed Melphienſis antea Epiſcopus.



LXX VI. 42 JOANNES Vera *c* Hiſpanus Valentinus
C die 4. Julii ann. 1500. Salernitanus adlectus eſt Archiepiſcopus ab Alexandro VI. pauloque poſt Presb. Card. S. Balbinæ pronunciatus. Fuit quippe vir ſummæ integritatis, ac modeſtiæ. Suo Alexandro ad Gallos, Angloſque à latere Legatus, quo munere etiam aliquando functus eſt in Marchia. Romæ exceſſit ſub Julio II. ann. 1507. die 4 Martii conditus in Eccleſia S. Auguſtini ad ſacellum S. Monicæ ſepulchro nobili marmoreo, & cœnotaphio, quod eſt huiuſmodi.

*c* De quo idem Ciacon. tom. 3. col. 196.


*D. O. M.*

*Ioanni Veræ Algeritano agri Valentini Cæ-*
*ſarei Pontificiique juris conſultiſſ. Presb.*
*S. Balbinæ Card. Salernit. qui ab Ale-*
*xandro VI. Pont. Max. ultro ex Hiſpa-*
*nia accitus, & inter. Patres relatus,*
*Piceno, Æmiliæque magna Provin-*
*cialium commendatione præfuit, difficil-*
D *limiſque Eccleſiæ temporibus duobus præ-*
*ſertim interpontificiis, cum magnas tur-*
*bas compoſuiſſet, pacem, quietem, otium-*
*que urbi Romæ reddidiſſet tanti Pont. ju-*
*dicium ſumma prudentia, integritate, a-*
*nimique magnitudine comprobavit; vi-*
*xit an. liii menſ. v. dies ix.*
*Oliverius Neapolita. & Franciſcus Coſen-*
*tin. S. R. E. Cardd. ex teſtamento poſuerunt.*

LXX VII. 43 FEDERICUS Fregoſus *d* Januenſis Auguſtini ex Gentili Montefeltria filius, frater Octaviani Januæ Principis die 5. Maii 1507. Salernitanus renunciatus eſt Archiepiſcopus a Julio II. à quo Eugubinam Eccleſiam perpetuo adminiſtrandam ſuſcepit die 28. Julii 1508. donec Archiepiſcopatus ſui munia pacifice exercere poſſet, ſiquidem cum Galliarum partium eſset, legitima ille adminiſtratione ab Hiſpanis primum, mox à Cæſarianis prohibebatur, cuius adminiſtrandæ, fructibuſque percipien-

*d* De quo Oldoinus in Athen. Liguſtico, & citatus Ciaconius tom. 3. col. 660.

(1) Hunc perperam Bononienſem dicit Alidoſius de Epiſc. Bononien. p. 63. Sed videns oportet Armannum de familia Bentivola p. 89. 90. & ſeqq. *Mandoſius.*




piendis, Carolo V. Imperat. poſtulante, Sedes Apoſtolica ſuffecit Gatinarium Prothonotarium Apoſtolicum ad annum uſque 1527. quo ille mortuus eſt. A quo tempore uſque ad annum 1530. Regia Camera ſummarie fructus collegit, & Vicarius fuit quidam Epiſcopus Spiracenſis. Hoc etiam tempore Magiſtratus Regii pro Regni tutela Eccleſiam Salernitanam criminali juriſdictione ſpoliarunt, ut Muſca ſcribit, in terris Montis-Corbini, & Olibani, quæ uſque ad illa tempora fuerant ſub ſpirituali, & temporali dominio ipſius Eccleſiæ, ſic etiam caſtris utriuſque terræ. Ab anno verò jam dicto uſque ad 1533. Fridericus in integrum reſtitutus fuit, ſuique Archiepiſcopatus fructibus potitus eſt, & Vicarium habnit Epiſcopum Minoritanum, eodemque anno die 7. Febr. ad favorem Nicolai Cardinalis Rodulphi reſignavit. & ad Eugubinam profectus Eccleſiam à Paulo III. anno 1539. invitus, ac ultrò recuſans tanti honoris culmen, Presb. Card. renunciatus eſt, quod gemens accepit. Obiit Eugubii, cujus Epiſcopatum adminiſtrabat anno 1541. 11. Kalen. Auguſti, ſepultus in Cathedrali. Virtutes Friderici uberius recenſet Folieta in elogiis, & nos honorifice in noſtris ad Ciaconium notis. Synodum Diœceſanam anno ſui Præſulatus 2. Salerni celebraſſe ſcribunt; eoque Præſide, erecta fuit prima porta lignea atrii Eccleſiæ Salernitanæ, quæ vacatur leonum, & Minimi recipiuntur, tradita iis Eccleſia ſancti Bernardi, quam renovatam s. Franciſci de Paula vocarunt anno 1516. Cœnobium extruxit Robertus Sanſeverinus Salernit. Princeps. Eo quoque Præſule Marina de Aragonia Princeps Salerni, ſub datum Salerni die 1. menſis Novemb. 1529. dono dedit Capellæ s. Joannis Baptiſtæ Cathedralis annuos ducatos 12. ſuper dohanam Salerni pro celebrandis miſſis, pro oleo lampadis dicti ſacelli, pro animabus Roberti I. & Roberti II. Principum Salerni.

LXX VIII. 44 NICOLAUS Rodulphus *a* Florentinus S. R. E. Diaconus Card nalis Salernitanus fuit Archiepiſcopus à Clemente VII delectus die 7. Febr. 1533. Præfuit ad annum uſque 1548. ac libere reſignavit ad favorem Nicolai Card. Pii de Carpo, ſub quo, ut Muſca ſcribit, ad Salerni vaſtationem Ariadenus Barbaroſſa Turca, inſignis pirata an. 1544. 27. Julii ſugatus miraculo Apoſtoli, & Evangeliſtę Matthæi cum ſereno cœlo magna repente orta eſſet tempeſtas, impii voti minime compos, confracta pene claſſe auſugit. Quam ſane memoriam Eccleſia Salernitana adhoc uſque tempus dicta die pia, & ſolemni pompa per civitatem, Deo, ac Beato Apoſtolo gratias agendo proſequitur. Hujus rei hiſtoriam brevi quidem, ſed erudite deſcripſit M. Antonius Marſilius in vita s. Matthæi. Cæterum de Nicolao Rodulpho vide, quæ de eo ſcripſimus in tom. 3. dum de ipſo ageremus in Archiepiſcopis Florentinis, tum & in notis ad Ciaconium.

*a* De eo pariter Ciaconius tom. 3. col. 408.

A 45 RODULPHUS Pius *b* Card. Carpenſis ex reſignatione Nicolai Card. Rodulphi, adminiſtrator Salernitanus evaſit anno 1548. & poſt paucos dies Nuncium remiſit (1); de quo laudatiſſimo Cardinale vide quæ ſcripſimus in prim. tom. in Epiſcopis Oſtienſibus. LXX IX.

*b* De eo idem Ciaconius to. 3. col. 619.

46 LUDOVICUS de Torres Hiſpanus, patria Maleacenſis, in Nicolai locum venit die 19. Decembris 1548. Paulo III. Pont. Max. Vir virtutis, & multiplicis pietatis, rerumque variarum cognitione illuſtris. Reparavit anteriorem partem atrii Eccleſiæ Salernitanæ. Romę obiit an. 1553. Archiepiſcopatus quinto, depoſitus in Eccleſia S. Catharinæ de Funariis, ut vocant, ubi adhuc in marmorea tabula hæc legitur inſcriptio. LX XX

*Ludovico de Torres*
*Ferdinandi filio Malacitano*
*Archiepiſcopo Salernitano*
*inſigni in Deum pietate,*
*in pauperes miſericordia,*
B *in amicos ſtudio*
*ob ſpectatam in publicis*
*Apoſtolicæ Sedis*
*muneribus operam Summi Pontif.*
*ſui temporis*
*egregie caro*
*ex primis hujus*
*religioſæ domus*
*fundatoribus.*
*Vixit annos liix. menſ. xi.*
*obiit Idibus Auguſti MDLIII.*
*Ludovicus de Torres*
*utriuſque Signat. Referend.*
*Patruo magno poſuit.*

Cadaver ejus in patriam relatum, majorum in tumulo reconditum in Cathedrali Malacitana, hoc etiam habuit elogium.

*Ludovico de Torres Carol. V. Imp. beneficio Archiep. Salerni, Summis Pontificibus Leo. X. Clem. VII. Paulo III. Julio III. ob ſpectatam in publicis S. Sedis Apoſt. muneribus o-*
C *peram egregiè charo, inſigni in Deum pietate, in pauperes miſericordia, in amicos ſtudio. Ludovicus de Torres Archiepiſcopus Montis Regalis tranſlatis ab urbe Roma in patriam oſſibus, & in avitum ſacellum illatis Patruo opt. & B.M. P. Vixit ann. lviii. obiit anno ſalutis MDLIII. die xiii. Aug.*

D 

LX XXI. 47 Fr. HIERONYMUS Seripandus *c* Neapolitanus nobilibus parentibus Joanne Ferdinando, & Iſabella Galeotta Troiæ in Apulia natus anno 1493 die 6. Maii *d* Puer annorum quatuordecim Eremiticam Religionem D. Auguſtini in celebri cœnobio s. Joannis ad Carbonariam profeſſus, famoſum illum Ægidium Viterbienſem Ordinis Præſidem ſpiritualem parentem habuit, à quo, aliiſque pro-

*c* De eo Ghillinus in Theat. vol. 2. Craſſus in elogiis par. 2. p. 3. Toppius in Bibl. Neap. p. 160. & præcipuè Gandulphus de 200. Auguſtinianis ſcriptoribus p. 178. Mandoſ. & fuſius Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 905.

(1) Ita Ughellus. Sed nos ex ſchedis, & decreto Conſiſtoriali attente examinatis, habemus Nicolaum Rodulphum Diaconum Cardinalem S. Mariæ in via lata adminiſtrationi ſuæ libere ceſſiſſe in manibus Pontificis ad favorem ſequentis Ludovici de Torres, & nulla in præfatis ſchedis, & actis mentio habetur Rodulphi presb. Card. Carpenſis; niſi forte in camera expeditio contigerit ſervato jure regreſſus Nicolao; ſed cum adhuc in vivis eſſet Carpenſis, ejuſdem reſignatio exprimenda eſſet in præfatis ſchedis, & decreto. Fides tamen ſit penes Ughellum, cui etiam Ciaconiani Auctores in Carpenſi ſubſcribunt. *Laurentius.*

probatiſſimis viris pietatis, ac doctrinæ inſtitutum abundè ſuſcepit. Liberalibus itaq; artibus imbutus, evaſit Theologus, Philoſophus, ac divini verbi declamator eximius, Doctoratus lauream in Bononienſi Gymnaſio ſuſcepit, & per aliquot annos ſacras litteras publicè docuit, eos deinde in omni ſanctitate, doctrinarumque genere protulit fructus, quos vix plura ab eo conſcripta volumina continere poſſe viderentur. Linguarum cognitione, Hebraicæ, Chaldeæ, Græcæ atque Latinæ, ut vix Orator Chriſtianus doctrina, & eloquentia par reperiretur, quippè qui in pluribus Italiæ primariis templis conciones doctas, elegantes, majeſtate oratoria nitidas ferventi ſpiritu habuit. Neapoli à Carolo V. Imp. non ſine voluptate auditus aliquando. His virtutibus clarus ad ſummos honores aditum ſibi fecit. A Paulo III. ſui Ordinis Vicarius inſtitutus, deindè à Patribus Neapoli in Comitiis Prior generalis adlectus anno 1539. quo magiſtratu humilitatis, ac quietis gratia, tum quod uteretur infirma valetudine ſe abdicavit, & ad Carbonenſes ſuos reverſus, ſtudiis, ac pietatis operibus ſemper incumbens, Bibliothecam inſtruxit libris optimis locupletatam. Ad Carolum V. in Belgium pro Neapolitano Regno miſſus Orator re bene adminiſtrata Regius Sacellanus, mox Salernitanus Archiepiſcopus deſtinatus, invitò oneri collum ſubmiſit, cum paulo ante à liberaliſſimo Auguſto oblatum Aquilanum opimum Sacerdotium, primæ religioſæ vitæ contentus recuſaſset. Anno itaque 1554. die 30. Martii, à Julio III. Papa Salernitanus Archipræſul adlectus, Romæ 13. Maii à Michaele Cardinale Saraceno, aſsiſtentibus Antonio de Capua Archiepiſcopo Hydruntino, & Jacobo Interamnenſi Epiſcopo in ſacello Pontificio, conſecratur feria 3. poſt Pentecoſtem. Salernum eodem anno ſolemni ritu ingreſsus, ſtatim ſynodum habuit, & defæcatos Cleri mores correxit, & oves commiſsas verbo, & exemplo cœpit inſtituere: Palatium, atriumq; Epiſcopale vetuſtate fatiſcens reparavit. Chorum, & Sacrarium exornavit novis additis ſubſelliis: ſacra indumenta ex ſerico, auroque contexta ad altaris miniſterium Eccleſiæ dono dedit, pluraque pio Paſtore digna egit, perfecitque ad animarum ſalutem, & Eccleſiæ ornamentum. Anno 1559. die 14. Februarii Neapoli Carolum V. imperat. funebri oratione laudavit, ſequenti verò à Pio IV. ad Urbem vocatus, ad majora munia adhibitus, in numerum Cardinalium cooptatus eſt anno 1561. ad titulum S. Suſannæ, ac paulò poſt Tridentini Concilii legatus Apoſtolicus in magnum reipublicæ Chriſtianæ, & Apoſtolicæ Sedis ornamentum creatus eſt, Qui dum Tridenti rebus Concilii intentus commoraretur, febre correptus anno 1563. die 16. Kal. Aprilis abiit è vita, & in templo S. Marci ſepultus hoc inſculpto epitaphio:

*Hieronymo Seripando Cardinali, Concilii Tridentini Legato. Chriſtophorus Patavinus Sodalitii Eremitarum mag. P. vixit annos LXX. menſ. V. D. XI.*

*Si quis honos tumuli, quantum ſol lampade luſtrat*
*Terrarum, cœliq; tuum eſt Seripande ſepulchrum.*

Cæterùm quanto ingenio valuerit Seripandus, monumenta ab eo poſteris relicta abundè teſtantur. Scripſit enim Comment. in omnes Divi Pauli epiſtolas, in ſeptem Canonicas Epiſtolas: expoſit. in Evangelia, quæ in Quadrageſima leguntur: Quæſtiones 67 adverſus hæreſes hujus temporis: libros tres de hominis juſtificatione: Tractatus de peccato originali. Ad nonnullos ſcripſit quæſtiones ex textu epiſtolæ Catholicæ, & reſponſiones: ſcripſit quoque conciones lingua Italica in Symbolum Apoſtolorum, & in orat. Dominic. ſermones latinè, quos in majoribus feſtivitatibus ad fratres habebat: Compendium Chronicorum Ordinis ſui: Orationes complures. Hæc omnia, inquit Poſſevinus, aſſervantur Neapoli in Bibliotheca monaſterii S. Joannis de Carbonaria, quam ipſe exſtruxit, eamque libris optimis omnium ſcientiarum genere, tum excuſis, tum manuſcriptis implevit. Sed explicationem Symboli Apoſtolici Italicè ab eo ſcriptam, & quidem ſenſu uberem, ſtylo preſſam, Venetiis vulgatam ſumma conſecuti. Mirè Seripandum celebrarunt, & meritò, Auguſtiniani Hiſtorici Garimbertus, Paulus Manutius, Petramelarius, Cabrera, Ægidius Marcheſinius, Felix Mileſius. Subiiciam hic quæ præſtans ſui temporis nobilis Poeta Hieronymus Borgius Epiſcopus Maſsæ Lubrenſis in Seripandi laudem cecinit. Extat in Epigram. lib. m. s. apud eruditiſſimum, ac doctum amicum noſtrum Leonem Allatium.

*In Cœlo Seripande Deus tibi præmia ſervat,*
*Nos meritas laudes accumulare decet.*
*Nos omnis parit ſcelerum caligine merſa*
*Parthenope, in lucem te duce ſana redit.*
*Iſta quidem ſupero maneat facundia fonte*
*Ad ſuperos homines quæ trahit uſque choros.*
*Cedat Threicius, qui traxit in oppida vates,*
*Silveſtres homines, ſanctaque jura dedit.*
*Orpheus terrenam, Seripandus rectius arcem,*
*Cœli mortales nunc habitare docet.*

De quo etiam adjectum Epigramma ſcripſit nuper noſter item doctus amicus Nicephorus Sebaſtus Meliſenus Eremitani Ord. alumnus.

*Si qua fides faſtis, eademque & dira Britannis*
*Pelagium, Afris hæc protulit Aurelium.*
*Triſtia ſic lætis miſcet Deus, unde venenum*
*Prodiit; hinc fundit ſcorpius antidotum.*
*Auguſtinenſis ſic Tu Seripande Lutherum*
*Falce Tridentina ſternis, & interimis.*

48 GASPAR Cervantes [a] Hiſpanus Getæ Caurienſis oppidi de Carceres juris utriuſque conſultus, primum Archiepiſcopus Meſsanenſis, indè ad hanc ſedem translatus die 1. Martii 1564. diœceſanam Synodum ex Concilii mente celebravit. Puerorum ſeminarium, & octo inſuper Clericos, ut perpetuò feſtis diebus Cathedralis altari majori inſervirent, inſtituit, quibus alendis mille aureos legavit. Locum ad Sanctorum lipſana aſservanda conſtruxit. Aquam à rivo Fauſtino extra urbem opere ſubterraneo ad Eccleſiam, ac Palatium Archiepiſcopale deduxit, aliaque pietatis opera fecit, quæ ſunt recenſita à Muſca. Anno 1568. relicta Salernitana, Tarraconenſem Eccleſiam ſuſcepit regendam, cujus ſapientia, ac doctrina in Concilii Tridentini celebratione Patribus admirationi fuit. A Pio V. anno 1570. Presb. Card. ad tit. S. Bartholomæi in Inſula creatus in Hiſpaniam ad Philippum II. Regem de graviſſimis rebus legatus, Tarraconæ diem ſuum obiit 16. Kal. Septembris 1575. in Cathedrali ſepultus hoc epitaphio, quod cum reliquis ejus virtutibus retulimus etiam in noſtris ad Ciacconum notis. LXXXII.

*Michaeli Archangelo S. Gaſpari Cervanti Getæ ex Inquiſitore Archiepiſcopo Maſſanenſi, item Salernitano, item Tarraconenſi, Presbytero Cardinali Antiſtiti ſanctiſſimo, & vigilantiſſimo de Tarraconenſibus optimè merito ex teſtamento. Vixit annos LXIV. Præfuit Eccleſ. an. VII. Obiit XVI. Kal. Novemb. MDLXXV. Virginibus ſacrum. Inquiſitionis primum functus munere, creatus indè Antiſtes Meſſanenſium Romanam purpuram coruſcans verticem Getæ Cervantes tantillus pulviſculus jam fiet hoſpes, deindè reſurget integer. Pia interim Parentem luget Tarraco, ſuæ magiſtrum vitæ habebit optimum.*

49 M. ANTONIUS Cardinalis Columna [b], Camilli & Victoriæ Ducum Zagaroli filius excelſæ indolis, virtute, prudentia, omniumque ſcientiarum cognitione genere clarus, Tarentinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus inter Patres Concilii Tridentini aſsedit. A Pio V. ad Salernitanam Eccleſiam translatus 13. Octobr. 1568. Seminario jam à LXXIII.


[a] De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 101. Mand. Et fuſiùs Ciaconi ug Oldoini t. 3. col. 1040

[b] De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 946.

Gaſ-



Gaſpare inſtituto, ut ſcribit Moſca delegit ex civitate, diœceſique Salernitana vigintiquatuor puerosalendos, & ioſtituendos, eorundem Collegium propè Eccleſiam erigendum curavit. Coacto Provincialium Epiſcoporum Concilio anno 1572. plura ad ſuæ Diœceſis, ac provinciæ reformatiooem, animarumque ſalutem ſanclvit. In ſuggeſto verò egregiè vermiculato, à Romualdo II. conſtructo ad dextram templi partem, parvum quendam locum ex marmore pulchris itidem lapillis diſtinctum ad ſervandas Divorum reliquias, tertio tantum die Paſchatis Reſurrectionis Domioi ondè populo tunc faciliùs commonſtrareotur, ædificavit Archiepiſcopalem Crucem argenteam, nec non vaſa permulta ex eadem materia Eccleſiæ donavit. Anno 1574. Archiepiſcopatus uunciom remiſit ad favorem M. Aotonii Columnæ Marſilii eius conſobrini, annueute Philippo II. Hiſpaniarum Rege. Cæterùm Columna, Piceni non ſemel Campaniæ, & Maritimæ legatus, Prænestinus Epiſcopus, S. R. E. Bibliothecarius, literatorum hominum patronus, omnibus charus, ac Romano dignus ſacerdotio Zagaroli obiit ânno 1597. 3. Id. Maii: ibidem jacet ad S. Mariam, de quo legendus Ciacconus, Petrumelarius, aliique, qui virtutes M. Antonii abundè enarrarunt, de quo etiam in Tarentinis Archiepiſcopis redibit ſermo.



LXXIV.

50 MARCUS ANTONIUS Columna [a] Marſilius, nobilis Bononienſis, Cardinalis deceſſoris conſobrinus, Salernitanus Archiepiſcopus ſalutatus eſt anno 1574. die 13. Octobris, de quo hic ſubiiciam, quæ de ipſo præſtantiſſimo Præſule ſcriptum reliquit Muſca ejus ſynchronus, & familiaris. M. Antonios olim apud Philippum II. Catholicum, & invictiſſimum Regem Capellanus, & Conſiliarius, deindè Pii V. & Gregorii XIII. in utraque ſignatura Referendarius & Cancellariæ Apoſtolicæ corrector, cum quinquenuium laudabiliter in urbe tranſegiſſet, de conſenſu ejuſdem M. Antonii Cardinalis ad Regis præſentationem ab eodem Gregorio Salernitanæ Eccleſiæ præfectus eſt 25. Junii (melius 13. Octobris) 1574. vir omni ſanè doctrinarum, virtutum, ac linguarum genere peritiaque ornatiſſimus. Doctiſſimorum homiuum opera utebatur ſemper, præcipuè verò M. Antonii Maffæ I. C. pietate & doctrina, & uſu rerum verè illuſtris. Io ſui verò muneris ſunctione diligentiſſimus, ut qoi io Archiepiſcopalis dignitatis faſtigium evectus, poſt editum inſignem illum de redditibus Eccleſiaſticis libruoi, gregem ſibi à Domino commiſſum ſanctis legibus, optimiſque ioſtitutis munire cupiens, & quæ reformationis indigerent, omni cum diligentia reformare diœceſana ſynodo coacta, ſynodicas conſtitutiones edidit. Nec his præclariſſimis ingenii fructibus contentus, io maximis ſui muneris occupationibus B. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ vitam, miracula, ipſiusioſuper templi, atque civitatis deſcriptionem mira cum arte contexuit. Ac nuper denique celeberrimum illud Hydragiologiæ titulo prænotatum opus emiſit. Ex quo tanquam ex altero oceano omnium artium, omniumque diſciplinarum genera copioſiùs effluunt, ac emanaut, continentque præter Latini ſermonis puritatem, Hebræorum, Græcorum, exterarumque omoium ferè geotium exquiſitam linguarum cognitionem. Philoſophorum præterea, Theologorum, antiquorumque Patrum doctrinam ſatis mirificè complectitur. Idem de univerſis excommuoicatlonibus librum, ſive opus erat aggreſſus, quod utinam in omnium ſacrorum Canonum, ac Theologiæ ſtudioſorum utilitatem abſolvere potuiſſet. Accitus enim Romam a Sixto V. a quo iuſſus etiam fuit de Beatiſſimo Didaco in Divorum numerum referendo ſuam proſerre ſeuteotiam, & præfecturæ civitatis Camerini deſignatus, ibi cum ſui officii partes diligenter impleret, multo labore depreſſus, in gravem fèbris incidit morbum, ex quo 24. menſis Aprilis anno 1589. ætatis verò ſuæ annum 45. agens, mortuus eſt. Camerino Romam cadaver deportandum M. Antonius, & Aſcanius Cardinales Columnenſes curaverunt, & in Eccleſia SS. Apoſtolorum honorifice ſepultum requieſcit. Fuoeſei cum decenti pompa Camerini, Romæ, Bononiæ, Saler. ſactum eſt. Flevit Camerinum præſidem, Roma dilectum, Bononia natum, Salernum Paſtorem. Salernitanum porrò templum aliqua ex parte reparavit, atque ornavit. Reparationes, ornamentaque brevitati conſulentes omittimus. Salerni funebri oratione Marſilium laudavit Donatus Laurentius.

[a] De eo Galeotus de viris illuſtr. Bonon. par. 1. p. 14. & Bumaldus in Bibl. Bonon. p. 161. Mandoſi.



LXXV.

51 MARIUS BOLOGNINUS [b] Calatinas, nobili gente Bolognina apud Bononienſes clara oriundus. Pater illi ſuit Joannes Carolus, mater Aodreana de Tuffo Averſana, nobilis fœmina, quorum ſollicitudine iam indè à pueritia liberalibus diſciplinis, & pari morum elegantia exornatus Eccleſiaſticam diſciplinam amplexus, utriuſque iuris laureatus, Caiacenſis Eccl. Decanatus auctus dignitate, Romam a Fabio Mirto Archiepiſcopo Nazareno patrueli accitus utriuſque iuſtitiæ referendarius factus eſt a Pio V. Cumque id temporis perduellium Ugonottorum ſecta in Galliis adeo invaluiſſet, ut Catholicã Religionem proſternere ſal-

[b] De quo videndus Antonius Mazza de rebus Salernitanis p. 98 Mandoſ.

fis dogmatibus & armato milite crederet, Pius, ut iis malis occurreret, Fabium virum egregium, & rerum experientia celebrem, ſuum in Gallia Nuncium ad Carolum IX. Regem direxit, qui ſecum Marium duxit, ut ſolamen in laboribus, & in arduis negociis ſublevandis coadjutor eſſet, quorum conſilio & hortatu Carolus valido comparato exercitu perduellium vires, & cornua fregit, ſexdecim enim ſectariorum hominum millia cum eorum duce Principe Condeo, eo in conflictu deſiderata ſunt. Marius per quinqueonium in Gallia apud Fabium fuit, & non ſemel è Gallia ad Pontificem, ac vice verſa in Galliam ad Nuncium de graviſſimis rebus miſſus, operam ſuam navavit egregiè, ac laudem promeruit. Præfuit deindè, cum in Italiam rediiſset, in Agro Piceno, & civitate Bononia, aliiſque Eccleſiaſticis urbibus adeo cum ſui nominis fama, ut laudem promeruerit, & Archiepiſcopatu Lancianenſi donatus ſit à Gregorio XIII. Sub Sixto V. ad Anconæ civitatis regimen vocatus, ea integritate res terræ, mariſque moderatus eſt, ut Pontifici & Populo cumulatiſſimè ſatisfecerit, à quo depoſcente Philippo II. Hiſpaniarum Rege, ad Crotonenſem Eccleſiam transfertur, ubi cum fauſtè omnia ei contigiſsent, biennio poſt ab eodem Sixto, ferventibus undique armis in Gallia ob Henrici III. funeſtum parricidium, pro novi Regis creatione, tumultibuſque ſedandis, in regnum illud Nuncius deſtinatur, deinde Gregorio XIV. in Pontificatu ſuffecto, cum Salernitano Archiepiſcopatu jam per annum vacante, ad eam dignitatem capeſsendam multi anhelarent; ipſe omnibus antelatus, Salernitanus dictus eſt Archiepiſcopus die 7. Januarii 1591. ætatis ſuæ anno quinquageſimo primo. Quatuordecim omnino annis ſibi creditam rexit Eccleſiam, multiſque Synodis cum laude coactis, clericales mores reddidit defæcatiores: diœceſim luſtravit, Eccleſiam vetuſtate ferè corruentem maximo ſumptu reparandam curavit, ad altaris miniſterium nonnulla vaſa argentea, ac paramenta ad ſacra peragenda argento, & auro contexta Eccleſiæ donavit. Eccleſiam, & Cœnobium in honorem Beatiſſimæ virginis Mariæ, cujus erat devotiſſimus, à fundamentis condidit pro Carmelitis fratribus, ac redditibus locupletavit. Archiepiſcopalem Sedem Tarentinam ditiſſimam ultro ei oblatam à Philippo Rege, Salernitana contentus, recuſavit modeſte, ubique, & ſemper Regi, cujus erat à conſiliis, præ omnibus charus ob præcipuum pietatis cultum, ſtudiumque Eccleſiaſticarum rerum. Deceſſit autem Neapoli die 25. Februarii anno 1605. corpus Salernum delatum, in Carmelitarum à ſe fundatum templum, ut teſtamento caverat, terræ mandatum eſt eo in loco, ubi hæc proſtat inſcriptio.

*Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. D. Marii Bolognini Archiepiſcopi Salernitani Regiique Conſiliarii ſponſam, qui ſuam ſanctis exornavit ſanctionibus, monitis reformavit cœleſtibus, diviniſque munivit inſtructionibus, cujus nimia devotio in Deiparam Virginem Carmelitani Ordinis præcipuam matrem, Carmelitas huc adduxit, Eccleſiam hanc extruxit, conventum fundavit, donis, redditibuſque fœcundavit, non animam onuſtam, quæ meritis petivit Olympum, ſed corpus PP. Carmelitæ ejus implentes vota huc transferri, ac tumulari curarunt.*

LXXVI. 52 JOANNES Beltramiolus de Guevara Hiſpanus die 4. Decembris an. 1606. à Paulo V. adlectus eſt Archiepiſcopus (1) Sedit ann. 6. & ad Pacenſem Eccleſiam in Hiſpania translatus eſt anno 1612.

LXXVII. 53 LUCIUS Sanſeverinus *a* præter gentis ſuæ nobilitatem, iis probitatis dotibus ornatus erat, quæ omnium viderentur poſse promuvere amorem, &

*a De eo Ciaconius Oldoini tom 4. col. 483.*



gratiam, unde cum eſset Roſsanenſis in Calabria Archiepiſcopus, à Philippo III. Hiſpaniarum Rege præſentatus eſt Paulo V. Pontifici, ut Salernitanus renunciaretur Archiepiſcopus. Translatus itaque à priori Eccleſia, ad hanc nobiliorem ann. 1612. die 19. Novembris. Diœceſim omnem ſuam ipſe diligentiſſime perluſtravit, celebratoque concilio ad puriores mores clerum reformavit. Sub Gregorio XV. ſenatoriam purpuram aſsecutus eſt ad titulum ſancti Stephani in Cœlio monte, anno 1622. eoque defuncto, in Conclavi Urbano VIII. Pontif. Max. ſuffragatus, ſub quo Salernum reverſus deceſſit ſenex venerabilis die 25. Decembris 1623. ſepultuſque eſt in Metropolitana cum hac inſcritione.

*Lucio S. R. E. Cardinali Sanſeverino Salernitano Archiepiſcopo, non minus virtutum omnium omnibus charo, quàm familiæ ſplendore claro viventi, humili loco humile ſepulchrum jubenti D. Aloyſius Sanſeverinus Biſinianl Princeps ex fratre nepos poſuit*

*xxv. Decembris MDCXXIII.*

54 GABRIEL Treſcios Paniagua *b* Cardinalis tit. S. Pancratii Archiepiſcopatum Salernitanum obtinuit die nona Maii 1625. Sedit an. 2. & ad Maleacenſem in Hiſpania Eccleſiam translatus eſt 28. Aprilis 1627. obiit ſupremi magiſtratus Præſes die ſecunda Februarii 1630. humatus in Maleacenſi Cathedrali. LXXVIII

*b De eo pariter Ciaconius tom 4. col. 416.*



55 JULIUS Card. Sabellus *c* olim Anconitanus Archiepiſcopus ad Salernitanam Eccleſiam ab Urbano VIII. translatus anno 1630. die 28. Januarii. Sedit ann. 12. & ad ſavorem Fabritii nepotis nuncium remiſit ann. 1642. Romæ obiit Julio menſe die 9. anno 1644. ſepultus jacet in æde Aracœlitana prope Honorium IV. gentilem ſuum. LXXIX.

*c De quo citatus Ciacon. tom. 4. col. 459.*

56 FABRITIUS Sabellus *d* adlectus fuit Salernitanus Archiepiſcopus die 15. Septemb. 1642. qui ob generis ſplendorem ab Innocentio X. creatus eſt S. R. E. Card. ac Bononienſi Legatione cohoneſtatus. Sedit ann. 10. eodemque munere ſe exſolvit hoc anno 1658. XC.

*d De eodem Ciaconius to. 4. col. 659.*

57 JOANNES Torres Romanus, Coſmi Torres XCI.

(1) Hunc Compoſtellanum, & Pacenſem antea Epiſcopum falſo pronunciat Salazar in Martyrolog. Hiſpan. 5 die 3 Maii. De Pacenſi item aberrit Roc[illegible] Pyrrhus in Eccleſia Siculis. Sed hi falluntur ex ſchedis, & decreto Conſiſt. ubi dum evehitur ad Salernitanam, è ſimplici illius presbyterali deſumitur, & fortaſſis tantum à Rege ad eas Eccleſias præſentatus fuit nullo ſecuto effectu. Zurrutaus.

A res Card. ex fratre nepos, Archiepiſcopus Andronopolitanus, apud Regem Poloniæ ſub Innocentio X. Apoſtolicæ Sedis Nuncius, translatus eſt ad hanc Salernitanam Eccleſiam ab Alexandro VII. Pontifice Maximo eodem anno 1658.

*A D D I T I O.*

XCII. ( „ *GREGORIUS Carraforum nobiliſſimo ſtipite*
„ *genitus, Clericus Regularis Theatinus, Epiſcopus*
„ *Caſſanenſis, inde Archipræſul Salernitanus di-*
„ *ctus eſt 23. Junii 1664. Plura ſcripſit erudite, ut*
„ *licet videre apud Toppium in Bibl. Neapol. p. 178.*
„ *ejuſque Auctarium Nicodemum p. 147.. Laudatur*
„ *à Silos in hiſt. Cler. Regul. par. 2. & 3. & in Cata-*
„ *logo Scriptorum Clericorum Regularium. Obiit na-*
„ *tem Gregorius an. 1676.*

XCIII. „ *Fr. ALPHONSUS Alvarez, Hiſpanus, Ord.*
„ *B. Mariæ de Monte Carmelo, Archiepiſcopus pri-*
„ *mum Lancianenſis, inde Brundusinus, unde Sa-*
„ *lernitana in ſede quievit ab anno 1676. 22. Junii*
„ *uſque ad 1689 quo deceſſit.*

XCIV. „ *HIERONYMUS Paſſarellus, Epiſcopus Iſer-*
„ *nienſis, Archipræſul evaſit 14. Novembris 1689.*

XCV. „ *Fr. MARCUS de Oſſos, Hiſpanus, Ord. B. Ma-*
„ *riæ de Mercede nobiliſſimus alumnus, qui tum in*
„ *emetiendo in ſuo ordine literaria palæſtra, tum in*
„ *explendis variis muniis doctrinæ, animique ſui*
„ *integritatem cum probaſſet, Regis Catholici factus*
„ *concionator, ab eodem commendatus pro hac thia-*
„ *ra, electus eſt 25. Julii 1692. E vivis exceſſit an.*
„ *1695. menſe Novembri.*

XCVI „ *Fr. BONAVENTURA Boerius, nobilis Catha-*
„ *cenſis, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de*
„ *Obſervantia Theologiæ Magiſter, egregius concio-*
„ *nator, ac poſt plura ſuæ religionis munera Mini-*
„ *ſter generalis Ordinis ſui, renunciatus eſt Saler-*
„ *nitanus Archiepiſcopus an. 1697. die 11. Novem-*
„ *bris. Vivit adhuc, & paſtorali ſollicitudine, ac*
„ *pietate gregem ſuum tuetur, & paſcit.)*

# ACERNENSES EPISCOPI.



ACERNUM *a* mediterranea eſt civitas Campaniæ Felicis in Provincia Citerioris Principatus nomen retinens, Mauritio de Aſte Saonenſi origine Aſtenſi vetuſtiſſima Marchioni titulo ſubiecta. Eſt autem poſita citra Silarum amnem ad latus habens Veliam, de qua Sibylla apud Virgilium, *Portuſque require Velinos*, & Picentiæ celeberrimæ quondam urbis à Romanis exciſæ ruinas. Eſt autem Acernenſis civitas undique montium aſperitate vallata, nulliſque munita muris, ſed in media planitie, campoque ſita, ut in ea regione multa ſint ejuſmodi oppida mœnibus carentia, è ruinis Picentiæ nata à Romanis ea mulcta Picentinis impoſita, ut ſine murorum ambitu pagatim habitarent. Cenſentur in ea ex codice Fiſci Regii bis mille ducentæ duodeviginti animæ ſumma agri inopia laborantes. Nam agri quicquid eſt, non frumento, ſed lino ferendo eſt uſui. Quod ergo natura loci negavit, induſtriæ incolæ parant. Nam Apuliam omnes jumentis, ac mulis obeunt, indeque advecto frumento, & ſuam, & finitimorum oppidorum levant inopiam: itaque cum prædiale, decimaſque

*a* Vulgo Acerno.

A ſolvere Eccleſiis nequeant, perſonales exolvunt, itaut quiſque matrimonio junctus modii mediam; non junctus quartam partem Eccleſiæ offerat. Hujus Civitatis Leander non meminit. Adhuc, etiamſi multum inveſtigaverim, haud ſum aſsecutus quis illic primum Evangelium prædicaverit, quiſq; ejus diœceſis primus fuerit Epiſcopus; tamen antiquus eſt Acernenſis Epiſcopatus, & Salernitano Archiepiſcopo ſuffraganeus, nulluſque occurrit eius Sedis Epiſcopus ante annum 1136. Cathedralis Baſilica olim erat titulo S. Donati Epiſcopi, & martyris, ſed ea collapſa Acernenſes Epiſcopi Cathedrali utuntur matrice Eccleſia Deiparæ Virginis nomine dicata, in qua aſservatur Calvaria S. Donati Epiſcopi Aretini, & martyris civitatis hujus Patroni, cujus feſtus dies magno finitimorum oppidorum concurſu hic celebratur. Sacris in ea miniſtrant Canonici incerto numero: eſt enim Eccleſia receptitia, ac proinde in Canonicorum numerum recipitur quisquis ex eadem civitate Presbyter
B ordinatur; ſed quia penes Canonicos jus eſt miniſtrandi ſacramenta, ad id munus non niſi examinatus eligitur, ac probatur. Erant autem dum hæc ſcriberemus Canonici duodecim *b*. Ex his verò quatuor perpetuo dignitate eminent, Archidiaconus, ſecundus ab Antiſtite, Primicerius, Theſaurarius, & Cantor. Ab iis verò quotidie more cæterorum Epiſcopatuum Miſſa conventualis celebratur, divinumque officium in Choro recitatur, & feſtis diebus à prandio pueri doctrina Chriſtiana imbuuntur, Canonicis per vices, & hebdomadas id munus obeuntibus. Dominicis vero Adventus, & Quadrageſimæ tempore concio habetur. Singulorum autem Canonicorum maſſa communis vigintiquinque ducatos Regni non excedit. In civitate præter Cathedralem duæ olim Parochiales Eccleſiæ erant, quæ nunc ob imminutam admodum populi frequentiam, ſublata cura animarum ad Miſſas tantum celebrandas ſunt uſui. Unicum tantùm monaſterium virorum Regularium S. Franciſci Minoris Obſer-
C vantiæ, & duæ Confraternitates laicorum ibidem ſunt. Hoſpitale nullum, nec Mons pietatis eſt, caretque Clericorum Seminario. Gens eſt à blaſphemiis quidem, ac fraudibus pura, ſed inimicitiis, & inteſtinis odiis imbuta, ut ibi tutò jam habitari difficile poſſit; iras enim gerunt implacabiles, ut in illis ſedandis, atque componendis maximè ſit Epiſcopo laborandum. Nam ubi ſemel odia in animo inſederint, efferuntur, mutuaſque ſibi cędes moliuntur, ut nullus ſanguinis ſit modus. Diœceſis triſariam diviſa eſt: prima pars Acernenſi civitate à nobis jam deſcripta definitur, altera pars, eſt Mons Corvinus in plures pagos diviſus. Hoc oppidum eſt in ditione immediata Regis: ſitum eſt in montibus olei feraciſſimis, in quibus major ferè pars Eccleſiaſticorum prædiorum ſita eſt. Subjacent montibus agri, & lati, & fertiles, qui ab Indigenis excoluntur ad mare uſque porrecti, & per duodecim paſsuum millia patentes, itaut meritò parva Apulia vocentur. In iis campis olim Picentia ſita
D erat, ea porro pars oppidi hujus, quæ ad Acernenſem Diœceſim pertinet, ad 600. focos, ſeu domicilia complectitur. Eccleſia ibi matrix eſt titulo S. Petri Capitularis, & receptiva, in qua tres ſunt dignitates, Archipresbyter, Primicerius, & Theſaurarius, Capellani autem duo; quicunque autem ex hac Diœceſis parte Presbyter ordinatur, in eorum numerum adſcribi ſolet. Hinc major pars oppidi ſacramenta petit. Capitularis portio ſingulorum Presbyterorum eſt quindecim ducatorum. Eſt præterea in hac Eccleſia ſodalitas laicorum annuos habens redditus quingentorum ducatorum, ex quibus ſtipendia ſex Capellanis perſolvuntur, ceramque, & oleum Eccleſiæ miniſtrat, & pauperibus ſubvenit. Huic Eccleſiæ ad latus adjacent ædes Epiſcopales, quod in eo oppido reſidere Epiſcopi Acernenſes conſueverint, & in hac Eccleſia muneribus Epiſcopalibus fungi. Eſt in eo oppido altera Collegiata, in qua Rector habetur, & quatuor Ca-

*b* Inter quos deeſt utraque Præbenda.

pellani,

peilani, qui vicinioribus pagis adminiſtrant ſacramenta, & duæ aliæ Parochiales ſiogulis Curatis attributæ. Tertia pars Diœceſis Gaurus eſt, pagus Lucæ Gaurici Epiſcopi Civitatenſis Aſtronomi, & Poetæ præſtantiſſimi natalibus illuſtratus ad commune Geoſani pertinens, & ad Marchionis Vaſti ditionem; ſocos habet octoginta, & Capitularem Eccleſiam cui ſuus præeſt Archipresbyter. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus 900. circiter ducatorum illarum partium; taxa verò in libris Fiſci Apoſtolici florenorum 70. Epiſcopi autem, qui io ea floruerunt, ſequentes tantum ſuot à nobis inveſtigati.

I. 1. PISANUS Epiſcopus Acernenſis florebat anno 1136. cujus memoria extat io monumentis ejuſdem Eccleſiæ Succeſſores ejus plurimorum annorum ſpatio ignorantur.

II. („ PETRUS *interfuit Lateranenſi Concilio an. „ 1179. Deſcriptoris incuria perperam ibi appellatur* Aeunenſis *pro* Acernenſis.)

III. 2 PASCHASIUS ex Canonico à Capitulo Epiſcopus electus anno 1222. cujus electionem Honorius III. examinandam commiſit Epiſcopo Sarnenſi 4. Kalend. Aprilis anno Pontif. 8. Epiſtola extat in Reg. Vat. num. 333.

IV. 3 LUCAS Ord. Minorum Epiſcopus Acernenſis ann. 1274. una cum Gualterio Ord. Prædicatorum Epiſcopo Potentino, & Palmerio Murano conſecravit Eccleſiam S. Mariæ Majoris oppidi Diani à Rogerio Sanſeverino Comite Marſici conſtructam, anno 1274. Templum D. Petri Montis-Corbini exædificavit, ut ad parietes ex marmore ibidem proloquitur inſcriptio hæc.

*Princeps Paſtorum templum tibi Petre decorum*
*Offero, ſame datum, me dextris pone locatum.*
*Hoc Paſtor Lucas ſtudio perfecit amoris,*
*Cui ſuperindicas JESU diadema decoris.*
*Anno M.CC.LXXIV.*

Interſuit conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ, olim S. Pauli de Palearea in ſuburbio Salerni Ord. Prædicatorum ao. 1277. menſe Maii.

V. 4 ANDREAS Capograſſus an. 1309. in Reg. Regio Neapol. memoratur.

VI. 5 BARTHOLOMÆUS Epiſcopus hujus Sedis, & Regius Conſiliarius an. 1314. ex eodem Reg.

VII. 6 JORDANUS ſub Joanne XXII. vixit, cujus memoria habetur in lib. ſolutionnm ſacri Collegii an. 1321. die 7. Januarii, ejuſdemque meminit Regeſt. Reg. Neapol. Mors illum abſtulit an. 1331.

VIII. 7. Fr. PETRUS Ordinis Minorum præficitur hujus Eccleſiæ Præſul ab eodem Joanne XXII. anno 1331. Kalend. Junii defuncto Jordano; ex Reg. Vat. fato functus eſt extremis annis Benedicti XII.

IX 8. JACOBUS Archidiaconus Acheruntinus à Clemente VI. delectus eſt in demortui Petri locum anno ſalutis 1345. 18. Kalend. Julii, caſſata prius electione Fratris Joannis de Alexandria Ord. Eremitarum S. Auguſtini à Capitulo celebrata, ut notatur in ep 4. anni 3. Clementis in Reg. Vat. Exceſſit Jacobus ao 1348. Joannes verò, qui ab Archiepiſcopo Salernitano conſecrationis munus acceperat, tres anoos Acernenſem Eccleſiam adminiſtravit, nullius Eccleſiæ Epiſcopus remanſit, factuſque eſt Andrienſis Epiſcopus 4. Id. Decemb. ejuſdem anoi, ut narrat ep. 190. fol. 85. Reg. Vat. anno 7. Clementis.

X. 9 MATTHÆUS de Marino Canonicus Litterenſis ſucceſſit Jacobo ann. 1348. 15. Kal. Junii ex Reg. Vat. ep. 210. fol. 119. Mortuus eſt Urbano V. ſedente an. 1363.

XI. 10 JULIANUS Epiſcopus Nebienſis in Corſica ad hanc Eccleſiam translatus 12. Kal. Aug. 1363. ab eodem Urbano V. Ubi, vel quando obierit, incertum.

a intruſus. 11 THOMAS *a* Clementis VII. Aſſecla.

XII. 12 BENEDICTUS de Æſculo („ *Ord. Erem. S. Auguſtini*, „) fortaſſis ab eodem Clemente VII. Pſeudopontifice intruſus in hanc Eccleſiam, recognovit pro Thoma prædeceſſore die ultima Martii 1389. ex lib. ſolut. Prælat. Idem ad unitatem Eccleſiæ receptus à Bonifacio IX. ab eodem translatus eſt ad Eccleſiam Caſtellanetenſem anno 1396. Hic magis ad arma pronus, contra Ladislaum Regem, Capuanam arcem, in Ludovicum Regem transfundendam curavit, deinde relicto Ludovico, Ladislaum Regem adoravit.

13 Fr. PACELLUS de Salerno Ord. Minorum per translationem Benedicti Acernenſem Eccleſiam ſuſcepit regendam 13. Kalend. Aprilis anno 1396. obiit anno 1405. XIII

14 MANFREDUS de Averſa vir nobilis Clericus Neapolitanus, Innocentii Papæ VII. Acolythus, ab eodem eligitur in Epiſcopum hujus Sedis Id. Julii 1405. („ *Acheruntinus deinde evaſit Archiepiſcopus* 10. *Kal. Martii* 1415.) XIV

15 ANTONELLUS, ſeu Antonius Syraca, Salernitanus, Epiſcopus Nebienſis in Corſica ad hanc Eccleſiam translatus à Martino V. an. 1418*b*. 17. Kalen. Martii, ſequenti verò anno cœnobium S. Leonardi *della Strada*, Salernitanæ diœceſis in commendam accepit. In patria obiit an. 1436. ubi jacet in Metropolitana cum hoc epitaphio. XV.

b 1417. 10. Kal. Martii.

*Hic jacet corpus Rev. in Chriſto Patris Domini Antonii Syraca Epiſcopi Acernenſis, qui obiit ann. M.D.CCCCXXXVI. Die vi. menſ. Julii xiv Ind.*

16 NICOLAUS Solimele, Salernitanus Archidiaconus, præficitur in demortui Antonelli locum 6 Kalend. Septemb. 1436. cujus electio in actis Conſiſt. Eugenii IV. legitur: eius memoria extat ad annum uſque 1451. translatus ad Venuſinam Eccleſiam *c*. XVI.

c 1459.

17 PARACLITUS de Malvetiis, Bononienſis, clara, & vetuſta familia natus, effectus eſt Epiſcopus Acernenſis die 15. Maii anno 1460. à Pio II. ad hanc dignitatem vocatus anno Pontif. 2. Obiit anno 1487. de quo in lib. oblig. mentio. Herrera in Alphabeto Auguſtiniano habet hunc fuiſſe religioſum Eremitani S. Auguſtini. XVII



18 MENELAUS de Januariis nobilis Neapolitanus I.U.D. inſignis evaſit Acernenſis Epiſcopus Id. Feb. 1487. translatus ad Surrentinam Eccleſiam 1493. XVIII

19 Fr. ANTONIUS Bonito *d* de Caccharo Ord. Minorum ſacræ Theolog. Magiſter, Regi Ferdinando chariſſimus, & ab eleemoſynis, Epiſcopus Montis-Marrani ad hanc Eccleſiam translatus die 14. Feb *e*. 1493. per translationem Menelai ad Surrentinam. Fuerat Provinciæ Terræ Laboris, ſcripſitque Elucidarium Deiparæ Virginis, Manuale omnium fere definitionum, & diſceptationum caſuum conſcientiæ. Poſtquam multa præclarè geſſiſſet in ſuæ Eccleſiæ honorem ob ſingularem erga egenos beneficentiam Pater pauperum nuncupatus deceſſit an. 1510. fertur poſt multos ab obitu annos, integrum eius corpus fuiſſe repertum. Videndus Wadingus tom. 7. Annal. Min. & in lib. ſcriptorum Ord. Minorum. XIX.

d De quo Maraccius in Bibl. ... *Mariaf.* e 19. Martii 1494. ex Actis.

PE-

XX 20 PETRUS de Aretio anno 1511.
XXI. 21 ALEMANNUS obiit 1514.
XXII. 22 LUCIUS electus ann. 1514. die 29. Maii.
XXIII 23 POMPEJUS Card. Columna *a* hujus Eccleſiæ adminiſtrator anno 1523. eodem munere deinde obivit an. 1525.

*a* De quo Ciaconius Oldoini tom. 5. col. 434.

XXIV 24 HIERONYMUS Oliverius Archidiaconus Acernenſis creatur Epiſcopus à Clemente VII. anno 1525. die 23. Junii. Ad quatuor ſupra decem annos hanc rexit Eccleſiam, deinde ſenio affectus, eo munere ſe exolvit ann. 1539.

25 (1) MARCELLUS Cervinus Card. S. Crucis hanc Eccleſiam in adminiſtrationem accepit die 9. Julii 1539. eamque deindè dimiſit eodem anno die 29. Octobris. Hic evaſit Summus Eccleſiæ Pontifex ſub nomine Marcelli II. de quo vide tom. primo in Eugubinis Epiſcopis.

XXV („ FRANCISCUS *Card. Quignones* b *Adminiſtrator hujus Eccleſiæ eligitur* 9. *Junii* 1539. *obiitque* 27. *Octob.* 1540. *cum jam antea adminiſtrationis nuncium remiſiſſet*. Lucentius.)

*b* De eo citatus Ciacon. tom. 3. col. 446.

XXVI 26 NICOLAUS ANGELUS de Oliveriis factus eſt Acernenſis Epiſcopus die 29. Octobr. 1539 obiit anno 1566.

XXVII. 27 Fr. JOANNES MATTHÆUS Valdinas Siculus Ord. Prædicatorum Theologus, Epiſcopus delectus eſt anno 1566. die 15. Maii, mortem obiit an. 1570.

XXVIII. 28 LÆLIUS JORDANUS *c* Romanus adlectus anno 1570. die 26. Junii. Præfuit annis decem, translatuſque deinde eſt ad Archiepiſcopalem Sedem Roſſanenſem in Calabria anno 1580. die 28. Novembris. Edidit tractatum de majoribus rerum capitalium Epiſcoporum cauſis ad Pontificem maximum deferendis, ac de Romanæ Sedis origine, atque auctoritate Venetiis 1572.

*c* De eo Mandoſius in Bibl. Rom vol. 1. p. 184.

XXIX 29 JOANNES FRANCISCUS Orificius *d* Neapolitanus Acernenſi Epiſcopatu inſignitur die 24. *e* Februarii an. 1581. Præfuit ann. 12. ac adminiſtrationi liberè ceſſit anno 1593. Cauſam abdicationis affert Capaccius lib. 2. Neap. hiſt. Joannes Franciſcus Orificius, ait, Epiſcopus Acernenſis qui mortuo patre, ut rem familiarem prudenter adminiſtraret, ut fratris filios fortunis, virtutibuſque & dignitatib. ornaret eandem curam adhibendam ſuorum regimini exiſtimans, quam ſubditorum pietati Epiſcopatu ſe abdicavit. Demum Neapoli deceſſit, ſepultuſque eſt in templo S. Mariæ Monachorum Olivetanæ familiæ, & ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat cum hoc epitaphio.

*d* Laudatur in Epiſtolarum libro Capaccii p. mihi 243. *Mandoſ.* *e* Die 10. Febr.

D. O. M.
*Joanni Franciſco Antonii F. Orificio Epiſcopo Acernenſi Eccleſiæ ſuæ rebus piè conſtitutis & auctis, eadem ſponte depoſita; Epiſcopatu S. Severi, quem Gregorius XIII. Pont. Max. obtulerat recuſato, hanc ſibi laborum metam V. P. M. DXCVII.*

Propè Joannis Franciſci ſepulchrum jacet Antonius genitor in nobili tumulo, cui hoc cenotaphium poſuit idem Joannes Franciſcus tunc Epiſc. Acernenſis.

D. O. M.
*Antonio Orificio*
*ſacri Conſilii in Regno Neapolit.*
*Preſidi, & vice Protonotario*
*Carolo V. Aug. & Philippo II. Rege*
*Catholico annos prope L. publicis*
*muneribus functo,*
*ac per omnes honorum gradus*
*ad ſupremum evecto*
*Joannes Franciſcus Epiſc. Acernenſis*
*Parenti optimo.*
*Obiit annos natus xxciv.*
*M. DLXC.*

XXX 30 ANTONIUS Agellius *f* Surrentinus Clericus Regularis vita integer, & doctrina inſignis, qui ſub Pio V. aliiſque Pontificibus præclaro operi nempe ſacrorum bibliorum correctioni admotus fuerat, à Clemente VIII. ſubſectus eſt Epiſcopus Acernenſis die 24. *g* Novemb. 1593. Septem annis laudatiſſimè eam rexit Eccleſiam, ſpontè deinde Epiſcopatu ſe abdicavit anno 1604. Quantæ virtutis fuerit, modeſtiæ, eruditionis, audies a Theatinæ Religionis hiſtorico Joſepho Silos, qui prima, & ſecunda parte iis nominibus extollit, ac ſparſim multa expoſuit. Clauſit hoc anno ſcilicet 1608. ſupremum diem vir ab eximia morum innocentia, & à doctrinarum laude, ſacriſque præſertim litteris, longè commendatiſſimus. Fuit is Antonius Agellius, magni olim Sirleti Cardinalis alumnus, quem ut Orientalium linguarum uſu, ſacrorumque codicum ſtudio æquavit, ita editis litterarum monumentis, atque in commune compendium lucubrationibus, longè ſuperavit. Summis Pontificibus, quos plurimos eſt emenſus, apprimè commendatus. Ejus fidei, ac eruditioni Hippolytum Cardinalem Aldobrandinum commiſit Clemens Pontifex VIII. qui & ipſum Epiſcopum Acernenſem renunciavit; ac mox ut Eccleſiæ bono Romæ hæreret eo munere abſolvit, attributo abunde cenſu, ut dignitatem, ac ſtudia ſuſtentaret. Quæ ſcripſit, recognovit, emendavit, tranſtulit, edidit, alias fuſe recenſui. Nihil ejus ſcriptione accuratius, copioſius, gravius. Romæ ubi diu Clericus Regularis, & Epiſcopus in omnium laude, & luce eſt verſatus doctiſſimus, ac viva quædam bibliotheca audiebat. Commentaria in Salomonis Proverbia inchoata ea quidem nec dum ad auctoris judicium, limamque exarata, quod haud æquum erat, deperire quid pretioſæ lucubrationis, diu preſſa aſpexere tandem lucem Aloyſii Novarini opera, ac neſcio cui plus debeant litteræ Agellio, qui ſcripſit, an Novarino, qui ſuis opuſculis adſcripſit. Certe ut magnum eſt ſua cudere, ita plane dignum laude, aliena in lucem vindicare: nec parum quidem eſt, ita nitere in propriis bonis, ut accedat etiam ad aliorum vigilii decus. Porro Agellius tot laboribus, ſtudiiſque exhauſtus Romæ eſſe deſiit inter homines, profundiore quidem ævo: nam ſupra ſeptuageſimum ætatis annum exceſſerat; ſepultuſque cum ſuis eſt in D. Silveſtri cœmeterio. Ejus ſcripta & lucubrationes cum Silos commemorat Franciſcus Bolvitus in ſcriptorum Theatinorum ſyllexi, ac præcipua commendatione extollit, aureum opus in Pſalmos Davidicos univerſos, & in Cantica illa, quæ in Romano recitantur Breviario: cujus cum laude meminit Martinus del Rio, qui in ſacris Adagiis numquam Agellii Pſalmos ſine præſtanti quodam judicii, atque eruditionis elogio memorat.

*f* De eo Marraccius in Bibl. Mar. par. 1. p. 130. Ghilinus in theat. vol. 2. p. 13. & Silos in hiſt. Cler. Regul. par. 1. 2. & 3. *Mandoſ.* *g* Die 10. Novemb.

31 Fr. PAULUS Manara Placentinus Ord. XXXI.
Præd. Prior S. Sabinæ de Urbe ſucceſſit Antonio die 20. Octob. 1604. ſeptem propè annos eximiè hanc rexit Eccleſiam, defunctuſque eſt anno 1611.

32 FRANCISCUS Solimele *h* Salernitanus Ni- XXXII.
colai anteceſſoris gentilis hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit die 14. Martii 1611. duobus annis Pontifex fuit, cum deceſſiſſet ann. 1613.

*h* De eo Marraccius in Bib. Mariana par. 1. p. 391.


33 Fr. JOANNES Serranus Hiſpanus Alcan- XXXIII.
zarenſis Provinciæ Carthaginenſis Ord. Minorum in Acernenſi Eccleſia ſucceſſit Solimele die 20. Novembris 1613. vir doctus, in Beatiſſimam Virginem Mariam ſtudioſiſſimus, lib. 5. ſcripſit in laudem Immaculatæ ejuſdem Deiparæ: & de ſacrificio Miſſæ. Hanc ſibi concreditam Eccleſiam quatuor ſupra viginti annos adminiſtravit, obiitque anno 1637.

34 LUDOVICUS Galbiatus Pontremulenſis *i* XXXIV.
creatur ab Urbano VIII. an. 1637. die 17. Aug. doctrina, & morum præſtantia clarus, ſcripſit ſoliloquium ad famulatum Beatæ Virginis Mariæ, cui erat addictiſſimus, ad Franciſcum Card. Barberinum:

*i* Romanus dicitur in Actis Conſiſt.

(1) Pronunciatur deinde in ſerie Ughelliana Marcellus Cervinus Card. S. Crucis hujus Eccleſiæ Adminiſtrator factus 9. Julii 1539 [illegible] ſcribendus eſt Franciſcus Quignones Hiſpanus præfati tituli Card. quem retinuit uſque ad obitus diem, qui incidit 27. Octob. 1540. Marcellus ad purpureum decus nonniſi die 19 Decemb. aſſumptus eſt an. 1539. abſens in Belgio, & ad urbem cum acceſſiſſet jam demortuo Quignono ſucceſſit in titulo S. Crucis in Hieruſalem, & ex decreto Conſiſt. à me recognito habetur: Franciſcus Cardinalis Quignonus tit. S. Crucis in Hieruſalem deputatus Acernenſis Eccleſiæ Adminiſtrator in temporalibus, & ſpiritualibus per ceſſionem Hieronymi die 9. Junii 1539. *Lucentius.*

num: ejus cum laude meminit noſter Hippolytus Maraccius in ſua bibliotheca Mariana. Mortem improviſam oppetiit nondum exacto anno à ſua dignitate. A



XXXV. 35 PETRUS PAULUS Bonſius nobilis Patritius Florentinus ex Canonico Metropolitanæ Eccleſiæ ad Epiſcopatum hunc aſſumptus eſt anno 1638. die 13. Septembris, translatus deinde ad Cuperſanam Eccleſiam anno 1642. die 26. Maji, de quo ibi. B

XXXVI. 36 CLEMENS Confectus Epiſcopus Muranen. ad hanc Eccleſiam translatus die 13. Aprilis 1643. ubi diem obiit, opimo ad favorem Apoſtolicæ Cameræ relicto ſpolio.

XXXVII. 37 CAMILLUS Ragona Tricaricenſis nobilibus parentibus ortus J. U. D. variiſque muneribus functus ab Innocentio X. Pontifice ad Acernenſem Epiſcopatum vocatus eſt. Vivit.

*A D D I T I O.*

*(„ Ad Caputaquenſem Eccleſiam translatus eſt*
*„ Ragona 13. Aprilis 1665.*
XXXVIII „ *ANTONIUS Glielmus, Caputaquenſis, J. U. D.*
*„ hoc Sacerdotio decoratur 15. Junii 1665. Deceſſit*
*„ menſe Martio 1690.*
XXXIX. „ *FRANCISCUS Siſola, Neapolitanus, Congre-* C
*„ gationis Theatinorum ſacræ Theologiæ Profeſſor,*
*„ cum Conſultoris generalis ſuæ Congregationis,*
*„ aliaque munera probè adimpleſſet, in Epiſcopum*
*„ Acernenſem præfectus eſt an. 1690. die 22. Maji.*
*„ E vivis exceſſit ſexennio poſt, anno videlicet 1696.*
XL „ *SCIPIO Caroclus, Cajetanus, J. U. D. & Vica-*
*„ rius generalis Epiſcopi Cajetani, patriæque Ca-*
*„ thedralis Primicerius, ad hanc ſedem evectus eſt*
*„ an. 1696. die 17. Septembris. Mortem oppetiit menſe*
XLI „ *Junio anni 1702.*
*„ NICOLAUS Ventriglia, nobilis Capuanus, J.*
*„ U. D. patriæ Metropolitanæ Canonicus, & ſacræ*
*„ Inquiſitionis Conſultor, obitis jam Vicarii gene-*
*„ ralis, deinde capitularis, Viſitatoris, & Exami-*
*„ natoris Synodalis Capuani, Vicarii generalis Thea-*
*„ nenſis Epiſcopi, & Oeconomi fabricæ S. Petri Nea-*
*„ polis muneribus, Acernenſis Epiſcopus renunciatus*
*„ eſt 5. Martii 1703. Obiit an. 1708.*
XLII. „ *DOMINICUS Antonius Menafra, Marſicenſis*
*„ diœceſis presbyter, J. U. D. Marſicenſis, Andrien-* D
*„ ſis, & Nolani Epiſcoporum, et Archiepiſcopi Amal-*
*„ phitani Vicarius generalis cum extitiſſet, ac Bo-*
*„ gentiæ Archipresbyter, poſt diutinum interponti-*
*„ ficium, hac infula decoratur 24. Januarii 1718.)*

# CAMPANIENSES
## EPISCOPI.



CAMPANIÆ civitas (vulgo *Campagna*) mediterranea titulo Marchionatus illuſtris, in Provincia Citerioris Principatus inter altiſſimos montes non procul ab Ebulo nobili Campaniæ oppido, quod Robertus Guiſcardus exædificavit, loco amœno, ac tutiſſimo ſita eſt, populo, ac civibus ſatis frequens, quorum multi nobiles, juriſprudentiæ multi, & philoſophiæ laureati ſunt. Latet ejus origo, tametſi fabulentur nonnulli, qui ejus principium in Cape Silvium octavum Latinorum Regem transfundunt. Alii volunt è quatuor contiguis oppidis ſimul deinceps conjunctis, quæ infra limites Silaris, ac Battipagliæ fluminum circumſcribebantur, civitatis faciem, & nomen ſumpſiſſe, quaſi Campaniæ extrema linea. Atro, Tenzaque fluviolis ex vicinis montibus profluentibus alluitur, ſecaturque per medium, quæ campos deinde regionis amœniſſimæ, ac fertilis irrigant ad ſatietatem. Protulit hæc civitas ubique, & ſemper illuſtres viros, inter quos S. Antoninum Abbatem è Cauccitorum, ſive è Caſtellorum antiqua ſtirpe, cujus ſacra lipſana apud Surrentum venerantur, & Dominicam ſanctiſſimam virginem, & martyrem ſub Diocletiano, & Maximiliano Imperatoribus pro Chriſto necatam, cujus dies feſtus agitur die 6. Auguſti: corpus ejus miraculosè Tropejam Calabriæ civitatem delatum honorificè aſſervatur. Ex his, hujus civitatis Chriſtianitatis exordium prævium fuiſſe antiquum, aſſerendum eſt; caruit tamen Epiſcopali dignitate ad annum uſque 1525. quo die 19. Julii Clemens VII. Pontifex Maximus oppidum in civitatem, & Collegiatam Eccleſiam S. Mariæ de Pace in Cathedralem erexit, ac ſuffraganeam Salernitani Archiepiſcopi eſſe juſſit. & cum Satrianenſi Eccleſia Compſano Archiepiſcopo obnoxia perpetuo conjunctam eſſe decrevit, ſicque harum Eccleſiarum Præſul, ut Campanienſis Salernitano, ut vero Satrianenſis Compſano ſuffraganeus eſt. Utriuſque Eccleſiæ Epiſcopus in Campanienſi civitate reſidere ſolet. Cathedralis Eccleſia Campanienſis titulo s. Mariæ de Pace, cujus feſtivitas in ejuſdem Nativitate agitur, in ipſa Campanienſi urbe ſita eſt, ſtructura ampla, & recenti, ſed nondum abſoluta, ſuum tamen habet Sacrarium; hìc aſſervantur Sanctorum reliquiæ, pars brachii s. Apollinaris, & magna pars brachii s. Donati Epiſcoporum, & martyrum, unaque ex ſpinis Coronæ D. N. Jeſu Chriſti; ſacris in ea miniſtrant decem & octo Canonici *a*, è quibus ſeptem dignitate eminent; Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Archipresbyter, Decanus, Cantor, & Primicerius: ſunt & duo officia, Theſaurarii, & Sacriſtæ. His accedunt Clerici præbendati decem, & quatuor portionarii Subdiaconales. unaquæque autem præbenda vigintiquinque aureos non excedit. Ex diſtributionibus verò quotidianis quartam duntaxat portionem Clerici præbendati exigunt, quæ tamen admodum tenues ſunt, quippe cum decem dignitates, & Canonici ſinguli percipiant. Cæterum totius menſæ Capitularis præbendarum redditus ſeptingentorum, & viginti aureorum ſummam non excedit. In hac civitate præter Cathedralem, in qua animarum totius civitatis curæ Archipresbyter ſuperin-

*a* Cum utraque præbenda.

ten-

tendit, ſunt tres aliæ Parochiales, quarum duæ ſunt unitæ Capitulo, tertia eſt Dominicanorum. Virorum cęnobia ſex ſunt diverſorum Ordinum, nempe Prædicatorum, Auguſtinianorum, Franciſcanorum, Minimorum, Diſtrictioris S. Franciſci Obſervantiæ, ac Capuccinorum. Sanctimonialium monaſteria tria, duo Ordinis s. Benedicti, unum s. Franciſci. Laicorum ſodalitia quinque, aliquot dotata redditibus, qui in uſus pios eroganttur. Xenodochium unum; caret tamen Clericorum Seminario *a*. Fidelium animæ in ea degentium quinque millia, lares vero mille ſupra ducenti. Dięceſim Campanienſis Epiſcopatus nullam habet; ſatis tamen habet amplam in Satrianenſi dictione, ut ſuo loco enarrabimus in Satrianenſium Epiſcoporum ſerie. Menſæ Epiſcopalis utriuſque Eccleſiæ annuus cenſus aureorum 1200. illarum partium, qui colliguntur, tum ex cenſibus frumenti, lini, & glandium, tum ex veteri caſtro hujus dięceſis Caſtellario olim dicto, nunc ſolo æquato, quod cum ſuo territorio Goffredus Satriani Comes pleno jure Epiſcopo Satrianenſi donavit; taxatur vero in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos octuaginta octo, cum uno tertio. Campanienſium Epiſcoporum ſeries ſequens eſt ex Act. Conſiſt. excerpta, quam antequam explicemus ex noſtro veteri inſtituto, Clementis VII. Pontificis bullam erectionis Epiſcopatus ab exemplari hujus Eccleſiæ conſcriptam explicabimus.

a Et Monte pietatis.

*Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

*Pro excellenti præeminentia Sedis Apoſtolicæ, in qua poſt B. Petrum Apoſtolorum Principem, meritis licet imparibus, pari tamen auctoritate conſtituti ſnmus in agro frugifero militantis Eccleſiæ novas Epiſcopales Sedes, Eccleſiaſque plantare Romano Pontifici dignum arbitramur, ut per bnjuſmodi novas plantationes populorum augeatur devotio, divinus cultus effloreat, animarum ,alus ſnbſequatur, & loca bnmilia illuſtrentur, idqne nos eo libentiùs agimus in iis locis, quorum incolas devotionis integritas exornat, ut propagatione novæ ſedis, ac honorati Præſulis aſſiſtentia, & regimine incolæ ipſi devotione hujuſmodi augumentationis ſuſcipientes præpoſitum eis æternæ felicitatis valeant adipiſci. Dudum ſiquidem proviſiones Eccleſiarnm omnium tunc vacantium, & in antea vacaturarum, ac omnia beneficia Eccleſiaſt. tunc vacantia, & in antea vacatura apud Sedem prædictam ordinationi, ac collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, Decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis per quoſcunque in contrarium auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, &c.* Hic deſiderantur nonnulla ex incuria amanuenſis relicta. *Et deinde nna* de la Jujuba, *& alta poſſeſſionibus* de Arbuſtella *nuncupatis in diœceſi Salerni conſiſtentibus, & in titulum perpetui beneficii Eccleſiaſtici aſſignari ſolitnm per liberam reſignationem dilecti filii Lucæ Guerrerii Primicerii Eccleſiæ B. Mariæ de Pace oppidi Campaniæ dictæ diœceſis, de illis, quarum una obtinebat per dilectum filium Melchiorem Guerrerium Cancellariæ Apoſtolicæ Cnſtodem procuratorem, cui ad hoc ſpecialiter conſtitutum in manibns noſtris ſpontè factam, & per nos admiſſam apud Sedem prædictam vacantibus; nos illas ſic vacantes, & antea diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatas, menſæ Capitulari præfatæ Eccleſiæ perpetuo uniri, annecti, & incorporari, ſub Datnm 18. Pridie Idni Octobris, Pontificatus noſtri anno 1. conceſſimus: cum antem dilecti filii Verardus de Guarnerio Præpoſitus, & Capitnlum ejnſdem Eccleſiæ conceſſionis, unionis hujuſmodi litteris Apoſtolicis de ſuper non confectis, hodie in iiſdem manibus noſtris ſponte, & liberè ceſſerint, noſque ceſſionem ipſam duximus admittendam, ac propterea d. poſſeſſiones adhuc, ut præfertur, necnon Rectoria Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ Portanova Salern. per ſimilem reſignationem ejuſdem Lucæ, &c. illam quam ſimiliter tunc obtinebat in ipſis manibus ſimiliter ſponte factam, & per nos etiam admiſſam apud Sedem eandem vacare noſtram ad præſens, nulluſque de illis præter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſnpraſcriptis, ac etiam Satrianenſis, cui venerabilis frater noſter Cherubinus Epiſcopus Satrianenſis præeſt Capitnlo Sede Epiſcopali, & civitate din devaſtata careat, & dictnm oppidum Campaniæ, ac diœceſis Satrianen. per mediam dietam vel circa diſtans plurimum inſigne, & notabile, magnoqne nobilium, & litteratorum numero, & convenienti populo munitum, & refertnm, necnon civitatis nomine, & titulo Apoſtolica auctoritate inſignitnm, & dicta Eccleſia S. Mariæ, in qua octo dignitates, videlicet una Præpoſitura, cujus fructus, redditus, & proventus ad centum dncatorum auri de Camera, vel circa communi exiſtimatione aſcendunt annuatim pro uno Præpoſito, qni capnt aliorum inibi, & ſuperior totius Cleri ipſius oppidi exiſtit, ac ſpecialem, & ordinariam juriſdictionem habet, & exercet; & nnus Archidiaconatus pro uno Archidiacono, & unus Archipresbyter pro uno Archipresbytero, & nnus Decanatus pro uno Decano, necnon una Cantoria pro uno Cantore, & unns Primiceriatns pro uno Primicerio, ac una Theſaureria pro uno Theſaurario, ac una Sacriſtia pro nno Sacriſta, necnon decem, & octo Canonicatus, & totidem præbendæ pro decem & octo Canonicis, ac decem perpetua ſimpliciter beneficia Eccleſiaſtica Clericatus nuncupata pro decem Clericis perpetuis beneficiatis inſtituta, & in partem à populo præfato dotata fore noſcuntur, venerabilis, & devota, & Cathedralis Eccleſia honore merito decoranda exiſtant; nos, qui dndum inter alia volumus, qnod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annnum valorem ſecundum commnnem æſtimationem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin nnio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partis vocatum, quorum intereſſet. Cupientes tam Eccleſiæ Satrianenſis, quam oppidi hujuſmodi, necnon dilectorum Cleri Satrianen. & oppidi prædictorum ſalubriori ſtatui, ac decori feliciter cõſnlere, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum Rege Illuſtri Imper. electo, qui etiam Caſtellę, & Legionis, ac Siciliæ Rex Illuſtris exiſtit, hoc à nobis petente, & deſuper humiliter ſnpplicante ex præmiſſis, & aliis rationabilibus cauſis motus, habita ſnper iis, cum venerabilibus fratribus noſtris matura deliberatione, & de illorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vener. fratris noſtri Federici Archiepiſcopi Salern. ac prędictorum Berardi Præpoſiti, & Capitnli ad hoc expreſſo accedente conſenſu, oppidum Campaniæ prædictum civitatis nomine, & titulo, ut præfertnr, inſignitum in civitatem Campanien. necnon præfatam Eccleſiam B. Mariæ, cum illius dignitatibns, excepta Præpoſitura, necnon Canonicatibus, & præbendis, ac beneficiis prædictis in Cathedralem Eccleſiam, & in illa Epiſcopalem dignitatem cum ſede, & menſa Epiſcopalibns, & aliis Cathedralibus inſignitis, necnon præeminentiis, honoribus, & privilegiis, quibus aliæ Cathedrales Eccleſiæ de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterint quomodolibet in fnturum ad omnipotentis Dei laudem, totiuſque trinmphantis Eccleſiæ gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium erigimus, creamus, ac inſtituimus, dictamque Præpoſituram perpetnò ſnpprimimus, & extinguimus, ac Archidiaconatum prædictum inibi dignitatem poſt Pontificalem, majorem eſſe volumus, necnon Eccleſiam B. Mariæ Cathedralem, & diſtrictum, & territorium oppidi hujuſmodi diœceſis; incolas verò & habitatores ejuſdem oppidi civium nomine, & honore decoramus, ac civitatem ipſam, illiuſque diſtrictnm, & territorium, & diœceſim Sedi, ac menſæ Archiepiſcopali Salernitanen. necnon omnia poſſeſſiones, & bona immobilia, ac jura ſpiritualia, quarta defunctornm, & quarta decimæ nuncupata in territorio erectæ civitatis hujuſmodi conſiſtentia, & percipi ſolita, necnon unam domum, & unam vineam per Capitulum prædictum aſſignandas, cum aſſignatæ fuerint, à menſa Capitulari hujnſ-*

modi

A modi reſpectivè perpetuo diſmembramus, abdicamus,
& ſeparamus, civitatemque, diſtrictum, & territorium
hujuſmodi unacum omnibus, & ſingulis illarum ca-
ſtris, villis, & locis, necnon Clero, populo, perſo-
nis Eccleſiaſticis, monaſteriis, & piis locis, ac be-
neficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura ſæcula-
ribus, & quorumvis Ordinum Regularibus ab omni
juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione,
dominio, ejuſque Vicariorum, & officialium, ac ſo-
lutione, quorumcunque jurium ſibi ratione juriſdi-
ctionis, & ſuperioritatis hujuſmodi quomodolibet de-
bitorum, ſalva tamen viſitatione, & recognitione
Metropolit. penitus eximimus, & totaliter liberamus,
ac eidem Eccleſiæ erectæ oppidum ſic in civitatem ere-
ctum per civitatem, & diſtrictum, & territorium hujuſ-
modi cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis pro il-
lius diſtrictu, & diœceſi, & territorio, & in ſpiri-
tualibus, & temporalibus ſicut ad dictum Archiepiſ-
copum pertinebat, necnon Eccleſiaſticas, & religioſas
pro Clero, ac ſæculares perſonas inibi habitantes pro
B populo concedimus, & aſſignamus, necnon populum,
& Clerum civitatis Campan. hujuſmodi terræ, & ju-
riſdictioni Epiſcopi Campanien. exiſtentis quoad le-
gem diœceſanam, & juriſdictionem perpetuo ſubji-
cimus, ita ut Epiſcopus Campanien. pro tempore exi-
ſtens, in illos juriſdictionem, auctoritatem, & pote-
ſtatem liberè exercere, ac ex omnibus juribus inibi
pro tempore etiam provenientibus, præterquam ex
auro, argento & aliis metallis, gemmis, & lapidibus
pretioſis, quam quoad hoc omninò liberam eſſe decer-
nimus, decimas, & primitias de jure debitas, & alia
jura Epiſcopalia, prout cæteri Epiſcopi Regnicolæ
in ſuis civitatibus, & diœceſi de jure, vel conſuetu-
dine exigunt, & percipiunt, exigere, & percipere
liberè & licitè valeat perpetuo ſubjicimus, necnon do-
mum, & vineam aſſignandas, cum aſſignatæ fuerint,
ut præfertur, fructuſque ſupreſſ. & Præpoſituræ
hujuſmodi Epiſcopali pro ejus dote, & quarta defun-
ctorum, & quarta decimæ nuncupata hujuſmodi, quo-
rum inſimul quinquaginta trium Capitulari Campa-
C nien. ac in recompenſam, & permutationem jurium
Archiepiſcopi hujuſmodi de la Jujuba, & de Arbuſtel-
la poſſeſſiones, necnon quæ ſine cura eſt, & quarum
etiam ſimul ſexaginta ducatorum auri de Camera fru-
ctus, redditus, & proventus ſecundum communem
æſtimationem valorem annuum non excedunt: Recto-
riam prædictam, ſive præmiſſis, ſive aliis quibuſcun-
que modis, aut ex aliorum quorumcunque perſonis
ſemper ſimiles reſignationes dicti Lucæ, aut quorum-
vis alterum de eiſdem poſſeſſionibus in titulum benefi-
cii aſſignari ſolitis, & Rectoria in Romana Curia, vel
extra eam etiam coram Notario publico, & teſtibus
ſponte factas vacent, etiamſi tanto tempore quod ea-
rum collatio juxta Lateranen. ſtatuta ad Sedem Apo-
ſtolicam legitimè devoluta, ipſæque in titulum bene-
ficii aſſignari ſolitum, & Rectoria diſpenſationi Apo-
ſtolicæ ſpecialiter, vel aliàs generaliter reſervata exi-
ſtant, & ſuper eis interim aliqua lis, cujus ſtatum
præſentibus volumus pro expreſſo pendeat indeciſa,
dummodò earum diſpoſitio ad nos hac vice pertineat,
D Archiepiſcopali Salernit. menſæ auctoritate, & teno-
re ſupraſcriptis perpetuò applicamus, ac appropria-
mus, ac unimus, annectimus, & incorporamus cum
omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ita quod liceat
præd. Federico, & pro tempore exiſtenti Archiepiſ-
copo Salernit. corporalem poſſeſſionem de la Jujuba, &
de Arbuſtella poſſeſſionem Rectoriæ, necnon Epiſcopo
Campan. ſimiliter pro tempore exiſtenti domus, & vi-
neæ, & præfati Capituli poſſeſſionem, & bonorum
earum menſæ hujuſmodi applicatorum, juriumque &
pertinentiarum præſcriptorum per ſe, vel alium,
vel alios propria auctoritate apprehendere, & perpe-
tuo detinere, illorumque, necnon ipſi Epiſcopo ſup-
preſſæ Præpoſituræ hujuſmodi fructus, redditus, &
proventus percipere, & illos in ſuam, & menſarum
earundem reſpectivè uſus, & utilitatem convertere,
cujuſvis licentia ſuper hoc minimè requiſita, & ni-
hilominus erectæ Eccleſiæ, & pro tempore exiſtenti
Epiſcopo Campanien. ac Capitulo, Clero, & civitati


A Campan. illorumque incolis, & habitatoribus hujuſ-
modi, quod omnibus, & ſingulis, quibus aliæ Ca-
thedrales Eccleſiæ, & illarum Epiſcopi, necnon Ca-
pitula, aliæque civitates, diœceſes, & illarum Clerus,
incolæ, & habitatores in genere utuntur, potiuntur
& gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quælibet
in futurum, necnon erecta Eccleſia, & illius Capitu-
lum hujuſmodi, ac ſingulares perſonæ pro tempore
exiſtentes, & Capitulum prædictum, quibus ante
hujuſmodi erectionem de jure, vel conſuetudine, tam
Apoſtolicis conceſſionibus, quam aliis utebantur, &
gaudebant, ac in poſterum quomodolibet uti, potiri, &
gaudere poterant privilegiis, & exemptionibus, li-
bertatibus, immunitatibus, gratiis, favoribus, & in-
dultis uti, potiri, & gaudere valeant indulgemus: &
inſuper ut ſtatus perpetuarum Satrianen. & Campa-
nien. Eccleſiarum ſalubrius reſurgere, & illæ ſub unius
Præſulis cura, & regimine reductæ felicioribus in-
crementis proficere valeant, Satrianen. cujus ac præ-
dictarum Archiepiſcopalis, & Epiſcopalis menſarum
B fructus, redditus, & proventus præſentibus haberi
volumus pro expreſſis, necnon ab ejus primæva ere-
ctione hujuſmodi apud ſedem præfatam vacantem, &
de cujus etiam proviſione nullus præter nos hac vice
ſe intromittere potuit, ſive poteſt, eiſdem reſerva-
tione, & decreto obſiſtentibus Campan. Eccleſias præd.
cum omnibus jurib. & pertinentiis ſuis, ſive tam pro
tempore exiſtentis Archiepiſcopi Conſanen. dictæ Ec-
cleſiæ Satrianen. Metropolitan. præjudicio favore de
ſimili conſilio dicta auctoritate perpetuo unimus, an-
nectimus, & incorporamus, ita quod præd. Cherubi-
nus, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Satrianen.
utriuſque ipſarum Satrianen. & Campan. Eccleſia-
rum Epiſcopus, ſit & eſſe cenſeatur, liceatque ſibi
per ſe, vel alium, ſive alios dictæ Eccleſiæ Campan.
& illius civitatis, & diœceſis, necnon regiminis, &
adminiſtrationis, ac bonorum poſſeſſionem, ſeu quaſi
propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo
retinere, & illi præeſſe, illiuſque menſæ Capitula-
ris præd. fructus, redditus, & proventus, jura,
C obventiones, & alia quæcunque ad illam pertinentia
percipere, & habere, ac in ſuos, & earundem Sa-
trianen. & Campan. Eccleſiarum uſus, & utilitates
convertere cujuſvis licentia etiam ſuper hoc minimè
requiſita. Non obſtantibus priori voluntate noſtra
præd. ac fel. recor. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſo-
ris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon
Satrianen. & ſic erectæ B. Mariæ Eccleſiarum præ-
dictarum juramento, confirmatione, Apoſtolica, vel
quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetu-
dinibus privilegiis quoque, indultis dilectis filiis Ca-
pitulo Salernitano conceſſis, quibus caveri dicitur ex-
preſſe, quod Archiepiſcopus Salernitan. pro tempore
exiſtens aliqua bona ad dictam menſam Archiepiſco-
palem pertinentia, niſi de expreſſo ipſorum Capituli
Salernitan. conſenſu locare, permutare, aut aliena-
re non poſſit, quibus illorum veriores tenores præſen-
tibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in
ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter,
& expreſſe derogamus, gratiis quibuſcunque, aut ſi
D aliquis ſuper proviſionibus ſibi facien. de hujuſmodi,
vel aliis beneficiis Eccleſiaſt. in illis partibus ſpecia-
les, vel generales d. Sedis, vel Legatorum ejus litte-
ras impetrarint, etiamſi per eas ad ſubjectionem,
reſervationem, & decretum, vel alias quomodoli-
bet ſit proceſſum. Quas quidem litteras, & proceſſus
habitos per eandem, & deinde ſecuta, quæcunque
ad Rectoriam, necnon de lo Jujuba, & de Arbuſtel-
la poſſeſſiones præd. volumus non extendi, ſed hoc
nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum
aliorum præjudicium generale quibuslibet aliis pri-
vilegiis, Indulgentiis, & litteris Apoſtolicis genera-
libus, vel ſpecialibus quorumcunque exiſtant per quæ
præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta,
effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel di-
ferri, & de quibus quorumque tenoribus de verbo ad
verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecia-
lis, proviſo quod per unionem, & annexionem, &
incorporationem præfatarum Rectoriæ de la Jujuba,

*& Arbuſtella poſſeſſiones præfatæ debitis non defraudentur obſequiis, ſed earum congrua ſupportentur onera conſueta, & inſuper quoad unionem, annexionem, & incorporationem Rectoriæ de la Jujuba, & Arbuſtella poſſeſſionem hujuſmodi, prout eſt irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper iis nequaquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, aut in poſterum contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, erectionis, creationis, inſtitutionis, ſuppreſſionis, extractionis, diſmembrationis, abdicationis, ſeparationis, exemptionis, ſubſtitutionis, liberationis, aſſignationis, ſubjectionis, applicationis, appropriationis, indulti, unionis, annexionis, incorporationis, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, ann. Incarn. Dominicæ 1525. 13. Kal. Julii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.* A B



I. 1 CHERUBINUS Cajetanus de Cajeta Epiſcopus antea Satrianenſis primus fuit Campanienſis Eccleſię Pręſul inſtitutus die 19. Junii an. 1525. dictuſque eſt Campanienſis, & Satrianenſis Epiſcopus, qui cum perbellè has ſimul junctas Eccleſias per annos decem & novem rexiſſet ſub Paulo III. diem clauſit extremum anno 1544. C

II. 2 CAMILLUS Mentuatus Placentinus, vir doctus, & in rebus agendis diù expertus Campanienſis, & Satrianenſis Epiſcopus declaratus eſt die 14. Novemb. 1544 Bononiæ Prolegatus fuit, aliiſque functus in Eccleſiaſtica ditione muneribus, mortem obiit 1560.



III. 3 Fr. MARCUS Laureus Tropejenſis Ordinis Prædicatorum Theologica facultate vir eximius, harum Eccleſiarum evaſit Epiſcopus die 26. Januarii 1560. claruitque in Concilio Tridentino inter Patres doctiſſimos adnumeratus, quorum doctrinam magni fecit ſacra Synodus, deceſſit ſub Pio V. anno 1571. (*„ Hic Epiſcopus qua gente fuerit, dixiſſe ſit ſatis, germanus frater fuit, & major na- „ tu magni illius S. R. E. Cardinalis Vincentii Lauri Epiſcopi Montis Regalis in Subalpinis, de quo tom. 4. in ſerie illius Eccleſ. Præſulum fol. 1093. „ Ob pietatem æque, ac omnigenam ſcientiam in ſuo „ D. Dominici inſtituto poſt omnes cathedræ debitos „ honores, non modò Coſentiæ Priorem, ſed Calabriæ Provincialem egit. Domum ſuo Ordini in „ oppido Cirifalchi in eadem Provincia aperuit. Harum Antiſtes Eccleſiarum renunciatus omnibus illis ornatus dotibus effulſit, quas in Epiſcopo Doctor Gentium recenſuit. In Sacra Tridentina Synodo, non modò ſuæ Dominicanæ familiæ ſplendorem, ſed univerſæ Eccleſiæ addidit utilitatem, „ doctrinæ robore, chriſtiana libertate, Sacerdotali pectore pro Petri Cathedra, cleri diſciplina, fidei puritate adverſus omnes Antagoniſtas ſtrenuus „ ſemper Athleta decertans. Ejuſdem Sacroſancti „ Conſeſſus fuit aliquando Secretarius, & magnus „ in illo etiam Reſpondens fuit ſtupeſcente hæreſum „ hydra à Marco Laureo ſua fortiſſima argumenta „ pari velocitate, ac facilitate eruadi. Oravit etiam „ in V. Seſſione Summo Patrum plauſu, apud quos „ ſemper magno loco fuit. Demum meritorum, non „ dierum plenus ſub S. Pio V. cujus gratiam non uno „ ſibi titulo promeruerat, mortalitatis ſarcinam „ depoſuit.)*



4 HIERONYMUS Scamppus Caſalenſis ex Dominis Cairi Jo. Bartholomæi, & Mariæ Cavacciæ de Salutiis filius J. V. D. Præpoſitus Carmagniolæ, & generalis Vicarius Taurinenſis Archiepiſcopi, poſt Marci obitum electus eſt die 16. Julii 1571. poſſeſſionem adipiſcitur 18. Auguſti, mortalitatem explevit anno 1584. ex qua familia Antonius Epiſcopus Nolanus, Lazarus Comenſis, Henricus Aquenſis, Rolandus Patriarcha Conſtantinopolitanus, aliique Præſules viri illuſtres fuere, de quibus alibi. IV.

5 FLAMINIUS Roverella *a* Ferrarienſis Cæſenæ natus, nobilitate generis, ac virtute clarus, harum Eccleſiarum adlectus eſt Epiſcopus die 28. Martii 1584. ſeptem omnino annos cum laude prudentiæ præfuit, tædioque affectus nuncium remiſit anno 1591. obiitque Gabrivoli propè Cæſenam in Flaminia, ubi jacet. V. D

*a De eo Lilamerius in ferra. ia aurea. Mand.*

6 JULIUS CÆSAR Guarnerius nobilis Campanienſis ex Archidiacono patrię factus eſt Epiſcopus die 19. Julii 1591. ſedit ſumma cum ſui nominis laude ann. 16. defunctuſque eſt anno 1607. & in Cathedrali humatus. Hic memoriæ cauſa Aloyſio Guarnerio nepoti ſuo Romę defuncto cęnotaphium poſuit in Eccleſia ſancti Clementis. VI.

*Aloyſio Guarnerio Jacobi Ant. F. Vincentii*
*Card. Montis Regal. ex ſorore nepoti, optim.*
*ſpei adoleſcenti Julius Cæſar Guarnerius*
*Epiſc. Campanien. Patruus mœrens PP.*
*Obiit iii. Id. Junii an. ſal. MDXCV.*
*ætatis xix.*

VII. 7 BARZELLINUS de Barzellinis Cæſenas, utriuſque Signaturæ Referendarius, olim Vica-

rius Senenſis Archiepiſcopi ex Abbate ſanctæ Barbaræ Mantuæ præficitur in Epiſcopum à Paulo V. an. 1607. die 14. Maii. Quatuor ſupra decem annos Epiſcopale onus eximie ſuſtinuit, moriturque ſeptuagenario maior anno 1618. iacet in Cathedrali.

VIII. 8 ALEXANDER Scappius Patritius Bononienſis, Marii Senatoris filius, Juriſprudentiæ inſignis doctor electus Epiſc. die 12. Febr. 1618. Barzellino ſucceſſit: munus conſecrationis accepit in Eccleſia S. Spiritus in Saxia per manus Roberti Cardinalis Ubaldini, aſſiſtentibus Franciſco Sacrato Archiep. Damaſc. Torniolo Epiſc. Tiphernate. Præfuit annis octo, translatuſque eſt ad Eccleſiam Placentinam anno 1628. *a* de quo ibi.

*a* 1627. 17. Maii.

IX. 9 Fr. CONSTANTINUS Teſtius *b* nobilis Mutinenſis Ord. Prædicatorum vir doctus, necnon verbi Dei Concionator non incultus, cum eſſet Commiſſarius S. Officii Romæ, ab Urbano VIII. Pontifice delectus eſt harum Eccleſiarum Epiſcopus die 24. Januar. 1628. quo Præſule Patres Diſtrictioris Obſervantiæ In civitate recipiuntur. Vixit in hac dignitate omnibus charus: (moribus enim egregiis ornatus erat) annis novem; mortalitatem explevit in oppido Frattæ Satrianenſis diœceſis anno 1637. ſepultus ibidem in Eccleſia S. Angeli, ubi legentibus proſtat epitaphium.

*b* De eo Libanorius in Ferraria aurea. Erat Conſtantinus germanus frater eximii poetæ Fulvii Teſtæ. *Mandoſ.*

X. 10 ALEXANDER Liparolus Neapolitanus Epiſcopus Guardienſis huc translatus ann. 1637. die 12. *c* Decembr. fato functus eſt anno 1644. poſt cujus obitum Urbanus VIII. harum Eccleſiarum Epiſcopum deſignavit amicum noſtrum ſemper memorabilem Gaſparem de Simeonibus Aquilanum, virum eloquentem, atque omni eruditionis, & doctrinæ genere inſtructum, cujus laudes, ac edita ejus ingenii monumenta præclarè exaltat more ſuo eruditiſſ. Leo Allatius lib. de viris Illuſtr. Cæterum defuncto Urbano, antequam Gaſpar munere conſecrationis inſigniretur, à ſucceſſore Innocentio X. ad aulam vocatus, & à ſecretis brevium Principum præfectus renunciatus, deſtinatum Campanienſe Sacerdotium liberè ceſſit, paucoſque poſt annos florente adhuc ætate ereptus in Divi Anaſtaſii templo ad Trivium tumulum accepit.

*c* Die 14. Decemb.



XI. 11 FRANCISCUS Carduccius priſca apud Florentinos nobilitate clarus, Romæ natus, ab Innocentio X. anno 1644. die 12. Decemb. Epiſcopus pronunciatus eſt, ac deinde ad Sulmonenſem Eccleſiam translatus ann. 1649. Mortem obiit Romæ hoc ipſo ann. 1654. die . . Novembris; jacet in Eccleſia S. Blaſii vulgo *de pagnotta*, in patrium majorum ſepulchrum transferendus in Eccleſia S. Hieronymi de Charitate.

XII. 12 Fr. JOSEPH Avila *d* Romanus Ord. Prædicatorum Cardinalis Cecchini ex ſorore nepos, ſucceſſit, Carduccio die 22. *e* Apr. 1649. an. Obiit ex contagioſa lue die 24. Sep. 1656. jacet in Cathedrali.

*d* De eo Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 2. p. 112. *e* Die 12. Aprilis.

(„ *Fuit hic Epiſcopus alumnus conventus ſui ordinis Divæ Mariæ ſuper Minervam, clarus Theologus, orator eximius, poſt P. Joſephum Mariam Ciantes Concionatoris munus ad Hebræos ſumma cum laude, & Catholicæ fidei utilitate exercuit. Neapolitani Regni Provincialis fuit, ſuorum Religioſorum amorem ſibi ſuis emendatiſſimis moribus conciliavit. Epiſcopus renunciatus nihil habuit antiquius Cleri reformatione, plebis ſanctificatione; graſſante lue animam pro ſibi commiſſo populo juxta præceptum dominicum poſuit, non ſolum ab illo quamvis morbido numquam ſuos paternos avertens oculos, ſed illi propriis manibus Angelorum panem diſpenſans.* )



13 JOANNES Caramuel LobKouvitz *f* Hiſpanus Matriti nobili genere natus, rebus humanis vix à limine ſalutatis Ordini Ciſtercienſi nomen dedit, & nuncupatis votis ejuſdem in regali monaſterio de Spina Palentinæ diœceſis ſub Laurentio Cueto religioſiſſimo Abbate, & docto Magiſtro crevit: adauctus deinde nobilioribus diſciplinis in D. Bernardi Complutenſi Collegio, Theologus, Philoſophus, Mathematicus, & verbi Dei declamator illuſtris evaſit, quibus decoribus addidit Minervæ ſapientiæ ornamenta litterarum non modo Latii, ſed Hebraicæ, aliarumque linguarum peritiſſimus, æque nobilis Poeta, atque oratoria laude clarus; ingenii ſui vigore maximo ingenia omnia ſubvertit, clarusſque inter huius ævi celebres viros habetur, & avitam familiæ, & Ordinis ſui nobilitatem illuſtravit. Igitur Caramuel ob argumenta, & erudita cum ſoliditate libros, quos edidit, multos, vaſti ingenii nomen adeptus eſt. Ex Hiſpania Belgium profectus Dunenſe cœnobium Ciſtercienſe aliquando incoluit, & ſacræ Theologiæ lauream accepit in Lovanienſium univerſitate, mox Melroſenſis in Scotia Abbas renunciatus; tum per Angliam, Scotiam, & Hyberniam Progeneralis inſtitutus eſt ab Abbate Ciſtercii Ordinis Generale: nec multo poſt s. Diſibodi, vulgo Diſſimbergenſis in Palatinatu inferiori Abbas adlectus, ſuffraganeus Moguntini Archiepiſcopi, reducendis in ea provincia ad orthodoxam fidem aberrantibus ovibus omnes nervos contendit, ac propemodum innumeras ad paſcua ſalutis adduxit: cuius prudentia, doctrina, intrepidiſque negotiis uti ſoliti erant Auſtriaci Principes, ac præcipuè Ferdinandus III. Imperator, apud quem Pragæ reſidens, Regis Hiſpaniarum agens erat; is non modo Caramuelem Monſſeratenſi Pragę Benedictini Inſtituti celebri Abbatia locupletavit, ſed etiam Roſonenſium, & Reginohratzenſium in Bohemia Epiſcopum deſignavit, quibus titulis in tota Pragenſi diœceſi Vicariam operam præſtitit Erneſto Adalberto Card. ab Aræ Pragenſi Archiepiſcopo. Cæterum Caramuel Italiam luſtrandi præclaram occaſionem nactus, Romam conceſſit, ut ſibi liceret Alexandri VII. nuper à Deo Chriſtiano orbi dati Pontificis faſces adorare, cuius pedibus provolutus, ab humaniſſimo Apoſtolico benignè acceptus, qui probe hominem noverat, dum Coloniæ ſanctæ Sedis Nuncius ageret, & Caramuelis præclaræ admodum probarentur virtutes illum Campanienſem, & Satrianenſem Epiſcopum creavit hoc ipſo anno 1657. die 4. Julii, inauguratus deinde in Eccleſia S. Ambroſii a Franciſco Maria Brancaccio doctiſſimo Cardinali, a c Viterbienſi Epiſcopo, aſſiſtentibus N. . . . & Joſepho Ciantes Marſicenſi Epiſcopis, præſagientibus cunctis illum Campanienſis Eccleſiæ futurum decus, & ornamentum; de cuius ego amicitia ob præclatam

XIII. *f* De eo Creſcus in elogiis par. 1. p. 156. ex Bibliotheca Hiſpana p. 102. *Mandoſ.*

eius

ejus doctrinam, & morum affabilitatem ſummope- A
re glorior, quem aliquaodo in cætu doctiſſimorum
hominum ſubtilia argumenta verſare, atque de
quacumque re, ita ſolide, erudite, ac lepide om-
nia ſolvere, ot vix credi poſſit affabilem virum flo-
renti adhuc ætate, tantos reconditioris doctrinæ,
eruditioniſque è memoriæ ſuæ peno, fontes tam
largiter potuiſſe profundere. Nil mirum igitur ſi
ab hujus ſæculi claris hominibus laudes cum bene-
volentia tulerit potiores. Sat erit hic unum adde-
re teſtimonium, quod eidem perhibet clariſſ. Ery-
cius Poteanus, io cenſura ipſius, de jure Regis
Hiſpaniæ in Regnum Luſitaniæ, habet librum hunc
conſcriptum eſſe *à viro, ſi ingenium, doctrinam, elo-
quentiam ſpectes, magno, eximio, ac plane divino.*
Porrò plura & egregia volomina ſcripſit Caramuel,
quorum indicem ipſe in recentione operum ſuo-
rum conſcripſit, quæ etiam recenſet doctus, &
eruditus amicus ooſter Carolus de Viſch Prior cœ-
oobii S. Mariæ de Doois io ſua Bibliotheca ſcripto-
rum ſacri Ord. Ciſterciensia. Noviſſimè idem Ca- B
ramuel Romæ evulgavit catalogum operum, quæ
ſunt typis mandata. *Sunt*, ioquit, *aliqua alieno no-
mine impreſſa, voluit enim Caramuel amicorum au-
ctoritatem promovere; etiam illis aliquos libellos ado-
ptando: quos ex ſtylo, & argumento poterit internoſce-
re Criticus, etſi in hoc indice non exprimantur. Scripſit
etiam varias nomine amicorum epiſtolas, & carmina,
quæ in libris illorum leguntur. Parat novam operum
ſuorum editionem, in qua omnia typis edita, & etiam
manuſcripta recurrent; interim, ut poſſint curioſi ſcire,
quinam ejuſdem libri impreſſi ſint, & ubi reperiri de-
beant, hanc paginam edi permittit.*
Libri Hiſpanici. Pſalmos conſeſſionales in 12.
*Bruxellis*. Declaracion Myſtica de las armas de
Eſpana *Bruxellis in folio*. Reſpueſta al manifeſto del
Regno de Portugal. *Antuerpiæ in 4.* Libri Latini.
Steganographia *in 4. Bruxellis*. Philippus Prudens.
*in fol. Antuerpiæ*. Matheſis Audax. *Lovanii in 4. &
iterum Lovanii in 4.* Sublimium ingeniorum Crux.
*Lovanii in 4. & iterum Lovanii in 4.* De novem ſyde- C
ribus circa Jovem viſis. *Lovanii in 12.* Scholion eli-
matum ad Regulam D. Benedicti dilucidans librum
S. Bernardi de præcepto, & diſpenſatione. *Lovanii in
4. & Francofurti etiam in 4.* Perpendiculorum incon-
ſtantia. *Lovanii in 12.* Solis & Artis adulteria. *Lo-
vanii in fol.* Theologia moralis. *Lovanii in fol.*
Theologia Regularis in ſancti Benedicti, Auguſti-
ni, Franciſci, &c. Regulas commentarios comple-
ctens. *Brugis in fol. Francofurti in 4. Venetiis in 4.*
Theologia fundamentalis. *Francofurti in 4.* Theo-
logia Rationalis. Hujus partes ſunt Logica vocalis,
ſcripta, mentalis, recta, obliqua: & Herculis Lo-
gici labores tres, *Francofurti in fol.* Metalogica.
*Francofurti in fol.* Excellentiſſima domus de Mello,
*Lovanii in magno fol. cum laminis æneis*. Philoſo-
phia. *Lovanii in fol.* Severa argumentandi metho-
dus, *Duaci in 4. Lovanii in folio, & Francofurti in fol.*
Joannes Bragantinus. Illum Reverendiſs. D. Leao-
der ex reſpooſione ad Luſitanos Hiſpanè à Cara-
muele ſcripta, &c. concinnavit, *in 4. Lovanii*. Sac. D
Rom. Imperii Pax, *Francofurti in 4. & Viennæ in Au-
ſtria in fol.* Motivum joris. *Antuerpiæ in 4.* Muſæum
mortis *Bruxellis in 4.* Bernardus Triumphans. *Lova-
nii in 4.* Cabalæ ſpecimen, rejectis Rabbinorum, &
Maſſaretharum vanitatibus, & ſuperſtitionibus ea
quæ natura, aut arte ſubſiſtere poſſunt oſtendit,
*Bruxellis in 12.* De Muſica, *Viennæ in 4.* De gratia,
& libero Arbitrio, *in fol. Lovanii*. Hiſtoria Politi-
ca, & Scholaſtica V. P. Dominici à Jeſu Maria. *Vien-
næ in fol.* Hierarchia Eccleſiaſtica, *Pragæ in fol.* En-
cyclopædia Concionatoria, *Pragæ in 4.* Maria liber,
*Pragæ in 4.* Boetius, *Pragæ in 4.* Vivit Præſul di-
gniſſimus, coi Neſtoreos annos precamur à Deo
Opt. Max. cujus futura egregia facta cumulatiora
fœcundiores aliorum calami enarrabunt.

### *ADDITIO.*

„ *Denique cum libere huic regimini reſignaſſet*
„ *Caramuel, poſtulante Catholico Rege ad Vigle-*
„ *banenſem tranſiit 25. Septemb. 1673. de quo in to-*
„ *mo IV. hujus operis.*
„ *Fr. DOMINICUS Tafurus, Neapolitanus, Or-* XIV.
„ *dinis SS. Trinitatis Redempt. Captivorum nobilis*
„ *Theologus, quem ſpectatum in multiplici ſui ordi-*
„ *nis gradu, ex eo Procuratoris generalis in Romana*
„ *curia ad has infulas aſſumpſit Clemens X. 25. Se-*
„ *ptemb. 1673. Fama virtutum clarens abiit ad ſu-*
„ *peros menſe Novembri 1679. in oppido S. Angeli*
„ *defunctus.*
„ *HIERONYMUS è nobiliſſ. Prignana gente Ur-* XV.
„ *bani VI. ſummi Eccleſiæ hierarchæ Tafurum exce-*
„ *pit anno 1680. & poſſeſſionem iniit die 14. April.*
„ *ejuſd. anni, dignus quidem, non modo hiſce, ſed*
„ *& majoribus infulis, quia prius Conſentinam, &*
„ *poſtea Salernitanam Archidiœceſes non minus per*
„ *ſeptemdecim annos Vicarii munere ſapientiſſime*
„ *rexerat, & ejuſdem Salernitanæ ædis principis*
„ *Canonicus fuerat renunciatus. Ineffabili zelo ſem-*
„ *per invigilavit populo ſibi commiſſo, ad quem ſem-*
„ *per etiam pari fervore conciones habuit. Inter ſuos* B
„ *ſubditos nullas umquam paſſus fuit controverſias*
„ *inoleſcere, & ſi quæ forte vitio humanæ naturæ*
„ *enaſcebantur, minime gliſcere permiſit Chriſtianæ*
„ *ſemper amiciſſimus pacis. Fratribus Reformatis*
„ *D. Franciſci domum in oppido S. Angeli Satrianen-*
„ *ſis diœceſis adaperuit, ut in eo pietatem diſſemina-*
„ *rent. Typis dedit libellum, cui titulus:* Iſtruzzio-
„ ne a' Parochi per l'inſegnamento della Dottrina
„ Criſtiana, *quibus etiam dare jam promptus erat,*
„ *niſi mors interrcepiſſet, opuſculum aliud* la Prattica
„ Eccleſiaſtica, *quod nunc manuſcriptum erudito-*
„ *rum manibus teritur. Cum hiſce Eccleſiis præſide-*
„ *ret, Acernenſem etiam, ita jubente Congregatione*
„ *negociis Epiſcoporum Romæ præfecta, gubernavit,*
„ *Salernitanam ex commiſſione Archiepiſcopi Alva-*
„ *rez cum omnimoda plenipotentia, & facultate*
„ *etiam Pontificaliam viſitavit. In oppido demum S.*
„ *Angeli die 2. Auguſti 1697. ad meliores abiit, una*
„ *tantum parvula moneta argentea in ſuo obitu re-* C
„ *perta, quia ſui proventus omnes pauperum ſemper*
„ *fuere, in quorum beneficium opus pium excitarat,*
„ *communiter* il Monte frumentario, *quod nunc*
„ *etiam ſummo paupertati emolumento perſiſtit.*
„ *Fr. JOSEPH Bondola Prignano ſucceſſit, die* XVI.
„ *11. Decembris 1697. præſul morum ſanctitate, &*
„ *litteraturæ ornamentis clariſſimus, natus anno*
„ *repar. ſalutis 1648. poſt civiles Neapolitani Regni*
„ *tumultus. Puer pietati, & litteris addictiſſimus*
„ *fuit. Minorum Conventualium Divi Franciſci*
„ *habitum, & Seraphicos mores adoleſcens induit.*
„ *Neapoli in ædibus D. Laurentii futuræ pietatis*
„ *tyrocinium poſuit, ſpecimen dedit. Ibidem ſolemnia*
„ *Religionis vota profeſſus ad primum, & vigeſimum*
„ *ætatis annum impenſam ſacris, & ſeverioribus*
„ *ſtudiis navavit operam. Inde Romam profectus in*
„ *florentiſſimis ſui ordinis collegiis ſingularis littera-*
„ *turæ, eximiæque modeſtiæ cultum præ ſe tulit egre-*
„ *gium, ac triennio poſt in eadem alma Urbe una om-*
„ *nium voce, ac ſuffragiis Magiſter lauream adeptus*
„ *eſt; quo in obeundo munere illud ſemper in votis,* D
„ *in oculis, in ore habuit, ut numquam ab eo, quod*
„ *puram, putamque orthodoxæ fidei doctrinam, quod*
„ *gravitatem, quod prudentiam deceret maxime, ne*
„ *latum quidem unguem diſcederet. Qua de re à ſu-*
„ *premis Seraphicæ familiæ præfectis hæc illi de-*
„ *mandata eſt cura, ut in collegiis ſtudia regens præ-*
„ *eſſet cæteris, quam per duodecim annos ornavit*
„ *ſpartam, non ſine ſingulari Venetiarum, Patavii,*
„ *aliarumque clariſſimarum urbium admiratione, ac*
„ *plauſu; ſed vir Deo, ac ſuperis mancipatus omnem*
„ *inanis, & fluxæ gloriæ ſplendorem infra ſe ducens*
„ *humili adeo, demiſſoque ſe geſſit animo, ut vel per-*
„ *petuus in Neapolitana Provincia Definitor con-*
„ *ſcriptus nihil umquam commodi, nihil ſibi autho-*
„ *ritatis, & jactantiæ vindicarit; quinimo magni*
„ *nominis amplitudinem exoſus deſpectus ſibi, ut*
„ *deſpiceretur ab omnibus unum illud in deliciis ha-*
„ *buit. Rogatus pluries, pluries etiam blande coa-*

ctus ſupremam religioſæ familiæ adminiſtrationem ſuſcipere, ab omni prorſus illuſtri munere ſe abdicavit in tenebris deliteſcens illuſtrius. Sed virtus tanta diu latere non potuit. Ab Innocentio XII. ad Epiſcopalem dignitatem vocatus, die 11. Decemb. pietatis eo apparatu, cultuque morum Præſul enituit, ut ab omnibus pauperum pater, populorum amor, pietatis, ac religionis aſſertor jure merito ſit appellatus. Diu S. Antiſtitis munere functus ſponſam Eccleſiam novis cumulatam redditibus, auctam virtutibus fovit ſemper in ſinu. Tandem Neapoli diuturno afflictatus morbo migravit è vita inter uberes ſuorum lacrymas; omnium luctu, ac ſquallore efferri voluit ad D. Laurentii templum, atque ibi in D. Ludovici ſacello contumulari, ut cujus mores vivens fuerat imitatus, ejuſdem mortuus communem veluti ſortiretur cinerum urnam. Funeri interfuere ſereniſſimi Theologorum Collegii Proceres Illuſtriſs., quos inter & ipſe olim adnumeratus principem jam locum ſenior obtinebat. Funus curavit magnificentiſſime Nicolaus Paſtina, pietatis laude, omni litterarum genere, ac rerum uſu ſpectatiſſimus, cujus amor nec pompæ defuit, nec dolori. Pro concione laudatus fuit à Michaele de Vivo Ordinis PP. Prædicatorum. Ejus urnæ affabre expeditæ hæc inciſa legitur epigraphe.

D. O. M.
Illuſtriſs., & Reverendiſs. D. Fr. Joſeph à Bondola ſacri Ordinis Minorum Conventualium Mag., hujus reg. cœnobii filii Epiſc. Camp. Satrianenſis, Comitiſque Caſtellariæ Præſulis, Parentis, Patroni præſtabilis poſt tumulatos cineres, quod ſupererat immortalitati, hoc marmoreo ſimulacro perenne reddidit genere intimus, genio amantiſſimus, geſtis obſequentiſſimus U. J. D. Nicolaus Paſtina ann. repar. ſalutis MDCCXIII.

XVII. *FRANCISCUS* Xaverius Fontana ab regnante feliciter Clemente XI. die 17. Septembr. ann. 1714. hiſce Eccleſiis præſul aſſignatus, quarum poſſeſſionem iniit die 1. Januarii 1715. Antiſtes genere, doctrina, pietate ſpectabilis. Genere: nam, licet natus in oppido Gioiæ diœceſis Barenſis, patrem habuit Jo. Baptiſtam Romanum ex illa gente Fontana Mediolanenſi patritia, è qua fuit celeberrimus Eques Dominicus, qui floruit ſub Sixto V. Summo Pontifice, aliique in Mathematicis, & præcipue circa Architectonicen peritiſſimi Heroes, matrem Antoniam de Jacobellis patritiam item fœminam originariam è civitate Tarenti. Doctrina: à primis ſiquidem annis ſtudiorum curſum Romæ incepit, & explevit, ac in illius Archigymnaſio laurea doctorali donatus, quampluribus Eccleſiaſticis Academiis addictus, & illius, quæ de ſacris Ritibus appellatur, primus fuit Inſtitutor. Per 12. fermè annos Auditoratus munere apud Eminentiſſ. Mareſcottum laudabiliter functus fuit. In graviſſimis ſacræ Inquiſitionis, aliiſque magni pariter momenti ad S. Congregationes Immunitatis, Concilii Tridentini, ac Epiſcoporum, & Regularium ſpectantibus negociis pro eodem Eminentiſs. examinandis, ac decidendis ſtrenuam, ac fidelem navavit operam. Pietate denique: Chriſtianam enim doctrinam penè obſoletam ob longam Sedis vacationem reſtituit, eamque docendi formulas præſcripſit: valdè utiles inſtructiones, & Sanctiones pro clericis, cæteriſque Eccleſiaſticis, & præcipuè pro aſcenſuris ad majores ordines edidit, totuſque eſt, ut in Odæo, ac ſacris functionibus, devotio, decor, et eccleſiaſtica Majeſtas eluceſcat, præſertim in auguſtiſs. altaris Sacramenti veneratione, & cultu. Pro tuendis juribus Eccleſiæ à laicorum violentiis, ac pro ſubditorum moribus reformandis multas vexationes, & expenſas paſſus eſt. Sacra limina Apoſtolorum Petri, & Pauli perſonaliter viſitavit an. 1719. quæ perſonalis viſitatio per ſexaginta annos intermiſſa fuerit. Struct. [illegible] erectioni, & inſtitutioni Seminarii in Civitate Campaniæ ad præſcriptum S. Concil. Tridentini, & decretis Conſiſtorialis lati ipſo die ſuæ creationis in Epiſcopum. Pauperum omnium, ac in primis invalidorum, & infirmorum patrem ſe exhibet; à proprio commodo ſe abſtinet, qui ipſorum indigentiis præſentiſſimam ſemper opem præſtet. Annis præſertim 1718. 1719. & 1720. quibus Satrianen. diœceſis ſub tribus ingemuit flagellis nempè infirmitatis, mortis, & famis, ſuum omnem cenſum inter egenos diviſit. Eccl. Abbatialem, quæ dicitur S. Maria della Nova, extrà Urbem Campaniæ poſitam, menſæ Epiſcopali unitam, ac in profanum uſum converſam, eique adjunctas domos magno ſumptu refecit, Eccleſiaſtico cultui reſtituit, altaria erexit, ac ſanctis tutelaribus dicavit, ſacris ſupellectilibus inſtruxit, diemque feſtum ſolemniter inſtituit pro ſecundo die feſto Paſchatis Reſurrectionis, qui, magno fidelium concurſu, & animarum profectu ob indulgentias illo die eidem Eccleſiæ à ſummo Pontifice conceſſas, celebratur. In eadem civitate Campaniæ Eccleſiam ſanctæ Mariæ Magdalenæ unitam monaſterio Monialium, quæ anguſta, informis, & omnino rudis erat, ampliare, ornare, ac ad perfectionem redigere nititur, expenſis minimè parcens. Omnia denique Epiſcopalia munera implet cumulatiſſimè, & ſtatim ac ſuam tenuit diœceſim, duo palatia pro Antiſtite, quibus utraque Eccleſia deſtituta erat, à ſuo prædeceſſore Joſepho Bondola ſummo impendio à fundamentis condita, ſed non omninò ob ejus obitum perfecta, abſolverat ære proprio, & exornarat, alterum extrà Urbem de novo erexerat, ut teſtatur inſcriptio ſub ejus gentilitiis inſignibus in majori aula palatii Satrianenſis, ſequentis tenoris.

Franciſcus Xaverius Fontana Epiſcopus Satrianen. & Campaniens. domum hanc explevit, auxit, ornavit, alteram Campaniæ perfecit, inſtruxit, ac in elegantiorem formam redegit. Tertiam extra Urbem ſub aperto cœlo erexit Epiſcoporum utilitati, & commoditati conſulens Anno D. MDCCXV.
Epiſcopatus ſui Anno Primo.

*Hujus Epiſcopi cum laude meminit Comes Aldigherius Fontana Parmenſis in ſuo libro typis Venetis cuſo apud Andream Poletum ann. 1719. in quo plures ex una gente Fontana è diverſis licet ramis ſanctitate, doctrina, & Eccleſiaſticis dignitatibus conſpicui recenſentur, ac præcipuè decem Epiſcopi, quorum primus S. Savinus Fontana Epiſcopus, & martyr ſub Maximiliano Imperatore, de quo Baronius in ſuis notis ad Martyrologium, & poſtremus hic Epiſcopus Franciſcus Xaverius, cui idem Comes alterum librum dicavit, ſub hoc titulo:* Gerarchia Eccleſiaſtica del ſacro clero ſecolare &c. *Vivit adhuc Epiſcopus iſte ad majora, Dei favente gratia, ſemper intentus.)*

# CAPUTAQUENSES EPISCOPI.



CAPUTAQUENSIS Lucanorum civitas, vulgo *Capaccio*, non admodum antiqua eſt, ſed

ex ruinis Pæſti vetuſtæ civitatis condita, quæ & ipſa etiam nunc non ſecus ac Pæſtum deſerta conſpicitur ob cœli inclementiam. Pæſtum Ptolomæo littorale Lucanorum Sybaritarum ædificium fuit, Poſſidonia ab origine nuncupatum, unde vicinus ſinus Poſſidoniates, & Pæſtanus appellatur, locus roſariis celebris ex illo Virgilii.

*Vidi Pæſtano gaudere roſaria cultu*,

Et alibi.

——— *Biferique roſaria Pæſti*.

Unde Ovidius.

*Galtaque Pæſtanas vincat odore roſas*.

Hinc Propertius.

—— *Odorati virtus Roſaria Pæſti*.

Sed inſalubritate aeris infamis, ut Strabo tradit. Ex ejus ruinis, quæ adhuc extant, excitatæ ſunt civitates Policaſtrum, & Caputaquenſis. Nomen tulit Caputaquenſis civitas hæc, ut ſcribit Fritia, ex quo ſub monte caput aquarum inſurgit. Eam funditus deleviſſe Federicum II. Imperat. tradunt anno 1246. cum Caputaquenſis Comes Innocentii IV. Pontificis partes ſequeretur. Recens eſt Epiſcopatus Caputaquenſis Pæſtanæ, *a* Acropolitanæ, ac Velinæ ſedium juribus huc translatis. Unde Euſtachii Venuſini verſus:

*a* De Præſulibus Pæſtanis, Acropolitanis, ac Velinis, ubi de antiquatis ſedibus, in X. tomo agemus.

*Pontificis ſedes, quæ cum ſit fulgida tellus,*
*Urbis Pæſtanæ filia digna fuit.*

Epiſcopalem verò Pæſti fuiſſe Sedem docet ſubſcriptio Laurentii Epiſcopi Pęſtani in Concilio Romano ſub Symmacho Papa anno Dom. 500. & in Concilio ſub Martino I. Pontifice legitur ſubſcriptio Joannis Epiſcopi Pæſtani. Hic natus eſt Vitus Chriſti martyr invictus civitatis Patronus. Hic etiam diu oſſa ſancti Matthæi Apoſtoli aſſervata ſunt, donec anno 954. Bernardus Epiſcopus, ac Giſulfus Princeps Salernitanorum die ſexta Maii, aſſentiente Joanne Epiſcopo Pæſtano, Salernum in Cathedralem Eccleſiam titulo S. Mariæ Angelorum transferri curarunt. Celſus Pæſtanus Epiſcopus una cum Romualdo Salernitano Archiepiſcopo inſtitutus eſt teſtamenti executor à Roberto Caſtri Trentenarii Domino anno 1156. Fortè poſt Celſum Pæſtana cum Caputaquenſi unita fuit Eccleſia. Cæterum Caputaquenſis Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ in ipſa diruta civitate eſt, egregia ſtructura campanis, altaribus & picturis decenter ornata, veſtes autem ejus, & vaſa argentea conſervantur apud Rectorem Eccleſiæ s. Petri de Caputatio, qui quidem locus gaudet privilegio civitatis, ut declaratum fuit in Regio Conſilio Neapolitano. Quatuor inſignita eſt dignitatibus, Archidiaconatu ſcilicet, Decanatu, Primiceriatu, atque Cantoratu. Duo ibi Canonici, qui omnes una cum Epiſcopo à reſidentia exempti ſunt, everſa jam pridem, & ad ſolitudinem redacta civitate. Epiſcopus in oppido Diani, ubi Epiſcopalem habet domum, plerumque agit; Canonici, & dignitates in variis diœceſis oppidis, quorum Paſtoralem curam gerunt, degere ſolent. In Cathedrali autem reſidet tantum unus Sacerdos & Sacriſta; tenentur tamen Epiſcopus, & Canonici in ſecundo die Paſchatis Reſurrectionis & in die Aſſumptionis Deiparę Virginis Cathedralem adire, Miſſamque, & veſperas ſolemniter celebrare, idemque facere tenentur in antiqua Cathedrali Pæſtana. Omnium porrò Canonicorum fructus in unum collecti non excedunt anreos 130. Seminarium Clericorum ob civitatis ſolitudinem in oppido Diani hujuſce diœceſis erectum eſt, in eoque Clerici 20. inſtituuntur. Diœceſis Caputaquenſis ſatis ampla eſt circuitus 150. milliar. quæ caſtra, ſeu pagos continent centum quadraginta, & in eorum quolibet ſunt Eccleſiæ animarum curam annexam habentes. In qualibet autem Eccleſia receptiva filii Parochiæ ad ſervitium illius recipiuntur, & ſic accepti æqualiter participant de maſſa communi. Singulæ autem hæ Parochiales ſuum habent Rectorem, ſeu Abbatem, vel Archipreſbyterum nuncupatum, qui habet curam animarum, nihilque ex redditibus pluſquam alii

A percipiunt, niſi in funeralibus, in quibus habent portionem duplicatam. Oppidorum nonnulla binas, ternas, & quaternas Parochias habent, ſed præcipuæ ſunt Dianum, necnon Altovilla, Gioja, Caſtelluccia, Optatum, Polla, Aquaria, Lauretum, Tunganum, Tunſanum novum, Serræ, Sala. Sunt & plurima Caſalia, ut Olſaſti, Comutarum. Sunt etiam in hac diœceſi duodecim pagi ſubjecti monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis Cavenſis, in quibus Epiſcopus habet tantum jus viſitandi quoad ſacramentorum adminiſtrationem. Sunt & quatuor alii pagi aliis monaſteriis ſubjecti. Habet præterea Epiſcopus novem beneficia ſimplicia in civitatę Salernitana, quorum collatio ad ipſum ſpectat. Eſt diœceſis plena monaſteriorum, & beneficiorum, in quibus monaſteriis, & Abbatiis habet Epiſcopus viſitationem, & correctionem in membris illorum, cauſarum appellationem, illarumque Abbates ſingulis annis in feſto Annunciationis tenentur intereſſe Miſſarum ſolemniis cum mitra,

B baculo, & veſtibus Pontificalibus, & ratione Cathedratici certam Epiſc. portionem ſolvere. At nunc iidem Abbates non ſolum obedientiam non præſtant, verum etiam prohibent ſuos ad Epiſcopum per viam appellationis recurrerę. Porrò in tota diœceſi cenſentur virorum cęnobia diverſorum Ordinum quinquaginta ſeptem. Ex his verò plurima ſunt Abbatiali dignitate ornata, in Commendam conferri ſolita, & Epiſcopo Cathedraticum ſolvere tenentur. In primis eſt monaſterium S. Laurentii Terræ Padulæ Ord. Carthuſienſis admodum celebre, cui unitæ ſunt Abbatiæ ſancti Nicolai ejuſdem terræ, & S. Mariæ de Cadoſſa in agro oppidi Montis-Sani. Item monaſterium S. Angeli de Faſanella Ord. S. Benedicti in Commendam conferri ſolitum, nunc nullius diœceſis: monaſterium S. Nicolai de Cantone ejuſdem Ord. pariter commendatum. Item monaſterium B. Mariæ de Pattano ejuſdem Ord. quod etiam ſolet commendari, nec non cœnobium B. Mariæ Centulæ S. Benedicti, & ipſum

C commendatum, in quo ut & in ſuperioribus monaſteriis excepto ſupra relato S. Angeli Faſanellæ, Epiſcopus habet Cathedraticum, & utramque legem. In hoc monaſterio, ex Martyrologio Romano 26. Maii natalis S. Ricarii Presbyteri, & Confeſſoris, qui claruit temporibus Dagoberti Regis Francorum circa annum Domini 630. vitam ejus, & res geſtas ſcripſerunt Albinus Flavus ad Carolum Magnum, & Trithemius in lib. de viris Illuſtribus. Monaſterium S. Nazarii unitum Baſilicæ Vaticanę, quod & ipſum Cathedraticum ſolvere tenetur: item Eccleſia S. Nicolai caſalis Abbatis Marci eidem Baſilicæ unita. Abbatia caſtri S. Laurentii commendata, in qua Epiſcopus habet Cathedraticum, & utramque legem. Abbatia ſanctæ Cæciliç Ord. ſancti Benedicti commendata, in qua Epiſcopus idem juris obtinet. Cœleſtinorum Ord. tria in hac diœceſi monaſteria ſunt, nempè in oppidis Diani, Novi, & Serrarum. Cruciferorum duo in oppidis ſcilicet Salæ, & Altevillæ, Montis-Virginis item duo, in oppidis ſcilicet Altævillæ, & Aletivæ. Con-

D gregationis ſancti Joannis de Carbonaria duo, & hæc de cœnobiis Monachorum. Mendicantium verò cœnobia erant ſupra Franciſcanorum quidem 22. nempè decem Obſervantium, octo Conventualium, quatuor Capucinorum, Auguſtinianorum ſex, Dominicanorum ſeptem, ac ſex Carmelitarum. Virginum verò cœnobia in tota hac diœceſi tria tantum extant, unum in oppido Diani, alterum in oppido Jojæ, tertium in oppido Caſtellutiæ. Sunt præterea in ſingulis caſtris hoſpitalia, in quorum aliquibus ſervatur hoſpitalitas, in aliis non, ob paupertatem. Extant etiam in pleriſque hujus diœceſis locis plurima ſodalitia laicorum variis pietatis operibus inſudantium populus ubique Catholicus, & pietati deditus. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 4000. qui colliguntur tum ex paſcuis, cenſibus, & molendinis, tum ex vectigalibus caſalis Montis de Luculo, in quo

Epiſcopus habet etiam juriſdictionem temporalem in civilibus tamen dumtaxat cauſis. Taxatur verò in lib. Cam. Apoſtol. ad flor. 600. Atque hoc ipſum eſt, quod de hujuſmodi Eccleſia Archiepiſcopi Salernitani ſuffraganea enarrari poſse videtur. Series Epiſcoporum, qui in ea ſederunt, ſequens eſt, ex diverſis monumentis eruta.

I. 1 ARNULPHUS (1) primus eſt Caputaquenſis Epiſcopus, cujus memoria extat. Teſtis refertur in quodam Rogerii Regis privilegio anno 1126. compromiſsarius inter Joannem Epiſcopum Averſanum, & Abbatem S. Laurentii à Rogerio Siciliæ Rege conſtituitur anno 1144. Orator regius fuit ad Angliæ Regem anno 1174. interfuit verò Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. an. 1179.

II. 2 LEONARDUS fuit hujus Eccleſiæ Epiſcopus; tempus autem quo floruit non conſtat.

III. 3 N... (2) Caputaquenſis Epiſcopus nomen non habemus; vixit temporibus Gregorii IX. Papæ. Hic aliquando litem habuit cum Archiepiſc. & Capitulo Amalphitanæ Eccleſiæ, de plateatico, ſeu portulatico eorum, & victualium ad eoſdem Archiepiſcopum, Capitulumque ſpectantium, quæ per plagam S. Marci, ac portum Acropolis ejuſdem Caputaquenſis Epiſcopi obnoxia deferebantur: cujus litigii cauſam dirimendam tradidit Epiſcopo Sabinenſi, qui cum peremptoriè partes citaſset, Epiſcopo non comparente, ad favorem Archiepiſcopi, & Capituli Amalphitani ſententiam tulit, quam cum ratam habuiſset Gregorius, ſequentem ſcripſit epiſtolam Abbatibus S. Petri, de Amalphi Ciſtercienſis Ordinis, & Sancti Petri de Ebulo Salernitanæ diœc. ac Angelo Scalenenſi Canonico, ut ſententiam latam inviolabiliter obſervari curarent, niſi idem Epiſcopus iuri partibus ſtare voluiſset. Epiſtola extat in reg. Vatic. num. 50. fol. 66. anno 5. Pontificatus Gregorii, qui erat Chriſti 1231.

*S. Petri Amalphitani Ciſtercienſis Ordinis, & S. Petri de Ebulo Salernitan. diœc. Abbatibus, & Mag. Angelo de Lando Canonico Scalenenſi. Cum cauſa quæ vertitur inter vener. fr. noſtrum Archiepiſcopum & dilectos filios Capitulum Amalphitanum ex una parte, & vener. fratrem noſtrum Epiſcopum Caputaquenſem ex altera ſuper plateatico, ſeu portulatico quod dictus Epiſcopus per ſe ac ſuos portulanos ac alios exigit à deferentibus victualia, & redditus Archiepiſcopi, & Capituli prædictorum tranſeuntibus per plagam S. Marci, & portum Agripoli ac ejus pertinentias, vener. fratrem noſtrum Epiſcopum Sabinenſem dederimus auditorem, & idem auditor eundem Epiſcopum ad ſuam præſentiam peremptoriè duxerit evocandum, ut per ſe ac reſponſalem idoneum in ejus præſentia compareret, prædictis Archiepiſcopo & Capitulo reſponſurus, ipſemet nec venire curavit, nec idoneum per ſe mittere reſponſalem, memorato Archiepiſcopo, ac procuratore Capituli comparentibus, & inſtanter petentibus liberum tranſitum hominum, victualium, & aliarum rerum ſuarum in locis præd. non debere per eundem Epiſcopum impediri, ac ſatisfieri ſibi de iis, quæ nomine pedagii idem Epiſcopus per ſe, ac ſuos extorſit hactenus ab eiſdem: præfatus verò auditor reputans eundem Epiſcopum merito contumacem ne ipſius remaneret contumacia impunita, præd. Archiepiſcopo, & Capitulo conceſſiſſe liberam facultatem tranſeundi victualia, & redditus ſuos de caſale Saleſon. per loca præd. ſine plateatico, ſeu portulatico quouſque juri pareat parti adverſæ: Nos autem quod per eundem auditorem factum, & ratum habentes diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatos Archiepiſcopum, & Capitulum non permittatis ab eodem Epiſcopo, vel aliis contra interlocutoriam ejuſdem Sabinenſ. Epiſcopi moleſtari, moleſtatores ipſorum per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; ſi autem dictus Caputaquenſis Epiſcopus coram nobis voluerit ſtare juri, partibus convocatis tam ſuper principali, quam ſuper quadam compoſitione, quæ ſuper hoc dicitur eſſe inita inter partes, & ſuper aliis, quæ duxerint proponenda audiatis cauſam, & appellatione remota ſine debito terminetis, facientes quod decreveritis auctoritate noſtra firmiter obſervari. Teſtes, &c. Quod ſi non omnes, &c. non obſtantibus litteris ſuper hoc ab eodem Archiepiſcopo à Sede Apoſtolica impetratis. Datum Lateran. 15. Kal Maii ann. 5.*

4 BENEVENTANUS, a cui ſcribit Innocentius IV. anno 1251. prid. Non. Octob. anno Pontif. 9. in Regeſt. Vat. epiſt 147. fol. 210. memoratur in monumentis hoſpitalis ſanctæ Mariæ Annunciatæ Terræ Padulæ anno 1257. & ſanctæ Mariæ Laurini, anno 1259. IV. * BENEVENUTUS.

Hoc Præſule ſedente, Federicus II Imp. vetus oppidum Faſanellæ, huius diœceſis quondam nobile funditus deſtruxit, cuius ruinæ adhuc cernuntur prope antiquam S. Angeli Benedictini Ord. Abbatiam. Populus hac illac diſperſus, poſt varios caſus non longe ab antiqua patria ibi exædificavit novum oppidum, cui in memoriam antiquæ patriæ, & in honorem D. Angeli Michaelis nomen dedit, à Summis Pontificibus una cum Abbatia ab omni Caputaquenſis Epiſcopi iuriſdictione immune factum, ſub immediato Romani Pontificis arbitrio quievit. Crypta mirabilis D. Angelo Michaeli ſacra toti orbi celeberrima ibidem viſitur, quæ & qualis ſit ita deſcripſerunt, cum veteris Faſanellæ deſtructione, novaque exædificatione Cornelius Tutinus, ex quo Camillus Tutinus in lib. de variante Fortuna: & Joannes Vincentius de Hippolytis viri clariſſ.

*FASANELLA olim annis ab hinc 339 ſtabat, habebatque ſuburbia hæc, ſanctum Angelum, Optatum, Optatellum, & Bellumriſguardum, quæ nunc caſalia vulgus appellat; & quia propè ipſa alia erant ſuburbia nunc deleta, & duo, aut tria alia ſuburbia, quæ erant in regione Morigenæ pariter modo deleta, & ſua quoq; municipalia, & inſtituta tenebant anno ſalutis 1245. Federicus Suevus Imperator celeberrimus factus S. R. E. major hoſtis ab Innocentio IV. Pont. Max. Imperio depoſitus, in eundem publicum bellum majus intulit. Primates Regni Imperatorio furori hærentes ipſum ſequuti ſunt Pandolfus tantū, Riccardus, & Robertus de Faſanella fratres, Tebaldus, Gulielmus, & Giſolfus de Maima, non terreni, ſed cæleſtis Imperatoris indignationem timentes ab Imperio depoſito deficientes, ſoluti prius vinculo juramenti fidelitatis, teſte Conſtantino 5. Pontifici directo Regni domino probabiliter hæſerunt, & in necem depoſiti conſpirarunt. Caſertanorum Comes conjurationem detexit, Federicus magno furore fervens conjuratos perſequi juſſit. Sanſeverini cum aliis intus civitatem Caputaquenſem, Scalam, & oppidum Alteville ſe munierūt. Pandolphus, & fratres ad Pontificem confugerunt, & Pandolfus Pontificalis exercitus ſummus Dux factus, cum frat. Imper. ultionem evaſit: ſed Sanſeverini cum Morris, & Maimo capti, ut patricidæ necati Imper. juſſu periere. Sed quas Pandolfus evaſit pœnas, agnati ejus & cōcives dedere: nam agnatis quinto etiam gradu conjunctis Præſes Imper. oculos effodi, eoſq; ita orbatos commori juſſit, & concivibus lethalem ferè militaris hoſpitis, & prędę preſſum impulit. Adeo atrox jactura fuit, quia ſua cuique domus mœrore repleta, & formidabilis videbatur, & ita præda, & ruinis deformis facta, ut nefas habitatori videretur illam ingredi. His*

(1) Joſeph Vulpius noviſſimè ſcripſit erudite Caputaquenſium Epiſcoporum Catalogum, quorum ſeriem à Pæſtanis Epiſcopis exorditur: putat enim Caputaquenſem Epiſcopalem ſedem non aliam eſſe à Pæſtana, quæ, deleta a Sarracenis urbe, in novum oppidum à Pæſtanis civibus excitatum, una cum Epiſcopi domicilio tranſlata fuerit. Res equidem ut veroſimilis ſit, eſt tamen ſatis obſcura, nec lucem ex eo accipit quod deletæ urbis non deſit Epiſcopus: nam præterquam quod Pæſtana retent Cathedralis, ſeteris lata diœceſis, ejuſque incolæ, & hodie videmus deſolatarum urbium Antiſtites. Verum quidquid ſit, nos Ughellum ſecuti Caputaquenſium Epiſcoporum ſeriem inchoamus ab Arnulpho, quo antiquior non reperitur Caputaquenſis Epiſcopi nomen uſurpaſſe. De Pæſtanis in X tomo, ubi de antiquatis ſedibus, agemus. An verò Arnulphus, qui teſtis refertur in privilegio Rogerii an. 1126. idem ſit ac Arnulphus, qui in Lateranenſi Concilio ſederit an. 1179. haud ſatis liquet. Duos fuiſſe oportet, ſi Caputaquenſis idem ſemper fuerit ac Pæſtanus Epiſcopus.

(2) Hic forte idem ille, qui hac tantum litera initiali deſcriptus legitur in lapidea tabula conſecrationis Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina de urbe peractæ à Cæleſtino III. 26. Martii 1190 cui ipſe cum aliis Archiepiſcopis, & Epiſcopis adfuiſſe notatur ex Baron. ad an. 1196. Eamdem refert Oldoinus in vita Cæleſtini in Ciaconiano opere. *Lucentius.*

*His calamitatibus percuſſi cives, præſertim digniores; ſedem mutare decreverunt: & ſupra ſanctum Angelum ſuburbium novam Faſanellam conſtruxerunt, muris cinxerunt, caſtro munierunt, & in pagos, & novum oppidum ſupra hodiernum foſſatum conſtructum in eodem loco poſita, & unita diverſis nominibus nuncupatum unicum nomen, & mixtum acceperunt, ſcilicet Sanctum-Angelum, Faſanellam. Oppidum hoc adeo brevi crevit, & ædificiis non mediocribus repletum eſt, ut non ab hominibus præſertim ita parvis conditum videretur; ſed ab Angelo Michaele ędem lapideam ibi habente miro artificio naturæ præclarè conſtructam, toto orbe terrarum celeberrimam, ita ut illa devotiſſima Gargani, nec magnitudine, nec pulchritudine eam accedere poſſit, ac denique talem, ut potius viſu admirari, quam lingua exprimi poſſit, nec immerito inter miracula Mundi connumerari deberet, prout una voce dixerunt Hiſpani, Galli, Indi, cæterique inſpectores illius conditum videntes. Quales primi habitatores oppidi fuerũt, indicant ędificia, etiam primarum ædium, non mediocria, quæ huc uſque ſtant. Dum Faſanella tot prædas, & tot diſcrimina paſſa fuit, privilegia, inſtituta, ac omnia ſcripta, tam Reipublicæ, quam civium peritiſſimorum periere; unde recentis oppidi cives, ne municipali lege carerent, nova inſtituta condiderunt, & in dies illa, modo corrigentes, modò abrogantes, & modo augentes, prout expedire videbatur: tot prudentibus, & litteratis viris, quibus Sanctum-Angelum afflatum affluxit, & abundavit. Poſt multos annos creſcente civium latino ſermone, peritiores, & quæ erant ſtatuta, & quæ ſtatuebant, verbis latinis, & politioribus exponi mandarunt. Erant his mediis temporib. cives peritiſſimi inter cæteros, Gellius Fortis, Joannes Catoſſius Trotta, Alfonſus de Odino, Joannes Saya, Laudiſius Viſta, Joannes Arnonius, Stephanus Euſtaſius, & præ cæteris præclarus vir, & Patritius Jacobus Hippolytus, & alii quamplures, & qui ex his ſuperſtites fuerunt, poſtquã quievit furor falcis læthalis, comitiis ſæpius deſuper habitis Catoſſo Stoico, & latini ſermonis peritiſſimo commiſerunt, ut rem hanc exequeretur; fuit jam exequutus, ſed in diebus ejus ita noviſſimis ea, quæ ſuus calamus ſcripſerat, oculis ejus poſtea relegere, vel revidere non licuit. Cives tamen ita reverenter tenuerunt, quod adhuc veluti ſacra venerantur omnes. Nec mirentur hæc legentes, ſi cum Faſanella in Sanctum-Angelum tranſlata non fuit etiam illius Eccleſia, quæ etiam nunc aliis collata eſt, nam oportuit illam, quæ erat in Caputaquenſi diœceſi manere, & transferri non potuit in S. Angelum, qui non modo de eadem diœceſi non eſt, ſed ſuam exemptam diœceſim tenet, & propriam: unde merito dictus Catoſſius 62. ſtatuto S. Angelum civitatem appellat. Hæc enim proprium Prælatũ Epiſcopalibus inſigniis, & juribus ornatum habet, qui nunc Summum Pontificem immediatum ſuperiorẽ recognoſcit, & ex hoc Henricus Card. Oſtienſis eum non Epiſcopum, ſed Archiepiſcopum computat, &c.*

*Deſcriptio Cryptæ mirabilis S. Archangeli Michaelis, terræ ſancti-Angeli Faſanellæ.*

*Cum Faſanella vetus, cujus reliquias ex Abbatiali reſpicis palatio ſtaret, ut habet antiquorũ fida relatio, Manfredus ejuſdem regulus aucupiis deditiſſimus, cum ad oram, quam incolis aucuparetur, dimiſſo falcone in columbos, ſpecum falco ingreſſus fuit, ubi moram faciens, Manfredũ illuc accedere coegit, ubi adeo dulce melos audivit, qui ſtupore correptus Faſanellam redeit, quo civibus patefacto, ſequenti die locum cum populo, & Clero piè repetit, & cum perveniſſet, falco ſtatim in manibus Domini rediens ſe captivavit, qua de re dilatantes ſpecum, illuc ingrediuntur; ubi Cryptam reperiunt miro naturæ artificio conſtructam, toto orbe terrarum celeberrimam, ubi aderat ara Archangeli Michaelis, digna quæ Romanæ Urbis ambitu clauderetur. Illa montis Gargani, circunſcripto miraculo apparitionis Archangeli, & indulgentiis, quibus potitur, in omnibus longè à Crypta Faſanellæ ſuperatur; ſiquidem ad eam itur per abrupta rupium, aſpera montium, concava vallium, & hinc per diſpoſitum, & decorum aſcenſum, qui tamen difficiliter non turgeſcit, magnitudine forſan pluſquam decies ſuperatur; nec horreſcit ſitus, vel ſuffocatione tenebrarum, cum ſit maximo luminis perfuſa fulgore, idque mirum, quod non ex circumpoſitis ſpecularibus immittitur, ſed unicus è lumine ingreſſus, qui & hominibus inſuper habet circumſtantia loca ad capellas deſtinata, non ſolum concamerata, ſed cælaturis à natura factis ornata, qua re verè naturæ miraculum appellari poteſt. Planitie d. Crypta tegitur, quæ vulgo Terra martura appellatur, ubi vinea colitur vinũ omnimodo pretioſius producens. Non omittendum quod quando per Dominum Abbatem defoſſa, & ampliata fuit, reperta fuerunt multa oſſa humana, & præſertim quædam ſolida ſine medullis, quæ cum dubitaretur ſi vere humana eſſent, olim Archipresbytero Rubeo, qui ea vidit, reſpondit hoc natura accidere poſſe, ut legitur de illis lapidatis Siracuſani, qui cum nunquam ſitiiſſet, nec ſudaſſet, ipſo mortuo cauſam inquirentes, ejus oſſa immedullata habere invenerunt, & hic fuit primus, qui ex Olympico certamine Pancratii coronam reportavit, quæ omnia affert graviſſimus Auctor Vincentius l. 32. c. 123. Speculi naturalis. Hinc credendum non fortuitò dictæ Cryptæ tectum à vulgo Terramartura nuncupatum, ſed ſerio, quaſi Terra Martyrum, & dicta oſſa Martyrum fuiſſe credendum. Semper enim Cryptæ in perſecutionibus Eccleſiæ fuerunt latebræ Martyrum, quarum hominibus ſecundum Didymum geminus erat uſus, habitationis dum vivebant, & ſepulturæ dum moriebantur, & ita affert Vivaldus prima perſecutione Eccleſiæ. Nec negari poteſt tempore Trajani Imperatoris, teſte Euſebio in ſuo Apolog. in hac Provincia Plinium ſecundum fuiſſe Judicem perſecutorem Chriſtianorum, &c. Cætera deſiderantur de manu Auctoris.*

In oppido hoc nobili cœnobium eſt Minorum Obſervantium, ex quo aliquot viri doctrina clariſſimi, inter quos facile annumerare poſſumus Fr. Aloyſium de Hippolytis, qui monaſterium ipſum nobili locupletavit Bibliotheca. Sed ad Epiſcopum Benevenutum redeamus, qui diu hanc Eccleſiam optimè adminiſtravit ubi diem ſuum obiit, annus tamen & dies ignorantur.

5 PETRUS (1) Epiſcopus Caputaquenſis ac Regni Siciliæ Cancellarius obiit ſub Honorio IV. V.
anno 1286. de quo in regeſt. Vat. ejuſdem Pontificis.

6 GIBERTUS ex Epiſcopo Agrigentino à Capitulo poſtulatus confirmatur ab Honorio IV. anno 1286. 10. Kal. Septembris ep. 119. fol. 6. regeſt. Vat. Fuit hic Regius Conſiliarius, & Regiæ Curiæ Rationalis anno 1292. ut ex Reg. Neap. Caroli II. Deceſſit circa ann. 1294. & cum quædam ſacra paramenta Eccleſiæ ſuæ legaſset, Joannes ſucceſsor petiit a Rege, ut liberè reſtituantur anno 1295. ut narrat Reg. Regeſt. Giberti ſub nomine Goberti, meminit Rocchus Pyrrhus notitia 3. Agrigentinæ Eccleſiæ, ſed perperam refert illum obiiſse menſe Junio 1284. cum luce clarius pateat ex Reg. Vatic. anno 1286. ad Caputaquenſem hanc ſedem tranſlatum ſuiſse, in eaque extrema clauſiſse an. 1294. VI.

7 JOANNES ſucceſſit Giberto anno 1294. vixit VII.
in hac dignitate decem, & ſeptem annos, cui morbo incurabili correpto Clemens V. coadjutorem attribuendum adjudicavit, ſcripſitque Neapolitano Archiepiſcopo, deditque in mandatis, ut virum prudentem eidem daret coadjutorem. Scripta eſt epiſt. in Reg. Vat. nu. 815. fol. 202. Pontif. Clementis, 6. Id. Aug. ſed dum hæc agerentur, Joannes morbo gravatus è vivis deceſſit circa ann. ſequentem 1312.

8 PHILIPPUS demortuo Joanne à Capitulari VIII.
Senatu eligitur; confirmationem obtinuit ab eodem Clemente V. an. 1312. Nonis Julii ex Reg. Vat. ep. 721. fol. 149. ann. 7. Pontificatus ejuſdem. Mortis ejus dies, & annus ignorantur.



(1) Hic erat Caputaquenſis Epiſcopus an. 1175. quo Eccleſiam S. Marię Majoris de Diano ditavit indulgentiis. *Volpius.*

IX 9 JOANNES (1) florebat an. 1321. apud regeſt. Reg. Neap. nulla tamen de eo mentio extat in Reg. Vat. A

X. 10 PHILIPPUS de S. Mango (2) 1336. forte idem cum ſuperiori, de quo in reg. Vatic. Jacet in Metropoli Salernit. ante æneam portam cum hoc epitaphio.

*Hic jacet Dominus Philippus de S. Mango Dei gratia venerabilis Caputaquenſis Epiſcopus, qui obiit anno ab Incarnatione Dom. M.CCCXXXVI menſis Julii iii. Ind. cujus anima per miſericordiam Dei requieſcat in pace. Amèn.*

XI. 11 THOMAS de S. Mango ex Archidiacono eligitur à Capitulo poſt Philippi obitum, confirmatur poſt diutinam vacationem à Benedicto Papa XII. ann. 1340. 3. Id. Junii, Pontif. 7. ita in Regeſt. Vatic. epiſt. 386. Obiit verò anno 1382. Salerni ubi jacet in Metropolitana propè gradus odei, ubi hæc inſcriptio, B

*Hic jacet corpus Reverendiſſ. in Chriſto Patris, ac Domini Domini Thomaſii de S. Mango Dei gratia venerabilis Caputaquenſis Epiſcopi, qui obiit anno ab Incarn. D. MCCCLXXXII. Die xii. menſ. Julii vi. Indict. cujus anima per Dei miſericordiam requieſcat in pace. Amen.*

XII. 12 JACOBUS ſucceſſit Thomæ ad hanc ſedem evectus ab Urbano VI. anno 1386. Sub Bonifacio IX. Majoris Pœnitentiariæ Regens fuit abſente Franciſco tituli s. Suſannæ Presb. Card. Deceſsit ann. 1399. ex lib. Oblig. Prælat.

13 JOANNES BONIFACII de Panella Neapolitanus Duracenſis Archiepiſcopus huc tranſlatus eſt 13. Kalend. Maji anno 1399. Annis fere ſex in hac Eccleſia fuit, tranſlatuſque deinde eſt ad Muranum Epiſcopatum anno 1405. Hic anno 1404. Baſilicæ Vaticanæ nonnulla ſtabilia bona ad ſuam expiandam animam legavit in Carterla, quæ olim fuerant s. Marcelli, cujus dies anniverſarius notatur in veteri Martyrologio ejuſdem Baſilicæ 8. Idus Martii.

(„ *Joannes iſte revera Jacobo non ſucceſſit an. 1399. ſed defuncto Thoma, & ab Urbano VIII. ad hanc ſedem evecto Jacobo, à Clemente VII. vel à Caputaquenſi Capitulo Pſeudopontificis partes ſecuto, Joannes eodem fere tempore intruſus eſt. Extat in archivo S. Mariæ de Laurino documentum, quo Joannes an. 1393. 12 Novembris ratam habet venditionem quamdam Jacobo de Vicariis à presbyteris S. Mariæ de Laurino factam. Illud ſic proloquitur.*

„ Nos Johannes Dei gratia Caputaquenſis Epiſcopus tenore præſentium notum facimus univerſis tam præſentibus, quam futuris, quod adhærens præſentiam noſtram vir egregius D. Jacobus de Vicariis de Venuſio caſtri Montisfortis dominus, humili ſua nobis petitione monſtravit, quod Abbas, & presbyteri capituli, & conventus Eccleſiæ S. Mariæ Majoris de Laurino, vendiderunt, & tradiderunt eidem D. Jacobo, & ſuis hæredibus foreſtum unum ipſius Eccleſiæ in territorio Laurini, ubi dicitur ſadilampo, quod dicitur de Squillanti juxta illud Philippi de Andrea; illud hæredum Maſii de Vincentio; illud dictæ Eccleſiæ pro facienda una cruce de argento pro Eccleſia ſupradicta; ſupplicavitque nobis, quod prædictæ venditioni, & traditioni aſſentire begnigne dignaremur. Cujus ſupplicationibus inclinati, dictæ venditioni, & traditioni de certa noſtra ſcientia aſſentimus, noſtrumque præſtamus beneplacitum, & aſſenſum. In cujus rei teſtimonium, & præfati D. Jacobi, ſuorumque hæredum cautelam præſentes noſtri beneplaciti & aſſenſus literas exhinde fieri mandavimus, noſtri pontificalis ſigilli appenſione, & ſubſcriptione manus propriæ communitas, actas Laurini die duodecimo menſis Novembris primæ indictionis milleſimo trecenteſimo nonageſimo tertio, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri Dom. Clementis divina providentia Papæ VII. anno quinto decimo.

„ † Nos Epiſcopus qui ſupra prædicta fatemur.

„ *Mortuo autem Clemente Joannes Benedicto XIII. adhæſit, ut teſtatur alterum documentum in præfato archivo exiſtens, quo an. 1396. die 20. Aprilis definit Joannes, quod eidem Eccleſiæ S. Mariæ de Laurino jus eſſet pulſare campanas ob divina officia celebranda, antequam à reliquis parochiis pulſarentur, harumque presbyteri ſupplicationibus, quæ ab illa procederent, tenerentur intereſſe:* Datum Laureni anno Domini MCCC. nonageſimo ſexto die penultima menſis Aprilis quartæ indictionis. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini Benedicti Papæ XIII. ejuſdem ſecundo anno. *Ex his clare patet Joannem Caputaquenſem cathedram diu antequam obiret Jacobus, occupaſſe, & ex hoc albo ut pſeudo-Epiſcopum expungendum.* Vulpius.)

14 GUILLELMUS Epiſcopus Muranus Id. Aprilis, & anno 1405. tranſlatus ad hanc Eccleſiam. Obiit anno 1412. à Gregorio XII. exauctoratus, ex lib. Proviſ. Prælat. XIII.

(„ *Unde haurire potuerit Ughellus, quod tranſlato ad Muranam ſedem Joanne, Guillelmus Muranus Epiſcopus ad hanc Eccleſiam tranſlatus fuerit an. 1405. haud ſatis conicio. Nam in archivo S. Mariæ de Laurino viſitur documentum à Guillelmo Caputaquenſi Epiſcopo an. 1400. die 14. Januarii expeditum. E quo pronum eſt colligere, datum fuiſſe Guillelmum an. 1399. à Bonifacio IX. ſucceſſorem defuncto Jacobo, dum adhuc detineret, & diu poſtea detinuerit hanc ſedem intruſus Joannes. Ladiſlao regi in paucis fuit charus Guillelmus; a cujus uxore regina Maria Bitunti Gubernator electus eſt. Hinc tale principium legitur documenti cujuſdam apud Franciſcum Lombardum in hiſt. Melphiten. p. 69.* C

„ Anno ab Incarnatione D. N. J. C. 1407. regnante ſereniſs. D. Ladiſlao Dei gratia rege &c. regnorum ejus ann. XXI. feliciter amen. menſe Auguſti, die 6. ejuſdem XV. ind. Botonti. Ego judex Petrus Paſcalis de Melphicta, civis Juvenatii, Locumtenens & Vicarius D. Guglielmi Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Caputaquenſis Epiſcopi, Reginalis Gubernatoris, & Rectoris dictæ civitatis Botonti. Præſentes noſtræ ſcriptæ ſententiæ &c. *Cum autem deinde inter Gregorium XII. & Ladiſlaum diſſidia, bellumque eſſent exorta, & Guillelmus à Ladiſlao ſteterit, Gregorius illum in ordinem redegit.* Vulpius.) D

15 JACOBO (3) electo Caputaquen. indulget Gregor. XII. ut conſecrationis munus ſuſcipiat, anno 1410. ex cod. lib.

16 BALTHASSAR de Judice Canonicus Roſſanenſis ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt per obitum Guillelmi a Joanne XXIII. Papa anno 1412. 17. *a* Aprilis. Mortem obiit ſub Martino V. XIV

*a* 16. Auguſti ex Actis.

17 JO-

(1) Hunc Joannem, de quo nulla alia mentio habetur præterquam in regeſto regio Neapolitano ab Ughello citato, eundem eſſe opinatur Vulpius ac Joannem ſupra num. 7. memoratum: & annum 1321. regeſti Neapolitani fortaſſe corruptum, reſtituendumque 1312. & conſequenter unicum tantum per hæc tempora floruiſſe Philippum Caputaquenſem Epiſcopum, quem in duos mediante altero Joanne ſecuit Ughellus. Ex accurata regeſti Neapolitani inſpectione res dubio procul incláreſcet: interim in ancipiti nihil innovandum.

(2) Philippi mentio habetur in quadam ejus donatione anni 1321. 23. Decembris à Vulpio citata.

(3) Hic Jacobus à Gregorio XII. electus, cum jam ab Apoſtolica ſede deturbatus fuerat, inter ſchiſmaticos adnumerandus: unde ſequens Balthaſſar à Joanne XXIII. legitimo Pontifice non Jacobo, ſed Guillelmo jam defuncto datus dicitur ſucceſſor. *Vulpius.*




XV. 17 JOANNES, ſeu JOANNELLUS dictus Panella Caracciolus, Neapolitanus, electus à Martino V. antequam hujus Eccleſiæ habenas ſuſciperet, ab eodem translatus eſt ad Anglonenſem Eccleſiam anno 1418. 4. Non. Martii. Tamen illum invenio ſub titulo Caputaquenſis Epiſcopi, & Papæ Cubicularii anno 1422. in inſtrumento tabularii Xenodochii S. Mariæ Novæ de Florentia.

XVI. 18 THOMAS de Beringariis, Canonicus Cameracenſis, Papæ Capellanus, & cauſarum Apoſtolici Palatii Auditor, eligitur in locum translati Joannelli 7. Idus Maji an. 1418. Deceſſit autem an. 1423. *a*

*a* 1422.

XVII. 19 BERARDUS Caracciolus, Neapolitanus, electus eſt Epiſcopus die 27. Febr. anno 1423. poſt duos annos factus eſt Archiepiſcopus Cuſentinus. („ *Berardus ſeù melius Bernardus Caracciolus Piſquitius, Neapolitanus Patritius, decretorum doctor, ad hoc regimen vocatur 15. Kalend. Januarii 1522. ut ex decreto Conſiſt. commendatum habemus: cum Archiepiſcopo Cuſentino commutavit 3. Nonas Augusti 1425: ut ex iiſdem Actis.* Lucentius.)



XVIII 20 FRANCISCUS de Thomacellis, Neapolitanus, Archiepiſcopus Cuſentinus, ad hanc Eccleſiam translatus die 3. *b* Septemb. 1425. Jacet ſepultus in Eccleſia Collegiata S. Mariæ Laurinæ.

*b* 3. Nonas Augusti. ex Actis.

XIX. 21 BARTHOLOMÆUS, Epiſcopus Cavallicenſis huc translatus eſt ab Eugenio IV. die 25. Septemb. anno 1439. ut in Actis Conſiſt. Obiit anno 1441. ex Actis Conſiſt.

XX 22 MASSELLUS Mirtus, Abbas S. Joannis de Piro Ord. S. Benedicti, defuncto Bartholomæo Epiſcopus delectus eſt anno 1441. 15. Kalend. Martii, ex Actis Conſiſt. Obiit 1462.

XXI. 23 FRANCISCUS de Comite, Subdiaconus, & Notarius Apoſtolicus, electus eſt Epiſcopus Caputaquenſis per obitum Maſſelli à Pio II. anno 1462. ex lib. Prov. Prælat. fol. 252. („ *Vivebat Franciſcus adhuc an. 1471. ut colligitur ex archivi Epiſcopalis monumentis.* Vulpius.)

24 FRANCISCUS Bertinus, Lucenſis, vir prudentia, & in explicandis negotiis clarus, Ferdinando Neapol. Regio charus, cujus intuitu Epiſcopatu Adrienſi donatus. *(1)* inde ad Caputaquenſem translatus, ad Burgundiæ Ducem functus eſt legatione. Obiit anno 1476. Hujus cum laude meminit Card. Papienſis in epiſtolis. XXII.

25 AUXIUS de Podio *c* Card. Archiepiſcopus Montis Regalis fuit Caputaquenſis Eccleſiæ commendatarius anno 1476. uſque ad annum 1483. quo ex hac vita diſceſſit. XXIII


*c* De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 43.

26 LUDOUICUS Podocatharus, *d* Græcus, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt 18. Kal. Dec. 1483 Innocentii VIII. Medicus, ob eximias animi dotes Card. creatur ab Alexandro VI. vulgo Caputaquenſis dictus, translatus ad Beneventanam Eccleſiam anno 1504. *e* de quo ibi. XXIV

*d* De eo citatus Ciaconius tom. 3. col. 697.
*e* 1503. 10. Januarii.

27 ALOYSIUS Card. de Aragonia *f* hanc habuit commendatam Eccleſiam anno 1504. *g* die 8. Januarii, quam dimiſit anno 1514. XXV

*f* De quo idem Ciaconius to. 3. col. 187.
*g* 1503. 10. Jan.



28 VINCENTIUS de Galeotis, Patritius Neapolitanus, Epiſcop. Squillacenſis huc translatus die 22. Martii 1514. ſedit ann. octo, ac liberè ceſſit anno 1522. Vicarium generalem habuit Euſebium Epiſcopum Capriarum. De Galeota familia legendus Ælius Marcheſius, qui ex Conſtantio lib. 3. Neapol. hiſt. narrat ex hac gente floruiſſe Jacobum Archiepiſcopum Barenſem, quem Rex Carolus conficiendo matrimonio inter Carolum Martellum & Rodulphi Romanorum Imperatoris filiam legatum adhibuit. Sed Jacobum illum inter Barenſes Archipræſules haud reperimus, in catalogo ejus urbis Archipræſulum, neque in Vatic. regeſt. Fortaſſis dignitate alia inſignitus fuit Jacobus. XXVI

29 LAURENTIUS Cardinalis Puccius *h* commendatarius hujus Eccleſiæ electus die 10. Septembris 1522. eam reſignavit ad favorem ſequentis cum regreſſu. XXVII.

*h* De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 317.

30 THOMAS Epiſcopus Triventinus Caputaquen. obtinuit ſacerdotium cum retentione prioris Eccleſiæ die *i* 24. Aprilis 1523. quam cum penè octo adminiſtraſſet annos, liberè eam dimiſit anno 1531. XXVIII.

*i* Die 17. Junii.

31 HENRICUS Loffredus, Neapolitanus, claræ nobilitatis juvenis, Caputaquenſis Eccleſiæ adminiſtrator adlectus eſt à Clemente VII. Pontifice anno 1531. die 18 Decembris, quam deindè cum ad ætatem perveniſſet, in titulum accepit. Ejus aliquando generalis vicarius fuit Albericus Jaquinrus Epiſcopus Theleſinus. Sub Paulo III. Concilio Tridentino interfuit, in quo mortalitatem explevit anno 1547. Corpus ejus Neapolim delatum XXIX

(1) Hunc antea Adrienſem fuiſſe Epiſcopum ſcribit Ughellus. Sed nec in Adrienſibus, nec alibi Italicarum ſedium de eo occurrit memoria. *Lucentius.*

*modi reſpectivè perpetuo diſmembramus, abdicamus, & ſeparamus, civitatemque, diſtrictum, & territorium bujuſmodi una cum omnibus, & ſingulis illarum caſtris, villis, & locis, necnon Clero, populo, perſonis Eccleſiaſticis, monaſteriis, & piis locis, ac beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura ſæcularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus ab omni juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio, ejuſque Vicariorum, & officialium, ac ſolutione, quorumcunque jurium ſibi ratione juriſdictionis, & ſuperioritatis bujuſmodi quomodolibet debitorum, ſalva tamen viſitatione, & recognitione Metropolit. penitus eximimus, & totaliter liberamus, ac eidem Eccleſiæ erectæ oppidum ſic in civitatem erectum per civitatem, & diſtrictum, & territorium bujuſmodi cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis pro illius diſtrictu, & diœceſi, & territorio, & in ſpiritualibus, & temporalibus ſicut ad dictum Archiepiſcopum pertinebat, necnon Eccleſiaſticas, & religioſas pro Clero, ac ſæculares perſonas inibi habitantes pro populo concedimus, & aſſignamus, necnon populum, & Clerum civitatis Campan. bujuſmodi terræ, & juriſdictioni Epiſcopi Campanien. exiſtentis quoad legem diœceſanam, & juriſdictionem perpetuo ſubjicimus, ita ut Epiſcopus Campanien. pro tempore exiſtens, in illos juriſdictionem, auctoritatem, & poteſtatem liberè exercere, ac ex omnibus juribus inibi pro tempore etiam provenientibus, præterquam ex auro, argento & aliis metallis, gemmis, & lapidibus pretioſis, quam quoad hoc omninò liberam eſſe decernimus, decimas, & primitias de jure debitas, & alia jura Epiſcopalia, prout cæteri Epiſcopi Regnicolæ in ſuis civitatibus, & diœceſi de jure, vel conſuetudine exigunt, & percipiunt, exigere, & percipere liberè & licitè valeat perpetuo ſubjicimus, necnon domum, & vineam aſſignandas, cum aſſignatæ fuerint, ut præfertur, fructuſque ſuppreſſ. & Præpoſituræ bujuſmodi Epiſcopali pro ejus dote, & quarta defunctorum, & quarta decimæ nuncupata bujuſmodi, quorum inſimul quinquaginta trium Capitulari Campanien. ac in recompenſam, & permutationem jurium Archiepiſcopi bujuſmodi de la Jujuba, & de Arbuſtella poſſeſſiones, necnon quæ ſine cura eſt, & quarum etiam ſimul ſexaginta ducatorum auri de Camera fructus, redditus, & proventus ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt: Rectoriam prædictam, ſive præmiſſis, ſive aliis quibuſcunque modis, aut ex aliorum quorumcunque perſonis ſemper ſimiles reſignationes dicti Lucæ, aut quorumvis aliorum de eiſdem poſſeſſionibus in titulum beneficii aſſignari ſolitis, & Rectoria in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factas vacent, etiamſi tanto tempore quod eorum collatio juxta Lateranen. ſtatuta ad Sedem Apoſtolicam legitimè devoluta, ipſæque in titulum beneficii aſſignari ſolitum, & Rectoria diſpenſationi Apoſtolicæ ſpecialiter, vel aliàs generaliter reſervata exiſtant, & ſuper eis interim aliqualis, cujus ſtatum præſentibus volumus pro expreſſo pendeat indeciſa, dummodò eorum diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, Archiepiſcopali Salernit. menſæ auctoritate, & tenore ſupraſcriptis perpetuò applicamus, ac appropriamus, ac unimus, annectimus, & incorporamus cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ita quod liceat præd. Federico, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Salernit. corporalem poſſeſſionem de la Jujuba, & de Arbuſtella poſſeſſionem Rectoriæ, necnon Epiſcopo Campan. ſimiliter pro tempore exiſtenti domus, & vineæ, & præfati Capituli poſſeſſionem, & bonorum eorum menſæ bujuſmodi applicatorum, juriumque & pertinentiarum præſcriptorum per ſe, vel alium, vel alios propria auctoritate apprehendere, & perpetuo detinere, illorumque, necnon ipſi Epiſcopo ſuppreſſæ Præpoſituræ bujuſmodi fructus, redditus, & proventus percipere, & illos in ſuam, & menſarum earundem reſpectivè uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia ſuper hoc minimè requiſita, & nihilominus erectæ Eccleſiæ, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Campanien. ac Capitulo, Clero, & civitati*

A *Campan. illorumque incolis, & habitatoribus bujuſmodi, quod omnibus, & ſingulis, quibus aliæ Cathedrales Eccleſiæ, & illarum Epiſcopi, necnon Capitula, aliæque civitates, diœceſes, & illarum Clerus, incolæ, & habitatores in genere utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quęlibet in futurum, necnon erecta Eccleſia, & illius Capitulum bujuſmodi, ac ſingulares perſonæ pro tempore exiſtentes, & Capitulum prædictum, quibus ante bujuſmodi erectionem de jure, vel conſuetudine, tam Apoſtolicis conceſſionibus, quam aliis utebantur, & gaudebant, ac in poſterum quomodolibet uti, potiri, & gaudere poterant privilegiis, & exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, favoribus, & indultis uti, potiri, & gaudere valeant indulgemus: & inſuper ut ſtatus perpetuarum Satrianen. & Campanien. Eccleſiarum ſalubrius reflorere, & illæ ſub unius Præſulis cura, & regmine reductæ facilioribus incrementis proficere valeant, Satrianen. cujus ac prędictarum Archiepiſcopalis, & Epiſcopalis menſarum fructus, redditus, & proventus præſentibus habere volumus pro expreſſis, necnon ab ejus primæva erectione bujuſmodi apud ſedem præfatam vacantem, &* B *de cujus etiam proviſione nullus præter nos hac vice ſe intromittere potuit, ſive poteſt, eiſdem reſervatione, & decreto obſiſtentibus Campan. Eccleſias pręd. cum omnibus jurib. & pertinentiis ſuis, ſive tam pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Conſanen. dictæ Eccleſiæ Satrianen. Metropolitan. præjudicio favore de ſimili conſilio dicta auctoritate perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod præd. Cherubinus, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Satrianen. utriuſque ipſarum Satrianen. & Campan. Eccleſiarum Epiſcopus, ſit & eſſe cenſeatur, liceatque ſibi per ſe, vel alium, ſive alios dictæ Eccleſiæ Campan. & illius civitatis, & diœceſis, necnon regiminis, & adminiſtrationis, ac bonorum poſſeſſionem, ſeu quaſi propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, & illi præeſſe, illiuſque menſæ Capitularis præd. fructus, redditus, & proventus, jura,* C *obventiones, & alia quæcunque ad illam pertinentia percipere, & habere, ac in ſuos, & earundem Satrianen. & Campan. Eccleſiarum uſus, & utilitates convertere cujuſvis licentia etiam ſuper hoc minime requiſita. Non obſtantibus priori voluntate noſtra præd. ac fel. recor. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon Satrianen. & ſic erectæ B. Mariæ Eccleſiarum prædictarum juramento, confirmatione, Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque, indultis dilectis filiis Capitulo Salernitano conceſſis, quibus caveri dicitur expreſſe, quod Archiepiſcopus Salernitan. pro tempore exiſtens aliqua bona ad dictam menſam Archiepiſcopalem pertinentia, niſi de expreſſo ipſorum Capituli Salernitan. conſenſu locare, permutare, aut alienare non poſſit, quibus illorum veriores tenores pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, gratiis quibuſcunque, aut ſi* D *aliquis ſuper proviſionibus ſibi facien. de bujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſt. in illis partibus ſpeciales, vel generales d. Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad ſubjectionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem litteras, & proceſſus habitos per eandem, & deinde ſecuta, quæcunque ad Rectoriam, necnon* de la Jujuba, *&* de Arbuſtella *poſſeſſiones præd. volumus non extendi, ſed hoc nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generale quibuslibet aliis privilegiis, Indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque exiſtant per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, proviſo quod per unionem, & annexionem, & incorporationem præfatarum Rectoriæ de la Jujuba,*

A *& Arbuſtella poſſeſſiones præfatæ debitis non defraudentur obſequiis, ſed earum congrua ſupportentur onera conſueta, & inſuper quoad unionem, annexionem, & incorporationem Rectoriæ de la Jujuba, & Arbuſtella poſſeſſionem hujuſmodi, prout eſt irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper iis nequaquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, aut in poſterum contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, erectionis, creationis, inſtitutionis, ſuppreſſionis, extractionis, diſmembrationis, abdicationis, ſeparationis, exemptionis, ſubſtitutionis, liberationis, aſſignationis, ſubjectionis, applicationis, appropriationis, indulti, unionis, annexionis, incorporationis, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, ann. Incarn. Dominicæ 1525. 13. Kal. Julii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.* B




I. C 1 CHERUBINUS Cajetanus de Cajeta Epiſcopus antea Satrianenſis primus fuit Campanienſis Eccleſię Pręſul inſtitutus die 19. Junii an. 1525. dictuſque eſt Campanienſis. & Satrianenſis Epiſcopus, qui cum perbellè has ſimul junctas Eccleſias per annos decem & novem rexiſſet ſub Paulo III. diem clauſit extremum anno 1544.

II. 2 CAMILLUS Mentuatus Placentinus, vir doctus, & in rebus agendis diù expertus Campanienſis, & Satrianenſis Epiſcopus declaratus eſt die 14. Novemb. 1544. Bononiæ Prolegatus fuit, aliiſque functus in Eccleſiaſtica ditione muneribus, mortem obiit 1560.



III. 3 Fr. MARCUS Laureus Tropejenſis Ordinis Prædicatorum Theologica facultate vir eximius, harum Eccleſiarum evaſit Epiſcopus die 26. Januarii 1560. claruitque in Concilio Tridentino inter Patres doctiſſimos adnumeratus, quorum doctrinam magni fecit ſacra Synodus, deceſſit ſub Pio V. anno 1571. („ *Hic Epiſcopus qua gente fuerit, dixiſſe ſit ſatis, germanus frater fuit, & major natu magni illius S. R. E. Cardinalis Vincentii Laurei Epiſcopi Montis Regalis in Subalpinis, de quo tom. 4. in ſerie illius Eccleſ. Præſulum fol. 1093. Ob pietatem æque, ac omnigenam ſcientiam in ſuo D. Dominici inſtituto poſt omnes cathedræ debitos honores, non modò Conſentiæ Priorem, ſed Calabriæ Provincialem egit. Domum ſuo Ordini in oppido Ciriſalchi in eadem Provincia aperuit. Harum Antiſtes Eccleſiarum renunciatus omnibus illis ornatus dotibus effulſit, quas in Epiſcopo Doctor Gentium recenſuit. In Sacra Tridentina Synodo, non modò ſuæ Dominicanæ familiæ ſplendorem, ſed univerſæ Eccleſiæ addidit utilitatem, doctrinæ robore, chriſtiana libertate, Sacerdotali pectore pro Petri Cathedra, cleri diſciplina, fidei puritate adverſus omnes Antagoniſtas ſtrenuus ſemper Athleta decertans. Ejuſdem Sacroſancti Conſeſſus fuit aliquando Secretarius, & magnus in illo etiam Reſpondens fuit ſtupeſcente hæreſum hydra à Marco Laureo ſua fortiſſima argumenta pari velocitate, ac facilitate retundi. Oravit etiam in V. Seſſione Summo Patrum plauſu, apud quos ſemper magno loco fuit. Demum meritorum, non dierum plenus ſub S. Pio V. cujus gratiam non uno ſibi titulo promeruerat, mortalitatis ſarcinam depoſuit.*)



4 HIERONYMUS Scarampus Caſalenſis ex Dominis Cairi Jo. Bartholomæi, & Mariæ Cavaciæ de Salutiis filius. J. V. D. Præpoſitus Carmagniolæ, & generalis Vicarius Taurinenſis Archiepiſcopi, poſt Marci obitum electus eſt die 16. Julii 1571. poſſeſſionem adipiſcitur 18. Auguſti, mortalitatem explevit anno 1584. ex qua familia Antonius Epiſcopus Nolanus, Lazarus Comenſis, Henricus Aquenſis, Rolandus Patriarcha Conſtantinopolitanus, aliique Præſules viri illuſtres fuere, de quibus alibi. IV.

5 FLAMINIUS Roverella *a* Ferrarienſis Cæſenæ natus, nobilitate generis, ac virtute clarus, harum Eccleſiarum adlectus eſt Epiſcopus die 28. Martii 1584. ſeptem omnino annos cum laude prudentiæ præfuit, tædioque affectus nuncium remiſit anno 1591. obiitque Gubrivoli propè Cæſenam in Flaminia, ubi jacet. V. D

*a* De eo Libanorius in Ferraria aurea. Mand.

6 JULIUS CÆSAR Guarnerius nobilis Campanienſis ex Archidiacono patrię factus eſt Epiſcopus die 19. Julii 1591. ſedit ſumma cum ſui nominis laude ann. 16. defunctuſque eſt anno 1607. & in Cathedrali humatus. Hic memoriæ cauſa Aloyſio Guarnerio nepoti ſuo Romę defuncto cęnotaphium poſuit in Eccleſia ſancti Clementis. VI.

*Aloyſio Guarnerio Jacobi Ant. F. Vincentii*
*Card. Montis Regal. ex ſorore nepoti, optim.*
*ſpei adoleſcenti Julius Cæſar Guarnerius*
*Epiſc. Campanien. Patruus mœrens PP.*
*Obiit iii. Id. Junii an. ſal. MDXCV.*
*ætatis xix.*

7 BARZELLINUS de Barzellinis Cæſenas, utriuſque Signaturæ Referendarius, olim Vica- VII.

rius Senenſis Archiepiſcopi ex Abbate ſanctæ Barbaræ Mantuæ præficitur in Epiſcopum à Paulo. V. an. 1607. die 14. Maii. Quatuor ſupra decem annos Epiſcopale onus eximie ſuſtinuit, moriturque ſeptuagenario maior anno 1618. iacet in Cathedrali.

VIII. 8 ALEXANDER Scappius Patritius Bononienſis, Marii Senatoris filius, Juriſprudentiæ inſignis doctor electus Epiſc. die 12. Febr. 1618. Barzellino ſucceſſit: munus conſecrationis accepit in Eccleſia S. Spiritus in Saxia per manus Roberti Cardinalis Ubaldini, aſſiſtentibus Franciſco Sacrato Archiep. Damaſc. Torniolo Epiſc. Tiphernate. Præfuit annis octo, translatuſque eſt ad Eccleſiam Placentinam anno 1628. *a* de quo ibi.

*a* 1619. 19. Maii.

IX. 9 Fr. CONSTANTINUS Teſtius *b* nobilis Mutinenſis Ord. Prædicatorum vir doctus, necnon verbi Dei Concionator non incultus, cum eſſet Commiſſarius S. Officii Romæ, ab Urbano VIII. Pontifice delectus eſt harum Eccleſiarum Epiſcopus die 24. Januar. 1628. quo Præſule Patres Diſtrictioris Obſervantiæ in civitate recipiuntur. Vixit in hac dignitate omnibus charus: (moribus enim egregiis ornatus erat) annis novem; mortalitatem explevit in oppido Frattæ Satrianenſis diœceſis anno 1637. ſepultus ibidem in Eccleſia S. Angeli, ubi legentibus proſtat epitaphium.

*b* De eo Libanotius in Ferraria aurea. Erat Conſtantinus germanus frater eximii poetæ Fulvii Teſtæ. *Mandoſ.*

X. 10 ALEXANDER Liparolus Neapolitanus Epiſcopus Guardienſis huc translatus ann. 1637. die 12. *c* Decembr. fato functus eſt anno 1644. poſt cujus obitum Urbanus VIII. harum Eccleſiarum Epiſcopum deſignavit amicum noſtrum ſemper memorabilem Gaſparem de Simeonibus Aquilanum, virum eloquentem, atque omni eruditionis, & doctrinæ genere inſtructum, cujus laudes, ac edita ejus ingenii monumenta præclare exaltat more ſuo eruditiſſ. Leo Allatius lib. de viris Illuſtr. Cæterum defuncto Urbano, antequam Gaſpar munere conſecrationis inſigniretur, à ſucceſſore Innocentio X. ad aulam vocatus, & à ſecretis brevium Principum præfectus renunciatus, deſtinatum Campanienſe Sacerdotium libere ceſſit, paucoſque poſt annos florente adhuc ætate ereptus in Divi Anaſtaſii templo ad Trivium tumulum accepit.

*c* Die 14. Decemb.



XI. 11 FRANCISCUS Carduccius priſca apud Florentinos nobilitate clarus, Romæ natus, ab Innocentio X. anno 1644. die 12. Decemb. Epiſcopus pronunciatus eſt, ac deinde ad Sulmonenſem Eccleſiam translatus ann. 1649. Mortem obiit Romæ hoc ipſo ann. 1654. die . . Novembris; jacet in Eccleſia S. Blaſii vulgo *de pagnotta*, in patrium majorum ſepulchrum transferendus in Eccleſia S. Hieronymi de Charitate.

XII. 12 Fr. JOSEPH Avila *d* Romanus Ord. Prædicatorum Cardinalis Cecchini ex ſorore nepos, ſucceſſit, Carduccio die 22. *e* Apr. 1649. an. Obiit ex contagioſa lue die 24. Sep. 1656. jacet in Cathedrali.

*d* De eo Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 2. p. 132. *e* Die 12. Aprilis.

(„ *Fuit hic Epiſcopus alumnus conventus ſui ordinis Divæ Mariæ ſuper Minervam, clarus Theologus, orator eximius, poſt P. Joſephum Mariam Ciantes Concionatoris munus ad Hæbræos ſumma cum laude, & Catholicæ fidei utilitate exercuit. Neapolitani Regni Provincialis fuit, ſuorum Religioſorum amorem ſibi ſuis emendatiſſimis moribus conciliavit. Epiſcopus renunciatus nihil habuit antiquius Cleri reformatione, plebis ſanctificatione; graſſante lue animam pro ſibi commiſſo populo juxta præceptum dominicum poſuit, non ſolum ab illo quamvis morbido numquam ſuos paternos avertens oculos, ſed illi propriis manibus Angelorum panem diſpenſans.*)



13 JOANNES Caramuel LobKouvitz *f* Hiſpanus Matriti nobili genere natus, rebus humanis vix à limine ſalutatis Ordini Ciſtercienſi nomen dedit, & nuncupatis votis ejuſdem in regali monaſterio de Spina Palentinæ diœceſis ſub Laurentio Cueto religioſiſſimo Abbate, & docto Magiſtro crevit: adauctus deinde nobilioribus diſciplinis in D. Bernardi Complutenſi Collegio, Theologus, Philoſophus, Mathematicus, & verbi Dei declamator illuſtris evaſit, quibus decoribus addidit Minervæ ſapientiæ ornamenta litterarum non modo Latii, ſed Hebraicæ, aliarumque linguarum peritiſſimus, æque nobilis Poeta, atque oratoria laude clarus; ingenii ſui vigore maximo ingenia omnia ſubvertit, claruſque inter huius ævi celebres viros habetur, & avitam familiæ, & Ordinis ſui nobilitatem illuſtravit. Igitur Caramuel ob argumenta, & erudita cum ſoliditate libros, quos edidit, multos, vaſti ingenii nomen adeptus eſt. Ex Hiſpania Belgium profectus Dunenſe cœnobium Ciſtercienſe aliquando incoluit, & ſacræ Theologiæ lauream accepit in Lovanienſium univerſitate, mox Melroſenſis in Scotia Abbas renunciatus; tum per Angliam, Scotiam, & Hyberniam Progeneralis inſtitutus eſt ab Abbate Ciſtercii Ordinis Generale: nec multo poſt s. Diſibodi, vulgo Diſſimbergenſis in Palatinatu inferiori Abbas adlectus, ſuffraganeus Moguntini Archiepiſcopi, reducendis in ea provincia ad orthodoxam fidem aberrantibus ovibus omnes nervos contendit, ac propemodum innumeras ad paſcua ſalutis adduxit: cuius prudentia, doctrina, intrepidiſque negotiis uti ſoliti erant Auſtriaci Principes, ac præcipue Ferdinandus III. Imperator, apud quem Pragæ reſidens, Regis Hiſpaniarum agens erat; is non modo Caramuelem Monſſeratenſi Pragę Benedictini Inſtituti celebri Abbatia locupletavit, ſed etiam Roſonenſium, & Reginohratzenſium in Bohemia Epiſcopum deſignavit, quibus titulis in tota Pragenſi diœceſi Vicariam operam præſtitit Erneſto Adalberto Card. ab Arac Pragenſi Archiepiſcopo. Cæterum Caramuel Italiam luſtrandi præclaram occaſionem nactus, Romam conceſſit, ut ſibi liceret Alexandri VII. nuper à Deo Chriſtiano orbi dati Pontificis faſces adorare, cuius pedibus provolutus, ab humaniſſimo Apoſtolico benigne acceptus, qui probe hominem noverat, dum Coloniæ ſanctæ Sedis Nuncius ageret, & Caramuelis præclaræ admodum probarentur virtutes illum Campanienſem, & Satrianenſem Epiſcopum creavit hoc ipſo anno 1657. die 4. Julii, inauguratus deinde in Eccleſia S. Ambroſii a Franciſco Maria Brancaccio doctiſſimo Cardinali, a c Viterbienſi Epiſcopo, aſſiſtentibus N. . . . & Joſepho Ciantes Marſicenſi Epiſcopis, præſagientibus cunctis illum Campanienſis Eccleſiæ futurum decus, & ornamentum; de cuius ego amicitia ob præclaram XIII.

*f* De eo Craſſus in elogiis par. 2. p. 356. ex Bibliotheca Hiſpana p. 501. *Mandoſ.*

eius

ejus doctrinam, & morum affabilitatem ſummopere glorior, quem aliquando in cætu doctiſſimorum hominum ſubtilia argumenta verſare, atque de quacumque re, ita ſolidè, eruditè, ac lepidè omnia ſolvere, ut vix credi poſſit affabilem virum florenti adhuc ætate, tantos reconditioris doctrinæ, eruditioniſque è memoriæ ſuæ penu, fontes tam largiter potuiſſe profundere. Nil mirum igitur ſi ab hujus ſæculi claris hominibus laudes cum benevolentia tulerit potiores. Sat erit hic unum addere teſtimonium, quod eidem perhibet clariſſ. Erycius Puteanus, in cenſura ipſius, de jure Regis Hiſpaniæ in Regnum Luſitaniæ, habet librum hunc conſcriptum eſſe *à viro, ſi ingenium, doctrinam, eloquentiam ſpectes, magno, eximio, ac plane divino*. Porrò plura & egregia volumina ſcripſit Caramuel, quorum indicem ipſe in recentione operum ſuorum conſcripſit, quæ etiam recenſet doctus, & eruditus amicus noſter Carolus de Viſch Prior cœnobii S. Mariæ de Dunis in ſua Bibliotheca ſcriptorum ſacri Ord. Ciſtercienſis. Noviſſimè idem Caramuel Romæ evulgavit catalogum operum, quæ ſunt typis mandata. *Sunt*, inquit, *aliqua alieno nomine impreſſa, voluit enim Caramuel amicorum auctoritatem promovere; etiam illis aliquos libellos adoptando: quos ex ſtylo, & argumento poterit internoſcere Criticus, etſi in hoc indice non exprimantur. Scripſit etiam varias nomine amicorum epiſtolas, & carmina, quæ in libris illorum leguntur. Parat novam operum ſuorum editionem, in qua omnia typis edita, & etiam manuſcripta recurrent; interim, ut poſſint curioſi ſcire, quinam ejuſdem libri impreſſi ſint, & ubi reperiri debeant, hanc paginam edi permittit*.

Libri Hiſpanici. Pſalmos confeſſionales in 12. *Bruxellis*. Declaracion Myſtica de las armas de Eſpana *Bruxellis in folio*. Reſpueſta al manifeſto del Regno de Portugal. *Antuerpiæ in* 4. Libri Latini. Steganographia *in* 4. *Bruxellis*. Philippus Prudens. *in fol. Antuerpiæ*. Matheſis Audax. *Lovanii in* 4. *& iterum Lovanii in* 4. Sublimium ingeniorum Crux. *Lovanii in* 4. *& iterum Lovanii in* 4. De novem ſyderibus circa Jovem viſis. *Lovanii in* 12. Scholion elimatum ad Regulam D. Benedicti dilucidans librum s. Bernardi de præcepto, & diſpenſatione. *Lovanii in* 4. *& Francofurti etiam in* 4. Perpendiculorum inconſtanria. *Lovanii in* 12 Solis & Artis adulteria. *Lovanii in fol.* Theologia moralis. *Lovanii in fol.* Theologia Regularis in ſancti Benedicti, Auguſtini, Franciſci, &c. Regulas commentarios complectens. *Brugis in fol. Francofurti in* 4. *Venetiis in* 4. Theologia fundamentalis. *Francofurti in* 4. Theologia Rationalis. Hujus partes ſunt Logica vocalis, ſcripta, mentalis, recta, obliqua: & Herculis Logici labores tres, *Francofurti in fol.* Metalogica. *Francofurti in fol.* Excellentiſſima domus de Mello, *Lovanii in magno fol. cum laminis æneis*. Philoſophia. *Lovanii in fol* Severa argumentandi methodus, *Duaci in* 4. *Lovanii in folio, & Francofurti in fol.* Joannes Bragantinus. Illum Reverendiſs. D. Leander ex reſponſione ad Luſitanos Hiſpanè à Caramuele ſcripta, &c. concinnavit, *in* 4. *Lovanii*. Sac. Rom. Imperii Pax, *Francofurti in* 4. *& Viennę in Auſtria in fol.* Motivum juris. *Antuerpiæ in* 4. Muſæum mortis *Bruxellis in* 4 Bernardus Triumphans. *Lovanii in* 4. Cabalæ ſpecimen; rejectis Rabbinorum, & Maſſaretharum vanitatibus, & ſuperſtitionibus ea quæ natura, aut arte ſubſiſtere poſſunt oſtendit, *Bruxellis in* 12. De Muſica, *Viennæ in* 4. De gratia, & libero Arbitrio. *in fol. Lovanii*. Hiſtoria Politica, & Scholaſtica V. P. Dominici à Jeſu Maria. *Viennæ in fol.* Hierarchia Eccleſiaſtica, *Pragæ in fol.* Encyclopædia Concionatoria, *Pragæ in* 4. Maria liber, *Pragæ in* 4. Boetius, *Pragæ in* 4. Vivit Præſul digniſſimus, cui Neſtoreos annos precamur à Deo Opt. Max. cujus futura egregia facta cumulatiora fœcundiores aliorum calami enarrabunt.

*A D D I T I O.*

(,, *Denique cum libere huic regimini reſignaſſet*
,, *Caramuel, poſtulante Catholico Rege ad Viglebanenſem tranſiit 25. Septemb. 1673. de quo in to-*
,, *mo IV. hujus operis*.

,, *Fr. DOMINICUS Tafurus, Neapolitanus, Or-* XIV.
,, *dinis SS. Trinitatis Redempt. Captivorum nobilis*
,, *Theologus, quem ſpectatum in multiplici ſui ordi-*
,, *nis gradu, ex eo Procuratoris generalis in Romana*
,, *curia ad has infulas aſſumpſit Clemens X. 25. Se-*
,, *ptemb. 1673. Fama virtutum clarens abiit ad ſu-*
,, *peros menſe Novembri 1679. in oppido S. Angeli*
,, *defunctus*.

,, *HIERONYMUS è nobiliſſ. Prignana gente Ur-* XV.
,, *bani VI. ſummi Eccleſiæ hierarchæ Tafurum exce-*
,, *pit anno 1680. & poſſeſſionem iniit die 14. April.*
,, *ejuſd. anni, dignus quidem, non modo hiſce, ſed*
,, *& majoribus infulis, quia prius Conſentinam, &*
,, *poſtea Salernitanam Archidiœceſes non minus per*
,, *ſeptemdecim annos Vicarii munere ſapientiſſime*
,, *rexerat, & ejuſdem Salernitanæ ædis principis*
,, *Canonicus fuerat renunciatus. Ineffabili zelo ſem-*
,, *per invigilavit populo ſibi commiſſo, ad quem ſem-*
,, *per etiam pari fervore conciones habuit. Inter ſuos*
,, *ſubditos nullas umquam paſſus fuit controverſias*
,, *inoleſcere, & ſi quæ forſe vitio humanæ naturæ*
,, *enaſcebantur, minime gliſcere permiſit Chriſtianæ*
,, *ſemper amiciſſimus pacis. Fratribus Reformatis*
,, *D. Franciſci domum in oppido S. Angeli Satrianen-*
,, *ſis diœceſis adaperuit, ut in eo pietatem diſſemina-*
,, *rent. Typis dedit libellum, cui titulus:* Iſtruzzio-
,, ne a' Parochi per l'Inſegnamento della Dottrina
,, Criſtiana, *quibus etiam dare jam promptus erat,*
,, *niſi mors intercepiſſet, opuſculum aliud* la Prattica
,, Eccleſiaſtica, *quod nunc manuſcriptum erudito-*
,, *rum manibus teritur. Cum hiſce Eccleſiis præſide-*
,, *ret, Acernenſem etiam, ita jubente Congregatione*
,, *negociis Epiſcoporum Romæ præfecta, gubernavit,*
,, *Salernitanam ex commiſſione Archiepiſcopi Alva-*
,, *rez cum omnimoda plenipotentia, & facultate*
,, *etiam Pontificalium viſitavit. In oppido demum S.*
,, *Angeli die 2. Auguſti 1697. ad meliores abiit, una*
,, *tantum parvula moneta argentea in ſuo obitu re-*
,, *perta, quia ſui proventus omnes pauperum ſemper*
,, *fuere, in quorum beneficium opus pium excitarat,*
,, *communiter* il Monte frumentario, *quod nunc*
,, *etiam ſummo paupertatis emolumento perſiſtit*.

,, *Fr. JOSEPH Bondola Prignano ſucceſſit, die* XVI.
,, *11. Decembris 1697. præſul morum ſanctitate, &*
,, *litteraturæ ornamentis clariſſimus, natus anno*
,, *repar. ſalutis 1648. poſt civiles Neapolitani Regni*
,, *tumultus. Puer pietati, & litteris addictiſſimus*
,, *fuit. Minorum Conventualium Divi Franciſci*
,, *habitum, & Seraphicos mores adoleſcens induit.*
,, *Neapoli in ædibus D. Laurentii futuræ pietatis*
,, *tyrocinium poſuit, ſpecimen dedit. Ibidem ſolemnia*
,, *Religionis vota profeſſus ad primum, & vigeſimum*
,, *ætatis annum impenſam ſacris, & ſeverioribus*
,, *ſtudiis navavit operam. Inde Romam profectus in*
,, *florentiſſimis ſui ordinis collegiis ſingularis littera-*
,, *turæ, eximiæque modeſtiæ cultum præ ſe tulit egre-*
,, *gium, ac triennio poſt in eadem alma Urbe una om-*
,, *nium voce, ac ſuffragiis Magiſtri lauream adoptus*
,, *eſt; quo in obeundo munere illud ſemper in votis,*
,, *in oculis, in ore habuit, ut numquam ab eo, quod*
,, *puram, putamque orthodoxæ fidei doctrinam, quod*
,, *gravitatem, quod prudentiam deceret maxime, ne*
,, *latum quidem unguem diſcederet. Qua de re à ſu-*
,, *premis Seraphicæ familiæ præfectis hæc illi de-*
,, *mandata eſt cura, ut in collegiis ſtudia regens præ-*
,, *eſſet cæteris, quam per duodecim annos ornavit*
,, *ſpartam, non ſine ſingulari Venetiarum, Patavii,*
,, *aliarumque clariſſimarum urbium admiratione, ac*
,, *plauſu; ſed vir Deo, ac ſuperis mancipatus omnem*
,, *inanis, & fluxæ gloriæ ſplendorem infra ſe ducens*
,, *humili adeo, demiſſoque ſe geſſit animo, ut vel per-*
,, *petuus in Neapolitana Provincia Definitor con-*
,, *ſcriptus nihil umquam commodi, nihil ſibi autho-*
,, *ritatis, & jactantiæ vindicarit; quinimo magni*
,, *nominis amplitudinem exoſus deſpectus ſibi, ut*
,, *deſpiceretur ab omnibus unum illud in deliciis ha-*
,, *buit. Rogatus pluries, pluries etiam blande coa-*

A
,, ctus ſupremam religioſæ familiæ adminiſtratio-
,, nem ſuſcipere, ab omni prorſus illuſtri munere ſe
,, abdicavit in tenebris deliteſcens illuſtrius. Sed
,, virtus tanta diu latere non potuit. Ab Innocentio
,, XII. ad Epiſcopalem dignitatem vocatus, die 11.
,, Decemb. pietatis eo apparatu, cultuque morum
,, Præſul enituit, ut ab omnibus pauperum pater,
,, populorum amor, pietatis, ac religionis aſſertor
,, jure merito ſit appellatus. Diu S. Antiſtitis mune-
,, re functus ſponſam Eccleſiam novis cumulatam
,, redditibus, auctam virtutibus fovit ſemper in ſinu.
,, Tandem Neapoli diuturno afflictatus morbo mi-
,, gravit è vita inter uberes ſuorum lacrymas; om-
,, nium luctu, ac ſquallore efferri voluit ad D. Lau-
,, rentii templum, atque ibi in D. Ludovici ſacello
,, contumulari, ut cujus mores vivens fuerat imita-
,, tus, ejuſdem mortuus communem veluti ſortiretur
,, cinerum urnam. Funeri interfuere ſereniſſimi Theo
,, logorum Collegii Proceres Illuſtriſs., quos inter &
,, ipſe olim adnumeratus principem jam locum ſenior
B
,, obtinebat. Funus curavit magnificentiſſime Ni-
,, colaus Paſtina, pietatis laude, omni litterarum
,, genere, ac rerum uſu ſpectatiſſimus, cujus amor
,, nec pompæ defuit, nec dolori. Pro concione lau-
,, datus fuit à Michaele de Vivo Ordinis PP. Prædi-
,, catorum. Ejus urnæ affabre expeditæ hæc inciſa
,, legitur epigraphe.
,, D. O. M.
,, Illuſtriſs., & Reverendiſs. D. Fr. Jo-
,, ſeph à Bondola ſacri Ordinis Minorum
,, Conventualium Mag., hujus reg. cœ-
,, nobii filii Epiſc. Camp. Satrianenſis,
,, Comitiſque Caſtellariæ Præſulis, Pa-
,, rentis, Patroni præſtabilis poſt tumu-
,, latos cineres, quod ſupererat immor-
,, talitati, hoc marmoreo ſimulacro pe-
,, renne reddidit genere intimus, genio
,, amantiſſimus, geſtis obſequentiſſimus
,, U. J. D. Nicolaus Paſtina ann. repar.
,, ſalutis MDCCXIII.
C
XVII. ,, FRANCISCUS Xaverius Fontana ab regnante
,, feliciter Clemente XI. die 17. Septembr. ann. 1714.
,, hiſce Eccleſiis præſul aſſignatus, quarum poſſeſſio-
,, nem iniit die 1. Januarii 1715. Antiſtes genere, do-
,, ctrina, pietate ſpectabilis. Genere: nam, licet
,, natus in oppido Giojæ diœceſis Barenſis, patrem
,, habuit Jo. Baptiſtam Romanum ex illa gente Fon-
,, tana Mediolanenſi patritia, è qua fuit celeberri-
,, mus Eques Dominicus, qui floruit ſub Sixto V.
,, Summo Pontifice, aliique in Mathematicis, &
,, præcipue circa Architectonicen peritiſſimi He-
,, roes, matrem Antoniam de Jacobellis patri-
,, tiam item fœminam originariam è civitate Tarenti.
,, Doctrina: à primis ſiquidem annis ſtudiorum cur-
,, ſum Romæ incepit, & explevit, ac in illius Archi-
,, gymnaſio laurea doctorali donatus, quamplurimis
,, Eccleſiaſticis Academiis addictus, & illius, quæ
,, de ſacris Ritibus appellatur, primus fuit Inſtitutor.
,, Per 12. fermè annos Auditoratus munere apud E-
,, minentiſſ. Mareſcottum laudabiliter functus fuit.
D
,, In graviſſimis ſacræ Inquiſitionis, aliiſque magni
,, pariter momenti ad S. Congregationes Immunita-
,, tis, Concilii Tridentini, ac Epiſcoporum, & Re-
,, gularium ſpectantibus negociis pro eodem Eminen-
,, tiſſ. examinandis, ac decidendis ſtrenuam, ac fi-
,, delem navavit operam. Pietate denique: Chriſtia-
,, nam enim doctrinam penè obſoletam ob longam Se-
,, dis vacationem reſtituit, eamque docendi formulas
,, præſcripſit: valdè utiles inſtructiones, & Sanctio-
,, nes pro clericis, cæteriſque Eccleſiaſticis, & præ-
,, cipuè pro aſcenſuris ad majores ordines edidit, to-
,, tuſque eſt, ut in Odæo, ac ſacris functionibus, de-
,, votio, decor, et eccleſiaſtica Majeſtas eluceſcat,
,, præſertim in auguſtiſs. altaris Sacramenti venera-
,, tione, & cultu. Pro tuendis juribus Eccleſiæ à lai-
,, corum violentiis, ac pro ſubditorum moribus refor-
,, mandis multas vexationes, & expenſas paſſus eſt.
,, Sacra limina Apoſtolorum Petri, & Pauli perſona-
,, liter viſitavit an. 1719. quæ perſonalis viſitatio per

A
,, ſexaginta annos intermiſſa fuerat. Stat erectioni,
,, & inſtitutioni Seminarii in Civitate Campaniæ ad
,, præſcriptum S. Concil. Tridentini, & decreti Conſi-
,, ſtorialis lati ipſo die ſuæ creationis in Epiſcopum.
,, Pauperum omnium, ac in primis invalidorum, &
,, infirmorum patrem ſe exhibet; à proprio commodo
,, ſe abſtinet, qui ipſorum indigentiis præſentiſſimam
,, ſemper opem præſtet. Annis præſertim 1718. 1719.
,, & 1720. quibus Satrianen. diœceſis ſub tribus inge-
,, muit flagellis nempè infirmitatis, mortis, & famis,
,, ſuum omnem cenſum inter egenos diviſit. Eccl. Ab-
,, batialem, quæ dicitur S. Maria della Nova, ex-
,, trà Urbem Campaniæ poſitam, menſæ Epiſcopali
,, unitam, ac in profanum uſum converſam, eique ad-
,, junctas domos magno ſumptu refecit, Eccleſiaſtico
,, cultui reſtituit, altaria erexit, ac ſanctis tutela-
,, ribus dicavit, ſacris ſupellectilibus inſtruxit, diem-
,, que feſtum ſolemniter inſtituit pro ſecundo die feſto
,, Paſchalis Reſurrectionis, qui, magno fidelium con-
,, curſu, & animarum profectu ob indulgentias illo
B
,, die eidem Eccleſiæ à ſummo Pontifice conceſſas,
,, celebratur. In eadem civitate Campaniæ Eccle-
,, ſiam ſanctæ Mariæ Magdalenæ unitam monaſte-
,, rio Monialium, quæ anguſta, informis, & omni-
,, no rudis erat, ampliare, ornare, ac ad per-
,, fectionem redigere nititur, expenſis minimè par-
,, cens. Omnia denique Epiſcopalia munera im-
,, plet cumulatiſſimè, & ſtatim ac ſuam tenuit
,, diœceſim, duo palatia pro Antiſtite, quibus utraque
,, Eccleſia deſtituta erat, à ſuo prædeceſſore Joſepho
,, Bondola ſummo impendio à fundamentis condita,
,, ſed non omninò ob ejus obitum perfecta, abſolve-
,, rat ære proprio, & exornarat, alterum extrà Ur-
,, bem de novo erexerat, ut teſtatur inſcriptio ſub
,, ejus gentilitiis inſignibus in majori aula palatii Sa-
,, trianenſis, ſequentis tenoris.
,, Franciſcus Xaverius Fontana Epiſco-
,, pus Satrianen. & Campaniens. domum
,, hanc explevit, auxit, ornavit, alte-
,, ram Campaniæ perfecit, inſtruxit, ac
C
,, in elegantiorem formam redegit. Ter-
,, tiam extra Urbem ſub aperto cœlo ere-
,, xit Epiſcoporum utilitati, & commo-
,, ditati conſulens Anno D. MDCCXV.
,, Epiſcopatus ſui Anno Primo.
,, Hujus Epiſcopi cum laude, meminit Comes Aldi-
,, gherius Fontana Parmenſis in ſuo libro typis Ve-
,, netiis cuſo apud Andream Poletum ann. 1719. in
,, quo plures ex una gente Fontana è diverſis licet
,, ramis ſanctitate, doctrina, & Eccleſiaſticis di-
,, gnitatibus conſpicui recenſentur, ac præcipuè de-
,, cem Epiſcopi, quorum primus S. Savinus Fonta-
,, na Epiſcopus, & martyr ſub Maximiliano Impe-
,, ratore, de quo Baronius in ſuis notis ad Martyro-
,, logium, & poſtremus hic Epiſcopus Franciſcus
,, Xaverius, cui idem Comes alterum librum dica-
,, vit, ſub hoc titulo: Gerarchia Eccleſiaſtica del
,, ſacro clero ſecolare &c. Vivit adhuc Epiſcopus
,, iſte ad majora, Dei favente gratia, ſemper in-
,, tentus.)
D

# CAPUTAQUENSES EPISCOPI.



CAPUTAQUENSIS Lucanorum civitas, vulgo *Capaccio*, non admodum antiqua eſt, ſed

ex ruinis Pæſti vetuſtæ civitatis condita, quæ & ipſa etiam nunc non ſecus ac Pæſtum deſerta conſpicitur ob cœli inclementiam. Pæſtum Ptolomæo littorale Lucanorum Sybaritarum ædificium fuit, Poſſidonia ab origine nuncupatum, unde vicinus ſinus Poſſidoniates, & Pæſtanus appellatur, locus roſariis celebris ex illo Virgilii.

*Vidi Pæſtano gaudere roſaria cultu*,

Et alibi.

——— *Biferique roſaria Pæſti.*

Unde Ovidius.

*Galtaque Pæſtanas vincat odore roſas.*

Hinc Propertius.

—— *Odorati virtus Roſaria Pæſti.*

Sed inſalubritate aeris infamis, ut Strabo tradit. Ex ejus ruinis, quæ adhuc extant, excitatæ ſunt civitates Policaſtrum, & Caputaquenſis. Nomen tulit Caputaquenſis civitas hæc, ut ſcribit Fritia, ex quo ſub monte caput aquarum inſurgit. Eam funditus deleviſſe Federicum II. Imperat. tradunt anno 1246. cum Caputaquenſis Comes Innocentii IV. Pontificis partes ſequeretur. Recens eſt Epiſcopatus Caputaquenſis Pæſtanæ, *a* Acropolitanæ, ac Velinæ ſedium juribus huc translatis. Unde Euſtachii Venuſini verſus:

*a De Præſulibus Pæſtanis, Acropolitanis, ac Velinis, ubi de antiquatis ſedibus, in X. tomo agemus.*

*Pontificis ſedes, quæ cum ſit fulgida tellus,*
*Urbis Pæſtanæ filia digna fuit.*

Epiſcopalem verò Pæſti fuiſſe Sedem docet ſubſcriptio Laurentii Epiſcopi Pęſtani in Concilio Romano ſub Symmacho Papa anno Dom. 500. & in Concilio ſub Martino I. Pontifice legitur ſubſcriptio Joannis Epiſcopi Pæſtani. Hic natus eſt Vitus Chriſti martyr invictus civitatis Patronus. Hic etiam diu oſſa ſancti Matthæi Apoſtoli aſſervata ſunt, donec anno 954. Bernardus Epiſcopus, ac Giſulfus Princeps Salernitanorum die ſexta Maii, aſſentiente Joanne Epiſcopo Pæſtano, Salernum in Cathedralem Eccleſiam titulo S. Mariæ Angelorum transferri curarunt. Celſus Pæſtanus Epiſcopus una cum Romualdo Salernitano Archiepiſcopo inſtitutus eſt teſtamenti executor à Roberto Caſtri Trentenarii Domino anno 1156. Forte poſt Celſum Pæſtana cum Caputaquenſi unita fuit Eccleſia. Cæterum Caputaquenſis Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ in ipſa diruta civitate eſt, egregia ſtructura campanis, altaribus, & picturis decenter ornata, veſtes autem ejus, & vaſa argentea conſervantur apud Rectorem Eccleſiæ s. Petri de Caputatio, qui quidem locus gaudet privilegio civitatis, ut declaratum fuit in Regio Conſilio Neapolitano. Quatuor inſignita eſt dignitatibus, Archidiaconatu ſcilicet, Decanatu, Primiceriatu, atque Cantoratu. Duo ibi Canonici, qui omnes una cum Epiſcopo à reſidentia exempti ſunt, everſa jam pridem, & ad ſolitudinem redacta civitate. Epiſcopus in oppido Diani, ubi Epiſcopalem habet domum, plerumque agit; Canonici, & dignitates in variis diœceſis oppidis, quorum Paſtoralem curam gerunt, degere ſolent. In Cathedrali autem reſidet tantum unus Sacerdos & Sacriſta; tenentur tamen Epiſcopus, & Canonici in ſecundo die Paſchatis Reſurrectionis, & in die Aſſumptionis Deiparę Virginis Cathedralem adire, Miſſamque, & veſperas ſolemniter celebrare, idemque facere tenentur in antiqua Cathedrali Pæſtana. Omnium porrò Canonicorum fructus in unum collecti non excedunt aureos 130. Seminarium Clericorum ob civitatis ſolitudinem in oppido Diani hujuſce diœceſis erectum eſt, in eoque Clerici 20. inſtituuntur. Diœceſis Caputaquenſis ſatis ampla eſt circuitus 150. milliar. quæ caſtra, ſeu pagos continent centum quadraginta, & in eorum quolibet ſunt Eccleſiæ animarum curam annexam habentes. In qualibet autem Eccleſia receptiva filii Parochiæ ad ſervitium illius recipiuntur, & ſic accepti æqualiter participant de maſſa communi. Singulæ autem hæ Parochiales ſuum habent Rectorem, ſeu Abbatem, vel Archipreſbyterum nuncupatum, qui habet curam animarum, nihilque ex redditibus pluſquam alii

A percipiunt, niſi in funeralibus, in quibus habent portionem duplicatam. Oppidorum nonnulla binas, ternas, & quaternas Parochias habent, ſed præcipuæ ſunt Dianum, necnon Altovilla, Gioja, Caſtelluccia, Optatum, Polla, Aquaria, Laureatum, Tunganum, Tunſanum novum, Serræ, Sala. Sunt & plurima Caſalia, ut Oltaſti, Comutarum. Sunt etiam in hac diœceſi duodecim pagi ſubiecti monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis Cavenſis, in quibus Epiſcopus habet tantum jus viſitandi quoad ſacramentorum adminiſtrationem. Sunt & quatuor alii pagi aliis monaſteriis ſubiecti. Habet præterea Epiſcopus novem beneficia ſimplicia in civitate Salernitana, quorum collatio ad ipſum ſpectat. Eſt diœceſis plena monaſteriorum, & beneficiorum, in quibus monaſteriis, & Abbatiis habet Epiſcopus viſitationem, & correctionem in membris illorum, cauſarum appellationem, illarumque Abbates ſingulis annis in feſto Annunciationis tenentur intereſſe Miſſarum ſolemniis cum mitra,
B baculo, & veſtibus Pontificalibus, & ratione Cathedratici certam Epiſc. portionem ſolvere. At nunc iidem Abbates non ſolum obedientiam non præſtant, verum etiam prohibent ſuos ad Epiſcopum per viam appellationis recurrerę. Porrò in tota diœceſi cenſentur virorum cęnobia diverſorum Ordinum quinquaginta ſeptem. Ex his verò plurima ſunt Abbatiali dignitate ornata, in Commendam conferri ſolita, & Epiſcopo Cathedraticum ſolvere tenentur. In primis eſt monaſterium S. Laurentii Terræ Padulæ Ord. Carthuſienſis admodum celebre, cui unitæ ſunt Abbatiæ ſancti Nicolai ejuſdem terræ, & S. Mariæ de Cadoſſa in agro oppidi Montis-Sani. Item monaſterium S. Angeli de Faſanolla Ord. S. Benedicti in Commendam conferri ſolitum, nunc nullius diœceſis: monaſterium S. Nicolai de Cantone ejuſdem Ord. pariter commendatum. Item monaſterium B. Mariæ de Pattano ejuſdem Ord. quod etiam ſolet commendari, nec non cœnobium B. Mariæ Centulæ S. Benedicti, & ipſum
C commendatum, in quo ut & in ſuperioribus monaſteriis excepto ſupra relato S. Angeli Faſanellæ, Epiſcopus habet Cathedraticum, & utramque legem. In hoc monaſterio, ex Martyrologio Romano 26. Maii natalis S. Ricarii Presbyteri, & Confeſſoris, qui claruit temporibus Dagoberti Regis Francorum circa annum Domini 630. vitam ejus, & res geſtas ſcripſerunt Albinus Flavus ad Carolum Magnum, & Trithemius in lib. de viris Illuſtribus. Monaſterium S. Nazarii unitum Baſilicæ Vaticanę, quod & ipſum Cathedraticum ſolvere tenetur: item Eccleſia S. Nicolai caſalis Abbatis Marci eidem Baſilicæ unita. Abbatia caſtri S. Laurentii commendata, in qua Epiſcopus habet Cathedraticum, & utramque legem. Abbatia ſanctæ Cæciliæ Ord. ſancti Benedicti commendata, in qua Epiſcopus idem juris obtinet. Cœleſtinorum Ord. tria in hac diœceſi monaſteria ſunt, nempè in oppidis Diani, Novi, & Serrarum. Cruciferorum duo in oppidis ſcilicet Salæ, & Altevillæ, Montis-Virginis item duo,
D in oppidis ſcilicet Altævillæ, & Aletivæ. Congregationis ſancti Joannis de Carbonaria duo, & hæc de cœnobiis Monachorum. Mendicantium verò cœnobia erant ſupra Franciſcanorum quidem 22. nempè decem Obſervantium, octo Conventualium, quatuor Capucinorum, Auguſtinianorum ſex, Dominicanorum ſeptem, ac ſex Carmelitarum. Virginum verò cœnobia in tota hac diœceſi tria tantum extant, unum in oppido Diani, alterum in oppido Jojæ, tertium in oppido Caſtellutiæ. Sunt præterea in ſingulis caſtris hoſpitalia, in quorum aliquibus ſervatur hoſpitalitas, in aliis non, ob paupertatem. Extant etiam in pleriſque hujus diœceſis locis plurima ſodalitia laicorum variis pietatis operibus inſudantium: populus ubique Catholicus, & pietati deditus. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 4000. qui colliguntur tum ex paſcuis, cenſibus, & molendinis, tum ex vectigalibus caſalis Montis de Luculo, in quo

Epiſcopus habet etiam juriſdictionem temporalem in civilibus tamen dumtaxat cauſis. Taxatur verò in lib. Cam. Apoſtol. ad flor. 600. Atque hoc ipſum eſt, quod de hujuſmodi Eccleſia Archiepiſcopi Salernitani ſuffraganea enarrari poſse videtur. Series Epiſcoporum, qui in ea ſederunt, ſequens eſt, ex diverſis monumentis eruta.

I. 1 ARNULPHUS (1) primus eſt Caputaquenſis Epiſcopus, cujus memoria extat. Teſtis refertur in quodam Rogerii Regis privilegio anno 1126. compromiſsarius inter Joannem Epiſcopum Averſanum, & Abbatem S. Laurentii à Rogerio Siciliæ Rege conſtituitur anno 1144. Orator regius fuit ad Angliæ Regem anno 1174. interfuit verò Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. an. 1179.

II. 2 LEONARDUS fuit hujus Eccleſiæ Epiſcopus; tempus autem quo floruit non conſtat.

III. 3 N... (2) Caputaquenſis Epiſcopus nomen non habemus, vixit temporibus Gregorii IX. Papæ. Hic aliquando litem habuit cum Archiepiſc. & Capitulo Amalphitanæ Eccleſiæ, de plateatico, ſeu portulatico eorum, & victualium ad eoſdem Archiepiſcopum, Capitulumque ſpectantium, quæ per plagam S. Marci, ac portum Acropolis ejuſdem Caputaquenſis Epiſcopi obnoxia deferebantur: cujus litigii cauſam dirimendam tradidit Epiſcopo Sabinenſi, qui cum peremptoriè partes citaſset, Epiſcopo non comparente, ad favorem Archiepiſcopi, & Capituli Amalphitani ſententiam tulit, quam cum ratam habuiſset Gregorius, ſequentem ſcripſit epiſtolam Abbatibus S. Petri, de Amalphi Ciſtercienſis Ordinis, & Sancti Petri de Ebulo Salernitanæ diœc. ac Angelo Scalenenſi Canonico, ut ſententiam latam inviolabiliter obſervari curarent, niſi idem Epiſcopus iuri partibus ſtare voluiſset. Epiſtola extat in reg. Vatic. num. 50. fol. 66. anno 5. Pontificatus Gregorii, qui erat Chriſti 1231.

*S. Petri Amalphitani Ciſtercienſis Ordinis, & S. Petri de Ebulo Salernitan. diœc. Abbatibus, & Mag. Angelo de Lando Canonico Scalenenſi. Cum cauſa quæ vertitur inter vener. fr. noſtrum Archiepiſcopum & dilectos filios Capitulum Amalphitanum ex una parte, & vener. fratrem noſtrum Epiſcopum Caputaquenſem ex altera ſuper plateatico, ſeu portulatico quod dictus Epiſcopus per ſe ac ſuos portulanos ac alios exigit à deferentibus victualia, & redditus Archiepiſcopi, & Capituli prædictorum tranſeuntibus per plagam S. Marci, & portum Agripoli ac ejus pertinentias, vener. fratrem noſtrum Epiſcopum Sabinenſem dederimus auditorem, & idem auditor eundem Epiſcopum ad ſuam præſentiam peremptoriè duxerit evocandum, ut per ſe ac reſponſalem idoneum in ejus præſentia compareret, prædictis Archiepiſcopo & Capitulo reſponſurus, ipſemet nec venire curavit, nec idoneum per ſe mittere reſponſalem, memorato Archiepiſcopo, ac procuratore Capituli comparentibus, & inſtanter petentibus liberum tranſitum hominum, victualium, & aliarum rerum ſuarum in locis præd. non debere per eundem Epiſcopum impediri, ac ſatisfieri ſibi de iis, quæ nomine pedagii idem Epiſcopus per ſe, ac ſuos extorſit hactenus ab eiſdem: præfatus verò auditor reputans eundem Epiſcopum merito contumacem ne ipſius remaneret contumacia impunita, præd. Archiepiſcopo, & Capitulo conceſſiſſe liberam facultatem tranſeundi victualia, & redditus ſuos de caſale Saleſon. per loca præd. ſine plateatico, ſeu portulatico quouſque juri pareat pars adverſa; Nos autem quod per eundem auditorem factum, & ratum habentes diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatos Archiepiſcopum, & Capitulum non permittatis ab eodem Epiſcopo, vel aliis contra interlocutoriam ejuſdem Sabinenſ. Epiſcopi moleſtari, moleſtatores ipſorum per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; ſi autem dictus Caputaquenſis Epiſcopus coram nobis voluerit ſtare juri, partibus convocatis tam ſuper principali, quam ſuper quadam compoſitione, quæ ſuper hoc dicitur eſſe inita inter partes, & ſuper aliis, quæ duxerint proponenda audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis auctoritate noſtra firmiter obſervari. Teſtes, &c. Quod ſi non omnes, &c. non obſtantibus litteris ſuper hoc ab eodem Archiepiſcopo à Sede Apoſtolica impetratis. Datum Lateran. 15. Kal. Maii ann. 5.*

4 BENEVENTANUS, *a* cui ſcribit Innocentius IV. anno 1251. prid. Non. Octob. anno Pontif. 9. in Regeſt. Vat. epiſt. 147. fol. 210. memoratur in monumentis hoſpitalis ſanctæ Mariæ Annunciatæ Terræ Padulæ anno 1257. & ſanctæ Mariæ Laurini, anno 1259. IV. *a* BENEVENUTUS.

Hoc Præſule ſedente, Federicus II Imp. vetus oppidum Faſanellæ, huius diœceſis quondam nobile funditus deſtruxit, cuius ruinæ adhuc cernuntur prope antiquam S. Angeli Benedictini Ord. Abbatiam. Populus hac illac diſperſus, poſt varios caſus non longe ab antiqua patria ibi exædificavit novum oppidum, cui in memoriam antiquæ patriæ, & in honorem D. Angeli Michaelis nomen dedit, à Summis Pontificibus una cum Abbatia ab omni Caputaquenſis Epiſcopi iuriſdictione immune factum, ſub immediato Romani Pontificis arbitrio quievit. Crypta mirabilis D. Angelo Michaeli ſacra toti orbi celeberrima ibidem viſitur, quæ & qualis ſit ita deſcripſerunt, cum veteris Faſanellæ deſtructione, novaque exædificatione Cornelius Tutinus, ex quo Camillus Tutinus in lib. de variante Fortuna: & Joannes Vincentius de Hippolytis viri clariſſ.

*FASANELLA olim annis ab hinc 339 ſtabat, habebatque ſuburbia hæc, ſanctum Angelum, Optatum, Optatellum, & Bellumriſguardum, quæ nunc caſalia vulgus appellat; & quia propè ipſa alia erant ſuburbia nunc deleta, & duo, aut tria alia ſuburbia, quæ erant in regione Morigenæ pariter modo deleta, & ſua quoq; municipalia, & inſtituta tenebant anno ſalutis 1245. Federicus Suevus Imperator celeberrimus factus S. R. E. major hoſtis ab Innocentio IV. Pont. Max. Imperio depoſitus, in eundem publicum bellum majus intulit. Primates Regni Imperatorio furori hærentes ipſum ſequuti ſunt Pandolfus tantũ, Riccardus, & Robertus de Faſanella fratres, Tebaldus, Gulielmus, & Giſolfus de Maima, non terreni, ſed cæleſtis Imperatoris indignationem timentes ab Imperio depoſito deficientes, ſoluti prius vinculo juramenti fidelitatis, teſte Conſtantino s. Pontifici directo Regni domino probabiliter hæſerunt, & in necem depoſiti conſpirarunt. Caſertanorum Comes conjurationem detexit, Federicus magno furore fervens conjuratos perſequi juſſit. Sanſeverini cum aliis intus civitatem Caputaquenſem, Scalam, & oppidum Alteville ſe munierũt. Pandolphus, & fratres ad Pontificem confugerunt, & Pandolfus Pontificalis exercitus ſummus Dux factus, cum frat. Imper. ultionem evaſit: ſed Sanſeverini cum Morris, & Maimo capti, ut patricidæ necati Imper. juſſu periere. Sed quas Pandolfus evaſit pœnas, agnati ejus & cõcives dederẽ: nam agnatis quinto etiam gradu conjunctis Preſes Imper. oculos effodi, eoſq; ita orbatos commori juſſit, & concivibus lethalem ferè militaris hoſpitii, & prędę preſſum impulit. Adeo atrox jactura fuit, quia ſua cuique domus mœrore repleta, & formidabilis videbatur, & ita præda, & ruinis deformis facta, ut nefas habitatori videretur illam ingredi. His*

(1) Joſeph Volpius noviſſimè ſcripſit erudite Caputaquenſium Epiſcoporum Catalogum, quorum ſeriem à Pæſtanis Epiſcopis exorditur: putat enim Caputaquenſem Epiſcopalem ſedem non aliam eſſe à Pæſtana, quæ, deleta à Saracenis urbe, in novum oppidum à Pæſtanis civibus excitatum, una cum Epiſcopi domicilio tranſlata fuerit. Res equidem ut veroſimilis ſit, eſt tamen ſatis obſcura, nec lucem ex eo accipit quod deletæ urbis non detur Epiſcopus: nam præterquam quod Pæſtana ſtetit Cathedralis, ſtetit lata diœceſis, ejuſque incolæ, & hodie videmus deſolatarum urbium Antiſtites. Verum quidquid ſit, nos Ughellum ſecuti Caputaquenſium Epiſcoporum ſeriem inchoamus ab Arnulpho, quo antiquior non reperitur Caputaquenſis Epiſcopi nomen uſurpaſſe. De Pæſtanis in X tomo, ubi de antiquatis ſedibus, agemus. An verò Arnulphus, qui teſtis refertur in privilegio Rogerii an. 1126. idem ſit ac Arnulphus, qui in Lateranenſi Concilio ſederit an. 1179. haud ſatis liquet. Duos fuiſſe oportet, ſi Caputaquenſis idem ſemper fuerit ac Pæſtanus Epiſcopus.

(2) Hic forte idem ille, qui hac tantum litera initiali deſcriptus legitur in lapidea tabula conſecrationis Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina de urbe peracta à Celeſtino III. 26. Martii 1196 cui ipſe cum aliis Archiepiſcopis, & Epiſcopis adfuiſſe notatur ex Baron. ad an. 1196. Eamdem refert Oldoinus in vita Celeſtini in Ciaconiano opere. *Laurentius.*

*His calamitatibus percuſſi cives, præſertim digniores, ſedem mutare decreverunt: & ſupra ſanctum Angelum ſuburbium novam Faſanellam conſtruxerunt, muris cinxerunt, caſtro muniverunt, & in pagos, & novum oppidum ſupra hodiernum foſſatum conſtructum in eodem loco poſita, & unita diverſis nominibus nuncupatum unicum nomen, & mixtum acceperunt, ſcilicet Sanctum-Angelum, Faſanellam. Oppidum hoc adeo brevi crevit, & ædificiis non mediocribus repletum eſt, ut non ab hominibus præſertim ita parvi conditum videretur; ſed ab Angelo Michaele ędem lapideam ibi habente miro artificio naturæ præclarè conſtructam, toto orbe terrarum celeberrimam, ita ut illa devotiſſima Gargani, nec magnitudine, nec pulchritudine eam accedere poſſit, ac denique talem, ut potius viſu admirari, quam lingua exprimi poſſit, nec immerito inter miracula Mundi connumerari deberet, prout una voce dixerunt Hiſpani, Galli, Indi, cæterique inſpectores illius conditum videntes. Quales primi habitatores oppidi fuerũt, indicant ędificia, etiam primarum ædium, non mediocria, quæ huc uſque ſtant. Dum Faſanella tot prædas, & tot diſcrimina paſſa fuit, privilegia, inſtituta, ac omnia ſcripta, tam Reipublicæ, quam civium peritiſſimorum periere; unde recentis oppidi cives, ne municipali lege carerent, nova inſtituta condiderunt, & in dies illa, modo corrigentes, modò abrogantes, & modo augentes, prout expedire videbatur: tot prudentibus, & litteratis viris, quibus Sanctum-Angelum afflatum affluxit, & abundavit. Poſt multos annos creſcente civium latino ſermone, peritiores, & quæ erant ſtatuta, & quæ ſtatuebant, verbis latinis, & politioribus exponi mandarunt. Erant his mediis temporib. cives peritiſſimi inter cæteros, Gellius Fortis, Joannes Catoſſius Trotta, Alfonſus de Odino, Joannes Saya, Laudiſius Viſta, Joannes Arnonius, Stephanus Euſtaſius, & præ cæteris præclarus vir, & Patritius Jacobus Hippolytus, & alii quamplures, & qui ex his ſuperſtites fuerunt, poſtquā quievit furor falcis læthalis, comitiis ſæpius deſuper habitis Catoſſo Stoico, & latini ſermonis peritiſſimo commiſerunt, ut rem hanc exquereretur; fuit jam exequutus, ſed in diebus ejus ita noviſſimis ea, quæ ſunt calamus ſcripſerat, oculis ejus poſtea relegere, vel revidere non licuit. Cives tamen ita reverenter tenuerunt, quod adhuc veluti ſacra venerantur omnes. Nec mirentur hæc legentes, ſi cum Faſanella in Sanctum-Angelum translata non fuit etiam illius Eccleſia, quæ etiam nunc aliis collata eſt, nam oportuit illam, quæ erat in Caputaquenſi diœceſi manere, & transferri non potuit in S. Angelum, qui non modo de eadem diœceſi non eſt, ſed ſuam exemptam diœceſim tenet, & propriam: unde merito dictus Catoſſius 62. ſtatuto S. Angelum civitatem appellat. Hæc enim proprium Prælatū Epiſcopalibus inſigniis, & juribus ornatum habet, qui nunc Summum Pontificem immediatum ſuperiorē recognoſcit, & ex hoc Henricus Card. Oſtienſis eum non Epiſcopum, ſed Archiepiſcopum computat, &c.*

*Deſcriptio Cryptæ mirabilis S. Archangeli Michaelis, terræ ſancti-Angeli Faſanellæ.*

*Cum Faſanella vetus, cujus reliquias ex Abbatiali reſpicis palatio ſtaret, ut habet antiquorũ fida relatio, Manfredus ejuſdem regulus aucupiis deditiſſimus, cum ad oram, quam incolis aucuparetur, dimiſſo falcone in columbos, ſpecum falco ingreſſus fuit, ubi moram faciens, Manfredũ illuc accedere coegit, ubi adeo dulce melos audivit, qui ſtupore correptus Faſanellam rediit, quo civibus patefacto, ſequenti die locum cum populo, & Clero piè repetit, & cum perveniſſet, falco ſtatim in manibus Domini rediens ſe captivavit, qua de re dilatantes ſpecum, illuc ingrediuntur; ubi Cryptam reperiunt miro naturæ artificio conſtructam, toto orbe terrarum celeberrimam, ubi aderat ara Archangeli Michaelis, digna quæ Romanæ Urbis ambitu clauderetur. Illa montis Gargani, circumſcripto miraculo apparitionis Archangeli, & indulgentiis, quibus potitur, in omnibus longè à Crypta Faſanellæ ſuperatur; ſiquidem ad eam itur per abrupta rupium, aſpera montium, concava vallium, & hinc per diſpoſitum, & decorum aſcenſum, qui tamen difficiliter non turgeſcit, magnitudine forſan pluſquam decies ſuperatur; nec horreſcit ſitus, vel ſuffocatione tenebrarum, cum ſit maximo luminis perfuſa fulgore, idque mirum, quod non ex circumpoſitis ſpecularibus immittitur, ſed unicus è lumine ingreſſus, qui & hominibus inſuper habet circumſtantia loca ad capellas deſtinata, non ſolum concamerata, ſed cælaturis à natura factis ornata, quare verè naturæ miraculum appellari poteſt. Planitir d. Crypta tegitur, quæ vulgo Terra martura appellatur, ubi vinea colitur vinũ omnimodo pretioſius producens. Non omittendum quod quando per Dominum Abbatem defoſſa, & ampliata fuit, reperta fuerunt multa oſſa humana, & præſertim quædam ſolida ſine medullis, quæ cum dubitaretur ſi vere humana eſſent, olim Archipresbytero Rubeo, qui ea vidit, reſpondit hoc natura accidere poſſe, ut legitur de illis lapidatis Siracuſani, qui cum nunquam ſit tiſſit, nec ſudaſſet, ipſo mortuo cauſam inquirentes, ejus oſſa immedullata habere invenerunt, & hic fuit primus, qui ex Olympico certamine Pancratii coronam reportavit, quæ omnia affert graviſſimus Auctor Vincentius l. 32. c. 123. Speculi naturalis. Hinc credendum non fortuitò dictæ Cryptæ tectum à vulgo Terramartura nuncupatum, ſed ſerio, quaſi Terra Martyrum, & dicta oſſa Martyrum fuiſſe credendum. Semper enim Cryptæ in perſecutionibus Eccleſiæ fuerunt latebræ Martyrum, quarum hominibus ſecundum Didymum geminus erat uſus, habitationis dum vivebant, & ſepulturæ dum moriebantur, & ita affert Vivaldus prima perſecutione Eccleſiæ. Nec negari poteſt tempore Trajani Imperatoris, teſte Euſebio in ſuo Apolog. in hac Provincia Plinium ſecundum fuiſſe Judicem perſecutorem Chriſtianorum, &c. Cætera deſiderantur de manu Auctoris.*

In oppido hoc nobili cœnobium eſt Minorum Obſervantium, ex quo aliquot viri doctrina clariſſimi, inter quos facile annumerare poſſumus Fr. Aloyſium de Hippolytis, qui monaſterium ipſum nobili locupletavit Bibliotheca. Sed ad Epiſcopum Beneventum redeamus, qui diu hanc Eccleſiam optimè adminiſtravit ubi diem ſuum obiit, annus tamen & dies ignorantur.

5 PETRUS (1) Epiſcopus Caputaquenſis ac Regni Siciliæ Cancellarius obiit ſub Honorio IV. anno 1286. de quo in regeſt. Vat. ejuſdem Pontificis. V.

6 GIBERTUS ex Epiſcopo Agrigentino à Capitulo poſtulatus confirmatur ab Honorio IV. anno 1286. 10. Kal. Septembris ep. 119. fol. 6. regeſt. Vat. Fuit hic Regius Conſiliarius, & Regiæ Curiæ Rationalis anno 1292. ut ex Reg. Neap. Caroli II. Deceſſit circa ano. 1294. & cum quædam ſacra paramenta Eccleſiæ ſuæ legaſset, Joannes ſucceſſor petiit a Rege, ut liberè reſtituantur anno 1295. ut narrat Reg. Regeſt. Giberti ſub nomine Goberti, meminit Rocchus Pyrrhus notitia 3. Agrigentinæ Eccleſiæ, ſed perperam refert illum obiiſse menſe Junio 1284. cum luce clarius pateat ex Reg. Vatic. anno 1286. ad Caputaquenſem hanc ſedem tranſlatum fuiſse, in eaque extrema clauſiſse an. 1294. VI.

7 JOANNES ſucceſſit Giberto anno 1294. vixit in hac dignitate decem, & ſeptem annos, cui morbo incurabili correpto Clemens V. coadjutorem attribuendum adjudicavit, ſcripſitque Neapolitano Archiepiſcopo, deditque in mandatis, ut virum prudentem eidem daret coadjutorem. Scripta eſt epiſt. in Reg. Vat. nu. 815. fol. 202. Pontif. Clementis, 6. Id. Aug. ſed dum hæc agerentur, Joannes morbo gravatus è vivis deceſſit circa ann. ſequentem 1312. VII.

8 PHILIPPUS demortuo Joanne à Capitulari Senatu eligitur; confirmationem obtinuit ab eodem Clemente V. ao. 1312. Nonis Julii ex Reg. Vat. ep. 721. fol. 149. ano. 7. Pontificatus ejuſdem. Mortis ejus dies, & annus ignorantur. VIII.

9 JO-

(1) Hic erat Caputaquenſis Epiſcopus an. 1295. quo Eccleſiam S. Mariæ Majoris de Diano ditavit indulgentiis. *Vulpius.*

IX 9 JOANNES (1) florebat an. 1321. apud regeſt. A Reg. Neap. nulla tamen de eo mentio extat in Reg. Vat.

X. 10 PHILIPPUS de S. Mango (2) 1336. forte idem cum ſuperiori, de quo in reg. Vatic. Jacet in Metropoli Salernit. ante æneam portam cum hoc epitaphio.

*Hic jacet Dominus Philippus de S. Mango Dei gratia venerabilis Caputaquenſis Epiſcopus, qui obiit anno ab Incarnatione Dom. M.CCCXXXVI menſis Julii iii. Ind. cujus anima per miſericordiam Dei requieſcat in pace. Amen.*

XI. 11 THOMAS de S. Mango ex Archidiacono eligitur à Capitulo poſt Philippi obitum, confirmatur poſt diutinam vacationem à Benedicto Papa XII. ann. 1340. 3. Id. Junii, Pontif. 7. ita in Regeſt. Vatic. epiſt. 386. Obiit verò anno 1382. Salerni ubi jacet in Metropolitana propè gradus odei, ubi hæc inſcriptio,

B *Hic jacet corpus Reverendiſſ. in Chriſto Patris, ac Domini Domini Thomaſii de S. Mango Dei gratia venerabilis Caputaquenſis Epiſcopi, qui obiit anno ab Incarn. D. MCCCLXXXII. Die xii. menſ. Julii vi. Indict. cujus anima per Dei miſericordiam requieſcat in pace. Amen.*

XII. 12 JACOBUS ſucceſſit Thomæ ad hanc ſedem evectus ab Urbano VI. anno 1386. Sub Bonifacio IX. Majoris Pœnitentiariæ Regens fuit abſente Franciſco tituli s. Suſannæ Presb. Card. Deceſſit ann. 1399. ex lib. Oblig. Prælat.

13 JOANNES BONIFACII de Panella Neapolitanus Duracenſis Archiepiſcopus huc translatus eſt 13. Kalend. Maji anno 1399. Annis fere ſex in hac Eccleſia fuit, translatuſque deinde eſt ad Muranum Epiſcopatum anno 1405. Hic anno 1404. Baſilicæ Vaticanæ nonnulla ſtabilia bona ad C ſuam expiandam animam legavit in Carterla, quæ olim fuerant s. Marcelli, cujus dies anniverſarius notatur in veteri Martyrologio ejuſdem Baſilicæ 8. Idus Martii.

(„ *Joannes iſte revera Jacobo non ſucceſſit an.* „ *1399. ſed defuncto Thoma, & ab Urbano VIII. ad* „ *hanc ſedem evecto Jacobo, à Clemente VII. vel à* „ *Caputaquenſi Capitulo Pſeudopontificis partes ſecuto, Joannes eodem fere tempore intruſus eſt. Extat in archivo S. Mariæ de Laurino documentum, quo Joannes an. 1393. 12 Novembris ratam habet venditionem quamdam Jacobo de Vicariis à presbyteris S. Mariæ de Laurino factam. Illud ſic proloquitur.*

„ Nos Johannes Dei gratia, Caputaquenſis Epiſcopus tenore præſentium notum facimus univerſis tam præſentibus, quam futuris, quod adhærens præſentiam noſtram vir egregius D. Jacobus de Vicariis de Venuſio caſtri Montisfortis dominus, humili ſua nobis petitione monD ſtravit, quod Abbas, & presbyteri capituli, & conventus Eccleſiæ S. Mariæ Majoris de Laurino, vendiderunt, & tradiderunt eidem D. Jacobo, & ſuis hæredibus foreſtum unum ipſius Eccleſiæ in territorio Laurini, ubi dicitur ſadilampo, quod dicitur de Squillanti juxta illud Philippi de Andrea; illud hæredum Maſii de Vincentio; illud dictæ Eccleſiæ pro facienda una cruce de argento pro Eccleſia ſu pradicta; ſupplicavitque nobis, quod prædictæ venditioni, & traditioni aſſentire begnigne dignaremur. Cujus ſupplicationibus incli-

A „ nati, dictæ venditioni, & traditioni de certa noſtra ſcientia aſſentimus, noſtrumque præſtamus beneplacitum, & aſſenſum. In cujus rei teſtimonium, & præfati D. Jacobi, ſuorumque hæredum cautelam præſentes noſtri beneplaciti & aſſenſus literas exhinde fieri mandavimus, noſtri pontificalis ſigilli appenſione, & ſubſcriptione manus propriæ communitas, actas Laurini die duodecimo menſis Novembris primæ indictionis milleſimo trecenteſimo nonageſimo tertio, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri Dom. Clementis divina providentia Papæ VII. anno quinto decimo.

„ † Nos Epiſcopus qui ſupra prædicta fatemur.

„ *Mortuo autem Clemente Joannes Benedicto XIII. adhæſit, ut teſtatur alterum documentum in præfato archivo exiſtens, quo an. 1396. die 20. Aprilis definit Joannes, quod eidem Eccleſiæ S. Mariæ de Laurino jus eſſet pulſare campanas ob divina officia celebranda, antequam à* B *reliquis parochiis pulſarentur, harumque presbyteri ſupplicationibus, quæ ab illa procederent, tenerentur intereſſe:* Datum Laureni anno Domini MCCC. nonageſimo ſexto die penultima menſis Aprilis quartæ indictionis. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini Benedicti Papæ XIII. ejuſdem ſecundo anno. *Ex his clare patet Joannem Caputaquenſem cathedram diu antequam obiret Jacobus, occupaſſe, & ex hoc albo ut pſeudo-Epiſcopum expungendum.* Vulpius.)

14 GUILLELMUS Epiſcopus Muranus Id. XIII. Aprilis, & anno 1405. translatus ad hanc Eccleſiam. Obiit anno 1412. à Gregorio XII. exauctoratus, ex lib. Proviſ. Prælat.

(„ *Unde haurire potuerit Ughellus, quod translato ad Muranam ſedem Joanne, Guillelmus Muranus Epiſcopus ad hanc Eccleſiam translatus fuerit an. 1405. haud ſatis conicio. Nam in ar-* C *chivo S. Mariæ de Laurino viſitur documentum à Guillelmo Caputaquenſi Epiſcopo an. 1400. die 14. Januarii expeditum. E quo pronum eſt colligere, datum fuiſſe Guillelmum an. 1399. à Bonifacio IX. ſucceſſorem defuncto Jacobo, dum adhuc detineret, & diu poſtea detinuerit hanc ſedem intruſus Joannes. Ladiſlao regi in paucis fuit charus Guillelmus; a cujus uxore regina Maria Bitunti Gubernator electus eſt. Hinc tale principium legitur documenti cujuſdam apud Franciſcum Lombardum in hiſt. Melphiten. p. 69.*

„ Anno ab Incarnatione D. N. J. C. 1407. regnante ſereniſſ. D. Ladislao Dei gratia rege &c. regnorum ejus ann. XXI. feliciter amen. menſe Auguſti, die 6. ejuſdem XV. ind. Botonti. Ego judex Petrus Paſcalis de Melphicta, civis Juvenatii, Locumtenens & Vicarius D. Guglielmi Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Caputaquenſis Epiſcopi, Reginalis Gubernatoris, & Rectoris dictæ civitatis Botonti. Præſentes noſtræ ſcri-D ptæ ſententiæ &c. *Cum autem deinde inter Gregorium XII. & Ladislaum diſſidia, bellumque eſſent exorta, & Guillelmus à Ladislao ſteterit, Gregorius illum in ordinem redegit.* Vulpius.)

15 JACOBO (3) electo Caputaquen. indulget Gregor. XII. ut conſecrationis munus ſuſcipiat, anno 1410. ex eod. lib.

16 BALTHASSAR de Judice Canonicus XIV Roſſanenſis ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt per obitum Guillelmi a Joanne XXIII. Papa anno 1412. 17. *a* Aprilis. Mortem obiit ſub Martino V. *a 16. Auguſti ex Actis.*

17 JO-

(1) Hunc Joannem, de quo nulla alia mentio habetur præterquam in regeſto regio Neapolitano ab Ughello citato, eundem eſſe opinatur Vulpius ac Joannem ſupra num. 7. memoratum: & annum 1321. regeſti Neapolitani fortaſſe corruptum, reſtituendumque 1312. & conſequenter unicum tantum per hæc tempora floruiſſe Philippum Caputaquenſem Epiſcopum, quem in duos mediante altero Joanne ſecuit Ughellus. Ex accurata regeſti Neapolitani inſpectione res dubio procul enitescet: interim in ancipiti nihil innovandum.

(2) Philippi mentio habetur in quadam ejus donatione anni 1331. 13. Decembris à Vulpio citata.

(3) Hic Jacobus à Gregorio XII. electus, cum jam ab Apoſtolica ſede deturbatus fuerat, inter ſchiſmaticos adnumerandus: unde ſequens Balthaſſar à Joanne XXIII. legitimo Pontifice non Jacobo, ſed Guillelmo jam defuncto datus dicitur ſucceſſor. *Vulpius.*




XV. 17 JOANNES, ſeu JOANNELLUS dictus Panella Caracciolus, Neapolitanus, electus à Martino V. aotequam hujus Eccleſiæ habenas ſuſcipetet, ab eodem translatus eſt ad Anglonenſem Eccleſiam anno 1418. 4. Non. Martii. Tamen illum invenio ſub titulo Caputaquenſis Epiſcopi, & Papæ Cubicularii anoo 1422. in inſtrumento tabularii Xenodochii S. Mariæ Novæ de Florentia. B

XVI. 18 THOMAS de Beringariis, Caoonicus Cameracenſis, Papæ Capellanus, & cauſarum Apoſtolici Palatii Auditor, eligitur in locum tranſlati Joannelli 7. Idus Maji ao. 1418. Deceſſit autem ao. 1423. *a*

*a* 1422.

XVII. 19 BERARDUS Caracciolus, Neapolitanus, electus eſt Epiſcopus die 27. Febr. anno 1423. poſt doos annos factus eſt Archiepiſcopus Cuſentinus. (,, *Berardus ſeù melius Bernardus Caracciolus Piſquittius, Neapolitanus Patritius, decretorum doctor, ad hoc regimen vocatur 15. Kalend. Januarii 1522. ut ex decreto Conſiſt. commendatum habemus: cum Archiepiſcopo Cuſentino commutavit 3. Nonas Auguſti 1425. ut ex iiſdem Actis.* Lucentius. )

C



XVIII 20 FRANCISCUS de Thomacellis, Neapolitanus, Archiepiſcopus Cuſentious, ad hanc Eccleſiam tranſlatus die 3. *b* Septemb. 1425. Jacet ſepultus in Eccleſia Collegiata S. Mariæ Laurinæ.

*b* 3. Nonas Auguſti. ex Actis.

XIX. 21 BARTHOLOMÆUS Epiſcopus Cavallicenſis huc traoslatus eſt ab Eugenio IV. die 25. Septemb. anno 1439. ut in Actis Conſiſt. Obiit aono 1441. ex Actis Conſiſt.

XX 22 MASSELLUS Mirtus, Abbas S. Joanois de Piro Ord. S. Benedicti, defuncto Bartholomæo Epiſcopus delectus eſt anno 1441. 15. Kalend. Martii, ex Actis Conſiſt. Obiit 1462.

XXI. 23 FRANCISCUS de Comite, Subdiacouus, & Notarius Apoſtolicus, electus eſt Epiſcopus Caputaquenſis per obitum Maſſelli à Pio II. anno 1462.

A ex lib. Prov. Prælat. fol. 252. (,, *Vivebat Franciſcus adhuc an. 1471. ut colligitur ex archivi Epiſcopalis monumentis.* Vulpius. )

24 FRANCISCUS Bertinus, Lucenſis, vir prudentia, & in explicandis negotiis clarus, Ferdinando Neapol. Regio charus, cujus intuitu Epiſcopatu Adrienſi donatus. (1) inde ad Caputaquenſem tranſlatus, ad Burgundiæ Ducem functus eſt legatione. Obiit anno 1476. Hujus cum laude meminit Card. Papienſis in epiſtolis. XXII.

25 AUXIUS de Podio *c* Card. Archiepiſcopus Montis Regalis fuit Caputaquenſis Eccleſiæ commendatarius anno 1476. uſque ad annum 1483. quo ex hac vita diſceſſit. XXIII


*c* De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 47.

26 LUDOUICUS Podocatharus, *d* Græcus, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt 18. Kal. Dec. 1483 Innocentii VIII. Medicus, ob eximias animi dotes Card. creatus ab Alexandro VI. vulgo Caputaquenſis dictus, tranſlatus ad Beneventanam Eccleſiam anno 1504. *e* de quo ibi. XXIV

*d* De eo citatus Ciaconius tom. 3. col. 697. *e* 1504. 20. Januarii.

B 27 ALOYSIUS Card. de Aragonia *f* hanc habuit commendatam Eccleſiam anno 1504. *g* die 8. Januarii, quam dimiſit aono 1514. XXV

*f* De quo idem Ciaconius tom. 3. col. 179. *g* 1503. 20. Jan.



C

28 VINCENTIUS de Galeotis, Patritius Neapolitanus, Epiſcop. Squillacenſis huc tranſlatus die 22. Martii 1514. ſedit ann. octo, ac liberè ceſſit anno 1522. Vicarium generalem habuit Euſebium Epiſcopum Capriarum. De Galeota familia legendus Ælius Marcheſius, qui ex Conſtantio lib. 3. Neapol. hiſt. narrat ex hac gente floruiſſe Jacobum Archiepiſcopum Barenſem, quem Rex Carolus conficiendo matrimonio inter Carolum Martellum & Rodulphi Romanorum Imperatoris filiam legatum adhibuit. Sed Jacobum illum inter Batenſes Archipræſules haud reperimus, in catalogo ejus urbis Archipræſulum, oeque in Vatic. regeſt. Fortaſſis dignitate alia inſignitus fuit Jacobus. XXVI

D 29 LAURENTIUS Cardinalis Puccius *h* commendatarius hujus Eccleſiæ electus die 10. Septembris 1522. eam reſignavit ad favorem ſequeotis cum regreſſu. XXVII.

*h* De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 117.

30 THOMAS Epiſcopus Triventinus Caputaquen. obtinuit ſacerdotium cum retentione prioris Eccleſiæ die *i* 24. Aprilis 1523. quam cum penè octo adminiſtraſſet aonos, liberè eam dimiſit anno 1531. XXVIII.

*i* Die 17. Junii.

31 HENRICUS Loffredus, Neapolitanus, claræ nobilitatis juvenis, Caputaquenſis Eccleſiæ adminiſtrator adlectus eſt à Clemente VII. Pontifice anno 1531. die 18 Decembris, quam deindè cum ad ætatem perveniſſet, in titulum accepit. Ejus aliquando generalis vicarius fuit Albericus Jaquinrus Epiſcopus Theleſious. Sub Paulo III. Concilio Tridentino interſuit, in quo mortalitatem explevit anno 1547. Corpus ejus Neapolim delatum XXIX

( 1 ) Hanc autem Adrienſem falſò Epiſcopum ſcribit Ughellus. Sed nec in Adrienſibus, nec alibi Italicarum ſedium de eo occurrit memoria. Lucentius.



ꝉum in Eccleſia montis Dei conditum ſuit cum hoc epitaphio.

*Henrici Loffredi Cicci filii Caputaquenſis Epiſcopi in Concilio à Paulo III. Pont. Max. Tridentum convocato, præclaro ſuo munere, vitaque ſancti corpus in hoc fraternæ pietatis inſigne monumentum, Ferdinandus Loffredus Trivici Marchio comportandum curavit.*

XXX 32 FRANCISCUS Cardinalis Sfrondratus *a* adminiſtrator ſuit anno 1547. die 27. Martii. ( ,, *per*
,, *obitum Loffredi, qui cum ſextæ ſeſſioni Concilii Tri-*
,, *dent. interfuiſſet habitæ die 13. Januarii an. 1547.*
,, *paulo poſt deceſſiſſet ſuffectus eſt*. Lucentius. )

*a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 900.*

XXXI 33 HIERONYMUS Cardinalis Verallus *b* Sfrondrato ſucceſſit in adminiſtratione hujus Eccleſiæ anno 1552.

( ,, *Hieronymus Card. Verallus per proviſionem,*
,, *& aſſumptionem Card. Sfondrati ad Eccleſiam Cre-*
,, *monenſem Adminiſtrator evaſit Caputaquenſis 9.*
,, *Novemb. 1549. ut habetur in Actis. Ceſſit deinde*
,, *ad favorem ſequentis, fratris ſui, cui etiam ut ob-*
,, *ſequeretur, Roſſanenſem antea dimiſerat Archie-*
,, *piſcopatum*. Lucentius )

*b De quo idem Ciacon. tom. 3. col. 751.*

XXXII. 34 PAULUS ÆMILIUS Verallus Romanus, ad hanc eandem ſedem ſubvectus eſt ex Archiepiſcopo Roſſanenſi die 1. Martii 1553. intereſt Concilio Tridentino; deinde epiſcopali onere ſe exolvit anno 1574.

XXXIII. 35 LAURENTIUS Bellus, *c* Romanus, Petri filius, factus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 26. Maii 1574 Mortem oppetiit an 1580. cujus memoria extat Romæ in Eccleſia Aracælana in Cenotaphio, quod patri & tribus germanis fratribus viris clariſſimis poſuit Octavius.

*c De eo Mandoſius in Bibl. Rom. Centur. 10. n. 99.*

D. O. M.

*Petro Bello Romano Conſultori, ac Procuratori Inquiſitionis, Laurentio Bello Epiſcopo Caputaquenſi, Pompejo Bello Epiſcopo Biſinian. Ceſari Bello Protonotario Apoſtolico, Octavius Bellus I. C. Patri dulciſſ. ac tribus chariſſimis fratribus mœſt. poſuit anno Domini MDXC.*

XXXIV 36 LÆLIUS Morellus. Picenus de Monte alto, ad hanc ſedem ſubvectus eſt à Sixto V. anno 1586. die 6. Junii. Præfuit an. 33. fato functus eſt an. 1609.
( ,, *Hic vix electus a Sixto V. impetravit, ut Epiſco-*
,, *pale domicilium Dianum transferretur; quod Six-*
,, *tus indulſit ſequenti Bulla Diano pariter Civita-*
,, *tis prærogativas concedens*.

Sixtus PP. V.

,, Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos
,, cura paſtoralis officii nobis divina providentia ſu
,, per cunctas Eccleſias, & populos commiſſi, ut
,, cujuſque Dioeceſis rectae adminiſtrationi Perſo
,, narum praeſertim Eccleſiaſticarum & Praelato-
,, rum commodis; in primis vero divini cultus au
,, gumento, quantum in nobis eſt, conſolamus.

A ,, Sane jam pridem certiores facti ſumus, Civita-
,, tem Caputaquen, & omnia fere aedificia tam pu-
,, blica, quam privata jam diu collapſa ſeu deſtru-
,, cta eſſe, ac tum propter Coeli inclementiam,
,, tum propter varia pericula, in quae in itinere ad
,, Caputaquenſem Eccleſiam accedentes, ſeu ab
,, ea recedentes a latronibus, aliiſque ſceleratis ho-
,, minibus. qui in vicinis ſylvis, & nemuribus la-
,, titant, & vitae, & fortunis hominum inſidian-
,, tur incurrere poſſunt; tum denique propter alia
,, ſimilia incommoda incolis etiam deſtitutam,
,, & deſertam, ac Civitatem illam olim frequen-
,, tem. redditam plane inhabitabilem. ut propte-
,, rea Epiſcopi Caputaquen, & dilecti filii Capitu-
,, lum Caputaquen, in ea reſidere multo ab hinc
,, tempore nequaquam ſoliti fuerint, nec ſine ma-
,, nifeſto vitae periculo in poſterum queant. ex quo
,, ſequitur non modicum divini cultus curae ani-
,, marum, ac diſciplinae eccleſiaſticae detrimen-
,, tum, niſi illis certus ac ſtabilis reſidentiae locus,
B ,, iſque tutior, & ſalubrior aſſignetur. Perlatum
,, vero ad nos fuit, Oppidum Diani ejuſdem Dioe-
,, ceſis Caputaquen, ob incolarum nobilitatem, &
,, frequentiam Clericorum, magnum numerum
,, annonae, & rerum neceſſariarum; ac quod in
,, tuto. & munito, ſalubrique loco ſitum eſt, val-
,, de etiam habita ratione ſitus reliquae Dioeceſis
,, ad epiſcopalem reſidentiam commodum, & oppor-
,, tunum exiſtere; cum praeſertim ibidem ex prae-
,, ſcripto Brevis Apoſtolici antiquitus ea de re inibi
,, novus Epiſcopus primam Miſſam Pontificalem
,, celebrare teneatur. & Clerus in illo Oppido ſae-
,, pe congregari conſueverit. Seminarium quoque
,, Eccleſiaſticum puerorum auctoritate Concilii
,, Tridentini. & permiſſu Sedis Apoſtolicae ere-
,, ctum fuerit. Archivium porro Curiae Epiſco-
,, palis aſſervari ſoleat, atque ultra complura Mo-
,, naſteria, ſeu Domos Regularium perſonarum in
,, eodem Oppido, quinque Eccleſiae Parochialis
,, ſitae inibi ſint; atque inter eas admodum inſignis
C ,, exiſtat Eccleſia Sanctae Mariae Majoris noncu-
,, pata. in qua jacet Corpus B. Coni, quod magno
,, finitimorum etiam populorum concurſu & devo
,, tione celebratur; ſed & juxta eamdem Eccleſiam
,, S. Mariae, dilecti filii nobilis vir Marchio & U-
,, niverſitas ac homines praedicti Oppidi Domum
,, ad habitationem Epiſcopi decentem, & conve-
,, nientem ſuis ſumptibus aedificare pollicentur.
,, Quare nos illorum. ac univerſi Cleri, praeci-
,, pue vero Venerabilis Fratris Lelii moderni Epi-
,, ſcopi Caputaquen id pro communi totius gregis
,, ſibi crediti commodo enixe poſtulantis precibus
,, inclinati de conſilio Venerabilium Fratrum no-
,, ſtrorum S.R.E. Cardinalium ſuper Epiſcoporum
,, conſultationibus, & Viſitatione Apoſtolica de-
,, putatorum; modernis & pro tempore exiſtenti-
,, bus Epiſcopis & Capitulo, ac aliis dignitatem
,, etiam majorem poſt pontificalem, vel alia, &
,, quaecumque beneficia in dicta Eccleſia Caputa-
,, quen obtinentibus perſonis, etiamſi de gremio
D ,, Capituli non ſint, ut ipſi. & eorum unuſquiſ-
,, que, ſi poſtquam per Marchionem, & Univer-
,, ſitatem praedictos, habitatio Epiſcopalis ejuſ-
,, dem Lelii electi arbitrio congrua, vel ad aedifi-
,, candam hujuſmodi domum pecunia, quae duo-
,, rum millium ducatorum monetae Regni ſum-
,, mum excidit ipſi Epiſcopo donata, & conceſſa
,, ac aſſignata fuerit in eodem Oppido Diani perpe-
,, tuis futuris temporibus reſidere, ac in dicta Ec-
,, cleſia S. Mariae Epiſcopales Capitulares alias
,, Miſſas, Oraſque Canonicas. & Divina Officia,
,, ac Proceſſiones etiam Quadrageſimae, & Ad-
,, ventus Domini, caeteriſque quibuſque anni
,, temporibus, & diebus etiam feſtivis. & aliis fe-
,, ſtis ſolemnibus, & majoribus, & Paſcatis Re-
,, ſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti celebra-
,, re, ipſeque Epiſcopus tam quo ad Ordines etiam
,, Sacros conferendos, quam in reliquis actibus,
,, officia; & munia Pontificalia, etiam quae iuriſ

dictio-

,, dictionis, quaeque ordinis ſunt, etiam ea quae A
,, notitiam, & expreſſionem requirerent magis
,, ſpecialem, & ſub generali appellatione non ve-
,, niant, ibidem exercere. & nihilominus Epiſco-
,, pus & Capitulum, ac alii praedicti dictae Eccle-
,, ſiae S. Mariae perſonaliter deſerviendo Epiſco-
,, pales & Capitulares menſarum. ſuarumque di-
,, gnitatum. vel beneficiorum fructus, redditus;
,, & proventus, obventiones, ac diſtributiones
,, etiam quotidianas; caeteraque emolumenta om
,, nia, & quaecumque cum ea integritate reſpe-
,, ctive percipere, exigere & levare, ac in ſuos
,, uſus & utilitatem convertere libere & licete va-
,, leant, perinde ac ſi apud Eccleſiam Cathedra-
,, lem in dicta Caputaquen. Civitate actu & re ip-
,, ſa perſonaliter reſiderent, auctoritate Apoſtoli-
,, ca tenore praeſentium de ſpeciali gratia indul-
,, gemus, decernentes ipſos Epiſcopum, & Ca-
,, pitulum, aliaſque perſonas ad reſidendum in di-
,, cto Oppido Diani, non autem in ipſa Civitate
,, Caputaquen. & ad interveniendum Eccleſiae B
,, S. Mariae, non autem Cathedrali Caputaquen
,, praedictis de coetero teneri, & ad id dumtaxat
,, cogi aut compelli poſſe, & debere; & ob non
,, reſidentiam. quae in eadem Civitate, & apud
,, ipſam Eccleſiam Caputaquenſem poſthac facien-
,, da erit, ullas ſententias, cenſuras, aut poenas
,, eccleſiaſticas, aut reatum etiam perjurii, ſi id
,, forſan eorum aliqui juraverint, minime incurre-
,, re, ſed in dicto Oppido Diani reſidere, & ipſi
,, Eccleſiae S. Mariae in Divinis deſervire debere
,, & obligatos exiſtere, ſicque ab omnibus cenſeri,
,, & per quoſcumque judicari debere; irritum quo-
,, que & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam qua-
,, vis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit
,, attentari. Ne autem ipſi Eccleſiae Caputaquen.
,, aliquid in reliquis praejudicium generetur, ac
,, ne congruis omnino fraudetur obſequiis, volu-
,, mus, & ſimili auctoritate praecipimus, ut ti-
,, tulus, nomen, & denominatio Epiſcopi Capu-
,, taquen, ac in eadem Civitate Caputaquen. Ca- C
,, thedralis Eccleſia, & illius inſignia, Sedeſque
,, Epiſcopalis Caputaquen. perpetuo remaneat. ac
,, quotannis in perpertuum in die feſti titularis,
,, ſeu patroni, ſub cujus invocatione ipſa Eccleſia
,, Caputaquenſis dedicata eſt, ac in Dominica in
,, Albis ſeu die octava Reſurrectionis Domini No-
,, ſtri Jeſu Chriſti, quique pro tempore erit Epiſ-
,, copus cum univerſo Capitulo ad dictam Eccle-
,, ſiam Caputaquenſem perſonaliter accedere ad
,, ini bi Miſſam Pontificalem ſolemniter decantare
,, teneatur, idemque Epiſcopus ſuis ſumptibus ſti-
,, pendium, ſeu proviſionem annuam ſaltem quin
,, quaginta ducatorum auri de camera praesbytero
,, idoneo, ejus arbitrio ponendo ſubminiſtret, qui
,, juxta eamdem Eccleſiam Caputaquen. quantum
,, fieri poteſt, perſonaliter reſidere, & in ea Miſ-
,, ſam ſingulis Dominicis, & aliis Feſtis, & ſal-
,, tem tribus aliis cujuſq; hebdomadae diebus, etiam
,, non feſtivis celebrare. Sacramenta quoq; Eccle-
,, ſiaſtica dilectis Filiis Chriſti fidelibus dictae Ci- D
,, vitatis, ſive ad eamdem Eccleſiam accedenti-
,, bus ſeu confluentibus, ſi quando opus fuerit mi-
,, niſtrare omnino debeat, non obſtantibus conſti-
,, tutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non
,, in Conciliis etiam genera libus aeditis, dictae-
,, que Eccleſiae Caputaquen. juramento, confirma-
,, tione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia robo-
,, ratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, & Literis
,, Apoſtolicis dictae Eccleſiae, ac pro tempore e-
,, xiſtenti Epiſcopo, & Capitulo praedictis quo-
,, modolibet conceſſis, adprobatis, & invocatis.
,, Quibus omnibus illorum tenores praeſentibus
,, pro expreſſis habentes ſpecialiter, & expreſse
,, derogamus, coeteriſque contrariis quibuſcumque
,, &c. Datum Romae apud S. Petrum ſub annulo
,, Piſcatoris die XVII. menſis Julii, milleſimo
,, quingenteſimo, octogeſimo ſexto. Pontificatus
,, noſtri A. ſecundo. *Vulpius*.)

37 JOANNES Vitellus, Neapolitanus (,, *ex* XX XV.
,, *Epiſcopo Calinulenſi*) electus 1610. *a* obiit anno
1611 (,, *Tumulum accepit in Eccleſia Capuccinorum*
,, *de Sala, ubi legitur in pariete principi altari pro-*
,, *piori deſcripta ſequens Epigraphe.*
,, Hic jacet Vitellus Epiſcopus Caputa-
,, quenſis, qui obiit anno Domini
,, MDCX. *Vulpius*.)


*a* 1610. 16. Novemb.

38 PETRUS Matta de Haro, Hiſpanus, Epiſc. XX XVI.
Bellicaſtrenſis, huc translatus ultima *b* Febr. 1611.
mortuus eſt 1627. (,, *Petrus Matta de Haro, nobi-*
,, *liſſimus Hiſpanus, nepos Ferdinandi de Haro re-*
,, *giam Neapoli cancellariam Regentis, adoleſcens*
,, *clericorum Regularium Theatinorum ordini nomen*
,, *dedit, in quo mire pietate, ac litteris brevi im-*
,, *butus fuit, adeo ut munia, quæ ſemper ſe nolen-*
,, *tem, ac reſpuentem inſecuta fuerunt, laudatiſſi-*
,, *me in eodem ſuo ordine impleverit. A ſuo Neapo-*
,, *litano cœnobio D. Mariæ Angelorum ſummus Pont.*
,, *Paulus V. per Scipionem Card. Burgheſium Nepo-*
,, *tem ſuum Romam accitum nil tale cogitantem Bel-*
,, *licaſtrenſi infula die 3. Auguſti 1609., & poſtea hac*
,, *Caputaquenſi anno 1611. decoravit pro ſui ope-*
,, *roſiſſimi zelus ampliori exercitio. Clericorum Re-*
,, *gularium mores, quos adoleſcens induerat, Epiſ-*
,, *copus non exuit. Ad regendam ſibi commiſſam Ec-*
,, *cleſiam illicò ſe contulit, diligentiſſimè illam perlu-*
,, *ſtravit, pedibus ſæpè ſuis ad oppida inacceſſa, &*
,, *quo equi obniti non poterant, progreſſus eſt, verè*
,, *ſe filium D. Cajetani probans, qui audiit* venator
,, animarum. *Examini candidatorum adeſſe ſemper,*
,, *& prodeſſe, aut ſolemnia ſacra perageret, aut ſa-*
,, *cros ordines, & Sacramenta conferret, inſolito per-*
,, *fundi gaudio, & inter divina myſteria ardere ani-*
,, *mo, vultuque, lacbrymis etiam admirabili qua-*
,, *dam, & perenni ſuavitate manantibus colliqueſ-*
,, *cere, omnium Spiritualibus neceſſitatibus, frequen-*
,, *tiſſimis concionibus, corporalibus opportuno, imo*
,, *quotidiano ſubſidio ſemper proſpicere, inſomnes*
,, *ſæpe ſæpius noctes ducere, prece, meditatione,*
,, *& corporis caſtigatione numen ſibi propitium red-*
,, *dens, ut in difficillima provincia præſentiſſima ſem-*
,, *per ipſi adſtaret ope. Cujus fervidis, ac continuis*
,, *votis pater Miſericordiarum annuit congregatione*
,, *presbyterorum in oppido Laurini ſuæ diœceſis exci-*
,, *tata per vener. Jo: Philippum Romanellum una cum*
,, *Pompejo Monfortio, & Andrea Brancaccio ſacer-*
,, *dotibus Neapolitanis genere, & pietate præcla-*
,, *ris, ut ex bulla fundationis regiſtrata in lib. Bul-*
,, *lar. Cur. Epiſcop. Caputaquenſis fol. 34., quæ in-*
,, *cipit* — D. Petrus Matta de Haro S. T. D. Dei,
,, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Caputa-
,, quenſis. Cum jampridem in Paſtorali munere &c.
,, *& concludit* — Datum Novi die 13. Menſ. Octo-
,, bris 1618. &c. *Cujus congregationis primum, imo*
,, *unicum munus cooperari cum Epiſcopis in anima-*
,, *rum ſalute procuranda, Apoſtolicis ſcilicet Miſſio-*
,, *nibus diœceſes excurrere, etiam per Villas, per*
,, *mapalia, per ipſa armenta gregeſque illorum cu-*
,, *ſtodes inquirere, rudes fere omnes, & baptiſmo*
,, *tenus Chriſtianos, fidei rudimenta docere, cœlo-*
,, *rum viam aperire, ad recipiendam per Sacramen-*
,, *ta gratiam diſponere, morientibus, præſertim*
,, *pauperibus, ac derelictis Eccleſiaſtica præbe-*
,, *re adiumenta, illud omne, denique præſtare,*
,, *quod animæ pretioſiſſimo Chriſti Sanguine redem-*
,, *ptæ ſat, ſuperque merentur. In ſuo oppido Lau-*
,, *riani Cl. V. Jo. Franciſcus Sanfelicius regiam can-*
,, *cellariam Regens genere, ac pietate præſignis ei-*
,, *dem congregationi domum aperuit ann. 1634. quam*
,, *illi Neapoli obtinuit ab Eminentiſſ. Archiepiſcopo*
,, *Boncompagno in æde vulgò ibi* di S. Nicola a D.
,, Pietro, *an. 1636. & 1647. Barium eoſdem doctri-*
,, *næ Chriſtianæ ſacerdotes accivit Archiepiſcopus*
,, *Serſale maximo ſuæ diœceſis emolumento. Et ut de*
,, *Archipræſule Petro Matta de Haro redeat ſermo,*
,, *ut Neapolim pro ſuæ Diœceſis arduis negotiis adiit*
,, *anno 1622. cum erga D. Philippum Nerium tunc*
,, *in ſanctorum albo ab Urbano VIII. recenſitum te-*

*b* Die 11. Febr.

*ner-*

*nerrima devotione flagraret, illius ſereniſs. archiſodalitio ſub titulo Ss. Trinitatis peregrinorum, & convaleſcentium nomen dedit, illius omnibus exercitiis, donec in illa civitate moram duxit, ferè quotidie vacavit, imo inter prædales etiam ſuæ ſponſæ amplexus, numquam ejuſdem oblitus fuit, & ejuſdem pro ſuo bene adminiſtrando grege orationes, quoad uſque vixit, ſemper expetiit. Congregationem doctrinæ chriſtianæ utpotè ſuis natam auſpiciis mire etiam dilexit, fovit, omnique paſtorali ſollicitudine, ac benevolentia ſemper juvit. Cathecheſim ſuis ipſe populis quandoque explicavit, domeſticis ſemper. In ſuo palatio ſacra roſarium, pioſque libros familia decurrebat, & ad exemplum domini domus ipſa ſe componebat, quem cernebat ad aram quotidie immolare, & ſaltem duobus aliis ſacrificiis intereſſe, in Cubiculo vel orare, vel ſtudere. Hæc agentem, aliaque multa pro ſalute gregis ſui meditantem mors intercepit anno 1627. comploratus fuit ab univerſa diœceſi, quia ſingulorum amorem ſibi ferè omnibus ſanctiſſimo præſule dignis virtutibus acquirerent.)*



XX XVII. a De eo Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 590.

39 FRANCISCUS Maria Brancaccius, a Neapolitanus, utriuſque ſignaturæ Referendarius, generis claritudine, virtutum omnium, & ſcientiarum præſul longe clariſsimus, ex deceſſu Petri hunc obtinuit Epiſcopatum ab Urbano VIII. an. 1627. die 9. Aug. à quo in S. R. E. Card. numerum cooptatus die 28. Novemb. 1633. & Epiſcopatu Viterbienſi donatus, cujus numeroſiſsima, & vetuſtiſſima inter Neapolitanos equites familia refulſit Cardinalibus, & Dynaſtis, de quo libet hic extemporale eruditiſsimi Jacobi Gaddi referre.

*Polles nobilitate pervetuſta,*
*Quam mucrone regium decoris*
*Illuſtrant, magis eruditione*
*Flores, qui triplici (ut ecce) corona*
*Maximè radiabis inter aſtra*
*Noſtri temporis; hoc Apollo monſtrat.*
*Me nùm decipiet canentem Apollo?*

De vetuſta hac nobili Brancaccia gente legendus noſter Carolus Botellus in vindice Neapolitanæ nobilitatis libro; de Card. verò vide Viterbienſium Præſulum ſeriem noſtram tom. 1.

(„ *Cum fuiſſet omnimoda ſapientia exornatus, litteratos omnes ſemper foverat, & illorum conſuetudine ſemper delectatus fuerat, adeo ut defunctus adhuc illos protegat, & veluti ad ſcientias alliciat ſua domeſtica bibliotheca in quacumque materia codicibus inſtructiſſima, quæ ut Neapolim transferretur, & repoſita in æde S. Angeli ad Nidum ſuæ Brancacciæ gentis, cunctorum ſemper commodo pateret, ſupremis tabulis cavit, ut reapſe evenit publico bonarum artium emolumento. Solemniter ei Neapoli parentatum in eadem æde Divi Angeli, laudatuſque pro concione fuit à P. Thoma Strozzi celeberrimo ſocietatis Jeſu oratore, & ibidem hæc in ejus laudem legitur inſcriptio.*

D. O. M.
Franciſcus Maria Cardinalis Brancacius
Epiſcopus Caputaquenſis, Viterbienſis,
Sabinus, Tuſculanus, Portuenſis,
Vir omnigena virtute, omnigena ſcientia
purpuræ decus,
ſacrarum congregationum,
Quibus vel interfuit, vel præfuit,
oraculum,
Meritorum faſtigio ſummæ tiaræ proximus,
quam illi præ ſe
aperto, & ſuo. & famæ ſuffragio deferendam
publicis in comitiis edixit
Clemens X. Pontifex Maximus,
Familiæ ſuæ, ac patriæ amantiſſimus
illi meritorum memoriam,
huic cor, & cordis delicias ſui
per auguſtam bibliothecam
à ſe inſtructam, ſuiſque auctam libris
publicæ civium inſtitutioni legavit.
Romæ mortalitatem exutus
anno ætatis ſuprà octogeſimum quarto
purpuræ ſupra quadrageſimum ſecundo
fama, ſcriptis, gloria ſibi ſuperſtes
lapidem hunc
immortalitatis ſuæ præconem, ac teſtem habet.

*Multa reliquit doctiſſimus Cardinalis ingenii ſui monumenta, non omnia tamen in lucem edita; quæ prælo fuere commiſſa ſunt videl. Diſſertationes, quæ continent.* De Privilegiis, quibus gaudent Cardinales in propriis Capellis. De optione ſex Epiſcopatuum S. R. E. Cardinalium. De Pactionibus Cardinalium, quæ vocantur Conclavis Capitula. De Sacro Viatico in extremo vitæ periculo certantibus exhibendo. De Potu Chocolatis. An Chocolates aqua dilutus, prout hodierno uſu ſorbetur, Eccleſiaſticum frangat iejunium. De Regulis Ss. Patrum. De Benedictione Diaconali. De Altarium conſecratione. *Romæ Typis Nicolai Angeli Tinaſſii 1672. in fol.*)



40 ALOYSIUS Pappacauda, Neapolitanus, die 12. Febr. anno 1635. ex ceſsione Card Brancaccii electus eſt hujus Eccleſiæ Præſul; translatus deindè eſt ad Lycienſem Epiſcopatum anno 1639. XX XVIII

41 THOMAS Carrafa, Neapolitanus, ex Epiſcopo Vulturarienſi die 11. Julii 1639. huc translatus. XXX IX.

*ADDITIO.*

(„ *Thomas Marcelli Carrafæ, & Æmiliæ Cevæ Grimaldæ è Teleſiarum Ducibus filius, utroque genere nobiliſſimus, ortus eſt Neapoli anno 1587., ubi & ſacris litteris, & Eccleſiaſticæ militiæ operam dedit. A Gregorio XV. è ſuis intimis cubicularis, & poſtea V. S. Referendarius, ab Urbano VIII. die 10. Decembr. 1623. Epiſcopus Vulturarienſis renunciatus fuit, qua ſacra auctus dignitate, è ſua patria Neapoli ad Hiſpaniarum Regem*

*pro*

*prò re publica ablegatus fuit; ſed ab ea legatione
cum prudentiæ laude, & patriæ utilitate reverſus
hanc Caputaquenſem Eccleſiam die 11 Jul. 1639.
obtinuit regendam, & verè ipſam, ut debebat, re-
xit ſacram immunitatem, & ſuæ ſponſæ jura ſa-
cerdotali pectore propugnans. Ædem Divi Petri
in civitate Salenti perfecit, in qua hæc marmorea
legitur Epigraphe.*

D. O. M.
Mira templi, turriſque campanilis
ſtructura illuſtriſſimi, & Reverendiſ-
ſimi Domini Thomæ Caputaquen.
Præſulis ex Carraforum genere ſemper
inclyta conſueſcentium agere juſſu, cu-
ra, ære conſtructa anno Domini
MDCXLI.

*Pro morum reformatione, & Eccleſiaſticæ diſci-
plinæ reſtauratione Synodum in oppido Laurini ce-
lebravit diebus XII. XIII & XIV. Decembris an.
1649. ſacris dogmatibus adeo plenam, ut in ea ty-* B
*pis etiam demandata, nihil aliud deſideretur, quàm
exacta ipſius obſervantia. Tunc temporis hac diœceſi
à fame, peſte, alluviebus, ac ab exulibus afflicta,
efferveus Thomæ erga ſuas oves charitas, zeluſ-
que juſtitiæ erga maleficos enituit. Ab iiſdem, quos
innuimus, ſeditioſis ad necem conquiſitus, dum in
oppido Novi moram ageret, per feneſtram fugere,
ac Romam petere coactus fuit. Inde tandem re-
diens, in civitate Salerni in domo Archiepiſcopi
Gregorii Carrafæ conſanguinei ſui in febrim inci-
dit, per quam die 7. Decembr. 1664. ad plures
abiit, & in illo principe templo, funebri, ut dece-
bat, pompa fuit humi traditus ſub hac inſcriptione.*

Thomæ Carrafæ Marcelli filio Neapo-
litano V. I. D. in Romana aula utriuſq;
Signaturæ Referendario, intimo Grego-
rii XV. ac Urbani VIII à Cubiculo, Vul-
turarienſi, deinde Caputaquenſi Epiſco-
po, ob publica patriæ Negocia ad Philip-
pum IV. ablegato, tot dignitatum titu-
lis claro, morum ſuavitate, prudentia,
pietate præclariori, Thomas, & Jo. Ba-
ptiſta fratres de genitoris patruo bene-
meriti hic ubi Gregorii Carrafę Archie-
piſcopi Salernitani hoſpes diem ſupre-
mum clauſerat, P. P. ann. Domini
MDCLXVIII. ætatis ſuæ LXXVII.

XL CAMILLUS *è regia Aragoniæ gente, cujus
ramus Tricarici conſidens vulgò audiit* Ragona,
*die 3. Auguſti 1665. ſucceſſit Thomæ Carrafæ, cui
Vicariam impenderat operam, non modò in Eccle-
ſia Vulturarienſi, ſed in hac etiam Caputaquenſi;
in quibus ut ſuo muneri faceret ſatis, temeratæ
regiæ juriſdictionis fuit inſimulatus; quare Nea-
polim accitus ſumma ſui nominis laude cuncta
compoſuit, & remunerationis ergò Acernenſi inſu-
la ab Apoſtolica ſede, poſtea hac Caputaquenſi or-
natus fuit. Pluries ſuam diœceſim uſque ad ulti-
mam villulam ſancta viſitatione perluſtravit, di-
ra, ſed ſemper fortiter pro Eccleſiaſticæ immuni-* D
*tatis tutamine ſuſtinendo. Tandem ſenio confectus
die prima Auguſti obiit in civitate Salæ, & terræ
amandatus fuit in æde Paræciali D. Petri.*

XLI *Camillo Aragonio, ſeu de Ragona die 29. Sept.
1677. ſucceſſor aſſumptus fuit, ex inclita congrega-
tione oratorii Neapolitani, cui pluries præfuerat,
ANDREAS Bonitus, patritius Amalphitanus,
& Neapolitanus è Ducibus Inſulæ, & Principibus
Caſapeſellæ, Dominici feudorum domini, & Syl-
viæ de Tomaſo patritiæ Capuanæ filius. Diœceſim
ſancta viſitatione exploravit omnem, cathedra-
lem Eccleſiam reparavit, & Canonicos reſidentiæ
obæravit. Ædem D. Mariæ de Victoria in Caſtro
Maſſæ, ut illorum oppidanorum ſpirituali bono, &
juribus matris Eccleſiæ oppidi Novi conſuleret, in
paræcialem erexit. In civitate Salæ, quam pro
ſua reſidentia elegit, ſedem fixam Epiſcopalem in
æde D. Petri compoſuit, ubi & odæum ſuis ſumpti-
bus fieri curavit. Multa ædificia in variis locis diœ-
ceſis, & præſertim palatium Epiſcopale in civitate
Caputacii novi, & aliud in civitate Salæ repara-
vit, ac exornavit, in quo ligellum in Secretarium
immutavit, & ibi hæc legitur inſcriptio.*

Ligellum hoc
Deliciis olim aſsignatum
laboribus deſtinavit;
labores enim pro deliciis habebat
Andreas Bonitus Epiſcopus Caputaquenſis
an. Dom. MDCLXXX.

*Mortalitatem explevit Neapoli die 6. Januarii
1684. & ſepultus fuit in Eccleſia ſuæ Congregatio-
nis D. Philippi Nerii.*

*ANDREAM Bonitum congregationis Neapoli-* XLII.
*tani oratorii die 15. Julii 1684. excepit Joannes
Baptiſta ex illuſtri Neapolitano genere de Pace,
qui vix treſdecim annos natus abdicato ſæculo ei-
dem congregationi nomen dederat, in qua virtuti-
bus omnibus brevi ornatus effulſerat; ſed graſſan-
te peſte Neapoli, ejus genitores nolentem, ac re-*
B *luctantem, cum tunc etiam infirma valetudine ute-
retur, à ſinu ſuæ amatæ congregationis in Puteo-
lanam civitatem non adhuc eo morbo laborantem
deduxerunt, ubi ipſe prædicationi Verbi Dei cum
maximo animarum profectu incumbens, ab illius
Epiſcopo inter ſuos Canonicos invitus, ac recuſans
fuit cooptatus. Præclariſſimæ ſodalitati, cui in æde
principe Neapolitana,* S. Maria Regina Apoſto-
lorum *titulum, nomenque dat, adſcriptus etiam
fuit, quæ cum id temporis perpaucis operariis coa-
leſceret, quia major illorum pars infectis inſer-
viens victima S. charitatis ceciderat; pro ſuis apo-
ſtolicis laboribus ſæpe, imo perſæpiſſime Jo Ba-
ptiſtam ſemper promptum, ſemper indefeſſum ad
ſe evocabat. Puteolanum poſtea Canonicatum di-
miſit, ut ſacris miſſionibus nullo præpeditus im-
pedimento vacaret, ſed eum Archiepiſcopus Nea-
politanus Caracciolus inter ſuæ cathedralis Cano-
nicos adſcriptum voluit. Innumeras animas è ſer-
vitute diaboli emancipavit, quia cum eſſet mira in*
C *dicendo gratia dotatus, prius illas faciebat ſuas,
poſtea Chriſti per donum etiam lacbrymarum, quo
fuit inſignitus, ita ut ipſo ſępe ſæpius cauſam Chri-
ſti magis fletu, quam voce perorante, obdurato-
rum corda tamquam cera molleſcerent, & ipſius
arbitrio ſeſe regenda committerent. Authoritates
ſacræ ſcripturæ, & SS. Patrum ſua dicta compro-
baturus, ita in promptu ſemper habebat, ut pro
quacumq; re nata extemporaneam concionem illis
fultam illico haberet, ac ſi ſpatium plurium dierum
in ea concinnanda conſumpſiſſet. Suis Apoſtolicis
ſudoribus per ſacras miſſiones, non modo ſuam pa-
triam, ſed penitiſſima, & ultima Neapolitani Re-
gni loca, & etiam extra irrigavit. Tempore Meſ-
ſanenſis belli cum juſſu recol. mem. Caroli II. Hiſpa-
niarum Monarchæ publicæ in civitate Neapolis
ſupplicationes pœnitentiales fuiſſent indictæ, &
fervidis concionibus populus ad pacandam divi-
nam nemeſim excitaretur, incredibile prorſus di-*
D *ctu, quo zelu æſtuarit Jo. Baptiſta; alter veluti
præcurſor prædicans baptiſmum pœnitentiæ to-
nabat, adeo ut in libello illius generalis miſſionis
typis dato peculiaris ejuſdem mentio fiat. Clerum
Neapolitanum cœleſti doctrina, qua eum plures
annos per exercitia ſpiritualia D. Ignatii de Lojo-
la imbuerat, ſanctificavit. Innocentius XI. ejus
meritorum præcurrente fama, licet reſpuentem,
flentem, obnitentem multa pro ſui inhabilitate op-
ponentem omnino Epiſcopum, & hujus Eccleſiæ
voluit tamquam vineę tantum merentis agricolam.
Diœceſim omnem illico ſancta viſitatione explora-
vit. Quadrageſimalium concionum curſum pluries
fortiter incœpit, feliciſſime abſolvit maximo audi-
torum fructu, quia à proprio patre objurgabantur.
Etiam Epiſcopus, quando pro ſuæ diœceſis nego-
ciis opus ei fuerat, Neapolim accedere, exercitiis
ſui ſodalitii Apoſtolicarum miſſionum vacavit ſem-
per, imo & ipſarum miſſionum integrum onus in
ſe excepit. Inclytæ congregationi Neapolitani ora-*

A *torti matri ſuæ priores partes ſemper tribuit, quæ e tenerrima devotione ferebatur erga D. Philippum Nerium, & ſæpe in ſuis concionibus, & familiaribus ſermonibus, illius, & primorum tanti patriarchæ alumnorum ſententias opportune ſemper proferebat in medium. Neapolitanum Capitulum peculiari ſemper obſequio proſecutus fuit, ut & etiam ſingulos Canonicos. Multas magnarum virtutum animas, & Neapoli, & extra ad perfectionem evexit, uſus ſemper in difficillimo negocio ſpiritualis vitæ probatiſſimis Magiſtris D. D. Philippo Nerio, Ignatio Lojola, Franciſco Saleſio. Fuit erga omnes officioſus, humilis, comis, affabilis, itaut ipſum ſemel vidiſſe, ſemel compellaſſe, idem ſemper fuerit ac illi ad ſervitutem præſtandam, obſequia vovenda fortiter, ſuaviterque compelli. Mire admodum patiens fuit, quia ut ſuo muneri faceret ſatis, dura ſæpiſſime pertulit; miſericors, quia omnium egeſtatibus ſemper conſuluit. Adeo pauper, ut de illo verificetur, quod de* B *Gilberto Epiſcopo Londonienſi ſcribit D. Bernardus; Non fuit magnum, quod magiſter Gilbertus fuit Epiſcopus, ſed Epiſcopum Londonienſem pauperem vivere id plane magnificum. Omnes non modo ſingularem ejus in Epiſcopali dignitate, ſed quod caput eſt, in omnium urbium, magiſtratuum, populorum plauſu, & unanimi conſenſione, quos ipſe ad bonam frugem ſua peculiari induſtria duxerat, modeſtiam, in conſiliis ineundis prudentiam, in exipiendis religionem, in exequendis vigilantiam, in congreſſibus publicis animi præſentiam, in privatis lenitatem, in ſermonibus omnigenam eruditionem, in verbis leporem, in moribus ſuavitatem demirati ſemper fuere. Per totum denique vitæ ſpatium optimus ſemper eſt habitus, ſed ſemper melior fuit, quam habitus eſt. Cum ſanctiſs. illo viro Franciſco Verde Neapolitano Canonico, poſtea Vici Æquenſis Epiſcopo, & reliquis ſuæ ætatis ſanctimoniæ heroibus indiſſolubili familiaritatis vinculo ſemper conjunctus fuit, quos ſanctos nexus ſola diremit mors, quæ eum Neapoli* C *intercepit die 20. Novembris 1698. humatuſque ibidem fuit in æde ſodalitii SS. Crucis.*

XLIII. *VINCENTIUS Corcionus Joanni Baptiſtæ de Pace ſucceſſit, Neapolitano Canonico Canonicus item Neapolitanus. Natus & ipſe Neapoli die 18. Julii 1655. patre Joſepho Neapolit. patritio Barone Latronici filio Vincentii ſenioris, qui prius judex magnæ curiæ Vicariæ, poſtea regius Conſiliarius, & fiſci Patronus, demum regiæ cameræ ſummariæ Præſes obierat, matre Bernardina Donnurſia Surrentina patritia. In pietate educatus fuit à vener. ſacerdote Annibale Cortone apoſtolico quippe viro, celebri Neapolitano miſſionario, & inſigni quamplurimarum animarum patre ſpirituali, ac duce. In illius domo ſemper erat, illius unice conſuetudine delectabatur, collationibus caſuum moralium ſemper aderat, ut & ſervitio quod in noſocomiis præſtabatur infirmis: quare laicæ vitæ pertæſus, quam in regiis tribunalibus ſuo parenti obſecundans expendere jam cœperat, primogenitus licet, & ob raras animi, corporiſque do-* D *tes ſuis eſſet unice charus, Carmelitis excalceatis nomen dare decreverat, ſed cum ob gracilitatem corporis ab iiſdem repulſam paſſus fuiſſet, Clericali in ſæculo militiæ, & eodem tempore Apoſtolicarum miſſionum ſodalitio in æde principe Neapolitana ſe adſcripſit. Theologiam edidicit Neapoli in Collegio maximo Societatis Jeſu, & defuncto Annibale Cortone ſe penitus Magiſterio devovit vener. D. Antonii Torres Congregationis numquam ſat commendatæ piorum operariorum, qui indolem vere idoneam nactus, brevi omnibus probitatis numeris abſolutum Eccleſiaſticum efformavit. Fuit ipſe è primis, qui laudabilem uſum docendi ignaros, prius per vicos, poſtea per ipſam Neapolitanam civitatem, chriſtianam doctrinam reſtituit. In miſſionibus tam urbanis, quam extra egregiam ſemper navavit operam; Iacus Cardinalis Ca-*

A *racciolus ſuæ Metropolitanæ Canonicum, Jacobus Cardinalis Cantelmus majorem pœnitentiarium dixit, & antea congregationi S. viſitationis adſcripſerat, quæ munia ſumma cum laude exercuit, donec Innocentius XII. qui primum ei Oppidi infulam aſſignaverat, ab ipſo in manibus Nuntii Apoſtolici Neapolitani recuſatam, hanc Caputaquenſem coegit accipere. Conſecratus itaque fuit die 12. Aprilis 1699. ab Epiſcopo Beliſario de Bellis almæ urbis vicemgerente. Poſſeſſio autem capta fuit die 29. ejuſdem menſis ab ejus Vicario Jacobo de Vivo. Præſul pro gravitate morum, juſtitiæ zelo, vitæ ſanctimonia nemini ſecundus; utinam longior ipſi vita fuiſſet, nam vix tota difficillima diœceſi ſancta viſitatione perluſtrata, in oppido Vallis Novi die 8. Novembris 1703. humanis rebus ereptus eſt.*

*Vincentium Corcionum excepit FRANCISCUS Paulus Nicolai patritius Altamuræ an. 1704. 21. Julii, & die 3. Aug. eiuſd. anni ab Eminentiſs. Spe-* B *rello de Sperellis in D. Mariæ de Vallicella conſecratus fuit; ſed ob jurisdictionales controverſias inter regios miniſtros, & curiam Romanam, poſſeſſionem ſuæ Eccleſiæ capere nequiit niſi uſque ad diem primam Aprilis 1705. In primo ejus ingreſſu pietas erga ſuas oves enituit, cum accitis undique Apoſtolicis viris diœceſim ſacris miſſionibus perpolivit, quam poſtea & ipſe diligentiſſima viſitatione rimatus fuit. Principi templum ſummo impendio refecit, in quo hæc marmorea legitur inſcriptio.* XLIV.

D. O. M.

Vetuſtam hanc, & inſigne n Caputaquenſem baſilicam è Peſtanæ ruinis excitatam Acropolitanæ, Velinæ, ac Buxentinę ſedium acceſſione diffuſam, a Calamacio monte celſitudinem, ab aquarum inundantia populorum multitudinem deſignantem, beati Matthæi Apoſtoli depoſito illuſtrem, pro Apo- C ſtolica ſede armis Federici I I. Imperatoris everſam, fide, & obſequio illuſtriorem, prope collabentem, Franciſcus Nicolai Epiſc. inſtaurandam curavit ann. ſal. MDCCVIII. Pontif. ſui ann. III.

*Eodem tempore non ſine magno labore tabularium ſuæ Eccleſiæ in civitate Salæ inſtruxit, cui hanc epigraphen appoſuit.*

Archivium fere collapſum
Franciſco Nicolai Epiſcopo
digeſtis ſcripturis reſtitutum
Anno D. MDCCVIII.

*Aliam domum pro ſubditorum, & Epiſcoporum commodo in oppido Novi coemit, inſtauravit, ut ex hac inſcriptione.*

Ne intima diœceſis in regione proprium deficeret Epiſcopium, cl. mem. Franciſci Mariæ Epiſcopi Cardinalis Brancacii, qui in Valle Diani unum D erexit, Franciſcus Nicolai clara ſequens veſtigia alterum in his regionibus ſibi, & ſucceſſoribus coemit, ampliavit, ornavit Pontificatus ſui ann. VII.

*Demum cum reviſere ſuam diœceſim cœpiſſet, ab eod. Clemente XI. ad Archiepiſcopatum Compſanum die 2. Sept. 1716. translatus fuit, ubi feliciter regnat. Vide, quæ de eo diximus t. 6. in Archiepiſcopis Compſanis fol. 828. & 829.*

XLV. *CAROLUS Franciſcus Giocoli in hac mitra Caputaquenſi Franciſco Nicolai ſucceſſit. Natus ipſe in oppido S. Archangeli in Lucania die 4. Novembris 1664. patre Mario V. J. D. matre Anna Fortunato, à teneris ab ſanctiſſ. viro Horatio Fortunato tunc temporis S. Severi, & poſtea Neriti Epiſc. ejus avunculo fuit educatus. Humanis litteris, Philoſophiæ, ac Theologiæ in ſeminario clericorum Neriti, Neapoli jure civili, & canonico operam*

*de-*

„ *dedit, demam in nrchigymnaſio ſapientiæ iu alma nebe doctoratas laaream conſecutus fuit. Ad omnet Eccleſiaſticos ordines ab eodem ejus avancalo promotas. Vigiuti ſex annos natas vicariam opeꝰ ſumma cam ſui laude præſtitit Antonio Perez de Laſtra Gallipolitano Epiſcopo; eamdem demum ipſimet ſuo avunculo Neritonenſi Autiſtiti. Poſt ſexennium die 25. Maii 1703. ad Urbem vocatus ab regnante feliciter Clemente XI. S. Severi Eccleſiæ præficitur; & ab eodem Clemente XI. ad hunc Capatnquenſem teansfertur, & in Conſiſtorio peoprio ore ipſias Summi Pontificis propoſitus fuit die prima Maii 1717. Illius poſſeſſionem V. J. D. Joſeph de Marinis Archidiaconas Caputaquenſis ut procurator ſuſcepit. Cam primum autem ipſe præſal Carolus Feanciſcas ad ſuam novam ſedem venit, at verbam Dei per omarm, qua late patet, diœceſim ſeminaretur, quamplurimos miſſionarios advocavit, ſcholas doctrinæ Cheiſtianæ in omnibas paeeciis inſtituit, ſanctam viſitationem aperait; Eccleſiam catbedealem exoenare, Epiſcopale palatium civitatis Salæ reſtaarare, ac novis prolatare ædificiis aggeeſſus eſt. Monialibus ſub regula S. Tereſiæ cœnobium ſub auſpiciis D. Catarinæ in oppido Coeinotorum ſeu vallis Novi erexeravit, & aliud in oppido Siciniani de novo erigi caeavit. Et hæc omnia peimo velati periclitamenta ſant, ſui erga ſpouſam amoris, & erga gregem zelas, nam majora qaotidie peo utroqae meditatar.)*

# MARSICANI
## SEU
# MARSICENSES
## EPISCOPI.



MARSICUM novum 58. à Salernitana Metropoli milliario mediterranea eſt Civitas Lucaniæ, nunc in Principatus citerioris provincia, mœniis minimè cincta, nova dicta, ut diſtingueretur à veteri Marſico ſex mill paſſ. diſſita, cujus apud antiquos Scriptores nulla fit mentio. Eſt autem prædicta civitas in montis ſuperiori faſtigio trium collium poſita, quem vicini circumquaque montes altitudine ſuperant, civitati haud ſalubres, quippe cum & hyemem nives ſeveriorem reddant, & æſtatem Solis radii reflexu fervidiorem. Ad radices montis civitatis undæ ferè fluviales circumfluunt, pecoribus jumentiſque peropportunæ. Ager vini & frumenti fœcunditate commendatur. Familiæ civium ſunt 500. animæ verò fidelium 6000 ſed omnes ferè pauperes potius quam divites. Epiſcopatus Marſici vetuſtiſſimus eſt, origo tamen ignoratur; etenim Marſicenſis Epiſcopus memoratur à Baronio anno 853. cui conjuncta unitaque fuit Grumentina Eccleſia ac diœceſis. Poſtquam ſemel & iterum à Sarracenis funditus diruta ac vaſtata eſt Grumentina civitas, Marſicenſis ac Grumentinæ Sedis Epiſcopi deinceps denominari ſolebant. Nam in archivio Cavenſis Cœnobii, ut Lucas Olſtenius Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, & Pontificiæ Bibliothecæ Cuſtos, vir clariſſimus, tum profanæ, tum Eccleſiaſticæ antiquitatis excellens indagator, propriis uſurpavit oculis, Joannis Epiſcopi ſanctæ Grumentinæ Eccleſiæ in documento dato anno 1144. Id. 7. ſubſcriptio habetur *Joannis Marſicani Epiſcopi*, & in altero anno 1095. *Joannis Epiſcopi Marſicenſis Sedis Grumentinæ*. Eccleſias autem haſce puto conjunctas fuiſſe circa annum Chriſti 1060. aut non multo poſt, ab Alexandro II. vel Honorio II. nam circa illud tempus plures per Italiam Eccleſiæ eodem modo conjunctæ fuerunt. Cæterum Grumentum Lucaniæ civitas olim fuit vetuſtiſſima, extantibus adhuc veſtigiis murorum, in cujus agro inventa quoque elephantorum oſſa fuerunt Pœnorum Ducis Annibalis: memoratur multis vetuſtis authoribus Livio, Plinio, itinerariis antiquis, Macrobio & aliis. Fuiſſe verò Grumentum olim civitatem Epiſcopalem docet Pelagii II. apud Yvonem. in decret. parte 6. ca. 112. reſcriptum Juliano Epiſcopo Grumentino; & S. Gregorius Magnus Regeſt. lib. 10. epiſt. 47. Grumentinæ parochiæ meminit. Grumento fidem Chriſti diſſeminaſſe S. Laverium martyrem didici ex actis ejuſdem vetuſtiſſimis, quæ infra dabimus, quibus etiam memoratur Sempronius primus Epiſcopus Grumentinus à S. Damaſo Papa ordinatus. Laverius, ſeu Laberius palmam ſumpſit martyrii apud Grumentum anno ſalutis 312. 5. Kal. Dec. corpus in Eccleſia ejus nomini dicata diu venerabiliter aſſervatum fuit, ſed devaſtata civitate, partim ab Acheruntino Epiſcopo Acheruntiam, partim ab Epiſcopo Satrianenſi in ſua Cathedrali delatum eſt. Extat adhuc Eccleſia S. Laberii, à Beato Luca Carbonenſis Cœnobii Archimandrita circa annum Domini 963. eo in loco, ubi ante devaſtationem erat, reædificata; ibi columna viſitur ſupra qua ſanctus Martyr. decollatus eſt. Conſpiciuntur Grumenti diruta mœnia, & locus paulò ſupra oppidum Sapinariæ; ubi etiam nunc ad confluentes Aceris & Soræ fluvios, ubi Eccleſia, ut expreſſe habetur in ejuſdem S. Laverii actis; *Ductus extra civitatem Grumentinam in loco ubi duo connectuntur flumina Acer, & Sora &c.* Ferunt nonnulli poſt dirutum Grumentum cives hac illac diſperſos tutiſſimis in locis ad declinandas barbarorum incurſiones & moleſtias, aliqua exædificaſſe oppida, inter quæ Saponariam pauco intervallo ab exciſa patria in diœceſi tamen Marſicenſi ſita, quod diſertè inſinuat Romana Rota coram Eminentiſſimo Conrado nunc S. R. E. Cardinale in deciſione anno 1648. ad favorem Epiſcopi Marſicenſis in Archipresbyterum Saponariæ; qui à juriſdictione Marſicenſis præſulis vano conatu ſe jactabat exemptum, ſicque per tres omnino deciſiones. definitivamque ſententiam ſtatutum eſt, ac declaratum, Saponariam in Marſicenſi diœceſi fuiſſe conditam, Archipresbyterum Clerumque ejuſdem oppidi Marſicenſi ſubeſſe Epiſcopo, perpetua Joſephi Ciantes digniſſimi præſulis laude, qui nec laboribus, nec expenſis fatigatus ad gregem ovem deperditam reportavit. Igitur Marſicenſis Epiſcopatus auctus perpetua unione Grumentinæ Eccleſiæ, Baſilicam habuit, ut fertur titulo S. Angeli, quam cum in alium conſpicuum locum tranſtuliſſet Henricus Marſicenſis Epiſcopus anno Chriſti 1131. titulo eam inſignivit S. Gregorii martyris. Noſtris temporibus idem ſupra laudatus Antiſtes Joſeph Ciantes penè à fundamentis pulcherrimè pro loci dignitate reſtituit, ſacraque ſupellectili exornavit. Sacris in ea miniſtrant Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Primicerius, qui curam animarum gerit, Cantor & decem canonici, („ *utraque præbenda deſtituti*) cum aliis presbyteris ac clericis, qui divinum penſum perſolvunt. Sex in civitate recenſentur parochiæ, S. Angeli ſcilicet, S. Nicolai, S. Lucæ Evangeliſtæ, S. Catharinæ Virginis & Martyris, S. Antonini Martyris, S. Thomæ Cantuarienſis, cujus Eccleſia, ac Cœnobium Monialium Ordinis S. Benedicti à gente Sanſeverina Marſici domina dotatum, à quibus etiam ferè primo ab hac civitate

lapide aliud conditum eſt monaſterium . quod extat Monachorum Ordinis Cœleſtinorum ſub titulo S. Jacobi nunc ſuppreſſum & Clericorum ſeminario unitum ; propè Cathedrale viſitur monaſterium S. Franciſci Conventualium & Capucinorum propè mœnia è piis fidelium eleemoſynis excitatum. Extat Eccleſia Divo Prothomartyri Stephano dicata, ubi ſacra lipſana aſſervantur D. Januarii Carthaginenſis Epiſcopi & martyris, qui cum Felice & Honorato Diaconis in nemore Aneuſo non procul ab hac urbe ſub Leontio præſide palmam ſumpſit martyrii: innumeris fulget miraculis, cujus dies feſtus agitur 26. Auguſti . Hinc ab agonis loco ubi diu ignotus jacebat ex divina revelatione, ut infra dicemus, tranſtulit Grimaldus Epiſcopus.

Diœceſis Marſicenſis ſatis ampla , comprehenditque oppida ſeptem, quorum anteſignanum ac nobile Saponaria 12. à civitate milliario in monte poſitum, familiis habitatum ferè 400. cum ſua parochiali Eccleſia, Archipresbytero, 30. presbyteris, aliis clericis & Hoſpitale cujus annuus cenſus 700. B ſcutatorum eſt : habet duo virorum monaſteria, & duo Monialium ſepta, unum ſanctæ Crucis Ordinis Ciſtercienſis, alıud Carmelitarum ſundatum à Comitiſſa Saponariæ Iſabella Geſualda. Animæ fidelium ibidem degentium 4000. Marſicum vetus ſex milliaribus diſtans, ubi familię recenſentur 400. animæ vero 3000. ubi matrix Eccleſia habens 28. miniſtros presbyteros, ac perplures clericos.

Burgentia ſexto à Marſico milliario. Familiæ in ea ſunt 400. animæ verò 3000. duas habet Eccleſias, majorem ſcilicet cui inſerviunt presbyteri 17. & Cœnobium Minorum Obſervantium. Viggianum habitatum familiis 500. animabus verò 5000. abeſt mill. 12. ſitum in monte præexcelſo quo valles concluduntur. Hic eſt matrix Eccleſia titulo S. Petri parochialis, ubi inſerviunt presbyteri & Clerici 50. & duas habet parochias ſubjectas, quarum ſingula quatuor habet Sacerdotes, totidemque clericos, & cœnobium Franciſcanorum Obſervantiæ.

C Moliternum 14. mill. à civitate diſſitum familias habet 400. animas fidelium 3000. Matrici Eccleſię ſubſerviunt, Archipresbyter, & Cantor cum aliis Presbyteris. Cœnobium Ordinis Prædicatorum, & Minorum diſtrictioris Obſervantiæ, & hoſpitale ubi Fratres Joannis Dei miniſtrant.

Sarconum 14. pariter mill. à civitate diſtans habet familias 200. animas fidelium 3200. cum matrice Eccleſia habente Archipresbyterum, Cantorem, ac Presbyteros 12. unum hoſpitale. Ager & frugum & pomorum ubertate nobilis.

Saxum ſex mill. abeſt à Marſico, familiæ 200. animæ ſunt 2000. ibi in parochiali Eccleſia eſt Archipresbyter cum 12. aliis Sacerdotibus.

In univerſum autem diœceſis Marſicenſis agrum habet irriguum, frugiferum, & aucupio percommodum, gentem lautam, & commodam. Continentur in ea parochiales Eccleſiæ ferme 12. quibus inſerviunt Presbyteri 230. & alii clerici , virorum Cęnobia 10. Monialium 3. hoſpitalia ſex, laicorum D ſodalitia perplura, duæ conſiſtoriales Abbatiæ, ſancti Januarii capellæ præſepii, altera S. Jo de terra Moliterni. Fidelium animæ 19400. regio in univerſum amœna , & frugum, ac pomorum ferax eſt . Annuus cenſus Epiſcopalis menſæ aſcendit ad ducatos Regni 1400. taxatur verò in libris Fiſci Apoſtolici ad florenos 460. Epiſcoporum Marſicenſium, & Grumentinorum ſeriem monumentis ſcriptorum deſtituti conjunctim , & delumbatam dabimus , cum anno Chriſti 1582. ab Hiſpania civitas & Epiſcopale Archivium miſerabili incendio conſumpta fuerint, paucis quæ ſuperfuerunt hinc inde collectis monumentis, cum iis quæ in regeſtro Vaticano, Actiſq; Conſiſtorialibus obſervavimus, quæ arguat nobis haud defuiſſe ſtudium demerendi Marſicenſem ſuperſtitem Epiſcopum Ciantem.

I. 1 SEMPRONIUS Ato Grumentinus, primus ejuſdem urbis Epiſcopus creatus eſt à S. Damaſo

A Papa circa annum Chriſti 370. Non multo poſt s. Laverii agonem, aucta Grumento Chriſti fides, *Creſcebat in dies*, ut Acta ejuſdem Sancti narrant, *devotio populi Grumentini, & viri Eccleſiaſtici in urbe virtutibus, & doctrina fulgebant, quare Damaſus Papa ſanctiſſimus Sedem conſtituit Epiſcopalem, Epiſcopumq; creavit Sempronium Atonem Grumentinum, quo tempore admodum crevit proventibus, & ornatu Eccl. B. Laverii ob fidelium ex omni parte concurſum, & miraculorum frequentiam, quę Deus ad Martyris gloriam, & fidei firmitatem operari dignabatur, & ſub Grumentinis Præſulibus in dies Sancti devotio augebatur, & præcipue S. Juliano Patoma cum eſſet Cuſtos ſacræ Aedis ſanctiſſimi martyris Latiani de Theodorat, qui ob inſignem doctrinam, & vitæ ſanctitatem conſpicuam ad Epiſcopatum Marcellinenſis Eccleſię, quæ & Cluſitana dicitur, fuit poſtulatus, & aſſumptus, &c.* Hæc Acta Laverii, quanto verò tempore Sempronius in Grumentina Eccl. ſederit, non poſſumus ex hiſtoria habere. Geſta Laverii deſcripſit Rober-B tus de Romana Diaconus Saponariæ anno Dom. 1162 cujus textum hic libet inſeruiſſe, ne memoria eius vetuſtate concidat, cum multi faciant ad primordia Chriſtianæ fidei, ac Grumentinæ Eccleſiæ, cuius authographum extat in eadem Saponariæ Eccleſia in pergameno conſcriptum.

*Geſta ſancti Laverii.*

*Quoniam retenere humanas laudes, & inſulas labiorum non fuit pleriſque ſcriptoribus, & poetis, ut potioribus hujus mundi gradibus honorum, & verborum laudibus extollerentur, multo magis nobis conticere gloriosa bellorum certamina, & ſanctorum Martyrum victorias minime licet ſilentio tegere, & negligentiæ operam dare, ut æterni Regni participes effecti, & ſempiterno honore ſublimati, cœtus ſociemur cœleſti. Ad laudem ergo, & gloriam Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti bellicoſum certamen, & triumphalem victoriam B. Laverii, ruſticana licet, (prout valemus) editione, mandante vener. viro Saulo de Geffrido Saponariæ Archipresbytero, & Domino* C *meo, tam ex vetuſtis Eccleſiæ Grumentinæ monumentis, quam ex antiquis Probi ſcriptis ſancti Eccleſiæ Præſidentis, & ſucceſſivis traditionibus, ſanctæ Trinitatis faventegratia reſumere, & reſerare curabimus, ſperantes ipſo glorioſo Chriſti Athleta intercedente cum eodem præmia conſequi ſempiterna: faxit Deus. In diebus igitur Conſtantini Imperatoris dum furor ejus ſæviſſimus diverſis pœnis Chriſti famulos laniaret, Agrippa Præfectus ejus juſſa exequi cenſuit, ut quicunque Diis immolare renuerent, variis tormentis, & cruciatibus interficerentur. B. Laverius cujuſdam viri gentilis nomine Achillei filius, in vico quodam, qui Tergia vocabatur eo tempore Chriſticola effectus, & jam Spiritu ſancto repletus morabatur, qui quadam die dixit patri ſuo, Pater exulta, & omnipotenti Deo, & Jeſu Chriſto filio eius, & Domino noſtro, ſanctoque Spiritui ex toto corde gratias age, ipſe enim in nos cęleſte lumen veritatis effundere dignatus eſt. Crede in Deum verum, cœli & terræ conditorem, in quem & ego jam credo, lavare ſancto batiſmate, ſicut & ego lotus ſum, & Spiritum ſanctum accipies ſicut & ego, licet indignus, accepi: Patere per Evangelium à me generari, quem car-* D *ne jam generaſti, & in eodem Spiritu ſancto loquens non dicet anathema Jeſu, hoc enim ſancto Spiritu repletus nemo negare poteſt, unum Deum Patrem omnipotentem eiuſque unicum filium Dominum Jeſum, & eundem Spiritum ſanctum in Trinitate perfecta, & unitate indiviſibili, & ante ſæcula, & nunc & ſemper manere inceſſanter Pater namque Deus, Filius Deus, Spiritus ſanctus Deus, hic tamen trinus Deus, unus omnino eſt, Filius, qui Verbum dicitur, propter nos homo factus in utero Virginis impollutæ, pro nobis paſſus, crucifixus, & mortuus, de ſepulchro ſurrexit, Cęlos aſcendit, & ad dexteram Patris ſedet venturus judicare opera cunctorum, tunc malos male perdet in gehennam ignis, & fidelibus ſuis gloriam tribuet ſempiternam. Crede Pater, Dii ecouncta, ſunt enim dæmonia. & Deum verum adora, juſſa in contrarium contemne, ne timeas homines Principes hujus ſeculi, in corpus namq, omnino moriturum poteſtatem tantummodo habent, animæ vero detrimentum inferre non poſſunt, ſed*

A Deum time, qui potens eſt & corpus, & animam perdere in gehennam. Si credideris, & baptizatus fueris Spiritu ſancto ſolidatus, & virtute indutus ab alto, omnia adverſa ſuperabis, hic enim glorioſus Spiritus in Apoſtolis Chriſto Domino teſtimonium reddidit, in Martyribus conſtantiam, & fidem Religionis, virtutemque Paſſionis oſtendit, humiles, & manſuetos inhabitat, Sacerdotes inſtruit, & ad pietatem eos ingerit, ac rectum judicium obſervare commonet. Leviticum miniſterium ſanctificat, viduas protegere jubet, pupillos nutrire demonſtrat, adoleſcentes mundum contemnere hortatur, ſenum canitiem concordia adornat. Idem falſorum Deorum numina deſtruit, infideles arguit, ſimulatores oſtendit, improbos quoſque deprimit, ſuperbis humiliat, iracundos compeſcit, luxuriam cohibet, & in eum peccantes in profundum demergit. Hæc & alia multa ſacratiſſimæ Fidei devotione, & patri, & cæteris diu loquente, & Chriſti Evangelium prædicante Laverio nunciatum eſt de eo, iniquo Præfecto Agrippæ, qui cum ab accuſatore cuncta de beato Laverio didiciſſet, illico delegatis miniſtris celeri exhibitione eum ſibi ſiſti præcepit, B qui ejus mandata exequentes diligenti adhibita inquiſitione eum prædicantem invenerunt, repertum comprehenderunt, & flagellis dirè cæſum, vinctum ad Præfectum adduxerunt. Cumque ante eum B. Laverius præſens adeſſet, irato vultu ſic illum affatus eſt. Cum omnis homo poteſtatibus ſublimioribus ſubſit, juxta cenſum invictiſſimi Auguſti oportebat omnino, & valde decebat te magnis Diis afferre libamina. Quare ergo parvipendens Imperatoris præcepta ejus legis contemptor exiſtis? cui Laverius ſanctus prompte reſpondit. Cum omnis poteſtas ſit a Deo. Tuus Imperator agens contra Deum nullam omnino habet poteſtatem. Idcirco, ſi tuus Dominus eſt, habeto pace cum illo, mihi certè alius non eſt niſi Dominus Jeſus Chriſtus, cui credens ſecurus de gloria ſempiterna, humanam ſocci pendo potentiam. Imperium Domini tui non timeo, tuas juſſiones non curo. & Diis, qui vera dæmonia ſunt nullo unquam tempore ſacrificabo. Te oportebat Agrippa qui tanto tempore in Chriſti ſervos tyrannidem duram exercuiſti, pœnitentia ductum omnipotenti & immortali Deo credere, & tibi ipſi miſertum ejus obtemperare mandatis. Au C diſti puto qualiter ego, licet tanta gratia indignus, Dei favente clementia, baptiſmum ſuſcepi. Trinitatem ſanctam credo, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, & in hac Trinitate unum Deum adoro, contra quam & cultores ejus tu omni dolo, & injuſtitia plenus temerario auſu, & inconſiderata operatione inſurgis, operari tentas, & conaris. His auditis gravi ira ſuccenſus Agrippa juſſit eum virgis verberari dicens; multam verboſitatem tuam ad me delatam audieram, unde expetivi, etiam didici. Hactenus ſuſtinui, dehinc autem ſecundum demerita tua pœnas accipias: vapulans Laverius lætus, & exultans Deo gratias agebat, quare juſſus eſt iterum durius cædi ab Agrippa jam ſpiritu diabolico concitato, & demum in medio fori Acheruntinæ civitatis in eculeo torqueri, & adhibitis militum cuſtodiis dimitti pendens, ut ſic animam exhalaret, cumque die ipſa, ac nocte ſtetiſſet in eculeo, prima lucente altera die, univerſa multitudo populi, undique confluere cœpit, ut glorioſum Chriſti martyrem adverſus incitamenta diaboli, & Agrippæ ſupplicia dimicantem, & ex dimicatione triumphantem videret: at ipſe Beatus Laverius ſic pendens, D multitudinem populi doctrinæ verbo admonebat dicens; Audite me omnes, qui voto meo concordatis, qui corde puro Deum timetis, abſtinete à malo, & facite bonum, ſtate in fide, & viriliter agite Domino: rememorate Apoſtolicum dictum; Volo vos ſine ſollicitudine eſſe, quoniam omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. Stupens autem Agrippa, quod Beatus Laverius adhuc vivus penderet in eculeo, & inceſſanter populum admoneret: præcepit eum inde deponi, & in carcerem trudi, altera verò die ſedens pro tribunali juſſit ſanctum Laverium ſuis aſpectibus præſentari, cui & dixit: Quouſque contumax exiſtens, & in ſua duritie perſeverans Diis immortalibus renues ſacrificare: depone jam pertinaciam tuam, accede tandem, & Diis immola, quod ſi facere renueris, diverſis ſuppliciis, variiſque tormentis ſubjicieris, ſanctus verò Laverius Spiritu ſancto fervens reſpondit. Audi me nequiſſime & ſceleſte Agrippa, tibi enim notifico, quod Deum verum colo, & illi ſoli ſervio, & ideo pœnas tuas flocci facio, tormenta tua non timeo, cœleſti

A adjutus ſuffragio, & virtute roboratus ab alto mihi ſupplicia, quæ minaris non terrorem incutiunt, ſed gaudium, non dolorem, ſed refrigerium afferent, glorioſus enim Deus in Sanctis ſuis, & tu ignoras, magna eſt potentia ejus, faciens mirabilia, & non cognoſcis: placida quippe locutione idem Dominus fideles ſuos admonere dignatus eſt dicens: Non poteſtis duobus Dominis ſervire. Et Joannes dilectus Apoſtolus ita nos hortatur Deum diligere. Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate, charitas ex Deo eſt, & omnis qui diligit ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum: qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus charitas eſt, in hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die Judicii, timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet, qui autem timet non eſt perfectus in charitate: in hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris, nos ex Deo ſumus, qui novit Deum, audit nos, qui non eſt ex Deo, non audit nos, hoc teſtatus eſt, idem Dominus dicens, qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo B non eſtis, idem Apoſtolus non docet quia in hoc manifeſti ſunt filii Dei, & filii diaboli, omnis qui non eſt juſtus, qui non diligit fratrem ſuum, non eſt ex Deo, quoniam hæc eſt annunciatio quam audivimus ab initio, ut diligamus alterutrum, non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum, & propter quod occidit eum: quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem ejus juſta: & tu ſceleſtiſſime propter quid me vis occidere, niſi quia ex patre diabolo es, & opera tua maligna ſunt, ego autem ex Deo & opera mea juſta ſunt: omnes, qui ſunt ex Deo debent pro fratribus animas ponere, & quare tu vis animam meam tollere, niſi quia ex diabolo es? Hæc igitur audiens Præfectus non ſuſtinens hos ſermones, ſed furoris ſtimulis exagitatus illico promanato edicto juſſit venatoribus cunctis diverſa ferarum genera aggregari, & ſuæ præſentiæ adduci, ut ſanctus Laverius illic traderetur ad periměndum. Quare non multis intersectis diebus ſecundum Agrippæ præceptum feræ diverſæ fuerunt allatæ, inter quas leo, & tigris, taurus, & leopardus, aper & aliarum ferarum genera multa, quæ ſimul accumulatæ in dicta die C per proclama in amplo foro circumſepto, ſingulæ juxta propriæ naturæ, & virium proprietatem terribilibus vocibus, & intolerabili ſonitu æſtuabant. Omnibus ergo paratis, populo in magna multitudine confluente atque ſpectante coram Agrippa Præfecto pro Tribunali ſedente allatus eſt Laverius, & ad feras juſſu Præfecti intromiſſus, qui privatibus cunctis, & præ timore ſqualidis ipſe ſolus intrepidus ſigno Crucis armatus JESUM invocans lætus feris ſe obtulit, & in medium earum proceſſit. Videntes autem eum feræ omnes quaſi ſtupidæ, & attonitæ ſteterunt, nec ſunt auſæ eum attingere, quinimo ita affuit miſericordia divina, ut omni feritate depoſita quaſi oves manſuetæ capite demiſſo ad ſancti pedes accurrerent, tunc B. Laverius ſic allocutus eſt univerſum populum, qui aderat ſpectans hujus examinis finem. Nunc videtis omnes, & clare conſpicitis quam potens eſt Dominus meus Jeſus Chriſtus, nunc cognoſcitis quantum poſſunt qui diligunt ipſum Dominum corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta, pariterque percipitis, quod ſunt dæmonia, quæ Agrippa colit, & Principes ejus. hæc & ſimilia loquente ſancto La- D verio ſtupefactus Agrippa angebatur magno dolore; & mira dementia exagitabatur cum ipſe nis Chriſti martyrem cruciaret, & omnium tormentis ſuppliciorum ſuperare eum minime poſſet. Cumque compleviſſet Beatus Laverius locutionem ad populum, invocato Chriſti nomine ad feras converſus dixit; Chriſtus Dominus noſter, qui vos naſci præcepit, ipſe vos à me compeſcuit ad ipſius gloriam, & fidelium corroborandam fidem, ut Agrippa, & omnes quod ipſe eſt Deus verus, qui potens eſt in cœlo, & in terra, faciens ſigna & mirabilia, & ſalvans omnes ſperantes in ſe: omnes autem Dii gentium dæmonia: nunc ergo ſingulæ dantes gloriam Deo accedite ad pedes meos, ut impleatur propheticum dictum Spiritu ſancto docente: Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: Quæ cunctæ directis cervicibus juſſa ſancti Laverii implentes, ad pedes ejus ceciderunt, & Dei Martirem adorantes ſingulæ juxta proprietatem naturæ, ac ſi exultantes confuſos ſonitus vocum in Dei laudibus extulerunt. Tunc univerſa multitudo populi videns talia mirabilia in fide roborata, cœpit glorificare Deum dicens, Benedictus ſit Deus vivens in ſæcula, qui de-

dit poteſtatem talem hominibus in ſe credentibus. Jacebant intereaferę ad pedes martyris; oculis in eum cum manſuetudine intentis, ac ſi ejus juſſa expectarent, & populus clamabat; Ecce quomodo Dei virtute obediunt ei, tunc ſurrexit Leopardus, & converſus ad tribunal Præfecti, qui nec virtutibus Dei compunctus tanta miracula videns obſtinatior erat in malo propoſito, cum magna ferocitate fremens, ac ſi volens in eum irruere Laverii conſenſum exquireret, & expectaret. Sanctus autem Laverius ad Leopardum accedens, ad ſe revoluit, & dixit; In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti præcipio tibi, ne eum contingas, nos enim Chriſti ſervi malum pro malo non reddimus, ſufficit Agrippæ ignis æternus cum pęnis perpetuis, qui paratus eſt diabolo patri ejus, quo cruciandus erit in ſempiternum, vos autem omnes nullum lędentes ad loca veſtra remeate. Hęc audientes ferę confeſtim inde exilientes redierũt ad ſua, & ſtatim factus eſt clamor magnus in ſtupente populo iterum laudantium Deum, & dicentium. O Juſtitia, ò veritas unus eſt Deus verus, & Domin. Jeſus Chriſtus, qui glorificat Sanctos ſuos in magnificentia virtutis ſuæ. O cæci omnes Judices iniquitatis, qui tot viſis virtutibus non erubeſcunt. Verò magnus eſt Deus Chriſtianorum. Videns autem Agrippa Præfectus ſe victum, & in omnibus ſuperatum, cum ſuſpiriis gemens clamabat dicens; heu me miſerum, heu me infęlicem, victus ſum, ſuperatus ſum. Sed nihilo melior factus juſſit iterum B. Laverium cum cuſtodia militum ad carcerem deducei, cui & dixit; Laveri, habebis circa te in craſtinum tormenta magis, ac magis horrida, quæ te fortiter laniabunt ad internecionem, & ad exemplum cunctorum deducent, & cognoſces tu ſimul cum eis, quos à cultu magnorum Deorum avertiſti, utrum Deus tuus eruere te poſſit de manibus noſtris. Sanctus verò Laverius in carcere poſitus inſtanter oravit, dicens, Domine Deus omnipotens, qui in pœnis ſervum tuum adjuviſti, & dignatus es cuſtodire eum ſemper ab adverſariis in cunctis tormentis ſuis, exaudi me orantem ad te, ne permittas me nunc pœnis conſumptum requieſcere, ne impiiſſimus Agrippa lætetur taliter & taliter valere poſſe, ſicut Dęmonum inſtigatione comminatus eſt in vilipendium potentiæ tuæ; Ego quidem tua roboratus gratia, & aſſiſtente virtute abſque ullo metu paratus ſum pro tuo ſancto nomine cuncta terribilia tolerare, ubi ergo tuæ pietatis miſericordia decreverit hinc ereptum eo deducere dignare, ut Agrippa deluſus cognoſcat te verum Deum omnipotentem cum unico Filio tuo Domino noſtro Jeſu Chriſto, & Spiritu ſancto in Trinitatis potentia viventem atque regnantem in ſæcula, omnia poſſe, & dominari univerſa, quæ ſunt in cęlo ſurſum, atque in terra, vel in mari deorſum. Eadem igitur nocte Angelus Domini advenit ſplendida luce refulgens, dixitque ad Beatum Laverium; Dominus Jeſus Chriſtus Filius Dei vivi, cui tuum commiſiſti famulatum miſit me ad te, dicens, ut confortatus maneas in eo, quia ipſe eſt adjutor, & protector tuus, & non derelinquet te, ſed ad triumphum victoriæ, & coronam vitæ tibi conferre dignabitur; pugna viriliter, & eſto robuſtus in Domino, nam & revera petitio orationis tuæ adimplebitur, ſicut ab eo poſtulaſti: Surge ergo velociter, & ſequere me: exurgens ergo Laverius ſequutus eſt Angelum præeuntem, & exeuntes carcerem, & militum cuſtodiam prętereuntes, cum eſſent jam extra civitatem in vico quodam dixit illi Angelus; Da gloriam Deo, perge ad urbem Grumentinam, ibi enim poſt doctum Evangelium tibi manet fructus boni operis, ibique aliquantulum commorans martyrium accipies pro Chriſti nomine triumphator. Beatus autem Laverius Deo gratias agens quantocius inde profectus devenit Grumentum decimo octavo Kal. Aug. & mane diluculo ſtans in foro iuxta portam Aquiliam voce magna clamare cępit, En Grumentini felices in hac felici die aſſumptionis Matris Dei præparate corda veſtra Domino, ad vos enim miſſus ſum lucem ſanctam Evangelii pacis annunciare, & confluente propulo cępit prędicare verbum Domini incipiens ab annunciatione Angeli, & teſtificari verbis, & ſignis multis

A Dominum Jeſum, & quomodo miſſus eſſet ab eo per Angelum, ut ipſos doceret, & credentes baptizaret; ſicque diebus multis perſeveravit docendo, & prædicando ex abundanti verbo ſalutis, & fidei, mentes hominum replens, frequenter ſermones concludebat dicens; Dominus Jeſus, ut ipſe teſtatus eſt in Evangelio eſt lux mundi, & prædicatio verbi ejus lux eſt de ejus luce, dum ergo lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis ſitis, & tenebræ vos non comprehendant. Sic multos perduxit ad lucem, & baptiſmatis aqua mundavit, audiens autem Præfectus Beatum Laverium è carcere noctu egreſſum, & in partes petiſſe fugam ſibi non notas, nimia exagitatus anhelatione accerſitis apparitoribus eis præcepit per urbem, montes, & nemora perquirere ſi alicubi fortaſſe latitaret. Inquiſitione peracta, eoque non reperto, miſit trecentos milites quibus præerant Theodoſius Eufratius, & Aſclepius, eiſque præcepit, ut diligenter Laverium inquirerent, & ſi contingeret invenire, ubicumque repertus eſſet, ſi Diis ſacrificare renueret diverſis maceratus

B tormentis capite truncaretur. Profecti ſunt ergo milites juxta crudeliſſimi juſſa Præfecti, & ſanctum Martyrem per multa loca omni diligentia fruſtra perquirentes, tandem Grumentum pervenerunt, & per urbem emanatis edictis per proclama publicatis, pecuniam, & Principis gratiam promittentibus ei, qui Laverii notitiam daret, aſtitit quidam proditor avarus qui nunciavit Laverium ibi conſiſtere, & latitare occultatum à Chriſtianis propter eorum adventum, qui & perduxit milites ad locum ubi Sanctus à fidelibus detinebatur, licet invitus, volentibus illis eum ſervare propter illorum profectum. At milites eum inventum comprehendentes catenis vinxerunt, & ductum ad forum ſævientes in eum, columnæ marmoreæ alligatum crudeliter fuſtigarunt, eique dixerunt; Noſce te pertinax, jam fini appropinquaſſe, & manus noſtras ultra evadere non poſſe. Servanda ſunt enim præcepta ſacri Imperatoris noſtri Conſtantini, quæ mandant, ut qui Diis ſacrificando Imperiali conſulto acquieſcere noluerit, capite flexo ſententiam decolla-

C tionis accipiat. Tu autem uſq; nunc in pertinacia perſiſtens obedire magni Auguſti decreto noluiſti, & ejus juſſa contempſiſti, & fugam arripiens è manibus Agrippæ ejus Præfecti doloſe ſeceſſiſti, ſed jam in noſtras amplius non evaſurus incidiſti, quare ad te reverſus miſerans tui Diis immola, & liber abibis, ſin minus indubius eſto à nobis pœnas tibi atrociſſimas ad necem uſque inferendas: Beatus verò Laverius cum conſueta eis Chriſtiana libertatę reſpondit, ſępe dixi, & nunc iterum dico, & certos vos eſſe volo miniſtri dæmonum, quod veſtri Imperatoris præcepta flocci facio ejus mandatis non obtempero, & dominationem ſperno, nullam enim habet poteſtatem cum à Deo non ſit, quinimo pugnare uſurpata poteſtate terrena, temerario auſu præſumat contra Deum qui etſi permittat uſum terrenæ poteſtatis contra ſervos ſuos, id totum decretum eſt ad Domini noſtri Jeſu Chriſti gloriam & coronam ſervorum ſuorum fortiter pro Chriſti nomine dimicantium, atque ipſorum perſequutorum Chriſti nominis confuſionem, & damnationem æternam, cœleſtis

D enim Imperatoris dominium univerſale eſt, & ſempiternum; Rex enim eſt Regum & Dominus omnium dominantium & retribuet unicuique ſecundum opera ſua abſque aliqua acceptione perſonarum, ei namque omnia clara ſunt, & aperta, ac falli non poteſt, intelligit cogitationes noſtras à longè, ſemitas & funicula cunctorum inveſtigat, cujus comparatione terrenæ poteſtates ſunt fumus & umbra à manu ejus nemo fugiet, quinimo & potentes in ſua potentia delinquentes, potentius tormenta patięntur, ipſi obedio, humiliter ipſi ſoli ſervo fidem, ipſi me toto affectu commendo, & ſincero corde committo; Diis veſtris non ſacrificavi hactenus, nęc ullo tempore ſacrificabo, ſunt enim dæmones, falſi, mendaces, & omni malitia & doloſitate pleni ad circumveniendas animas & perdendas miſerorum à veritatis via aberrantium, ſed & tormenta veſtra, & comminatam mortęm non timeo, poteſtis enim corpus tantum occidere omnino moriturum, animam vero in nihilo læde-

A re poteſtit, propterea libenter pro ipſo Chriſto mortem ſubito, ab ipſo enim Domino meo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, palma victoriæ & gloria triumphi. Hæc audientes milites diſſecabantur cordibus ſuis, & indignatione repleti, iterum expoliatum ad eandem columnam ligatum in foro crudelius cædi fecerunt verberibus multis, deinde catenis vinctum, miſerunt in carcerem cum cuſtodibus: inito autem conſilio inter eos, decreverunt geſta omnia nunciare Agrippæ, ejuſque juſſa expectare, & exequi, literas ergo dederunt ad Præfectum dicentes; Agrippæ magnifico præfecto, Theodoſius, Eufraſius & Aſclepius ſalutem: juſſa tua implentes fatigati per multa invenimus tandem fugitivum Laverium in urbe Grumentina, quem adhuc in ſua pertinacia perſiſtentem, & Diis ſacrificare renuentem vinctum catenis miſimus in carcerem; indica ergo nobis quo genere mortis eum affici mandas, & vale. Hæc cum Præfectus audiſſet & ex litteris percepiſſet magno repletus gaudio nuntiis & aſtanti populo ait. Si verè potens eſt Deus Chri-
B ſtianorum quem colit Laverius, quare non liberavit eum de manibus noſtris, & exultans ſtatim reſcripſit militibus, dicens. Agrippa Præfectus militibus ſuis ſalutem: gaudens gaviſus ſum & de proſpera veſtra profectione & inventione Laverii de quo reſcribo vobis ut ſi ſecundum præcepta divini Auguſti non acquieverit Diis immolare, & offerre libamina, et coram vobis & in conſpectu populi Grumentini gladio caput amputari mandetis, & bene valete. Cumque remeaſſent nunciis cum Præfecti epiſtolis, cognita a militibus ejus voluntate, & accepto mandato obtruncandi Laverium, ipſum in dicta die, è carcere eductum cum militaribus ſignis duxerunt, non procul extra tamen mœnia civitatis in locum ubi duo flumina Acris & Sciagra connectuntur; & cum à militibus præſidentibus fuiſſet iterum atque iterum & blandimentis & minis ſancti conſtantia tentata, ut animum inclinaret ad Diis immolandum, ipſeque firmus in ſancto propoſito moriendi pro Chriſto perſiſteret & in prædicatione Evangelii etiam imminente morte per-
C ſeveraret, ibidem ſpectante populo Grumentino poſt eum cum lacrymis Domino commendatum, gladio percuſſus truncato capite pervenit ad palmam † ſtatimque vox de Cœlo perſonuit dicens; veni Laveri fidelis, veni requieſce jam poſt tanta expleta certamina laborum; veni, ingred.re in Regnum æternum, tibi victori triumphanti dabo palmam, & derelinquenti hunc mundum propter nomen meum hæreditatem ſempiternam: & cum hæc omnia è cœlo prolata eſſent, viſa eſt omnibus ſpectantibus in columbæ ſpecie aureis contexta pennis ſancta ejus anima ex ore truncati capitis egredi, & alta cœli penetrare. Tunc omnes qui aderant magnificantes Deum emnipotentem, & Jeſum Chriſtum filium ejus, laudes uno ore canebant ad gloriam ejus dicentes, Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis, Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Eccleſia Sanctorum. Laudate Dominum in ſanctis ejus laudate eum in firmamento virtutis ejus. Erubeſcentibus militibus, & tacentibus ob timorem, ne tantam multitu-
D dinem populi in ſe concitarent, qui tandem confuſi mente reverſi ſunt ad Agrippam. Corpus vero Beati Laverii à Dicilla Lucilla nobili fœmina cum viro ſuo Pactumenio Criſtillo ac magnifico viro Millone Tillabgipto qui ſanctiſſimum Martyrem primi hoſpitio receperant pretioſis unguentis delibutum, aromatibus conditum, & lineis velis involutum in cypreſſina capſa conditum in eodem loco Martyrii honorificè ſepultum fuit; & cum jam eo tempore fides multorum in Chriſto armata plenius creſcens abundaret non multo poſt cum jam Conſtantinus Auguſtus à Beato Silveſtro Papa baptizatus, & fidem ſuſcepiſſet, & templa ædificare indulſiſſet, ibidem in honorem ipſius à fideli populo Grumentino Eccleſia miræ ædificationis conſtructa eſt, & hæc poſita memoria in marmore.

D. O. M. IMP. M. FLAVIO VALER. CONSTANT.

*Laverio Chriſti martyri Tergiæ ex nobili Achilleo*
A *nate Acheruntiæ carcerib. mancipato ab Angelo inde vinculis ſoluto huc Grumentum miſſo ad fidem prædicandam, poſt doctum Evangelium capite truncato, martyrium hoc in loco perpeſſo Doctori, & patri Grumentinus populus publico ære dicavit.*

Hinc propter ardentem charitatem, & amorem fidelium, & coruſcantia miracula glorioſi martyris urbs Grumentina reddebatur conſpicua, & ſub Laverii ſancti protectione ubertate rerum, & neceſſariarum, & utilium affluebat, & omnes, qui in neceſſitate poſiti ad Deum per ſancti Martyris invocationem recurrebant, ejus interceſſione, & meritis glorioſis ſalutarem petitionis ſuæ conſequebantur effectum, quod & hodie abſque hæſitatione ſperandum eſt ab omnibus qui puro corde, & affectu devoto ejuſdem implorant auxiliũ. Paſſus eſt Beatus Laverius Chriſti Martyr ſanctiſſimus decimo quinto Kal. Decembris Incarnationis anno 312. Creſcebat in dies devotio populi Grumentini, & viri Eccleſiaſtici in urbe virtutibus, & doctrina fulgebant, quare Damaſus Papa ſanctiſſimus Sedem con-
B ſtituit Epiſcopalem, Epiſcopumque creavit Sempronium Atonem Grumentinum quo tempore admodum crevit proventibus, & ornatu Eccleſia Beati Laverii ob fidelium ex omni parte concurſum, & miraculorum frequentiam, quæ Deus ad Martyris gloriam, & fidei firmitatem operari dignabatur, & ſub Grumentinis Præſulibus in dies Sancti devotio augebatur, & præcipuè ſuſcepit augmentum ſub Juliano Patoma cum eſſet Cuſtos ſacræ Aedis ſanctiſſimi martyris Latinus de Theodora, qui ob inſignem doctrinam & vitæ ſanctitatem conſpicuam ad Epiſcopatum Marcellianenſis Eccleſiæ, quæ & Cluſitana dicitur, fuit poſtulatus, & aſſumptus, nec minus ſub venerabili viro, & Antiſtite digniſſimo Rodulfo Alano, à quo viro verè magnifico mirum in modum Eccleſia ſancti Martyris fuit exornata, & miniſtrorum numerus auctus, ſed elapſis jam plurimis annorum ſpatiis, cum procella barbaræ tempeſtatis in Italia fureret, & diverſarum Provinciarum excidium protenderet, & urbes devaſtaret ſic permittente Deo propter peccata populi, urbs
C Grumentina à Saracenis irruentibus eodem tempore obſeſſa, capta, devaſtata, & cum magna populi clade funditus everſa fuit; Eccleſia ſancti martyris Laverii ornamentis ſpoliata, polluta, deturpata extitit, & tandem igne combuſta. Pontificatum tenente Joanne VIII. Civitas olim populoſa inhabitata remanſit, & penitus deſolata, qui enim ex barbarico furore evaſerant ad prærupta montium, cavernas, ſpeluncas, & latebras tantæ multitudinis timore perculſi confugerant, & ferarum more deliteſcebant, ipſis Saracenis omnia devaſtantibus, & igne devorantibus abſque aliqua oppoſitione. Tunc venerab. Acheruntinę Sedis Antiſtes omnipotentis Dei, ac ſancti Martyris amore, & devotione ſuccenſus ex ejus Eccleſia conflagrata, ubi ſancti ipſius Corporis glorioſa erant recondita membra, ſacra pignora eximere cogitavit. Venit ad Grumenti ruinas, flevitque ſuper eas, tantæ calamitatis miſeratione commotus, & accedens ad Eccleſiam ſancti Martyris cum fletu, & lachrymis, eam vidit ex omni parte fœdatam nudam, & ſpoliatam, invenit tamen Presbyterum
D quendam ſacræ Capellæ Cuſtodem Probum nomine, & re ipſa talẽ qui capellam, ubi Martyris altare erat, purgaverat, & ut poterat, & temporum calamitas permittebat, exornaverat, & fideliter non ſine magno vitæ diſcrimine cuſtodiebat; hunc alloquitur Antiſtes, & gravibus blandiſq; verbis ſacrum depoſitum poſcit: Renuit ipſe cum lachrymis, & humilitate ſe opponens deſiderio Præſulis: audiunt populi diſperſi, & in unum congregati vitam ſpernentes ob Sancti devotionem accurrunt omnes viri, atque mulieres, & plangentes & ejulantes, Antiſtitem qui jam ſacrum Corpus cum ſuis Presbyteris, & militibus è loco, ubi ſub altare reconditum fuerat cum arca extraxerant, & aſportare contendebant, diſturbare conantur. Veniunt tandem quidam ex nobilioribus, qui ex excidio civitatis evaſerant, & audito deſiderio Præſulis, & viſa contradictione populi, habito colloquio cum eminentis prudentiæ viro Bruttio Oriente, conſilium ſumunt, quo utriſque ſatisfacerent, & partem ſacri

Cor-

*Corporis Antiſtiti tradiderunt aſportandam, reliquiam cum ſancto Capite eidem Presbytero Probo Eccleſiæ Præſidenti conſervandam reliquerunt. Sic diſſenſione compoſita, vener. Antiſtes cum magno gaudio Acheruntiam revertitur, & extra mœnia in quadam Eccleſia paucis ſecum adhibitis, pignora ſacra ſecreto recondidit. Presbyter verò Probus amore divino flagrans ſanctoque timore, partem quam accepit ſancti Martyris, honore debito reſervavit: quæ evidentibus ſignis, & miraculorum coruſcantibus beneficii emicuit cum magna populi lætitia, & devotione, cœpitq; populus à calamitatibus requieſcere, ac Grumenti ruinas, & adjacentia loca inhabitare, & templum ſancti Martyris frequentare, & ut facultas erat exornare. Sed cum iterum magis, magiſq; barbararum gentium gladio plurimæ provinciæ Italiæ nece vaſtarentur, viri Grumentini variis paganorum oppreſſionibus vexati, metuentes, quod eſſent exitium perpeſſuri, è domibus exilientes, iterum latitare coguntur, vir quidam præclarior cęteris Goffridus nuncupatus ſancti corporis Laverii particulam abſtulit, & cum ea Satriani civitatem aggreditur, & ejuſdem Sedis Pontifici recondendam tradidit, ille lætabundus ſuſcipiens ſacrati Martyris pignora, decorari loculum, atque aram conſtrui juſſit, in qua ea magna cum veneratione, & exultatione repoſuit. Ibique ejuſdem glorioſi Martyris ſuffragio indeſinenter viſa ſunt reſplendere miracula, & in populum beneficia: ad laudem, & gloriam Deificæ Trinitatis. Infideles verò crudeliter funditus everterunt, & templum ſancti Martyris deſtruxerunt, & ſolo æquarunt. Pręterea elapſis jam plurimis annis divina inſpirante clementia Leo venerabilis Acheruntinæ urbis Antiſtes exquirere diligenter cœpit ubinam eſſet recondita pars ejuſdem ſacrati corporis Laverii, quam ut ſupra memoravimus locare olim ſtuduit præceſſor ejus Epiſcopus, tunc ſenex quidam Præſbyter qui cum eodem fuerat Epiſcopo indicavit, ubi & qualiter fuiſſet eximia pars illius humati corporis. Statim igitur præfatus Antiſtes convocatis quibuſdam ſuis religioſis Presbyteris miſit eos ad exhibendum ſibi eandem corporis partem. Illi verò quantocyus illuc profecti ſunt, & invenientes deſiderabilem illius corporis theſaurum, illico auferre, ſecum ducere, & ad memoratam urbem regredi viſi ſunt; quo audito idem Leo inſignis Præſul gratulabundus cum cuncto Eccleſiaſtici Ordinis Clero, plebiſque grege, ſanctum ſuſcepit corpus, atq; in B. Joannis Baptiſtæ Baſilica reponens altare conſtruxit, & celebri laude conſecravit, ubi orantes quicunque & ab eo beneficia poſcentes indubitanter conſequuntur effectum, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Deo Patre, ſantoque Spiritu vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen. Sacrum templum ſanctiſſimi Martyris, in quo & caput, & pars ejus corporis aſſervata fuerat multis annis ſolo permanſit æquatum, & populus Grumentinus pagos multos diviſim incolebat, tandem Donatus Leopardus, qui S. Mariæ Aſſumptę in Grumenti ruinis, & populi ſic diviſi curam gerebat animarum, illum in unum congregare, & ad caſtrum Aræ Saponæ transferre diſpoſuit, & ſancti Martyris Patroni Eccleſiam reparare: populum tranſtulit, Pontificatum tenente Leone VIII. ſed Eccleſiarum Parochialium tranſlati populi ædificatione præpeditus, ſancti templum non refecit, ſed diebus illis ſanctiſſimus, & multum venerab. Pater Lucas è Sicilia per Calabriam ex Noa huc adveniens, & glorioſi Martyris Eccleſiam ita dirutam inveniens magna devotione ipſe ligna paravit, calcem coxit, & propriis manibus prout potuit egenus, & advena ædificavit: ſpatioſum antiqui tēpli ſitum reſtrinxit, & ad mediocrem Eccleſiam reduxit, vetuſta forma, & magnifica conſtructione mutata, ex qua templi ruina, & formę mutatione factum eſt, ut locus in quo capite ſacro pars corporis S. Martyris repoſita fuerat factus ſit omnino ignotus, & licet aſſeratur adeſſe, ubi ſit ignoratur, Deo ſic permittente, & quamvis vulgo dicatur reperiri ſub pavimento in ſpatio inter poſteriorem partem altaris, & parietem, ubi lapis adeſt erectus in ſignum, & licet populi devotio hoc confirmet, vox tamen incerta eſt. Particula altera ſacri corporis. Satrianum allata, ibique recondita. Satriana civitate diruta, ad oppidum Titi delata eſt, & in matrici Eccleſia ipſi ſancto martyri Laverio dicata, cum debita veneratione repoſita largiente Deo ob Sancti merita, plurima beneficia populo. Veterum traditione habetur, quod quidam dum dormiret ſæpe ſibi videre viſus eſt magnum theſaurum ſub altari ſancti Laverii reconditum, cumque nocte quadam Eccleſiam ingreſſus, demonſtratum locum effodiſſet, arculam invenit, & credens in ea eſſe aurum, foras egreſſus aperuit, & in ea caput reperit ſancti Martyris, at indigne ferens caput pro theſauro inveniſſe illud crinibus apprehenſum ſacrilegus alliſit columnæ marmoreæ, quæ uti ſancti Martyris paſſionis inſtrumentum, quippe cui alligatus ipſe Sanctus in foro Grumentino, ſemel atque iterum fuerat flagellatus ante fores reparatæ Eccleſię ad populi devotionem aſſervatur, hæc quaſi liquida materia ceſſit, & ſummi capitis Sancti veſtigium recepit; & ſervat impreſſum; Stupidus ille nequam caput projecit in viam, & territus aufugit, & diluculo ſuperveniens Agaſo, cujus nec nomen refertur, nec patria qui mulum ducebat claudum, & macilentum, vel potius trahebat, vix pedes & crura moventem, & cernens ſacrum Caput, velut recens obtruncatum, ſuaviſſimum eſlans odorem, remadmirans interna devotione motus, illud accepit. Et cum eo mulum oneraſſet, ille ſentiens ſacram ſarcinam ſanus jam factus, ita velociter cœpit ambulare, ut alas habere, & avium more volare videretur, & ſic ad patriam uſque perrexit. Veſtigium capitis columnæ impreſſum oculis cernitur, & à fidelibus devote veneratur, & capitis ſacri tranſlatio pro certa non habetur, cum ad huc locus tranſlationis non referatur, immo in eadem Eccleſia creditur, cum corporis parte remanſiſſe, ad cujus venerationem confluunt fideles cum magna devotione & intercedente glorioſo Chriſti Athleta petitionum ſuarum ſalutarem conſequntur effectum. Deo ſemper honor & gloria Amen.*

*Ego Robertus de Romana Diaconus ſcripſi anno Domini 1162.*

2 RODULFUS Alanus Grumentinus fuit Epiſcopus, priſcis illis temporibus; an ſucceſſerit Sempronio haud conſtat; fuiſſe verò digniſſimum, ſub quo mirum in modum Eccleſia S. Laverii exornata ac miniſtrorum numerus auctus, ſupra relata acta docent. II.

3 JULIANUS patria Grumentinus, Epiſcopus ſub quo Grumentinæ Eccleſiæ maximum acceſſit incrementum, ut in actis ejuſdem Laverii habetur. III. Hic Epiſcopus ab omnibus celebratus vixit ætate S. Pelagii II. Papæ circa ann. Chriſti 580. cui idem Pelagius reſcripſit in decreto par. 6. c. 112. apud Ivonem. Qui poſt Julianum Eccleſiæ Grumentinæ præfuerit non habemus; videtur tamen paulò poſt Grumentum fuiſse à Barbaris funditus deſolatum, cujus parochiæ meminit Gregorius magnus in Reg. lib. 10.

4 TUDERISIUS non Grumentinus, ſed Marſicenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit (1) decreto Leonis IV. in Anaſtaſii Præsbyt. & Card. condemnatione anno Dom. 853. apud Baronium. Hic primus eſt Marſicenſis Epiſcopus ex iis, qui ad poſteros perennarunt, non tamen primus in ordine ex iis, qui eidem præfuerunt Eccleſiæ. IV.

5 GRI-

(1) Subſcripſit huic decreto, ut ex codice originali tranſcribitur, *Tuder'ſius Marſenſis*, qui etiam ex varia librariorum lectione dicitur *Luderiſius*, *Tudriſius*, *Luderius*, & *Tuderius*. Et hinc facile confundi poſsunt Epiſcopi antiqui hujus Eccleſiæ cum iis Marſorum Latii ad Lacum Fucinum, qui etiam quandoque Marſicani dicti ſunt. Ita Albericus, qui apud Marſos floruit an. 970. & 981. Marſicanus vocatur ex notitia Barberinæ Bibliothecæ apud Ughellum ibi. At Marſicum an hunc Tuderiſium ita proprium ſibi vendicet, ut eum alteri Marſorum Cathedræ denegare poſſit, aſſerere non audemus. Quinimo & hunc Tuderiſium inter eos Marſenſes adnumeravimus, additis Joanne ex Conſtituto Vigilii Papæ de an. 553. & Luminoſo è Concil. Lateran. de an. 649. quos nec ita Marſorum dicimus, quod & hoc Marſicum ſuos eos prætendere nequeat. De Tuderiſio Baronianum exemplar Marſenſem pronunciat, quod & ſi Marſicanum, vel Marſicenſem codices deſcriptum proferant, Marſorum nomen fuit gentis, & loci, & gens Marſenſis etiam hinc dicta, & Marſica ex Virgil. lib. 7. Æneid. & facile in Epiſcopis educitur nomen ſedis Marſicanæ, & Marſicenſis: & ita etiam in antiquioribus Marſorum documentis ſæpius uſurpatum legimus. Diſcreta clarior ratio hos diſcernat neceſſe eſt. *Lucentius*.

V. 5 GRIMALDUS Marſicenſis Epiſcopus, tempus quo floruerit ignoratur, nec quid de eo dicendum ſit habemus, niſi quod habetur in brevi hiſtoria translationis S. Januarii Epiſcopi Carthaginenſis à nemore Acriuſo, ubi palmam una cum Felice & Honorato diaconibus ſumpſit martyrii, ad Eccleſiam ſancti Stephani Prothomartyris in ipſa Marſicenſi Eccleſia. *Marſici in Lucania translatio B. Januarii Epiſcopi Carthaginenſis, qui apud Potentiam ob Chriſti fidem ſub Leontio præſide multa paſſus, demum ad Atreuſum nemus cum Felice, & Honorato Diaconis ſecuri percuſſus martyrii palmam conſequitur, ejus ſanctiſſimum corpus diu Chriſtianis ignotum, Suſanna pia femina in ſomnis admonita Grimaldo Marſicenſi Epiſc. pandit, qui cum Clero & populo accedit ad locum, repoſitas reliquias ad Cathedralem Eccleſ. deferri curat. Verumtamen quia Abbas S. Stephani in cujus agro Martyris corpus latuerat, ad ſuam Eccl. aſportari contendebat, poſt longas altercationes conveniunt ut in plauſtro indomitarum vaccarum imponeretur, & in loco, quem ipſæ eligerent corpus ſervaretur. Quod ad Eccl. S. Stephani Dei voluntate delatum à Marſicen. & externis ſumma devotione colitur, ab his præſertim, qui à dæmonibus obſeſſi, etiam in agri Marſicen. ingreſſu martyris prece liberantur. Brachiũ argentea theca incluſum quo adjutore Marſicen. populus in ſummis periculis utebatur. Hiſpani milites an. ſal. 1502. urbe noſtra Marſici bellorum occaſione per ipſos direpta & ſuccenſa in Hiſpaniam ad Rodericum oppidum detulerunt, ubi miraculis hucuſque ſervatur.* Hactenus breviſſima acta S. Januarii, quibus adiicere nec pilus adeſt, quæ leguntur in Eccceſ. Marſicen. in feſto diei ejuſdem 26 Aug. qui patronus eſt civitatis, de quo nil in martyr. aliiſq; Eccleſiaſticis monumentis reperimus quod hic commemoremus.

VI. 6 GISULPHUS Marſicenſis Epiſcopus poſt curſum ducentorum annorum memoratur in tabulis ejuſdem Eccleſiæ anno ſalutis 1095. quo ex hac vita deceſſit, cujus præſulatus tempore Normannus duas Eccleſias obtulit Rado Abbati S. Stephani de Marſico anno 1089. ſic loquitur in donatione quæ extat in tabulario hujus Eccleſiæ.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXXXIX. menſe Junii XII. Indictione.*

*Ideoque ego Normanno de genere Francorum clarifico ante ſubſcripti teſtes, quoniam compulſus ſum per Dei miſericordiam & pro mercede animæ noſtræ & de mea uxore & de cunctis noſtris parentibus offero in manibus Rado vener. Abbas, & de ſuis poſterioribus, cujus modo videtur regere domum S. Prothomartyris Stephani de civitate Marſico, duæ Eccleſiæ vocabulum S. Nicolai, quæ fundata eſt verſus caſtello Calvelli, atq; domum S. Catharinæ, qui eſt juxta fluvium propè Calvello cum omnibus pertinentiis, &c. & hoc factum eſt ante noſtros fideles, & conſanguineos meos Rozujus Aleſi, & Regoni nepoti meo, & Ravel de Balio & Joello generi meo, & Drago filius meus, atque Philippus vicecomes meus, & Joan. Fabarius &c. Iſte Normannus videtur tunc temporis fuiſſe Marſici Dominus, ex quo cæteri Comites ſucceſſerunt uſque ad Rogerum Sanſeverinum, nepotem ex ſorore Guillelmi Comitis Marſici.*

VII. 7 JOANNES monachus Caſin. monaſterii eodem anno 1095. ſucceſſit Giſulpho, Marſicenſis & Grumentinæ Eccleſiæ ſe ſubſcripſit in privilegio à Petro Cavenſi Abbate conceſſo in erectione Eccleſiæ ſancti Jacobi de Burgentia. Hujus meminit Arnoldus Vvion lib. 2. ligni vitæ. In monumentis cœnobii Cavenſis habetur Joannem hunc fuiſse in numerum Cardinalium cooptatum.

VIII. 8 JOANNES alter ex eodem Caſinenſi cœnobio aſſumptus Marſicenſis fuit Epiſcopus apud eundem Arnoldum; tempus tamen quo vixit non exprimit. Cenſetur Joanni præfato ſucceſſiſſe.

IX 9 LEONEM aliquando Marſicenſem, aliquando verò Grumentinum Epiſcopum vocatum invenio. Hic anno 1123. donationem fecit Abbati Nilo
A cœnobii ſanctorum Mariæ & Anaſtaſii de Carbone Anglonenſis diœceſis, de Eccleſia ſanctiſſimæ Trinitatis Caſtri Lerconii, in qua Grumentinum ſe Epiſcopum appellat in hunc modum.

✠ In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

*Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo vigeſimo tertio menſe Auguſti Indictione prima.*

*Ego Leo Dei gratia Grumentinæ Sedis Pontifex una cum Archidiacono meo Riccardo & Archipresb. Urſione, cum cæteris omnibus noſtræ Eccleſiæ Canonicis, concedo atque confirmo tibi D. Nicoloni Abbati, & Eccleſiæ tuæ vid. s. Anaſtaſii & s. Mariæ de Carbone quæ ſub tuo regimine videtur eſſe, Eccleſiam S. Trinitatis, quæ intus Caſtrum Sarconi olim extiterat, ſed modo de foris in Eccleſiam S. Jacobi remota eſt, cum omnibus rebus ſibi pertinentibus, mobilibus, & immobilibus, ut amodo tu, tuique ſucceſſores eam habeatis & ad honorem Dei, & præ-*
B *dictæ Eccleſiæ, ſalvaque Eccleſiæ noſtræ S. Georgii auctoritate, ſine mea contrarietate, meorumque ſucceſſorum poſſideatis. Si vero aliquis hanc confirmationem diſrumpere, vel aliter removere voluerit, ſub anathemate habeatur. Et pro tua tuorumque ſucceſſorum ſecuritate hanc chartulam Biſantio Notario ſcribere præcepi, & ſigillo meo ſigillavi, & mea manu ſignum ſanctæ Crucis impreſſi, menſe, & Indictione prædictis.*

† *Ego Leo Epiſcopus Grumentinus.*
† *Ego Riccardus Archidiaconus.*
† *Ego Urſo Archipresbyter qui ſupra.*
† *Ego Vito Primicerius.*
† *Ego Bonifacius Presbyter, & Primicerius.*
† *Ego Urſino Presbyter.*
† *Ego Tidemanus Presbyter.*
† *Ego Joannes Presbyter.*
† *Ego Oto Presbyter.*
† *Ego Petrus Presbyter.*
† *Ego Tco Sacerdos.*

C *Locus † ſigilli.*

Documentum exſcripſimus ab exemplari libri privilegiorum Carbonenſis cœnobii membranacei, quod ſumma diligentia ab ipſis autographis exemplari fecit Paulus Æmilius Sanctorius Archiepiſcopus Coſentinus, & Ubinas, Abbatiæ Commendatarius, quodque humaniſſime mihi legendum tradidit Joſeph Coſta ejus ex ſorore nepos, & hæres. Porro Leo, qui in aliis Marſicenſis Eccleſiæ chartulis, Marſicenſis Epiſcopus dicitur, in geſtis S. Gerardi Epiſcopi Poſentini Grumentinus item appellatur; unus fuit à Callixto II. deputatus eodem anno 1123. ad ejuſdem ſancti Præſulis miracula diligenter examinanda, & an digna forent, ut in alborum numerum referri poſſet: cætera Leonis acta ignorantur, ejuſque obitus dies & annus obſcuri, putatur ſub Honorio II. exceſſiſſe.

10 HENRICUS Marſicenſis Eccleſiæ renunciatus eſt Epiſcopus ſub Honorio II. quo Præſule X.
nova Cathedralis titulo Beatiſſimæ Virginis, &
D ſancti Georgii Martyris conſtructa eſt à veteri Baſilica ſancti Angeli translata dignitate anno 1131. extat hujus rei monumentum marmoreum ſupra fores quæ Epiſcopio ſunt connexæ.

*Temporibus Henrici Præſulis Marſicenſis & Goffridi . . . . . conſtructum eſt hoc templum, ad honorem Dei & ſanctæ Mariæ Virginis, atque Beati Georgii anno ab Incarnatione Domini MCXXXI.*

11 JOANNES Marſicenſis Epiſcopus vixit XI.
temporibus Rogerii Regis, & Silveſtri Marſ. Comitis munifici, & religioſiſſimi viri. Is exoratus à Joanne Epiſcopo, ac intuitu Joannis Marſicenſis Monachi Cavenſis monaſterii Eccleſiam S. Petri Tramutulæ Marſicenſis diœceſis cum bonis & iuribus donavit Marino Abbati Cavenſi, apud quam monaſterium ædificavit idem Joannes Monachus; qui deinde poſt hunc Joannem Marſicenſis evaſit Epiſcopus. Porro donationes Silveſtri Comitis

pro

pro hac pia re duas afferemus, unam ſub ann. 1150. alteram ann. 1152. elargitas ex ipſo tabulario Cavenſis monaſterii in hæc verba.

*In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti,*

*Anno Incarn. ejuſdem 1150. Indictione 3. menſe Maii, Regnante D. noſtro Wil. ſemper invictiſſimo, ac triumphatore Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, atque Principatus Capuæ.*

*Cum unumquemque fidelem deceat Chriſtianum, Evangelica præcepta ſequi volentem, oculis cordis, quæ ad animæ ſalutem pertinent, dum in hoc fragili conſiſtunt intueri. Ideo nos Silveſter Dei & Regia gratia Marſicanorum Comes prece, & rogatu D. Joannis Matthæi S. Trinitatis Caveæ Monachi, & amore Dei omnipotentis commotus pro remedio, & ſalute animarum D. Rogerii I. Siciliæ Comitis, Dominique glorioſiſſimi Regis Rogerii bon. me. & pro Sereniſſimo Wil. & ejus ſobolis vita ſervanda, ut nos etiam jam dictum S. Marſic. Comitem & noſtros hæredes divina dextera Dei protegat, & manuteneat; & id in hoc agere ſæculo nos doceat, ut noſtra anima vitam æternam obtineat, pro omnium noſtrarum animarum ſalute, & remedio parentum donamus, & perpetuo concedimus Eccleſiæ B. Apoſtoli Petri Tramutolæ, & hominibus caſal. jam dictæ Eccleſiæ habilitatem accipiendi glandes, & herbam pro paſcuis ſuorum animalium, & de lignis ſylvæ totius pertinentiæ Marſici, ſicut alii boni homines Marſici accipiunt. Ita etiam dicta Eccleſia, & homines ejuſdem caſalis accipiant; quæ ſcilicet Eccleſia in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis de Cavea eſt conſtructa, & ordinata: quæ ſuperius dicta ſunt, videlicet glandes, cætera paſcua, aquam & ſylvas, ſicut præmiſſum eſt, præfata Eccleſia, & homines tantum ejuſdem caſalis accipiant, & utantur. Si quæ verò magna, quod abſit, humiliſve perſona hanc noſtram conceſſionem, & donationem infringere, ſeu terere voluerit, ſciat ſe unam auri libram compoſiturum, medietatem noſtræ Curiæ, & reliquam monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis de Cavea; pœnaq; dicta, donatio firma permaneat, quam & chartam noſtro typario plūbea bulla confirmare fecimus, & crucem manu noſtra cauſa confirmationis fecimus: per manum magiſtri Labri noſtri Notarii ſcribi præcepimus, ſubſcriptis hominibus ex hoc exiſtentibus teſtibus, &c.*

† *Signum manus S. Dei gratia Marſici Comitis, &c.*
† *S. m. I. Burdonis Dom. Comitis dapiferi.*
† *Signum manus Rog. Durant. Camerarii.*
† *Signum manus Wil. filii Gualterii.*
† *Signum Roberti Archidiaconi.*
† *Signum Jaſpidi, hoc totum Judex probat ordine notum.*
† *S. m. Guaifridi filii Peltromii de Cotonea.*
† *Signum manus Macirani.*

*In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti,*

*Anno Incarn. ejuſdem 1152. menſe Nov. Ind. 2. Regnante D. noſtro Rogerio piiſſimo, & ſemper triumphatore magnifico Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, atque Principatus Capuæ, una cum eo Regnante Wullelmo ejus filio D. noſtro Rege glorioſo.*

*Si juſtæ poſtulatio voluntatis omnibus Dei cultoribus, locisque venerabilibus ſtudio debet proſequente compleri, illis præcipuè qui pro peccatis noſtris, & offenſionibus, vigiliis, & orationibus Dei miſericordiam inceſſanter implorant, piæ poſtulationis effectum jugiter debemus impendere, eorumque juſtis petitionibus aſſenſum præbere. Tuis igitur Marine vener. Abbas monaſterii S. Trinitatis de Cava, quod eſt conſtructum extra civitatem Salerni in loco, ubi dicitur Mitilianus, petitionibus clementius annuentes per poſtulationem etiam D. Joannis Marſici ejuſdem monaſterii Monachi, qui noſter eſt Capellanus, qui etiam S. Petri Tramautulæ monaſterium à fundamento incœpit, & ferè ad effectum uſque perduxit, pro D. etiam Rogerii primi Siciliæ Comitis animæ ſalute magnificæ memoriæ, & D. Goffridi noſtri patris, cæterorumque noſtrorum parentum animarum remedio, & ut Deus omnipotens Regis coronam confirmet, & conſervet, &*
A *nos etiam noſtroſque filios idem Deus manuteneat, & ab bonum finem perducat præſentis privilegii auctorit. Nos Silveſter Dei, & D. Regis gratia Marſici Comes, confirmantes concedimus eidem S. Petri Tramutulæ monaſterio omnes retrodonationes, & oblationes, & venditiones, commutationes, & conceſſiones à noſtris prædeceſſoribus, & à bonis hominibus Marſici, utriuſque etiam ſexus, & ætatis illatas. Interea nos præfatus Dei gratia Comes Marſicanorum proſpicientes illud tenimentum ita modicum eſſe, quod nequaquam eidem monaſterio, nec ejuſdem hominibus caſalis ſufficere videret, amore Dei, & noſtrorum, ut dictum eſt, parentum animarum remedio, & ejuſdem D. Joannis Marſicenſis petitionibus, & magno amore, conſilio etiam D. Joannis Marſici Epiſcopi, nec non D. Odonis S. Stephani Abbatis, & Joannis Burdonis noſtri Dapiferi, & Rogerii Duranti, & aliorum bonorum hominum Marſici, quorum nomina ſubter leguntur, addidimus has terras præd. monaſterio ſicut inferius per deſignata loca, & fines præſens privilegium*
B *determinat, & demonſtrat, &c. & poſtea, Confirmamus inſuper caſale ipſum S. Petri, quod D. Joannes Marſici fecit hoſpitari, ita ut omnes qui ibidem habitant, aut ab iſto die in antea habitaverint, liberè & quietè ſine moleſtia noſtri, vel hæredum noſtrorum, vel hominum, ſeu ſucceſſorum maneant, & habitent, ſicut videlicet cæteri monaſteriorum homines liberè maneant, & abſolutè, & modis omnibus jam d. monaſterii præceptis tantummodo ſubjaceant, ea videl. ratione, ut tu præfatus D. Marinus, S. Trinitatis de Cava ven. Abbas, neque tui ſucceſſores, nec quiſquam de veſtris Prioribus Monachis, vel cujuslibet Ordinis, de noſtris propriis hominibus civitatum noſtrarum, quas nunc habemus, vel habituri ſumus, poteſtatem ad habitandum in eodem caſali recolligere ſine noſtri licentia, vel juſſione non habeatis. Animalibus denique omnibus præd. monaſterii S. Petri videlicet, & animalibus hominum caſalis ejuſdem in terra noſtra Marſici, paſcua, & aquas abſque damno concedimus exceptis glandibus. Si qua verò quod abſit,*
C *magna humiliſve perſona hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis paginam aliquo modo violare, vel interrumpere præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri libras triginta, medietatem Regali Curiæ, & aliam medietatem jam dicto monaſterio ſanctæ Trinitatis, pœnaque perſoluta præſens privilegium priſtinorum robur obtineat. Et ut diebus futuris omnibus hæc noſtra donationis conceſſio tibi D. Marine S. Trinitatis de Cava ven. Abbas, & tuis ſucceſſoribus à nobis, & hæredibus noſtris, & ſucceſſoribus firma permaneat; hoc privilegium per manus Lamberti noſtri Notarii ſcribi, noſtrique Typarii plumbea Bulla inſigniri præcepimus, & Crucis vivificæ ſignum manu propria ſubter fecimus. Ubi verò inter lineas diſturbatum eſt, in loco, qui dicitur ſicut videlicet cæteri monaſteriorum homines liberè maneant, non noceat, &c.*

† *Domini Silveſtri Dei gratia Marſici Comitis manus ſignum, quod hujus privilegii extat firmamentum.*
D † *S. m. D. Alexandri Marſici veteris, qui interfuit.*
† *Signum manus Rogerii Duranti.*
† *Signum manus Goffridi Salvatici.*
† *Signum Guillelmi Guiſcardi.*
† *Signum manus Canori.*
† *Signum manus Goffridi filii Gualterii.*
† *Signum manus Simeonis Manci.*
† *Signum manus Tancredi filii Japocacii.*
† *Signum manus Wullelmi filii Gualterii.*
† *Ego Joannes Marſicanus Epiſcopus.*
† *Ego Oddo Abbas S. Stephani.*
† *Jaſpidus hoc totum Judex probat ordine notum.*
† *Ego Joannes Notarius filius Biſancii Judicis.*
† *Signum manus Petri Cotonii.*
† *Signum manus Majorani.*
† *Signum Roberti filii Archidiaconi.*
† *S. m. Roberti Goffridi filii Petri Cotonii.*

Anno antea 1151. Idem religioſiſſimus Silveſter Comes alia ſua bona dono dedit Eccleſiæ Protomar-

tyris Stephani in Marſicenſi civitate poſita, accedente, ut par eſt credere Joannis Epiſcopi interceſſione, unde conſectnm hujuſcemndi documentum eſt, quod extat in Marſicenſis Eccleſiæ Archivio,

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

*Cum in divina legatur Scriptura, Sicut aqua ignem extinguit, ita eleemoſyna peccatum. Igitur ego Silveſter Dei gratia Marſici Comes pro Sereniſſimo Regis Rogerii Siciliæ, ac noſtræ, noſtrorumque parentum animarum redemptione, obtuli Eccleſiæ S. Protomartyris Stephani, quæ ſita eſt in civitate Marſici, quantum videlicet nobis pertinuit de vineis vinealibus fructiferis arboribus, quæ ſunt in loco, ubi S. Juliani Eccleſia conſtructa eſſe videtur, ſecus vineam monaſterii prædictæ Eccleſiæ, quæ nobis à Ran Dauferii pertinere videtur, qui mortuus fuerit, cum tranſitis ſuis, &c. hanc eandem oblationem per baculi traditionem D. Odone præd. monaſterii Abbati, cum advocato ſuo Guillelmo Guaberii filio à nobis recipiente, cauſa ſanctitatis Eccleſiæ, & ſtabilitatis præcipimus Joanni charo noſtro Notario hanc ſcribere cartulam, noſtroque ſigillo plumbeo eam muniri, ac noſtra manu propria ſignum vivificæ Crucis ſubtus fecimus, Anno Dominicæ Incarnationis 1151. menſe Novemb. Ind. 14.*

*† Ego Sylveſter Comes.*
*† Ego Januncs Seneſcalcus.*
*† Ego Sergius filius Duranti.*

Bonus iſte, ac nobilis Comes Sylveſter Eccleſiam item ædificavit Panormi in honorem S. Cataldi, in qua Mathildam filiam ſuam præmortuam an. 1161. ſepeliri fecit in nobili tumulo, & inſcriptione hac,

*Egregii Comitis Sylveſtri nata Matildis*
*Nata die martis, martis adempta die.*
*Vivens ter denos habuit . . menſes*
*Dans animam cœlis corpus inane ſolo.*
*Hæc anno Domini centum decies ſimul uno,*
*Et decies ſenis hac requieſcit humo.*

Vivente Sylveſtro noſter Joannes Epiſcopus diem ſuum nbiit, annus tamen ignoratur.

XII. 12 JOANNES Marſicenſis Monachns Cavenſis monaſterii Ord. S. Benedicti, ille idem qui Tramutulæ apud Eccleſiam s. Petri monaſterium ædificarat, Joanni ſuperiori in Epiſcopatu ſucceſſit. Meminit breve Chronicon Cavenſe; *Joannes*, inquit, *alter Marſicanus, Marſicenſis Comitis hæres, ex Cavenſi Monacho Marſicenſis Epiſcopus claruit circa annum Dom. 1166. Hic ædificavit caſale Tramutulę.* Interſuit deinde Joannes Lateranenſi Cnncilin ſub Alexandrn III. anno 1179. Quo annn Gullielmus Marſici Comes Sylveſtri ſucceſſnr Eccleſiam ædificare fecit ad honorem s. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis martyris, nuper ab Alexandro III. in albnm Sanctorum aſcripti, in eaque Juvenalem Presbyterum ſub D. Auguſtini Regula conſtituit Priorem, ac immediatè Apoſtolicæ Sedi ſubiecit, hac tamen lege, ut Marſicenſi Epiſcopo ſingulis annis teneretur tres libras ceræ unamque incenſi in perpetnum ſolvere, plura bona, ac jura eidem liberaliſſime conceſſit, ut ſubſequens documentum ab exemplari ejuſdem Eccleſiæ exſcriptum continet, quod ita ſe habet.

*In Chriſti nomine,*

*Anno ab Incarn. ſuo 1179 menſe Januarii 12. Indictionis, Regni verò D. noſtri Gulielmi Dei gratia glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, anno 13. feliciter, Amen.*

*Nos Gulielmus Dei, & Regia gratia Comes Marſici, præmeditantes diu apud nos, quod divinis feliciter militat ſtipendiis, qui Eccl. Dei fundare, & fundatas ditare procurat, & ea videre proponit, quæ ad Eccleſiarum Dei, & aliorum venerabilium locorum ſubſidium, & ad neceſſitates pauperum erogantur; licet pro facultate, nobis divinitus conceſſa omnibus benefacere teneamur; attentius tamen Dei Baſilicas erigere, ipſarumque teneamur ſolemniter indigentias relevare, recolentes quod ab uberibus Eccleſiæ ſugimus lac ſalutis, & ipſius ſacramentis ſa-*

A *lutaribus reformamur. Divino igitur ducti intuitu, ſequentes veſtigia B. mem. patris noſtri, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, nec magis eorum bonis hæreditariis gaudere, quam volumus hæreditatem ex devotione circa matrem Eccleſiam ſervire affectantes, quandam Eccleſiam ad honorem veri Dei, & B. Thomæ martyris Cantuarienſis Archiepiſcopi in terra noſtra Marſici, in loco videl. qui Raya nominatis, ex novo fundavimus, in qua quidem Eccleſia Presbyterum Juvenalem de civitate Marciſi, quem legali progenie ortum, quemque proſpectæ bonitatis, & honeſtatis virum cognovimus, Rectorem conſtituimus, & Priorem, & in ipſa Eccleſia ipſum Priorem & cæteros ſucceſſores ejus, ac confratres, ibi conſtituendos per Epiſcopum ad B. Auguſtini Inſtitutionem habitum ſancimus geſtare regularem. Cujus Eccleſiæ ſubſidio, villanos quindecim in eadem terra noſtra Marſici erogavimus, octo videlicet extabiator, quorum nomina hæc ſunt. Joannes Antonius de Lucifero, qui eſt in Roccetta; Joannes de Paudo, cum fratribus ſuis,*
B *Bomballus de Marſico Vetero, Johannes de Caſelli: Oto de Adamo; Robertus frater ejus, Johannes Græcus, Robertus de Joanne de Sanſa; Angararios vero ſeptem, nomina quorum ſunt hæc, Perronus de Cypriano, duo filii de Dado Ventulafarina, Rog. de Vallicella, Jo. Chaonas, Jo. Comberſanus, Capodurum; Madius de Sarapo cum filiis, & familiis eorum. Hos villanos cum redditibus & juſtis commentie ſuis præſcriptæ Eccleſiæ perpetuo conceſſimus. Concedimus etiam eidem Eccleſiæ, & Prioribus ejuſd. liberam poteſtatem affidandi ſexagintaquinque homines cum eorum familiis ex aliis partibus adventitios in loco Rayæ prope eandem Eccleſiam S. Thomæ, videlicet per demanium, & ſupra demanium noſtrum; quos volumus ſemper habere liberam poteſtatem emendi hæreditagia ab hominibus noſtris Marſici, excepto ab angarariis, & extaliatis, quos quidem homines villanos ſupra nominatos, & affidatos eidem Eccleſiæ concedimus tenere, & habere etiam cum curiis ſuis, ad uſum ſcilicet, & conſuetudinem Epiſcopii, &*
C *Abbatiæ S. Stephani in Marſico; de platia autem foreſteria, & bando ſit ita ipſa Eccleſia libera, & in eadem permaneat libertate ſicut eſt, & in qua manet Eccleſia præd. Epiſcopii, & prædictæ Abbatiæ. Item donamus, & concedimus perpetuo dictæ Eccleſiæ totam foreſteriam hominum ipſius Eccleſiæ, quam de eis habere debemus. Concedimus etiam ipſi Eccleſiæ, ut nullus bajulorum, ſeu foreſteriorum noſtrorum, vel hæredum, aut ſucceſſorum noſtrorum de hominibus d. Eccleſiæ pro aliquibus diſtringendis, vel moleſtandis, ſe nullatenus intromittat; Damus, & concedimus etiam eidem Eccleſiæ terras Alexandri Latonis, quæ ſunt in capite de Lagia, ubi dicitur Murllarius, & alias terras, quas habeo cum conſortibus ſuis, & terras quas tenebat Giumandus de Petra in loco Urſarellæ, & terras quas tenebat Riccardus de Marſico, cum fratre ſuo in loco Vrſpulo. Terras quoque totas, quæ ſunt de feudo Samaritano, & totas terras, quæ ſunt de feudo Malpilier, quas tenebat Riccardus de Marſico cum Fratribus ſuis: excepto oreale uno*
D *quod eſt deorſum Eccleſiæ S. Antonini. Item damus, & concedimus ipſæ Eccleſiæ vineam, quæ eſt de ipſo feudo Malpilier, & vineam, quæ fuit Petri Nigri. Has itaque ſupra nominatas terras, & vineas eidem Eccleſiæ damus, & concedimus cum introitibus, & exitibus ſuis, & cum omnibus inter ſe habitis, & contentis. Inſtituimus etiam ut præfata Eccleſ. nulli ditioni, aut alterius paſtoris mandato ſit ſubdita, niſi ſoli univerſali Pontifici D. Papæ. Nobis autem nihil aliud reſervamus niſi quod Prior, & homines dictæ Eccleſ. debeant nobis, & hæredib. noſtris, vel dominatori Marſici fidelitatem exhibere. Marſicano autem Præſuli, libras ceræ tres, & unam incenſi annuatim, ſecundum tenorem privilegii, quod inde à prædicto Epiſcopo habet, ipſa Eccl. ſolvere debet. Verum cum Prior ipſe deceſſerit, à confratribus ipſius Eccleſ. prudentioribus, & valentioribus eidem Eccleſię Prior elevetur. Præterea ſi inter fratres aliqua oriatur diſcordia Prior eorum curiam teneat, & juxta Eccleſia-*

ſti-

ſticum jus detineat juſtitiam inter eos. Et ſi fortè inter Priorem, & fratres Eccleſiæ talis fuerit orta contentio, vel diſſenſio, ut ſeſe minime valeant concordare (convocatis ab ipſo Priore ſecundum offenſæ quantitatem, & qualitatem) viris Eccleſiaſt. civitatis Marſici, vel de aliis partibus terræ propinquiorib. ibi conductis, inter eos ad invicem ab illis Juſtitia diſcernatur, & vigeat, & ſi de illius Prioris, & fratrum conſtiterit voluntate, Marſicanus Epiſcopus cauſa amoris, & dilectionis gratia ibit ad componendam concordiam inter eos. Verum ſi tales fuerint quod eos de prolata juſtitia, aut concordia audire noluerint, Summum & Venerabilem D. Papam deinde adeant, ſub cujus dominio eorum conſiſtit Eccleſia, item quicumque hominum noſtrorum in ipſa Eccl.ſe offerre voluerit, ſe ibi liberè, & quietè offerre poſſit, & ejuſdem Eccl. ingredi habitum cum ſuis tenimentis, exceptis illis, de quibus redditus noſtros habere debemus, ipſa quoque Eccleſia ab hominibus noſtris liberè emere poſſit. Concedimus etiam, ut prædicta Eccl. uno quoque die ſemper capiat ſalmas duas lignorum à foreſta noſtra, quæ eſt ſuper flumen Acri. Concedimus inſuper ipſi Eccleſiæ unum molendinum in præd. flumine Acri inter molendinum in prædicti Epiſcopii, & molendinum præd. Abbatiæ. Hac igitur promiſſione nos, noſtroſque hæredes, & ſucceſſores, & officiales atque miniſtros noſtros, & noſtrorum hæredum, & ſucceſſorum in perpetuum obligamus, ut ſi quis eorum prædictam donationem, & conceſſionem infringere, aut minuere, vel revocare tentaverit ullo modo, componat ipſi Eccleſiæ ducentas uncias boni auri, & totidem Regiæ Curiæ, necnon ſupraſcripta donatio, & conceſſio minus valeat, ſed ſemper maneat inviolata. Ad hujus autem noſtræ donationis, & conceſſionis robur perpetuò valiturum, præſens privilegium per manus Leonis noſtri Notarii, & Camerarii ſcribi, & bonorum hominum teſtimonio roborari, & noſtra bulla plumbea juſſimus inſigniri, anno, menſe, & inductione prolatis.

Locus † ſigni.

† Signum manus Marchiſii Seneſcalchi.
† Signum manus Roberti Archidiaconi.
† Signum manus Gulielmi filii Gualterii.
† Signum manus Tancredi militis.
† Signum manus Riccardi de Marſico.
† Signum manus Hermanni militis.
† Signum manus Urſi Franciſii.
† Signum manus Alexandri de Pirrano.
† Signum manus Perroni de Gan.
† Signum manus Rogerii filii Roberti Salæ.
† Signum Simeonis Dom. Ruſſi.
† Signum Majonis de Gilio.
† Signum manus Joannis de Magalda.
† Signum manus Ragonis Mordentis.
† Signum manus Joannis Petri Vicecomitis. Adeſt ſigillum † plumbeum appenſum.

Sed Joanne item Marſicenſi Præſule anno 1188. Bartholomæus de Caſtello Marſici Veteris Dominus, una cum uxore ſua Mariella Eccleſiam s. Mariæ in Marſico Vetere ab Alexandro fratre ſuo olim cum ſuis juribus Abbati s. Stephani de Marſico dono datam, novo privilegio aſſeruit ac confirmavit Falconi ejuſdem monaſterii Abbati; documentum habemus ex tabulario ejuſdem exſcriptum in hunc modum.

*Nos quidem Bartholomæus de caſtello Marſici veteris inclytus Dominus.*

*Dopnò Falconi venerab. Abbati monaſterii ſancti Stephani civitatis Marſici, ipſique monaſterio hoc privilegium concedimus in perpetuum valiturum. Sicut mali omni modo ſunt eiiciendi, ſic boni ſunt colligendi, & ſicut pejores omni niſu ſunt ſpernendi, ſic meliores Dei ſtudio ſunt retinendi. Idcirco vobis D. Falconi ven. ac religioſo Abbati declaro, qualiter in præſentia Domini Goffredi Salvatici dilecti cognati noſtri, Roberti de Milito, Johannis filii ejus Marſicani militis, & Presbyteri Urſonis noſtrorum bonorum fidelium, pro ſalute animæ meæ, & dilectæ uxo-*

A ris meæ D. Mariellæ, ac omnium noſtrorum fidelium defunctorum, parentum, & pro bonitate, & religione, quam in vobis videmus, una cum prænominata dilecta uxore noſtra concedimus, atque confirmamus vobis D. Falconi Abbati Eccleſiam S. Mariæ, quæ ſita eſt in tenimento dicti caſtelli noſtri Marſici Veteris in loco, qui dicitur Molinara, quatenus vos, & ſucceſſores veſtri, juxta, quod in privilegio veſtro continetur, quod D. Alexander frater meus bonæ memoriæ vobis exinde fecit, habeatis illam, & poſſideatis cum omnibus rebus ſuis ſtabilibus, & mobilibus, tam præſentibus, quam & futuris, & ſine noſtra, noſtrorumque hæredum, vel ſucceſſorum contrarietate, atque moleſtia omni tempore advenienti. Et quicunque hæredum, vel ſucceſſorum noſtrorum, hanc noſtram confirmationis conceſſionem auctoritate, vel in parte, ſive in toto minuere, ſeu violare temptaverit, pœna ſexaginta unciarum auri vobis, & ſucceſſoribus veſtris obligamus. Noſque etiam ipſos obligari volumus. Et ut hæc noſtra confirmationis con-
B ceſſio ſtabilis, & incorrupta perſeveret. Rogavimus Goffridum publicum Notarium civitatis Marſici hoc privilegium ſcribere, & ſub notatis teſtibus roborare, atque noſtra propria manu ſignum ſanctæ, & victorioſiſſimæ Crucis in eo imprimere. Anno Dominicę Incarnationis 1188. menſe Februarii, Indict. 6.

Ego Bartholomæus Marſici teſtor hæc ſcripta.
† Signum meæ propriæ manus. Ego Goffridus Salvaticus teſtis ſum.
† Signum Crucis meæ propriæ manus. Ego Robertus de Milito teſtis ſum.
† Signum Crucis meæ propriæ manus. Ego Joannes de Milito teſtis ſum.
† Signum Crucis meæ propriæ manus. Ego Marſicanus Miles teſtis ſum.

13 JOANNES hujus nominis V. Joannis Marſi- XIII.
cenſis ſucceſſor fuit, cujus memoria extat in tabulis hujus Eccleſiæ ann. 1198. ejus vero temporibus Philippus Guarna Salernit. Comitatus Marſici Dominus, & Juſtitiarius, donationem Guillelmi
C Comitis Eccleſiæ, ac monaſterio S. Thomæ Cantuarienſis aſſertam confirmavit ann. 1196. Archetypum habetur in ejuſdem cœnobii tabulario ſequentis tenoris.

In nomine Domini Jeſu Chriſti,

*Anno ſuæ Incarnationis 1196. menſe Februarii 14. Inductionis.*

*Nos Philippus Guarna Dei, & Imperiali gratia Comitatus Marſici Domnus, & Juſtitiarius per hoc præſens ſcriptum declaramus, quoniam ſpontanea noſtra voluntate pro remedio animæ noſtræ, & noſtrorum parentum confirmamus Eccleſiæ S. Thomæ, & tibi Presbytero Juvenali Priori ejuſdem pro parte ipſius Eccleſ. omnia privilegia, videlicet villanorum, molendini, poſſeſſionum, frangigiæ quoq; & libertatis, quæ Guillelmus quond. Comes Marſici ipſæ Eccleſiæ, & tibi præd. Priori fecit, concedentes eidem Eccleſ. & & tibi: eis quoque qui ipſam Eccleſ. regere videbuntur tenere, & poſſidere in perpetuum quidquid præd. Comes Guillelmus conceſſit, ſine noſtra, & noſtrorum*
D *hæredum contrarietate, vel requiſitione omni futuro tempore. Verum cum Prior ipſius Eccleſiæ deceſſerit, à confratribus Eccleſiæ prudentioribus, & valentioribus licentia, & conſenſu noſtro, vel noſtrorum hæredum in eadem Eccleſia elevetur. Si verò, quod abſit, nos, vel hæredes noſtri contra hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis ſcripta venire tentaverimus, pœna centum unciarum auri teneamur adſtricti. Quarum medietatem Imperiali aulæ perſolvamus, reliquam vero medietatem præfatæ Eccleſię. Ut autem hoc noſtrum confirmationis privilegium, & conceſſionis robur obtineat, per manum Guillelmi noſtri Notarii ſcribi præcepimus, & teſtium ſubſcriptorum teſtimonio roborari, & noſtro ſigillo cereo inſigniri menſe, & Indict. præd.*

† Ego Philippus Guarna Comit. Marſici Dominus.
† Ego Jacobus filius ejus.
† Ego Lucas Iudex.
† S. Crucis proprię manus Guillelmi de Campania.

BE-

XIV 14 BENEDICTUS patria Romanus creditur vixiſſe poſt ſextum Joannem circa annum Dom. 1200. quo fortaſſe ſedente Jacobus Comes Magnus Apuliæ Juſtitiarius confirmaſse legitur Eccleſiæ S. Thomæ Cantuarienſis bona, aliaque jura obtuliſse, ut in ejus documento liquet ab exemplari exſcripto.

† *S. Crucis propriæ manus D. egregii Comitis Jacobi.*

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno Incarn. ejuſdem 1208. menſe Julii, Indictione XI.*

*Cum beneficiorum genera plura ſint quibus tam Deo, quam hominibus placere dignoſcimur, ea tamen, à parte Domini & rationis magis accepta cenſentur poſt præſentis hujus occaſum animabus admodum profutura, quæ in Eccleſiis ubi quotidie Patri Filius immolatur, Divina inſpiratione, cum mentis alacritate largimur. Eapropter, nos Jacobus Dei, & regia gratia Comes & Magnus Juſtitiarius Apuliæ & Terræ laboris volentes animæ noſtræ conſulere, & iram ſummi Judicis beneficiorum Eccleſiis impenſorum exhibitione placare, de ſolita gratia, & munificentia noſtræ benignitatis dedimus, & conceſſimus, ac plena chirographi conſignatione ſtatuimus, ut ſacroſancta Eccleſia B. Thomæ Martyris, ſita extra terram noſtram Marſici in loco qui dicitur Raya &c. . . . Luca . . . . quatenus ab omnibus noſtris fidelibus Marſici adjutorium exigemus ipſa Eccl. ſit exinde libera, & penitus abſoluta & non nobis, neque noſtris hæredibus ipſum adjutorium exhibere cogatur. Ad hoc itaque noſtræ largitionis, & beneficii perpetuum firmamentum præſens privilegium ſigno ſanctæ Crucis noſtris propriis manibus in capite facto corroboratum & noſtro ſigillo cereo inferius inſignitum ac ſub notatis teſtibus noſtris fidelibus communitum per manus Guidonis de monte Caveoſo Notarii noſtri & fidelis fieri juſſimus, anno, menſe, & indictione prætitulatis, locus † ſigni.*

*Ego Chr. Saracen. teſtis ſum.*

*Signum Crucis propriæ manus Domini Simonis Maneſenor.*

XV. 15 ANSELMUS a Marſicen. Epiſcopus prophetiæ dono clarus contemporaneus fuit Joachimi Abbatis. Scripſit Pontificum Vaticinia, quæ poſt Bonifacium VIII. in lucem prolata fuerunt: vixiſſe videtur circa annum 1200. in Eccl. Marſ. floruiſse poſt annum 1210. De Anſelmo refert Paulus Scaliger in explicatione Vaticiniorum ejuſdem, illum ſua vaticinia ſcripſiſse an. 1278 ſed cum illum contemporaneum Joachimi Abbatis fuiſse aſſerat, labi à veritate videtur. Joachimus mortem obiit anno 1203. vel initio ſequentis, ut ſuo loco demonſtrabimus.

a De eo Nicodemus in Addit. ad Bibl. Neapol. p. 14. & candeſine

XVI. 16 ROGERIUS hanc Eccl. regebat anno 1222. ex monumentis Eccleſiæ Brugentiæ ſuæ diœceſis, quam privilegiis locupletavit.

XVII. 17 N. . . . nomen non habemus, quo Præſule Thomaſius de ſancto Severino Marſici Comes 1239. pro remedio animæ ſuæ & Gullielmi Comitis avunculi ſui Eccleſiæ ſancti Thomæ Cantuarienſis fundatoris, donationem ab eodem elargitam, ipſe etiam Rogerio Priori confirmavit & tali documento aſſeruit.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno ab Incarn. ſua 1239 menſe Septembri 12. Indict. imperante Dom. noſtro Federico invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto Jeruſalem & Siciliæ Rege, ejus vero anno 19. Regni Jeruſalem, 15. & Regni Siciliæ 42. feliciter Amen.*

*Dignum fore dignoſcitur & conſentaneum rationi, ut tanto circa Dei Eccl. & miniſtros Chriſti, nos favorabiles præbeamus, quanto retributionis æternę præmium pro beneficiis hujuſmodi inferimus ipſum Deum nobis credimus largiturum. Hinc eſt quod nos Thomaſius de S. Severino Dei, & Imperiali gratia Comes Marſici habentes reſpectum ad Deum, Beatam Mariam Virginem, & glorioſum Martyrem S. Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum, pro remedio animæ noſtræ, parentum noſtrorum, & D. Guglielmi quondam Comitis Marſici avunculi noſtri, qui præfatam fundavit Eccleſiam. Confirmamus Presb. Rog. Prio. ipſius Eccleſiæ S. Thomæ, & ſucceſſoribus tuis, vineas, terras, villanos, & angarios, molendinum, & omnia alia, quæ præfatus Comes Guilielmus eidem Eccleſiæ contulit, & per Priores dictæ Eccleſiæ, poſteà modo quolibet acquiſita fuerunt confirmamus, etiam omnem libertatem, quam idem Comes eidem fecit Eccleſiæ tam de honoribus, quam de aliis, & ut præſens privilegium in poſterum robur obtineat firmitatis, ipſum noſtro ſigillo cereo ſigillatum, & tam ſubſcriptione ſubſcriptorum Judicum Marſici, quam aliorum proborum virorum ſubſcriptorum teſtimonio roboratum, tibi ſcribi & dari juſſimus per manus Joannis, publici notarii noſtri Marſici & fidelis, anno, menſe & Indictione præſcriptis, locus † ſigni.*

† *Ego Guillelmus Imperialis judex.*

† *Ego Joannes judex.*

† *Ego Riccardus Dare. &c. judex Marſ.*

† *Confirmat hoc ſcriptum Rogerius manu propria.*

† *Signum Crucis propriæ manus Dom. Riccardi de Aymo Caſtellani.*

† *S. propriæ manus D. Rogeri de Aprutio.*

† *S. propriæ manus D. Goffredi de Judice. Rog.*

† *Hoc breve ne dapres quod ſcripſi Seba Joannes.*

Sub Alexandro IV. Pontifice Marſicenſis Eccleſia Paſtore vacaverat, ut patet ex epiſtola ejuſdem ad Annibaldum Baſilicæ Duodecim Apoſtolorum Presbyterum Cardinalem, ut Marſicenſi Eccleſ. viduatæ de idoneo Paſtore ab eodem provideretur. Scripta eſt epiſtola 8. Kal. Sept. an. 5. Pontiſ. nu. 208. Vatic. Reg.

18 RAYNALDUS, ſeu REGINALDUS de Leontino Siculus Ord. Prædicatorum ſub Clemente IV. Epiſcopus adlectus eſt; præfuit aliquot annos; & a Gregorio X. translatus eſt ad Meſſanenſem Eccl. in Sicilia poſt obitum Bartholomæi Pignatelli anno 1273. cujus translatio habetur in Reg. Vatic. epiſt. 72. fol. 159. Pontif. 3. Fratrem habuit Thomam Archiepiſcopum, deinde Patriarcham Hieroſolymitanum, aliquando poſtulatum ad eandem Meſſanenſem Eccleſiam. Exceſſit Raynaldus Meſſanę extremis diebus Honorii IV. habuitque ſucceſſorem Franciſcum Fontanam a Meſſanenſi Capitulo poſtulatum, & a Nicolao IV. confirmatum, ut in Reg. Vat. Nicolai narratur, Ep. 26. fol. 8. ann. 1. ſub datum 9. Kal Maji. Fuit ſanè Raynaldus ob vitæ munditiam, rerum geſtarum prudentiam vir clariſſimus, de quo legendus Bzovius in Eccleſ Annal. t. 13. & Rocchus Pyrrhus in notis Meſſanen Eccl. XVIII

19 Fr. REGINALDUS b Privernas ejuſdem Prædicatorii Ordinis, ſucceſſit alteri Reginaldo a Capitulo Marſicenſi electus, & ab eodem Gregorio X. ann 1275. Scripſit idem Gregorius ſub datum Belgardi 5. Kal. Julii Pontif. ſui 4. ad Generalem Magiſtrum Ord. Pręd. ut eidem Fr. Reginaldo Marſicenſi electo, & confirmato Epiſcopo licentiam impertiret ad Eccleſiam ſuam adminiſtrandam quantocyus tranſeundi, ep. eſt num. 43. fol. 294. Reg. Vatic. Quanto tempore præfuerit, vel quando, quove in loco obierit, non conſtat; tametſi laudabiliter per multos annos in ea ſe geſſit Eccleſia. Hunc Angelici Doctoris ſocium, & a ſacris Confeſſionibus fuiſſe aliqui ſcribunt, ſed confundunt cum Reginaldo de Leontino. De eo in vita S. Thomæ auctore Flaminio, *Reginaldus Privernas diſcipulus, & perpetuus vitæ & morum illius comes, & dictorum, factorumque, necnon conſcientiæ aſſiduus obſervator, & teſtis.* Cui aliqua opuſcula inſcripſit idem ſanctus Doctor, & cum eſset vir doctus, plura ſui ingenii monumenta reliquit, quæ m. ſ. Neapoli extant, ubi cathedram rexit, teſte Theodoro a Valle in lib. Vir. Illuſt. Ord. Præd. qui in Neap. Regno floruerunt, de quo etiam plura habet lib. 2 c. 18. hiſt. Privernatis civitatis. Hac tempeſtate Marſici obiit Comes Rogerius de Sancto-Severino ſepultus prope cathedralem in ſacello D. Annunciatæ, cujus oſſa, cum marmoreo XIX.

b De eo Fontana in Theatro Domin. p. 125.

tumulo poſt an. 360. in Cathedralem tranſlata ſunt, in eo ſepulchro legitur hæc inſcriptio.

*Anno Dom. MCCLXXXV. obiit Magnificus vir Dominus Rogerius de Sancto-Severino Comes Marſiei.*

XX. 20 JOANNES de Vetere Matthæi, & Bartholomææ filius nobilis Salernitanus, ex Abbate S. Mariç de Sicone, ſeptimus (1) fuit hujus nominis Marſicenſis Epiſcopus, cujus Præſulatus anno D. 1293. conſtructa eſt turris campanaria juxta inſcriptionem marmoream ad eam appoſitam.

*Anno D. MCCLXXXXIII. Præſidentibus Domino Joanne de Vetere de Salerno, ſeptimo Marſicenſe Epiſcopo, & Domino Thoma de Sanſeverino Comite Marſicenſi conſtructum eſt hoc opus ad honorem B. Mariæ Virginis, & Beati Georgii Martyris Patroni noſtri. Magiſter Silveſter egit hoc opus.*

Porro Thomas Marſici Comes præcipuus benefactor cœnobii ſancti Thomæ Cantuarienſis fuit, quod paulo antea ab eo exactis Fratribus ſancti Auguſtini, in Monialium S Benedicti Ord. evaſerat; in eo tunc Abbatiſsa erat Agnes ejus conſanguinea cujus intuitu, omnia prædeceſsorum Comitum privilegia eidem Eccleſiæ conceſsa, confirmavit, pluraque alia conceſsit anno 1295. & ſequenti, cudique fecit duo quæ ſequuntur documenta, cum præteritorum privilegiorum inſertione, quorum tenor ita exhibet ex originalibus Archiviis, ejuſdem Eccleſiæ.

*Nos Thomaſius de Sancto-Severino Comes Marſici præſentis ſcripti compendio ad modernorum notitiam, futurorumque memoriam.*

*Notum facimus univerſis quod ſi fragilitatis humanæ conditio rectè conſpicitur, & temporalium rerum lapſus in nihilum providentia certa perpēditur, pervigilis curæ datum eſſe mortalibus temporalium rerum bona, quæ tranſeunt ſub quodam modo deſpectionis amplecti; de his, quæ in partem illis parare ſuffragia Chriſti præſertim ſubjectis obſequio, per quorum orationes, & cantica benefactores eorum cum obeunt refrigerium ſentiant animabus. Quia igitur ad monaſterium ſacrum S. Thomæ de Marſico, tum ratione dilectionis quam ad religioſam mulierem Agnetem ipſius monaſterii Abbatiſſam conſanguineam noſtram dilectam dare tenemur; tum etiam Monialium, quæ operum bonorum intuitu, ad quæ perſeverare dignoſcimus, pium, & devotum in pectore gerimus charitatis affectum in perſonarum ipſius monaſterii vitæ ſuſtentandæ ſuffragium; molendinum noſtrum vetus ſuperius ſitum in territorio noſtræ terræ Marſici in flumen, quod dicitur Agri, cum alveo, aquis, aquæductibus ejus, uſque ad molendinum ipſum, & cum omnibus juribus, redditibus, & proventibus ſuis: necnon petiam unam terræ ſitam in loco, ubi dicitur Cultura ſubſcriptis finibus deſignatam, à prima videlicet parte finis eſt via publica, & ſi qui alii ſunt confines de ſpeciali gratia pietatis inſerta, monaſterio ipſi concedimus, & donamus, ut de eis, & in eis monaſterium ipſum, jura, redditus, & proventus percipiat, & habeat, omni noſtra, & hæredum noſtrorum moleſtia, ſeu contrarietate remotis. Inveſtientes dictam Dominam Abbatiſſam pro parte ipſius monaſterii per noſtrum Anulum de eis, ipſamque in corporalem poſſeſſionem exindè inducendo. Præſervata nobis tamen in iis conditione dumtaxat hujuſmodi; quod ſi contigerit aliquo tempore, aliqua conditione, vel cauſa, monaſterium ipſum fortaſſe vacare, ac Eccleſiam ipſam ad jus, & proprietatem majoris Marſicenſis Eccleſiæ reduci, cum juribus, conceſſionem eandem revocari in irritum, & applicari ad jus noſtri dominii. Nos hæredes, ſeu ſucceſſores noſtri, ſine alterius interpoſitionis objecto, auctoritatem, & poteſtatem plenariam habentes. In cujus rei teſtimonium certitudinem, & cautelam monaſterii ſupraſcripti, præſens patens ſcriptum exinde fieri mandavimus,*

A *ſigillorum noſtrorum magni videlicet, & parvi pendentium munimine roboravimus. Actum apud Roccetam Marſici an. Dom. 1295. die 2. m. Novemb. 9. Ind.*

*Nos Thomas de Sancto-Severino Comes Marſici.*

*Præſentis ſcripti ſerie notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuris, quod religioſa, & honeſta Domina, D. Agnes monaſterii ſancti Thomæ de Marſico venerab. Abbatiſſa conſanguinea noſtra dilecta, oſtendit nobis quoddam privilegium indultum eidem monaſterio per quondam bonæ mem. Dominum Guglielmum de Sancto-Severino Comitem Marſici prædeceſſorem noſtrum, cujus privilegii continentia per omnia talis attenditur.*

*In Chriſti nomine,*

*Anno ab Incarn. ſua 1179 menſe Januarii 12. Indictionis, Regni verò D. noſtri Gulielmi Dei gratia glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, anno 13. feliciter, Amen.*

*Nos Gulielmus Dei, & Regia gratia Comes Marſici, præmeditantes diu apud nos, quod divinis feliciter militas ſtipendiis, qui Eccl. Dei fundat, &*
B *fundatas ditare procurat, & ea maxime perpetuantur quæ ad Eccleſiam Dei, & aliorum venerabilium locorum ſubſidium, & ad neceſſitates pauperum erogantur; licet pro facultate, nobis divinitus conceſſa omnibus benefacere teneamur; attentius tamen Dei Baſilicas erigere, ipſarumque tenemur ſolemniter indigentias relevare, recolentes quod ab uberibus Eccleſiæ ſugimus lac ſalutis, & ipſius ſacramentis ſalutaribus reformamur. Divino igitur ducti intuitu, ſequentes veſtigia B. mem. patris noſtri, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, nec magis eorum bonis hereditariis gaudere, quam velut hæreditaria devotione circa matrem Eccleſiam formare affectantes, quandam Eccleſiam ad honorem veri Dei, & B. Thomæ martyris Cantuarienſis Archiepiſcopi in terra noſtra Marſici, in loco videl. qui Raya nominatur, ex novo fundavimus, in qua quidem Eccleſia Presbyterum Juvenalem de civitate Marſici, quem legali progenie ortum, quemque proſpectæ bonitatis, & hone-*
C *ſtatis virum cognovimus, Rectorem conſtituimus, & Priorem, & in ipſa Eccleſia ipſum Priorem & cæteros ſucceſſores ejus, ac confratres, ibi conſtituendos perenniter ad Beati Auguſtini Inſtitutionem habitum ſancimus geſtare regularem. Cujus Eccleſiæ ſubſidio, villanos quindecim in eadem terra noſtra Marſici erogavimus, octo videlicet extaliatos, quorum nomina hæc ſunt, Jacynthus de Lucifero, qui eſt in Roccetta; Joannes de Pindo, cum fratribus ſuis, Bonusbellus de Marſico Vetere, Joannes de Caſella: Oto de Adamo; Robertus frater ejus, Joannes Græcus, Robertus de Joanne de Sanſa; Angarenos vero ſeptem, nomina quorum ſunt hæc, Pronus de Cypriano, duo filii de Dado Ventulafarina, Rog. de Vallicella, Jo. Chaonus, Combeſanus, Jo. Capodura; Madius de Sarapo cum filiis, & familiis eorum. Hos villanos cum redditibus & juſtis tenimentis ſuis præſcriptæ Eccleſiæ perpetuo conceſſimus. Concedimus etiam eidem Eccleſiæ, & Prioribus ejuſd. liberam poteſtatem affidandi ſexagintaquinque homines*
D *cum eorum familiis ex aliis partibus adventitios in loco Raye prope eandem Eccleſiam S. Thomæ, videlicet per demanium, & ſupra demanium noſtrum; quos volumus ſemper habere liberam poteſtatem emendi hæreditagia ab hominibus noſtris Marſici, excepto ab angarariis, & extaliatis, quo quidem homines villanos ſupra nominatos, & affidatos eidem Eccleſiæ, concedimus tenere, & habere etiam cum curiis ſuis, ad uſum ſcilicet, & conſuetudinem Epiſcopii, & Abbatiæ S. Stephani in Marſico; de platia autem foreſteria, & bando ſit ita ipſa Eccleſia libera, & in eadem permaneat libertate ſicut eſt, & in qua manet Eccleſia præd. Epiſcopii, & prædictæ Abbatiæ. Item donamus, & concedimus perpetuo dictæ Eccleſiæ totam foreſteriam hominum ipſius Eccleſiæ, quam de eis habere debemus. Concedimus etiam ipſi Eccleſiæ, ut nullus bajulorum, ſeu foreſteriorum noſtro-*

(1) Sextus hujus nominis enumeratur in hac ſerie. Septimus ex Inſcriptione fortaſſe dicendus, ſi numerum auxerit ille, cujus nomen ad nos non pervenit 19. loco notatus.

*ſtrorum, vel hæredum, aut ſucceſſorum noſtrorum de hominibus d. Eccleſiæ pro aliquibus diſtringendis, vel moleſtandis, ſe nullatenus intromittat; Damus, & concedimus etiam eidem Eccleſiæ terras Alexandri Latonis, quæ ſunt in capite de Lagia, ubi dicitur Muellarius, & alias terras, quas habet cum conſortibus ſuis, & terras quas tenebat Glumundus de Petra in loco Urſarellæ, & terras quas tenebat Riccardus de Marſico, cum fratre ſuo in loco Veſpulo. Terras quoque totas, quæ ſunt de feudo Samaritano, & totas terras, quæ ſunt de feudo Malpilier, quas tenebat Riccardus de Marſico cum Fratribus ſuis: excepto ortale uno quod eſt deorſum Eccleſiæ S. Antonini. Item damus, & concedimus ipſæ Eccleſiæ vineam, quæ eſt de ipſo feudo Malpilier, & vineam, quæ fuit Petri Nigri. Has itaque ſupra nominatas terras, & vineas eidem Eccleſiæ damus, & concedimus cum introitibus, & exitibus ſuis, & cum omnibus inter ſe habitis, & contentis. Inſtituimus etiam ut præfata Eccleſ. nulli ditioni, aut alterius paſtoris mandato ſit ſubdita, niſi ſoli univerſali Pontifici D. Papæ. Nobis autem nihil aliud reſervamus niſi quod Prior, & homines dictæ Eccleſ. debeant nobis, & hæredib. noſtris, vel dominatori Marſici fidelitatem exhibere. Marſicano autem Præſuli, libras ceræ tres, & unam incenſi annuatim, ſecundum tenorem privilegii, quod inde à prædicto Epiſcopo habet, ipſa Eccl. ſolvere debet. Verum cum Prior ipſe deceſſerit, à confratribus ipſius Eccleſ. prudentioribus, & valentioribus eidem Eccleſię Prior elevetur. Præterea ſi inter fratres aliqua oriatur diſcordia Prior eorum curiam teneat, & juxta Eccleſiaſticum jus detineat juſtitiam inter eos. Et ſi fortè inter Priorem, & fratres Eccleſiæ talis fuerit orta contentio, vel diſſenſio, ut ſeſe minime valeant concordare (convocatis ab ipſo Priore ſecundum offenſæ quantitatem, & qualitatem) viris Eccleſiaſt. civitatis Marſici, vel de aliis partibus terræ propinquiorib. ibi conductis, inter eos ad invicem ab illis juſtitia diſcernatur, & vigeat, & ſi de illius Prioris, & fratrum conſtiterit voluntate, Marſicanus Epiſcopus cauſa amoris, & dilectionis gratia ibit ad componendam concordiam inter eos. Verum ſi tales fuerint quod eos de prolata juſtitia, aut concordia audire noluerint, Summum & Venerabilem D. Papam deinde adeant, ſub cujus dominio eorum conſiſtit Eccleſia, item quicumque hominum noſtrorum in ipſa Eccl. ſe offerre voluerit, ſe ibi liberè, & quietè offerre poſſit, & ejuſdem Eccl. ingredi habitum cum ſuis tenimentis, exceptis illis, de quibus redditus noſtros habere debemus, ipſa quoque Eccleſia ab hominibus noſtris liberè emere poſſit. Concedimus etiam, ut prædicta Eccl. uno quoque die ſemper capiat ſalmas duas lignorum à foreſta noſtra, quæ eſt ſuper flumen Acri. Concedimus inſuper ipſi Eccleſiæ unum molendinum in præd. flumine Acri inter molendinum in prædicti Epiſcopii, & molendinum præd. Abbatiæ. Hac igitur promiſſione nos, noſtroſque hæredes, & ſucceſſores, & officiales atque miniſtros noſtros, & noſtrorum hæredum, & ſucceſſorum in perpetuum obligamus, ut ſi quis eorum prædictam donationem, & conceſſionem infringere, aut minuere, vel revocare tentaverit ullo modo, componat ipſi Eccleſiæ ducentas uncias boni auri, & totidem Regiæ Curiæ, necnon ſupraſcripta donatio, & conceſſio minus valeat, ſed ſemper maneat inviolata. Ad hujus autem noſtræ donationis, & conceſſionis robur perpetuo valiturum, præſens privilegium per manus Leonis noſtri Notarii, & Camerarii ſcribi, & bonorum hominum teſtimonio roborari, & noſtra bulla plumbea juſſimus inſigniri, anno, menſe, & indictione prolatis. Cumque præd. D. Abbatiſſa, & Conventus monaſterii antedicti nobis preces porrexerunt, ut per nos dictum privilegium confirmaretur, quod per magnificum virum quondam D. Gulielmum illuſtrem Comitem Marſici prædeceſſorem noſtrum monaſterio nominato noſcitur eſſe indultum; nos ipſarum D. Abbatiſſæ, & Conventus piis precibus annuentes, tum ratione devotionis quam ad monaſterium ipſum gerimus, & habemus; tum etiam intuitu dilectionis quam gerimus erga conſanguineam noſtram antedictam D. Abbatiſſam, ex certa noſtra ſcientia, & ſpeciali gratia opere devotionis inſerta; prædictum privilegium per ipſum quondam dominum Gulielmum Comitem Marſ. prædeceſſorem noſtrum Monaſterio prænominato indultum duximus confirmandum, & ut præſcas confirmatio robur obtineat firmitatis, utroque noſtro ſigillo videlicet magno, & parvo mandavimus ſigillandam. Actum apud Bocuctam Marſ. anno Dom. 1296. nonæ Indictionis.*

21 MATTHÆUS hanc Eccleſ. regebat anno 1305. memoratur in monumentis Monialium S. Thomæ, quæ anno antea ab eodem Thoma Comite aliam donationem acceperunt, Agnete de Aquino tunc Abbatiſſa. XXI.

*Nos Thomas de Sancto Severino Comes Marſici ad futuræ poſteritatis memoriam.*

*Prævidentes & noſtro animo ducti per præſentes grandia munera, quæ non noſtris meritis, ſed divino inſtinctu divina Majeſtas etiam noſtris prædeceſſoribus nobiſque contulit, ob ipſius Dei omnipotentis honorem, ac B. Thomaſii Martyris, Monaſterii Eccleſ. ejuſdem S. Thomaſii Monialium de Marſ. ſito in loco ubi mons de Raja dicitur, offerimus, donamus, & ex ipſa cauſa oblationis, & donationis tradimus bona ſubſcripta ſita in dicta terra Marſ. ſubſcriptis loco, & finibus limitata, videlicet domum Telandræ, & aliam domum eidem domui contiguam, quibus ab una parte finis eſt locus, ſeu platea, ubi fit mercatum Marſ. & ab aliis tribus partibus viæ publicæ, & ſi qui alii ſunt confines cum earum introitibus, exitibus, pertinentiis, ſtillicidiis & aliis juribus ſuis. In quarum domorum vera & corporalem poſſeſſionem religioſam mulierem D. Agnetem de Aquino ipſius Monaſterii Abbatiſſam ſuſcipere pro parte ipſius Monaſterii induximus omne dominium, tam directum quam utile, quod nobis competiit, ſeu competit in domibus antedictis in eandem D. Abbatiſſam pro parte dicti monaſterii; & idem monaſterium transferimus nullis nobis juribus, rationibus, & actionibus, vel noſtris hæredibus reſervatis, ſed eidem D. Abbatiſſæ, & ejus ſucceſſoribus præſentis privilegii tenore concedimus liberam, & plenariam poteſtatem ipſas domos tenendi, poſſidendi, dandi, uſufruendi, & in eis & ex eis quælibet faciendi quam quilibet verus, & univerſalis Dominus de ſuo proprio facere poteſt, & debet, promittentes per ſolemnem ſtipulatione præfatæ D. Abbatiſſæ pro parte ſua, & ejuſdem monaſterii ſtipulanti; prædictam oblationem & donationem, ut prælegitur ratam, firmam, & illibatam per nos & noſtros hæredes perpetuò ſervare, ipſamque à quibuſlibet convenientibus perſonis, defendere, & conteſtare, nec per nos, aut noſtros hæredes, vel ſummiſſam perſonam aliquid attentare; quod præſens donatio in toto, vel aliqua parte ſui infringatur, reſcindatur, irritetur vel annulletur. In cujus rei teſtimonium, & prædicti monaſterii cautelam præſens privilegium ad futuræ rei memoriam fieri fecimus noſtri ſigilli pendentis munimine roboratum. Actum Marſ. anno Dom. 1304. die 15. menſis Octobris præſentis 3. Indictionis, præſentibus D. Roberto de Jonnino, D. Errico de Vadrmonte, D. Petro de Emone, & D. Provinciale de Pantuliani militibus ſociis, & familiaribus noſtris.*

22 JOANNEM Acutum Sulmonenſem quidam ſcribit fuiſſe Marſicenſem Epiſcopum anno 1310. de quo tamen nulla mentio extat in reg. Vat. XXII.

23 ROGERIUS anno 1315. memoratur in tabulis ejuſdem Eccl. quo Præſule idem pius Comes Thomas ſemper erga monaſterium ſancti Thomæ devotus, eidem duas addidit donationes in hunc modum. XXIII

*Nos Thomas de ſancto Severino Comes Marſici.*

*Tenore preſentium notum facimus univerſis preſentibus & futuris, quod ex devotionis affectu, quem ad monaſterium S. Thomę de Marſico gerimus; necnon intuitu religioſę mulieris ſororis Agnetis conſanguineę noſtrę ipſius monaſterii Abbatiſſę concedimus,*

& præſentium tenore licentiam impartimur ( de certa ſcientia & gratia ſpeciali ) quod in tenimento ipſius monaſteris propè ipſum exiſtenti, poſſit recipere, & congregare quoſcunq; exteros ad habitandum ibi venire volentes, & effici vaſſallos monaſterii prælibati. Ita quidem, quod de vaſſallis noſtris quarumcumque noſtrarum terrarum aliquatenus non exiſtant. Ad ampliationem hujuſmodi noſtræ gratiæ adjungentes, quod quilibet hominum exterorum, qui illuc habitaturus acceſſerit, non niſi tarenum auri per centenarium unciarum, collectis, & taxationibus aut aliis quibuſcumque per curiam regiam imponendis cum hominibus dictæ terræ noſtræ Marſici, contribuat perpetuò, & exolvat. In hujuſmodi autem collectis & donis, quæ ad noſtram curiam ſpectare noſcentur compelli nolumus aliter, nec teneri, niſi prout, & quantum prædicta providerit Abbatiſſa. In cujus rei teſtimonium, & cautelam præſentes patentes literas fieri fecimus, utroque noſtro ſigillo magno, & parvo pendentibus munitas. Actas in Maſſaria noſtra Bonirepam anno Domini MCCCXIV. die 15. Februaris 13. Indictionis.

Nos Thomaſius de ſancto Severino Comes Marſici, ac Baroniarum ſancti Severini, & Cilenti Dominus.

Tenore præſentium notum facimus univerſis, præſentibus, & futuris. Quod dum de præſentis mundanæ vitæ fragilitate penſamus, libenter ſeminamus in terris, quod reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere deberemus in cęlis. Eapropter per religioſam mulierem Dom. Agnetem venerabilem Abbatiſſam monaſterii S. Thomæ de terra noſtra Marſici fuerat humiliter ſupplicatum, ut privilegia ſingula, & cautelas olim indultas jam dicto monaſterio per prædeceſſores noſtros, confirmare intuitu Dei, de noſtra ſpeciali gratia dignaremur, cuius petitionibus, ut potè juſtè factis, benignius annuentes, volenteſque dictorum anteceſſorum noſtrorum veſtigia inquantum poſſumus imitari, in iis maximè quæ piis locis, & perſonis venerabilibus impenduntur, de mero liberalitatis noſtræ inſtinctu, & gratia ſpeciali, privilegium donationis terrarum, ſeu tenimenti, quod dicitur Caldamaſone, ſitum in territorio dictæ terræ Marſici prope territorium Caſalis Tramutulæ privilegium conceſſionis molendini veteris, & petiam unius terræ ſitæ in cultura, privilegium conceſſionis domus Telandræ cum tintoria, & alterius domus eidem domui Telandræ contiguæ, privilegium conceſſionis recipiendi exteros in caſali prædicti Monaſterii ſancti Thomæ, & quæque alia & ſingula privilegia indulta olim per prædeceſſores noſtros monaſterio prælibato confirmamus, ratificamus, & tenore præſentium acceptamus, Conceſſione villanorum quindecim Burgenſium & affidatorum ejuſdem terræ Marſici contenta in privilegio bonæ memoriæ Domini Comitis Gulielmi prædeceſſoris noſtri indulti, monaſterio ſupradicto penitus annullata. In cujus rei teſtimonium, prædictique monaſterii cautelam, pręſentes noſtras patentes literas exinde fieri mandavimus noſtri pendentis ſigilli munimine roboratas. Datas in terra noſtra Cilenti. Anno Domini 1326. die penultimo Februarii 9. Indict.

Comes iſte Thomas filius fuit Rogerii & ſecundus hujus nominis ſanctæ Severinæ gentis Marſici Comes tertius, qui obiit an. Dom. 1320. jacet in ſacello cęmeterii Carthuſiani cęnobii de Palude, quod ipſe magnifice condiderat, ac dotaverat. Ibi in, marmore legitur inſcriptio.

[illegible] claudor ſaxo, primus qui ſaxea feci
Fundamenta domus Carthuſiane tuæ.
Marſicus ecce Comes, Thomas en Sanſeverinus.
Ad Dominum pro me fundito cord: preces.

XXIV 24 PETRUS florebat in hac Eccleſia Epiſcopus anno 1330. cuius mentio habetur in tabulario Epiſcopii.

XXV 25 (1) ROGERIUS Marſicenſis Epiſcopus à Clemente VI. translatus eſt ad Tricaricenſem Eccleſiam 2. Id. Ianuarii 1349. ex reg. Vatic. epiſt. 143. fol. 91. an. pont. 7. Hoc fortaſse Præſule fundatum eſt cęnobium Cęleſtinorum prope huius civitatis męnia à Thoma Marſici Comite, Thomæ Comitis filio, eiuſque uxore anno 1340. bonis multis & privilegiis auxit, quam donationem deinceps affirmavit Comes Antonius eius filius anno 1377. ſuoque documento inſeruit patris ſui primam donationem, ubi fit mentio fundationis. Documenti tenor talis eſt ab ipſo archetypo archivii eiusdem monaſterii quod nuper ſub Innocentio X. ſuppreſſum eſt & Cathedralis ſeminario unitum.

In nomine Domini.

Antonius de Sancto-Severino miles Comes Marſici, Statoviarum Sancti-Severini, Cilenti, & caſtri S. Georgii Dominus, magnus Regni Siciliæ Comeſtabulus, & civitatis Cajatiæ Dominus. Viro nobili D. Maynentio de Priniano de Baronia noſtra Cilenti militi, & ſocio dilecto, ac novo Vicecomiti noſtro civitatis noſtræ Marſ. aliiſque Vicecomitibus noſtris in dicto Vicecomitatus officio ſucceſſivè futuris, vel veſtris Locumtenentibus, ac univerſis tam præſentibus, quam futuris has noſtras litteras inſpecturis ſalutem. Catholicæ fidei regulæ, & divinæ leges imperant, ut quicquid humanitatis ex patre ſit, filius, quæ Dei ſunt filiali debet obedientia revereri, eaque per confirmationis, & ratificationis auxilium confirmare. Sanè honeſtus religioſus Frater Nicolaus de civitate Averſæ Prior monaſterii venerab. Eccleſiæ S. Jacobi ſitæ propè civitatem noſtram Marſici de Ordine Cœleſtinorum S. Petri de Murrono, ad præſentiam noſtram veniens; præſentavit nobis quaſdam litteras excellentis D. genitoris, & prædeceſſoris noſtri, olim Comitis Marſici, &c. in charta membrana ſcripta, cera rubea ſigillatas, ejus olim magno ſigillo munitas, quæ erat per omnia tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Nos Thomaſius de Sancto-Severino Comes Marſici, Baroniarum Sancti-Severini, Lauriæ, Cilenti, & caſtri S. Georgii Dominus, magnus Regni Siciliæ Comeſtabulus. Tenore præſentium notum facimus univerſis, tam præſentibus, quam futuris, quod ob reverentiam divini Numinis, & noſtrorum, ac prædeceſſorum noſtrorum remiſſionem peccaminum, conceſſimus Priori monaſterii S. Jacobi de territorio terræ noſtræ Marſici de Ordine B. Petri Confeſſoris de Murrono, quod monaſterium nos, & quondam Comitiſſa conſors noſtra fundari, & ædificari fecimus, noſtris ſumptibus, & expenſis, & molendinum unum in loco Circini propè ipſum monaſterium de novo ædificari facere poſſet, & recipere omnes volentes victualia portare ad macinandum in eo, & molituram ex eis recipere, prout cum ipſis portantibus victualia de voluntate ipſorum poterit conveniri. Quia tamen pro majori habilitate, & abundantia aquæ neceſſariæ molendino prædicto, ut melius, & utilius victualia valeat macinare, major aquæ quantitas, quam nunc habetur, neceſſaria reputatur, prout per aſſertionem Prioris dicti loci, & aliorum fide dignorum nobis conſtat, volumus, & concedimus ipſi Priori, & monaſterio nunc, & in perpetuum, quod omnes alias aquas, & ſpecialiter aquas vallonis Apitinæ, & Bandariſii ad aquæductum ipſius molendini, & alvum, & ad ipſum molendinum poſſit divertere, ac duci facere per quaſcunque poſſeſſiones, quorumcunque de Marſico, prout melius, habilius, & rectius duci poteſt. Satisfaciet tamen prius patronis poſſeſſionum ipſarum, per quas duceretur aqua de dampno, ſeu valore poſſeſſionis illius occupandæ per alveum aquæducendæ prædictę juxta æſtimationem, & arbitrium trium proborum virorum eligendorum communiter per Priorẽ, qui pro tempore fuerit, & patronum poſſeſſionis illius, per quam fieret alveus, ſeu aquæductus aquæ præd. Si quis autem contra præſens noſtrum mandatum, & ordinationem attentare præſumpſerit, ad pœnam teneri volumus, quam noſtro arbitrio reſervamus. Unde ad futuram memoriam, & tam dicti monaſterii, & Fratrum, quam omnium aliorum, quorum intereſt,

(1) Sunt, qui Thomam Cyprianum Theatinum, de quo Toppius in Bibl. Neapol. p. 195. inter Marſicenſes Præſules recenſeant. Nos Ughellum ſecuti inter Marſorum Epiſcopos adnumeravimus, de quo in primo tomo.

reſt, & intereſſe poterit certitudinem & cautelam, præſens privilegium noſtrum eis exinde fieri mandavimus, noſtris ſigillis pendentibus communitum. Actum in caſtro noſtro Roccettæ Marſici, anno Dom. 1340. die 1. Januarii 8. Indictionis. Et ſupplicato nobis per eundem Fratrem Nicolaum Priorem ejuſdem Eccleſiæ, ut litteras ipſas confirmare benigniter deberemus. Nos autem ſequi volentes, quod quicquid pro Deo fit, eſt illuminatio facientis, attentis ſupplicationibus juſtis ſuis. Nihilominus actiones paternas filiali obedientia proſequentes, litteras ipſas paternas, & earum effectum, per hujus noſtræ confirmationis litteras confirmamus, auctorizamus, ac etiam acceptamus. Subjungentes ad laudem B. Jacobi de Compoſtellis, ſub cujus vocabulo ipſa Eccl. eſt fundata, quod molinarius, qui erit pro temporein molendino, propè dictam Eccl. conſtitutus, vel conſtituendus à die datæ præſentium, in perpetuum, ſi non tenuerit aliquod aliud molendinum cum aliquo conſortio uſque dum ſtabit in molendino dictæ Eccleſiæ, & non alterius, non cogatur ad exhibendum aliquid pro molendino noſtræ Curiæ ipſius civitatis noſtræ Marſici, quia proprietas cauſæ eleemoſynalis Eccleſiarum, quoque non debet temporali dominio obligari, vel ad aliquod in bonis ſuis perſonale, realeq; ſervitium faciendum. Quo circa mandamus de certa noſtra ſcientia vobis noſtris Vicecomitib. ſupradictis, ipſius civitatis noſtræ Marſici, præſentib. ſcilicet, & futuris, ac veſtrum Locatenentibus, ſub obtentu noſtræ gratię, quatenus has noſtras confirmationis litteras, ut eorum effectum d. Eccleſiæ, & ejus Prioribus, Rectoribus, & Procuratoribus tenaciter obſervetis omni tēpore, ſicut habetis gratiam noſtram caram. Et ſi quos vaſſallos noſtros de eadem civitate noſtra Marſici, in præſentium ſerio, videbitis contraire, illos pœnam unciarum auri decem, vice qualibet volumus incurſuros, quam per nos ſingulis vicibus pro parte noſtræ Curiæ ab eiſdem contradictoribus, ſeu contrafacientibus, jubemus de eadem noſtra certa ſcientia exigi, & haberi, ac noſtri hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum Camerę irremiſſibiliter applicari. In cujus rei teſtimonium, & ipſius Eccleſiæ ſancti Jacobi, vel cujus, aut quorumcunque ea intereſt, & poterit intereſſe cautelam, has noſtras confirmationis litteras ei, vel eis fieri, & noſtro ſigillo juſſimus communiri. Datas in Roccbetta prope civitatem noſtram Marſici ſub anno Domini 1377. die 10. menſ. Septembris primæ Indictionis.

XXVI 26 Fr. PETRUS, Ordo & patria ignoratur, ſucceſſit Rogerio an. 1349. obiit 1353.

XXVII. 27 BARTHOLOMÆUS immediatè poſt Petrum 1353. (1) de quo extat mentio in quodam inſtrumento Eccl. Burgentiæ hujus diœceſis anno 1364. Hujus Epiſcopi tempeſtate, anno ſcilicet 1358. defunctus eſt Thomas Comes, conditusque eſt in Eccleſia S. Franciſci oppidi ſancti Severini, cum hoc epitaphio.

*Hic jacet corpus Magnifici Domini Thomaſii de S. Severino Comitis Marſici Baroni Cilenti Lavariæ, & S. Severini, & Caſtri S. Georgii Domini, & Regni Siciliæ magni Comeſtabilis, qui obiit an.*
D *MCCCLVIII.*

XXVIII. 28 BERNARDUS ſubſcripſit ſententiæ Romæ prolatæ ab Archiepiſcopo Rhegino contra Caſſanenſem Epiſcopum die 15. Febr. 1368.

XXIX. 29 THOMAS erat Marſicenſis Epiſcopus anno 1378. memoratur ſequenti anno in tabulis ejuſdem Eccleſiæ, defunctus eſt anno 1399 quo Præſulante Thomaſius Sanſeverinus Marſici Comes ſequens aſſeruit privilegium ſupra relatæ Eccleſiæ S. Thomæ Cantuarien.

*Nos Thomaſius de Sancto Severino, miles Marſici Comes Baroniarum S. Severini, Cilenti, caſtri S. Georgii, & civitatis Tayanæ Dominus.*

*Notum facimus univerſis præſentis privilegii ſeriem inſpecturis, & noſcat tam præſens ætas, quam futura poſteritas inter nos diutius meditantes illum divinis ſtipen-*



A *diis militare qui cum effectu procurat Eccleſias defenſare, & bona poteſtate divinitus nobis tradita Eccleſiis, viduis, pupillis, orfanis, & aliis miſerabilibus perſonis benefacere tenemur: diligentius tamen Eccleſiarum tenemur oppreſſiones, injurias, & indigentes relevare, à quarum uberibus lac ſugimus, & ipſarum ſacramentis renaſcimur, adipiſcentes cęleſtem patriam hujus ſæculi poſt vitam. Igitur divino intuitu nos moventes, & veſtigia bon. mem antecesſorum noſtrorum effectualiter viventes monaſterium S. Thomæ Martyris Cantuarien Archiepiſcopi, in civitate noſtra Marſici fundatam per anteceſſores noſtros in loco qui Raya dicitur, & vulgariter nuncupatur; In quo quidem monaſterio Juſpatronatus, & ius homagii ligii poſſidemus juxta noſtrorum privilegia antiquorum ad noſtram protectionem duximus admittendum: cuius privilegia omnia auctorit. præſentium confirmamus, & volumus habere robur perpetuæ firmitatis ad petitionis inſtantiam Dominæ Abbatiſſæ nomine Joanna de Corbellis Abbatiſſæ eiuſdem monaſterii, & Dom Cominæ de Madio Prioriſſæ monaſterii ſupradicti: Necnon & proprii motus inſtinctu eidem monaſterio concedentes, quod nullus noſter Vicecomes,*
B *Capitaneus, Vicarius, Camerarius, Baiulus, ſeu Judex, Dazerius, Plazzarius, vel Cabellotus aliquis, ſeu officialis ipſius civitatis noſtræ Marſici, & eorum Locumtenentes cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, ſeu dignitatis exiſtat de eodem monaſterio S. Thomæ Abbatiſſa, Prioriſſa, Monialib offertis, hominibus, utriuſque ſexus, animalibus baccinis, equinis, jumentinis, pecudinis, caprinis, porcinis, aſininis, vaccinis, bufalinis, & animalibus cuiuſcunque generis, & bonis mobilibus, & ſtabilibus ad ipſum monaſterium, & prænominatas perſonas, pertinentibus, præſentib. & futuris ſe aliquis intromittat, quos, quas & quæ ſub noſtra protectione volumus remanere, & Eccleſiaſtico privilegio volumus & gaudere. Mandantes omnibus, & ſingulis officialibus, & gabbellotis, eorum locatenentibus civitatis eiuſdem præſentibus, & ſucceſſi è futuris ſub pęna, & ad pęnam unciarum auri centum per quemlibet ſi ſecus inde fieret nobis, & noſtræ Curiæ, & noſtris ſucceſſoribus perſolvendam. Qua pęna, ut ſupra ſoluta, vel non ſoluta, ſeu gratioſè remiſſa p æ'ens privilegium volumus in ſuo robore perdurare, quod d.iƐ monaſterium Ab-*
C *batiſſam, Prioriſſam, Moniales aliaſque perſona ſuperius notatas, & bona alia mobilia, & ſtabilia ad ipſum monaſterium, & prænominatas perſonas pertinentia præſentia, & futura manuteneant, & defendant, & in eorum iuribus faveant, cum tempus aderit, Juſtitia exigente ſine iudicii ſtrepitu & figura Et niſi de ſpeciali noſtro mandato iuſcriptis recepto prænominatum monaſterium, Abbatiſſam, Prioriſſam, & perſonas alias, & bona mobilia, & ſtabilia eidem monaſterio, & prædictis perſonis pertinentia, præſentia, & ſucceſſivè futura permittant ab aliquo, ſeu ab aliquibus in aliquo moleſtari. Immo volumus favorabiliter defenſari; Nam ſic noſtræ intentionis exiſtit, & volumus immune ipſum monaſterium, & præfatas perſonas cum omnibus, & ſingulis pertinentiis ſuis ab omnib. hominibus permanere. In cuius rei teſtimonium, & eiuſdem monaſterii cautelam præſens privilegium fieri fecimus, quod noſtrorum ſigillorum magni, & parvi appenſione iuſſimus communiri; præſentibus Dom Amico Archiepiſcopo Sanctæ Severinæ; D. Johannutio de Marra, D. Francono, Dom Guillelmoni, D. Pantaleone militibus de Dyano; Mag. Antonio Sinox Phyſico de Cayaccia, Blaſio Mordente, Anton. Dom Rogerii de Dyano, Notario Auguſtino de Jaquinto de Sancto-Severino, & Dom Antonio de Noto Cayaccia.*

*Datum Roccbettæ apud civitatem eandem ſub ann. Domini 1387. die 10. menſis Julii X Indict.*

† *Ego Amicus, ut ſupra Archiepiſc. teſtis interfui, & ſſ.*
† *Ego Joannutius de Marra miles teſtis ſum.*
† *Ego Franzonus de Dyano teſtis ſum.*
† *Ego Pantaleonus miles teſtis ſum.*
† *Ego Magiſter Antonius Synat Phyſicus de Cayaccia.*
† *Ego Blaſius Mordente de Dyano teſtor.*
† *Ego Antonius Domini Rogerii de Dyano teſtis, &c.*
† *Ego Notarius Auguſtinus de Jaquinto de Sancto Severino teſtis ſum.*
† *Ego D. Antonius de Noto de Cayaccia teſtis ſum.*



(1) Bartholomæus iſte, quem in Marſorum ſerie enumeraverat Ughellus, & inde expungendum docuit in append. tom. 9 ſedit Epiſcopus Marſicenſis 1399 quo die 6. Julii pollicetur ſubſidium ſe ſoluturum ſacro Collegio, ut ex libr. Provis. Prælat. Hinc arguendum eſt Petrum anteceſſorem paulo poſt ejus electionem obiiſſe. *Lucentius.*

A Hanc donationem, ſeu privilegium confirmavit Aloyſius Comes Thomaſii filius anno 1396. die prima menſis Auguſti, 4. Indictionis, Datum in Rocchetta Marſici.

*a Illegitimus Præſul.*

30. JACOBUS *a* Capadula Potentinus in hanc Eccleſiam intruſus à Benedicto XII. Pſeudopontifice, adhac vivente Thoma anno 1397. ut notatur in lib. ſolutionum ejuſdem Benedicti, eo ipſo anno memoratur in Epiſcopii monumentis. Exceſſit anno 1400. & nonnalla ſua bona reliquit pro luminaribus S. Georgii Cathedralis.

XXX 31 Fr. PETRUS Ylperinus, vel Alperinas Romanos nobili, & vetuſta familia natus, adoleſcens Ord. Prædicatorum Monachum induit in celebri cœnobio ſanctæ Mariæ ſuper Minervam. Brevi tempore ſummus evaſit Theologus, qui non modo cum laode prudentiæ varia ſui Ordinis munia ſuſtinuit, ſed incorrupta, ac magna ſui nominis fama in ſacri Apoſtolici Palatii Magiſterio divinum jus dixit, ac Summis Pontificibus præcipuè Urbano VI. charus fuit, ſub quo legitimus Marſicenſis declaratus Epiſcopus; B quam Eccleſiam cum per aliquot annos tenuiſſet ab intruſis Pſeudo-Epiſcopis deturbatus de Sede exulare aliquando coactus eſt. Romæ vixit, ubi mortalitatem explevit ann. 1383. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ ad Minervam in ſuæ familiæ ſacello prope campanile, quod noſtris temporibus in nobile delubrom D. Patriarchæ Dominici à Joanne Baptiſta Marino Ord. Prædicatorum Generale digniſſimo commutatum eſt. Hac quidem occaſione Petri marmoreus tumulus cum inſcriptione, & gentilitiis ſtemmatibus translatus eſt propè D. Annonciatæ ſacellum, haud longe à nobili ſepulchro Jacobi Alperini viri ſui ſæculi clariſſimi Circumcirca Petri tumulum hæc inſcriptio proſtat legentibus, quæ tametſi in delineatione ejuſdem insculpta ſit, nihilominus ſeorſim ſcribenda eſt.

*Hic requieſcit venerab. Pater Dominus Fr. Petrus de Alperinis Ord. Prædicatorum, eximius ſacræ Theologiæ Doctor, ſcholarum Sacri Palatii Magiſter, Marſicanus Epiſcopus, qui obiit an. D. MCCCLXXXIII. die xx. Junii. Cujus anima requieſcat in pace.*

Sepulchri delineatio eſt, ut modo vides, pene tamen vetuſtate exeſa.




XXXI 32. ANDREAS creditur legitimè ſucceſſiſſe Petro, cujos memoria extat in reg. Urbani VI. anno 1389. die 7. Septembris:

33. GENTILIS (1) Epiſcopus Marſicenſis à Bo-

(1) Hic ex eodemmet Ughello in ſede Marſorum, & Neocaſtrenſium non Marſicenſis, ſed Marſorum fuit Epiſcopus: ubi de eo.

Bonifacio IX. translatus eſt ad Neocaſtrenſem Ec- A
cleſiam in Calabria an. 1398. deinde evaſit Epiſcopus Sueſſanus, ex lib. proviſ. Prælat.

XX XII. 34 MARCUS antea Epiſcopus Sarſenatenſis ab eodem Bonifacio IX. ad hanc translatus eſt Eccleſiam anno 1399. 5. Kalend. Augusti, eodemque anno, cum Benedicti XIII. Pſeudo-Pontificis partibus adheſiſſet tanquam ſchiſmaticus deturbatus de ſede miſere interiit: de quo in lib. oblig. ac proviſ. Prælat.

XX XIII 35 PETRUS civis & Epiſcopus Caſſanenſis in amoti Marci locum à Bonifacio ad hanc eandem Sedem Marſicenſem translatus eſt eodem anno 1399. 10. Kal. Novembris, pauloque poſt extrema clauſit.

XX XIV. 36 Fr. NARDELLUS de Gajeta Ord. Minorum ſucceſſit Marco, delectus ab eodem Bonifacio anno 1400. 3. Id. Junii, qui cum per annos plurimos hanc Sedem bene adminiſtraſſet, mortalitatem exuit ſedente Eugenio IV. ann. 1440. Scribunt aliqui ſub eodem Eugenio, anno ſalutis 1430. quen- B
dam Joannem patria Salernitanum fuiſſe hujus Eccleſiæ Epiſcopum, eodemque anno menſe Julio defunctum, ſed Acta Conſiſtorialia habent Nardellum exceſſiſſe an. 1440. cujus Nardelli mentio habetur in monumentis Marſicenſis Epiſcopii ab an. 1400. ad annum uſque 1437. quamobrem neſcio unde hoc tempore proferant hunc Joannem in lucem, niſi illum cum Joanne Vetere Salernitano confundant, ſed iſte longe antea Epiſcopus fuit Marſicenſis, ut ſupra retulimus.

XX XV. 37 CARLETTUS civis, & Archidiaconus Surrentinus immediate Nardello datus eſt ſucceſſor die 3. Id. Aprilis 1440. ex Actis Conſiſtorialibus. Obiit extremis diebus anni 1453.

XX XVI. 38 LEONARDUS de Gaeta electus Carletti ſucceſſor à Nicolao V. ann. 1453. Idibus Januarii. Sedit plus minus annis tribus.

C



XX XVII. 39 PETRUS de Diano nobilis Neapolitanus egregius legum Doctor promotus an. 1456 pauliſper Pontifex fuit, cum ex hac vita deceſſerit an. 1458. Hujus non meminit Ferrantes de Marra in deſcriptione familiæ de Diano; memoratur tamen in Actis Conſiſt. D

XXX VIII. 40 ANDREAS electus an. 1458. nec diu & ipſe Epiſcopus fuit, defunctus anno 1460. Jacet in Cathedrali hac brevi inſcriptione.

*Hic jacet corpus Domini Andreæ Epiſcopi Marſicenſis ſub anno MCCCCLX.*

XX XIX. 41 SAMPSON de Cayano civis, & Epiſcopus Marſicenſis ad hanc dignitatem vocatus à Pio II. Papa anno 1460. die 22. Decembris, ſedit annis 18. Obiit an. 1478. ſepultuſque eſt in Cathedrali.

XL 42 Fr JOANNES ANTONIUS Pititus de Saponaria Ord. Minorum per obitum Sampſonis evaſit Epiſcopus ann. 1478. 8. Kalen. Auguſti. Sedit annis ferè quinque & ſeptuagenario major mortem oppetiit anno 1483. In Cathedrali prope Sacrarium tumulatus eſt, cum hac inſcriptione.

*Joannes Antonius Pititus Saponar. oriundus, Theologus, Provinciæ almæ Ord. Minorum quondam Præfectus, deinde largiente Domino Marſic. Antiſtes. Jaceo hic ſub Sereniſſimis Salernitanis Principibus, Regniquæ Admiranti felicis memoriæ Roberto, ac Antonello ſuperſtite primogenito Sanſeverinis admodum faventibus, annos lxx. & ultra Præſidens vixit, & quidem ſecundè obiit poſtremo ſenio confectus, anno ſal. MCCCCLXXXIII.*

Hujus meminit venerandæ memoriæ Lucas Vvaddingus tom. 7. Annal. Minorum, quem habet fuiſſe Marſicanum Epiſcopum in Aprutio Romano Pontifici immediatè ſubjectum. ſed revera Marſicanæ Eccleſiæ Salernitano Archipræſuli ſubjectæ Antiſtitem extitiſſe & Acta conſiſtorialia, & relata inſcriptio in hac Cathedrali ſupra relata affirmant, quæ ibidem hactenus extat. Sub hoc eodem Præſule obiit Adeliſia Ptolomæa Comitiſſa Sigiſmundi Sanſeverini Comitis conjux jacet ibidem in Eccleſia S. Franciſci in magnifico tumulo prope aliorum Sanſeverinorum Comitum ſepulchra cum hac inſcriptione.

*D. O. M.*

*† Adeliſia Ptolomæa Appula Senis oriunda ex Ptolomęo Evergete Alexandrinorum rege è regno pulſo, jaceo hic. Sigiſmundus Sanſeverinus conjux pientiſſ. poſuit. Obiit annos nata 30. menſem 1. diem 1. & 20. Nati hic mecum 2. liberos triſt. reliqui, æquis mores I. C. marito amantiſſimo fidei pignus, quo cum ann. 10. ſine querela vixi. † Ann. D. MCCCCLXXX. Januarii 27. Jovis die, hora 15. migravit.*

43 NICOLAUS ANGELUS de Abbatiſſa nobilis Salernitanus poſt Joannem Antonium electus fuit Epiſcopus die 17. Octob. 1483. ex Actis Conſiſtorial. quæ docent illum poſt paucos menſes defunctum. XLI




44 Fr. ANTONIUS Medices a Florentinus Ord. Minorum vir ſcientificus, & generoſo ſanguine natus, ad hanc ſedem promotus eſt die 12. Julii 1484. Exceſſit nondum exacto anno à dignitate ſuſcepta, cujus honorificam mentionem facit Vvaddingus tom. 6. ſuorum Annalium, ſed labitur dum illum Marſicanum fuiſſe Epiſcopum in Aprutio, melius dixiſſet in Salernitana Provincia, ut habent Acta Conſiſtorialia. XLII

a De eo Pocianti lus in Catalogo Script. Florent. ? Mandoſ.



45 FABRITIUS Guarna Salernitanus, Ro- XLIII.

mualdi Guarnæ Archiepiſcopi Salernitani gentilis, Juris utriuſque Doctor non ignobilis, Antonio mortuo Epiſcopatum iniit die 7. Novembr. 1485. ſedit incorrupta nominis ſui fama annos plus minus 14. Exceſſit ann. 1494. Jacet in Cathedrali.



XLIV. 46 OCTAVIANUS Caracciolus Neapolitanus, virgente, pietate, doctrina illuſtris, Fabritio ſucceſſit Epiſcopatui ſub Alexandro VI. anno 1494. die 19. Martii. Multorum annorum ſpatio hanc adminiſtravit Eccleſiam, cujus acta præciſa, quemadmodum, & ſuorum anteceſſorum omnino me latent, cum monumenta hujus Eccleſiæ altum ſilentium teneant. Fato functus eſt Octavianus anno 1535. Paulo III. ad clavum ſedente, ſepultus in Cathedrali, tumuloque quod ſibi vivens, ac ſucceſſoribus paraverat in ſacello ſanctorum Coſmæ, & Damiani, Epiſcoporum nuncupato, ubi eorum corpora humabantur, addidit inſcriptionem.

*Octavianus Caracciolus Hectoris filius Marſicenſis Epiſcopus, ſepulchrum hoc Epiſcoporum erutum, occupatumque reſtituit, vindicavitque; atque in eo conplurium Majorum ſuorum reliquias piè repoſuit, anno Domini MDXXXV.*

XLV. 47 VINCENTIUS Buccaferus *a* nobilis Bononienſis Monachus Olivetanæ familiæ Ord. S. Benedicti, Abbatis Viſitatoris apud ſuos munere functus. Hunc inſigni prudentia præditum Paulus III. auguſtiſſimum hoſpitem Carolum V. Imp. excepturus propere Bononia vocavit ad Urbem, atque ex animi alacritate qua decet: hominem invenit ſecundum cor ſuum, Pontificiæ præfecit domui, & Marſicenſi Sacerdotio exornavit die 10. Januarii 1536. Romæ obiit vix exacto anno ætatis ſuæ 47. tumulatur in ædibus S. Mariæ Novæ.

*a* Hujus meminit Lancellottus in hiſt. Olivet. l. p. 70. & 145. Mand.

XLVI. 48 ANGELUS Archilegius Amerinus ſuffectus eſt Buccaferro die 23. Septemb. 1537. translatus deinde eſt ad Eccleſiam Aſſiſienſem anno 1541. de quo vide ejus urbis Epiſcoporum noſtram ſeriem tom. p.



XLVII. 49 MARTIUS de Martiis Medices *b*, nobilis

*b* De eo

A Florentinus, nepos Angeli Aſſiſienſis Epiſcopi viri clariſſimi, ex Canonico Florentinæ Metropolis, abeuntis Archilegii locum implevit die 1. Febr. 1541. Interfuit Tridentino Concilio, ubi laudem tulit eruditiſſimi viri, & cum annis 32. bene hanc geſſiſſet Eccleſiam, Venetiis obiit die 11. Decemb. 1573. dum pro Coſmo Primo, Magno Etruriæ Duce apud Rempubl. Venetam legati munere fungeretur. Humatus fuit in Eccleſia S. Mariæ de Orto, cum hoc epitaphio.

Cappelus de viris Illuſt. S. Gemin. p. 79. Mandoſ.

*Corpus Martii de Martiis de Medicis Epiſcopi Marſicenſis, exivit de ventre matris ſuæ anno currenti MDXI. die xxi. menſis Novembris hora media cum xxii. Dereliquit autem almam anno MDLXXIII. menſ. Novembris xi. nunc vero cadaver ejus etiam in ventrem reverſum hic jacet.*

50 ANGELUS de Martiis Medices Martii ſuperioris ex fratre nepos, germanus frater Alexandri Archiepiſcopi Florentini, ex Canonico, & Decano Florentinæ Eccleſiæ, Marſicenſis pronunciatus eſt Epiſcopus die 15. Octob. 1574. vir fuit omni laude digniſſimus, poſtquam ſediſſet annis 8. è vivis exemptus eſt ann. 1582. in Cathedrali ſepultus cum prædeceſſoribus ſuis noviſſimam reſurrectionem expectat: de quo cum laude loquitur Petrus Monaldus in deſcriptione Florentinæ civitatis familiarium, cujus exemplar m. ſ. extat apud me. XLVIII.

B

51 ALOYSIUS Pallavicinus ex Marchionibus Cevæ Ligur Julii Cæſaris filius Epiſcopus Salutienſis ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 8. Aug. 1583. (1) pauloque poſt Romæ interiit, ubi jacet. XLIX

52 Fr. ANTONIUS Fera *c* Etruſcus de Plano Caſtagnario Suanenſis diœceſis, Ord. S. Franciſci Conventualium ſummus Theologus, ex Apoſtolico Vicario Generalis Miniſter ſui Ordin. Peruſiæ evaſit ann. 1581. Marſicenſis Epiſcopus electus eſt a Gregorio XIII. die 9. Aprilis 1584. Præfuit omnibus ſummè charus ann. 14. in patria ſua defunctus die 24. Aprilis 1600 eodem quippe anno quo onere ſe exſolverat; Jacet in Eccleſia S. Franciſci, ubi Seraphici habitum ſumpſerat, in communi Fratrum oſſuario abſque inſcriptione. L.

*c* De eo Ugurgerius de Pompis Senens.

C

53 ASCANIUS Pariſius in terra Moliterni Marſicenſis diœceſis natus, ad hanc Eccleſiam ſola virtute comite ſibi aditum fecit. Suffectus itaque eſt Antonio an. 1600. ſedit annos 14. ex diuturniori morbo in patria ſua deceſſit anno 1614. die 23. Aprilis, tumulatur in majori hujus oppidi Eccleſia prope ſepulchrum genitoris ſui, cum hujuſmodi epitaphio. LI.

*Non longe ſatis Angelus Pariſius ille,*
*Jacet ante diem gloria, fama decus,*
*Cæſare qui genuit quatuor prudentes*
*Et illi doctores fuere atque nati,*
*Quorum Aſcanius pietate, & ipſe*
*Marſici Præſul bonus diſcretus, &*
*Statuit tumulum, & tumulo ſolemnia*
*Miſit oſſaque lecta patris non prius condita hic.*
*Aſcanius Pariſius ann. D. MDCIII.*
*xxv. menſis Maii, obiit die xxiii.*
*Aprilis MDCXIV.*

D

54 Fr. TIMOTHEUS Caſelius, Neapolitanus *d* Ord. Prædicatorum a Paulo V. die 21. Julii 1614. Marſicenſis renunciatus eſt Epiſcopus. Eximie per annos 25. ſedit, fructus Epiſcopalis menſæ auxit, inſignib. Sanctorum reliquiis Romæ a Pontifice dono acceptis Cathedralem exornavit, verbo & exemplo populos ſibi commiſſos ad paſcua duxit ſalutis; fato functus die 23. Novemb. 1639. ſepultus in Cathedrali, meruitque honorifica memoria cum ſucceſſore a Canonicorum ſenatu in marmore celebrari ſequentibus verbis conſcripta. LII.

*d* Sive ex Guardia regni Neapoli. De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 288. & Fontana in Theatro Domin. p. 226. Mandoſ.

*D. O. M.*
*Fr. Timotheo Caſelio S. T. M. Ord. Prædic.*
*& Fr. Joſepho Ciantes S. T. M. ejuſdem*
*Ordinis Epiſcopis Marſicen. de Eccleſia*
*bene-*

(1) Mox ad Nicienſem abiit eodem anno 7. Novemb. obiitque Niciæ laudatiſſimus Præſul an. 1598. Delendum propterea eſt, quod de ejus obitu Romæ hic ſcribitur ab Ughello, cui aſſentimur in Nicienſibus.

*beneméritis ille Epiſcopalis munia fru-
ctuſque auxit, iſte hoc templum amplificavit, jura & jurisdictionem in hac diœceſi longo tempore occupatam acerrime Romę defendit, ac in priſtinum reſtituit pius, & prudens uterque; ille in cęlis, iſte diu vivat in terris inter aſtra regnaturus. Canonici, & Cler. M. P. G. A. G. anno Domini MDCXLVIIII.*



LIII. 55 Fr. JOSEPH Ciantes *a* nobili familia Romæ oatus, parentes habuit Horatium, & Lucretiam de Citara, adoleſcens Ord. Prædicatorum in monaſterio ſanctæ Mariæ ſupra Mioervam religioſam vitam profeſſus cum Ignatio germano fratre, uterque Theologicis pariter, ac Philoſophicis ſtudiis operam dederunt, Magiſtri in bis facultatibus effecti, apud doctos viros eximiam tulerunt exiſtimationem: Joſeph in Hebraica lingua erudite verſatus, publice docuit, diuque ad Hebræos ſolida doctrioa declamavit, ad quorum flectendam pertinaciam librum ſcripſit egregiè doctum adhuc ineditum, quibus laboribus Urbani VIII. Pont. Max. gratiam promeruit, & ab ipſo Marſicenſi Epiſcopatu donatus eſt die 4. *b* Martii 1640. Ignatius poſt aliquot annos ab Innocentio X. S. Aogeli Lombardorum Epiſcopus adlectus eſt, ut ſuo loco dicemus. Cæterum Joſephi iovicti animi ioveteratam litem inter ſuos anteceſſores, & Archipresbyteros Saponariæ, in ſupremo Romanæ Rotæ tribunali diu exagitatam, aſſiduo labore, & indefeſsa dignaque pertinacia ſuſtinuit, donec palmam tulit victoriæ per tres omnino bene fuodatas deciſiones, Saponarioſque Clericos Archipresbyterumq; priſtinę Marſiceoſis Eccleſiæ reſtituit poteſtati. Synodum diœceſ: oam coegit anno 1643. quam Romæ publici juris fecit. collapſam aliquantulum Cleri diſciplinam ſuavi prudentia reſtituit, Cathedrale templum vetuſtate fatiſcens penè à fundameotis exædificavit, ſacra ſopellectili locupletavit: extat in ea Cathedrali hujuſmodi de his rebus inſcriptio marmorea.

*a De eo Mandoſius in Bibl. Rom. Centur. 3. num. 56. & Fontana in Theat. Domin. p. 127. Mandoſ.*

*b 5. Martii.*

D O. M.

*Fr. Joſeph Ciantes Rom. Ord. Prædic. Epiſcopus Marſ. Templum hoc partis ſuperioris ſtructuræ, Sacriſtiæ, & Chori amplificatione a fundamentis auxit & exornavit, in quo univerſitatum diœceſ. Marſ. inſignia marmorea in obſequium ſancti Georgii, & omnimodam obedientiam Epiſcopo, earumdem rogatu, & expenſis collocanda curavit an. Dom. MDCXLIII. Urbano VIII. P. M.*

Inſtituit deinceps Seminarium Clericorum, & Archivium Epiſcopium in ædibus propriis erexit, collectis undequaque monumentis, quæ ex incendio, aliiſque infortuniis ſuperfuerant, in eo diſpoſuit. Romæ in Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Minervam vetus majorum ſuorum monumentum fere exeſum inſtauravit, ac parentibus ſuis memoriam renovavit, ac poſteris reſtituit, ubi inſcriptio hæc in marmore.

D. O. M.

*Lucretiæ de Citara Romanæ nobilitatis non minus prudentiæ, & ſanctimoniæ, quam nobiliſſimæ familiæ gloria illuſtri & incomparabilis erga Horatium Ciantem maritum affectus, & eximiæ in liberos pietatis, hoc brevi tumulo cum viro quieſcenti, Fr. Joſeph ex Ordin. Prædic. Epiſcopus Marſicanus parentibus indulgentiſſimus, poſteriſque eorum antiquum familiæ monumentum reſtituit, anno ſal. MDCXLIV. Vixit Horatius ann. . . . . . M. D. obiit ann. MDCIII. die xvii. Septemb. Vixit Lucretia an. lviii. M. D. Obiit MDCXXV. die xxv. Auguſti.*

Vetuſtate ſquallebat Romæ io Eccleſia S. Sabinæ locus ubi ſanctus Dominicus pro ſalute fidelium die noctuque orationibus ioſiſtebat, Joſeph in ſanctum Patriarcham filiali affecto flagrans, una cum Fratribus ſuis Ignatio Epiſcopo ſancti Aogeli, & Laurentio viro clariſſimo locum marmoreis iocruſtatum taxellis eximiè exornavit, ac ditari procuravit, in cuius memoriam additæ inſcriptiones ad parietes.

D. O. M.

*Sacrum hunc locum antiquitatis, & devotionis ſtudio venerandum. Olim à Divo Patriarcha Dominico divinis orationibus nocturniſque flagellis pro ſalute fidelium expiatum, temporum injuriis ſquallentem, Fr. Ignatius Ord. Prædic. Romanæ Provinciæ Præfectus, Joſeph ex eodem Ord. Epiſcopus Marſicenſis, & Laurentius Ciantes Rom. Patritii germani fratres, quantum ex loci anguſtia licuit, concordi voto ornatiorem, pulchrioremque reddiderunt. Idem Laurentius fratrum voluntatem ſingulari charitate proſequutus, addito ex ſuo annuo cenſu dotavit ſalutis anno MDCXLIV.*

E regione verò legitur alia inſcriptio tenoris ſequeotis.

D. O. M.

*Horatio Ciantes Romano Patritio, pari dum vixit virtute, & ſtirpe claro, & Lucretiæ de Citara, vetuſtæ nobilitatis fœminæ Jacobi de Citara quondam B. Ludovicæ Albertoniæ mariti gentili. Ignatius Ciantes Epiſcopus ſancti Angeli Lombardorum, Joſeph Epiſcopus Marſicanus ex Ordine Prædicatorum aſſumpti, & Laurentius Ciantes germani fratres parentibus indulgentiſſimis in D. Mariæ ad Minervam quieſcentibus M. Æ. M. P. C. Anno ſalutis MDCXLVII.*

Poſt hęc Joſeph ad Eccleſiam ſuam digreſſus eam laudatiſſimè rexit ad annum uſque 1656. ac liberè ſe exolvit Januario menſe. Romæ vixit *c* florente adhuc ætate, nec minus otioſus quam in otio, à curis alienus virum doctum eruditumque ad omnia natum ſe oſtendit, etenim aureum Angelici Doctoris, opus contra Gentiles, in Hebraicam linguam ſummo labore, & accurata facundia vertit, & in lucem emiſit, inſcripſitque Alexandro VII. Pontifici Maximo: miris laudibus opus digniſſimum extollit doctiſſimus Joannes Caramuel Epiſcopus Campanienſis & Satriaoenſis, Ordinis noſtri Ciſtercienſis decus & ornamentum ſingulare, in ejuſdem operis cenſura. ut nihil pium magis, nihil melius à florido eruditoque Ciantis ingeoio excogitari potuerit. Plura alia ſcripſit doctus Epiſcopus quæ deſiderantur. Interim Deum Optimum Maximum ex corde rogo ut tanto Prǽſuli diutinam vitam coocedat.

*c Obiit 1670. in pervigilio S. Matthiæ Apoſtoli.*

56 ANGELUS Pinerius de Monte Flaſcone ex Generali Vicario Viterbienſis Eccleſiæ, Marſicenſis Epiſcopus delectus eſt ab Alexandro VII. Pontifice Maximo die 26. *d* Januarii anno 1656 fratrem germanum habet Vincentium Epiſcopum Polinianenſem. Ipſe omnium virtutum genere ornatus, ſumma cura, piaque prudentia Eccleſiam LIV.

*d Die 18. Junii.*

ſuam pergit adminiſtrare, cui Deus diu conſervet.


*A D D I T I O.*

A (,, *Obiit Angelus, ſumma cura, & prudenter, cum*
,, *rexiſſet, an.*1671.
LV. ,, *JOANNES Baptiſta Falvus, filius Ferdinan-*
,, *di, & Avunculus Angeli Maſcari ex Baronibus* Ju-
,, *lianelli Civitatis Xiliani Patritius, adoleſcens*
,, *Neapoli liberalibus diſciplinis tantum profecit, ut*
,, *magno omnium plauſu Philoſophiæ, Theologiæ, ac*
,, *Juris utriuſque lauream aſſecutus ſit. Mortuo patre*
,, *revocatus ad patriam humanarum litterarum, ac*
,, *Poeſis ſtudio ſua florente ætate vacans multas elu-*
,, *cubrationes omni ſale, ac lepore conditas mirum*
,, *in modum eleganti metro exaravit, præcipue vero*
,, *quamplurimas Horatii Flacci Odas in Hetruſcum*
,, *carmen convertit, ea proprietate, candore, ac ver-*
,, *borum delectu, ut Hetruſcus Flaccus, Falvus ipſe*
,, *ab omnibus nuncupatus ſit. Vigeſimo quinto ætatis*
,, *anno nondum expleto, duo volumina Canonicarum*
,, *quæſtionum proprio marte confecit, ac ſacro Pres-*
B ,, *byteratus ordine inſignitus in propria Diœceſi Ca-*
,, *thedralis Eccleſiæ Martiranenſis Canonicatum*
,, *adeptus eſt, ibique munus Vicarii, & Locumte-*
,, *nentis generalis ab Epiſcopo Luca Celleſio ſibi de-*
,, *latum, ita virtutis, prudentiæ ac juſtitiæ laude*
,, *functus eſt, ut ab aliis majoris notæ Paſtoribus ad*
,, *bene regendas eorum Diœceſes efflagitatus diver-*
,, *ſis locis mirifice tale officium expleverit. Exinde*
,, *munificentia Ianuarii Sanfelicii Archiepiſcopi Con-*
,, *ſentini, Canonicus ejuſdem Metropolitanæ factus,*
,, *Examinatoris Synodalis, Viſitatoris, Commiſſarii*
,, *Sancti Officii, ac Vicarii generalis partibus in d.*
,, *Archidiœceſi præclare, & laudabiliter abſolutis*
,, *Romam petiit pro tuenda U. J. D. Joannis Falvi*
,, *ſui germani re, ut teſtatur Eminent. Cardinalis*
,, *de Luca in ſuis aureis voluminibus tomo quarto*
,, *tractatu de locato, & conducto Diſputat.*47. *cujus*
,, *victoriam adeptus ſuæ virtutis ſpecimina almę ur-*
,, *bis Tribunalibus patefecit, unde ab Eminen. Mar-*
,, *tio Ginnetti, Jacobo Roſpglioſi, ac Berardino*
C ,, *Rocci Cardinalibus eorum Domus Advocatus præ-*
,, *ficitur; quorum negotiis, virtute, prudentia, ac*
,, *dexteritate ita proſpere, ac felici omine præfuit,*
,, *ut brevi temporis curriculo eorum commendationi-*
,, *bus à Clemente X. Pontifice O. M. Eccleſiæ Marſi-*
,, *cenſis Epiſcopus creatus ſit,* 16. *Novemb.* 1671. &
,, *ad examen accitus, illud ſingulari omnium applau-*
,, *ſu peracto à P. Laurentio Brancato de Laurea Epi-*
,, *ſcoporum Examinatore poſtea digniſſimo Cardinali*
,, *hoc elogium obtinere meritus eſt.* Magnæ virtutis
,, viro, major Eccleſia tribuenda erat. *Sub die* 20.
,, *Menſis Novembris* 1671. *ab Eminen. Cardinale*
,, *Spinola in ara principi S. Mariæ Tranſpontinæ*
,, *fuit conſecratus, & ſub die* 27. *Decembris ſuæ ſpon-*
,, *ſæ poſſeſſionem accepit, quam, ſtatim ac inviſit, exor-*
,, *navit, reſtauravitque, omneſque vires animumque*
,, *adhibuit ad reſtituendam ſuavi jugo ſuis ſubditis*
,, *Eccleſiaſticam diſciplinam, juſtitiam adminiſtran-*
,, *dam, pacem, charitatem, cæteraſque virtutes ſua*
,, *ope ac exemplo propagandas, libertatemque Ec-*
D ,, *cleſiaſticam tuendam, de qua ſemper acerrimus*
,, *propugnator fuit. Numerum alumnorum ingenio,*
,, *ac pietate pollentium proprio ære in ſeminario au-*
,, *xit, illudque in ampliorem formam reduxit, ac re-*
,, *ctori litteris, & probis moribus ornato regendum*
,, *tradidit, à quo auditores doctrina, ac probitate vi-*
,, *tæ conſpicui prodiere, qui diœceſim magna ex par-*
,, *te illuſtrarunt. Exercitia ſpiritualia ante ſacros*
,, *ordines ſuſcipiendos primus in ſua diœceſi fie-*
,, *ri juſſit, ac neminem Clericali tonſura inſigniri*
,, *voluit, ne mendicare cogerentur alii, qui adauct*
,, *numero à ſuis anteceſſoribus clericali militiæ jam*
,, *erant adſcripti, quos omnes humanis litteris, ac*
,, *Theologię Morali ſtudio operam navare adſtrinxit,*
,, *Beneficia ſemper dignioribus contulit, nec unquam*
,, *munera cujuſcumque generis accepit. Quotidie an-*
,, *tequam ſacrum faceret per horam orationi vaca-*
,, *bat, & per aliam horam priuſquam lecto cubaret,*
,, *aliaſque preces inſimul cum tota familia genufle-*

A ,, *nus effundere ſolitus fuit. Ferè cunctis feſtivis die-*
,, *bus Eccleſiaſt. functionibus in Cathedr. præfuit, &*
,, *aliquando ſolemnioribus ſermonem ad populũ ha-*
,, *buit. Anno* 1672. *Diœceſanos univerſali, ac maxi-*
,, *ma penuria laborantes frumentum, quod in ſuo*
,, *horreo cumulatum integre ſervabatur, pauperibus*
,, *erogavit; Subditos terremoto anni* 1673 *perterri-*
,, *tos, publica ſupplicatione indicta, ſacco, & cili-*
,, *cio indutus, cinere conſperſus, fune ad collum al-*
,, *ligato, crucem bajulans nudis pedibus primus om-*
,, *nium ad locum deſtinatum inceſſit, ibique pio ſer-*
,, *mone maximis lachrymis expleto, precibus, ora-*
,, *tionibuſque Marſicenſem Diœceſim, Ninivem pœ-*
,, *nitentem reddidit; Juriſdictionem D. Angeli Ca-*
,, *balli Abbatis Moliterni nullo titulo dilatatam in pri-*
,, *ſtinam ditionem auctoritate Apoſtolica redegit;*
,, *pauperes honeſtas puellas ſuo ære dotavit; egenis,*
,, *viduis, miſerabilibuſque perſonis continuo profu-*
,, *ſas eleemoſinas erogavit, ac ſuas veſtes ac ſupelle-*
,, *ctilia aliquando diſtribuit, aliaque digna, & prę-*
B ,, *clara geſſit, quæ adhuc apud finitimas illas regio-*
,, *nes maximam pietatem redolent. Tandem multis*
,, *laboribus, vigiliis, ſollicitudinibuſque, pro ſua*
,, *Eccleſia paſſis, multiſque meritis cumulatus, om-*
,, *nibuſque virtutibus exornatus die* 29. *Decembris*
,, 1676. *obiit Vgiani, & honorificentiſſimo ſepulcro*
,, *tumulatus eſt. Ejus cadaver tribus diebus in Ec-*
,, *cleſia inhumatum manſit magna populorum fre-*
,, *quentia, & ſubditorum luctu, eò Cœlo charum,*
,, *quò Mundo illacrymatum.*
,, *JOANNES Gambacurta, ex utroque genere* LVI.
,, *nobilis Neapolitanus, in diœceſi Cuſentina natus,*
,, *Clericus Regularis Theatinus, S. Theologiæ Le-*
,, *ctor in ſuo ordine, & præclaris fulgens virtutibus*
,, *eligitur* 23. *Martii* 1676. *Qua decet ſolertia gu-*
,, *bernavit uſque ad an.* 1683. *quo vitam hanc cum*
,, *immortali commutavit.*
,, *FRANCISCUS Antonius Leopardus, presby-* LII.
,, *ter Caputaquenſis diœceſis, J.U.D. cujus ſcientiæ,*
,, *& animi integritas optime probata Tarentino, Caſ-*
C ,, *ſanenſi, & Caputaquenſi Præſulibus, quorum in*
,, *regimine ſpirituali Propontifex fuit, dignus ad-*
,, *judicatus eſt huic præeſſe ovili* 27. *Septemb.* 1683.
,, *Ad Tricaricenſe tranſlatus eſt* 10. *Septemb.* 1685.
,, *DOMINICUS Lucchettus, natus in loco de A-* LVIII
,, *liano Tricaricenſis diœceſis, J.V.D. & in ſacra*
,, *Theologia magiſter, qui alias Canonicatum & Ar-*
,, *chidiaconatum Eccleſię Marſicenſis obtinuit, &*
,, *Epiſcoporum Anglonenſis, Venuſini, Polymnia-*
,, *nenſis, & Marſicenſis Vicarius generalis extitit,*
,, *hoc ſacrorum vertice dignatus eſt die* 1. *Aprilis*
,, 1686. *Obiit menſe Februario* 1707.
,, *DONATUS Anſanus, nobilis Arianenſis, exa-* LIX.
,, *minator Synodalis, & Archidiaconus patrię Ca-*
,, *thedralis Eccleſię, cum plurium Epiſcoporum Vi-*
,, *carii generalis munere ſucceſſive functus eſſet, hac*
,, *infula decoratus eſt* 19. *Maii* 1710.)

D

# NUCERIÆ PAGANORUM EPISCOPI.



NUCERIA Paganorum clara & vetuſta Campaniæ urbs mediterranea in Picentinis recens

Pa-

Paganorum dicta, vel quod ſolo æquata mœnibus per pagos habitaretur, vel quod Sarraceni, pagani a noſtratibus appellati poſt acceptam cladem ad Lyrim fluvium ſub Joanne X. Pontifice huc ſe receperint, aut quod in ea Sarraceni è Sicilia exacti ſub Federico II. Imperatore eam habitaverint. Qui hujus civitatis originem in Nuceriam Pici Perſei Turcorum Regis filiam Eviois Andriæ Regis uxorem conantur inſtruere; ſimilia fabulis proferunt ad laudem ingenii. Poſita eſt Nuceria apud montem Irpinorum ultra Sarnum fluvium inter Neapolim a qua in Ortum XX. m. p. abeſt, & Salernum IX. Sarno, & Cavæ proxima, ab Amalphi in Borea m IX. aut X. m. p. quot a Salerno diſtat: in inferiorem & ſuperiorem dividitur. Hujus honorifice meminerunt Strabo, Appianus, Tacitus, Florus, Procopius, Sylius, Ptolomæus, & Livius. Fertilitatem agri Nucerini commendat Cicero contra Rullum. Cœterum hæc civitas faſces Romani Imperii venerata eſt, donec variante fortuna coacta eſt plurimis dominis ſervire, ſiquidem per aliquot ſæcula Salernitanis Principibus Longobardis B paruit: deinde Rogerius Siciliæ Rex anno 1131. illam ademit, ſicque ſub Neapolitanorum Regum imperio fuit, quibus modo Zurlæ familiæ nobiliſſimæ Comitatus nomine, modo Carrafæ genti Ducatus titulo dono data eſt. Hanc civitatem haud in poſtremis fuiſse, quæ Chriſtianam fidem ſuſceperit, illud eſt argumentum, quod ſub Nerone ſæviſſimo Imperatore in ea martyrio coronati ſunt Felix & Conſtantius, cujus dies natalis agitur 13. Kal. Octobris in Romano Martyrologio. Ei pro titulari eſt S. Priſcus loci primus Epiſcopus, cui Cathedralis dicata eſt; mediocris ſtructuræ ac ſatis viſenda. Clerum octo *a* Canonici cum tribus dignitatibus nempe Archidiaconatu, Archipresbyteratu, & Primiceratu, aliiſque prælaturis quas capellanias appellant, promiſcuoque Clero, qui divinum cultum perurgent, dicuntur complere. Civitas mœnibus caret, *b* & cives in pagis viginti quatuor C habitant, quibus lares 1400. animæ fidelium 6000. recenſentur. Parochiales Eccleſiæ undecim, ſanctimonialium ſepta duo, virorum cœnobia octo, *c* ſodalitia laicorum aliqua. Diœceſis anguſta eſt, unum dumtaxat continens oppidum *Agri* nuncupatum, ubi Parochiales Eccleſiæ duæ, altera collegiata S. Joannis, & altera S. Benedicti. Epiſcopatus Nucerinus Salernitanæ Metropolis ſuffraganeus, vetuſtus eſt, cum Priſcus dicatur primus Epiſcopus, poſt quem pauci ſunt reperti uſque ad annum 1386. Simon Lunadorus hujus Eccleſiæ Præſul in ſuorum anteceſsorum indiculo refert ex indigenarum traditione, hanc civitatem fuiſse Epiſcopali dignitate privatam ab Alexandro IV. Papa anno 1260. cum cives immaniter ſuum Præſulem occidiſsent. Diœceſis partim Salernitano, Amalphitano ac Surrentino Archiepiſcopis attributa eſt: poſt annum vero 162. à privatione ab Urbano VI. anno ſalutis 1386. juxta ſacrorum Canonum ſanctiones, dignitati reſtitutam fuiſse ſcribit. At de hac privatione, ac reſtitutione nullum verbum legimus in D Vaticanis regiſtris, in quibus tamen neminem obſervavimus ad hujus Eccleſiæ faſtigum evectum, niſi poſt Urbani VI. Pontificatum; Lunadori vero conjectura ex indigenarium traditione haud ſpernenda eſt. Menſe Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 1300. taxa vero in libris cameræ Apoſtolicæ flor. 150 eſt. Habet Epiſcopus ex veteri conſuetudine loci, jus conficiendi teſtamentum & ad pias cauſas laicorum, qui ab inteſtato diſcedunt ſucceſſionem: habet præterea temporalem civilem dumtaxat juriſdictionem in nonnullas laicorum familias. Præſules qui Nucerinis jus divinum dixerunt, ſunt qui ſequuntur, quos tum ex Lunadori indiculo ſatis jejuno, ſatiſque mendoſo, cum in eo

*a* Canonici ex utraque præbenda ditati.

*b* Sicut & Monte Pietatis, ac Seminario.

*c* 4.

A plures Epiſcopi Nucerinæ Eccleſiæ, quæ in Umbria eſt, huic attribuantur, quos ab hac noſtra ſerie expunximus, tum ex actis Conſiſtorialibus aliiſque monumentis ex fide depromimus.

1 S. PRISCUS primus huius Eccleſiæ Epiſcopus cenſetur ſub Nerone martyrio coronatus, cuius dies feſtus agitur 9. Maii in Martyrol. Romano (1) de quo Baronius in notis, eſtque divus tutularis. I.

( ,, *NUMESIUS Diaconus Nucerinæ Eccleſiæ,* II.
,, *indeque Epiſcopus, quem ut ad ſe mittat, ut in*
,, *Epiſcopum conſecrari poſſit, ſcribit Petro ſubdia-*
,, *cono M. Gregorius an.* 592. *l.* 2. *p.* 2. *Ep.* 32. Lu-
,, centius.)

2 PRIMERIUS Epiſcopus Nuceriæ ad quem S. Gregorius direxit epiſtolam 47. in lib. 2. reg. An Primerius huius Eccleſiæ, vel alterius in Umbria fuerit præſul prorſus ignoro (2). Lunadorus in indiculo ſuæ attribuit Eccleſiæ. III.


3 AMATUS *d* fuit in ſynodo Romæ congregata à Zacharia Papa anno 743. apud Baronium. IV.

*d* Seu Amantius.

B 4 N. . . . . vixit Gregorii IV. temporibus, de quo in canone de Relig. ſuppreſso tamen nomine. Poſt hunc per aliquot ſecula deſiderantur Epiſcopi. V.

( ,, *LANDUS ex regeſto Alexandri II. qui rexit ab* VI.
,, *an.* 1061. *uſque ad an.* 1073. *habetur ſynodalis*
,, *ſententia, cujus vigore deponitur iſte Landus Nu-*
,, *cerinus Epiſcopus in Italia, quod officium à ſede*
,, *Apoſtolica ſibi interdictum præſumpſerit. Nec tam*
,, *firmiter hunc Landum Epiſcopum hujus Nuceriæ*
,, *dicimus, quod alterius eſſe nequiverit.*

,, *FELIX hujus Nuceriæ Epiſcopus nobis occur-* VII.
,, *rit ex textu Canonico, ad quem ſcribit Innocen-*
,, *tius* III. *diſt.* 51. 1. 2. *& diſt.* 55. *c.* 6. Lucentius.)



5 VALERIUS Urſinus Romanus Nucerinus Epiſcopus erat anno 1228. hoſpitale ſancti Lazari in Capuana Eccleſia conſecravit, & Sanctorum reliquiis ditavit, cujus meminit Capaccius in hiſt. Neapolitana. VIII.

6 N. . . . . nomen non habemus à civibus Nucerinis interfectus anno 1260. quamobrem ab Alexandro IV. civitas dignitate Epiſcopali privata eſt, D uſque ad an. 1386. ſic deſtituta. IX.

7 Fr. FRANCISCUS Ordinis Minorum poſt reſtitutam Epiſcopalem infulam ab Urbano VI. anno 1386. ordinatus eſt Epiſcopus ſub Bonifacio IX. è vivis exemptus eſt anno 1402. memoratur ejus obitus hoc anno in lib. Obligat. Prælat. ſub eodem Pontifice. X.

8 ANGELUS Abbas ſanctæ Mariæ Caſtellanetenſis Ordinis ſancti Benedicti datus eſt ſucceſſor Franciſci à Bonifacio IX. anno 1402. die 4. Id. Aprilis. Decem & ſeptem annos in hac dignitate verſatus eſt. Obiit anno 1429. ex eodem libro de Oblig. ſub Eugenio IV. XI.

9 Fr. GABRIEL de Garofolis, *e* Spoletanus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini egregius Theologus, XII.

*e* De quo Gandulphus de 200. Scrip. Auguſt. p. 124.

(1) At in hodiernis tabulis Martyrol. Romani nulla hujus Priſci fit mentio: & forſan Ughellus loco Martyrologii Rom. & notarum Baronii, voluit indicere Catalogum Ferrarii, ejuſque annotationem. *Papebrochius in Actis Ss. Ma*. II. 2. p. 300. ubi plura de Priſco.

(2) Sed hujus fuiſse ex Epiſtola præfata M. Gregorii conjici poteſt, quæ ſimul directa eſt pro Sanctorum reliquiis conſequendis, Surrentino, Neapolitano, & Formiæ Epiſcopis, ſingulis in Campania Felici regimen habentibus. *Lucentius.*

logus, ac divinarum literarum ſcientiſſimus, inque adhortando è ſuperiori loco populum eloquentia pollens ſingulari, poſtquam per varios honorum gradus apud ſuos claruiſset ad ſedem Nucerinam evocatur à Martino V. anno 1429. die 6. Id. Junii, in ea laudabili fama ſedit plus minus annis 4. extinctus Spoleti, in templo ſancti Nicolai ſepultus jacet, & elogio decoratur, ut Herrera ſcribit.

*Hic jacet corpus Domini Gabrielis de Gareſalis de Spoleto Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini.*

*Gabriel Antiſtes ſacro diademate fulgens,*
*Scriptore quondam toto celeberrimus orbe,*
*Librorum textor, ſtudiorum fervida lampas,*
*Hoc tegitur tumulo conditus exiguo.*


Scripſit Gabriel adverſus Hæreſes libros utiles; adverſus quoque Fraticellorum ſectam peſtiferam. Item ſermones in Evangelia, quæ in feriis quadrageſimæ, Dominicis, aliiſque feſtis recitantur. Eius ad Epiſcopalem inſulam promotionem habemus in Actis Conſiſt. Martini V. cui proxime ſucceſſit, qui ſequitur,

XIII 10 JULIANUS de Angreranis civis fuit & Epiſcopus Nucerinus anno 1433. obiit 1436.

XIV. 11 JACOBUS Benedictus de Adria Juliani vacantem ſedem obtinuit ab Eugenio IV. anno 1436. 13. Kal. Aug. translatus inde eſt ad Urbeventanum Epiſcopatum die 13. Septem. 1443.

XV. 12 BARTHOLOMÆUS de Michaelibus nobilis Senenſis Antonii Petri filius celebris Juriſconſultus ſucceſſit Jacobo die 13. Septem. 1443. Hic magnæ auctoritatis vir fuit apud Alphonſum utriuſque Siciliæ Regem quo ad Rempublicam Senenſem Oratoris munere functus eſt anno 1446. obiit in oppido Aquæpendentis Auguſto menſe 1455. dum patriam peteret, negocia quædam explicaturus ex parte Calliſti III. Papæ, cujus erat familiaris & charus: funus ſolemni pompa Senis in Eccleſia ſancti Dominici celebratum eſt die 19. ejuſdem menſis, jacet tamen eo in oppido ubi animam exhalaverat. Literæ ſunt Bartholomæi ad Rempub. Senenſem ſcriptæ 9. April. eodem anno 1455 ſuo ſigillo munitæ, ubi ejus cernuntur inſignia.

XVI. 13 Fr. PETRUS Ordinis Prædicatorum patriæ adlectus Epiſcopus à Caliſto III. anno 1455. die 27. Septembris, de quo præter hæc pauca ex Actis Conſiſt. nil eſt quod proferamus.



XVII. 14 JOANNES, qui & Jannottus de Cerretanis, *a* Senenſis, clarus nobilitate, clarus virtutibus, & legalis ſcientiæ vir longe clariſſimus, à Sixto IV. anno 1478. 3. Id. Octob. renuntiatus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus. Tres fere in ea gubernanda egit annos, & revocatus ad curiam Romanæ Rotæ Auditor adlectus, ab onere Epiſcopali liberè ſe exſolvit: obiit Romæ anno 1492.

*a* Laudatus ab Angelo in hiſt. Interamn. ibique Joannem Interamnenſem dicit, *Mandoſ.*

XVIII 15 PETRUS Strambonus Neapolitanus hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit die 16. Kal. Julii 1480. exceſſit an. 1503.

XIX. 16 BERNARDINUS Urſinus Romanus Abbas de Alviano à Julio II. ad Epiſcopatum vocatus eſt die 7. Maii 1503 mortalitatem explevit an. 1511.

XX 17 DOMINICUS Jacobatius, *b* Romanæ Rotæ duodecim vir, Nucerino Epiſcopatu donatus eſt à Julio II. anno 1511. die 8. Novembris. Lateranenſi Concilio interfuit, purpura a Leone X. exornatus anno 1517. hanc Eccleſiam cum regreſſu ut mox erat illius ævi ad favorem Andreæ fratris filii reſignavit. Romæ deceſſit anno 1528. de quo Ciaconius, Victorellus, & nos in noſtris notis ad eundem Ciaconium, alibique ejus virtutes non tacuimus.

(„ *Male legitur in aliquibus Conciliorum Codicibus*
„ *Lucerinus, vice Nucerinæ Epiſcopus.*)

*b* De eo Ciaconius tom. 3. col. 183.

18 ANDREAS Jacobatius ex Canonico Vati- XXI
canæ Baſilicæ effectus eſt Epiſcopus anno 1517. die 14. Auguſti. Vir fuit Andreas apprimè doctus, pius, & linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritiſſimus. Eximiè hanc rexit Eccleſiam annis ſeptem, morte præventus mortalibus ſui deſiderium reliquit anno 1524. Rediit Eccleſia hæc ratione regreſſus ad Cardinalem Andreæ patruum, quam ultro ceſſit deinde an. 1528. paulo antequam è vivis excederet.



19 PAULUS Jovius *c* Novocomenſis ſucceſſit XXII.
Jacobatio die 13. Januarii 1528. Hic ille eſt Jovius, magna doctrina, eximia eloquentia, & eruditione, ſui ſeculi hiſtoriarum ſcriptorum facile princeps: quippe qui animo ingenti complexus eſt hiſtoriam rerum in orbe univerſo geſtarum ſuis æqualiter facundia, nobilitate & leporibus conditam, quem principem elogiographorum vocat Euſebius Sarrinus Abbas noſter in opere curioſo inſcripto, Otia Palladis, & in Elogiaſtico regno dignum, infenſum tamen, vel iniquum Reipublicæ Florentinæ dixerat Jacobus Gaddus in lib. de Scriptoribus non Eccleſiaſticis, de quo plura ac lectu digniſſima commemorat. Meus eruditiſſimus Abbas Nicolaus Baccetius in ſuo elogiorum lib apud me m. ſ. de Jovio ſcripſit quæ mihi digna viſa ſunt ut hic proferantur. Paulus, inquit, Jovius mihi diſertiſſimus eſt, ideoque inter graves Philoſophos, præſtanteſque Hiſtoricos, ac Oratores, quos ſtatim ſim excepturus encomio, primam illi ſedem decernendam ſum arbitratus, eminet enim granditate ſtyli, quæ res maximas ac principes viros videatur decere, quam Liviana ubertas, & copia, Curtianique flores perpetuo exornant ac ditant. Itaque haud impar eſt veritati rerum, quam ubique & ſemper felici conatu proſequitur. Habili ſiquidem affluentique oratione modo conſulto deliberat; principum modo, atque clariſſimarum gentium opportune librat conſilia, terra marique, acies, claſſeſque concurrentes enarrat, adeo memori calamo, ut ipſum non modo non lateant caſtrorum principia, cornua, latera, ducum nomina, militaria munera, militumque præclarè geſta, ſed etiam ipſos ictus, quave parte inſederint volantiaque jacula, cujuſque manu violenter intorta in numerato videatur habere. Certè ipſo ſcribente locorum æquè ac præclarè factorum ornatiſſimæ deſcriptiones ad miraculum vernant, orbique terrarum provinciis, urbibus, fluviis, inſuliſque ad jucunditatem utilitatemque legentium maxima ſua priſca nomina, quæ vel corruperat barbaries, vel interciderant exvetuſtate quaſi poſtliminio redierunt. Novi mores, nova arma, novaque caſtrenſium rerum machinamenta, novita-

*c* Laudatur à Ghilino in Theat. vol. 1. p. 179 Gaddio de Script. t. 10. p. 2. Paſſol compendio dei Migliori Ir Florentia illuſtr. p. 174. Ludovico Jacobo in Bibl Pontif. l. 2. Imperiali in Muſæo hiſt. p. 6. Mandoſio in Theat. Archiatr. ſummor. Pontif. *Mandoſ.*

tem

tem quandoq; vocum ſatis excuſato Jovio viſa ſunt A
extorſiſſe. At non item procul a culpa, exactæ
eloquentiæ ſchemata, hoc eſt, nervos omnes, ac
numeros in quorundam gregariorum militum con
ciones urſit alicubi commigrare, adeo magis etiam
ſcriptoribus difficile eſt ab illud ϖρεπόν, quod Græ-
ci vocant opportunius reſpondere. Cæterum Jo-
vius fidei ratem ad judicii mortalium ſcopulos, non
ſemel allidit, dum nullis impellentibus juſtis cau-
ſis, vel plus æquo laudat, vel vituperat, fœdius
etiam ſuæ exiſtimationis facturus naufragium in
fluctuantis narrationis Turcica commentaria ali-
quanto poſt in lucem emiſſa fidem apud dubios ere-
xerit. Edico tibi tamen Paule Jovi pro eo qui in-
ter me ac ſelectiſſima ſcripta tua intercedit amore,
ut a turpibus, ridiculis, minutiſque, quæ gra-
vem defœdant hiſtoriam, narrationem tuam ju-
beas exulare, anilem ſuperſtitionem ejures, quæ
te plerumque magis quam pro Epiſcopo trahit in
partes, affectum exuas, quo in favorem quorum-
dam Principum, invidiamque nobiliſſimarum B
gentium tranſverſus ageris; verba, quæ Idololatris
impiè olim in uſu erant, deponas, Aſtris non tri-
buas, quæ maligna voluntas mortalium in ſui de-
trimentum ſolet architectari; ſyrma demum pro-
lixioris dictionis præcidas, ne aliquando ad nau-
ſeam importuneque redundet. Ni facias veren-
dum eſt, ne in Joannis Michaelis Bruti magna-
rum virium in dicendo viri, telum erectum in cur-
ras; ſi vero doctis amicis admonentibus obſequaris,
pollicere Andreæ Alicati nomine nominis tui ſtu-
dioſiſſimi ſolido illo dicendi genere planèque robu-
ſto & vere tuo mediam inter antiquos & veteres
laudem te aſſecuturum, qui jam erudito lepore
Græco ipſi Plutarcho doctorum plerique palmam
præripuiſſe videris. Hæc Baccetius. Cæterum
Jovius Eccleſiam Nucerinam annis omnino 23. ad-
miniſtravit. Florentiæ deceſſit 3. Id. Decem. 1552.
ſepultuſque eſt in Ducali ſancti Laurentii templo,
nobili tumulo & inſcriptione exornatus.

*Pauli Jovii Novocomenſis Epiſcopi Nuce- C*
*rini hiſtoriarum ſcriptoris celeberrimi hic*
*depoſita ſunt oſſa, donec eximia eius virtu-*
*te dignum erigatur ſepulchrum, vixit an.*
*lxviii, men. vii. dies xxii. obiit iii. Id. De-*
*cemb. MDLII.*

*Hic ſitus eſt Jovius Romanæ gloria linguæ*
*Par cui non ſcriptor, non Patavinus erat.*

In clauſtro ejuſdem Baſilicæ viſitur Jovii hono-
rarium ſepulchrum cum marmorea ſtatua & inſcri-
ptione huiuſmodi.

*Paulo Jovio Novocomenſi Epiſcopo Nuce-*
*rino hiſtoriam ſui temporis ſcriptori, ſepul-*
*chrum quod ſibi decreverat poſteri ejus in-*
*tegra fide poſuerunt, indulgentia maxi-*
*morum optimorumque Coſmi & Franciſci*
*Etruriæ Ducum Anno MDLXXIV.*

D



XXIII 20 JULIUS Jovius *a* Pauli nepos die 21. Augu-
ſti 1551. patruo datus eſt coadiutor a Julio III. Pon-
tifice, revolutoque anno ſucceſſit demortuo: decem
prope annos laudabili fama hanc rexit Eccleſiam
ſibique poſtulavit Paulum nepotem in coadiuto-
rem anno 1560. Pio IV. ad clavum ſedente, plures
deinde annos vixit, & in ſenectute bona è vita
diſceſſit, tulitque laudem optimi, & eruditi
Præſulis.

*a* De quo, & ejuſdem numiſmate videndus Ruſcellus. *Impreſe illuſtri* p. 437. *Mandſ.*



21 PAULUS Jovius iunior eruditus nobiliſque XXIV
Poeta ſenioris Pauli egregius imitator, indulgente
Pio IV. factus eſt patrui coadiutor cum ſpe futuræ
ſucceſſionis die 29. Novembris 1560. eoque defun-
cto ſucceſſit. Sedit laudatiſſimè annis 25. fato fun-
ctus eſt anno 1585. ſcripſit de Epiſcopis Novoco-
menſibus eruditiſſimum opuſculum, aliaque ſui in-
genii reliquit monumenta, quæ apud ſuos gentiles
ſervantur.

22 SULPITIUS Conſtantinus Firmanus a Six- XXV
to V. renuntiatus eſt Epiſcopus die 2. Octob. 1585.
quo Præſule Minimi fratres in hac urbe cœnobium
condiderunt apud S. Mariam de ſanitate; opus
pium maximè ſuis ſumptibus proſequutus eſt Fa-
britius Paganus Nucerinus Patritius: Sulpitius ve-
ro Epiſcopale palatium a Paulo prædeceſſore in-
choatum abſolvit. Mortuus eſt an. 1602.

(,, *Sulpitius Conſtantinus undequaque clariſſimus,*
,, *ſi genus ſpectes nobiliſſimum licet in civitate Firmi*
,, *& in aliis Eccleſiaſticæ ditionis locis, & etiam ex-*
,, *tra, ab inclyta autem Veneta Metropoli deſcendit,*
C ,, *in cujus Patritiorum albo Conſcriptum per publica*
,, *munia cum laude floruit, donec aruit in Joanne*
,, *Conſtantino ann. 1348. qui tunc erat, ut ibi dici-*
,, *tur,* Giudice per le Corti; *alter enim ejuſdem*
,, *familiæ ramus, qui dum Colonia deduceretur, in*
,, *Cretam miſſus eſt Duce Petro Ziani, numquam ad*
,, *Patriam remeavit. Tantæ autem origo gentis ab*
,, *antiquiſſima civitate Concordiæ, vel à Byzantio,*
,, *ut è pervetuſtis Venetis Chronicis, quod utrumque*
,, *verum eſſe potuit, nam ab Conſtantinopoli ea gens*
,, *in Italiam tranſmigrans potuit conſidere in civita-*
,, *te Concordiæ, à qua tandem Venetias appellere.*
,, *Quæ dicta ſint obiter, ut nobiliſſimum fuiſſe na-*
,, *talibus pateat Sulpitium. Si ejus vitæ integrita-*
,, *tem velis attendere, quotquot fuerant in ſua gen-*
,, *te ſago, vel toga illuſtres, tamquam non ſuos ſem-*
,, *per habuit, ut ſuos autem, quos ipſa pietas ſuis*
,, *velut aluerat uberibus, ut in ſacro Prædicatorum*
,, *ordine Nicolaum fidei Quæſitorem in Novocomenſi*
,, *civitate, ac ſucceſſorem in difficillimo munere D.*
D ,, *Petro martyrii palma inſignito, Blaſium in eodem*
,, *ordine in divinitate laureatum magiſtrum, Mar-*
,, *canenſem, & Tribunenſem in Dalmatia Epiſco-*
,, *pum, virtutibus omnibus, & in primis humilita-*
,, *te conſpicuum, & reliquos in aliis ſacris ordinibus,*
,, *quos amore brevitatis omittimus. Domeſticis au-*
,, *tem exemplis, acutioribus velut calcaribus Sulpi-*
,, *tius, nempè ab Vulpiano germano ſuo, qui poſtea*
,, *fuit unus è fundatoribus congregationis oratorii*
,, *Firmani ad ſanctimoniam quotidie incendebatur,*
,, *adeo ut Eccleſiaſticæ militię adſcriptus virtute po-*
,, *tiùs quàm ſanguine germanus ipſius videri voluerit.*
,, *Romæ in conſcientiæ momentis uſus ſemper fuit*
,, *auribus D. Philippi Nerii tunc in humanis agen-*
,, *tis, à quo fuit ſcientiam ſanctorum medullitus e-*
,, *doctus. Epiſcopatum tamquam ſuis humeris into-*
,, *lerabile pondus conſtantiſſime recuſavit, quem ideo*
,, *à ſapientiſſimo Pontifice coactus fuit accipere. Nea-*
,, *poli exceptus liberaliter fuit ab illis, quos ibi re-*

,, perit de Conſtantino, qui licet in ea civitate per-
,, antiqui ſint, & ſemper gratia ſuorum Regum, &
,, præcipuè Andegavenſium floruerint, tamen Ve-
,, netæ originis ſunt, adeoque & à Venetis, & à
,, reliquis, quos ſupra innuimus, Conſtantinis, pro
,, conſanguineis habiti ſemper fuere, & ex una, ea-
,, demque gente. Nec ſolum Sulpitius in ſuo primo
,, adventu Neapolim, ſed ſemper ac pro ſuæ ſponſę
,, negociis cogebatur illam civitatem adire, in gen-
,, tilitias illorum domos divertebat, quorum poſteri
,, adhuc ſuperſunt Neapoli in filiis clariſs. V. Joſe-
,, phi Conſtantini, qui prius alter Tullius in Nea-
,, politanis roſtris, poſtea magnæ Curiæ Vicariæ, ut
,, ibi dicitur, integerrimus judex, continuata de-
,, mùm magna ſui nominis fama meritiſſimus obiit in
,, ſupremo tribunali regiæ cameræ regii fiſci Patro-
,, nus. Ut Sulpitius in ſua ſedit Cathedra, nil anti
,, quius habuit, quam cleri diſciplinam, à qua bona
,, cuncta procedunt, acriter promovere, vitia radi-
,, citus evellere, pietatem pro virili excitare, quæ
,, ut etiam profundas Firmi radices ageret per ora-
,, torii congregationem, continuis apud germanum
,, ſuum Vulpianum hortatibus fortiter inſtitit, ut
,, illa inſtitueretur, & inſtitutæ magnifica, ac præ-
,, nobilis ædes ſub titulo S. Spiritus in ſalubrioris
,, aeris loco, largiſſimo ſuæ etiam pecuniæ ſubſidio,
,, cum eſſet fortunæ bonis inſtructiſſimus, aperire-
,, tur, obtinuit. Ut Fratres minimi Nuceriæ do-
,, mum haberent, enixe ſtuduit, & ſuis etiam elee-
,, moſynis ubertim juvit. Palatium prò Epiſcopis
,, licet baſilice à ſuo Anteceſſore incœptum, ſumma
,, ipſe modeſtia perfecit, quia in pauperum, & Ec-
,, cleſiæ ſuæ commodum, non modò Epiſcopales red-
,, ditus, ſed ſuos etiam peculiares cedere ſemper
,, voluit. Factus denique forma gregis agendo, &
,, docendo, mortalitatem laudatiſſime concluſit an-
,, no 1602. ſui apud omnes incredibili deſiderio re-
,, licto. Floruit etiam ann. circiter 1650. in hujus
,, gentis ramo, qui inter Sabaudos radices jecit,
,, Bonifacius Societatis Jeſu Sacerdos pietate, & do-
,, ctrina præcipuus, atque inter illuſtres ejuſdem ſo-
,, cietatis viros jure merito referendus, qui Maria-
,, ni Cultus propagationi invigilans, opus compo-
,, ſuit de Beata Virgine, cui titulus. Hexameron,
,, ſeu duorum Mundorum magni ſcilicet, & vir-
,, ginei comparatio inter ſe, & cum exemplari,
,, quod eſt Chriſtus Deus, & Homo. *Vide Marac-*
,, *cium in Appendice ſuæ Bibl. Marianæ litt. B. f. 44.*)

XXVI 23 SIMON Lunadorus *a* Andreæ filius nobilis Senenſis, ex patriæ Canonico & Protonotario Apoſtolico infula Epiſcopali exornatus eſt à Clemente VIII. die 17. Junii 1602. à Cinthio Card. Aldobrandino ſacris perunctus, in cujus gratia ſacerdotium à Pontifice acceperat, Plura Eccleſiæ ſuæ attulit ornamenta, optimaque inſtitutione eam omnino annis 8. adminiſtravit. Scripſit ediditque ſuorum anteceſſorum breve indiculum, confuſum tamen & mendoſum, ut ſupra retulimus. Obiit an. 1610

*a* De eo Ugurgerius in Pompis Senen. par. 10 p. 537. Manuſ.

XXVII. 24 Fr. SERAPHINUS de Vicariis Pedemontanus à Garerio Ord. Præd. vir inſignis doctrina & pietate, ex Commiſſario ſancti Officii evaſit Epiſcopus die 2. Novembris 1610. exceſſit 1621.



XXVIII. 25 FRANCISCUS Trivultius Mediolanenſis Utriuſque Signaturæ Referen. Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius ad hanc Sedem vocatus à Gregorio XV. an. 1621. ſub Urbano VIII. mortuus eſt 1631.

XXIX 26 HIPPOLYTUS FRANCONIUS ex Caſtro Angloni Triventinæ diœceſis electus ab Urbano VIII. die 9. Januarii 1632. fato obiit ſedente Innocentio X. ſepultuſque eſt in ſua Cathedrali anno 1653.

XXX 27 Fr. BONAVENTURA de Avolos Ord. Eremitarum S. Auguſtini antea Epiſcopus Vulturarienſis, ad hanc Eccleſiam translatus die 13. Aprilis 1654.

*A D D I T I O.*

(,, *Illam autem dimiſit an. 1659.*
,, *Fr. FELIX Gabrielius, Ordinis Fratrum Mi-* XXXI
,, *norum Conventualium, in diœceſi Aſculana ex*
,, *Terra Capradi ortus, ſacræ Theologiæ magiſter,*
,, *atque ordinis ſui Miniſter generalis, & Congrega-*
,, *tionis ſacrorum rituum Conſultor, huic Eccleſiæ*
,, *præfectus eſt die 22. Septembris 1659. Obiit menſe*
,, *Septembri 1684.*
,, *EMYGDIUS Lentus, nobilis Aſculanus, J. V.* XXXII.
,, *D. & in patria Cathedrali Canonicus Pœnitentia-*
,, *rius, cum antea fuiſſet Vicarius generalis Farfen-*
,, *ſis, & Rector parochialis Eccleſiæ S. Thomæ Aſcu-*
,, *lan. Felici ſucceſſit die 9. Aprilis 1685. Deceſſit Aſ-*
,, *culi menſe Januario 1691.*
,, *SEBASTIANUS Periſſi, Senenſis, J. U. D.* XXXIII.
,, *Cardinalis Tajæ, ac Nunciaturæ Apoſtolicæ Flo-*
,, *rentiæ Auditor, ex Vicario generali Archiepiſcopi*
,, *Neapolitani ad hanc ſedem evehitur die 9. Janua-*
,, *rii 1692. Tranſiit deinde ad Groſſetanam 28. Maii*
,, *1700.*
,, *JO. BAPTISTA Carrafa, nobilis Neapolita-* XXXIV.
,, *nus, J. U. D. & Capellanus ſacelli s. Januarii Nea-*
,, *polis, hac infula ornatur 21. Junii 1700. Vitam*
,, *cum morte commutavit in patria 1714.*
,, *NICOLAUS de Dominicis, Neapolitanus, J.* XXXV.
,, *U. D. & ſacræ Theologiæ Profeſſor, patriæ Metro-*
,, *politanæ Canonicus, Promotor Fiſcalis curiæ or-*
,, *dinariæ, & ſubpromotor fidei Curiæ Archiepiſco-*
,, *palis hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam 11. Fe-*
,, *bruarii 1718.*)

# NUSCANI
## EPISCOPI.



NUSCUM Hirpinornm civitas in Ulteriore Principatu inter Calorem, & Sabatum flumina, infra apud Taburnum pagum confluentes ſita. Parva eſt intra montes à Benevento in Ortum à 20. m. p. diſcedens, Fano Angeli Longobardorum, & Vico finitima. Ejus origo me latet, antiquis ſcriptoribus haud cognita. (,, *Exigua eſt ex 400. cir-*
,, *citer familiis coaleſcens, & illius Baroni nunc de*
,, *familia Imperiali nobili Januenſi paret in tempo-*
,, *ralibus.*) Epiſcopatus titulo gaudet, eſtq; Archiepiſcopi Salernitani ſuffraganea ab ejus inſtitutione, quæ circa ann. Dom. 1048. initium habuit, primuſque Epiſcopus inſtitutus, tunc ex auctoritate Apoſtolica fuit S. Amatus. Cathedralis Eccleſia eidem ſancto Amato civitatis Patrono dicata eſt, rebuſque

ad

ad divinum cultum neceſsariis ſatis inſtructa. Ibi numerantur duodecim tenujoris fortunæ Canonici; („ *utraque præbenda carentes* ) è quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Archipresbyter, qui curam animarum gerit, Primicerii duo major, & minor, aliique Presbyteri, & Clerici, qui divinum officium perſolvunt. In civitate Eccleſiæ, præter Cathedralem, ſeptem, quæ, quia ſacramenta in ipſa Cathedrali toti populo miniſtrantur, & ſepulturæ locus non eſt alius præter ipſam, idcirco Canonicis ipſis conferri ſolent. („ *Caret urbs Seminario, & Monte Pietatis: eſt tamen ibi mons frumentarius pro pauperibus.* ) Diœceſis Nuſcana anguſta, licet duas habeat collegiatas Eccleſias, alteram in oppido Balneoli titulo Ducatus Stroziæ gentis Florentinæ nobiliſſimæ. In utraque Eccleſia decem ſunt Canonici ſub Archipresbytero, & Primicerio, ut eſt in oppido Caſsani Parochialis, ubi duæ dignitates Archipresbyteratus ſcilicet, & Primiceratus, nonnullique ſtipendiarii Presbyteri. Sunt autem per totam diœceſim ſimplicia beneficia quindecim, virorum cœnobia quinque, unum Monachorum Montis-Virginis, Prædicatorum in Balneolo, Conventualium Franciſcanorum in diſtrictu oppidi Runelli, Minorum Obſervantium, & extra Caſsanum B. Petri de Piſis, & hæc duo poſtrema nuper ſunt ædificata: laicorum ſodalitia quatuor, hoſpitales domus in civitate, ac diœceſi quatuor. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus 800. ducatorum Regni: taxatur autem in lib Cancellariæ Apoſtolicæ ad florenos 50. Epiſcopi autem, qui in hac Eccleſia floruerunt, hi tantum obſervati.

I. 1. S. AMATUS nobili Nuſci proſapia natus, litteris, moribuſque ſanctiſſimis exornatus, factus eſt majoris Eccleſiæ Archipresbyter, qui cultum divinum mirabiliter provexiſse notatur; cumque plures ejus ſanctitatis famam, quæ longe lateque ſuaviſſimo odore vagabatur, perguſtaſsent, placuit Archiepiſcopo Salernitano loci Metropolitæ illum in primum Nuſcanæ Eccleſiæ Epiſcopum conſecrare: ejuſque aſsumptio evenit circa annum Domini 1048. (1) Novellam ſponſam aggreſsus ornare, Eccleſiam majorem pene à fundamentis exædificare cœpit, & abſolutam D. Stephano dedicavit, quam deinde, eo defuncto, poſteri dedicarunt pro Cathedrali: aliam ſancto Laurentio erexit Eccleſiam, & in honorem Beatiſsimæ Deiparę Virg. cujus amore, & devotione flagrabat, eccleſiam, & cęnobium, cui ſanctæ Mariæ de Fontignano nomen fecerunt, condidit, Monachiſque ſancti Benedicti excolendam tradidit. Sunt qui ſcribant aliud cœnobium Amatum extruxiſse, quod S. Mariæ Novæ dixerunt, hodie ſanctæ Mariæ Longæ a longitudine vocant in Nuſcana diœceſi ſitum. Cæterum cum Clerum, populumque ſibi commiſsum ad ſalutem Amatus inſtituiſset ſpatio quinque, & quadraginta annorum, miraculis clarus in pace quievit ann. 1093. die ultima Auguſti ætatis ſuæ anno 96. condito teſtamento, quarto die ante obitum, cujus in Epiſcopii Nuſcani tabulario originale ſumma religione ſervatur, in quo primum ſe Epiſcopum Nuſcanum nominat, & annos Præſulatus ſui 45 Chriſtique Salvatoris 1093.
* Ex App. tom. 9. declarat. * Porro teſtamentum prædictum hic exhibemus ab ipſo originali exſcriptum.

*In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno ab incarnatione ejus milleſimo nonageſimo tertio temporibus Domini noſtri Rogerii glorioſi Ducis menſe Septembri, & tertia Indict.*

*Ego Amatus Apoſtolicæ Sedis gratia Nuſcanæ Epiſcopus, quod laudavi, qui dum jacerem in ſtratu meo in valida infirmitate detentus, & ante me adſtante Urſo Vicecomite, & alios idiotos homines, qui me ad viſitandum venerunt, declaro me, quia gratias Deo ſi divina miſericordia mihi obviaverit, & ejus à vita e vita dimiſſurus*



A *ſum, & idcirco cogitavi Omnipotenti miſericordia, ne ſubitanea mors mihi ie veniat, & cauſam vitæ judicatam relinquam: In primis quidem pro Chriſti & Salvatoris noſtri miſericordia, & propter remedium & ſalutem animæ meæ, & de ipſo genitore, & genitrice etiam judico, atque trado in Eccleſiam ſancti Protomartyris Stephani, quam nobis & noſtris parentibus, atque conſortibus conſtructam habemus intus ſupradictam civitatem, & ego eam de propriis cauſis meis dotavi omnibus rebus ſtabilibus, & mobilibus, quæ pro parte ſupradictæ Eccleſiæ paravi ubicunque exinde inventum fuerit intus, vel extra ſupradictam civitatem hoc fuiſſe, & . . . . & pannis ſericis, & lineis, & caſaline, & caſe, & hortis, & vineis & antris, inſertata caſtanetas, & alio apparatu, omnia in ſupradicta Eccleſia judicavi, atque tradidi ad faciendum de eo propter dictæ Eccleſiæ omnia, quæ ipſi Rectores, atque conſortes ejuſdem Eccle'ſiæ voluerint eam parandam, vel gubernandam, & de omni quod ſuperius dictum eſt in ſupradicta Eccleſia firmandum. Ego Amatus gratia Dei Epiſcopus primus ſupradictæ civitatis gratia*
B *Dei vobis olim Presbyteri, & godivi, & cæt. quod Amatus Eccleſiæ & Romoaldi, quod Alfetus, & Munitus, qui multa bona dedit, & fidejuſſorem exinde poſuit, precique preces, & hoc etiam addimur, modiſque omnibus conſtituimus, ut ſi quæ perſona magna, vel parva contra hæc, quæ ſuperius ſcripta ſunt, agere attentaverit, aut ea diſrumpere voluerit, ſit maledictus à Deo Patre, qui fecit Cœlum & Terram, & unico filio ejus Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſanctoque Spiritu, & cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti participet, & in perpetuum condemnetur, & taliter tibi Amatus Dei, ac hanc notam ſcribere præcepi.*

† *Signum manu poſitum ſupradicti Urſi Vicecomitis.*
† *Ego Joannes Presbyter.*
† *Ego Petrus Presbyter me ſubſcripſi.*

Ex quo indubitato monumento clarè patet quam portentosè plura enarraſse viſi ſunt hi, qui nuper vitam ipſius ſcripſerunt, emiſeruntque in lucem poſt Franciſcum de Ponte, qui ante annum 120. vixit ab illis; Amati conſcripſit vitam rudi quidem
C ſtylo, ad veritatis tamen calculum eam evulgavit, quę olim una cum hymnis & reſponſoriis in Nuſcana Eccleſia in die feſto ejuſdem D. Tutelaris legebatur. Sacræ Amati exuviæ in Cathedrali jacent.

2. GUIDO potuit ſucceſſiſse Amato; hujus mentio extat anno 1104. quo in Abbatem ſanctæ Mariæ de Fontignano benedixit Peſticum Monachum ejuſdem monaſterii; benedictionis documentum extat in Epiſcopii tabulario ad rei memoriam. II.

3 ROGERIUM Nuſcanum Epiſcopum reperi adfuiſse cujuſdam confirmationis documento, quod fecit Bartholomæus Epiſcopus Nolanus coram Guillelmo Salernitano Archiepiſcopo ad favorem Cavenſis cęnobii anno 1143. III.

4. GUILLELMUS florebat anno 1164. quo Abbas de Fontignano ad ſolvendum cenſum Nuſcanæ Eccleſiæ, ipſique Guillelmo Epiſcopo debitum juridice aſtringitur, ex inſtrumento tabularii Eccl. Nuſcanæ. IV.

( „ *Documentum ab Ughello omiſſum liceat hic ex*
D „ *Originali proferre, quod ſic ſcriptum eſt.*
„ *In Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti.*
„ *Anno ab incarnatione ejuſdem Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto, regni autem feliciſſimi Domini noſtri Guillelmi Siciliæ, Ducatus Apuleæ, & Principatus Capuæ Regis Magnifici, menſe Auguſti, indictione duodecima. Dum Guillelmus de Sivilla Dominus Nuſci, & Montellæ præcepto Domini noſtri glorioſiſſimi Regis Guillelmi cupam teneremus, in loco, ubi Polentina dicitur, juxta quemdam fluvium Terræ noſtræ, aſſiſtentibus ibi Judice Joanne de Nuſco, Joanne Archipresbytero, Dopno Bono homine, Dopno Amato Presbytero, Domino Joanne Pando, Domino Joanne Frederiſio, Domino Rogerio Cacza, & aliis multis probis hominibus ad diffiniendum controverſiam, quæ verſabatur inter dominum Guil-*



(1) Nonniſi poſt annum 1058. forte autem anno ſolùm 1071. electum fuiſse S. Amatum Nuſcanum Epiſcopum conatur oſtendere Franciſcus [illegible] Noja in libello: *Diſcorſi critici [illegible] Viſtoria della Vita di S. Amato &c.* Neapoli edito 1707.

,, lelmum Venerabilem Nuſcanum Epiſcopum, & A
,, Dopnum Landulphum Venerabilem electum ſan-
,, ctæ Mariæ de Fundiliano; Appellavit ipſe præ-
,, fatus Dominus Epiſcopus contra ipſum prædi-
,, ctum Dopnum Landulfum electum prænominatæ
,, Eccl. quod Dopnus Landulfus defraudaſſet jura
,, Nuſcanæ Eccleſiæ, & redditus, quos Prædeceſſores
,, ſui Nuſcanæ Eccleſiæ reddere conſueverant, ipſe
,, reddere nolebat. Ad quod ipſe prædictus Dopnus
,, Landulfus, conſilio habito cum Monachis ſuis, reſ-
,, pondit, dicens: ſe nulla jura Nuſcanæ Eccleſiæ
,, defraudaſſe, neque ullos redditus Nuſcanæ
,, reddere debere. Quod audiens Dominus prædict.
,, Venerabilis Epiſcopus oſtendit, et repræſentavit
,, in Curiam rationes ſuas, probando, & aſſerendo:
,, qualiter Prædeceſſores ipſius Dopni Landulfi fide-
,, litatem, & obedientiam Nuſcanæ Eccleſiæ ſerva-
,, verunt, & in ſtatutis diebus, ſcilicet in Nativi-
,, tate, & in Reſurrectione Domini Nuſcanæ Eccle-
,, ſiæ ſalute, exenia mittebant, & in feſtivitate S.
,, Stephani perſonaliter ad honorem Eccleſiæ Nuſ- B
,, canæ limina ejuſdem viſitabant. Cujus aſſertio-
,, nibus, quas idem Dominus Venerabilis Epiſcopus,
,, tam in inſtrumentis, quam in atteſtationibus bo-
,, norum hominum in Curiam proferebat, Dominus
,, Dopnus Landulfus, nihil ad uſum dicere, vel
,, allegare poſſet, priuſquam ad diffinitivam ſenten-
,, tiam jam veniretur, cognovit, & confeſſus eſt, ſe
,, omnia ſupradictæ Nuſcanæ Eccleſiæ reddere de-
,, bere, pariter & obſervare, ſicut anteceſſores ſui
,, juxta rationes, & probationes Domini Venerabilis
,, Nuſcani Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ deſerviebant.
,, Unde nos communi voto deprecantes Dominum
,, Venerabilem Epiſcopum, rogavimus eum, ut om-
,, nem querimoniam, & calupniam præteritæ cul-
,, pæ, quam ſe idem Dopnus Landulfus patraſſe vi-
,, debatur, & quia patenter ipſum degeneraſſe com-
,, probatur, ei remittat, & indulgeat...... Dum
,, ipſe Dominus Venerabilis Epiſcopus aſſenſum præ-
,, beret ſtatuimus, & ſic inter ſe, ipſe Venerabilis
,, Epiſcopus, & Dopnus Landulfus, boua, & grata D
,, voluntate convenerunt, ut ipſe Dopnus Landulfus,
,, & ſucceſſores ſui à cætero fidelitatem, & obedien-
,, tiam Nuſcanæ Eccleſiæ conſervent, & conſecra-
,, tionem ab Epiſcopis ejuſdem recipiant, & in Na-
,, tivitate Domini mittant Nuſcanæ Eccleſiæ por-
,, cum unum, valentem tarenos ſedecim, & panes
,, centum, & libras duas de cera, & in feſtivitate
,, S. Stephani de perſona ſua limina Nuſcanę Eccle-
,, ſiæ viſitent. Et in Reſurrectione Domini ſimiliter
,, mittant Eccleſiæ Nuſcanæ panes centum, verbech
,, duas, & libras duas de cera; & ſi forte contigerit
,, ipſum Dominum Epiſcopum, in ſynodum Domini
,, Apoſtolici, vel Domini Salernitani Præſulis ten-
,, dere, debent proficiſci cum eo, & in equitaturis
,, ſuis ad expenſas, & procuratum Domini Epiſcopi.
,, Et Guadiam eidem Domino Venerabili Epiſcopo
,, ipſe prænominatus Landulfus jam dedit, & fide-
,, juſſores ei poſuit Joannem Pando, & Joannem
,, Friderſium, & Rogerium Cacza, & per ipſam
,, Guadiam obligavit ſe ipſe prænominatus Landul- D
,, fus, & ſucceſſores ſui, quod ſi quoquo modo, vel
,, ingenio, alioque tempore ex ipſis ſupradictis remo-
,, vere, & contrafacere præſumpſerint, componere
,, prædictæ Nuſcanæ Eccleſiæ quinquaginta ſolidos
,, auri regalis, & ſupraſcrita omnium adimplere.
,, Non noceat, ut legitur, ei poſuit. Quod ego Ro-
,, bertus Notarius ſcripſi, & interfui (adeſt ſignum).
,, Meæ OS propriæ manu Guillelmi de Sivilla.
,, † Ego s. Joannes Judex. † Ego Joannes Nu-
,, ſci Archip. teſtis ſum. † Ego Joannes Pandi in-
,, terfui. † Ego Joannes Friderſius interfui. † Ego
,, Rogerius Cacza interfui. † Ego David de Mon-
,, tella teſtis ſum. † Ego Amatus Rapa Presbyter
,, teſtis ſum. † Ego Riccardus Notarius interfui.
,, † Ego Amatus de Sicelmo interfui.)

Præſens fuit donationi Rogerii de Medonia elargitæ monaſt. S. Salvat. de Giulito, in hæc verba.

*In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris Jeſu Chriſti, anno ab Incarnatione ejus 1167. Ego Rogerius de Medonia Dei, & Regia gratia Accerrarum Comes, & Nuſci Dominus, præſentibus D. Guillielmo Nuſcano Epiſcopo, Comite Matthæo de Petro, & Berardo Beneventanis, Lotardo de Apice, Joanne Friderico, Johanne Judice Comp. &c. Et concedo terram unam &c. monaſterio S. Salvatoris de Giulito, & poteſtatem incidendi ligna ad comburendum, &c.*

5 ROGERIUS II. vixiſse narratur ſub Cœle- V.
ſti no III. Ajunt præterea hunc in nova ab eo exornata Cathedrali Eccleſia S. Amati corpus nobiliori in loculo extuliſse, in ejuſq; honorem conſecraſse.

6 LUCAS qui S. Amati lipſana thecis argenteis VI.
concluſit; quo autem anno vixerit non habemus, neque acta illius. Poſt annum tamen 1200. à noſtra ſalute Epiſcopus Nuſcanus fuit; poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

7 JACOBUM Ordinis Minorum alumnum VII.
crearunt Epiſcopum Nuſcanum anno 1285. contra quem ſuas querelas expoſuerunt Minoritæ Fratres Terrę Laboris apud Honorium IV. propterea quod Jacobus abſque eorum conſenſu Epiſcopalem dignitatem recepiſset, ut in Honorii reg. Vat. ep. 162. an. p. narratur. Libet hic exhibere Honorii epiſtolam, quam etiam Vvaddingus refert tom. 2. Annal. Minor.

*Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Beneventano, & Epiſcopo Trojano.*

*Significarunt nobis dilecti filii Miniſter, & Fratres Ord. Fratrum Minorum Provinciæ Terræ Laboris, quod cum ipſi venerabilem Fratrem noſtrum Fr. Jacobum Nuſcanum Epiſcopum ſuper eo, quod, ut iidem Miniſter, & Fratres aſſerunt, idem Jacobus de ordine ipſo, in quo eſt vinculo profeſſionis aſtrictus, ſine obedientia exiens Epiſcopatum Nuſcan. de facto recepit contra ipſius Ordinis privilegia, & ſtatuta in animæ ſuæ periculum, & d Ordinis detrimentum, petendo eum ab eodem Epiſcopatu repelli, & ad eundem Ordinem redire, ac in eo obedientiam, & regulares obſervantias ſervare compelli coram venera ili Fratre noſtro G. Epiſcopo Sabinen. Apoſtolicæ Sedis Legato in partibus illis traxiſſent in cauſam, tandem lite ſuper libello pro parte dictorum Miniſtri, & Fratrum coram eodem Legato in cauſa ipſa oblato legitime conteſtata, de veritate dicenda ab utraque parte præſtito juramento de factis hinc inde, poſitionibus, & ad eas reſponſionibus ſubſecutis, datis articulis, receptis teſtibus ab utraque parte productis, & eorum atteſtationibus publicatis, exhibitis etiam litteris, inſtrumentis, juribus, & rationibus, quæ partes ipſæ coram eodem Legato dare, ac producere voluerunt, & demum in ipſa cauſa concluſo, idem Legatus attendens cauſam hujuſmodi de majoribus eſſe factam, ſuper proceſſibus in ea coram ipſo habitis inter partes ipſas, relatione fideli, & ea ab eiſdem partibus approbata, cauſam ipſam ad Sedis Apoſtolicæ remiſit examen. Poſtmodum quidem fel. record. Martinus Papa IV. prædeceſſor noſter venerab. fratri noſtro Epiſcopo Præneſtin. cauſam prædictam audiendam commiſit, coram quo comparentib. in judicio quondam Petro de Baro ipſius Epiſcopi Nuſcani, ac Boncore de Falleronibus prædictorum Miniſtri, & Fratrum procuratoribus aliquandiu in cauſa procedentibus ſupradicta, quia tandem cauſa ipſa coram eodem Epiſcopo Præneſtino pendente dictus Petrus naturæ perſolvit debitum, nec poſtmodum pro eodem Nuſcano Epiſcopo, qui propter hoc ab eodem Epiſcopo Præneſtino citatus extitit, pluries in audientia publica Procurator aliquis comparuit coram eo, idem Epiſcopus Præneſtin. propter hoc in cauſa omiſit procedere ſupradicta. Quare iidem Miniſter, & Fratres nobis humiliter ſupplicarunt, ut ne cauſam ipſam indeciſam remanere contingat, providere ſuper hoc paterna ſollicitudine dignaremur. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios præfatum Epiſcopum Nuſcan. ex parte noſtra peremptorie citare curetis, ut infra unius menſis ſpatium poſt citationem veſtram cum omnibus actis, juribus, & immunitatibus ſuis cauſam ipſam contingentibus perſonaliter compareat coram nobis facturus, & recepturus ſuper præmiſſis, quod ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis, & formam, quidquid ſuper his duxeritis faciendum, no-*

bis

*bit per veſtras has harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare. Datum Tibure 3. Non. Septemb. an. 1.*

Cætera Jacobi Acta mihi incognita ſunt.

VIII. 8 P. forte PETRUS, vel PAULUS, ita nominatum invenio in Reg. reg. Neap. ann. 1296.



IX. 9 ROGERIUS Geſualdus Neapolitanus creatus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus ſub Clemente VI. defunctus verò eſt anno 1350. humatur in Cathedrali. Ad tumulum extabat inſcriptio hæc.

*Anno Domini MCCCXLVI. Rogerus de Geſualdo Nuſcanus Epiſcopus fieri fecit hoc opus, cujus anima requieſcat in pace.*

X. 10 FRANCISCUS Canonicus Surrentinus præficitur Nuſcano Sacerdotio à Clemente VI. poſt Rogerii obitum anno 1350. 2. Kalend. Novemb. ex Reg. Vatic. epiſt. 29. fol. 44. an. Pontif. 9. Præfuit annis 15. & tranſlatus eſt ad Sorrenſem Eccleſiam in Sardinia anno 1365. 16. Kalend. Maii ex eodem Reg.

XI. 11 ARNOLDUS Epiſcopus Sorrenſis eodem die, & anno Nuſcanus evaſit Epiſcopus ex tranſlatione Franciſci.

XII. 12 MARIUS a ex Epiſcopo Cenetenſi huc tranſlatus eſt anno 1394. ut in lib. Prælat. Bonifacii IX.

a Marcus Cremonianus. Vide tom. 5. col. 209.

XIII. 13 BERNARDUS electus die 11. Octob. 1396. poſt ann. 3. ad Clugienſem Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1399. ex eodem lib.

XIV. 14 ANGELUS Berſillus Presbyter Lavellinus ſucceſſit Bernardo 9. die Septemb. anno 1399.

XV. 15 GUILLELMUS obiit ſub Martino V. anno 1419.

XVI. 16 ANTONIUS Archipresbyter (1) Eccleſiæ ſancti Nicolai de Patermo Triventinæ diœceſis adlectus eſt anno 1419. 8. Kalen. Decemb. Deceſſit anno 1435.

XVII. 17 PAULUTIUS, ſeu CARLUTIUS Archidiaconus Surrentinus, pronunciatus eſt Epiſcopus ab Eugenio IV. anno 1435. 3. Kalend. Martii. Mortuuſque eſt anno 1436.

XVIII 18 Fr. JANNUCCIUS Paſchaſius Ord. Minorum, ſucceſſit Paulutio 3. Id. Januarii 1437. Quo Præſule Pius II. Abbatiam Fontignani Nigrorum Monachorum menſę Epiſcopali perpetua unione conjunxit anno 1461. („ *hac bulla, quam ex originali in archivo hujus Eccleſiæ adſervato hic proferimus ſequentis tenoris.*

„ *Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Archipresbyt. Eccleſiæ Nucienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex injuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, circa Eccleſiarum, præſertim Cathedralium, earumque Prælatorum ſtatum, annuente Domino ſalubriter dirigendum curis pulſamur aſſiduis, ut noſtra ad ea ſollicitudinem dirigamus, atque Prelatis ipſis valeat in ſuis neceſſitatibus ſubveniri. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte venerabilis Fratris noſtri Joannis Epiſcopi Nucienſis, ac dilecti filii nobilis viri Joannis Colæ Comitis ipſius civitatis Nucienſis* A *petitio continebat; quod fructus, redditus, & proventus menſę Epiſcopalis Nucienſis, adeo tenues & exiles ſunt, quod Epiſcopus Nucienſis pro tempore exiſtens juxta Pontificalis dignitatis decentiam cōmode ſe ſuſtentare non poteſt; Et ſi monaſterium Sanctæ Mariæ de Fundigliano Nucenſis diœceſis Ordinis Sancti Benedicti per obitum qu. Angeli, olim illius Abbatis, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacans, quod in præſentiarum Monachis caret, licet tres Monachi in dicto Monaſterio profeſſi extra ipſum monaſterium permanant, eidem menſæ Epiſcopali uniretur, annecteretur, & incorporaretur, idem Epiſcopus pro tempore exiſtens melius ſuſtentari & in ſuis neceſſitatibus ſubveniri poſſet. Quare pro parte Joannis Epiſcopi, & Comitis prædictorum aſſerentium, quod Eccleſia ejuſdem Monaſterii ruinam minatur, quam idem Joannes Epiſcopus in eventum unionis hujuſmodi reparare intendit, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Monaſterium præfactum men-* B *ſæ Epiſcopali prædictæ auctoritate Apoſtolica unire, annectere, & incorporare, ac ſuper his opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de premiſſis certam notitiam non habemus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, quorum intereſt, de præmiſſis omnibus, & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe repereris, monaſterium prædictum.... octuaginta eidem menſæ Epiſcopali, cujus centum florenorum auri de camera fructus, redditus, & proventus ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, dummodo tempore datæ præſentium non ſit eidem monaſterio de Abbate canonice proviſum, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, auctoritate præfata unias, incorpores, & annectes. Ita quod liceat ex nunc Epiſcopo præfato corporalem monaſterii, juriumque, & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem auctoritate pro-* C *pria libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac illius fructus, redditus, & proventus hujuſmodi in ſuos, ac menſæ præfatæ uſus, & utilitatem convertere, & habere, alicujus ſuper hoc licentia minime requiſita. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Nucienſis Eccleſiæ, ac monaſterii, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter unionem, incorporationem, & annexionem hujuſmodi, ſi illas feceris,* D *& effectum ſortiantur, divinus cultus, ac ſolitus Monachorum, & miniſtrorum numerus in dicto monaſterio nullatenus minuatur, ſed Eccleſia ipſius monaſterii reparetur, ac debite ſupportentur ejus onera conſueta. Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Senis anno Incarnationis Dominicę milleſimo quatrigenteſimo ſexageſimo octavo X. Septembris Pontificatus noſtri anno tertio. Gratis de mandato Domini noſtri Papæ. M. Amiti. T. de Caſtello.*

„ *In Eccleſia Patrum Conventualium Motellana ſequens legitur Jannuccii modernum epitaphium, in quo annus ejus obitus corrigendus.*

„ D. O. M. B. M. V.

„ Per Illuſtriſs. & Reverendiſs. Fr. Joannes



(1) In actis tamen Conſiſt. hic Antonius pronunciatur Archipresbyter ejuſdem Nuſcanæ Eccleſiæ, uti ego attente inſpexi. Rejicitur tamen ejus electio in an. 1418. Utrumque fortaſse onus ſuſtinuerat variis temporibus. *Lucentius.*

A

" nes Paſcalis Montellanus, ſac. Theo-
" logiæ Doctor Ordinis Conventualium,
" Epiſcopus Nuſcanus ex nobili & anti-
" qua Paſcalium prole ortus in hoc anti-
" quiſsimo ſacello tumulatus jacet. Ob-
" dormivit in Domino anno
" MCCCCXCI.)

XIX. 19 STEPHANUS Muſcatellus, civis Nuſcanus, patriæ deligitur Præſul 12. Kalend. Decemb. 1471. Diem obiit ſuum anno 1485. Jacet in Cathedrali.



XX. 20 ANTONIUS Maramaldus *a* Neapolitanus genere nobilis, parique virtute clarus Eccleſiam Nuſcanam ſuſcepit regendam die 21. Novemb. 1485. Diu eam eximia virtute rexit, factuſque ſenex à Leone X. coadjutorem obtinuit.

*a De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 19. Mand.*

XXI. 21 MARINUS de Acciabianca, ſeu Datius Neapolitanus electus coadiutor Antonii, cum ſpe futuræ ſucceſsionis die 2. Decemb. 1513. eidemque ſucceſsit. Poſt decimum annum onus Epiſcopale dimiſit ex Apoſtolicæ Sedis placito.

C

XXII. 22 HIERONYMUS de Acciabianca, ſeu Datius renunciatur Epiſcopus die 12. Martii 1523. Puteoli mortalitatem explevit anno 1537 Nuſcum relatus in Cathedrali ſepulchrum accepit.

XXIII. 23 PETRUS PAULUS Pariſius *b*, Cuſentinus, Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, cujus in utroque jure eximia doctrina fuit, qua viam ſibi ad Purpuram aperuit: primum electus eſt Nuſcanus Epiſcopus a Paulo III. die 11. Januarii 1538. vertente anno 1540. renunciatus eſt Presb. Cardinalis. Anglonenſis Eccleſiæ aliquando fuit adminiſtrator. Plura ſcripſit, ediditque multa, ac tandem vir longe clariſsimus Romæ occubuit 5. Id. Maii 1545. Jacet Romæ in Eccleſia Angelorum in Thermis Diocletiani, hoc ad ejus tumulum legitur epitaphium; ubi ejus virtutes, & animi dotes legere eſt.


*b De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 667.*

D

*Petro Paulo Pariſio Coſentino S. R. E. Presb. Card. qui ob celebrem Juriſprudentiæ famam in nobiliſſimis Italiæ Cathedris ſpectatam à Paulo III. Pont. Max. Bononia Romam accitus, Apoſtol. primum Cameræ Auditor creatus, mox in ampliſſimum ordinem adſcriptus, ſignandiſque gratiæ libellis Præpoſitus, ſacri tandem Concilii Trid. Legatus, & Præſes electus, ut vivens ætati ſuæ, Chriſtianæque reipub. conſilio, atque virtute, ita poſt mortem præclariſſimis editis ingenii atque doctrinæ monumentis plurimum poſteritati profuit. Obiit 5. Id. Maii anno ſalutis MDXLV. ætatis ſuæ lxxij. Flaminius Patritius Epiſcopus Bituntinus Gentilis ſui ſtudiorum, & gloriæ æmulus*

*Patriæ, & familiæ ornamento fieri teſta-*

*mento mandavit, qui vixit annos xl.*
*Fabritius Gajeta, & Proſper Pariſius*
*executores curar. an. MDCIV.*
*Corpus humo tegitur,*
*Fama per aſtra volat,*
*Spiritus aſtra tenet,*



B

24 (1) ALOYSIUS de Cavalcantibus patria Cuſentinus, origine Tuſcus, ex nobili, & pervetuſta Florentina Cavalcantia gente, ex Archidiacono Cuſentino Pariſio Card. prædefuncto ſucceſſit in Nuſcana Eccleſia die prima Julii 1545. Hanc laudabili virtute per annos omnino viginti rexit Eccleſiam, & à Pio IV. ad Biſinianenſem Epiſcopatum translatus eſt anno 1563. ubi obiit. De hac nobili familia Cavalcantia, quæ uſque in hodiernum diem Cuſentiæ opibus, & dignitatibus floret, hoc ſcriptum reliquit Bernardus Martiranus: *Clariſſima Hetruſcorum civitate Metropoli, quæ nunc Florentia appellatur, Cavalcantii emigrarunt, atque inter noſtros conſederunt anno poſt Chriſtum natum MCCCLXIIII. Primus qui ad nos devenit nomine Philippus Cavalcantius Joannæ Durattiæ Neapolitani Regni Reginæ valde charus, à cubiculo, & non paucis honoribus, & dignitatibus ab ea ornatus eſt.* Ejuſdem familiæ Cuſentinę nuper genealogiam ſcripſit, & honores dignitateſque recenſuit Hieronymus Sambiatus Cuſentinus; Florius Brunus Florentinus Monachus Ciſtercienſis de Florentina hac nobili gente hiſtoriam texuit, quæ manuſcripta apud nos extat. XXIV

25 ALEXANDER Gadalectus de Molpheta vir egregia virtute præditus a Pio IV. creatus eſt die 15. Februarii 1563. deceſsit 1572. Neapoli tumulatus fuit in Eccleſia S. Severini. XXV

26 PETRUS *c* de Filiis Interamnenſis ad hanc Sedem aſcendit die 23 Januarii 1573. magnæ vir utis vir, qui cum diu contra juriſdict. Eccleſiaſticæ turbatores pugnaſset, cum ad eam vindicandam Romam peteret, in itinere mortuus eſt ann. 1578. XXVI

*c Perſius vocitur ab Angelono in hiſt. Interamne par. 2. p. 318 Mand.*

27 PATRITIUS Lunatus, ſeu Laoſius Caſsianus electus 1578. die 15. Octobris obiit 1602. Neapoli ubi jacet. Hic aliquando pro immunitate Eccleſiaſtica exul a ſua Eccleſia fuit cum eximia conſtantia, jura Eccleſiæ ſuæ ubique & ſemper tutaſset, atque ad ultimum vitæ ſpiritum defendiſset eximie. XXVII.

28 Fr. LAZARUS Pellizarius ex Julia Fidentia Ord. Prædicatorum delectus eſt die 15. Novembris 1602. translatus deinde ad Mutinenſem Eccleſiam ann. 1607. de quo vide tom. 2. XXVIII.

29 JO: BAPTISTA Zuccatus ex Finali oppido ditionis Mutinenſis, creatus eſt Epiſcopus Nuſcanus ann. 1607. die 12. Novemb. Annis 8. hanc rexit Eccleſiam. Ultroque ſe abdicavit anno 1615. Romę deceſsit anno 1618. ſepultus apud S. Honuphrium; ibi humo affixus magnus ſpectatur marmoreus lapis, cum ejuſdem inſigniis ſubjectoque epitaphio. XXIX.

*D. O. M.*

*Jo. Baptiſtæ Zuccato J. C. Epiſcopo Nuſcano, morum ſimplicitate, probitate vitæ, prudentia gravibus rebus ſæpè ſpectata, viri egregii laudem verè commerito ami-*

*co*

(1) Hic poſt Petrum Paulum Pariſium Nuſcanum Epiſcopum dixerat Ughellus per Amanuenſis errorem Paulum quemdam Capranicam, quem omninò expungendum admonuit in Appendice tom. 9. cum nec in mundo unquam fuerit.

*cocbariſſimo. Bonifacius Card. Bevilaqua teſtam. execut. F. Obiit fere octogenarius ipſo ſancto die Pentecoſtes anno Domini MDCXIIX.*

XXX 30. MICHAEL Retius, ſeu Reſta Epidaurenſis, Epiſcopus Stagnenſis ad hanc Eccleſiam translatus per ceſſionem Zuccati die 23. Martii 1615. iterum translatus eſt ad Eccleſiam Aſculanam in Apulia 8. Auguſti 1639. Vir fuit eximia pietate, ac virtute præditus, Eccleſiaſticæ immunitatis indefeſſus propugnator.

XXXI 31 FRANCISCUS Archudius *a*, natione Græcus, ex oppido Solici, Latinis litteris, atque Græcis eruditus fit Epiſcopus die 19. Decembris 1639. Obiit 1641. die 8. Octobris Balneoli, ubi ſepultus fuit in Collegiata Eccleſia ejuſdem loci, deſignatus Epiſcopus Andrenſis.

*a De eo fuse Nicius in Pinacotheca 2. imag. 23. Mandoſ.*

XXXII. 32. Fr. JOANNES Maurus à Fratta Peruſinæ ditionis, Ord. Conventualium Theologus, olim Sancti Officii Florentiæ Inquiſitor, mox in Urbe ejuſdem Conſultor, Archudio ſucceſſit die 13. Januarii 1642. nec diu Pontifex fuit, fere ſemper infirmus, & cæcus effectus, cum exceſſiſſet an. 1644. die prima Novemb. in Cathedrali ſepultus eſt.

XXXIII 33 ANELLUS Campagna Neapolitanus hanc Eccleſiam aſſecutus eſt die 6. Martii 1645. fato functus eſt 1648. menſe Januario. Jacet in Cathedrali.

XXXIV 34 PETRUS-PAULUS Roſſi de Sancto Menna Conſanæ diœceſis, electus prima *b* Maii 1649. Occiſus in patria ictu ſclopeti hoc ipſo anno 1657. menſe Maio.

*b Die 1. Martii ex Actis.*

XXXV. 35 Fr. BENEDICTUS de Rocciis Mediolanenſis Ord Carmelitarum Procurator Generalis, electus hujus Eccleſiæ Epiſcopus ab Alexandro VII. Pont. Max hoc ipſo anno 1658.

*ADDITIO.*

*(» Die 6. Maii. Preſſus laboribus exceſſit è vivis*
*» 1661.*
XXXVI. *» ANGELUS Pichettus è Monticello Tiburtinæ*
*» diœceſis, J. U. D. & in Romana Curia 40. anno-*
*» rum decurſu in forenſibus cauſis eximiè tuendis*
*» verſatus, ſenex annorum 70. ad has oves paſcen-*
*» das adducitur 5. Januarii 1662. Nec defuit oneri,*
*» omni induſtria illud explens. Deceſſit Romæ 15.*
*» Septemb. 1668. ſolemnes inferias excepit in Eccle-*
*» ſia Ss. Trinitatis, & S. Caroli Redemptionis ca-*
*» ptivorum in Quirinali, ubi ſepultus fuit.*
XXXVII. *» Fr. FULGENTIUS Arminius Monforte nobili*
*» genere in Civitate Abellini procreatus, Ord. Ere-*
*» mitarum S. Auguſtini, Magiſter in Theologia, &*
*» ſui ævi inter primarios verbi divini Concionato-*
*» res adnumeratus, ſi præcipuè eloquii venuſtioris*
*» vim ſpectes, hanc ſedem adeptus eſt die 1. Aprilis*
*» 1669. Neapolitano Proregi in paucis charus, quem*
*» à ſuo latere vix divelli patiebatur. Ampliſſimo E-*
*» piſcopali oneri cum ſatis reſpondiſſet, ſuæ ut con-*
*» ſuleret quieti, ab eo ultro abivit 1680. De eo Top-*
*» pius in Bibl. Neapolit. & Gandulphus in libello:*
*» Diſpaccio Iſtorico p. 80. & ſeqq.*
XXXVIII *» BENEDICTUS Hiacynthus Sangermanus, Bi-*
*» ſinianenſis, J. U. D. Rector parochialis Eccleſiæ S.*
*» Spiritus in Saxia de urbe ſuffectus eſt 7. Octobr.*
*» 1680. Sed cum apud ſedem Apoſtolicam à Nuſcanis*
*» civibus deviæ accuſatus eſſet adminiſtrationis, at-*
*» que extra diœceſim abire coactus, deceſſit tandem*
*» Montis viridis menſe Junio 1702.*
XXXIX. *» HIACYNTHUS Dragonettus, nobilis Aquilanus,*
*» Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii ſacræ*
*» Theologiæ Doctor, & Concionator in Epiſcopum*
*» Nuſcanum præfectus eſt 5. Martii 1703.)*

# POLICASTRENSES EPISCOPI.



IN ora Lucaniæ, quam Principatum Citra, ſeu Baſilicatam appellant, civitas littoralis tota ferè diruta Policaſtri viſitur, ultra Veliam antiquiſſimam Sabaritarum Coloniam, cujus ruinis Policaſtrum extructum ſcribunt. Strabo lib. 6. innuere videtur Policaſtrum antiquam Pituntiam eſſe, dum eam juxta Polinurum reponit. Satis admodum ejus origo antiqua, nomen retinens à Greco vocabulo, quaſi magnum caſtrum, ſeu Urbis Caſtrum: amplam fuiſſe indicant ejus veſtigia, & ruinæ, diverſis enim ex varia fortuna bellis ceſſit in prædam. Robertus Normandus Dux ann. Chriſti 1065. eam deſtruxit, quam Rogerius Rex magnificentius inde reſtituit, ac Comitatus titulo exornatam Simeoni filio ſuo notho dono dedit; pervenit deinde ad Joannem Ruffum anno 1299. Sub Joanna I. Regina, Gabriello, & Luciario Grimaldis ceſſit imperio; regnante deinde Ferdinando Antonius Petruccius Antonelli filius Policaſtri Dominus fuit, qui una cum vita, Majeſtatis reus factus, dominatum amiſit: tandem ex Regio dono Ferdinandi II. Regis Comes Policaſtrenſis dictus eſt Joannes Carrafa de Spina vir clariſſimus, & Regni benemeritus, cujus poſteri hactenus Comitatum poſſident; bis ſub Carrafis à Turcarum claſſe capta ac penè ſolo æquata eſt. Civitas illa paucas habet domos, & ob cœli inclementiam intra diruta mœnia animæ fidelium vix triginta numerantur.

Epiſcopus hujus civitatis à primæva ſua inſtitutione Salernitano Archiepiſcopo immediatè ſubjectus, Baroque eſt oppidorum Turris Urſacæ, & Turris Petraſiæ, in quibus utramque habet juriſdictionem temporalem ſcilicet, & Eccleſiaſticam. Dives ſatis eſt, cujus annuus cenſus ducatorum 3000. eſt, qui colliguntur tum ex feudis hujus Eccleſiæ, tum ex vectigalibus duorum ſupra relatorum oppidorum, in uno ex quibus ſuam reſidentiam agere ſolet. Taxatur vero Epiſcopatus in lib. Apoſtolici fiſci ad flor. 84. Cathedralis Baſilica titulo Virginis Aſſumptæ ampla eſt, & vetuſta, ejuſque veneranda ſtructura, quæ antiquæ magis quam preſenti civitatis fortunæ reſpondeat, ſacra ſupellectili mediocriter inſtructa. Sacris in ea miniſtrant Canonici decem, & in iis duo dignitate eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, & Cantor tenuiſſimi cenſus. In civitate quippe deſerta nulla eſt Parochialis præter Cathedralem: extra civitatem autem unum duntaxat erat Franciſcanum cœnobium, in quo ob aeris intemperiem pauci religioſi degebant. Diœceſis Policaſtrenſis ſatis ampla eſt, quatuor, & viginti oppidis continetur, quorum primaria duo, Lauria ſc. habens Collegiatam cum annuo redditu ſcutorum 800. & aliam Parochialem: alterum eſt Rivellum duas habens Parochiales, quarum in una Latinus Archipresbyter Latino, in altera Græcus Græco populo ſuis cum Clericis ſacra, ſuæ gentis more, adminiſtrat: in quibus omnibus numerantur Parochiales Eccleſiæ 29. quæ omnes receptitiæ ſunt, & ſuos habent Archipresbyteros, cum aliis Clericis, quorum omnium numerus per totam diœceſim eſt fere 200. Abbatiæ in hac

diœ-

diœceſi duæ omnino ſunt, altera S. Nicolai de Boſco unita Capitulo Principis Apoſtolorum Vatic. Baſilicæ, altera ſancti Joannis ad Pinam unita capellæ Præſepis S. Mariæ Majoris de Urbe; beneficia ſimplicia quamplura, virorum cœnobia quatuor, Sanctimonialium ſeptum nullum, quod enim erat in oppido Rocchæ glorioſæ, Turcæ ſuſtulerunt; hoſpitalia quatuor, laicorum ſodalitia in ſingulis oppidis ſingula. Hujus civitatis Epiſcoporum ſeriem ex actis Conſiſtorialibus, & aliis erutam monumentis hìc ex fide ſubjecimus, interruptam tamen, & elumbem, cum nullum relictum ſit hujus Eccleſiæ monumentum ab immani Turcarum direptione: miſerè enim cum civitate omnia in cinerem redacta fuerunt.

*A D D I T I O.*

(„ *Polycaſtrum, vulgo* Policaſtro, *quæ Latinis*
„ *etiam Palæocaſtrum dicitur, urbecula eſt in Pro-*
„ *vincia Principatus citerioris ſecus mare conſtituta,*
„ *cujus ſinus* Golfo di Policaſtro *nuncupatur. Ejus*
„ *ruinæ ampliſſimam civitatem fuiſſe indicant. Epi-*
„ *ſcopali fulgore poſt Veliam, ſeù poſt Buxetum enituit, cum inſtituta fuit ſuffraganea ſedes Salernitanæ Metropolis. Primarium templum S. Virgini Aſſumptæ dicatur: ſacris ibi miniſtrant duo*
„ *dignitates, & Canonici decem, & Archidiaconus*
„ *in civitate puſilli gregis curam ſuſtinet. Nullum*
„ *ibi Regularium cœnobium: unum quod propè civi-*
„ *tatem viſebatur, Franciſcanorum ob aeris intem-*
„ *periem deſolatum manſit. Præbendæ, & mons Pie-*
„ *tatis deſiderantur. Diœceſis ſatis ampla plura lo-*
„ *ca continet, quæ ſunt:* Battalea, Camerota, Ca-
„ ſalectum, Caſellæ, S. Joannes ad Dyrum, Lacus
„ liber, Latronicum, Lenriſcoſa. Laurea, Libona-
„ ti, Liſpani, & s. Chriſtophorus, s. Marina, Mo-
„ rigerati, Puderia, Rivellum, Rocca glorioſa, &
„ Cellæ, Sicili, Triclina, Turraca, Turri, Urſaja,
„ & Petrutia, Turturella. *Ex his oppida præcipua*
„ *ſunt Laurea, Lacus liber, Rivellum, s. Joannes*
„ *ad Pyrum, ac Turris Urſaja. Epiſcopus duas ha-*
„ *bet domus, unam in civitate prope Cathedralem,*
„ *alteram in oppido Orſaja, quam continuè ferè colit,*
„ *ubi & Clericorum Seminarium adeſt. Annui fructus*
„ *Epiſcopalis menſæ admodum diminuti ex noviſſi-*
„ *mis libellis conſiſtorialibus 1600. Ducatorum com-*
„ *putantur monetæ illarum partium, quorum taxa*
„ *Apoſtol. Cancell. & floren. 400.* Lucentius.)

I. 1 S. PETRUS a Pappacarbonus, Salernitanus, B. Alpherii primi Abbatis Cavenſis monaſterii Ord. S. Benedicti habitum Monachicum induit in eodem, deinde Cluniacum pergens ſub diſciplina S. Ugonis Abbatis per aliquot vixit annos. Reſtitutus eſt exinde ſuo Cavenſi cœnobio, ubi cum virtutibus excellere cœpiſſet, petentibus Clero, & populo una cum Giſulpho Salerni Principe in Epiſcopum Policaſtrenſis Eccleſiæ ordinatus eſt, (1) qui cum breve tempus illic expendiſſet exterioris vitæ ſtrepitum non ferens, relicta inſula, ad monaſterium rediit, ac ſe in interioris vitæ ſtudio, more ſolito, totum dedit. Tunc Leo venerabilis Abbas timens ne monaſterium tanto privaretur viro, ſimul onus regiminis ſe jam præ ſenectute ferre non poſſe conſiderans, convocatis fratribus eum ſibi ſucceſſorem conſtituit ann. 1079. Petrus factus Abbas ſumma omnium conſenſione monaſterii habenas moderatus eſt ad ann. uſque 1118. ultroque ſe abdicavit, jejuniis & orationibus intentus: vir inſignis ſanctitate, & miraculorum gloria illuſtris ad cœlum evolavit anno 1123. die 4. Martii, cujus feſtum ſolemni ritu, & officio colitur in Cavenſi Eccleſia; ejus corpus in ſacra crypta beati Alpherii patrui ſepultum eſt. Hic ab Urbano II. in Concilio Melfitano, ut refert Bartholomæus Gavantus p. 2. tit. 1. de præparatione Sacerd. celebraturi uſum mitræ accepit, quod ante Abbatibus non licebat. (2) Interſuerat ante in alio Concilio Beneventi celebrato ſub eodem Urbano anno 1091. ut Baronius meminit. De eo agit Ferrarius in Martyrolog. 4. Martii. Paulus Regius Epiſcopus Vici-Aquenſis, vitam ipſius ſcripſit vulgari ſermone; ejus vero res præclarè geſtas proſa, & verſu ſcripſit Anonymus ejuſdem ſancti Synchronus, quæ extant in libro virorum illuſtrium hujus monaſterii litteris Longobardicis conſcriptæ hactenus ineditæ. Nos hìc libenter exſcripſimus ad tanti Præſulis, gloriam ſub cujus ad vivum expreſſa effigie in clauſtro Cavenſi hæc proſtant verba legentibus.

*a De eo Acta SS. Martii t. 1. p. 328.*

*S. Petrus Patritius Salernitanus nobiliſſimus S. Alpherii nepos, cœnobii Cavenſis Abbas tertius Epiſcopus Policaſtrenſis, trium millium Monachorum Pater, ſanctiſſimi Urbani Pont. Max. Inſtitutor, & corporis Cavæ conſtructor, vitæ auſteritate, atque miraculorum virtute conſpicuus.*

In crypta verò ubi jacet prope S. Alpherium hæc ex marmore legitur inſcriptio.

*Hac tegitur petra Petrus Abbas III. Alpherii nepos, & hæres ſanctitatis. Facta majoris vidit, & invidit; ille cœnobium erexit, iſte evexit. Primus legibus ſuos oneravit, hic dignitatibus honoravit. Ille primus oneribus præfuit, hic primus honoribus profuit. Abbates namque mitra cumulavit primus, tria millia nepotum Alpherio pro uno reddidit. Homines adhuc invitos ferrea catena ad cœlum trahebat. Miraris hoc? Præmiſerat ad cœli jannas Urbanum II. diſcipulum.*

*Floruit anno Dom.*

*MCXXII.*

Cæterum Petri geſta fuerunt hujuſmodi tenore conſcripta.

*Incipit Vita ſancti Petri Epiſcopi Policaſtrenſis, & hujus ſacri cœnobii Abbatis tertii.*

*Cavenſe cœnobium, ut apertè clareſceret, quia profectus ſui incrementa ex divina diſpoſitione meruiſſet, hoc omnipotens Deus per viros venerabiles ſemper rexit, atque ad ejus adminiſtrationem accedere Paſtores reprobos non permiſit. Nam Reverendiſſimo valdè viro Alpherio, virum æque venerabilem Leonem ſubſtituit. Huic autem Petrum ſubrogavit, qui patres eximios ſanctitate redderet, lucro ſuperaret. Sed illorum quædam de virtutibus, atque vita deſcripſimus, ordo exigit, ut etiam quæ de hoc venerab. Patre ſunt nobis dicta narremus. Illi quidem B. Heliæ typo deſideriorum igneo curru, cœlum penetrare meruerunt: iſte dum aſcendentes obſervare ſtuduit, habere illorum ſpiritum duplicem meruit, videl. ut cœleſtia fortiter amans, mirabiliter terrena diſponens, cœlum dives intraret. Illi quidem rebus pauperes, virtutibus divites ad æterna gaudia pervenerunt. Hic & laborum ſuorum meritis dives fuit, & velut alter Joſeph mundi hujus divitias ad Domini ſui ſervitium ſapienter traxit. Fuit autem Salernitanus genere, viri venerab. Alpherii nepos carne, hæres conſuetudine. Ex qua nimirum ſibi conſuetudine accidit, ut adoleſcens illius converſationem memoraret, atque totis affectibus imitari ſatageret. Ad virum itaque ven. Abbatem Leonem veniens S. converſationis habitum ſuſcepit. Mox autem religioſæ vitæ ſtudium tam frequenter arripuit, ut rigoris propoſito antiquis etiam Patribus æquari videretur. Nam tontæ abſtinentiæ fuiſſe dicitur, ut quinque, aut ſex panum refectione toto ſacræ Quadrageſimæ tempore contentus eſſe videretur, ſed & remo-*

(1) Ex vetuſto hujus Eccleſiæ documento, ut nobis indicat noſtri Ughelli adnotatio MS. in veteri Buxentina civitate, cum Policaſtrenſem reſtituiſſet Epiſcopatum, Petrus ordinatus eſt Epiſcopus Polycaſtrenſis, ut ex litteris Alphani ad Clerum Buxentinum data anno præſulatus ſui 21. qui fuit C. 1079. Hinc facile conjiciendum Polycaſtrum ſucceſſiſſe Buxento in Epiſcopali dignitate, & alios ante hunc Petrum habuiſſe Epiſcopos, quorum periere monumenta. *Lucentius.*

(2) Apoſtolicum Urbani diploma refertur à Margherino in Bullario Caſin. tom. 1. Conſt. 9. ſub dat. Salerni 14. Septemb. 1091. Hoc factum fuiſſe in Concilio Melphitano ſcribit Ughellus ex Gavanto, & Melphitanum concilium inquit celebratum fuiſſe poſt Beneventanum. Sed mendum irrepſit: Synodus quippe Melphitana ſuperiori anno celebrata Beneventanam præceſſit ex ſententia Baronii an. 1090. & 1091. & in Beneventana Pontificalis inſula jam primo oblata eſt Petro Abbati, & proxime ſubſecuto anno 1091. cum diplomate Pontificium uſum ulius elargitus fuit. *Lucentius.*

tioris vitæ ſtudium gerens eiuſdem ſacræ Quadrageſimæ dies in Monte S. Heliæ, qui Cavenſi monaſt. altius prominet obſervare conſueverat, ut tanto ſe arctius divinæ contemplationi inſereret, quanto eum ab hominum conſortio vaſtior ſolitudo ſepararet. Ubi etiam oratorium S. Heliæ, & cellulam ſibi poſtea ædificare fecit, & magna æternæ vitæ gaudia magnis illic laboribus ſæpe comparavit. Per idem tempus cum cœnobii Cluniacenſis Religionem celebrem comperiſſet, odore tantæ famæ illectus, quamquam longe poſitus illius Congregationis Ordinem æmulari ardenter cœpit. Aſſumptis ergo ſecum quibuſdam de monaſterio Fratrib. cum jam navigio Januam veniſſet, cenſus fere omnis Dei pauperibus defecit. Cumque in eodem defectu ſumptuum, ſpes etiam itineris deficere cœpiſſet, pius adoleſcens, ſe in orationem proſtravit, ut ſibi omnipotens Deus dignaretur tribuere, unde id quod ejus amore cœperat, conſummare potuiſſet. Cumque ab oratione ſurgeret, & per ora maris deambularet, aureum annulum invenit, cujus pretium ad totius viæ ſumptus ſufficiens habuit. Cluniacum ergo perveniens à viro venerab. Ugone Abbate mira charitate ſuſceptus eſt, vel quia adoleſcens magnæ Religionis ardore flagrabat, vel quia æmulandæ perfectionis cauſa de tam longinquis Italiæ partibus venerat. Seniores monaſterii Abbati ſuggerebant, ut eum in puerorum ſchola ponere erudiendum debuiſſet. Quibus Pater monaſterii magnæ diſcretionis verba reſpondit, dicens. Hic niſi magna devotione ferveret, tam longe trahi opinione religionis nequaquam poſſet. Virile ergo opus devotionis, à debilitate eum aſſumpſit ętatis. Ex illo autem jam die receptus in Conventu Fratrum, tanta obedientiæ virtute enituit, ut ſeptem ſimul, ſicut alii dicunt, ut alii vero aſſerunt plura diverſarum officinarum miniſteria ſtrenuè, & honeſtè perficeret: Et quia longum eſt cuncta ſtylo percurrere, cum in clauſtro Cluniacenſi quinquennium, atque in capella Abbatis triennium complevиſſet, atque intus obedire, & juſſa exequi, foris vero diſponere, & ordinare didiciſſet, liberalitate S. Ugonis, ſuo, ideſt monaſterio Cavenſi, reſtitutus eſt; Ubi jam cum doctus ſcriba in regno cęlorum magnæ opinionis haberetur, petentibus clero & populo, una cum Giſulpho Salerni Principe in Eccleſia Policaſtrenſi in Epiſcopum electus eſt, qui cum parum illic temporis expendiſſet, exterioris vitæ ſtrepitum non ferens, ad monaſterium rediit, ac ſe in interioris vitæ ſtudio, more ſolito totum dedit, tunc pater venerabilis Leo vehementer timens ne monaſterium tanto viro privaretur, ſimul onus regiminis, ſe jam præ ſenectute ferre non poſſe conſiderans, convocatis fratribus eum ſibi ſucceſſorem conſtituit, & ipſe, ut Deo per quietem vacaret, ad Eccleſiam ſancti Leonis de veteri quem ipſe conſtruxerat ſucceſſit, Petrus autem vener. Abbas monaſterii curam ſuſcipiens, tanta malignorum ſpirituum invenit tentamenta, ut tum primum diabolus inſurgere contra ejus acta videretur. Nam fratres quos in cella reperit cum Cluniacenſis Ordinis norma perſtringeret, eam duros & obſtinatos invenit, ut murmurationis ſuæ ſuſurria ad virum venerabilem Leonem deferrent, atque ejus mentem ſimplicem ad iram traherent. Quod cum Petrus Abbas comperit ea, quæ ſunt concordiæ & pacis providens, ad monaſterium S. Archangeli quod in territorio Cilenſi ſitum eſt, diſceſſit, ibique collectis fratribus primum normam ejus quam didicerat poſuit. Quo etiam non multo poſt tempore à patre Leone & fratribus rogatus, rediit, atque inſtitutionem quam prius velut gravem contempſerant, magna cum devotione ſuſceperunt, cumq; fama ſanctitatis ejus ſe vehementer extenderet, cœperunt multi viri nobiles, multi ſæculi divites, ac potentes ſæculum deſerere, atque ei ſe in ſupernę converſationis magiſterio ſubjugare. Sed ſapientium, atque ſimplicium tanta ad eum multitudo convenit, ut ei promiſſio illa divina facta fuiſſe videretur, qua dicitur; Faciam te in gentem magnam, nam ut quidam religioſus paterfamilias, ab eius ore ſe audiſſe teſtatur, quadam die cum pater venerabilis eſſet hilarior, quadam dilectionis neceſſitate coactus, pluſquam tribus millibus virorum habitum ſanctæ converſationis ſe impoſuiſſe teſtatus eſt, licet poſtea ſupervixerit, & in monaſterio quamplures receperit. Tunc in hujus viri monaſterio etiam pii patris Alpherii prophetia claruit, qua dixerat, quia de eadem cella maxima ad æternam vitam converſorum lucra eſſent colligenda. Viri quoque ſeculi potentes cœperunt magna liberalitate ad ſuſtentandos Dei famulos prædia & poſſeſſiones abundanter offerre. Omnipotens enim Deus ita eorum corda ad opus pietatis aperuit, ut tanta monaſterio ferrent, ut non ſolum collecta illic fratrum multitudo viveret, ſed etiam ex eorum plenitudine effundi pauperibus multa potuiſſent. Quod & pater venerabilis nobiliter exhibuit, quia ex datis ſibi copiis non ſolum fratres monaſterii regulariter procuravit, ſed etiam innumerabilem cenſum inopibus erogavit. Sed quid eum erogare tantum dicimus, cum etiam ſtatuerit unde ſemper erogetur? nam noſtris temporibus invenire difficile eſt qui in cura egenorum ei ſimilis aut æqualis habeatur. Quos nimirum catervatim paſcere & veſtire conſueverat, ac veſtiendos & alendos tanto ſtudio quærere; ut etiam pro inveniendis eis civitates exploraret. Revera ut Scripturæ eum laudibus proſequamur, pater orphanorum, & viduarum, non judex, ſed procurator fuit. Quorum curam ita ſapienter diſpoſuit, ut clam eis unde ſuſtentarentur tranſmitteret, & quod pro æterna vita impendebat occultaret. Quare ut divinę miſericordiæ largitatem ita promoverit ut cum in ſuſtentatione pauperum tanta effunderet ſemper ſibi ſuppeteret unde ſemper dare abundanter potuiſſet, propoſitum namque ſancti viri licet omnino niteretur occultari, non potuit, atque ut tantę gratię mererentur eſſe participes non ſolum viri, ſed etiam mulieres, ut valebant manus auxilium miniſtrabant. Tunc vir Domini ut ſe neceſſariis ſumptibus ad perficiendum paratum vidit dilatare monaſterium, atque tantę multitudini aptum habitaculum parare diſpoſuit. Quod nimirum divina gratia cooperante, in quantum loci anguſtia paſſa eſt, tam decenter explevit, ut mirari ejus operis diſpoſitio poſſit. Nam cum ex uno latere Scrupea rupe, ex alio pandula fluminis ripa claudatur, interclusο illo medio paruo ſpatio ædificia tanta fundata ſunt, ut cum foris locus cernitur mirabile omnino ſit perſerutantibus quod tanta intus ſpatia contineantur. In quo etiam opere, ſi illud quod ad Moyſen dictum eſt librare volumus quodammodo invenimus. Nam cum tabernaculum Deo conſtruere vellet, audivit; Omnia fac ſicut oſtenſum eſt tibi in monte, volebat quidem omnipotens Dominus ut terrena domus fieret, ſed quam forma cœleſtium illuſtraret. Pater igitur venerandus omnem illum tabernaculi decorem, ad mentiũ diſcipulorum ornatum traxit: perfecta enim forma cœleſtium illa eſt de qua dicitur. Non nubent neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei in Cœlo, illa etiam forma cœleſtium eſt quam nobis imprimit ubi dicit. Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum; tanta quippe pudoris ſpe, tanto virtutum decore ibi illam divinitus collectam multitudinem omnipotenti Deo ſervire fecit, ut dubitare nemo poſſet, quin cœleſti converſatione fulgerent. Sed quia nunc de ædificii ordine agimus, illud ei, quod de æterna civitate legitur convenire videmus, per omnes vicos ejus Alleluja cantabitur. Nam Cellæ illius cuncta veſtibula iſta diſpoſita ſunt, ut ſingula ferè orationis, lectionis, pſalmodiæ propriis officiis deputentur, & quocunque pergitur orantes, pſallentes, canentes, aut legentes occurrunt. Perfecto igitur opere monaſterii illic collecti fratres cœperunt tanto liberius divina myſteria exhibere, quanto ad hæc eos non ſolum fervor charitatis accenderat ſed etiam locus invitabat. Pater etiam venerabilis Petrus in tanta ſe converſationis diſtrictione cohibuit, ut in tanta ſubditorum multitudine, cum multi magna converſatione fulgerent illius rigorem vitæ nullus ferre potuiſſet. Nam nec orationis ejus inſtantiam, nec vigiliarum prolixitatem, nec genuflectionum numerum, nec frigoris tolerantiam, aliquis ferre potuit. Juxta dormitorii ſui cellam aquæ piſcinulam condere ſibi

fecit

ſecit, ubi cum hiemali tempore frequenter intraret, de nuditatis & frigoris tolerantia gloriari cum Paulo potuiſſet. Vinum omnino ſprevit, ut etiam debilitato ſtomacho, & voce jam ferè amiſſa, vix à bonæ memoriæ Papa Urbano ad ejus quamvis modicum uſum reduci potuiſſet. Loricam ſubtus ad carnem occultam induit quouſque putreſceret, & ab ejus corpore rupta cecidiſſet, ſed quia longum eſt, ſi ſingulis immoremur, hoc ſolum adhuc de ejus fama ſubjungimus, quia in omni ferè orbe venerabilis habebatur, ſed, ut ſæcularis auctoris verbis utar, rigidi honeſti tantus obſervator fuit, ut eum videri ab ipſis etiam Imperatoribus, & hujus ſæculi potentibus longe poſitis optaretur, multaque ei hoc, monaſterio bona promitterent, vir ſanctus renuit, nec pro temporalibus rebus à Deo recedendum eſſe judicavit. Et quia à nonnullis qualis coram Deo ſit non creditur, qualis ſit ab eo oſtenſus ad detractorum ejus confuſionem proferamus. Nam ut Evangeliſtæ Joannis verbis utar, ſi non eſſet ex Deo, non poſſet facere quicquam. Et quia ut duxi æmulos dicti viri confundere cupimus, ferè **B** omnium miraculorum ejus teſtes optimos, viros ſcilicet ſanctos ac venerabiles producamus; quanquam neceſſe non eſſet ejus ſanctitatem probare miraculis, cum tantam operum ejus magnitudinem teneamus: opera namque mira, atque ingentia ſunt, quæ teſtimonium perhibent de eo, tanti conſtructio monaſterii, tanta elegantia ab eo fundatæ Religionis: Nam ſi is qui aliquem peccatorem converterit multitudinem operit peccatorum, & qui calicem aquæ frigidæ ſitienti dederit mercedem in cœlis habet, quanta lucra hujus, quantos meritorum cumulos eſſe dicimus, qui tam largus in pauperes, tam dives in miſericordia, tam ſtudioſus, & fervens ad lucrandas animas declaratur, ut quamdiu vixerit nihil aliud egerit, & quamdiu mundus volvitur, quia in eo converti peccatores non deſinit ejus meritum ſemper augetur, ſed ejus ſtudia quanto ferbuerint vigore, quom ſcilicet fuerit pravis rigidus, quam mitibus humilitate ſubjectus, quia explicare longum **C** eſt, omittentes quam mirabilis ab omnipotenti Deo potius oſtenſus ſit videamus: Senex namque venerabilis Petrus Spoletinus, & Petrus Trojanus cujus religionis, atque veritatis fuerint nullus qui eorum tempore in monaſterio manſit ignoravit. Hi mihi narrare conſueverant quia quadam die dum monaſteria circuiret, Tereſinum eum converant; ibi vero cum in Eccleſia ſancti Joannis miſſas celebraret, & quidam flabelli miniſterium negligenter exhiberet, lampadem impulit & oleum ſuper altare fudit. Cumque prandium ſparſus liquor infudiſſet, vir Domini valde contriſtari cœpit, & hoc quod contigit non negligentiæ miniſtri aſcribere, ſed ſuis demeritis imputare: poſt aliquantos verò dies cum ad ſancti Archangeli Eccleſiam veniſſent, prædicti fratres & cæteri qui ſancto viro miniſtrabant prandium illud curaverunt producere, ut inde oleum educere lavando debuiſſent, ſed quod valde ſtupendum eſt, ita candidũ & mundum inventum eſt, ac ſi oleum in eo nunquam **D** cecidiſſet. Quod fratres cognoſcentes omnipotenti Deo gratias retulerunt, qui quoſdam electos ſuos tam tenere diligit, ut nec ad modicum patiatur contriſtari. In eodem quoque monaſterio res æque mirabilis accidit, ſicut eodem viro bonæ memoriæ Petro Trajano narrante cognovi. Nam cum Floccum D. Abbatis à capellanis fuiſſet negligenter repoſitum, muſtela hoc juxta caverunlæ ſuæ foramen reperit, corroſit, ac ſcidit: cumque venerabili viro fuiſſet oblatum, ut corroſum vidit, indignans repulit, atque ait. Ite, & ei qui ſcindere præſumpſit prohibete. Quod fratres ita ut juſſerat unde tulerant poſuerunt. Alia verò die cum per locum pertranſirent muſtelam quæ illud veſtimentum corroſerat ſuper illud jacentem mortuam invenerunt. Tunc nimis admirantes, quantæ virtutis pater eorum eſſet, colligere cœperunt, contra cujus voluntatem vivere animalia bruta nequiviſſent. Sed divinum affectum erga venerabilem patrem cur in animalium brutorum interfectione aſtruimus, cum eum ſæpe nec rationabilibus pepercisse

**A** ſentiamus? Rogerius namque caſtri S. Severini dominus, cum ruſticos monaſterii frequenter affligeret, & venerabilis viri mentem ad iracundiam provocaret, quadam die parvitatis ſuæ uſum exceſſit, & hunc ultra quam conſueverat contriſtavit. Tunc quaſi in præſentia ſummi illius nuntii aſſiſteret dixit. Eja S. Michael Archangele, ſic nos protegis? & baculo terram percutiens commotus ait. Recedimus hinc, quia tanta ferre non poſſumus, erat tunc Cilenti in præfato monaſterio S. Michaelis Archangeli, cujus nimirum afflictione, mira & terribilis ultio ſecuta eſt, quia cum longè à præfato monaſterio præfatus Rogerius maneret, ſolarium domus ejus cecidit, atque ejus filium parvum extinxit, & fortaſſe talis ultio pro ſervorum Dei injuria ab interno judice infligi debuit, ut ille moreretur, qui patrem dolore pungeret, atque ad reprobam ejus imitationem non creſceret, extinctus quidem puer innocens paradiſo receptus eſt, ſed peremptus compunxit patrem. Nam idem Rogerius his & hujuſmodi plagis ſæpe percuſſus, tan**B**dem reſipuit, & in fine converſus in monaſterio habitum Religionis accepit. Cui tamen adhuc ſævienti non uno ſemper modo reſtitit. Nam eum quandoque terroribus impetiit; quandoque humilitate ſuperavit. Agrum namque monaſterii quendam uberem concupierat, atque ſuis uſibus vindicare diſponebat. Cumque ab ejuſdem agri opere ſeminantes ruſticos violenter expellere minaretur, venerando patri innotuit, ſequenti verò die ad eundem agrum operarios ſecutus, aliquantos fratres ſecum duxit, cum quibus pſallere inſtanter cœpit. Ille etiam minas ſuas pravitate vincere geſtiens cum armatorum manu ad locum venit, cogitans quia is qui minas ſuas ſeminando contemneret, ad eundem agrum ſine armatorum præſidio non veniſſet, ſed cum propius accederet, contra ſe non mucrones enſium, ſed miſſile orationum vidit, tunc illud ſaxeum pectus à feritatis ſuæ duritia emollitum eſt, ſola enim Religionis contemplatione ſuperatus, arma projecit, de equo deſcendit atque ad ſancti viri veſtigia projectus, ſuæ temeritatis ve**C**niam poſtulavit. Quod utique non minus mirabile fuit quam ſi ab ejus corpore magni languoris moleſtiam orando depuliſſet, quia cordis vulnera ad curandum valde ſunt difficiliora quam carnis; in quo nimirum opere pſalmodiæ dignitas exhibetur, quæ malignorum ſpirituum feritatem potenter effugare cognoſcitur. Et qui hæc Cilenti facta fuiſſe comperimus, debemus alia quæ ſimiliter illic prout ſunt oſtenſa narrare; Vir namque idem venerabilis cum Calabros fratres vellet inviſere, ad Eccleſiam B. Apoſtoli, & Evangeliſtæ Matthæi, quæ in Lucano littore circa netus ejus ſepulchrum ſita eſt, declinare, & miſſarum ſolemnia celebrare propoſuit. Cumque prope jam navigando veniſſet, videns optimum ad navigandum tempus, nautas procedere juſſit, & devotionis ſuæ munus in reditu ſuo eidem Apoſtolo exhibere deliberavit. Quod quidem ita factum eſt, non tam veritatis devotione, quam virtute Apoſtoli. Nam cum in reditu de fide maris dubitaret & tranſire velut inſalutato Apoſtolo voluiſſet, ubi ante ejus Eccleſiam venit ſubverſa na**D**vicula in mare cecidit, & quod promiſerat reddere compulſus eſt. Sed & mirabile ſpectaculum in hac Apoſtoli coactione ſubſecutum eſt, quia pater ſanctus in mare dejectus ad terram per aquas venit, ſed veſtimenta ejus ita ſicca reperta ſunt, ac ſi hæc aqua nulla tetigiſſet. Quod miraculum fratres plures noverunt, atque addere ſoliti ſunt, quia capellæ mantica, libri, & panni, atque omnia vaſa altaris ita inventa ſunt omni aquæ humore libera, ac ſi non in mari nataſſent, ſed delata per terram forent. Quo nimirum facto quam familiaris eſſet Apoſtoli innotuit, quem ad ſui miniſterii uſum tenens, & in mari labi pertulit, & illæſum quaſi per terram traxit, ſicque factum eſt, ut vir ſanctus, qui manere ſponte in loco nollet, maneret invitus, & votum ſuum in memoria Apoſtoli, tanto devotius redderet quanto in ſe ejus voluntatem apertius didiciſſet. Sed aquis prævaluiſſe quietis eam cur miremur, cum invocatione meritorum ejus maris tumentes ac ſævientes cumulos quieviſſe coram ſæ-

cula-

*cularibus hominibus teneamus? Nam quidam nobiles
viri Neapolis, cum per mare Cajetam pergerent, ut
nobilis cujuſdam delatam illuc à parentibus ſponſam
deferrent, vehementibus ventis turbato mari nimi-
rum pavere cœperunt, cumque fluctus vehementer
inſurgerent, & evadendi ſpes jam defectis deſiſere
cœpiſſet, quidam illorum nobilium Abbatis familiaris
orationem ad Dominum fudit, atque ſe cum ſociis il-
lius, & fratrum ejus meritis de tanto periculo libe-
rari poſtulavit. Poſt ejus nimirum vocem mirabiles ele-
vationes maris mirabiliter quieverunt, & quanta
eſſent ſancti viri merita oſtendere viſæ ſunt, qui
exemplo Salvatoris ſe obedìendo ſubmiſerunt. Et quia
non ſolum extraneis, & indoctis, verum etiam qui-
buſdam negligentioribus monachis pia fervore Ordi-
nis homo auſterus viſus eſt, illud narrando ſubſequar,
ut quam acceptus Deo fuerit de omni illa ſua diſtri-
ctione apertius videatur. Quos etſi ſanctarum ſcri-
pturarum auctoritate facile refellere poſſumus, tamen
ſplendore miraculorum oſtenſo, melius confutantur.
Quidam namque frater erat in obedientia S. Fabiani
martyris, qui cum ſe negligenter ageret, in ſomnis
D. Abbatem vidit, à quo regulariter verberatus de
cætero ſtudioſior fuit. Huic autem omnino ſimile ali-
quid in alio loco geſtum Fratres venerabiles retule-
runt: quodam namque tempore, cum Frater qui-
dam de cella quadam Calabriæ ad monaſterium ve-
niret, cujuſdam ſæcularis hominis hoſpitio ſuſceptus
eſt. In eadem vero domo pro quodam ſolemnitate con-
vivium parabatur. Et cum plures ad ejuſdem convivii
epulas vocarentur, Fratres etiam illum rogare cœ-
perunt, ut reſpectu charitatis eo die cibis communi-
bus uti dignaretur. Quod utique primum renuit di-
cens: Non poſſum Fratres, quod dicitis facere, quia
Regula monaſterii talis eſt, ut cibos carnium nullus
edere præſumat. Cumque ſecundò, & tertio rogarent,
& ſuis precibus vehementer inſiſterent, flexus eſt ho-
mo, & eorum cibos edere promiſit. Sed dum prandium
pararetur, Monachus de labore itineris parum pauſa-
re volens, obdormivit, cui venerab. Abbas Petrus in
ſomnis apparuit, dicens: Quid eſt Frater, quod ſe-
ductori tuo tam cito aſſenſum præbuiſti? Taliſne eſt
ordo Cavenſis, ut in via directi Fratres carnibus veſ-
cantur? Cumque ille culpam cognoſceret, & veniam
precaretur, corporali judicio expoliari juſſus eſt, atque
flagellatus evigilavit. Tunc inſtantibus invitatoribus
ſuis reſpondit, dicens. Ego Fratres cibos veſtros
nondum ſumpſi, & flagella promerui, jam ſi come-
derim, quid mihi erit? Cumque rei geſtæ ordinem
audirent, ultra ei moleſti pro prandio non fuerunt. Qui-
bus nimirum indiciis claret, quia affectum dilectionis
quem impendere præſentibus conſueverat, abſentium
ſpiritibus impendere videbatur, ut apertè clareſce-
ret, quia omnis ille rigor diſciplinæ ex magnæ dile-
ctionis fonte deflueret, & quod ſæpè videbatur à ne-
gligentium pace diſcedere cum ſummę pacis bono con-
veniret. Quod melius oſtendimus, ſi non ſolum corre-
pta corpora, ſed etiam purgatarum animarum indicia
diſciplinæ illius vigore videamus. Ciſſus namque
Monachus nobis referre ſolitus eſt, quia Fredericus
quidam Monachus fuit Amalphitanus genere, qui
extra monaſterium in cella quadam manere juſſus,
negligenter vixit, atque religionis ſplendorem, quem
ſuſceperat, infelicibus actibus deturpavit, poſt ali-
quanta temporum ſpatia hic in monaſterio languore
gravi correptus eſt, atque ad extrema perductus.
Cumque & mori ſe videret, & culpas ſuas confiteri
erubeſceret, mirabili pietate actum ſum ro eſt, ut ma-
gnis cruciatibus hunc languor in mortem traheret, &
tamen mori non poſſet, quatenus & pœnæ conſtrin-
gerent, & mors terreret, ut peccata ſua exponere vi-
vendo potuiſſet Corpus etiam Dominicum, quo ſe indi-
gnum vivendo negligenter, atque indigniorem valdè
occultando culpas fecerat, ſæpè ſibi oblatum ſumere
non valebat. Cumque eum fratres ſæpius admonerent,
& ille ſe excuſando tegeret, tandem præfatus Mona-
chus conſiliis acquievit. Culpas confitendo aperuit,
atque ex more monaſterii Domno Abbati qualem ſe
vidit oſtendit. Cui vir Dei nullum ad agendam pæ-*

A *nitentiam vitæ ſpatium ſupereſſe conſiderans, ne
impurgatus abiret, ſaltem Dominì præveniente diſpo-
ſuit. Nam prædictum Fratrem morientem corporali
vindictæ ſubdi conſtituit, ut carnis compunctione pur-
garet, quem delectatione ſordidum cognoviſſet. Sed &
paternæ illius dilectionis verbera, mira divinæ cle-
mentiæ ſigna ſubſequuta ſunt: ſtatim quippe ut meri-
torum ſuorum judicium patienter excepit, oblatum
ſibi corpus Dominicum ſumpſit, & tanta pace ſtatim
obiit, ut in eo non ſolum patris ſui affectus, ſed etiam
Domini promiſſio firmaretur, quia hora qua peccator
convertetur vita vivet, & non morietur. Frater quo-
que alius erat in monaſterio, qui Petrus cognomento
Patancius dicebatur. Vir ſanè aliàs bonus, ſed quo-
dam nevulo avaritiæ infectus, qui cum jam ad exi-
tum languore ſenius appropinquaret, ejuſdem vitii
dæmonem ſibi vidit aſſiſtere. Quem cum quid illic ex-
peteret exprobrando inquireret, malignus ſpiritus
reſpondit, & ait: pro tarraotillo quem habes mihi hodie
tradendus es. Tunc Monachus aliorum bonorum ope-
rum ſuorum labore confiſus cum dæmoni exprobra-
B ret, ac pro ſimplicitate eum percutere baculo mi-
naretur, dæmon abſceſſit, & non modico terrore
Monachum turbatum reliquit. Forte tunc quidam
ſenior ex more monaſterii cum circa faceret, Mo-
nachum illum à longe quaſi cum alio loquentem
audivit, & ſolum inveniens, cum quo fuiſſet
loquutus ab eo inquirere ſtaduit. Cui ſigno æger
Monachus dixit. Mane dicam tibi: diluculo igi-
tur circa ſedens ille ei omnia per ordinem enarra-
vit; veniamque ſui delicti humiliter poſtulans, ut D.
Abbati ſuggereret rogavit. Quod ut Pater ven. agno-
vit, cum ſicut alium, corporali vindicta expiatum ſol-
vit, atque eo die mori jam libere dimiſit. De quo nimi-
rum conſtat, quia vir bonus merito virtutis obtinuit,
ut parvi quod putabat peccati meritum vivendo præ-
noſceret, ne ejus pœnam poſt mortem ſentire minime
debuiſſet. Sed & cum luce clarius ſit quia maligni ſpi-
ritus merita peccatorum nobis in hoc ſeculo ſemper
eſſe occulta velint, ut ea evadere pœnitendo nequeamus,
C Dæmon qui peccati meritum morienti expoſuit, pa-
tet nimirum quia hoc non ſponte, ſed coactus dixit.
Quod etiam Patris monaſterii ſtudiis adſcribi debet,
quia ille eſt ad purgandum expoſitus, cujus erga filios
pia correctio probabatur: videlicet ergo malignum ſpi-
ritum ne videret, & illius ſævitiam ſtudio Reverendi
Patris evaderet. Sed fugare dæmonia in diſcipulo-
rum tranſitu ei novum non erat; Hugo enim Monachus
boni viri Raynerii fabri filius cum patre & fratre
alio Mauro nomine in monaſterio converſus eſt. Quo-
rum alter frater, velut eruditus & prudens, Prior
monaſterii fuit; hic autem in communi ordine ſimplici-
ter vivendo uſque ad mortem manſit. Cumque jam re-
cipiendæ mercedis ſuæ tempus veniſſet, ægritudinem
corporeæ mortis incurrit, ad quem Pater venerab.
jam tranſeuntem venit, ejuſque animam omnipotenti
Deo commendare ſtuduit. Cui & moriens frater dixit.
In feneſtra illa Pater, duæ aves ſunt, una valde pul-
cherrima, alia horribilis valde & nigra, rogo igitur,
ut horribilem illam ejicias. Tunc admirari fratres,
D qui aderant cœperunt, quod attente monſtraret, &
quod monſtrabat ipſi videre non poterant. Pius autem
Pater intelligens, quod moriens frater videre aliud
quam viventes, poſſet, aquam exorcizatam ſibi afferri
juſſit, qua profectò dum orando aſpergens feneſtram
tangeret, nigram illam avem protinus diſcedere idem
moriens vidit. Cumque Deo gratias ageret ſancta ejus
anima carne ſoluta eſt. Tunc fratres colligere cœpe-
runt, quia miniſterio venerandi Patris in horrida ave
malus Angelus receſſit; bonus, in pulchra, ad ducatum
præbendam electæ animæ remanſit. Qui alio rece-
dente, eam ſtatim ut de corpore eſt egreſſa, ad æter-
na gaudia ducendam ſuſcepit. Nam idem frater poſt
aliquot dies in veſte fulgenti cuidam dormienti ap-
paruit, & jam dubium non fuit, quod à bono duce ſuſce-
ptus ad æterna gaudia ab hoc exilio aſſumptus aſcen-
dit. Sed neque illud ſilendum puto quod quidam ſecu-
laris in cœmeterio veteri, juxta cameram venerab.
viri hujus ſepultus per noctes plurimas clamores*

*& ſin-*

& ejulatus emiſerit, Cumque ſæpius fieret, & venerando Patri non parum moleſtus eſſet, nocte quadam cum idem ejulatus, & clamor circa miſeri illius hominis ſepulchrum fieret, Pater ab oratione ſurrexit, foras exivit non ſine magna indignatione clamanti comminans, & ita ille obmutuit, ut penitus clamare deſineret, & virum Dei moleſtare ulterius non auderet, Sicque apertè claruit quia cum vir venerabilis voluit, etiam mortuis imperavit. Quod et clamor ille non mortui hominis, ſed maligni ſpiritus extitit, ſ. viri auctoritas in hoc etiam magna fuit, quo jubente malignos ſpiritus ſiluit. Sed quia mira facta ejus oſtendimus, quædam etiam vitæ ejus exempla producere debemus. Quanquam de forma magiſterii ſui dictum ſufficere credimus, quia Leo ſuperbis, & irreligioſis: religioſis, & mitibus Agnus fuit. Nemo enim unquam immites, & contumaces ſubditos fortius domuit, nemo humiles, & ſanctos benignius honoravit. In iſtis namque magiſterii ſui vigorem neſciebat, quos ſæpe quaſi minor, patronos ſuos pro ſe, ut Dominum rogarent, rogare conſueverat. Illos verò & verbis, & regularibus correctionibus comprimebat, ut negligentiarum ſuarum torporem deſererent, atque in cæleſti converſatione ferventes deinceps eſſe debuiſſent. Obſtinatis, & improbis poſt diſciplinæ regularis morſus mitigatoria illa ſuæ conſuetudinis ingerere ſolebat, quibus & operis, & intentionis ſuæ bonum luce clarius oſtendebat, cum catena (inquiens) nolentem te ducam ad cælum. Quo verbo ſapientibus ſatis indicabat diſtrictionis ſuæ ſeveritatem, qua intentione ſui, quo corrigendorum fructu, qua internæ pietatis dulcedine exhibebat. Verè medicus animarum fuit, quarum lucris nulla præpoſuit. Sed hoc melius ſi ubi velut in luce poſitum quoddam ejus factum memorabile prędicetur. Miles enim quidam Gallus genere in monaſterio converſus eſt, qui cum plurimum temporis communi ordine religioſe vixiſſet, tandem poſt tergum reſpiciens mundi delicias, quas contemnendo fugerat, velut Ægyptii ollas deſideravit. Relicto igitur monaſterio ſe à culmine religionis in præcipitium dedit, Arma reſumpſit, & vivere ſeculariter cœpit. Qui cum tandem dementer erraret, & ſe dignum morte faceret, quandoque divina gratia patris ſui meritis reſpectus ad monaſterium rediit, & multa quæ conquiſierat, quaſi gratiſſima munera ſecum portavit. Pater autem venerabilis cum hunc rediiſſe cognoſceret, cum magno gaudio recepit, ea verò omnia quæ attulit contempſit, ingentem foveam fieri juſſit, in qua delata omnia igne cremavit. Quod nimirum vir ſanctus faciens exemplum poſteris dedit, ut Fratrum perſonas diligant, & animarum damna fieri nullius lucri diſpenſatione permittant. In ſynodo ei more ſuo nudo capite reſidenti, S. memoriæ Papa Urbanus Pontificalem infulam miſit quam utique vir Domini, & pro ſummi Pontificis reverentia venerabiliter recepit, & officioſiſſime ſalutavit, & tamen ejuſdem Sacerdotalis mitræ uſum etiam rogante Papa contempſit. Quod non ob aliud feciſſe creditur, niſi ut quorundam arrogantia, humilitatis exemplo damnaretur, qui dum ſe inaniter extollunt, indebitos ſibi ſanctæ Eccleſiæ honores uſurpare non metuunt. Multa ſunt præterea, quæ de hoc venerabili Patre monaſterii ſenes narrare conſueverant, ſed mihi de his quæ relata ſunt hæc retuliſſe ſufficiat. Ut autem ad ejus felicem exitum veniamus, eodẽ modo quo de hoc mundo erat profecturus ad Dominum, Joannes de Dyano ejus Capellanus hujuſmodi viſionem vidit. Videbat ſiquidem quia de loco ſuo montes tres maximi movebantur, qui motu ſuo non parvam mundo colliſionem minabantur, à quo eorum motu clamor tantus fiebat, ac ſi mundus deſtrui videretur. Cumque ipſe eodem terrore compulſus ad Eccleſiam vellet fugere, & quid eſſet, quod videbat inquirere, audivit quod illi tres montes tres Cluniacenſes Abbates eſſent, videlicet, S. Oddo, & S. Majolus, & S. Oddilo, qui Dom. Petrum Abbatem ut ſecum ad cælum tollerent veniſſent. Sed cum tempus quo tollendus erat inquireret, item audivit, quia juxta Principis Apoſtolorum feſtum venirent, & eum de monaſterio tollerent. Evigilans autem Frater ille de Abbatis ſui vicino obitu nimis contriſtari cœpit. Quod tamen non eo feſto accidit quo putabat. Nam pater ſanctus vicinum Apoſtolorum feſtum vivendo tranſiit, ſed circa feſtum quod Cathedra ſancti Petri Apoſtoli dicitur ad gaudia æterna migravit. Obiit ergo ſenex venerabilis, maturus ævo, ſed probitate maturior, ſepultuſque eſt in ſpelunca quæ de cella venerandi Patris Alpherii in Oratorium B. Michaelis Archangeli mutata eſt. In quo loco, quæ meritis ejus reverentia debeatur, ſæpius demonſtravit, Sergius namque Monachus, & monaſterii armarius pro negligentiis ſuis ſæpe à viro Dei argutus fuerat. Quadam verò die maligno ſpiritu inſtigante eum non ſua merita, ſed correctionis ſuæ amaritudinem memoraret, contra viri Dei ſepulchrum expuit, & quem Fratres monaſterii quaſi viventem pronis cervicibus in eodem loco ſalutare conſueverant, Judęorum more conſpuere non expavit. Mos autem eum adhuc viveret viri venerabilis fuit, ut ſubditorum culpas puniret, ne futuræ vindictæ eos negligendo ſervaret: conſuetudinis ergo ſuæ dignitatem poſt mortem etiam ſervans, eundem Monachum graviter percuſſit: nam ubi contra ſepulchrum expuit, facies ejus intumuit, & os ita torſit ut maxilla diſpoſita in latere videretur: percuſſus utique tunc primum cognoſcere Abbatis ſui magnitudinem cępit, cum eum, cui quaſi mortuo exprobravit, vivere melius poſt mortem, & dignitatis ſuæ vigorem tenere altius didicit. Sed cum magnis doloribus ingratus paternis beneficiis torqueretur, livente facie, tumentibus labiis, cinctus doloribus ad vener. virum Abbatem meum Simeonem venit, reatum ſuum confitendo aperuit, & meriti ſui dari ſibi pęnam tantæ audacię dignam poſtulavit. Cui ven. Abbas reſpondit dicens. Si ab illo percuſſus es curare te nullus alius poteſt. Juſſus ergo Monachus rediit, & ante ſepulchrum ven. Viri in oratione proſtratus, faciei, & oris incolumitatem promeruit. Os namque quod ad derogationem ſancti ſputum ejecit, percuſſum doluit, atque eo verba proferente pœnitentiæ ſalutem recepit, ut Patris ſui juſtitiam, & pietatem contra detractorum fallaciam probaret, quia nimirum, ut magiſter bonus errantem percuſſit, & ut pius Pater, quem percuſſerat ſanavit. Felix utique qui utrumque potuit, videlicet & percutiendo corrigere, & ſanando mulcere. Hoc autem idem Sergius Monachus retulit, ſed me petente relationem ſuæ miraculum D. Abbatis Simeonis teſtimonio confirmavit. Urſinus namque Monachus non valde huic diſſimile ſolet narrare miraculum. Ait enim, quod quadam die Tuſciam apud Eccleſiam S. Michaelis Archangeli plures monaſterii Fratres convenerant, inter quos, erat Leo Bariſanus, & Urſus Ramarius. Tunc, ut fieri ſolet confabulantibus, ſermo incidit, ut Abbatum monaſterii opera, & Religio conferrentur. Sed cum ad Abbatem Petrum, omnem monaſterii, tam Religionem quam exteriorum rerum collationem referrent, idem Urſinus Monachus laudatoribus Patris ſui reſiſtere vehementer cœpit. Cumque jam nec detractionibus parceret, Fratres eum monere cœperunt, ut à talibus verbis ſilere debuiſſet: ille autem ſilere noluit, ſed quantum ſibi placuit, nequiter loquendo proceſſit. Eadem verò nocte ille quem ſpreverat ei in ſomnis apparuit, atque ab eo inquirere inſtanter cœpit, dicens. Sic Urſine? Sic debet Monachus loqui de Abbate ſuo? Qui cum ea, quæ vigilans dixerat memoraret, & illum cui quaſi abſenti detraxerat, non ſolum præſentem, ſed etiam priſtina auctoritate præſtantem cerneret, cum magno timore ſui reatus, ſibi dari veniam precabatur. Vir autem ſanctus ei indulgere noluit, ſed ante altare oratorii eum ducens regulari diſciplinæ ſubdidit, atque acriter verberare cœpit, ut inter dolores exclamares, & quid dormiens pateretur, patenter vocibus indicares. Cum Fratres accederent, & clamantem excitarent, ordinem flagellorum expoſuit, atque ad eorum veritatem, & ultoris præſentiam confirmandam ſcapularum livores teſtes produxit. Quod profecto miraculum mihi Urſinus idem dixit. Sed certius eum ſcire volens, cum ab Urſo Ramario quærerem, ſe clamantem inter verbera Urſinum audiſſe dixit, & in evigi-

lante, verberum ſigna vidiſſe. Quibus nimirum ſignis oſtenditur, quo vir Sanctus æternæ dignitatis honore potiatur, qui eos quos in hoc ſeculo nutrierat, & corrigere docendo poſſit, & caſtigationibus emendare. Nam vir vitæ venerab. Oddo Veſtaraſius, quia magnæ veritatis, & ſanctitatis fuerit, nemo qui eum benè novit ignorat. Hic ſepius narrare conſueverat, quia frequentrr ſibi appareret, & ejus, ſi in aliquo erraret facta reprehenderet. Præterea memorato Sergio Monacho cujuſdam malæ conſuetudinis uſus inoleverat, ut in uno loco diu ſinus permanere non poſſet. Quadam vero nocte venerab. Pater ei apparuit, & de mobilitate ſua terribiliter objurgans, ſe eum proximo correcturum minatus eſt. Poſt non multos verò dies idem Sergius de ſolario cecidit, & coxam fregit, atque ex illo jam die monaſterium circumcurſare non potuit; Hæc autem & hujuſmodi (ut jam diximus) Pater venerabilis in diſcipulorum correctione feciſſe cognoſcitur, ut ad horam ſuæ vocationis eorum nullus imparatus inveniretur. Quorum profrcto nonnullos ſæpe præmonuit, & ut ſe ad vicinum exitum præ- B parent, imperavit. Joannes quidam Romanus, Monachus ejuſdem monaſterii noſtri, qui etiam ad hoc Venuſinum monaſterium mecum venit, quantæ ſimplicitatis, & Religionis vir fuerit à multis agnoſcitur. Hic autem in caſtro ſancti Adjutoris, cum cæteris Fratribus manerr juſſus fuerat. Quadam verò die ad monaſterium veniens, id quod apud memoratum caſtrum noviter geſtum noverat retulit dicens, Domno Leoni Barenſi Magiſtro ejuſdem caſtri heſterna nocte, Domnus Abbas Petrus in ſomnis apparuit, eique dixit. Frater Leo quare tu nrgligentrr agis, & debitam pſalmodiam defunctis Fratribus nequaquam reddis? feſtina, & præparate, quia ſub magna eris celeritate moriturus. Evigilans autem timore prænunciati ſibi obitus pavere mirabiliter cœpit. Cui etiam ſequenti nocte venerab Abbas Conſtabilis apparuit, & eadem dixit. En qua nimirum geminata viſione, ita territus eſt, ut in Eccleſia pſallens bis quotidie ex ordine Pſalterium repeteret, & ab omni illa jam ſua otioſi- D tate quieſceret. Poſt aliquantos verò dies idem Leo Monachus languore correptus obiit, atque quod veritatem vivendo dixerit, moriendo firmavit. Hæc autem mihi Joannes venerab. Monachus, adhuc vivente eo, qui viſionem ſuæ mortis viderat, narravit, quæ cum in ejus obitu impleta didici, credere ea etiam cœpi, quæ per memetipſum non vidi. Hujus beatiſſimi viri Petri natalitia feſta peraguntur 4. Nonas Martias, Amen.

De S. Petro tertio Abbate, & Epiſcopo Policaſtrenſi.

Tu quoque protervo devotis Petre labore
Carminibus celebratus eris, ſi pandere vati
Ora tamen promptæque velis præbere juvamen
Ipſe voluntati, tu verus ergo ſecundes
Natus, & hic igitur nutritus in urbe Salerni
Moribus haud pravis pollens, Alpherii, honoree
Cui dedimus primos, carnis ſæclique ſecundum
Vincla nepos, vitam nimiis, moreſque pudicos,
Cum vellet Patris memorati affectibus, atque
D Devoto cum corde ſrqui venerantius. Aedes
Adveniens Clauſtique aras, & templa, Leonem
Appetit, & ſacra præcingi veſte rrquirene
Fit monachus, ſanctique habitu ſimul induit artus
Ordinis, & vivit Clauſtri devotus in æde.
Qui mox tam fervens ſtuduit virtutibus, atque
Vivere cœnobii ſub leges, vivere caſte,
Vivere cæleſti Regi ſimilarier illis
Patribus antiquis quo cenſeretur in eſu.
Nam ſumpſiſſr cibos tam parcè fertur, ut omni
Quinque quadrageno ſolum cum panibus artue
Tempore paſcebat, ſolum bis contentus, & eſcle.
Cluniacus mundi fines tunc Ordo per omnes
Florebat, cunctiſque viris virtute coruſcans
Sanctus habebatur, celebri eum nomine fama
Magna vagabatur, quapropter Petrus odore
Ordinis illectus ſuſceptis fratribus illis
Linquere cœnobium duxit, quoque navibus æquor.
Conſcendit, magnos Pelagi transanſque per amnes
A Tendit iter velis, facienſque per æquora greſſus
Liguriam pervenit, ubi quia mitis egenis
Pauperibuſque viris quod ſecum duxerat aurum
Jam dederat, cœptamque viam ſequeretur habrbat,
Nec quia ſpem, precibus ſe dans hæc farier alto
Incipit; Omnipotens miſerorum fautor eorum
Expoſcunt qui, jutor, opem miſeratus ab alto
Da nobis, ut cœnobii, qui liquimus ædes
Ergo tui, nos vincla ligent majora, ſequamur
Teque per horrendum callem, de more Redemptor
Da mundi miſeratus opem, da cœpimus ut quæ
Solvere poſſimus, tu noſtra incœpta ſecundes.
Hæc ubi dicta dedit ſurgens propè littus, arenamq;
Æquoris incedens anulum, gemmamque nitentem
Auratam reperit, pretium ſat cujus abunde
Per totum ſuffecit iter, quo vivere poſſint.
Cluniacas igitur veniens devotus in ædes,
Eſt patre honorifice ſuſceptus Ugone, tenebat
Qui regimen Clauſtri: ſeniores attamen omnes
Poneret ut Petrum puerorum in claſſe ciebant
B Abbatem, quo jura queat perdiſcere, & arcti
Ordinis aſpiciat vitam, quas pectore viree
Ponderet & proprio teneat, ſi dogmata poſſit
Promptus adire, ſequi nec non veſtigia Fratrum.
Queis dicens, rrſpondit Ugo venerabilis iſte;
Si, Fratres, ſociique, Deo non miſſus adiret
Noſtra in clauſtra, foret ſi non devotus & altie
Numinibus, ſi non eſſet diſtantibus oris,
Ducier haud poſſet ſolo noſtri Ordinis unde
Nomine per totum celebri, quia cenſeo verum
Devotum, miſſumque Deo ſociarier extat
Dignior in Fratrum Conventu, fatus & iſtæ
Sub clauſtri Petrum devotas ſuſcipit ædes.
Qui fuit ad Patrum prompte quæcunque paratus
Sic præcepta ſequi, alterius ſic velle ſtudrbat,
Parebatque celer, quo ſeptem, aut plura (ſtupendum
Omnibus) in Fratrum Conventu ſolus agrbat
Sæpe miniſteria, aſt vitam cum quinque per annoe
Cluniaca egiſſet ſub ſede, Cavenſe reverſus
Cœnobium, veluti doctus cæleſtibus aulie
D Scriba vocabatur, Clero populoque petente
A Duce Giſulfo Policaſtra Præſul in Æde
Eligitur, Domini, ſed vir terrena repellens,
Haudque ferens mundi ſtrepitus cum tempore multo
Haud ibi vixiſſet, rediens ad propria, vitæ
Internæ ſtudiis ſolito de more vacabat.
Vir Leo ne clauſtrum interea venerabilis Abbas
Orbetur Petro dubitans, cum pondera ferre
Præ ſenio minime poſſet, regimenque nequiret
Exercere ſenex, accitis Fratribus una
Dat regimen Clauſtri Petro, Petrumque præeſſe
Fratribus imperitat Paſtoris munus habentem.
Cęnobii curam ergo Petrus ſuſcepit, & aulæ
Sacratæ regimen, Fratreſque aſtringere norma
Cluniaca, rituque ſtudens ſic reperit omnes
Duros corde nimis ſequier, proprioſque volentes
Vidit apetitus, venerando ut verba Leoni
Porrigerent clamoris; eos pro pace bonoque
Cęnobii Petrus dimiſit, pone Cilentum
Se tulit ad templum, ſanctique Archangeli in ædes
D Quam plures conjunxit ubi, legeſque ſub ædes
Cluniacas quas ipſe habuit, didicitque, receptis
Fratribus impoſuit ſervandas, jura deditque
Cluniaco de more ſequi, ſtrictarier uſum,
Vivendique modum docuit, quoque dogmata Clauſtri.
Haud plures ceſſere dies, à Patre Leone,
Fratribus, & reliquis ad clauſtra Cavenſia Petrus
Quæſitus quando rediit, normamque fugabant
Quam prius, & totis depellere viribus omnes
Conabantur, ovans ſummoque e pectore libans
Gaudia quiſque fovet, recipit, peragitque libenter.
Creſceret ergo Petri totas cum ſancta per oras
Vita, & fama virum quam plurima copia ſæclum
Contemnens, ſæclique dolos, vanoſque triumphos
Projiciens ad clauſtra fugit, devotius ara,
Seque Deo tribuit, Petro venerabili, & ultro
Subdit colla: viri totque advenerr fideles
Tegmina quo fertur Petrum donaſſe ſub uno
Sacra die pluſquam treis millibus, atque dicaſſe

*Altiſona in clauſtris, habitumque dediſſe petitum.*
*Dilatare domos clauſtri tunc cenſuit heros*
*Divinus, Præſulque locum diſponere & aptum,*
*Ut mage converſi, virtute operante polorum;*
*Quod totum explevit, fabricare anguſtia quantum*
*Illa eſt paſſa loci, ſedes permiſit et arcta.*
*Cœnobio perfecto igitur, vehementius illic*
*Collecti tanto Fratres divina ſtudebant*
*Exercere, ſacris rebuſque vacare, recentis*
*Spiritus haud ſolum fervor, devotio verum*
*Sedis ad hæc quanto Monachos peragenda ciebat:*
*Quos inter Fratres Petrus venerabilis heros*
*Tam rigide in clauſtra reliquis cum Fratribus, atque*
*Converſabatur caute; tam flenus ad aras*
*Devota cum mente Dea ſuperiſque polorum*
*Vota dabat; tantas horas, noctesque ſerenas*
*Pervigiles ducebat, erat tam frigore preſſus*
*Nullus ut e tanto, magnoque ex agmine Fratrum*
*Illius haud poſſet vita tolerare rigorem:*
*Pone etenim cellam Domini vir condere quandam*
*Piſcinulam ſibi fecit aquæ, quam ſæpius alto*
*Quando cadunt pluviæ, pluviiſque cadentibus omnis*
*Terra madet, quandoque tonat cœlum omne fragore,*
*Et venti ſternuntur, habent animalia quando*
*Omnia frigus, hyems cum lapſa æſtate propinquat,*
*Sæpe inquam intrabat, meditans & frigora Chriſtus*
*Plurima, quæ terris fuerat perpeſſus, ovabat.*
*Præterea potum vini ſic ſprevit, ut ejus*
*Amiſſa jam voce, quaſi ſtomachoque relapſo*
*Sumeret, ut modicum vix ſummo à Præſule poſſet*
*Cogier Urbano. Loricam ex ære per artus*
*Inſuper occulte cinxit, putreſceret omnis*
*Illius, & caderet confracta e corpore donec.*
*Viſeret ergo die quadam ut ſibi ſubdita paſtor*
*Cœnobia egregius venit venerabile Petro*
*Fratre Spoletino deſcendens ſanguine, nec non*
*Petro Trojano venit comitantibus inquam*
*Ulteo Tereſinum, ſanctique Joannis; ibique*
*Cum miſſas altare ſacras celebraret ad ædes,*
*Atque miniſterium cum quidam ſegnis in ara*
*Efficeret, vitream confregit lampada, & aram*
*Deſuper effudit liquidum ſparſumque liquorem.*
*Cum liquor veſtem fuſus maculaſſet, in ædes*
*Prædicti Michaelis ubi venere, madentem*
*Curarunt oleo veſtem producere, veſtis*
*Ut maculas delere, oleumque educere poſſent:*
*Aſt ita mirandum cunctis! ſine ſordibus, ulla*
*Labe nec inveniunt maculatam, fuſa liquore*
*Ac ſi non eſſet, conſperſo oleoque lavata.*
*Contigit hoc etiam memoratis ædibus, eſſet*
*Cum male ſervatum, ſolitis arciſque repoſtum*
*Nec foret Abbatis floccum, muſtela repertum*
*Corroſit, mordens ſcidit. Venerabilis ergo*
*Abſciſſum aſpiciens veluti per membra furorem*
*Concipiens repulit, jaciendum juſſit eique*
*Scindere, quæ minime timuit præcepta jubentis*
*Præſulis, abſque mora peragentes ſedulo Fratres*
*Hoc ipſo poſuere loco, quo dentibus omne*
*Corroſum abſtulerant, terris ſed craſtina quando*
*Lux rediit, cœloque umbras dimovit ab alto,*
*Muſtelam inveniunt Fratres (mirabile viſu!)*
*Deſuper extinctam floccum, fatiſque peremptam.*
*Præterea bonus hic paſtor, quod pone Cilentum eſt*
*Dum clauſtro viſens Divi Michaelis adeſſet,*
*Et caſtri ſancti Agricolas Rogerius omnes*
*Dux Severini nimiis cruciatibus, atque*
*Sæpius afflictos cum tormentaret ad iram*
*Cogeret & mentem Patris venerabilis, una*
*Cumque die nequiter faciens excederet uſum*
*Affligendi inopes, ac ſi Michaelis haberet*
*Se prope conſpectum, Michael ſic fatus ab alto*
*Cardine, ſic ſervas Michael, ſic dive tueris;*
*Percutienſque ſolum baculo, diſcedimus inquit*
*Hinc iterum, tot probra etenim, diſcrimina, pœnas,*
*Damnaque tot nobis tolerare inflicta nequimus.*
*Hæc habuit vir Petrus, ubi non parva ſequuta eſt*
*Ultio, cum longe quoniam Rogerius eſſet*
*A clauſtro, colebatque domum, domus alta repente*
*Concidit, & parvum natum concuſſa peremit.*

A *Qui ſiquidem puer extinctus provectus in arces*
*Cœlorum fuit, aſt patrem compunxit, ab iſta*
*Vulnere percuſſus quoniam divinitus aras*
*Cœnobii devotus adit, quoque poplite flexo*
*Depoſcit compunctus opem, Monachale requirens*
*Cingier atque habitu; ſociatus Fratribus horam*
*Mortis ad extremam ſub clauſtro finiit annos.*
*Præterea vellet Calabros inviſere Fratres*
*Cum Pater in templo Matthæi, ſive ſub aras*
*Agminis Apoſtolico, qui octava in ſede locatur,*
*Propoſuit celebrare ſacrum: veniſſet ad ædes*
*Cùm dictas autem propius, procedere Nautas*
*Imperat, aſpiciens pacata per æquora ventos*
*Aptos eſſe nimis, Matthæo & vota revertens*
*Ad proprias donare domos deliberat; ergo*
*Æquoris in reditu dubitans Aquilone fremente*
*Damna, marique fidem non dans promiſſa, ſacrumque*
*Haud complere volens, melius procedere cœptum*
*Duxit iter. Verum Divi prope templa, ſacraſque*
B *Sedes venit ubi, ſubmerſa nave ſub undas*
*Concidit, & terram projectus nando per æquor*
*Venit, & inventa ſunt veſtes illius unda*
*Sic vacuæ, ſiccæque ſale, pelagoque fuiſſent,*
*Ac ſi projectæ nunquam, lymphamque bibiſſent.*
*Aſt, ubi tellurem tetigit, ſolemnia divo*
*Miſſarum celebravit, & id promiſerat ultro*
*Reddere, quod votum compulſus reddidit inde.*
*Inſuper haud ſileam cum quidam navibus æquor*
*Sulcantes vellent Cajetæ allabier oris,*
*Nobilis, ut juvenis cujuſdam Fratribus illuc*
*Cognatiſque ejus delatam ducere ſponſam*
*Poſſent, ſub mediis undis, pelagoque profundo*
*Sternuntur venti, cœloque tonitrua ab alto,*
*Diſiectaque cadunt pluviæ, mare ſævit, & imber*
*Turbidus ingeminat manifeſta pericula ponti,*
*Unde reformidant homines, formidine terror*
*Implet, & illarum pavitantia pectora; cumque*
*Spes evadendi, certam inſultantibus undis*
*Mortem, nulla foret, quidam eſt inventus eorum*
C *Qui Petro mage notus erat; quapropter in altum*
*Extendens cum vota manus hæc verba profatur;*
*Alme Pater miſerere precor, miſerere tuorum*
*Servorum quos unda maris, fluctuſque feroces*
*Aequoris exponunt morti, da magne Redemptor*
*Humanæ carnis, meritis concede Cavenſis*
*Abbatis, ſanctiſque Petri venerabilis orbe*
*Actibus in toto claris, præſentia vexant*
*Aequoris ut ſervi quos iſta pericla, polorum*
*Numine defenſi nulla ſeritate quietas*
*Aſpiciant undas, remeentque ad propria læti.*
*Hæc ubi devote fudit mirabilis undæ*
*Impetus, & turgens æquor, ventique minantes*
*Fata quieverunt, nec motio cernitur ulla.*
*A Calabris clauſtris devota Cavenſia clauſtra*
*Viſeret ut quidam Frater veniebat, iterque*
*Dum faceret, fuit hoſpitio ſuſceptus ab uno*
*Qui lautas menſas, epulaſque paraverat ille*
*Solemnes, diteſque die, multiſque vocatis*
*Frater, ut ipſe etiam vellet communibus, eſcis*
D *Paſcier oratur nimium; juxta Ordinis ille,*
*Quod leges non poſſet ait complere, ſed illis*
*Sæpius impulſus bis, terque quaterque rogatus*
*Sumere communes eſcas promiſit, & omnem*
*Pellere carne famem: ſed dum pro talibus eſcis*
*Menſa parabatur, jam Frater itinere laſſus*
*Membra petit pauſare. Levis per corpora ſomnus*
*Pauſatoque intrat, donanti & feſſa quieti*
*Corpora, ſacrati Petrus venerabilis Abbas*
*Cœnobii apparens irata voce profatur;*
*Ergo ne tam ſubito pravis aſſenſibus ultro*
*Succumbis Frater? ſic talis an Ordo Cavenſis*
*Extat? an hoc ſcelus fieri permittis? euntes*
*Perque viam Fratres directi, ut carne cibentur?*
*Audiit hæc Frater, culpamque agnovit, & orans*
*Suppliciter petiit veniam; venerabile verum*
*Imperitante Petro nudatum corpore totum*
*Veſtibus & propriis exutum verbere cædi*
*Damnatur, qui poſt ictus, & verbera, ſomno*

Corpora corripiens hæc ſeductoribus ejus
Ut carnes ederet dixit, non limine veſtro
Nondum diſcubui menſis, non corpora pavi
Carnibus, aut merui cruciarier ictibus, atque
Verberibus cædi, quid nunc convivia ſumam
Veſtra igitur? veſtraſque dapes ſi ſumpſero, veſtris
Carnibus & paſcar, quæ damna ſubire merebor?
Ordinis ergo mei ſanctos ſectarier uſus
Deſinite, & ſanctas leges ſervare: recepta
Omnia cumque illis narraſſet flagra, ſopore
Amplius haud carne impulſus fuit unde cibetur.
Nomine frater erat quidam Frideriſius, extra
Qui ſtans cęnobium cunctos ſic ſegniter annos
Duxit, & infandis vitiis praviſque nitorem
Ordinis & ſancti turpavit dogmata clauſtri
Actibus, & gravibus correptus febribus ædes
Venerit infirmus clauſtri, ductumque ſub horas
Viderit extremas ſe, & claudere lumina, nec non
Cedere paulatim fatis, tamen ora rubore
Candebant, peccata patri ſcelerataque geſta
Panderte qui moriens igitur peccata fateri
Nolebat, variis languor cruciatibus omni
Corpore vexabat, poſito nec corporis ægri
Carcere ſubiicier fatis, mortiſque tenebras
Tendere nec poterat, complere & munia vitæ
Dominicum cœleſte etiam corpuſque metipſum
Fecerat indignum quo vivens ſegniter atque
Occultans malefacta patri, ſcelerataque geſta
Sæpius oblatum renuebat ſumere, tandem
Fratribus admonitus patefecit crimina Petro
Abbati, culpaſque graves confeſſus ab alto
Poſcebat contritus opem: venerabilis autem
Tunc Heros ſupereſſe videns nil temporis, ullam
Sumeret ut ſaltem pęnam confeſſus abiret
Crimine ne tanto impunis morientia fratris
Corpora corporeis pęnis admittit: ut autem
Injunctam abſolvit pęnam, languentia clauſit
Lumina, & exutus membris mortalibus auram
Extremam vitæ ſpiravit, & oſſa reliquit
Condier in tumulo, ſed ſpiritus aſtra ſubivit.
Præterea Petrus alter erat Patantius iſte
Moribus haud pravis pollens, ſed crimine quodam
Punctus avaritiæ, graviter cum membra cubili
Languida pro morbo concederet, atque dierum
Cerneret extremas horas, aſſiſtere vidit
Dæmona avaritia infectum, ſecumque loquentem
Hæc gaudens: Hodie frater mittendus in Orci
Regna mihi donandus eris, mecumque Barathri
Limina deſcendent, quoniam ſtat in arce Tarenus
Ille tibi, nummoſque tenes contra Ordinis hujus
Dogmata: percipiens hæc frater Dæmonis ergo
Verba minaſque ſuis aliis dum viveret orbe
Actibus haud pravis fiſus quæ fecerat, omni
Tergora poſt habito miſſoque pavore minatur
Cædere Luciferum baculo, qui Lucifer inde
Abſceſſit, fratremque nimis terrore reliquit
Affectum, diraque animi formidine preſſum.
Cęnobii tunc forte ſenex per compita quidam
Incedens clauſtri fratrem pro febre jacentem
Longius audivit donare & reddere voces:
Sed ſolum inveniens ſermone ſilentia cum quo
Rupiſſet quærit, cui ſigno frater (ab ore
Haud poterat dare verba etenim) cum craſtina terris
Lux veniet quæcumque inquit monſtrabo requiris.
Omnia mane igitur redeunti ex ordine narrans
Æger frater opem poſcit veniamque patrati
Criminis inquirens, ut crimen tale rogavit
Suggerat Abbati, agnoſcens venerabilis autem
Hoc Petrus, ut culpam pro tanto crimine ſolvat
Corporeæ ſubdit pęnæ, ſine crimine eoque
Permiſit ſub morte die diſpergere vitam
Cœleſteſque poli gaudentem evadere in auras.
Frater Ugo cum morte dies dum febre gravatus
Cerneret extremos, morienti & Petrus Olympo
Cœnobii de more animam ſuperoque Tonnati
Commendaret: Aves binæ Pater inclyte, dixit
Aeger Ugo, aſſiſtunt, quarum pulcherrima & alba eſt
Altera & horribilis, nigroque accincta colore.

A Quæſo igitur nigram eiicias: tunc providus Abbat
Juſſit aquam Triadis benedictam in nomine ferri,
Illam cumque precans aſpergeret, illico frater
Jam moriens nigram vidit diſcedere, eunte
Qua, ſubito veſtes mortales liquit, & arces
Spiritus invehitur Cœli fruiturus in ævum.
Vir quidam mundanus homo venerabilis ædem
Pone Petri tumulatus erat, noctesque per omnes
Singultus lacrymaſque dolens fundebat, & omnes
Queſtubus implebat ſedes, conqueſtio vèrum
Cum nimium Petro foret iſta moleſtior, atque
Cum ſemel audiſſet quadam ſub nocte querelas
Clamoreſque celer, nulla mediante moraque
Exiit è cella, flentemque & ſæpe dolentem
Arguit & lachrymas dantem, tunc ore gemendi
Præbuit oppreſſo finem, dehinc nulla ſepulchro
Vox audita viri eſt clamantis, nullaque flentis.
Cœnobio miles Gallorum ex gente per annos
Vixerat haud paucos quidam devotus, & atra
Sæcla fugans, mundiq; decus, ſub clauſtra ſuperno
B Servierat Domino, quando male cautus honores
Delitiaſque orbis, titulos, vanoſque triumphos
Proſpiciens, quæ cuncta prius quaſi putrida ſprevit
Stercora, poſt habuit clauſtrum, monachumq; reliquit
Tegmen, & induitur mundanis veſtibus, atque
Arma capit tractanda manu; poſt temporis autem
Non parum cum ſe aſpiceret feciſſe proterve
Atque erraſſe nimis, mortis dignumque metipſum
Mittier in tenebras cenſeret, ob ore querelas
Sæpius emittens, mærentia corda fatigans
Sæpius, & lacrymis Petri venerabilis hujus
Abbatiſque ſui meritis confiſus, ad aras
Cœnobiumque redit, vivens & plurima raptu
Quæ conquiſierat ſecum portavit, ut autem
Amiſſum Petrus redeuntem agnovit, in ore
Gaudia demonſtrans, animo quoque lætus in ædem
Suſcipit, & ſociat clauſtro, quas detulit autem
Secum ſprevit opes, omnes foveaque cremari
Juſſit ab igne Petrus; faciens hæc providus autem
Venturos monuit magno teneantur amore
C Cum monachis, aſt damna animæ permittere nolint.
Plurima ſunt hujus patris venerabilis orbe
Splendida facta Petri, lepidis contexere chartis
Omnia ſi vellem, ſi quot miracla (regebat
Illius in terris artus dum vita) patravit
Pandere & eximiis vellem celebrare camenis
Non poſſem ſi muſa mihi Mantoa liquorem
Pegaſidum madefacta dabit devota canenti
Rubor & adiungat vires, loquereerque per annos
Nec ſi millenos, hujus præconia laudum
Pręſulis attingam, ſed quæ ſunt dicta ſuper ſint
Pro vita, miracla patris poſt funera mox fert
Dicere Muſa; Igitur Petrus venerabilis anno
Quo terrena polt petiturus in æthera gaudens
Linquere debebat; Joannes nomine quidam
Frater ſub clauſtro vivens, dum nocte ſopori
Corpora donabat media, hæc inſomnia vidit
Nempe quod excelſi tres magno robore montes
Sede movebantur propria, motique futura
Damna minabantur mundo, tantuſque per æther
D Clamor pro tali motu fiebat, ut omnis
Machina terreſtris, moleſque hæc magna reduci
In nihilum cenſeretur, rueretque per ævum.
Frater id aſpiciens nimia formidine preſſus
Cum fugeret peteretque aras, & quærere vellet
Quid viſum crudele foret, voce audiit alta
Quod ſunt Cluniaci Abbates tria culmina montis
Scilicet Oddo pater, Majolus, & Oddilo, ſecum
Qui ut ferrent venere poli ſuper æthra Cavenſis
Abbatem clauſtri Petrum, ſolemnia quando
Sedis Apoſtolicæ celebrantur principis ara;
Corpora corripiens autem projecta ſopore
Frater & evigilans duro ſub corde premebat
Sæpe dolens gemitus, lachrymaſque edebat inanes
Præſulis expectans mortem, ſolemnis ut erga
Cathedra præfatis devenit principis, Abbas
Febribus arreptus languentia membra cubili
Collocat, & juxta viſum Joannis, in arces
Spiritus æthereas ſociatus ab agmine divum

*Corpore dividitur petiturus, & illius oſſa*
*Devoti condunt fratres ſub rupe verendi,*
*Quæ fuerat quondam ſedes Alpherii in urna*
*Qua quoties idem Petrus monſtraverit Abbas*
*Virtutes, & fata nimis miranda ſequuntur*
*Ejuſdem quæ geſta orbi teſtantur in ævum.*
*Sergius in primis etenim quia ſegniter annoe*
*Ducebatque dies monachus venerabile Petro*
*Sæpius argutus fuerat, ſuadente Barathro*
*Hic igitur cultore, locum quo clauſa jacebant*
*Corpora nil pavitans infando conſpuit ore;*
*Quemque ſalutantes pronis cervicibus omnes*
*Poplite adorabant flexo, non territus iſte*
*Judæo de more auſit maculare, ſed alto*
*Judice percutitur, quoniam cum contra ſepulchrum*
*Expuit, intumuit facies, & crimine tanto*
*Evaſit pertorta nimis: miſerabilis ergo*
*Undique pro labiis tumidis cruciatibus actus*
*Appetit Abbatem Simeonem: poplite flexo*
*Atque manifeſtat crimen, veniamque precatur*
*Atque petit devotus opem, cui præſul, ab illo*
*Sanior effectus fueris, quo noveris eſſe*
*Percuſſum te frater, erit tua tuta medela*
*Qui tua plaga fuit, faciem ſanabit & ille,*
*Cujus ad imperium tumuit, fuit oſque retortum.*
*Tunc frater ſub corde dolens venerabilis urnam*
*Devota cum mente ſubit, proſtratus humique*
*Depoſcit compunctus opem, patrataque plangens*
*Crimina, curatur facie, curatur & ore.*
*Convenere olim plures prope fluminis undas*
*Nomine cujuſdam Tuſci, ſimul ore loquelas*
*Miſcentes fratres ſancti Michaelis in æde*
*Quos inter Bariſanus erat Leo frater & Urſue*
*Rammarius (fratreſque velut ſolet inter) agebant*
*Cœnobii de rebus, opus tanti Ordinis, atque*
*Abbatem Petrum, Petrique inſignia facta*
*Unanimes cum laudarent, obſiſtere ſolus*
*Urſinus voluit monachus, monituſque ſileret*
*Infando nec geſta patris venerabilis ore*
*Irrideret, eo demens procedere fando*
*Amplius & nequiter voluit, ſed nocte ſequuta*
*Lumina non clauſis, dulcique effuſa ſopori*
*Membra dedit, vigilans quem jam contempſerat, illum*
*Aſpicit in ſomnis irata voce loquentem*
*Hæc ſecum ſic Urſe tuo das frater honores.*
*Abbati? ſic de proprio diſſolvere linguam*
*Præſule dic debet monachus? tunc improba frater*
*Commemorans quæ fatus erat, pro crimine patri*
*Depoſcit veniam, Petrus venerabilis autem*
*Ante aras illum ducens, ita verbere cœpit*
*Acriter in totis membris affligere, ut inter*
*Tot pœnas clamaret, amens quaſi gutture voces*
*Rumpebatque omnes; pro tali cumque rumore*
*Veniſſent fratres, monachum ſomniſque gementem*
*Vidiſſent miracla ſtupent, & corpora ſomno*
*Illius excutiunt, velit & cupientibus orant*
*Dicere clamoris cauſam gemituſque, cubile*
*Qui erectus vigilanſque dolens ex ordine ſomnis*
*Omnia quæ vidit manifeſtat, & omnia narrat.*
*Inſuper haud poterat memoratus frater in uno*
*Sergius eſſe loco, per quicquam temporis, inde*
*Hincque vagabatur, ſed ſæpius, ergo ſoporem*
*Quadam nocte pater capienti apparuit, atque*
*Acriter objurgat, citius ſeque eſſe daturum*
*Crimine pro tali pœnas denunciat, idem*
*Ergo dies frater poſt paucos Sergius alto*
*Corruit & coxam fregit, percuſſus & ædes*
*Amplius haud clauſtri potuit remeare vagando.*
*Præterea extremum & miſerabile terminet iſtud*
*Tot miracla patris. Joannes frater ab urbe*
*Juſſus ut in caſtro Divi cum fratribus annos*
*Adiutoris agat, ſacrata Cavenſia quadam*
*Clauſtra die adveniens, quæ in caſtro retulit iſte*
*Geſta loquens fuerat, media ſub nocte Leoni*
*Barenſi quod Petrus ait venerabilis ut quid*
*Tam Leo ſegnis ades? ut quid pro fratribus orbe*
*Migratis, animiſque piis non debita ſolvis?*
*Scito igitur quod ſæva cito tria numina vitæ*
A *Rumpent ſia tuæ, loca nigraque mortis adibis.*
*Evigilans terrore Leo correptus, & horas*
*Viveret aſpiciens quod paucas, territus hæſit*
*Atque reformidans, flexus bis quolibet aris*
*Devota cum mente die lachrymanſque prophetæ*
*Omnia Davidis pſallebat cantica, donec*
*Correptus languore, (pater venerabilis Abbas*
*Dixerat ut Petrus) periit ſub mortis amore.*

Hactenus de Petro qui primus inventus eſt Policaſtri Epiſcopus. Cæteros, qui ante ipſum hujus Eccleſiæ habenas rexerunt non habemus, deperditis, ut diximus, monumentis.

2 ARNALDUS Policaſtrènſis Epiſcopus teſtis II.
fuit donationis Adalatiæ comitiſſæ Siciliæ & Calabriæ, quam fecit Petro Epiſcopo Squillacenſi de Eccleſia ſanctæ Mariæ de Roccella cum juribus & pertinentiis ſuis anno ab Incarnatione Domini 1110. 13. Kal. Mart. Indictione 6. Documentum dabimus in Epiſcopis Squillacenſibus. Poſt Arnaldum qui ſucceſſerit uſque ad Innocentii III. tempora non
B habemus. Legitur enim in ejuſdem Pontificis regeſtro epiſtola ad Clerum, Populum, Epiſcopumque Policaſtrenſem ut benignè Cardinalem Apoſtolicæ Sedis Legatum ſuſcipiant, & debitam reverentiam impendant; nomen autem Epiſcopi in ea non exprimitur.

3 N..... cujus nomen non habemus Saponariæ III.
Marſicenſis diœceſis Archipresbyter poſt diutinam Policaſtrenſis Eccleſiæ vacationem à Capitulo Epiſcopus electus eſt; ſed cum aſſenſum Federici Regis Sicil. expetiiſſent Canonici, & ex ipſis aliquos in Siciliam deſtinaſſent nuncios, Rex quemdam Medicum ſuum Jacobum virum indignum contra canonicas ſanctiones intrudere volens, minis & indignatione ab ipſis extorſit, ut Jacobum eligerent Epiſcopum: ii vero metu & mœrore exterriti, quod Rex jubebat effecerunt, elegeruntque contra legitimum jam electum. Is favore Regis à Tarentino & ſanctæ Severinæ Archiepiſcopis, Epiſcopoque Geruntino munus conſecrationis acce-
C pit, & ad Policaſtrenſem Eccleſiam acceſſit, quem Policaſtrenſes tanquam Epiſcopum accipere renuerunt, remque totam ad Innocentium III. detulerunt, quæ cum diu ventilata in Romana Curia fuiſſet, priorem electionem Saponariæ Archipresbyteri idem Pontifex confirmavit, ſecundam Jacobi tanquam vitio factam irritam declaravit. Datis literis ad Epiſcopum Caputaquenſem & Abbatem Cavenſis Cœnobii 15. Kal. Julii pontificatus ſui an. 14. qui fuit ſalutis 1211. Porro literæ ſunt tenoris ſequentis exſcriptæ ex regeſtro eiuſdem.

*Epiſcopo Caputaquen. & Abbati Caven. Salernitanæ diœceſis.*

*Policaſtren Eccleſia dudum proprio viduata paſtore, cum ipſius Capitulum, ſicut pro ejus parte fuit propoſitum nobis, obtenta licentia eligendi dilectum filium Archipresbyterum de Saponaria in Epiſcopum unanimiter elegiſſent, quoſdam ex Canonicis in Siciliam tranſmiſerunt ad aſſenſum Regium obtinendum. Unde cum Rex nec ſuper hoc, nec ſuper quibuſdam perſonis aliis poſtea, quod*
D *non licuit, nominatis, ad eorum potuiſſet deſideria inclinari; & ex parte ipſius Regis ſuggeſtum fuiſſet eiſdem comminationibus intentatis, ut Jacobum ejus medicum nominarent: ipſi Regis metuentes indignationem incurrere, dolentes pariter & inviti dictum Jacobum elegerunt. Qui cum dil. fil. N. G. S. Theodori Diacon. Card. Apoſtolicæ Sedis Legati, & Regis literis ad ven. fratrem noſtrum Archiepiſcopum Salernitanum acceſſit, pro confirmationis & conſecrationis grat a obtinenda, ſed Archiepiſcopus prius quam in negotio ipſo procederet noſtræ reſponſionis oraculum requiſivit. Cui dediſſe recolimus in mandatis, ut ſuper electionibus in Policaſtrenſi & Sarnenſi Eccleſiis celebratis procedere retardaret, cum diſponeremus ad Regis præſentiam noſtros nuntios deſtinare, per quos ſuper his & quibuſdam aliis noſtram plenius intelligeret voluntatem, unde cum Archiepiſcopus memorato Iacobo reſponſum Apoſtolicum reſcripſiſſet, propriis literis noſtrarum tenore literarum inſerto, idem commotus dicitur reſpondiſſe, revertar ad Regis curiam, & ab his qui eligi*

*me fecerunt, ſuper conſecratione mea favorem & auxilium obtinebo; verum eodem poſtmodum apud Regem multipliciter laborante pro conſecrationis munere obtinendo, ſupradicti Capituli nuntii, Cardinali præfato mandatum noſtrum ad Archiepiſcopum memoratum directum exponere curaverunt; ſupplicantes eidem ne dicto Iacobo ad conſecrationis gratiam obtinendam auxilium vel favorem impenderet, ad Sedem Apoſtolicam appellarunt; cum autem Card. noſtras ab eis literas quæſiviſſet, & ipſi earum penes ſe authenticum non haberent; ipſe inducias eiſdem indulſit, infra quas dictas ei literas vel earum tenorem ſub ſigillo ſupradicti Archiepiſcopi præſentarent. Quorum receſſu propter turbationem temporis retardato, ad Cardinalis præſentiam redeuntes, cum peterent inducias prorogari, Card. ipſe reſpondit ſe nullum eis terminum aſſignare, ſed ipſi bona fide quam citò poſſent ad ipſius præſentiam cum noſtris literis, vel earum tranſcripto redire curarent, cumque maris turbatione pacata ſe ad iter accingerent redeundi, in ejuſdem Card. præſentia provocationem primitus interpoſitam innovarunt: dictus verò I. apud Meſſaner. remanens civitat. per venerabiles fratres noſtros. . . . . . Tarentinum & ſanctæ Severinæ Archiepiſcopos, & Epiſcoporum Geruntinum de mandato Cardinalis ipſius obtinuit conſecrari, & prædictis Canonicis reverſis ad propria, è veſtigio ſubſecutus ad Policaſtrenſem Eccleſiam conſecratus acceſſit: quanquam eum Policaſtrenſes Canonici tanquam Epiſcopum recipere renuiſſent; porro cum iidem nobis poſtmodum ſupplicaſſent ut quod de dicto Iacobo tam perperam factum fuerat, auctoritate dignaremur Apoſtolica retractare, venerab. fratri noſtro Cuſentino Archiepiſcop., & dilecto filio Abbati Floris dedimus in mandatis, ut tam ſæpedicto Iacobo & Policaſtrenſi Capitulo, quam etiam Salernitano Archiep. evocatis, ut comparerent per ſe vel per reſponſales idoneos, coram eis inquirerent ſuper præmiſſis plenius veritatem, & quod invenirent per ſuas nobis literas fideliter intimarent, ut per ipſos certiores effecti, prout expediret in eodem negotio procedere curaremus, unde Archiepiſcopus, conjudice non valente propter guerrarum pericula intereſſe; de ipſius tamen conſenſu in negotio iam dicto procedens, admiſſis teſtibus ſuper ipſo productis, indagavit diligentius veritatem, quam ſub ſuo ſigillo ad noſtram præſentiam deſtinavit. Cum autem propter hoc nuper procuratores partium ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſſent per dilectum filium N. B. tit. ſanctæ Suſannæ Presbyterum Cardinalem ipſis auditorem conceſſum, acta inſpici fecimus diligenter. Qui cum nobis quæ invenerat explicaſſet, intelleximus per depoſitiones teſtium, & literas Card. præd. coram Archiepiſcopo Cuſentino exhibitas maniſeſte probatum, quod Eccl. Policaſtren. vacante, de præfato Archiepiſcopo concors fuerat electio celebrata, & quod nuntii deſtinati ad aſſenſum Regium obtinendum, illum cum inſtantia requiſitum obtinere minime potuerunt; quodque res per Regis familiares ipſius cognita voluntate, quod prædictum Iacobum eligi cupiebant, eum poſtmodum nominarunt. Item quod poſtquam innotuit dicto Iacobo per Apoſtolici reſcripti tenorem, eidem ab Archiepiſcopo Salernitano tranſmiſſum, quod Archiepiſcopo memorato à nobis inhibitum fuerat, ne ſuper electionibus Policaſtren. & Sarnen Eccleſiarum procederet: ipſe ad Regis Curiam rediit pro conſecrationis munere obtinendo. Rurſum quod poſtquam Cardin. præfato hujuſmodi prohibitio extitit per Policaſtrenſis Eccleſiæ nuntios reſerata, & dilatio ad noſtras ſuper hoc literas vel earum tenorem ſub ſigillo Salernitani Archiepiſcopi exhibendas ab eodem nuntiis ipſius indulta; necnon poſt appellationem ad nos interpoſitam, dictus Iacobus fuerat in Epiſcopum conſecratus. Cum ergo nobis conſtiterit electionem ipſius Iacobi non ſolum contra ſtatuta canonica, verum etiam contra conſtitutionis tenorem inter Romanam Eccleſiam, & illuſtris memoriæ Imperatricem Conſtantiam ſuper Epiſcoporum electionibus initæ, quæ proculdubio dicto innotuit Card. cum & nos illam ſibi miſerimus, & ipſe in literis quas Cuſentino Archiepiſcopo deſtinavit, de illa fecerit mentionem, minus canonice celebratam, alia non caſſata, de conſilio fratrum noſtrorum, inquiſitione ſuper gravibus quæ in perſonam ipſius Iacobi publicè dicebantur omiſſa, cum factum in ſe ipſo exiſteret vitioſum, electionem ipſam irritam decrevimus, & inanem. Interdicentes eidem executionem Pont. officii non rite ſuſcepti, Policaſtrenſi Capitulo noſtris literis injungendo, ut in electionis negotio, de præfato Archipresbytero celebratæ, concorditer procedentes, eandem Metropolitano ſuo præſentare procurent confirmandam vel infirmandam ab ipſo, prout de iure fuerit faciendum. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quod à nobis eſt ſententialiter factis appellatione remota & firmiter obſervari, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lateran XV. Kal. Junii anno XIV.*

Scriptum eſt ſuper hoc in eundem ferè modum Policaſtren Capitulo. *Eccleſia veſtra dudum, &c.*

In eundem ferè modum ſcriptum eſt ſuper hoc Salernitano Archiepiſcopo. Datum Lateran. &c.

Quatuor Capitula Regni Siciliæ, quorum modo meminit Innocentius in Epiſtola, Conſtitutionis tenorem memorantur ab aliis. Habita verò eſt hæc conſtitutio, ut ait Innocentius, cum Conſtantia Federici matre, & Siciliæ Regina. Hac de re, ſic ſe habent geſta Innocentii, quæ nuper edidit Franciſcus Boſquettus. Imperatrix verò Conſtantia reverſa Panormum miſit ad Duciſſam Spoleti, quæ filium ſuum in Marchia nutriebat, & perductum ad ſe coronari fecit in Regem, cœpitque cum eo regnare: Direxit autem incontinenti nuncios cum muneribus ad Dominum Innocentium, devotiſſime poſtulans, ut Regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, ac Principatum Capuæ cum cæteris adjacentibus ſibi, & filio ſuo concedere dignaretur ſecundum formam qua prædeceſſores ejus conceſſerunt illa Regibus prædeceſſoribus. Ipſe vero ſagaciſſimus Pontifex diligenter attendens, quod privilegium conceſſionis indultorum primò ab Adriano, & renovatum poſtmodum à Clemente ſuper quatuor Capitulis videl. electionib. legationibus, appellationibus, & conſiliis, derogat non ſolum Apoſtolicæ Sedi, verum etiam Eccleſiaſticæ libertati, mandavit Imperatrici, ut illis Capitulis renunciaret omnino. Et cum ea non eſſet aliquatenus conceſſurus; tentavit illa propoſitum ejus muneribus immutare, quod cum efficere nequiſſet, miſſis honorabilibus nunciis Anſelmo Neapolitano Archiepiſcopo, Aymerico Syracuſano Archidiacono. Thoma Juſtitiario, & Nicolao Judice poſt tractatum diutinum obtinuerunt conceſſiones. Privilegiorum innovari, Capitulis illis omnino remotis ſub cenſu, fidelitate, & hominio conſuetis, privilegium non pervenit ad illam mortis acceleratione præventam. Hæc ad verbum retulit Antonin. Chron. par. 3. tit. 19. cap. 1. §. 1.

4. Fr. GUILLELMUS de Licio Ord. Minorum Epiſcopus fuit, teſte Petro Rodulpho Toſſinianenſi, circa ann. Dom. 1222. quod mirum videtur doctiſſim. Waddingo in Append. ad pr. tom. *Videtur*, inquit, *aliquantulum admiratione dignũ, quod vivente ipſo humillimo* (Franciſco) *inſtitutore, valde hujuſmodi ſuorum Fratrum promotionibus adverſante, ut alias diximus, tres primi* (nempe Ruffus Anconitanus, Gabriel Policaſtrenſis, Petrus (1) Groſſetanus, & Simeon Aſsiſienſis Epiſcopi) *& paulo poſt quartus ad Epiſcopalem eveherentur dignitatem, niſi fortaſſis gravia eorundem in Eccleſiam obſequia, aut eminentia merita difficultatem hanc ſuperarint, & præmium hoc omnino ſibi vindicaverint.* Hæc ille. IV.

5. N. . . . . per obitum Epiſcopi Policaſtrenſis ex Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ à Capituli minore parte eligitur, an deinceps ex mandato Gregorii IX. qui per ſuam epiſtolam monuerat Capitulum, ut caſſata priori electione ad aliam intenderent Canonicam ſubſtitutionem Antiſtitis. An idem Archidiaconus fuerit ad eam dignitatem aſſumptus ignoratur. Scripta fuit epiſtola illa anno 2. Pontif. Salutis verò 1237. Nonis Septembris. Extat in ejus Regeſto num. 24. fol. 48. V.

6 JOANNES Caſtellomata Salernitanus nobili familia natus per Georgium S. Euſtachii Diac. Card. Apoſtolicæ Sedis Legatum Epiſcopus Polica- VI.



(1) Petrus iſte deſumptus fuit ex Ordine Ciſtercienſi, & monaſterio S. Galgani celeberrimo agri Senenſis, ut idem Ughellus aſſerit in Groſſetanis Antiſtitibus.



ſtrenſis delectus ab Innocentio IV. Pontifice ann. 1254. 10. Kalend. Novembris confirmatur, Capituloque Policaſtrenſi commendatur ab eodem, ut ex B
epiſt. num. 326. ſol. 182. anno ſui Pontiſ. 12. in Reg. Vat. legitur. Paululum Pontifex fuit, vel morte oppreſſus, vel ad aliam dignitatem tranſlatus. Ex hac nobili Caſtellomata familia nuper obiit amicus noſter Pyrrhus Aloyſius eruditiſſimus, ac digniſſimus, Aſculanæ Eccleſiæ in Apulia Epiſcopus, de quo ſuo loco.

VII. 7. MARIUS ſucceſſit Joanni, paucoque tempore hanc rexit Eccleſiam, & ad ſancti Marci in Calabria Epiſcopatum tranſlatus eſt anno 1256. 15. Kalend. Auguſt. de quo ex lapſu memoriæ in noſtro S. Marci Epiſcoporum catalogo non meminimus. Ponendus eſt ante Fabianum, ſeu Fabritium.

VIII. 8 FARRITIUS, ſeu FABIANUS Epiſcopus S. Marci ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt ab Alexandro IV. ann. 1256. 15. Kalen. Aug. cui commendat Pontifex Marcum olim Policaſtrenſem, tunc S. Marci Epiſcopum, in epiſtola Vat. Regeſt. nu. 378. fol. 198 anno Pontificatus ſui ſecundo.

IX. 9 BARTHOLOMÆUS an. 1278. memoratur C
in Regio regeſt Neapolitano.

X. 10 THOMAS hujus Eccleſiæ Epiſcopus mortalitatem explevit an. 1356.

XI. 11 FRANCISCUS Capograſſus Salernitanus ex Decano Capuanæ Eccleſiæ ab Innocentio VI. die 10. Kalend. Feb. anno 1356 datus eſt ſucceſſor Thomæ, conſecratuſque eſt Epiſcopus, de quo in Reg. Vat. epiſt. 53. fol 51. In cujus vivis anno 1371.

XII. 12. NICOLAUS vixit ſchiſmatis tempore, qui cum partibus Antipapæ Clementis VII. adhæſiſſet, ab Urbano VI. Epiſcopatu mulctatus eſt extremis diebus ſui Pontificatus, ut habetur in lib. Proviſ. Prælatorum Bonifacii IX. Erat is Ordinis Minorum expreſsè profeſſus, qui poſt aliquot annos defuncto ſucceſſore Luca, ad gremium Eccleſiæ reverſus eidem Policaſtrenſi Eccleſiæ præficitur à Bonifacio anno 1403. 7. Id Febr. obiit anno 1417.

XIII 13 Fr. LUCAS de Rocca Contrata ejuſdem Ordinis Minorum in admoti Nicolai locum Policaſtrenſi præficitur Eccleſiæ anno 1 92. tranſlatus deinde ad Bellicaſtrenſem anno 1403. 7. Id. Feb. (1) D

14 ROBERTUS Epiſcopus Squillacenſis vivente Luca in ſchiſmate tranſlatus ad hanc Eccleſiam anno 1413. potius videtur intruſus quam legitimus Epiſcopus.

XIV. 15 NICOLAUS Abbas monaſterii S. Joannis ad Pirum Ordinis S. Baſilii Policaſtrenſis diœceſis
a Nicolao defuncto Roberto *a* à Capitulo delectus eſt Epiſcopus ann. 1417. ſequenti 7. Kal. Martii a Martino V. confirmationem accepit; id narrat lib. Prov. Præl. Forte obiit anno 1438.

XV. 16 JACOBUS Lancellottus Tropejenſis Eccleſiæ Decanus per obitum prædeceſſoris creatus eſt Epiſcopus 9. Kal. Novemb. 1438. mortuus eſt anno 1445.

A 17 Fr. CAROLUM Neapolitanum Ord. Eremitarum S. Auguſtini ſacræ Theologiæ eximium doctorem Eugenius IV. ad hanc ſedem provexit anno 1445. pridie Id. Apr. cujus mentio in Actis Conſiſt. & in Regio Regeſt. Neap. XVI

18 Fr. HIERONYMUS de Vinea Ord. Prædicatorum Policaſtrenſis erat Epiſcopus ann. 1455. teſte Theodoro de Valle in lib. Vir. Illuſtr. Ord. Præd. p. 3. XVII.

19 Fr. HENRICUS Languardus Panormitanus Ord. Præd. Neapolit. Regis a ſacris Confeſſionibus menſe Octob. 1468. eandem ſedem adeptus eſt. Tranſlatus eſt anno 1471. ad Eccleſiam Acheruntinam. XVIII

20 GABRIEL Altilius *b* Lucanus Latinæ linguæ peritiſſimus, lepiduſque poeta in Regia aula ſummæ exiſtimationis, junioris Ferdinandi Regis Neapol. præceptor à Sixto IV. fuit adlectus Epiſcopus an. 1471. 14. Kal. Octobr heroico carmine excelluit, ut Pontani, atque Actii teſtimonio, antiquis vatibus exæquaretur. Factus Antiſtes, ut Jovius refert in elogiis, à Muſis per quas profecerat celeriter deceſſit, ad ſacras litteras Præſuli dignas confugit. Magnopere celebratur teſte Jacobo Gaddio in libro eruditiſſimo de Scriptoribus non Eccleſiaſticis, Altilii epithalamium Iſabellæ Aragoniæ, in quo miram habet, ac ſingularem eruditionem, tum facundiam, teſte Gyraldo. qui ſubdit, affectatim tamen in quibuſdam: idem epithalamium longe optimum appellat Scaliger, qui tamen authorem carpit, ut nimium atque verboſum. Illud alia comitantur epithalamia, quæ generatim tangit Poſſevinus in lib. 28. Bib. ſel. ubi memorat non paucos Poetas egregios. Mortuus eſt in ſacrata Sacerdotii Sede ſexaginta annis major, ſalutis vero 1484. Tulit Pontani pietate ſupremi officii nobile carmen, quod pro titulo urnæ marmoreæ incideretur. XIX

*b* De eo Toppius in Bibl. Neap. p. 101. & 381. eodem. in Addit. p. 52. Mandoſ.

*Et tibi dant tumulos Muſæ, meritumq; ſepulchrum,*
*Et tibi dant titulos, quæ tibi culta Charis.*
*Altili ò veneranda jaces hic, hac jacet urna*
*Pontificale decus, Pontificalis honos.*
*Ergo agite ò Nymphæ Sebethides, ergo age virgo*
*Parthenope ad tumulum ſpargite veris opes.*
*Sparge tuos flores, florum fœcunda Patulc,*
*Et ſic ſparge tuas Antiniana roſas:*
*Altilio requiem dic ò chare, dic age Chie*
*Luceat Altilio lux ſine fine tua.*
*Quiſquis adeſt pia verba ſonet, madeatque ſepulchrum*
*De lachrymis madeat Pieri rore tuo.*

At de iis carminibus hoc judicium protulit Gaddus. Extinctum ornavit Pontanus carmine, quod pro titulo urnæ marmoreæ incideretur ſanè ingenioſo, & nobili, ſed parum gravi, minuſque congruo Pontifici ſacro cujus Pontificalem honorem, & decus attollere dum vult, elevare videtur levitate. Peramœna, & nimis tenera lachrymarum, roſis, florum, nympharum, pieridis, charitis, quæ nomina mollior, & amœnitates ethnicas redolens Pontanus ad ſatietatem ſuis in tumulis repetit nulla fere diſtinctione perſonarum.

21 Fr. HIERONYMUS Almenſa Neapolitanus Ord. Prædicatorum Altilio ſucceſſit die 10. Januarii 1485. vir Theologica facultate, prudentia, & in rebus agendis experientia longe clariſſimus, ſumma apud Neapolitanum Regem exiſtimatione ſub ipſo variis functus muneribus; eidemque apud Alexandrum VI. orator Romæ exceſſit domeſticus, ut vocant, ſacri Palatii Prælatus anno 1493. die 4. Januarii ſequentis noctis hora quinta; die ſequenti nobili funere conditus eſt in templo D. Mariæ Virginis ſuper Minervam. Refert Theodorus de Valle l. 4. Virorum Illuſt. Ord. Prædicatorum Hieronymi cadaver Neapolim tranſlatum fuiſſe, ac reconditum in Eccl. S. Dominici in ſepulc. quod parenti, & ſibi paulo ante poſuerat cum hac inſcript. XX

Hie-

(1) Eademmet die videlicet 9. id. Febr. 1403 Fr. Nicolaus huic reſtitutus eſt ſedi, quam vacuam reliquit decedens 1419. Robertus deinde à Squillacenſi ad hanc Eccleſiam tranſlatus refertur in Ughello in ſchiſmate adhuc vivente Luca an. 1413. adeoque exiſtimandus intruſus. Sed Robertus iſte in Squillacenſibus promotus dicitur à legitimo Pontifice Bonifacio IX. & non ad hanc Policaſtrenſem, ſed ad Bellicaſtrenſem abierat. Et nonniſi per deceſſum Nicolai, qui certo contigit anno 1419. ſucceſſor evaſit non Robertus, ut ait Ughellus, ſed Nicolaus. Ita deſumimus ex actis Conſiſt. diligenter examinatis. Laudatus.

*Hieronymus ex religioſa Prædicatorum familia Policaſtrenſis Pont. & Bernard. Phyſic. Cataldo Almenſæ patri, ne officium in paternum cinerem detineret, & ſibi & poſteritati poſuit an. MCCCCLXXXXI.*

XXI. 22 GABRIEL Guidanus Lycienſis in demortui Hieronymi locum declaratus eſt Epiſcopus ab Alexandro VI. eodem anno 1493. die 7. Januarii, tertia ab obitu Hieronymi. Ita in Actis Conſiſt.

XXII. 23 ALOYSIUS Cardinalis de Aragonia *a* per deceſſum, ſeu ceſſionem Gabrielis hanc habuit commendatam Eccleſiam, quam dimiſit cum regreſſu an. 1504.

*a* De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 187.

XXIII 24 BERNARDINUS Laureus Spoletanus hanc Eccleſiam obtinuit à Julio II. anno 1504. die 22. Aprilis: fato ceſſit anno 1516.

XXIV 25 JOANNES Neapolitanus accedente aſſenſu Aloyſii Cardinalis Aragoniæ delectus eſt Antiſtes die 18. Auguſti 1516.

XXV 26. PYRRHUS-ALOYSIUS poſtquam per aliquod tempus hujus Eccleſiæ fuiſſet Epiſcopus, eam liberè reſignavit die 30. *b* Januarii 1530.

*b* Die 6. Febr. 1531.


XXVI 27 BENEDICTUS Cardinalis Accoltus *c* factus eſt Adminiſtrator eadem die 30. *d* Januar. 1530. quam Eccleſiam & ipſe reſignavit ſub Paulo III. an. 1535.

*c* De eo citatus Ciaconius tom. 3. col. 479.

*d* 6. Febr. 1531.

XXVII. 28 ANDREAS MATTHÆUS Cardinalis Palmerius *e* hanc habuit commendatam Eccleſiam 5. Julii 1535. Obiit 1537. de quo alibi.

*e* De eo idem Ciacon. ibid p. 491.



XXVIII. 29. FABRITIUS, vel FABIUS Arcella Neapolitanus clara, & nobili ſtirpe natus, Epiſcopus Biſignanenſis. ad hanc Eccleſiam translatus 5. Maii *f* 1537 Sedit ann. 5. eamque reſignavit.

*f* 26. Febr.

XXIX. 30 UBERTUS Cardinalis *g* de Gambara fuit Adminiſtrator nono *h* Januarii, anno 1542. deinde onus cum regreſſu, ut tunc mos erat, depoſuit an. 1543. die 8. Junii.

*g* De quo idem Ciaconius ibid. p. 666.

*h* Die 19. Febr.

XXX 31 NICOLAUS FRANCISCUS de Maſſenella Neapolitanus, Policaſtrenſem Pontificatum obtinuit ex ſupradicti Cardinalis ceſsione die *i* 1. Junii 1543. triginta, & quatuor omnino annos hanc rexit Eccleſiam, obiitque anno 1577.

*i* 18. Junii.

XXXI 32 LUDOVICUS Bentivolus *k* Bononienſis Comitis Conſtantii filius, utriuſque Signaturæ Referendarius die 4. Junii 1577. creatus eſt Epiſcopus. Bononiæ munus conſecrationis accepit ab Annibale Craſſo Faventino Epiſcopo in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Monte. Poſt annos quinque a ſua Præfectura translatus eſt *l* ad Eccleſiam Tiphernaten. de quo ibi 1. tomo.

*k* De eo Galeottus de viris illuſtr. Bonon. & Ciampinus in Enarrat. Synop. Abbrev. p. 21.

*l* Monaſt. 1581. 27. Novemb. ex Actis.

XXXII. 33 FERDINANDUS Spinellus clara, vetuſtaque familia Neapoli natus Ferdinando Seminariæ Duce patre Epiſcopus Neocaſtrenſis ad hanc Eccleſiam translatus 4. Decembris 1581. Neapoli mortem obiit. In Eccleſia ſanctæ Catharinæ

A



B de Funarils tumulum accepit, ubi epitaphium hoc.

*Ferdinando Spinello Ferd. Ducis filio poſthumo, cui tractanti arma Tribunus Militum à Philippo II. Hiſpaniarum Rege delectus eſt ad ſacram militiam adeunti Neocaſtrenſis primum, deinde Policaſtrenſis à Gregorio XIII. Pont. Max. Carolus Spinellus major natu contra votum ſuperſtes fratri unanimi F. C.*

34 PHILIPPUS Cardinalis Spinellus *m* Epiſcopus fuit Policaſtrenſis, deinde Averſanus 1605. de quo vide Averſanorum Epiſcoporum noſtram ſeriem tomo primo. XXXIII.

*m* De eo Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 350.

De quo nec ſilentio prætereundum, quod poſt annum vigeſimum ab ejus obitu in Eccleſia S. Dominici hoc honorarium eidem monumentum marmore inſculptum fuit, Petro Antonio Archiepiſcopo Roſſanenſi nepote curante;

*Philippo Cardinali Spinello ex Ducibus Seminariæ,* C *& Principibus Cariati, Archiepiſcopo Coloſſenſi, Epiſcopo Policaſtrenſi primum, tum Averſano, Apoſtolicæ Cameræ Clerico, & Legato apud Cæſarem, Ferrarienſes ſumma cum poteſtate Prolegato, aliiſque egregia cum laude muneribus adminiſtrandis clariſſimo pietate, prudentia, dexteritate & ingenii felicitate non impare, omnibus æque caro, ac ſemper ſuſpiciendo, qui in ipſa Averſ. diœceſis luſtratione obiit quinquagenario major, Petrus Antonius Spinellus Archiepiſcopus Roſſanenſis Patruo de ſe optimè merito grati animi monumentum Spinellianæ propter areæ fontem à ſe conſtructum, anno ab ejus obitu xx. à Chriſto nato MDCXXXVI.*

35 HILARIUS Corteſius *n* Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus doctrina, & morum integritate egregius, qui abſente Spinello, hujus Eccleſiæ vices diu geſsit, à Paulo V. datus eſt ſucceſ- D ſor eidem Cardinali Spinello anno 1605. die 6. Junii. Exceſsit ſub eodem an. 1608. obeunte Septembri menſe: vir Cæſarei, Pontificiique juris ſcientiſsimus, plura reliquit ſui ingenii monumenta, quæ in Neapolitano D. Pauli tabulario extant. XXXIV.

*n* De eo Silos in hiſt. Cleric. Regul. par. 2. l. 4. p. 172. Monaſt.

36 ANTONIUS Sanctorius effectus eſt Policaſtrenſis Epiſcopus die 26. Aprilis 1610. poſt longam annorum ſeriem extrema clauſit anno 1629. XXXV.

37 URBANUS Feliceus Aquilanus J. U. D. amœnique ingenii vir, & eruditus amicus noſter, nec eo cogitante ab Urbano VIII. Pont. Max. Policaſtrenſis Epiſcopus declaratus eſt, anno 1630. die 4. Martii. Synodum diœceſanam collegit an. 1632. quam Romæ typis edidit eodem anno. Præfuit laudabiliter annis quinque, & in ipſo ætatis flore extinctus eſt anno 1635. Scripſit Feliceus teſte Leone Allatio de viris Illuſtribus, & addidit de ſumma Trinitate, ad Urbanum VIII. Panegyricum habuit coram eodem Pontifice in ſacello Quirinali ipſo XXXVI.


Tri-

A Trinitatis die Bivlum . . . . Epiſtolare , ubi Panegyricus de Trinitate præſidium parat, alterum ad Dominicum Gravinam ex Prædicatorum familia,alterum ad Antonium Carraciolnm Clericum Regularem. Centurias, notationes nondum cuſas. Hiſtoriæ Pontificis juriſdictionis auctore Michaele Bouuel notationes. Plura apud ipſum vidi ſui ingenli monnmenta ,quorum non meminit Allatius. Parabat ſuæ Eccleſiæ hiſtoriam , ſed morte præventus egregius Præſul cum ipſa interlit.

XXXVII. 38 PETRUS Magrl ſucceſsit Urbano ab Urbano VIII. Pontifice ad hanc dignitatem evectus die pr. Oct. 1635.Obiit ſub Innocentio X.an.1652.

XXXVIII 37 JACOBUS Meſsanenſis electus die 26. Auguſti 1652. vivlt.

*A D D I T I O.*



B

(,,PHILIPPUS *Jacobius , Nobilis Mrſſanenſis,*
,, *& 1.Theologiæ Magiſter,electus 26. Aug. 1652. Diœceſanam ſynodum coegit an. 1655.Urſacæ,ubi Epiſcopale palatium ſplendidè refecit , atque amplia-*
,, *vit , in cujus aula Anteceſſorum ſuorum memoriam*
,, *reſtaurandam curavit , ut ſequens inibi appoſita*
,, *proloquitur epigraphe.*

,, Antiqnorum Præſulnm Eccleſię Policaſtren.
,, memoriam jamdiu oblitam , quoad ſcribi potuit , revocari, & conſervari curavit Philip-
,, pus Jacobus Meſsanenſis ejuſdem Eccleſię E-
,, piſcopus anno ſal. 1665. ſui Epiſcopatus XII.
,, Pontificatus verò Alexandri VII. anno XI.

C

,, *Immunitatis Eccleſiaſticæ acerrimus defenſor di-*
,, *ea perpeſſus eſt , donec Romam ſe proripuit , ubi*
,, *jam ſenio gravis ut quieti conſuleret , ulteo nun-*
,, *cium eemiſit an. 1671.*



D

XXXIX. ,, *Fr.* VINCENTIUS *de Sylva , nobilis Nea-*
,, *politanus , cujus progenies inter Capuani Sedilis*
,, *Equites adſtipulatur , ipſe tamen Averſæ natus ,*
,, *S. Dominici inſtitutum profeſſus eſt , in eoque ſacrę*
,, *paginæ magiſter , necnon Lector jubilatus in pu-*
,, *blicis Neapolitanis ſtudiis , quique Prior tum Nea-*
,, *poli in S. Petri , tum Averſæ cœnobiis , atq; in Pro-*
,, *vinciali Neapolitani regni Capitulo Definitoris of-*
,, *ficio egregiè functus fuit , adeoque dignus , qui ad*
,, *clavum hujus navigii ſederet , 4. Maii 1671. Phi-*
,, *lippo ſubrogatus eſt . Policaſtrenſis Epiſcopi domi-*
,, *cilium, quod temporis injuria ubique vel dirutum,*
,, *vel fatiſcens tutò incoli nequibat, omninò reſtaura-*
,, *vit; ſynodum diœceſanam tenuit editis ſalutaribus*
,, *ſanctionibus, quæ impreſſe tatiarum adhuc vigent.*
,, *Ipſe quoque pro tuendis Eccleſiæ ſuæ juribus ſtre-*
,, *nuè dimicavit ; cumque à Fabritio Carafa tum*

A

,, *Policaſtri Comite in Epiſcopali Urſacę palatio fuiſ-*
,, *ſet obſeſſus, Fabritium, ejuſque aſſeclas diris innodavit,*
,, *& totam Comitis ditionem Eccleſiaſtico ſub-*
,, *jecit interdicto: atque inde armata hominum manu*
,, *ab Aſſlicta gente ereptus, ut etiam ab inſidiis, quæ*
,, *illi ab hoſtibus parabantur , ſubduceretur , ad Cal-*
,, *venſem tranſlatus eſt Eccleſiam ab Innocentio XI.*
,, *die 10. Aprilis 1679.*



B

XL ,, THOMAS *de Roſa ex Epiſcopo S. Angeli Lom-*
,, *bardorum , & Biſacien. ad hanc ſedem tranſiit 8.*
,, *Maii 1679. Hic cum Fabritio Comite tranſegit, pa-*
,, *cemque Eccleſiæ ſuæ feliciter reddidit, Cathedrale*
,, *Policaſtri templum , quod ruinam minabatur, reparavit,*
,, *illudque novo laqueari contexit . Plura eru-*
,, *ditè ſcripſit, inter quæ* De executione litterarum
,, Apoſtolicarum;De recta diſtributione reddituum
,, Eccleſiaſticorum ; & de vera reſidentia Epiſco-
,, porum *opera typis commiſſa ſunt . Deceſſit Urſacæ*
,, *nonis Octobris 1695. ibi in Parochiali Eccleſia*
,, *tumulatus cum hoc Epitaphio .*

,, Thomæ de Roſa Epiſcopo primum S. Angeli
,, Lombardorum & Biſacien. hinc ab Innocen-
,, tio XI. Pontifice Max. Eccleſiæ Policaſtren.
,, præpoſito , qui tutando Eccleſiaſtico juri in-
,, tentus. diſſidiis tranquillitatem prudenter re-
C ,, ſtituit , & religione in Deum , largitione in
,, pauperes, comitate in omnes, doctrina, mori-
,, bus inſignis, paſcendo gregi vigil , primævam
,, pietatis menſuram explevit . Servata juriſdi-
,, ctione , editis doctis voluminibus , rebus præ-
,, clarè geſtis, forma ſuperſtes deceſſit nonis O-
,, ctobris 1695. aonum agens 69. cum Epiſco-
,, patui præfuiſſet 34. M. Antonius de Roſa in
,, adoleſcentia olim Vicarius , mox in Epiſco-
,, patu patrui ſucceſſor , eidem benemerenti,&
,, ſibi , ut ambo ſanguine juncti , & eadem tiara
,, ornati , uno etiam lapide jungerentur M. P.



D

XLI. ,, HIACYNTHUS *Camillus Maradeus , Caſ-*
,, *ſanenſis, cum Tarentini, S. Marci , Caſſanenſis , ac*
,, *Salernitani Præſulum ſucceſſivè Propontifex extitiſſet,*
,, *hac mitra decoratus eſt die 2. Aprilis 1696.*
,, *qua fulſit per novennium Urſacæ defunctus die 2*
,, *Septembris 1705. Sponſam ſuam moriens hæredem*
,, *ex aſſe reliquit . Ejus cadaver Policaſtrum tranſ-*
,, *latum eſt, & in Cathedrali Eccleſia tumulatum ad-*
,, *dita ſepulchro ſequenti epigraphe.*

D. O. M.

,, Hiacyntho Camillo Maradei Epiſcopo Poli-
,, caſtren. magni nominis, majoris indolis, lau-

dum

,, dum omnium capaciſſimo ; in utraque palæ-
,, ſtra ſcientiæ , & morum inſigni ; adverſum
,, mortalitatem immortalibus ingenii monu-
,, mentis tutiſſimo; de hac ipſa ſibi deviĉtiſsi-
,, ma ſponſa , quam pontificiæ liberalitatis e-
,, xemplo hæredem ex aſse inſtituit, plurimum
,, ſemper merito; vita functo tertio nonas Se-
,, ptembris an. Dom. 1705. ætatis ſuæ annorum
,, 64. præſulatus ſui nono. M. Antonius de Ro-
,, ſa ſucceſsor Epiſcopus, Canonici, aliique Ca-
,, pitulares grati animi monumentum PP.



XLII ,, M. ANTONIUS *de Roſa, Neapolitanus , J.*
,, *U.D. patriæ Metropolitanæ Canonicus & Oecono-*
,, *mus , Conſultor cauſarum curiæ Archiepiſcopalis ,*
,, *ac Viſitator civitatis , & diœceſis Neapolitanæ ad*
,, *hanc Cathedram evehitur 14. Decembris 1705. Po-*
,, *licaſtrenſem Cathedralem antiquæ ſtructuræ in*
,, *meliorem, modernamque faciem refecit , Semi-*
,, *narium reſtauravit, redditibuſque beneficiorum S.*
,, *Mauri, & S. Michaelis Archangeli locupletavit .*
,, *Maximis impendiis atque laboribus Eccleſiæ ſuæ*
,, *jura adverſus Policaſtrenſem Comitem ſacerdotali*
,, *conſtantia tutatus eſt . Dum autem in inviſenda*
,, *diœceſi totus incumberet , in morbum incidit , cum*
,, *quo per menſem propè colluctatus tandem deceſſit*
,, *Urſacæ 28. Novembris 1709. in eodem, ubi Tho-*
,, *mas ejus patruus jacebat , ſepulchro tumulatus .*



XLIII. ,, ANDREAS *de Robertis , Petri , ac Hippoly-*
,, *tæ Fortunatæ de Giſonibus filius, antiquæ generis*
,, *nobilitati novum addit præclaris virtutis decus .*
,, *Neapoli , atque Romæ cum amænioribus æquè ac*
,, *ſeverioribus litteris egregiam navaſſet operam , in*
,, *alma urbe utriuſque juris lauream accepit ; ubi in*
,, *eminentiſſimi Conſtantii aula diu commoratus , va-*
,, *cante per obitum Innocentii XII. Apoſtolica ſede ,*
,, *Conclavis Dapifer creatus eſt . Hinc per quinquen-*
,, *nium complures urbis Eccleſias Viſitator Apoſtoli-*
,, *cus perluſtravit , gravem ei dimandante provin-*
,, *ciam Emin. Paracciano Congregationis præfecto.*
,, *Rerum autem præclarè geſtarum laude cum jam ad*
,, *altiorem gradum ſibi viam ſtraviſſet , à regnante*
,, *feliciter Clemente XI. ad Raguſinum Archiepiſco-*
,, *palem thronum evectus eſt 12. Septembris 1708. at-*
,, *que inde quinquennio poſt ad hanc Policaſtrenſem*
,, *ſedem translatus 27. Novembris 1713. Mirum ,*
,, *quot labores exhauſerit , quæ diſcrimina Deo ad-*
,, *juvante effugerit , dum ſponſæ ſuæ jura ſarta te-*

A ,, *cta ſervare nititur infractus Præſul. Diu vivat*
,, *optimus Antiſtes Eccleſiæ gregiſque ſui commodo*
,, *unicè intentus .)*

# SARNENSES EPISCOPI.



B SARNUS *a* civitas mediterranea eſt Principatus Citerioris ad radices montis poſita , ubi fluvius Sarnus fluit , unde Sarni nomen fecere , ad quatuor millia mortalium complectitur , & alit in regione fertili , & amœna . Quando fuerit condita , aut quis ejus fuerit auctor , nullus commemorat ; antiqua tamen eſt , quam Sarnus fluvius celebrem reddit . Hujus meminit Virgilius Æneid. 7.

*a* Vulgo Sarno.

*Sarraſtes populos , & quæ rigat æquora Sarnus .*

Flumen eſt memorabile Sarnus , in eoque qua arte , qua caſu , quæ proiiciuntur miraculoſa naturæ virtute omnia in lapides convertuntur , ut Strabo , & Plinius ſcribunt . Neronem Imperatorem Sarni ſalubres aquas per 45. m. p. Bajas , ac Miſeno deduxiſse ad delitias ferunt . Giſulphus Salerni Princeps Sarnum ſuæ ſubjecit poteſtati , eumque Rodulpho nepoti ſuo dono dedit , anno 975. ut Herimpertus narrat . Poſt multa verò ſæcula Urſinis Nolæ Comitibus , Coppolis , Tutavillis , ac Columnenſibus dynaſtis , titulo Comitatus ceſsit ; nunc C ſub Regia poteſtate eſt . Hanc perbellè nobilitarunt pacis , bellique artibus inſignes viri , inter quos recenſendus Marianus ille Abignete , Italicæ militiæ gloria ſingularis , unus ex illis tredecim Italis præclariſsimis , fortibuſque militibus , qui ad gloriam Italici nominis cum totidem Gallis viris virtute non imparibus pugnarunt , ac vicerunt , Ferdinando Rege Catholico regnante . Hujus facti hiſtoriam narrat Guicciardinus , Jovius , aliique præclaræ notæ Scriptores , inter quos Cantalicius laudat Marianum ;

*Ibat ante omnes Marianus gloria Sarni .*

Quis huic civitati protulerit Evangelii lumen , non ſatis conſtat ; poteſt autem ex conjectura cum cæteris huius provinciæ civitatibus didiciſſe ſacra Chriſtiana . Epiſcopali dignitate exornata eſt ab Alfano primo Salernit. Archiepiſcopo , ex Apoſtolica Alexandri II. auctoritate an. 1066. Giſulfo Guaimarii filio , ultimo ex Longobardis Salerni D Principe Sarnum dominante . Primus Epiſcopus creatus eſt Riſus , qui Baſilicam Cathedralem titulo S. Michaelis Archangeli erexit , quam deinceps magnificentius exornarunt , ac pene reædificarunt à fundamentis ſucceſſores Epiſcopi . Quatuor habet hæc Baſilica dignitates Primicerium videlicet ſecundum ab Antiſtite , Archidiaconum , Cantorem , ac Archipresbyterum , octoque *b* Canonicos , ( ,, *utraque præbenda deſtitutos* ) aliosque Presbyteros , & Clericos . ( ,, *Presbyter ab Epiſcopo deputatus inde exercet curam animarum , & aliæ duæ* ,, *extant Parochiales , quæ regunt animas omnes* ,, *circiter* 6000.) Aliam habet hæc civitas collegiatam Eccleſiam ſancto Matthæo Apoſtolo ſacram , ubi octo Canonici deſerviunt . Virorum monaſteria quatuor , inter quæ S. Mariæ de Fere Ordinis Minorum Conventualium , ubi iacet Gualterius Joannis Brennæ Hieroſolymæ Regis filius . Sanctimonialium ſeptum unum , xenodochia duo , duo

*b* Sex.

mon-

A fecit, ubi cum hiemali tempore frequenter intraret, de nuditatis & frigoris tolerantia gloriari cum Paulo potuiſſet. Vinum omnino ſprevit, ut etiam debilitate ſtomacho, & voce jam ferè amiſſa, vix à bonæ memoriæ Papa Urbano ad ejus quamvis modicum uſum reduci potuiſſet. Loricam ſubtus ad carnem occultam induit quouſque putreſceret, & ab ejus corpore rupta cecidiſſet, ſed quia longum eſt, ſi ſingulis immoremur, hoc ſolum adhuc de ejus fama ſubjungimus, quia in omni ferè orbe venerabilis habebatur, ſed, ut ſæcularis auctoris verbis utar, rigidi honeſti tantus obſervator fuit, ut cum videri ab ipſis etiam Imperatoribus, & hujus ſæculi potentibus longe poſitis optaretur, multaque ei hoc, monaſterio bona promitterent, vir ſanctus renuit, nec pro temporalibus rebus à Deo recedendum eſſe judicavit. Et quia à nonnullis qualis coram Deo ſit non creditur, qualis ſit ab eo oſtenſus ad detractorum ejus confuſionem proferamus. Nam ut Evangeliſtæ Joannis verbis utar, ſi non eſſet ex Deo, non poſſet facere quicquam. Et quia ut dixi æmulos dicti viri confundere cupimus, ferè B omnium miraculorum ejus teſtes optimos, viros ſcilicet ſanctos ac venerabiles producamus; quanquam neceſſe non eſſet ejus ſanctitatem probare miraculis, cum tantam operum ejus magnitudinem teneamus: opera namque mira, atque ingentia ſunt, quæ teſtimonium perhibent de eo, tanti conſtructio monaſterii, tanta elegantia ab eo fundatæ Religionis. Nam ſi is qui aliquem peccatorem converterit multitudinem operit peccatorum, & qui calicem aquæ frigidæ ſitienti dederit mercedem in cœlis habet, quanta lucra hujus, quantos meritorum cumulos eſſe dicimus, qui tam largus in paupere, tam dives in miſericordia, tam ſtudioſus, & fervens ad lucrandas animas declaratur, ut quamdiu vixerit nihil aliud egerit, & quamdiu mundus volvitur, quia in eo converti peccatores non deſinit ejus meritum ſemper augetur, ſed ejus ſtudia quanto ferbuerint vigore, quam ſcilicet fuerit pravis rigidus, quam mitibus humilitate ſubjectus, quia explicare longum C eſt, omittentes quam mirabilis ab omnipotenti Deo potius oſtenſus ſit videamus: Senex namque venerabilis Petrus Spoletinus, & Petrus Trojanus cujus religionis, atque veritatis fuerint nullus qui eorum tempore in monaſterio manſit ignoravit. Hi mihi narrare conſueverant quia quadam die dum monaſteria circuiret, Tereſinum cum eo venerant; ibi vero cum in Eccleſia ſancti Joannis miſſas celebraret, & quidam flabelli miniſterium negligenter exhiberet, lampadem impulit & oleum ſuper altare fudit. Cumque prandeum ſparſus liquor infudiſſet, vir Domini valde contriſtari cœpit, & hoc quod contigit non negligentiæ miniſtri aſcribere, ſed ſuis demeritis imputare: poſt aliquantos verò dies cum ad ſancti Archangeli Eccleſiam veniſſent, prædicti fratres & cæteri qui ſancto viro miniſtrabant prandeum illud curaverunt producere, ut inde oleum educere lavando debuiſſent, ſed quod valde ſtupendum eſt, ita candidū & mundum inventum eſt, ac ſi oleum in eo nunquam cecidiſſet. Quod fratres cognoſcentes omnipotenti D Deo gratias retulerunt, qui quoſdam electos ſuos tam tenere diligit, ut nec ad modicum patiatur contriſtari. In eodem quoque monaſterio res æque mirabilis accidit, ſicut eodem viro bonæ memoriæ Petro Trajano narrante cognovi. Nam cum Floccum D. Abbatis à capellanis fuiſſet negligenter repoſitum, muſtela hoc juxta cavernulæ ſuæ foramen reperit, corroſit, ac ſcidit: cumque venerabili viro fuiſſet oblatum, ut corroſum vidit, indignans repulit, atque ait. Ite, & ei qui ſcindere præſumpſit projicite. Quod fratres ita ut juſſerat unde tulerant poſuerunt. Alia verò die cum per locum pertranſirent muſtelam quæ illud veſtimentum corroſerat ſuper illud jacentem mortuam invenerunt. Tunc nimis admirantes, quantæ virtutis pater eorum eſſet, colligere cœperunt, contra cujus voluntatem vivere animalia bruta nequiviſſent. Sed divinum affectum erga venerabilem patrem cur in animalium brutorum interfectione adſtruimus, cum eum ſæpe nec rationabilibus pepercisse ſentiamus? Rogerius namque caſtri S. Severini dominus, cum ruſticos monaſterii frequenter affligeret, & venerabilis viri mentem ad iracundiam provocaret, quadam die parvitatis ſuæ uſum exceſſit, & hunc ultra quam conſueverat contriſtavit. Tunc quaſi ta præſentia ſummi illius nuntii aſſiſteret dixit. Ego S. Michael Archangele, ſic nos protegis? & baculo terram percutiens commotus ait. Recedimus hinc, quia tanta ferre non poſſumus, erat tunc Cilenti in præfato monaſterio S. Michaelis Archangeli, cujus nimirum afflictione, mira & terribilis ultio ſequuta eſt, quia cum longè à præfata monaſterio præfatus Rogerius maneret, ſolarium domus ejus cecidit, atque ejus filium parvum extinxit, & fortaſſe talis ultio pro ſervorum Dei injuria ab interno judice infligi debuit, ut ille moreretur, qui patrem dolore pungeret, atque ad reprobam ejus imitationem non creſceret, extinctus quidem puer innocens paradiſo receptus eſt, ſed peremptus compunxit patrem. Nam idem Rogerius hic & hujuſmodi plagis ſæpe percuſſus, tandem reſipuit, & in fine converſus in monaſterio habitum Religionis accepit. Cui tamen adhuc ſævienti non uno ſemper modo reſtitit. Nam cum quandoque terroribus impetiit; quandoque humilitate ſuperavit. Agrum namque monaſterii quendam uberem concupierat, atque ſuis uſibus vindicare diſponebat. Cumque ab ejuſdem agri opere ſeminantes ruſticos violenter expellere minaretur, venerando patri innotuit, ſequenti verò die ad eundem agrum operarios ſequutus, aliquantos fratres ſecum duxit, cum quibus pſallere inſtanter cœpit. Ille etiam minas ſuas pravitate vincere geſtiens cum armatorum manu ad locum venit, cogitans quia is qui minas ſuas ſeminando contemneret, ad eundem agrum ſine armatorum præſidio non veniſſet, ſed cum propius accederet, contra ſe non mucronem enſium, ſed miſſile orationum vidit, tunc illud ferreum pectus à feritatis ſuæ duritia emollitum eſt, ſola enim Religionis contemplatione ſuperatus, arma projecit, de equo deſcendit atque ad ſancti viri veſtigia projectus, ſuæ temeritatis veniam poſtulavit. Quod utique non minus mirabile fuit quam ſi ab ejus corpore magni languoris moleſtiam orando depuliſſet, quia cordis vulnera ad curandum valde ſunt difficiliora quam carnis; in quo nimirum opere pſalmodiæ dignitas exhibetur, quæ malignorum ſpirituum feritatem potenter effugare cognoſcitur. Et qui hæc Cilenti facta fuiſſe comperimus, debemus alia quæ ſimiliter illic prout ſunt oſtenſa narrare; Vir namque idem venerabilis cum Calabros fratres vellet inviſere, ad Eccleſiam B. Apoſtoli, & Evangeliſtæ Matthæi, quæ in Lucano littore circa veſtas ejus ſepulchrum ſita eſt, declinare, & miſſarum ſolēnia celebrare propoſuit. Cumque prope jam navigando veniſſet, videns optimum ad navigandum tempus, nautas procedere juſſit, & devotionis ſuæ munus in reditu ſuo eidem Apoſtolo exhibere deliberavit. Quod quidem ita factum eſt, non tam veritatis devotione, quam virtute Apoſtoli. Nam cum in reditu de fide maris dubitaret & tranſire velut inſalutato Apoſtolo voluiſſet, ubi ante ejus Eccleſiam venit ſubverſa navicula in mare cecidit, & quod promiſerat reddere compulſus eſt. Sed & mirabile ſpectaculum in hac Apoſtoli coactione ſubſecutum eſt, quia pater ſanctus in mare dejectus ad terram per aquas venit, ſed veſtimenta ejus ita ſicca reperta ſunt, ac ſi hæc aqua nulla tetigiſſet. Quod miraculum fratres plures noverunt, atque addere ſoliti ſunt, quia capellæ mantica, libri, & panni, atque omnia vaſa altaris ita inventa ſunt omni aquæ humore libera, ac ſi non in mari natâſſent, ſed delata per terram forent. Quo nimirum facto quam familiaris eſſet Apoſtoli innotuit, quem ad ſui miniſterii uſum tenens, & in mari labi permiſit, & illæſum quaſi per terram traxit, ſicque factum eſt, ut vir ſanctus, qui manere ſponte in loco nollet, maneret invitus, & votum ſuum in memoria Apoſtoli, tanto devotius redderet quanto in ſe ejus voluntatem apertius didiciſſet. Sed aquis prævaluiſſe quid eis eum cur miremur, cum invocatione meritorum ejus maris tumentes ac ſævientes cumulos quieviſſe coram ſæ-

cula-

A cularibus hominibus teneamus? Nam quidam nobiles viri Neapolis, cum per mare Cajetam pergerent, ut nobilis cujuſdam delatam illuc à parentibus ſponſam deferrent, vehementibus ventis turbato mari nimirum pavere cœperunt, cumque fluctus vehementer inſurgerent, & evadendi ſpes jam defectis deficere cœpiſſet, quidam illorum nobilium Abbatis familiaris orationem ad Dominum fudit, atque ſe cum ſociis illius, & fratrum ejus meritis de tanto periculo liberari poſtulavit. Poſt ejus nimirum vocem mirabiles elevationes maris mirabiliter quieverunt, & quanta eſſent ſancti viri merita oſtendere viſæ ſunt, cui exemplo Salvatoris ſe obediendo ſubmiſerunt. Et quia non ſolum extraneis, & indoctis, verum etiam quibuſdam negligentioribus monachis pio fervore Ordinis homo auſterus viſus eſt, illud narrando ſubſequar, unde quam acceptus Deo fuerit de omni illa ſua diſtrictione apertius videatur. Quos etſi ſanctarum ſcripturarum auctoritate facile refellere poſſumus, tamen ſplendore miraculorum oſtenſo, melius confutantur.
B Quidam namque frater erat in obedientia S. Fabiani martyris, qui cum ſe negligenter ageret, in ſomnis D. Abbatem vidit, à quo regulariter verberatus de cætero ſtudioſior fuit. Huic autem omnino ſimile aliquid in alio loco geſtum Fratres venerabiles retulerunt: quodam namque tempore, cum Frater quidam de cella quadam Calabriæ ad monaſterium veniret, cujuſdam ſæcularis hominis hoſpitio ſuſceptus eſt. In eadem vero domo pro quadam ſolemnitate convivium parabatur. Et cum plures ad ejuſdem convivii epulas vocarentur, Fratres etiam illum rogare cœperunt, ut reſpectu charitatis eo die cibis communibus uti dignaretur. Quod utique primum renuit dicens: Non poſſum Fratres, quod dicitis facere, quia Regula monaſterii talis eſt, ut cibos carnium nullus edere præſumat. Cumque ſecundò, & tertio rogarent, & ſuis precibus vehementer inſiſterent, flexus eſt homo, & eorum cibos edere promiſit. Sed dum prandium pararetur, Monachus de labore itineris parum pauſare volens, obdormivit, cui venerab. Abbas Petrus in
C ſomnis apparuit, dicens: Quid eſt Frater, quod ſeductori tuo tam cito aſſenſum præbuiſti? Taliene eſt ordo Cavenſis, ut in via directi Fratres carnibus veſcantur? Cumque ille culpam cognoſceret, & veniam precaretur, corporali judicio exſpoliari juſſus eſt, atque flagellatus evigilavit. Tunc inſtantibus invitatoribus ſuis reſpondit, dicens. Ego Fratres cibos veſtros nondum ſumpſi, & flagella promerui, jam ſi comederim, quid mihi erit? Cumque rei geſtæ ordinem audiret, ultra ei moleſti pro prandio non fuerunt. Quibus nimirum indiciis claret, quia affectum dilectionis quem impendere præſentibus conſueverat, abſentium ſpiritibus impendere videbatur, ut apertè clareſceret, quia omnis ille rigor diſciplinæ ex magnæ dilectionis fonte deflueret, & quod ſæpè videbatur à negligentium pace diſcedere cum ſummæ pacis bono conveniret. Quod melius oſtendimus, ſi non ſolum correpta corpora, ſed etiam purgatarum animarum indicia diſciplinæ illius vigore videamus. Cioffus namque Monachus nobis referre ſolitus eſt, quia Fredericus
D quidam Monachus fuit Amalphitanus genere, qui extra monaſterium in cella quadam manere juſſus, negligenter vixit, atque religionis ſplendorem, quem ſuſceperat, infelicibus actibus deturpavit, poſt aliquanta temporum ſpatia hic in monaſterio languore gravi correptus eſt, atque ad extrema perductus. Cumque & mori ſe videret, & culpas ſuas confiteri erubeſceret, mirabili pietate actum cum eo eſt, ut magnis cruciatibus hunc languor in mortem traheret, & tamen mori non poſſet, quatenus & pœnæ conſtringerent, & mors terreret, ut peccata ſua exponere vivendo potuiſſet Corpus etiam Dominicum, quo ſe indignum vivendo negligenter, atque indigniorem valdè occultando culpas fecerat, ſæpè ſibi oblatum ſumere non valebat. Cumque eum fratres ſæpius admonerent, & ille ſe excuſando tegeret, tandem præfatus Monachus conſiliis acquievit. Culpas confitendo aperuit, atque ex more monaſterii Domno Abbati qualem ſe vidit oſtendit. Cui vir Dei nullum ad agendam pœ-

A nitentiam vitæ ſpatium ſupereſſe conſiderans, ne impurgatus abiret, faciem Domini prævenire diſpoſuit. Nam prædictum Fratrem morientem corporali vindictæ ſubdi conſtituit, ut carnis compunctione purgaret, quem delectatione ſordidum cognoviſſet. Sed & paternæ illius dilectionis verbera, miſa divinæ clementiæ ſigna ſubſequuta ſunt: ſtatim quippe ut meritorum ſuorum judicium patienter excepit, oblatum ſibi corpus Dominicum ſumpſit, & tanta pace ſtatim obiit, ut in eo non ſolum patris ſui affectus, ſed etiam Domini promiſſio ſirmaretur, quia hora qua peccator convertetur vita vivet, & non morietur. Frater quoque alius erat in monaſterio, qui Petrus cognomento Pataneus dicebatur. Vir ſanè aliàs bonus, ſed quodam nævulo avaritiæ infectus, qui cum jam ad exitum langnore erratus appropinquaret, ejuſdem vitii dæmonem ſibi vidit aſſiſtere. Quem cum quid illic expeteret exprobrando inquireret, malignus ſpiritus reſpondit, & ait: pro tarenollo quem habes mihi hodie tradendus es. Tunc Monachus aliorum bonorum ope-
B rum ſuorum labore confiſus cum dæmoni exprobraret, ac pro ſimplicitate eum percutere baculo minaretur, dæmon abſceſſit, & non modico terrore Monachum turbatum reliquit. Forte tunc quidam ſenior ex more monaſterii cum circa faceret, Monachum illum à longe quaſi cum alio loquentem audivit, & ſolum inveniens, cum quo fuiſſet loquutus ab eo inquirere ſtuduit. Cui ſigno æger Monachus dixit. Manè dicam tibi: diluculo igitur circa rediens ille ei omnia per ordinem enarravit; veniamque ſui delicti humiliter poſtulans, ut D. Abbati ſuggereret rogavit. Quod ut Pater ven. agnovit, eum ſicut alium, corporali vindicta expiatum ſolvit, atque eo die mori jam libere dimiſit. De quo nimirum conſtat, quia vir bonus merito virtutis obtinuit, ut parvi quod putabat peccati meritum vivendo prænoſceret, ut ejus pœnam poſt mortem ſentire minime debuiſſet. Sed & cum luce clarius ſit quia maligni ſpiritus merita peccatorum nobis in hoc ſeculo ſemper eſſe occulta velint, ne ea evadere pœnitendo curemus,
C Dæmon qui peccati meritum morienti expoſuit, patet nimirum quia hoc non ſponte, ſed coactus dixit. Quod etiam Patris monaſterii ſtudiis adſcribi debet, quia illi eſt ad purgandum expoſitus, cujus erga filios pia correctio probabatur: vidit ergo malignum ſpiritum ne videret, & illius ſævitiam ſtudio Reverendi Patris evaderet. Sed fugare dæmonia in diſcipulorum tranſitu ei novum non erat; Hugo enim Monachus boni viri Raynerii fabri filius cum patre & fratre alio Mauro nomine in monaſterio converſus eſt. Quorum alter frater, velut eruditus & prudens, Prior monaſterii fuit; hic autem in communi ordine ſimpliciter vivendo uſque ad mortem manſit, Cumque jam recipiendæ mercedis ſuæ tempus veniſſet, ægritudinem corporeæ mortis incurrit, ad quem Pater venerab. jam tranſeuntem venit, ejuſque animam omnipotenti Deo commendare ſtuduit. Cui & moriens frater dixit. In feneſtra illa Pater, duæ aves ſunt, una valde pulcherrima, alia horribilis valde & nigra, rogo igitur, ut horribilem illam ejicias. Tunc admirari fratres,
D qui aderant cœperunt, quod attentè monſtraret, & quod monſtrabat ipſi videre non poterant. Pius autem Pater intelligens, quod moriens frater videre aliud quam viveret, poſſet, aquam exorcizatam ſibi afferri juſſit, qua profectò dum orando aſpergens feneſtram tangeret, nigram illam avem protinus diſcedere idem moriens vidit. Cumque Deo gratias ageret ſancta ejus anima carne ſoluta eſt. Tunc fratres colligere cœperunt, quia miniſterio venerandi Patris in horrida ave malus Angelus receſſit; bonus, in pulchra, ad ducatum præbendam electæ animæ remanſit. Qui alio recedente, eam ſtatim ut de corpore eſt egreſſa, ad æterna gaudia ducendam ſuſcepit. Nam idem frater poſt aliquot dies in veſte fulgenti cuidam dormienti apparuit, & jam dubium non fuit, quod a bono duce ſuſceptus ad æterna gaudia ab hoc exilio aſſumptus aſcendit. Sed neque illud ſilendum puto quod quidam ſecularis in cœmeterio veteri, juxta cameram venerab. viri hujus ſepultus per noctes plurimas clamores

*& ejulatus emiſerit, Cumque ſæpius fieret, & venerando Patri non parum moleſtus eſſet, nocte quadam cum idem ejulatus, & clamor circa miſeri illius hominis ſepulchrum fieret, Pater ab oratione ſurrexit, foras exivit non ſine magna indignatione clamanti comminans, & ita ille obmutuit, ut penitus clamare deſineret, & virum Dei moleſtare ulterius non auderet, Sicque apertè claruit quia cum vir venerabilis voluit, etiam mortuis imperavit. Quod ei clamor ille non mortui hominis, ſed maligni ſpiritus extitit, ſi viri auctoritas in hoc etiam magna fuit, quo jubente malignus ſpiritus ſiluit. Sed quia mira facta ejus oſtendimus, quædam etiam vitæ ejus exempla producere debemus. Quanquam de forma miniſterii ſui dictum ſufficere credimus, quia Leo ſuperbis, & irreligioſis: religioſis, & mitibus Agnus fuit. Nemo enim inquam immites, & contumaces ſubditos fortius domuit, nemo humiles, & ſanctos benignius honoravit. In iſtis namque magiſterii ſui vigorem neſciebat, quos ſæpè quaſi minor, patronos ſuos pro ſe, ut Dominum rogarent, rogare conſueverat. Illos verò & verbis, & regularibus correctionibus comprimebat, ut negligentiarum ſuarum torporem deſererent, atque in cæleſti converſatione ferventes deinceps eſſe debuiſſent. Obſtinatis, & improbis poſt diſciplinæ regularis morſus mitigatoria illa ſuæ conſuetudinis ingerere ſolebat, quibus & operis, & intentionis ſuæ bonum luce clarius oſtendebat, eum catena (inquiens) volentem te ducam ad cælum. Quo verba ſapientibus ſatis indicabat diſtrictionis ſuæ ſeveritatem, qua intentione ſui, quo corrigendorum fructu, qua internæ pietatis dulcedine exhibebat. Verè medicus animarum fuit, quarum lucris nulla præpoſuit. Sed hoc melius ſi ubi velut in luce poſitum quoddam ejus factum memorabile prædicetur. Miles enim quidam Gallus genere in monaſterio converſus eſt, qui cum plurimum temporis communi ordine religioſe vixiſſet, tandem poſt tergum reſpiciens mundi delicias, quas contemnendo fugerat, velut Ægypti ollas deſideravit. Relicto igitur monaſterio ſe à culmine religionis in præcipitium dedit, Arma reſumpſit, & vivere ſeculariter cœpit. Qui cum tandem dementer erraret, & ſe dignum morte faceret, quandoque divina gratia patris ſui meritis reſpectus ad monaſterium rediit, & multa quæ conquiſierat, quaſi gratiſſima munera ſecum portavit. Pater autem venerabilis cum hunc rediiſſe cognoſceret, eum magno gaudio recepit, ea verò omnia quæ attulit contempſit, ingentem foveam fieri juſſit, in qua delata omnia igne cremavit. Quod nimirum vir ſanctus faciens exemplum poſteris dedit, ut Fratrum perſonas diligant, & animarum damna fieri nullius lucri diſpenſatione permittant. In ſynodo ei more ſuo nuda capite reſidenti, S. memoriæ Papa Urbanus Pontificalem infulam miſit quam utique vir Domini, & pro ſummi Pontificis reverentia venerabiliter recepit, & officioſiſſime ſalutavit, & tamen ejuſdem Sacerdotalis mitræ uſum etiam rogante Papa contempſit. Quod non ob aliud feciſſe creditur, niſi ut quorundam arrogantia, humilitatis exemplo damnaretur, qui dum ſe inaniter extollunt, indebitos ſibi ſanctæ Eccleſiæ honores uſurpare non metuunt. Multa ſunt præterea, quæ de hoc venerabili Patre monaſterii ſenes narrare conſueverunt, ſed mihi de his quæ relata ſunt hæc retuliſſe ſufficiat. Ut autem ad ejus felicem exitum veniamus, eodē modo quo de hoc mundo erat profecturus ad Dominum, Joannes de Dyano ejus Capellanus hujuſmodi viſionem vidit. Videbat ſiquidem quia de loco ſuo montes tres maximi movebantur, qui motu ſuo non parvam mundo colliſionem minabantur, à quorum motu clamor tantus fiebat, ac ſi mundus deſtrui videretur. Cumque ipſe eodem terrore compulſus ad Eccleſiam vellet fugere, & quid eſſet, quod videbat inquirere, audivit quod illi tres montes tres Cluniacenſes Abbates eſſent, videlicet, S. Oddo, & S. Majolus, & S. Oddilo, qui Dom. Petrum Abbatem ut ſecum ad cælum tollerent veniſſent. Sed cum tempus quo tollendus erat inquireret, item audivit, quia juxta Principis Apoſtolorum feſtum venirent, & eum de monaſterio tollerent. Evigilans autem Frater ille de Abbatis ſui vicino abitu nimis contriſtari cœpit. Quod tamen non eo feſto accidit quo putabat. Nam pater ſanctus vicinum Apoſtolorum feſtum vivendo tranſiit, ſed circa feſtum quod Cathedra ſancti Petri Apoſtoli dicitur ad gaudia æterna migravit. Obiit ergo ſenex venerabilis, maturus ævo, ſed probitate maturior, ſepultuſque eſt in ſpelunca quæ de cella venerandi Patris Alpherii in Oratorium B. Michaelis Archangeli mutata eſt. In quo loco, quæ meritis ejus reverentia debeatur, ſæpius demonſtravit, Sergius namque Monachus, & monaſterii armarius pro negligentiis ſuis ſæpe à viro Dei argutus fuerat. Quodam verò die maligno ſpiritu inſtigante cum non ſua merita, ſed correctionis ſuæ amaritudinem memoraret, contra viri Dei ſepulchrum exputt, & quem Fratres monaſterii quaſi viventem pronis cervicibus in eodem loco ſalutare conſueverant, Judæorum more conſpuere non expavit. Mos autem cum adhuc viveret viri venerabilis fuit, ut ſubditorum culpas puniret, ne futuræ vindictæ eos negligendo ſervaret; conſuetudinis erga ſuæ dignitatem poſt mortem etiam ſervans, eundem Monachum graviter percuſſit: nam ubi contra ſepulchrum exputt, facies ejus intumuit, & os ita torſit ut maxilla diſpoſita ex latere videretur: percuſſus utique tunc primum cognoſcere Abbatis ſui magnitudinem cœpit, cum eum, cui quaſi mortuo exprobravit, vivere melius poſt mortem, & dignitatis ſuæ vigorem tenere altius didicit. Sed cum magnis doloribus ingratus paternis beneficiis torqueretur, liventi facie, tumentibus labiis, cinctus doloribus ad vener. virum Abbatem meum Simeonem venit, reatum ſuum confitendo aperuit, & meriti ſui dari ſibi pœnam tantæ audaciæ dignam poſtulavit. Cui ven. Abbas reſpondit dicens. Si ab illo percuſſus es curare te nullus alius poteſt. Juſſus ergo Monachus rediit, & ante ſepulchrum ven. Viri in oratione proſtratus, faciei, & oris incolumitatem promeruit. Os namque quod ad derogationem ſancti ſputum ejecit, percuſſum doluit, atque eo verba proferente pœnitentiæ ſalutem recepit, ut Patris ſui juſtitiam, & pietatem contra detractorum fallaciam probaret, quia nimirum, ut magiſter bonus errantem percuſſit, & ut pius Pater, quem percuſſerat ſanavit. Felix utique qui utrumque potuit, videlicet & percutiendo corrigere, & ſanando mulcere. Hoc autem idem Sergius Monachus retulit, ſed me petente relationis ſuæ miraculum D. Abbatis Simeonis teſtimonio confirmavit. Urſinus namque Monachus non valde huic diſſimile ſolet narrare miraculum. Ait enim, quod quadam die Tuſciam apud Eccleſiam S. Michaelis Archangeli plures monaſterii Fratres convenerant, inter quos, erat Leo Burſinus, & Urſus Ramarius. Tunc, ut fieri ſolet confabulantibus, ſermo incidit, ut Abbatum monaſterii opera, & Religio referrentur. Sed cum ad Abbatem Petrum, omnem monaſterii, tam Religionem quam exteriorum rerum collationem referrent, idem Urſinus Monachus laudatoribus Patris ſui reſiſtere vehementer cœpit. Cumque jam nec detractionibus parceret, Fratres eum monere cœperunt, ut à talibus verbis ſilere debuiſſet: ille autem ſilere noluit, ſed quantum ſibi placuit, nequiter loquendo proceſſit. Eadem verò nocte ille quem ſpreverat ei in ſomnis apparuit, atque ab eo inquirere inſtanter cœpit, dicens. Sic Urſine? Sic debet Monachus loqui de Abbate ſuo? Qui cum ea, quæ vigilans dixerat memoraret, & illum cui quaſi abſenti detraxerat, non ſolum præſentem, ſed etiam priſtina auctoritate præſtantem cerneret, cum magno timore ſui reatus, ſibi dari veniam precabatur. Vir autem ſanctus ei indulgere noluit, ſed ante altare oratorii eum ducens regulari diſciplinæ ſubdidit, atque acriter verberare cœpit, ut inter dolores exclamaret, & quid dormiens pateretur, patenter vocibus indicaret. Cum Fratres accederent, & clamantem excitarent, ordinem flagellorum expoſuit, atque ad eorum veritatem, & ultoris præſentiam confirmandam ſcapularum livores teſtes produxit. Quod profectò miraculum mihi Urſinus idem dixit. Sed certius rem ſcire volens, cum ab Urſo Ramario quærerem, ſe clamantem inter verbera Urſinum audiſſe dixit, & in evigi-*

lante, verberum ſigna vidiſſe. Quibus nimirum ſignis oſtenditur, quo vir Sanctus æternæ dignitatis honore potiatur, qui eos quos in hoc ſeculo nutrierat, & corrigere docendo poſſit, & caſtigationibus emendare. Nam vir vitæ venerab. Oddo Veſtaraſius, quia magnæ veritatis, & ſanctitatis fuerit, nemo qui eum benè novit ignorat. Hic ſepius narrare conſueverat, quia frequenter ſibi appareret, & ejus, ſi in aliquo erraret facta reprehenderet. Præterea memorato Sergio Monacho cujuſdam malæ conſuetudinis uſus inoleverat, ut in uno loco diu ſinus permanere non poſſet. Quadam vero nocte venerab. Pater ei apparuit, & de mobilitate ſua terribiliter objurgans, ſe eum proximo correcturum minatus eſt. Poſt non multos verò dies idem Sergius de ſolario cecidit, & conam fregit, atque ex illo jam die monaſterium circumcurſare non potuit; Hæc autem & hujuſmodi (ut jam diximus) Pater venerabilis in diſcipulorum correctione feciſſe cognoſcitur, ut ad horam ſuæ vocationis eorum nullus imparatus inveniretur. Quorum profectò nonnullos ſæpe præmonuit, & ut ſe ad vicinum exitum præpararent, imperavit. Joannes quidam Romanus, Monachus ejuſdem monaſterii noſtri, qui etiam ad hoc Venuſinum monaſterium mecum venit, quantæ ſimplicitatis, & Religionis vir fuerit à multis agnoſcitur. Hic autem in caſtro ſancti Adjutoris, cum cæteris Fratribus manere juſſus fuerat. Quadam verò die ad monaſterium veniens, id quod apud memoratum caſtrum noviter geſtum noverat retulit dicens, Domno Leoni Barenſi Magiſtro ejuſdem caſtri heſterna nocte, Domnus Abbas Petrus in ſomnis apparuit, eique dixit. Frater Leo quare tu negligenter agis, & debitam pſalmodiam defunctis Fratribus nequaquam reddis? feſtina, & præpara te, quia ſub magna eris celeritate moriturus. Evigilans autem timore prænunciati ſibi obitus pavere mirabiliter cœpit. Cui etiam ſequenti nocte venerab Abbas Conſtabilis apparuit, & eadem dixit. Ex qua nimirum geminata viſione, ita territus eſt, ut in Eccleſia pſallens bis quotidie in ordine Pſalterium repeteret, & ab omni illa jam ſua otioſitate quieſceret. Poſt aliquantos verò dies idem Leo Monachus languore correptus obiit, atque quod veritatem vivendo dixerit, moriendo firmavit. Hæc autem mihi Joannes venerab. Monachus, adhuc vivente eo, qui viſionem ſuæ mortis viderat, narravit, quæ cum in ejus obitu impleta didici, credere ea etiam cœpi, quæ per memetipſum non vidi. Hujus beatiſſimi viri Petri natalitia feſta peraguntur 4. Nonas Martias, Amen.

De S. Petro tertio Abbate, & Epiſcopo Policaſtrenſi.

TU quoque protervo devotis Petre labore
Carminibus celebratus eris, ſi pandere vati
Ora tamen promptæque velis præbere juvamen
Ipſe voluntati, tu verus ergo ſecundes
Natus, & hic igitur nutritus in urbe Salerni
Moribus haud pravis pollens, Alpheſii, honores
Cui dedimus primos, carnis ſæclique ſecundum
Vincla nepos, vitam nimiis, moreſque pudicos,
Cum vellet Patris memorati affectibus, atque
Devoto cum corde ſequi venerantius. Aedes
Adveniens Clauſtrique aras, & templa, Leonem
Appetit, & ſacra præcingi veſte requirens
Fit monachus, ſanctique habitu ſimul induit artus
Ordinis, & vivit Clauſtri devotus in æde.
Qui mox tam fervens ſtuduit virtutibus, atque
Vivere cœnobii ſub leges, vivere caſtè,
Vivere cœleſti Regi ſimilarier illis
Patribus antiquis quo conſeretur in eſu.
Nam ſumpſiſſe cibos tam parcè fertur, ut omni
Quinque quadsageno ſolum cum panibus artus
Tempore paſcebat, ſolum bis contentus, & eſcis.
Cluniacus mundi fines tunc Ordo per omnes
Florebat, cunctiſque viris virtute coruſcans
Sanctus habebatur, celebri cum nomine fama
Magna vagabatur, quapropter Petrus odore
Ordinis illectus ſuſceptis fratribus illis
Linquere cœnobium duxit, quoque navibus æquor
Conſcendit, magnos Pelagi tranansque per amnes
A Tendit iter velis, facienſque per æquora greſſus
Liguriam pervenit, ubi quia mitis egenis
Pauperibuſque viris quod ſecum duxerat aurum
Jam dederat, cœptamque viam ſequeretur habebat,
Nec quia ſpem, precibus ſe dans hæc fatur alto
Incipit; Omnipotens miſerorum fautor eorum
Exposcunt qui, jutor, opem miſeratus ab alto
Da nobis, ut cœnobii, qui liquimus ædes
Ergo tui, nos vincla ligent majora, ſequamur
Te qui per horrendum callem, de more Redemptor
Da mundi miſeratus opem, da cœpimus ut quæ
Solvere poſſimus, tu noſtra incœpta ſecundes.
Hæc ubi dicta dedit ſurgens propè littus, arenamq;
Æquoris incedens anulum, gemmamque nitentem
Auratam reperit, pretium ſat cujus abunde
Per totum ſufficit iter, quo vivere poſſent.
Cluniacas igitur veniens devotus in ædes,
Eſt patre honorificè ſuſceptus Ugone, tenebat
Qui regimen Clauſtri: ſeniores attamen omnes
Poneret ut Petrum puerorum in claſſe ciebant
B Abbatem, quo jura queat perdiſcere, & arcti
Ordinis aſpiciat vitam, quas pectore vires
Ponderet & proprio teneat, ſi dogmata poſſit
Promptus adire, ſequi nec non veſtigia Fratrum.
Queis dicens, reſpondit Ugo venerabilis iſte;
Si, Fratres, ſociique, Deo non miſſus adiret
Noſtra in clauſtra, fores ſi non devotus & altis
Numinibus, ſi non eſſet diſtantibus oris,
Ducier haud poſſet ſolo noſtri Ordinis unde
Nomine per totum celebri, quia cenſeo verum
Devotum, miſſumque Deo ſociarier entat
Dignior in Fratrum Conventu, fatus & iſtæc
Sub clauſtri Petrum devotas ſuſcepit ædes.
Qui fuit ad Patrum promptè quæcunque paratus
Sic præcepta ſequi, alterius ſic velle ſtudebat,
Parebatque celer, quo ſeptem, aut plura (ſtupendum
Omnibus) in Fratrum Conventu ſolus agebat
Sæpe miniſteria, aſt vitam cum quinque per annos
Cluniaca egiſſet ſub ſede, Cavenſe reverſus
Cœnobium, veluti doctus cæleſtibus aulis
D Scriba vocabatur, Clero populoque petente
A Duce Giſulfo Policaſtra Præſul in Æde
Eligitur, Domini, ſed vir terrena repellens,
Haudque ferens mundi ſtrepitus cum tempore multo
Haud ibi vixiſſet, redieus ad propria, vitæ
Internæ ſtudiis ſolito de more vacabat.
Vir Leo ne clauſtrum interea venerabilis Abbas
Orbetur Petro dubitans, cum pondera ferre
Præ ſenio minime poſſet, regimenque nequiret
Exercere ſenex, accitis Fratribus una
Dat regimen Clauſtri Petro, Petrumque præeſſe
Fratribus imperitat Paſtoris munus habentem.
Cęnobii curam ergo Petrus ſuſcepit, & aulæ
Sacratæ regimen, Fratreſque aſtringere norma
Cluniaca, rituque ſtudens ſic reperit omnes
Duros corde nimis ſequier, proprioſque volentes
Vidit apertus, venerando ut verba Leoni
Porrigerent clamoris; eos pro pace bonoque
Cęnobii Petrus dimiſit, pone Cilentum
Se tulit ad templum, ſanctique Archangeli in ædes
D Quam plures conjunxit ubi, legeſque ſub ædes
Cluniacas quas ipſe habuit, didicitque, receptis
Fratribus impoſuit ſervandas, jura deditque
Cluniaco de more ſequi, ſtrictarier uſum,
Vivendique modum docuit, quoque dogmata Clauſtri.
Haud plures ceſſere dies, à Patre Leone,
Fratribus, & reliquis ad clauſtra Cavenſia Petrus
Quæſitus quando rediit, normamque fugabant
Quam prius, & totis deprimere viribus omnes
Conabantur, ovans ſummoque e pectore libans
Gaudia quiſque fovet, recipit, peragitque libenter.
Creſceret ergo Petri totas cum ſancta per oras
Vita, & fama virum quam plurima copia ſæclum
Contemnens, ſæclique dolos, vanoſque triumphos
Projiciens ad clauſtra fugit, devotius ara,
Seque Deo tribuit, Petro venerabili, & ultro
Subdit colla: viri totque advenere fideles
Tegmina quo fertur Petrum donaſſe ſub una
Sacra die pluſquam treis millibus, atque dicaſſe

*Altiſono in clauſtris, habitumque dediſſe petitum.*
*Dilatare domos clauſtri tunc cenſuit heros*
*Divinus, Præſulque locum diſponere & aptum,*
*Ut mage converſis, virtute operante polorum;*
*Quod totum explevit, fabricare anguſtia quantum*
*Illa eſt paſſa loci, ſedes permiſit ac arcta.*
*Cœnobio perfecto igitur, vehementius illic*
*Collecti tanto Fratres divina ſtudebant*
*Exercere, ſacris rebuſque vacare, recentis*
*Spiritus haud ſolum fervor, devotio verum*
*Sedis ad hæc quanto Monachos peragenda ciebat:*
*Qaos inter Fratres Petrus venerabilis heros*
*Tam rigide in clauſtro reliquis cum Fratribus, atque*
*Converſabatur caute; tam flexus ad aras*
*Devota cum mente Deo ſuperiſque polorum*
*Vota dabat; tantas horas, noctesque ſerenas*
*Pervigiles ducebat, erat tam frigore preſſus*
*Nullus ut e tanto, magnoque ex agmine Fratrum*
*Illius haud poſſet vitæ tolerare rigorem:*
*Pone etenim cellam Domini vir condere quandam*
B *Piſcinulam ſibi fecit aquæ, quam ſæpius alto*
*Quando cadunt pluviæ, pluviiſque cadentibus omnis*
*Terra madet, quandoque tonat cœlum omne fragore,*
*Et venti ſternuntur, habent animalia quando*
*Omnia frigus, hyems cum lapſa æſtate propinquat,*
*Sæpe inquam intrabat, meditans & frigora Chriſtus*
*Plurima, quæ terris fuerat perpeſſus, ovabat.*
*Præterea potum vini ſic ſprevit, ut ejus*
*Amiſſa jam voce, quaſi ſtomachoque relapſo*
*Sumeret, ut modicum vix ſummo à Præſule poſſet*
*Cogier Urbano. Loricam ex ære per artus*
*Inſuper occulte cinxit, putreſceret omnis*
*Illius, & caderet confracta e corpore donec.*
*Viſeret ergo die quadam ut ſibi ſubdita paſtor*
*Cœnobia egregius venit venerabile Petro*
*Fratre Spoletino deſcendens ſanguine, nec non*
*Petro Trojano venit comitantibus inquam*
*Ultro Tereſianum, ſanctique Joannis; ibique*
*Cum miſſas altare ſacras celebraret ad ædes,*
*Atque miniſterium cum quidam ſegnis in ara*
C *Efficeret, vitream confregit lampada, & aram*
*Deſuper effudit liquidum ſparſumque liquorem.*
*Cum liquor veſtem fuſus maculaſſet, in ædes*
*Prædicti Michaelis ubi venere, madentem*
*Curarunt oleo veſtem producere, veſtis*
*Ut maculas delere, oleumque educere poſſent:*
*Aſt ita mirandum cunctis? ſine ſordibus, ulla*
*Labe nec inveniunt maculatam, fuſa liquore*
*Ac ſi non eſſet, conſperſo oleoque lavata.*
*Contigit hoc etiam memoratis ædibus, eſſet*
*Cum male ſervatum, ſolitis arciſque repoſtum*
*Nec foret Abbatis floccum, muſtela repertum*
*Corroſit, mordens ſcidit. Venerabilis ergo*
*Abſciſſum aſpiciens veluti per membra furorem*
*Concipiens repulit, jaciendum juſſit eique*
*Scindere, quæ minime timuit præcepta jubentis*
*Præſulis, abſque mora peragentes ſedulo Fratres*
*Hoc ipſo poſuere loco, quo dentibus omne*
*Corroſum abſtulerant, terris ſed craſtina quando*
*Lux rediit, cæloque umbras dimovit ab alto.*
D *Muſtelam inveniunt Fratres (mirabile viſu!)*
*Deſuper extinctam floccum, fatiſque peremptam.*
*Præterea bonus hic paſtor, quod pone Cilentum eſt*
*Dum clauſtro viſens Divi Michaelis adeſſet,*
*Et caſtri ſancti Agricolas Rogerius omnes*
*Dux Severini nimiis cruciatibus, atque*
*Sæpius afflictos cum tormentaret ad iram*
*Cogeret & mentem Patris venerabilis, una*
*Cumque die nequiter faciens excederet uſum*
*Affligendi inopes, ac ſi Michaelis haberet*
*Se prope conſpectum, Michael ſic fatus ab alto*
*Cardine, ſic ſervos Michael, ſic dive tueris;*
*Percutienſque ſolum baculo, diſcedimus inquit*
*Hinc iterum, tot probra etenim, diſcrimina, pœnas,*
*Damnaque tot nobis tolerare inflicta nequimus.*
*Hæc bauuit vir Petrus, ubi non parva ſiquuta eſt*
*Ultio, cum longe quoniam Rogerius eſſet*
*A clauſtro, coleretque domum, domus alta repente*
*Concidit, & parvum natum concuſſa peremit.*

A *Qui ſiquidem puer extinctus provectus in arces*
*Cœlorum fuit, aſt patrem compunxit, ab iſto*
*Vulnere percuſſus quoniam divinitus aras*
*Cœnobii devotus adit, quoque poplite flexo*
*Depoſcit compunctus opem, Monachale requirens*
*Cingier atque habitu; ſociatus Fratribus horam*
*Mortis ad extremam ſub clauſtro finiit annos.*
*Præterea vellet Calabros inviſere Fratres*
*Cum Pater in templo Matthæi, ſive ſub aras*
*Agmine Apoſtolico, qui octava in ſede locatur,*
*Propoſuit celebrare ſacrum: veniſſet ad ædes*
*Cùm dictas autem propius, procedere Nautas*
*Imperat, aſpiciens pacata per æquora ventos*
*Aptos eſſe nimis, Matthæo & vota revertens*
*Ad proprias donare domos deliberat; ergo*
*Æquoris in reditu dubitans Aquilone fremente*
*Damna, marique fidem non dans promiſſa, ſacrumque*
*Haud complere volens, melius procedere cœptum*
*Duxit iter. Verum Divi prope templa, ſacraſque*
B *Sedes venit ubi, ſubmerſa nave ſub undas*
*Concidit, & terram projectus nando per æquor*
*Venit, & inventæ ſunt veſtes illius unda*
*Sic vacuæ, ſiccæque ſalo, pelagoque fuiſſent,*
*Ac ſi projectæ nunquam, lymphamque bibiſſent.*
*Aſt, ubi tellurem tetigit, ſolemnia divo*
*Miſſarum celebravit, & id promiſerat ultro*
*Reddere, quod votum compulſus reddidit inde.*
*Inſuper haud ſileam cum quidam navibus æquor*
*Sulcantes vellent Cajetæ allabier oris,*
*Nobilis, ut juvenis cujuſdam Fratribus illuc*
*Cognatiſque ejus delatam ducere ſponſam*
*Poſſent, ſub mediis undis, pelagoque profundo*
*Sternuntur venti, cæloque tonitrua ab alto,*
*Diſjectæque cadunt pluviæ, mare ſævit, & imber*
*Turbidus ingeminat manifeſta pericula ponti,*
*Unde reformidant homines, formidine terror*
*Implet, & illorum pavitantia pectora; cumque*
*Spes evadendi, certam minitantibus undis*
*Mortem, nulla foret, quidam eſt inventus eorum*
C *Qui Petro mago notus erat; quapropter in altum*
*Extendens cum voce manus hæc verba profatur;*
*Alme Pater miſerere precor, miſerere tuorum*
*Servorum quos unda maris, fluctuſque feroces*
*Aequoris exponunt morti, da magne Redemptor*
*Humanæ carnis, meritis concede Cavenſis*
*Abbatis, ſanctiſque Petri venerabilis orbe*
*Actibus in toto claris, præſentia vexent*
*Aequoris ut ſervi quos iſta pericla, polorum*
*Numine defenſi nulla feritate quietas*
*Aſpiciant undas, remeentque ad propria læti.*
*Hæc ubi devotè fudit mirabilis undæ*
*Impetus, & turgens æquor, ventique minantes*
*Fata quieverunt, nec motio cernitur ulla.*
*A Calabris clauſtris devota Cavenſia clauſtra*
*Viſeret ut quidam Frater veniebat, iterque*
*Dum faceret, fuit hoſpitio ſuſceptus ab uno*
*Qui lautas menſas, epulaſque paraverat illo*
*Solemnes, diteſque die, multiſque vocatis*
*Frater, ut ipſe etiam vellet communibus, eſcis*
D *Paſcier oratur nimium; juxta Ordinis ille,*
*Quod leges non poſſet ait complere, ſed illis*
*Sæpius impulſus bis, terque quaterque rogatus*
*Sumere communes eſcas promiſit, & omnem*
*Ponere carne famem: ſed dum pro talibus eſcis*
*Menſa parabatur, jam Frater itinere laſſus*
*Membra petit pauſare. Levis per corpora ſomnus*
*Pauſatoque intrat, donanti & feſſa quieti*
*Corpora, ſacrati Petrus venerabilis Abbas*
*Cœnobii apparens irata voce profatur;*
*Ergo ne tam ſubito pravis aſſenſibus ultro*
*Succumbis Frater? ſic talis an Ordo Cavenſis*
*Extat? an hoc ſcelus fieri permittis? euntes*
*Perque viam Fratres directi, ut carne cibentur?*
*Audiit hæc Frater, culpamque agnovit, & orans*
*Suppliciter petiit veniam; venerabile verum*
*Imperitante Petro nudatum corpore totum*
*Veſtibus & propriis exutum verbere cedi*
*Damnatur, qui poſt ictus, & verbera, ſomno*

*Cor-*

Corpora corripiens hæc ſeductoribus ejus
Ut carnes ederet dixit, non limine veſtro
Nondum diſcubui menſis, non corpora pavi
Carnibus, aut merui cruciarier ictibus, atque
Verberibus cædi, quid nunc convivia ſumam
Veſtra igitur? veſtraſque dapes ſi ſumpſero, veſtris
Carnibus & paſcar, quæ damna ſubire merebor?
Ordinis ergo mei ſanctos ſectarier uſus
Definite, & ſanctas leges ſervare: recepta
Omnia cumque illis narraſſet flagra, ſopore
Amplius haud carne impulſus fuit unde cibetur.
Nomine frater erat quidam Frideriſius, extra
Qui ſtans cęnobium cunctos ſic ſegniter annos
Duxit, & infandis vitiis praviſque nitorem
Ordinis & ſancti turpavit dogmata clauſtri
Actibus, & gravibus correptus febribus ædes
Venerit infirmus clauſtri, ductumque ſub horas
Viderit extremas ſe, & claudere lumina, nec non
Cedere paulatim fatis, tamen ora rubore
Candebant, peccata patri ſcelerataque geſta
Panderte qui moriens igitur peccata fateri
Nolebat, variis languor cruciatibus omni
Corpore vexabat, poſito nec corporis ægri
Carcere ſubiicier fatis, mortiſque tenebras
Tendere nec poterat, complere & munia vitæ
Dominicum cæleſte etiam corpuſque metipſum
Fecerat indignum quo vivens ſegniter atque
Occuleans malefacta patri, ſcelerataque geſta
Sæpius oblatum renuebat ſumere, tandem
Fratribus admonitus patefecit crimina Petro
Abbati, culpaſque graves confeſſus ab alto
Poſcebat contritus opem: venerabilis autem
Tunc Heros ſupereſſe videns nil temporis, ullam
Sumeret ut ſaltem pęnam confeſſus abiret
Crimine ne tanto impunis morientia fratris
Corpora corporeis pęnis admittit: ut autem
Injunctam abſolvit pęnam, languentia clauſit
Lumina, & exutus membris mortalibus auram
Extremam vitæ ſpiravit, & oſſa reliquit
Condier in tumulo, ſed ſpiritus aſtra ſubivit.
Præterea Petrus alter erat Patantius iſte
Moribus haud pravis pollens, ſed crimine quodam
Punctus avaritiæ, graviter cum membra cubili
Languida pro morbo concederet, atque dierum
Cerneret extremas horas, aſſiſtere vidit
Dæmona avaritia infectum, ſecumque loquentem
Hæc gaudens: Hodie frater mitsendus in Orci
Regna mihi donandus eris, mecumque Barathri
Limina deſcendens, quoniam ſtat in arce Tarenus
Ille tibi, nummoſque tenes contra Ordinis hujus
Dogmata: percipiens hæc frater Dæmonis ergo
Verba minaſque ſuis aliis dum viveret orbe
Actibus haud pravis fiſus quæ fecerat, omni
Tergora poſt habito miſſoque pavore minatur
Cædere Luciferum baculo, qui Lucifer inde
Abſceſſit, fratremque nimis terrore reliquit
Affectum, diraque animi formidine preſſum.
Cęnobii tunc forte ſenex per compita quidam
Incedens clauſtri fratrem pro febre jacentem
Longius audivit donare & reddere voces:
Sed ſolum inveniens ſermone ſilentia cum quo
Rupiſſet quærit, cui ſigno frater (ab ore
Haud poterat dare verba etenim) cum craſtina terris
Lux veniet quæcumque inquit monſtrabo requiris.
Omnia mane igitur redeunti ex ordine narrans
Æger frater opem poſcit veniamque patrati
Criminis inquirens, ut crimen tale rogavit
Suggerat Abbati, agnoſcens venerabilis autem
Hoc Petrus, ut culpam pro tanto crimine ſolvat
Corporeæ ſubdit pęnæ, ſine crimine eoque
Permiſit ſub morte die diſpergere vitam
Cæleſteſque poli gaudentem evadere in auras.
Frater Ugo cum morte dies dum febre gravatus
Cerneret extremos, morienti & Petrus Olympo
Cœnobii de more animam ſuperoque Tonnati
Commendaret: Aves binæ Pater inclyte, dixit
Aeger Ugo, aſſiſtunt, quarum pulcherrima & alba eſt
Altera & horribilis, nigroque accincta colore.

A Quæſo igitur nigram eiicias: tunc providus Abbas
Juſſit aquam Triadis benedictam in nomine ferri,
Illam cumque precans aſpergeret, illico frater
Jam moriens nigram vidit diſcedere, eunte
Qua, ſubito veſtes mortales liquit, & arces
Spiritus invehitur Cœli fruiturus in ævum.
Vir quidam mundanus homo venerabilis ædem
Pone Petri tumulatus erat, nocteſque per omnes
Singultus lacrymaſque dolens fundebat, & omnes
Queſtubus implebat ſedes, conqueſtio vèrum
Cum nimium Petro foret iſta moleſtior, atque
Cum ſemel audiſſet quadam ſub nocte querelas
Clamoreſque celer, nulla mediante moraque
Exiit è cella, flentemque & ſæpe dolentem
Arguit & lachrymas dantem, tunc ore gemendi
Præbuit oppreſſo finem, dehinc nulla ſepulchro
Vox audita viri eſt clamantis, nullaque flentis.
Cœnobio miles Gallorum ex gente per annos
Vixerat haud paucos quidam devotus, & atra
Sæcla fugans, mundiq; decus, ſub clauſtra ſuperno
B Servierat Domino, quando male cautus honores
Delitiaſque orbis, titulos, vanoſque triumphos
Proſpiciens, quæ cuncta prius quaſi putrida ſprevit
Stercora, poſt habuit clauſtrum, monachumq; reliquit
Tegmen, & induitur mundanis veſtibus, atque
Arma capit tractanda manu; poſt temporis autem
Non parum cum ſe aſpiceret feciſſe proterve
Atque erraſſe nimis, mortis dignumque metipſum
Mittier in tenebras cenſeret, ob ore querelas
Sæpius emittens, mærentia corda fatigans
Sæpius, & lacrymis Petri venerabilis hujus
Abbatiſque ſui meritis confiſus, ad aras
Cœnobiumque redit, vivens & plurima raptu
Quæ conquiſierat ſecum portavit, ut autem
Amiſſum Petrus redeuntem agnovit, in ore
Gaudia demonſtrans, animo quoque lætus in ædem
Suſcipit, & ſociat clauſtro, quas detulit autem
Secum ſprevit opes, omnes foveaque cremari
Juſſit ab igne Petrus; faciens hæc providus autem
Venturos monuit magno teneantur amore
C Cum monachis, aſt damna animæ permittere nolint.
Plurima ſunt hujus patris venerabilis orbe
Splendida facta Petri, lepidis contexere chartis
Omnia ſi vellem, ſi quot miracla (regebat
Illius in terris artus dum vita) patravit
Pandere & eximiis vellem celebrare camenis
Non poſſem ſi muſa mihi Mantoa liquorem
Pegaſidum madefacta dabit devota canenti
Rubor & adiungat vires, loquererque per annos
Nec ſi millenos, hujus præconia laudum
Prȩſulis attingam, ſed quæ ſunt dicta ſuper ſint
Pro vita, miracla patris poſt funera mox fere
Dicere Muſa; Igitur Petrus venerabilis anno
Quo terrena poli petiturus in æthera gaudens
Linquere debebat; Joannes nomine quidam
Frater ſub clauſtro vivens, dum nocte ſopori
Corpora donabat media, hæc inſomnia vidit
Nempe quod excelſi tres magno robore montes
Sede movebantur propria, motique futura
Damna minabantur mundo, tantuſque per æther
D Clamor pro tali motu fiebat, ut omnis
Machina terreſtris, moleſque hæc magna reduci
In nihilum cenſeretur, rueretque per ævum.
Frater id aſpiciens nimia formidine preſſus
Cum fugeret peteretque aras, & quærere vellet
Quid viſum crudele foret, voce audiit alta
Quod ſunt Cluniaci Abbates tria culmina montis
Scilicet Oddo pater, Majolus, & Oddilo, ſecum
Qui ut ferrent venere poli ſuper æthra Cavenſis
Abbatem clauſtri Petrum, ſolemnia quando
Sedis Apoſtolicæ celebrantur principis ara;
Corpora corripiens autem projecta ſopore
Frater & evigilans duro ſub corde premebat
Sæpe dolens gemitus, lachrymaſque edebat inanes
Præſulis expectans mortem, ſolemnis ut erga
Cathedra præfatis devenit principis, Abbas
Febribus arreptus languentia membra cubili
Collocat, & juxta viſum Joannis, in arces
Spiritus æthereas ſociatus ab agmine divum

*Corpore dividitur petiturus, & illius oſsa*
*Devoti condunt fratres ſub rupe verendi,*
*Quæ fuerat quondam ſedes Alpherii in urna*
*Qua quoties idem Petrus monſtraverit Abbas*
*Virtutes, & fata nimis miranda ſequuntur*
*Ejuſdem quæ geſta orbi teſtantur in ævum.*
*Sergius in primis etenim quia ſegniter annos*
*Ducebatque dies monachus venerabile Petro*
*Sæpius argutus fuerat, ſuadente Barathro*
*Hic igitur cultore, locum quo clauſa jacebant*
*Corpora nil pavitans infando conſpuit ore;*
*Quemque ſalutantes pronis cervicibus omnes*
*Poplite adorabant flexo; non territus iſte*
*Judæo de more auſit maculare, ſed alto*
*Judice percutitur, quoniam cum contra ſepulchrum*
*Expuit, intumuit facies, & crimine tanto*
*Evaſit pertorta nimis: miſerabilis ergo*
*Undique pro labiis tumidis cruciatibus actus*
*Appetit Abbatem Simeonem: poplite flexo*
*Atque manifeſtat crimen, veniamque precatur*
*Atque petit devotus opem, cui præſul, ab illo*
*Sanior effectus fueris, quo noveris eſſe*
*Percuſsum te frater, erit tua tuta medela*
*Qui tua plaga fuit, faciem ſanabit & ille,*
*Cujus ad imperium tumuit, fuit oſque retortum.*
*Tunc frater ſub corde dolens venerabilis urnam*
*Devota cum mente ſubit, proſtratus humique*
*Depoſcit compunctus opem, patrataque plangens*
*Crimina, curatur facie, curatur & ore.*
*Convenere olim plures prope fluminis undas*
*Nomine cujuſdam Tuſci, ſimul ore loquelas*
*Miſcentes fratres ſancti Michaelis in æde*
*Quos inter Bariſanus erat Leo frater & Urſus*
*Rammarius (fratreſque velut ſolet inter) agebant*
*Cœnobii de rebus, opus tanti Ordinis, atque*
*Abbatem Petrum, Petrique inſignia facta*
*Unanimes cum laudarent, obſiſtere ſolus*
*Urſinus voluit monachus, monituſque ſileret*
*Infando nec geſta patris venerabilis ore*
*Irrideret, eo demens procedere fando*
*Amplius & nequiter voluit, ſed nocte ſequuta*
*Lumina non clauſit, dulcique effuſa ſopori*
*Membra dedit, vigilans quem jam contempſerat, illum*
*Aſpicit in ſomnis irata voce loquentem*
*Hæc ſecum ſic Urſe tuo das frater honores.*
*Abbati? ſic de proprio diſsolvere linguam*
*Præſule dic debet monachus? tunc improba frater*
*Commemorans quæ fatus erat, pro crimine patri*
*Depoſcit veniam, Petrus venerabilis autem*
*Ante aras illum ducens, ita verbere cœpit*
*Acriter in totis membris affligere, ut inter*
*Tot pœnas clamaret, amens quaſi gutture voces*
*Rumpebatque omnes; pro tali cumque rumore*
*Veniſſent fratres, monachum ſomniſque gementem*
*Vidiſſent miracla ſtupent, & corpora ſomno*
*Illius excutiunt, velit & cupientibus orant*
*Dicere clamoris cauſam gemituſque, cubile*
*Qui erectus vigilanſque dolens ex ordine ſomnis*
*Omnia quæ vidit manifeſtas, & omnia narrat.*
*Inſuper haud poterat memoratus frater in uno*
*Sergius eſſe loco, per quicquam temporis, inde*
*Hincque vagabatur, ſed ſæpius, ergo ſoporem*
*Quadam nocte pater capienti apparuit, atque*
*Acriter objurgat, citius ſeque eſſe daturum*
*Crimine pro tali pœnas denunciat, idem*
*Ergo dies frater poſt paucos Sergius alto*
*Corruit & coxam fregit, percuſſus & ædes*
*Amplius haud clauſtri potuit remeare vagando.*
*Præterea extremum & miſerabile terminet iſtud*
*Tot miracla patris. Joannes frater ab urbe*
*Juſſus ut in caſtro Divi cum fratribus annos*
*Adiutoris agat, ſacrata Cavenſia quadam*
*Clauſtra die adveniens, quæ in caſtro retulit iſte*
*Geſta loquens fuerat, media ſub nocte Leoni*
*Barenſi quod Petrus ait venerabilis ut quid*
*Tam Leo ſegnis ades? ut quid pro fratribus orbe*
*Migratis, animiſque piis non debita ſolvis?*
*Scito igitur quod ſæva cito tria numina vitæ*
A *Rumpent fila tuæ, loca nigraque mortis adibis.*
*Evigilans terrore Leo correptus, & horas*
*Viveret aſpiciens quod paucas, territus hæſit*
*Atque reformidans, flexus bis quolibet aris*
*Devota cum mente die lachrymanſque prophetæ*
*Omnia Davidis pſallebat cantica, donec*
*Correptus languore, (pater venerabilis Abbas*
*Dixerat ut Petrus) periit ſub mortis amore.*

Hactenus de Petro qui primus inventus eſt Policaſtri Epiſcopus. Cæteros, qui ante ipſum hujus Eccleſiæ habenas rexerunt non habemus, deperditis, ut diximus, monumentis.

2 ARNALDUS Policaſtrènſis Epiſcopus teſtis fuit donationis Adalatiæ comitiſſæ Siciliæ & Calabriæ, quam fecit Petro Epiſcopo Squillacenſi de Eccleſia ſanctæ Mariæ de Roccella cum juribus & pertinentiis ſuis anno ab Incarnatione Domini 1110. 13. Kal. Mart. Indictione 6. Documentum dabimus in Epiſcopis Squillacenſibus. Poſt Arnaldum qui ſucceſſerit uſque ad Innocentii III. tempora non B habemus. Legitur enim in ejuſdem Pontificis regeſtro epiſtola ad Clerum, Populum, Epiſcopumque Policaſtrenſem ut benignè Cardinalem Apoſtolicæ Sedis Legatum ſuſcipiant, & debitam reverentiam impendant; nomen autem Epiſcopi in ea non exprimitur. II.

3 N..... cujus nomen non habemus Saponariæ Marſicenſis diœceſis Archipresbyter poſt diutinam Policaſtrenſis Eccleſiæ vacationem à Capitulo Epiſcopus electus eſt; ſed cum aſſenſum Federici Regis Sicil. expetiiſſent Canonici, & ex ipſis aliquos in Siciliam deſtinaſſent nuncios, Rex quemdam Medicum ſuum Jacobum virum indignum contra canonicas ſanctiones intrudere volens, minis & indignatione ab ipſis extorſit, ut Jacobum eligerent Epiſcopum: ii vero metu & mœrore exterriti, quod Rex jubebat effecerunt, elegeruntque contra legitimum jam electum. Is favore Regis à Tarentino & ſanctæ Severinæ Archiepiſcopis, Epiſcopoque Geruntino munus conſecrationis acceC pit, & ad Policaſtrenſem Eccleſiam acceſſit, quem Policaſtrenſes tanquam Epiſcopum accipere renuerunt, remque totam ad Innocentium III. detulerunt, quæ cum diu ventilata in Romana Curia fuiſſet, priorem electionem Saponariæ Archipresbyteri idem Pontifex confirmavit, ſecundam Jacobi tanquam vitio factam irritam declaravit. Datis literis ad Epiſcopum Caputaquenſem & Abbatem Cavenſis Cœnobii 15. Kal. Julii pontificatus ſui an. 14. qui fuit ſalutis 1211. Porro literæ ſunt tenoris ſequentis exſcriptæ ex regeſtro eiuſdem. III.

*Epiſcopo Caputaquen. & Abbati Caven. Salernitanæ diœceſis.*

*Policaſtren Eccleſia dudum proprio viduata paſtore, cum ipſius Capitulum, ſicut pro ejus parte fuit propoſitum nobis, obtenta licentia eligendi dilectum filium Archipresbyterum de Saponaria in Epiſcopum unanimiter elegiſſent, quoſdam ex Canonicis in Siciliam tranſmiſerunt ad aſſenſum Regium obtinendum. Unde cum Rex nec ſuper hoc, nec ſuper quibuſdam perſonis aliis poſtea, quod* D *non licuit, nominatis, ad eorum potuiſſet deſideria inclinari; & ex parte ipſius Regis ſuggeſtum fuiſſet eiſdem comminationibus intentatis, ut Jacobum ejus medicum nominarent: ipſi Regis metuentes indignationem incurrere, dolentes pariter & inviti dictum Jacobum elegerunt. Qui cum dil. fil. N. G S. Theodori Diacon. Card. Apoſtolicæ Sedis Legati, & Regis literis ad ven. fratrem noſtrum Archiepiſcopum Salernitanum acceſſit, pro confirmationis & conſecrationis gratia obtinenda, ſed Archiepiſcopus prius quam in negotio ipſo procederet noſtræ reſponſionis oraculum requiſivit. Cui dediſſe recolimus in mandatis, ut ſuper electionibus in Policaſtrenſi & Sarnenſi Eccleſiis celebratis procedere retardaret, cum diſponeremus ad Regis præſentiam noſtros nuntios deſtinare, per quos ſuper his & quibuſdam aliis noſtram plenius intelligeret voluntatem, unde cum Archiepiſcopus memorato Iacobo reſponſum Apoſtolicum reſcripſiſſet, propriis literis noſtrarum tenore literarum inſerto, idem commotus dicitur reſpondiſſe, revertar ad Regis curiam, & ab his qui eligi*

*me fecerunt, ſuper conſecratione mea favorem & auxilium obtinebo; verum eodem poſtmodum apud Regem multipliciter laborante pro conſecrationis munere obtinendo, ſupradicti Capituli nuntii, Cardinali præfato mandatum noſtrum ad Archiepiſcopum memoratum directum exponere curaverunt; ſupplicantes eidem ne dicto Iacobo ad conſecrationis gratiam obtinendam auxilium vel favorem impenderet, ad Sedem Apoſtolicam appellarunt; cum autem Card. noſtras ab eis literas quæſiviſſet, & ipſi earum penes ſe authenticum non haberent, ipſe inducias eiſdem indulſit, infra quas dictas ei literas vel earum tenorem ſub ſigillo ſupradicti Archiepiſcopi præſentarent. Quorum receſſu propter turbationem temporis retardato, ad Cardinalis præſentiam redeuntes, cum peterent inducias prorogari, Card. ipſe reſpondit ſe nullum eis terminum aſſignare, ſed ipſi bona fide quam citò poſſent ad ipſius præſentiam cum noſtris literis, vel earum tranſcripto redire curarent, cumque maris turbatione pacata ſe aditer accingerent redeundi, in ejuſdem Card. præſentia provocationem primitus interpoſitam innovarunt: dictus verò I. apud Meſſaner. remanens civitat. per venerabiles fratres noſtros . . . . . . Tarentinum & ſanctæ Severinæ Archiepiſcopos, & Epiſcoporum Geruntinum de mandato Cardinalis ipſius obtinuit conſecrari, & prædictis Canonicis reverſis ad propria, è veſtigio ſubſecutus ad Policaſtrenſem Eccleſiam conſecratus acceſſit: quanquam eum Policaſtrenſes Canonici tanquam Epiſcopum recipere renuiſſent; porro cum iidem nobis poſtmodum ſupplicaſſent ut quod de dicto Iacobo tam perperam factum fuerat, auctoritate dignaremur Apoſtolica retractare, venerab. fratri noſtro Cuſentino Archiepiſcopo, & dilecto filio Abbati Floris dedimus in mandatis, ut tam ſæpedicto Iacobo & Policaſtrenſi Capitulo, quam etiam Salernitano Archiep. evocatis, ut comparerent per ſe vel per reſponſales idoneos. coram eis inquirerent ſuper præmiſſis plenius veritatem, & quod invenirent per ſuas nobis literas fideliter intimarent, ut per ipſos certiores effecti, prout expediret in eodem negotio procedere curaremus, unde Archiepiſcopus, conjudice non valente propter guerrarum pericula intereſſe; de ipſius tamen conſenſu in negotio iam dicto procedens, admiſſis teſtibus ſuper ipſo productis, indagavit diligentius veritatem, quam ſub ſuo ſigillo ad noſtram præſentiam deſtinavit. Cum autem propter hoc nuper procuratores partium ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſſent per dilectum filium N. B. tit. ſanctæ Suſannæ Presbyterum Cardinalem ipſis auditorem conceſſum, acta inſpici fecimus diligenter. Qui cum nobis quæ invenerat explicaſſet, intelleximus per depoſitiones teſtium, & literas Card præd. coram Archiepiſcopo Cuſentino exhibitas manifeſte probatum, quod Eccl. Policaſtren. vacante, de præfato Archiepiſcopo concors fuerat electio celebrata, & quod nuntii deſtinati ad aſſenſum Regium obtinendum, illum cum inſtantia requiſitum obtinere minime potuerunt; quodque res per Regis familiares ipſius cognita voluntate, quod prædictum Iacobum eligi cupiebant, eum poſtmodum nominarunt. Item quod poſtquam innotuit dicto Iacobo per Apoſtolici reſcripti tenorem, eidem ab Archiepiſcopo Salernitano tranſmiſſum, quod Archiepiſcopo memorato à nobis inhibitum fuerat, ne ſuper electionibus Policaſtren. & Sarnen Eccleſiarum procederet: ipſe ad Regis Curiam redit pro conſecrationis munere obtinendo. Rurſum quod poſtquam Cardin. præfato huiuſmodi prohibitio extitit per Policaſtrenſis Eccleſiæ nuntios reſerata, & dilatio ad noſtras ſuper hoc literas vel earum tenorem ſub ſigillo Salernitani Archiepiſcopi exhibendas ab eodem nuntiis ipſius indulta; necnon poſt appellationem ad nos interpoſitam, dictus Iacobus fuerat in Epiſcopum conſecratus. Cum ergo nobis conſtiterit electionem ipſius Iacobi non ſolum contra ſtatuta canonica, verum etiam contra conſtitutionis tenorem inter Romanam Eccleſiam, & illuſtris memoriæ Imperatricem Conſtantiam ſuper Epiſcoporum electionibus initæ, quæ proculdubio dicto innotuit Card. cum & nos illam ſibi miſerimus, & ipſe in literis quas Cuſentino Archiepiſcopo deſtinavit, de illa fecerit mentionem, minus canonice celebratam, alia non caſſata, de conſilio fratrum noſtrorum, inquiſitione ſuper gravibus quæ in perſonam ipſius Iacobi publicè dicebantur omiſſa, cum factum in ſe ipſo exiſteret vitioſum, electionem ipſam irritam decrevimus, & inanem. Interdicentes eidem executionem Pont. officii non rite ſuſcepti, Policaſtrenſi Capitulo noſtris literis injungendo, ut in electionis negotio, de præfato Archipresbytero celebrata, concorditer procedentes, eandem Metropolitano ſuo præſentare procurent confirmandam vel infirmandam ab ipſo, prout de iure fuerit faciendum. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quod à nobis eſt ſententialiter factum appellatione remota firmiter obſervari, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lateran XV. Kal. Iunii anno XIV.*

Scriptum eſt ſuper hoc in eundem ferè modum Policaſtren Capitulo. *Eccleſia veſtra dudum, &c.*

In eundem ferè modum ſcriptum eſt ſuper hoc Salernitano Archiepiſcopo. Datum Lateran. &c.

Quatuor Capitula Regni Siciliæ, quorum modo meminit Innocentius in Epiſtola, Conſtitutionis tenorem memorantur ab aliis. Habita verò eſt hæc conſtitutio, ut ait Innocentius, cum Conſtantia Federici matre, & Siciliæ Regina. Hac de re, ſic ſe habent geſta Ionocentii, quæ nuper edidit Franciſcus Boſquettus. Imperatrix verò Conſtantia reverſa Panormum miſit ad Duciſſam Spoleti, quæ filium ſuum in Marchia nutriebat, & perductum ad ſe coronari fecit in Regem, cœpitque cum eo regnare: Direxit autem incontinenti nuncios cum muneribus ad Dominum Innocentium, devotiſſime poſtulans, ut Regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, ac Principatum Capuæ cum cæteris adjacentibus ſibi, & filio ſuo concedere dignaretur ſecundum formam qua prædeceſſores ejus conceſſerunt illis Regibus prædeceſſoribus. Ipſe vero ſagaciſſimus Pontifex diligenter attendens, quod privilegium conceſſionis indultorum primò ab Adriano, & renovatum poſtmodum à Clemente ſuper quatuor Capitulis videl. electionib. legationibus, appellationibus, & conſiliis, derogat non ſolum Apoſtolicæ Sedi, verum etiam Eccleſiaſticæ libertati, mandavit Imperatrici, ut illis Capitulis renuociaret omnino. Et cum ea non eſſet aliquatenus conceſſurus; tentavit illa propoſitum ejus muneribus immutare, quod cum efficere nequiſſet, miſſis honorabilibus nunciis Anſelmo Neapolitano Archiepiſcopo, Aymerico Syracuſano Archidiacono. Thoma Juſtitiario, & Nicolao Judice poſt tractatum diutinum obrinoerunt conceſſiones. Privilegiorum innovari, Capitolis illis omnino remotis ſub cenſu, fidelitate, & hominio conſuetis, privilegium non pervenit ad illam mortis acceleratione præventam. Hæc ad verbum retulit Antooin. Chron. par. 3. tit. 19. cap. 1. §. 1.

4. Fr. GUILLELMUS de Licio Ord. Minorum Epiſcopus fuit, teſte Petro Rodolpho Toſſinianenſi, circa ann. Dom. 1222. quod mirum videtur doctiſſim. Waddingo in Append. ad pr. tom. *Videtur*, inquit, *aliquantulum admiratione dignū, quod vivente ipſo humillimo* (Franciſco) *inſtitutore, valde hujuſmodi ſuorum Fratrum promotionibus adverſante, ut alias diximus, tres primi* (nempe Ruffus Anconitanus, Gabriel Policaſtrenſis, Petrus (1) Groſſetanus, & Simeon Aſſiſienſis Epiſcopi) *& paulo poſt quattuor ad Epiſcopalem evehe*r*entur dignitatem, niſi fortaſſis gravia eorundem in Eccleſiam obſequia, aut eminentia merita difficultatem hanc ſuperarint, & præmium hoc omnino ſibi vindicaverint.* Hæc ille. IV.

5. N. . . . . per obitum Epiſcopi Policaſtrenſis ex Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ à Capituli minore parte eligitur, an deinceps ex mandato Gregorii IX. qui per ſuam epiſtolam monuerat Capitulum, ut caſſata priori electione ad aliam intenderent Canonicam ſubſtitutionem Antiſtitis. An idem Archidiaconus fuerit ad eam dignitatem aſſumptus ignoratur. Scripta fuit epiſtola illa anno 2. Pontif. Salutis verò 1237. Nonis Septembris. Extat in ejus Regeſto num. 24. fol. 48. V.

6 JOANNES Caſtellomata Salernitanus nobili familia natus per Georgium S. Euſtachii Diac. Card. Apoſtolicæ Sedis Legatum Epiſcopus Policaſtren- VI.



(1) Petrus iſte deſumptus fuit ex Ordine Ciſtercienſ., & monaſterio S. Galgani celeberrimo agri Senenſis, ut idem Ughellus aſſerit in Groſſetanis Antiſtitibus.



ſtrenſis delectus ab Innocentio IV. Pontifice ann. 1254. 10. Kalend. Novembris confirmatur, Capituloque Policaſtrenſi commendatur ab eodem, ut ex epiſt. num. 326. fol. 182. anno ſui Pontif. 12. in Reg. Vat. legitur. Paululum Pontifex fuit, vel morte oppreſſus, vel ad aliam dignitatem translatus. Ex hac nobili Caſtellomata familia nuper obiit amicus noſter Pyrrhus Aloyſius eruditiſſimus, ac digniſſimus, Aſculanæ Eccleſiæ in Apulia Epiſcopus, de quo ſuo loco.

VII. 7. MARIUS ſucceſſit Joanni, paucoque tempore hanc rexit Eccleſiam, & ad ſancti Marci in Calabria Epiſcopatum translatus eſt anno 1256. 15. Kalend. Auguſt. de quo ex lapſu memoriæ in noſtro S. Marci Epiſcoporum catalogo non meminimus. Ponendus eſt ante Fabianum, ſeu Fabritium.

VIII. 8 FARRITIUS, ſeu FABIANUS Epiſcopus S. Marci ad hanc Eccleſiam translatus eſt ab Alexandro IV. ann. 1256. 15. Kalen. Aug. cui commendat Pontifex Marcum olim Policaſtrenſem, tunc S. Marci Epiſcopum, in epiſtola Vat. Regeſt. nu. 378. fol. 198 anno Pontificatus ſui ſecundo.

IX. 9 BARTHOLOMÆUS an. 1278. memoratur in Regio regeſt Neapolitano.

X. 10 THOMAS hujus Eccleſiæ Epiſcopus mortalitatem explevit an. 1356.

XI. 11 FRANCISCUS Capograſſus Salernitanus ex Decano Capuanæ Eccleſiæ ab Innocentio VI. die 10. Kalend. Feb. anno 1356 datus eſt ſucceſſor Thomæ, conſecratuſque eſt Epiſcopus, de quo in Reg. Vat. epiſt. 53. fol 11. In cujus vivis anno 1371.

XII. 12. NICOLAUS vixit ſchiſmatis tempore, qui cum partibus Antipapæ Clementis VII. adhæſiſſet, ab Urbano VI. Epiſcopatu mulſtatus eſt extremis diebus ſui Pontificatus, ut habetur in lib. Proviſ. Prælatorum Bonifacii IX. Erat is Ordinis Minorum expreſsè profeſſus, qui poſt aliquot annos defuncto ſucceſſore Luca, ad gremium Eccleſiæ reverſus eidem Policaſtrenſi Eccleſiæ præficitur à Bonifacio anno 1403. 7. Id Febr. obiit anno 1417.

XIII 13 Fr. LUCAS de Rocca Contrata ejuſdem Ordinis Minorum in admoti Nicolai locum Policaſtrenſi præficitur Eccleſiæ anno 1.92. translatus deinde ad Bellicaſtrenſem anno 1403. 7. Id. Feb. (1)

14 ROBERTUS Epiſcopus Squillacenſis vivente Luca in ſchiſmate translatus ad hanc Eccleſiam anno 1413. potius videtur intruſus quam legitimus Epiſcopus.

XIV. 15 NICOLAUS Abbas monaſterii S. Joannis ad Pirum Ordinis S. Baſilii Policaſtrenſis diœceſis defuncto Roberto *a* à Capitulo delectus eſt Epiſcopus ann. 1417. ſequenti 7. Kal. Martii a Martino V. confirmationem accepit; id narrat lib. Prov. Præl. Forte obiit anno 1438.

*a Nicolao*

XV. 16 JACOBUS Lancellottus Tropejenſis Eccleſiæ Decanus per obitum prædeceſſoris creatus eſt Epiſcopus 9. Kal. Novemb. 1438. mortuus eſt anno 1445.

A 17 Fr. CAROLUM Neapolitanum Ord. Eremitarum S. Auguſtini ſacræ Theologiæ eximium doctorem Eugenius IV. ad hanc ſedem provexit anno 1445. pridie Id. Apr. cujus mentio in Actis Conſiſt. & in Regio Regeſt. Neap. XVI

18 Fr. HIERONYMUS de Vinea Ord. Prædicatorum Policaſtrenſis erat Epiſcopus ann 1455. teſte Theodoro de Valle in lib. Vir. Illuſtr. Ord. Præd. p. 3. XVII.

19 Fr. HENRICUS Languardus Panormitanus Ord. Præd. Neapolit. Regis a ſacris Confeſſionibus menſe Octob. 1468. eandem ſedem adeptus eſt. Translatus eſt anno 1471. ad Eccleſiam Acheruntinam. XVIII

20 GABRIEL Altilius *b* Lucanus Latinæ linguæ peritiſſimus, lepiduſque poeta in Regia aula ſummæ exiſtimationis, junioris Ferdinandi Regis Neapol. præceptor à Sixto IV. fuit adlectus Epiſcopus an. 1471. 14. Kal. Octobr. heroico carmine excelluit, ut Pontani, atque Actii teſtimonio, antiquis vatibus exæquaretur. Factus Antiſtes, ut Jovius refert in elogiis, à Muſis per quas profecerat celeriter deceſſit, ad ſacras litteras Præſuli dignas confugit. Magnopere celebratur teſte Jacobo Gaddio in libro eruditiſſimo de Scriptoribus non Eccleſiaſticis, Altilii epithalamium Iſabellæ Aragoniæ, in quo miram habet, ac ſingularem eruditionem, tum facundiam, teſte Gyraldo. qui ſubdit, affectatim tamen in quibuſdam: idem epithalamium longe optimum appellat Scaliger, qui tamen authorem carpit, ut nimium atque verboſum. Illud alia comitantur epithalamia, quæ generatim tangit Poſſevinus in lib. 28. Bib. ſel. ubi memorat non paucos Poetas egregios. Mortuus eſt in ſacrata Sacerdotii Sede ſexaginta annis major, ſalutis vero 1484. Tulit Pontani pietate ſupremi officii nobile carmen, quod pro titulo urnæ marmoreæ incideretur. XIX

*b De eo Toppius in Bibl. Neap. p. 101. & 181. eodem. in Addit. p. 81. Mandoſ.*

B

*Et tibi dant tumulos Muſæ, meritumq; ſepulchrum,*
*Et tibi dant titulos, quæ tibi culta Charis.*
*Altili ò venerande jaces hic, hac jacet urna*
*Pontificale decus, Pontificalis honos.*
C
*Ergo agite ò Nymphæ Sebethides, ergo age virgo*
*Parthenope ad tumulum ſpargite veris opes.*
*Sparge tuos flores, florum fœcunda Patule;*
*Et ſic ſparge tuas Antiniana roſas:*
*Altilio requiem dic ò chare, dic age Chie*
*Luceat Altilio lux ſine fine meo.*
*Quiſquis adeſt pia verba ſonet, madeatque ſepulchrum*
*De lachrymis madeat Pieri rore tuo.*

At de iis carminibus hoc judicium protulit Gaddus. Extinctum ornavit Pontanus carmine, quod pro titulo urnæ marmoreæ incideretur ſanè ingenioſo, & nobili. ſed parum gravi, minuſque congruo Pontifici ſacro, cujus Pontificalem honorem, & decus attollere dum vult, elevare videtur levitate. Peramœna, & nimis tenera lachrymarum, roſis, florum, nympharum, pieridis, charitis, quæ nomina mollior, & amœnitates ethnicas redolens Pontanus ad ſatietatem ſuis in tumulis repetit nulla fere diſtinctione perſonarum.

D 21 Fr. HIERONYMUS Almenſa Neapolitanus Ord. Prædicatorum Altilio ſucceſſit die 10. Januarii 1485. vir Theologica facultate, prudentia, & in rebus agendis experientia longe clariſſimus, ſumma apud Neapolitanum Regem exiſtimatione ſub ipſo variis functus muneribus; eiuſdemque apud Alexandrum VI. orator Romæ exceſſit domeſticus, ut vocant, ſacri Palatii Prælatus anno 1493. die 4. Januarii ſequentis noctis hora quinta; die ſequenti nobili funere conditus eſt in templo D. Mariæ Virginis ſuper Minervam. Refert Theodorus de Valle l. 4. Virorum Illuſt. Ord. Prædicatorum Hieronymi cadaver Neapolim translatum fuiſſe, ac reconditum in Eccl S. Dominici in ſepulc. quod parenti, & ſibi paulo ante poſuerat cum hac inſcript. XX

*Hic-*

(1) Eademmet die videlicet 7. Id. Febr. 1403. Fr Nicolaus huic reſtitutus eſt ſedi, quam vacuam reliquit decedens 1417. Robertus deinde è Squillacenſi ad hanc Eccleſiam translatus refertur in Ughello in ſchiſmate adhuc vivente Luca an. 1413. adeoque exiſtimandus intruſus. Sed Robertus iſte in Squillacenſibus promotus dicitur à legitimo Pontifice Bonifacio IX. & non ad hanc Policaſtrenſem, ſed ad Bellicaſtrenſem abierat. Et nonniſi per deceſſum Nicolai, qui certo contigit anno 1417. ſucceſſor evaſit non Robertus, ut ait Ughellus, ſed Nicolaus. Ita deſumimus ex actis Conſiſt. diligenter examinatis. Lucent uo.

*Hieronymus ex religioſa Prædicatorum familia Policaſtrenſis Pont. & Bernard. Phyſit. Cataldo Almeaſæ patri, ut officium in paternum cinerem detineret, & ſibi & poſteritati poſuit an. MCCCCLXXXXI.*

XXI. 22 GABRIEL Guidanus Lycienſis in demortui Hieronymi locum declaratus eſt Epiſcopus ab Alexandro VI. eodem anno 1493. die 7. Januarii, tertia ab obitu Hieronymi. Ita in Actis Conſiſt.

XXII. 23 ALOYSIUS Cardinalis de Aragonia *a* per deceſſum, ſeu ceſſionem Gabrielis hanc habuit commendatam Eccleſiam, quam dimiſit cum regreſſu an. 1504.

*a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 187.*

XXIII. 24 BERNARDINUS Laureus Spoletanus hanc Eccleſiam obtinuit à Julio II. anno 1504. die 22. Aprilis: fato ceſſit anno 1516.

XXIV. 25 JOANNES Neapolitanus accedente aſſenſu Aloyſii Cardinalis Aragoniæ delectus eſt Antiſtes die 18. Auguſti 1516.

XXV. 26. PYRRHUS-ALOYSIUS poſtquam per aliquod tempus hujus Eccleſiæ fuiſſet Epiſcopus, eam liberè reſignavit die 30. *b* Januarii 1530.


*b Die 6. Febr. 1531.*

XXVI. 27 BENEDICTUS Cardinalis Accoltus *c* factus eſt Adminiſtrator eadem die 30. *d*. Januar. 1530. quam Eccleſiam & ipſe reſignavit ſub Paulo III. an. 1535.

*c De eo eſtatus Ciaconius tom. 3. col. 479.*
*d 6. Febr. 1531.*

XXVII. 28 ANDREAS MATTHÆUS Cardinalis Palmerius *e* hanc habuit commendatam Eccleſiam 5. Julii 1535. Obiit 1537. de quo alibi.

*e De eo idem Ciacon. ibid p. 492.*



XXVIII. 29. FABRITIUS, vel FABIUS Arcella Neapolitanus clara, & nobili ſtirpe natus, Epiſcopus Biſignanenſis, ad hanc Eccleſiam translatus 5. Maii *f* 1537 Sedit ann. 5. eamque reſignavit.

*f 26. Febr.*

XXIX. 30 UBERTUS Cardinalis *g* de Gambara fuit Adminiſtrator nono *h* Januarii, anno 1542. deinde onus cum regreſſu, ut tunc mos erat, depoſuit an. 1543. die 8. Junii.

*g De quo idem Ciaconius ibid. p. 666.*
*h Die 19. Febr.*


XXX. 31 NICOLAUS FRANCISCUS de Maſſenella Neapolitanus, Policaſtrenſem Pontificatum obtinuit ex ſupradicti Cardinalis ceſſione die 7*i*. Junii 1543. triginta, & quatuor omnino annos hanc rexit Eccleſiam, obiitque anno 1577.

*i 18. Junii.*

XXXI. 32 LUDOVICUS Bentivolus *k* Bononienſis Comitis Conſtantii filius, utriuſque Signaturæ Referendarius die 4. Junii 1577. creatus eſt Epiſcopus. Bononiæ munus conſecrationis accepit ab Annibale Craſſo Faventino Epiſcopo in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Monte. Poſt annos quinque a ſua Præfectura translatus eſt *l* ad Eccleſiam Tiphernaten. de quo ibi 1. tomo.

*k De eo Galeottus de viris illuſtr. Bonon. & Ciampinus in Enarrat. Synop. Abbrev. p. 43.*
*l Menſe 1581. 27. Novembr. ex Actis.*

XXXII. 33 FERDINANDUS Spinellus clara, vetuſtaque familia Neapoli natus Ferdinando Seminariæ Duce patre Epiſcopus Neocaſtrenſis ad hanc Eccleſiam translatus 4. Decembris 1581. Neapoli mortem obiit. in Eccleſia ſanctæ Catharinæ



de Funariis tumulum accepit, ubi epitaphium hoc.

*Ferdinando Spinello Ferd. Ducis filio poſthumo, cui tractanti arma Tribunus Militum à Philippo II. Hiſpaniarum Rege delectus eſt ad ſacram militiam adeunti Neocaſtrenſis primum, deinde Policaſtrenſis à Gregorio XIII. Pont. Max. Carolus Spinellus major natu contra votum ſuperſtes fratri unanimi F. C.*

34 PHILIPPUS Cardinalis Spinellus *m* Epiſcopus fuit Policaſtrenſis, deinde Averſanus 1605. de quo vide Averſanorum Epiſcoporum noſtram ſeriem tomo primo. XXXIII.

*m De eo Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 350.*

De quo nec ſilentio prætereundum, quod poſt annum vigeſimum ab ejus obitu in Eccleſia S. Dominici hoc honorarium eidem monumentum marmore inſculptum fuit, Petro Antonio Archiepiſcopo Roſſanenſi nepote curante;

*Philippo Cardinali Spinello ex Ducibus Seminariæ, & Principibus Cariati, Archiepiſcopo Coloſſenſi, Epiſcopo Policaſtrenſi primum, tum Averſano, Apoſtolicæ Cameræ Clerico, & Legato apud Cæſarem, Ferrarienſes ſumma cum poteſtate Prolegato, aliiſque egregia cum laude muneribus adminiſtrandis clariſſimo pietate, prudentia, dexteritate & ingenii felicitate non impare, omnibus æque caro, ac ſemper ſuſpiciendo, qui in ipſa Averſ. diœceſis luſtratione obiit quinquagenario major, Petrus Antonius Spinellus Archiepiſcopus Roſſanenſis Patruo de ſe optimè merito grati animi monumentum Spinellianæ propter arcæ fontem à ſe conſtructum, anno ab ejus obitu xx. à Chriſto nato MDCXXXVI.*

35 HILARIUS Corteſius *n* Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus doctrina, & morum integritate egregius, qui abſente Spinello, hujus Eccleſiæ vices diu geſſit, à Paulo V. datus eſt ſucceſſor eidem Cardinali Spinello anno 1605. die 6. Junii. Exceſſit ſub eodem an. 1608. obeunte Septembri menſe: vir Cæſarei, Pontificiique juris ſcientiſſimus, plura reliquit ſui ingenii monumenta, quæ in Neapolitano D. Pauli tabulario extant. XXXIV.

*n De eo Silos in hiſt. Cleric. Regul. par. 2. l. 1. p. 172 Menaſ.*

36 ANTONIUS Sanctorius effectus eſt Policaſtrenſis Epiſcopus die 26. Aprilis 1610. poſt longam annorum ſeriem extrema clauſit anno 1629. XXXV.

37 URBANUS Feliceus Aquilanus J. U. D. amœnique ingenii vir, & eruditus amicus noſter, nec eo cogitante ab Urbano VIII. Pont. Max. Policaſtrenſis Epiſcopus declaratus eſt, anno 1630 die 4. Martii. Synodum diœceſanam collegit an. 1632. quam Romæ typis edidit eodem anno. Præfuit laudabiliter annis quinque, & in ipſo ætatis flore extinctus eſt anno 1635. Scripſit Feliceus teſte Leone Allatio de viris Illuſtribus, & addidit de ſumma Trinitate, ad Urbanum VIII. Panegyricum habuit coram eodem Pontifice in ſacello Quirinali ipſo XXXVI.

Tri-

,, dum omnium capaciſſimo; in utraque palæſtra ſcientiæ, & morum inſigni; adverſum mortalitatem immortalibus ingenii monumentis tutiſſimo; de hac ipſu ſibi devictiſſima ſponſa, quam pontificiæ liberalitatis exemplo hæredem ex aſſe inſtituit, plurimum ſemper merito; vita functo tertio nonas Septembris an. Dom. 1705. ætatis ſuæ annorum 64. præſulatus ſui nono. M. Antonius de Roſa ſucceſſor Epiſcopus, Canonici, aliique Capitulares grati animi monumentum PP.



XLII ,, M. ANTONIUS *de Roſa, Neapolitanus, J. U.D. patriæ Metropolitanæ Canonicus & Oeconomus, Conſultor cauſarum curiæ Archiepiſcopalis, ac Viſitator civitatis, & diœceſis Neapolitanæ ad hanc Cathedram evehitur 14. Decembris 1705. Policaſtrenſem Cathedralem antiquæ ſtructuræ in meliorem, modernamque faciem refecit, Seminarium reſtauravit, redditibuſque beneficiorum S. Mauri, & S. Michaelis Archangeli locupletavit. Maximis impendiis atque laboribus Eccleſiæ ſuæ jura adverſus Policaſtrenſem Comitem ſacerdotali conſtantia tutatus eſt. Dum autem in inviſenda diœceſi totus incumberet, in morbum incidit, cum quo per menſem propè colluctatus tandem deceſſit Urſacæ 28. Novembris 1709. in eodem, ubi Thomas ejus patruus jacebat, ſepulchro tumulatus.* C



XLIII. ,, ANDREAS *de Robertis, Petri, ac Hippolytæ Fortunatæ de Giſonibus filius, antiquæ generis nobilitati novam addit præclaris virtutis decus. Neapoli, atque Romæ cum amenioribus æquè ac ſeverioribus litteris egregiam navaſſet operam, in alma urbe utriuſque juris lauream accepit; ubi in eminentiſſimi Conſtantii aula diù commoratus, vacante per obitum Innocentii XII. Apoſtolica ſede, Conclavis Dapifer creatus eſt. Hinc per quinquennium complures urbis Eccleſias Viſitator Apoſtolicus perluſtravit, gravem et dimandauie provinciam Emin. Paracciano Congregationis præfecto. Rerum autem preclarè geſtarum laude cum jam ad altiorem gradum ſibi viam ſtraviſſet, à regnante feliciter Clemente XI. ad Raguſinum Archiepiſcopalem thronum evectus eſt 12. Septembris 1708. atque inde quinquennio poſt ad hanc Policaſtrenſem ſedem translatus 27. Novembris 1713. Mirum, quot labores exhauſerit, quæ diſcrimina Deo adjuvante effugerit, dum ſponſæ ſuæ jura ſarta te-* D

A ,, *cta ſervare nititur infractus Præſul. Diu vivat optimus Antiſtes Eccleſiæ gregiſque ſui commodo unicè intentus.)*

# SARNENSES

## EPISCOPI.



B

SARNUS *a* civitas mediterranea eſt Principatus Citerioris ad radices montis poſita, ubi fluvius Sarnus fluit, unde Sarni nomen fecere, ad quatuor millia mortalium complectitur, & alit in regione fertili, & amœna. Quando fuerit condita, aut quis ejus fuerit auctor, nullus commemorat; antiqua tamen eſt, quam Sarnus fluvius celebrem reddit. Hujus meminit Virgilius Æneid. 7. *a Vulgo Sarno.*

*Sarraſteis populos, & quæ rigat æquora Sarnus.*

Flumen eſt memorabile Sarnus, in eoque quæ arte, quæ caſu, quæ proiiciuntur miraculoſa naturæ virtute omnia in lapides convertuntur, ut Strabo, & Plinius ſcribunt. Neronem Imperatorem Sarni ſalubres aquas per 45. m. p. Baja, ac Miſeno deduxiſſe ad delitias ferunt. Giſulphus Salerni Princeps Sarnum ſuæ ſubjecit poteſtati, eumque Rodulpho nepoti ſuo dono dedit, anno 975. ut Herimpertus narrat. Poſt multa verò ſæcula Urſinis Nolæ Comitibus, Coppolis, Tutavillis, ac Columnenſibus dynaſtis, titulo Comitatus ceſſit; nunc ſub Regia poteſtate eſt. Hanc perbellè nobilitarunt pacis, bellique artibus inſignes viri, inter quos recenſendus Marianus ille Abignete, Italicæ militiæ gloria ſingularis, unus ex illis tredecim Italis præclariſſimis, fortibuſque militibus, qui ad gloriam italici nominis cum totidem Gallis viris virtute non imparibus pugnarunt, ac vicerunt, Ferdinando Rege Catholico regnante. Hujus facti hiſtoriam narrat Guicciardinus, Jovius, aliique præclaræ notæ Scriptores, inter quos Cantalicius laudat Marianum;

*Ibat ante omnes Marianus gloria Sarni.*

Quis huic civitati protulerit Evangelii lumen, non ſatis conſtat; poteſt autem ex conjectura cum cæteris huius provinciæ civitatibus didiciſſe ſacra Chriſtiana Epiſcopali dignitate exornata eſt ab Alfano primo Salernit. Archiepiſcopo, ex Apoſtolica Alexandri II. auctoritate an. 1066. Giſulfo Guaimarii filio, ultimo ex Longobardis Salerni Principe Sarnum dominante. Primus Epiſcopus creatus eſt Riſus, qui Baſilicam Cathedralem titulo S. Michaelis Archangeli erexit, quam deinceps magnificentius exornarunt, ac penè reædificarunt à fundamentis ſucceſſores Epiſcopi. Quatuor habet hæc Baſilica dignitates Primicerium videlicet ſecundum ab Antiſtite, Archidiaconum, Cantorem, ac Archipresbyterum, octoque *b* Canonicos, *b Seni* ( ,, *utraque præbenda deſtitutos* ) aliosque Presbyteros, & Clericos. ( ,, *Presbyter ab Epiſcopo deputatus inde exercet curam animarum, & aliæ duæ extant Parochiales, quæ regunt animas omnes circiter* 6000.) Aliam habet hæc civitas collegiatam Eccleſiam ſancto Matthæo Apoſtolo ſacram, ubi octo Canonici deſerviunt. Virorum monaſteria quatuor, inter quæ S. Mariæ de Fere Ordinis Minorum Conventualium, ubi iacet Gualterius Joannis Brennæ Hieroſolymæ Regis filius. Sanctimonialium ſeptum unum, xenodochia duo, duo

mon-

cleſiæ ſanctæ Mariæ olim S. Pauli de Palearea Ord. Præd. in ſuburbiis Salernitanis anno 1277. menſe Majo, I. Epiſcopus Sarnenſis. In inſtrumento inter Capitulum Salernitanum, & fratres Prædicatores facto eodem anno pro conſecratione ejuſdem Eccleſiæ Joannes dicitur, qui tunc Salerni erat cum Joanne Archiepiſcopo Sipontino, & Luca Acerenſi Præſule. Hac tempeſtate, & hoc ſedente Præſule in diœceſi Sarnenſi Carolus I. Andegavenſis utriuſque Siciliæ Rex permagnificam Abbatiam Ciſtercienſium monachorum extruxit in loco Gaudi ad radices Veſuvii montis, quam Regalem vallem nuncupavit, & tanquam filiam cœnobio Regalis Montis Bellovacenſis diœceſis ejuſdem Ordinis, quod pater ejus Rex Ludovicus prope urbem Bellumontem anno 1231. conſtruxerat. Statuit Carolus in donationis diplomate, ut perpetuis futuris temporibus in eo Cœnobio Abbates & monachi nulli admitterentur, qui in Gallia, vel Provinciæ, aut Fulcherquerii Comitatibus nati non eſſent. Cœnobium ampliſſimo cenſu juribus, ac privilegiis ditavit, quæ eo in diplomate exprimuntur, quod habetur adhuc in regio regeſtro Neapolitano ejuſdem Caroli ſignat. 1274. lit. B fol 70. ſic exſcriptum.

*Carolus &c. ad futuram rei memoriam.*

*Celebris, ſcriptum eſt, comprobata apud homines munificentia Principum quæ beneficia digna pro meritis obſequentibus recompenſat; tunc verò celebribus clarere conſpicitur titulis, cum ab eo qui omnia tribuit omnibus, id ipſum quod ſunt, quod obtinent, ſe recepiſſe humiliter profitentes, cum gratitudine debita non quod bonorum noſtrorum indigeat, ſed ut de ipſis ſuis donis, & datis tanquam omnium Domino debitum perſolvatur, gratis ſtudent muneribus honorare; profuſam igitur erga nos ſupernæ dexteram largitatis ex multis perceptis beneficiis agnoſcentes, dum ipſius provehente gratia ſublimati ad regni faſtigium, & in noſtrorum honorum primordiis quam jugiter in progreſſu proſperis ſucceſſibus ſemper aucti, claros triumphos de hoſtibus ipſo donante, qui potuit, noſcimur retuliſſe, ac volentes pro tantis nobis collatis gratiis in conſpectu ejus qui dedit, non apparere vacui, ſed munus puræ devotionis offerre ad honorem Dei, & Beatæ Virginis ſpecialiter, cujus patrocinium, nobis multipliciter credimus adfuiſſe, pro ſalute quoque animarum tam noſtræ, quam anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, necnon omnium, qui in proſecutione negotii Regni Siciliæ in Dei ſervitio obierunt, monaſterium in quo per Abbates, & Conventum Ciſtercienſis Ordinis perpetuo Domino ſerviatur fundandum, & de novo conſtruendum duximus in ſolo noſtro proprio ſito in Sarnenſi diœceſi, in loco videlicet qui Gaudi vulgariter hactenus dicebatur, ſed nos cum rem transferentes, cum nomine decrevimus Regalem Vallem de cætero nuncupari, ſic dotantes illud de propriis bonis noſtris, quod de ipſorum annuis fructibus, atque proventibus, & perſonæ inibi ſervientes commodè ſuſtentari valeant, & tam ad luminaria, quam ad alia, quæ ad divinum cultum pertinent impenſæ neceſſariæ miniſtrari. Ea propter dicto monaſterio jam incœpto, & per nos Deo auctore complendo noſtra bona & ſpontanea voluntate infraſcripta bona damus, concedimus & donamus, videlicet villam Serigani ſitam in Principatu prope dictum monaſterium cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis determinandis per nos, ſi de ipſis quæſtio oriatur, villam quæ dicitur ſanctus Tetius de Scafato, ſi Abbas Caſſinenſis, qui eam tenet, illam nobiſcum voluerit permutare, alioquin æquivalens pro ipſa excambium in alio loco aſſignare curabimus monaſterio ſupradicto, loca curiæ, quæ vocatur Hecle, & Campanore, ſita in pertinentiis Neapolis cum omnibus juribus ſuis, determinandis per nos ſi de ipſis quæſtionem contigerit exoriri, terras laboratorias in pertinentiis Capuacii de Principatu ſufficientes pro aratris duodecim, in pertinentiis verò Cumarum de Terra laboris, terras ſimiliter laboratorias ſufficientes pro aratris decem & octo, & in Sicilia in loco, qui dicitur Nabida, terras ſimiliter ſufficientes pro aratris quindecim, quorum quodlibet aratrorum erit quatuor boum, omnes vineas noſtras, quas Curia noſtra habet in Caſtro Maris de Stabia, quæ vinum Fianum & Latinum producunt; jus quod Curia habet in certis vineis hominum ipſius Caſtri Maris; in Tunnaria*

A *vero Palermi ſingulis annis quinquaginta barrilia de manſoe de zurra, & totidem de alia tunnina deferenda per mare cum expenſis noſtræ curiæ uſque Caſtrum Maris de Stabia ſupradictum, in fundaco autem Neapolis decem cantaria de ferro ſingulis annis ad opus monaſterii ſupradicti, de decima quoque o et Boſonti anno quolibet miliaria decem, quæ ſunt ad ſtarium Bari ſtaria quadringenta: in gabella vero ſalis Curiæ in Neapoli anno quolibet quingentos ſuminos ſalis, & in eadem terra Neapolis annis ſingulis quingentas libras de amigdolis, jus inſuper piſcandi in mari Caſtri Maris quantum duæ barcæ piſcari poterunt pro uſu, & ſubſtentatione monaſterii ſupradicti piſcariam etiam fluminis Squifati à loco videlicet monaſterii prædicti, uſque ad mare, reſervato tamen nobis & noſtris hæredibus quod libere poſſimus ibi piſcari facere ubicumque videlicet placuerit nobis & hæredibus ſupradictis. Nemus inſuper Squifati quod vocatur Frallini pro lignis neceſſariis monaſterii ſupradicti, ita tamen quod animalia ſylveſtria omnia, eorumque venatio noſtra ſint, & hæredum noſtrorum, dictique monaſterii Abbates ſeu monachi, converſi,* B *familiares, ſeu vaſſali animalia ipſa non capient neque venabuntur in foreſta ad animalia: neque licebit ipſis ejuſdem foreſtæ arbores extirpare, ex quo in toto vel in parte poſſet deſtrui nemus ipſum. Concedimus quoque ut animalia omnia propria dicti monaſterii libere poſſint paſcua & aquam ſumere per totum Regnum Siciliæ, per demania videlicet noſtra, nullæ exinde affidaturæ jure, vel alio quolibet exigendo, exceptis tamen defenſis noſtris, in quibus id eis non duximus concedendum. In prædicto autem monaſterio & bonis præmiſſis ei per nos donatis infraſcriptas conditiones nobis & noſtris hæredibus reſervamus, videlicet quod tam Abbas quam monachi mittendi ad ipſum monaſterium, omneſque in illo de cætero moraturi de nullis aliis nationibus, quam de Regno Franciæ, & Provinciæ ac Forchalquerii Comitatibus aſſumantur ac recipiantur, vel morentur ibidem abſque noſtra vel noſtrorum in Siciliæ Regno hæredum licentia ſpeciali, ita quod ſi etiam nobis vel ipſis hæredibus aliquem de quavis natione alia quam de ſuperius nominatis in monaſterio ipſo contigerit recipi, ſuſceptus taliter nullatenus valeat abſque* C *noſtro, vel noſtrorum in ipſo Regno hæredum aſſenſu in hoc habendi de novo præfici dicto monaſterio in Abbatem, quod ſi contra conditionem hujuſmodi per Abbates vel conventum ipſius monaſterii factum fuerit quoquomodo recipiendo monachos vel creando Abbates aliter quam eſt ſuperius ordinatum, & ipſi Abbates, & conventus ad noſtram & noſtrorum in Regno hæredum requiſitionem per eum quem nos, aut ipſi hæredes maluerint Epiſcopum moniti, taliter receptum monachum, vel creatum Abbatem poſt tres monitiones, quarum quælibet duorum menſium immediatè ſuccedentium ſpatio terminabitur, ita quod ſex menſes tantummodo hujuſmodi trina monitio comprehendat, non curabunt penitus ab eodem monaſterio amovere, eo ipſo poſſeſſiones, & bona omnia per nos monaſterio ipſi donata pariter & donanda, eorum quoque dominium ad nos & hæredes noſtros plenè, ac liberè revertantur, & oblatio, donatio, atque traditio de bonis hujuſmodi factæ ac faciendæ per nos in monaſterio ſupradicto nullam penitus obtineant firmitatem, ſed liceat nobis, & prædictis noſtris in Regno hæredibus poſſeſſiones & bona eadem auctoritate propria* D *capere, nullo in hoc judicii ſtrepitu expectato: ipſius vero monaſterii Abbatibus vel monachis non licebit bonorum ipſorum retentionem habere, ac ſi ea nunquam fuiſſet dicto monaſterio, deficiente conditio quæſita, dignum enim & decens fore cognoſcitur, ut prædictarum nationum viri, Deo in ipſo monaſterio famulentur, ex quibus utique nationibus illi prodierunt athletæ, qui Regnum Siciliæ cum multis ſudoribus, & laboribus, cum multa inſuper effuſione ſanguinis ad honorem Dei, & ſanctæ matris Eccleſiæ de perſecutorum ejus manibus liberarunt. Erit quoque ipſi monaſterio id non modicum fructuoſum, dum degentes in Regno, & confluentes ad illud tam multi nationum ipſarum, & libentius ibidem ſepulturas eligent & alia tam in vita, quam in morte beneficia illuc conferant potiora. Ipſi quoque Abbates & monachi ſi de prædictis nationibus aſſumentur, libentiores & promptiores exiſtent ad impendenda orationum ſuarum ſuffragia pro nobis & noſtris hæredibus ac pro prædictis aliis nationum ipſarum in Regno degentibus, & ad illud confluentibus, quam ſi forent de qua-*

libet

*liber alia natione, nec erit occaſio diſſenſionis vel ſcandali multarum inter monachos admiſſio nationum, ſed bonum charitatis, & pacis quod maxime religioſorum ſtatum ad famulandum quietius Domino firmat, & roborat, quodque nationum & animorum diverſitas turbare frequentius, prout experientia docuit, conſuevit, per hoc in ipſo monaſterio fovebitur plenius atque ſervabitur, ipſumque monaſterium tam in ſpiritualibus quam in temporalibus profectus exinde ſuſcipiet potiores: ſi enim ex nationum varietate multorum in monaſterio ipſo ſuſcitari diſſidia, & ex diſſidiis, prout nonnunquam evenit Abbatem vel monachorum aliquem per fraudem vel machinationem diſſidentium perimi, quod abſit, contigeret, infamia hujuſmodi rei ad ultramontanas partes perveniens, & monaſterium ipſum diffamans, animos omnium ſic in horrore & odium obfirmaret, quod nullo unquam tempore, aliquis de nationibus ſupradictis inducere poſſet in animum, quod ad monaſterium ipſum vellet aſſumi, ſed illud tanquam locum confuſionis & mortis omnes penitus exhorrerent, ſicque monaſterium ipſum temporaliter & ſpiritualiter in diminutionem divini cultus & obſequii prorſus deficeret, & vacuaretur omnino tam laudabile tamque ſalubre propoſitum fundatoris. Patet igitur quam periculoſum exiſteret nationes undecumque in ipſo monaſterio admiſceri, quantum etiam fructuoſum exiſtat, quod per illas tantum nationes, quæ nominantur ſuperius in dicto monaſterio, Domino ſerviatur. Cum enim tam multa prædicti & aliorum ordinum monaſteria de perſonis aliarum nationum ſint in regno Siciliæ inſtituta, ſatis conveniens fore videtur, ut hoc monaſterium de prædictis tantum duabus nationibus ſignanter inſtitutum remaneat, & quaſi quoddam memoriale perpetuum repræſentet quod per nos qui fulti potentia nationum ipſarum dictum Regnum ad laudem Dei de inimicorum Eccleſiæ manibus liberavimus, fundatum eſt pariter & dotatum; & quia tam nobis, quam Regno noſtro eſt à prædictorum fraudibus ſollicite præcavendum per hujuſmodi proviſionem ſalubrem trahentibus à proditoribus noſtris originem, vel alias contra nos & hæredes noſtros proſequentibus maligna di opportunitas ſubtrahetur, aliiſq; diſpendiis principalibus obviabitur, pluraque compendia ſubſequentur, quam ſi pateret indifferenter licentia ſtatuendi, & recipiendi pariter undecumque Abbates, & monachos in monaſterio ſupradicto. Cæterum quia ſpecialis nos cogit affectio, & rationabilis cauſa monet, ut circa regimen, & curam ipſius monaſterii ſpeciale aliquod ſtatuamus, volumus atque ſtatuimus quod monaſterio Regalis Montis fundato per claræ memoriæ Ludovicum illuſtrem Regem Franciæ patrem noſtrum, ipſum monaſterium Regalis Vallis ſubſit tanquam filia ſpecialis, ut ſicut nos ex dicto Rege ſecundum carnis propagationem proceſſimus, ita dictum monaſterium Regalis Montis, opus utique patris manuum per munificentiam ſui monaſterium ipſum Regalis Vallis, quod & propinquitate nominis illi aſſimilare ſtuduimus, in filiam tanquam ſpiritualem ſobolem ſortiatur, & honoretur exinde prærogativa gratiæ ſpecialis; in cujus rei teſtimonium præſens privilegium exinde fieri, & ſigillo majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum apud Lacum Penſilem per magiſtrum Guillelmum de Forum villa præpoſitum, &c. Regnorum, &c. Anno Dom. MCCLXXVII. die 3. Auguſti 5. Indictione, Regnorum noſtrorum Jeruſalem anno 1. Siciliæ vero 13.*

Nec ſilentio obvolvendum putamus, quod hoc eodem anno 1277. quo Carolus Rex Regalem-Vallem condiderat, alterum non minori claritudine cœnobium inter lacum Fucinum. & altiſſimos Marſarum montes in campis Palentinis juxta Sculculam oppidum (Cuculum vocat Strabo) eo ſcilicet loco ubi de Corradino parta victoria eſt, Carolus conſtruxit, cui de Victoria nomen fecit, Virgini enim Deiparæ voverat templum ſi potitus eſſet victoria, atque illud poſtea ibidem ex candido lapide, miraque arte extruxit multiſque caſtellis ac prædiis ditavit, apud quam nobile cœnobium Ciſtercienſium monachorum exædificavit. Corruit poſt multos annos opus nobiliſſimum, graviſſimo terræ motu; jacet inter rudera, & vepres, & nemo conſiderat pium perpetuumque in ſanctiſſimam Virginem votum; digniſſimum, ſanctumque deſiderium, cujus ut ſaltem hic aſſervetur memoria placuit exſcribere ejuſdem Caroli fundationis documentum ex ipſo Regio reg. Neap. ſignatam lit. B. fol. 69.

Carolus &c. ad perpetuam rei memoriam.

*Celebris, ſcriptum eſt, comprobata apud homines munificentia &c.* ut ſupra in diplomate fundationis Regalis-Vallis, uſque *monaſterium in quo per Abbates & Conventum Ciſtercienſis Ordinis perpetuo Domino ſerviretur fundandum & de novo conſtruendum duximus prope Sculculam de Aprutio quod monaſterium B. Mariæ de Victoria decrevimus de cætero nuncupari; ſic dotantes illud de propriis bonis noſtris, quod de ipſorum annuis fructibus, atque proventibus & perſonæ inibi ſervientes commode ſuſtentari valeant, & tam ad luminaria, quam alia, quæ ad divinum cultum pertinent impenſæ neceſſariæ miniſtrari. Eapropter dicto monaſterio jam incœpto, & per nos Deo auctore complendo noſtra bona & ſpontanea voluntate infraſcripta bona domus concedimus, & donamus, videlicet caſtrum Sculculæ in Aprutio cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, determinando per os ſi de ipſis quæſtionem contigerit exoriri, eo ſcilicet modo quod dominis, qui partes aliquas habent in caſtro prædicto excambium dabimus, ſi eas nobiſcum voluerint permutare, alioquin æquivalens excambium ipſi monaſterio aſſignabimus, in loco alio pro partib. ſupradictis, caſtrum, ſeu villam, quæ dicitur Pontes in Aprutio cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, determinandis ſimiliter per nos, ſi de illis quæſtionis aliquid oriatur, & ea etiam conditione adjecta, quod ſi aliqui oſtenderint in prædicto caſtro, ſeu villa ſe aliquod jus habere, dabimus proinde excambium, ſi recipere illud voluerint, alioquin in alio loco æquivalens excambium exinde aſſignabimus monaſterio ſupradicto; in territorio vero Eſculi de Capitinata terras laboratorias ſufficientes pro aratris totidem in territorio Salisburgi: in Marſia vero Sculcula, & Pontibus terras ſimiliter laboratívas ſufficientes pro aratris quinque, quorum quodlibet aratrorum erit de quatuor bobus, de decima quoque Boſonti annis ſingulis milliaria decem, quæ ſunt ad ſtarium Bari, ſtaria quadringenta; in Tannaria vero Panormi centum quinquaginta barilia de zuern, & totidem de tunnina alia deferenda per mare cum expenſis noſtræ Curiæ uſque Gajetam, quingentas quoque libras de amigdalis quolibet anno percipiendas Sulmonæ per Bajulos dictæ terræ; quingentos inſuper thuminos ſalis percipiendos de ſale Curiæ in terra Piſcariæ ſingulis annis; de ferro vero cantaria decem percipienda quolibet anno; in fundico dictæ terræ Piſcariæ; jus quoque piſcandi in partibus, quas curia noſtra habet in lacu Ficini quantum duæ barcæ piſcari poterunt pro uſu, & ſuſtentatione perſonarum monaſterii ſupradicti. Concedimus quoque ut animalia omnia propria dicti monaſterii libere poſſint paſcua, & aquam ſumere per totum Regnum Siciliæ, per demania videlicet noſtra, nullo exinde affidaturæ vice, vel alio quolibet exigendo, exceptis tamen defenſis noſtris in quibus id eis non duximus concedendum. In prædicto autem monaſterio, & bonis præmiſſis et per nos donatis infraſcriptas conditiones nobis, & noſtris hæredibus reſervamus; videlicet quod tam Abbas, & Monachi mittendi ad ipſum monaſterium, &c.* ut ſupra in documento Regalis Vallis uſque *volumus, atque ſtatuimus, quod monaſterio Oratorii dotato, & conſtructo in Comitatu Andegaviæ hæreditaria utique terra noſtra ipſum monaſterium B. Mariæ de Victoria ſubſit tanquam ejus filia ſpecialis, ut ſicut ipſum monaſterium Oratorii ſpeciali dilectione proſequimur, ita per noſtram munificentiam ſpirituali ſubinde fundatum prærogativa præcipuæ gratiæ in hoc inter cætera monaſterii ipſius Ordinis honoretur. In cujus rei teſtimonium præſens privilegium exinde fieri, & ſigillo majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum apud Lacum Penſilem per Magiſtrum Guillelmum de Farumvilla Præpoſitum, &c. Regnorum, &c. Anno Domini MCCLXXVII. die tertia Auguſti, quinta Indictione; Regnorum noſtrorum Jeruſalem, anno primo, Siciliæ verò 13.*

In eodem Regeſt. Caroli I. fol. 70. lit. B. extant ejuſdem Regis litteræ ad Abbatem Ciſtercii eodem anno, & loco, die 3. Julii datæ, quibus ſignificabatur, ut Monachos tum ex monaſterio Regalis-Montis, pro Regali Valle, cum ex cœnobio S. Mariæ de Oratorio pro monaſterio B. Mariæ de Victoria quantocyus emitteret, viginti pro quolibet monaſterio in iis Deo famulaturos, quas ne pereant ab hominum memoria hic exhibeo. A

Carolus, &c. *Religioſo viro Abbati Ciſtercii dilecto amico ſuo ſalutem, & amorem ſincerum. Quantum & qualem dilectionis affectum ad monaſteria Beatæ Mariæ de Regali Valle, & Beatæ Mariæ de Victoria, quæ nuper in Regno noſtro conſtruximus, habemus, dum ipſa rei evidentia edocet, vos non credimus ignorare, cum enim ipſa noſtrorum ſint opera manuum eorum honorem, & ſtatum celamus, & proprium, & ipſorum profectibus tam ſpiritualibus, quam temporalibus delectemur non aliter quam in noſtris. Sanè inter omnia quibus apud Deum, & homines monaſteria ipſa proficere poſſe ſperatur, illud extitit potiſſimum, ut tales perſonæ noviter ad illa mittendæ inſtituantur in ipſis, quæ honeſtate conſpicuę, diſcretione maturę, prudentia pręditæ, & providentia circumſpectæ ſuis claris, & fructuoſis operibus, & in conſpectu Altiſſimi placeant & in oculis hominum ſint acceptæ, ut ab Ordine veſtro tanquam de fontanæ plenitudine hi rivuli nequaquam claritati fontis diſſimiles, ſed conformes ad hæc novæ plantationis loca manantes, ſic ea ſua irrigatione fœcundent, ac virtutibus extollant, & exemplis illuſtrent, quod in rivulis fons illuceat, & in odorem famæ ſuæ occurrant delectabiliter univerſi. Rogamus igitur ſinceritatem veſtram, & inſtantia tota depoſcimus, quatenus Abbates monaſteriorum Regalis-Montis, & Oratorii quibus prædicta monaſteria ſubjecimus, quod viginti Monachos, & decem Converſos dotatos dotibus, quas præmiſimus pro quolibet ipſorum monaſteriorum per nos conſtructorum debeant protinus ad ipſa monaſteria deſtinare, omni qua expedit ſollicitudine, diligentia, atq; inſtantia monere curetis, exhortari, atque inducere idq; prorſus efficere apud ipſos ſummamq; in hoc operam adhibere; quod Deo primum, & vobis, ac Ordini veſtro exinde proveniat honor optatus, noſque ad provehenda jugiter monaſteriorum ipſorum commoda reddamur merito promptiores. Datum apud Lacum Penſilem die tertio Julii.* B C

Extant in eodem Regeſt. Regio alia documenta ad favorem ejuſdem monaſterii de Victoria ſcriptæ: quorum exemplaria ſunt apud me ex eodem tabulario excerpta. Primum eſt Caroli II. Datum Sutrii anno 1295. die 6. Julii, 8. Ind. Regnorum 11. Secundum ejuſdem Caroli II. Dat Neapol anno 1301. die 19. Martii, 10. Indictionis; Regnorum 13. Tertium ejuſdem eodem anno die 15. Maii. Quartum Joannæ Primæ Reginæ Datum Neapoli, anno 1346. die 11. Octob. Indict. 15. Regnorum 4. quibus omnibus ea omnia quæ Carolus Primus liberaliter elargitus fuerat eidem monaſterio confirmantur, vel aliqua bona commutantur. Cæterum redeamus ad noſtram ſeriem Sarnenſium Epiſcoporum, a qua, occaſione Regalis Vallis ædificationis in Sarnenſi diœceſi, digreſsi ſumus. Joannes itaque, ſi tamen ei tale nomen erat in Regeſt. Caroli II. ann 1282. quo ipſe Joannes Sarnenſis Epiſcopus inſcribitur, litem agebat in Regia Camera pro quadam Eccleſiæ ſuæ terra, ſeu tenimento, quod injuſtè occupaverat Gaufridus de Sarno, de quo nulla habetur memoria. D

XII. 12 GUILLELMUS ſub Bonifacio IX. hanc regebat Eccleſiam an. Chriſti 1296.

XIII. 13 NAPOLEO, anno 1324.

XIV. 14 Fr. NICOLAUS. Ordo ignoratur, cujus memoria extat, obiit 1333.

XV. 15 Fr. FRANCISCUS Ord. Minorum Sarnenſis Eccleſiæ Epiſcopus delectus eſt a Joanne XXII. per obitum Nicolai anno 1333. Idibus Martii, ex Reg. Vat.

XVI. 16 NAPOLEO II. obiit hujus Eccleſiæ Pontifex anno 1350. ex eodem Reg.

17 THEOBALDUM ex Archidiacono evectum legimus ad Epiſcopatum Sarnenſem à Clemente VI. ann. 1350. 16. Kalendas Maji, anno Pontificatus 8. in Reg. Vat. ep. 227 fol. 82. XVII.

18 JOANNES ſucceſſit Theobaldo anno 1371. à Philippo Conſtantinopolitano Imperatore Joannæ I. Reginæ Neapolitanæ tempore aliquas decimas quas molendinorum vocant, accepit an. 1373. Hic in ſchiſmate Urbani VI. & Clementis VII. Antipapæ, Clementis partes ſequutus, diris ab Urbano innodatus eſt. Memoratur in lib. Obligationum ejuſdem Clementis ann. 1379. XVIII

19 JOANNES VI. ſub Innocentio VII. Sarnenſis erat Epiſcopus ann. 1404. XIX.



20 FRANCISCUS Mormilius clara familia Neapoli natus, Epiſcopus Sarnenſis an. 1408. 3. Kalend. Januarii ad Cavenſem Eccleſiam tranſlatus eſt, ut ſupra retulimus in ejus Eccleſiæ Epiſcoporum ſerie tom. primo ubi de eo plura. XX


21 JOANNES VII. ſucceſſor Franciſci an. 1408. exceſſit an. 1419. ex lib. Oblig. XXI.

22 MARCUS de Terramo Epiſc. Bertinorenſis ad hanc Eccleſiam tranſitum fecit, Kal. Jan. *a* 1419. ſic mandante Martino V. ſedit Marcus annos fere viginti, mortem oppetiit an. 1439. ut Acta indicant Conſiſt. XXII. *a* Id. Jan. ex Actis.

23 Fr. ANDREAS de Nola Ord. Minorum ſublectus eſt die 23. Octob. 1439. („ *Hunc Sixtus* „ *IV. doctorem, magiſtrumque habuerat in ſacris li-* „ *teris dum juvenis eſset in eo ordine. Errat autem* „ *Ciaconius in vita Sixti IV. cum ſcribit hunc An-* „ *dream datum fuiſse Antiſtitem Senenſibus.*) XXIII.

24 ANTONIUS („ *de Pazziis nobili Florenti-* „ *na familia*) promotus a Sixto IV. die 15. Kal. Sept. („ 1475.) fato functus *b* eſt an. 1478. XXIV *b* Ad Militenſem translatus 1478.

25 JOANNES VIII. ſuffectus eſt Antonio ab eodem Sixto IV. anno 1478. prid. Kal. Octob. translatus deinde eſt ad Crotonenſem Eccleſiam in Calabria an. 1481. XXV



26 ANDREAS de Rogeriis Archidiaconus Salernit. nobili genere natus, Sarnenſi Epiſc. condecoratus eſt die 16. Febr. 1481. Brevi tempore hujus Eccl. rexit habenas. XXVI

27. ANDREAS de Pazziis Florentinus nobili, ac pervetuſta gente apud Tuſcos procreatus, ex Canonico Metropolis Florentinæ, cum eſset Sixto IV. in paucis charus, & egregiæ virtutis vir, ad Sarnenſem Epiſcopatum aſsumptus eſt 14. Kal. Mar- XXVII.

tii an. 1482. vixit in hac Sede annis 16. fuit Andreas Coſmi Pazzii Aretini mox Archiepiſcopi propior affinis.

XXVIII. 28 AUGUSTINUS de Eſteutevilla, alias Tatavilla, ex Comitibus Sarni ab Alexandro VI. hanc obtinuit dignitatem circa annum Dom. 1499.



XXIX. 29 GEORGIUS Maccafanus de Pireto-Marſus, Epiſcopus Hortanus, & Civitatis-Caſtellanæ, ad hanc Sarnenſem Eccleſiam translatus eſt circa annum D. 1501. quo Præſule, auctoritate Leonis X. Sarni fundatum eſt cœnobium Sanctimonialium S. Mariæ Gratiarum an. 1513. exceſſit ante annum 1517. Corrigenda eſt noſtra Caſtellanæ Civitatis Epiſcoporum ſeries, ubi male retulimus Georgium obiiſſe poſt triennium exactum in ea Eccleſia, melius, ac verius dicendum, poſt triennium exactum translatus eſt ad Sarnenſem Eccleſiam, vel poſt annum, ut aliqui volunt, cui ſucceſſit in Hortana Eccleſia Ludovicus, non anno 1499. ſed anno 1501.

XXX. 30 FRANCISCUS Cardinalis Romelinus a fuit per aliquod tempus Sarnenſis Eccleſiæ Adminiſtrator, eoque munere ultro ſe abdicavit die 11. Feb. 1517.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 301.

XXXI. 31 LUDOVICUS (Cardinali Romelino cedente) fit Epiſcopus die 11. Febr. 1517. quo anno ultimis ſeſſionibus Concilii Laterani interfuit, ac vix annum explevit in hac dignitate, & nuncium remiſit.

XXXII. 32 SILVIUS Paſſerinus b Card. Cortonenſis à Leone X. hanc Eccleſiam in adminiſtrationem accepit die 19. Februarii 1518. quam cum regreſſu reſignavit anno 1519.


b De eo ... Ciaconius ... col. 400.

XXXIII. 33 GUILLELMUS Bertrandus Hiſpanus patria Barchinonenſis hunc Epiſcopatum obtinuit à Leone X. anno 1519. die 20. Junii. Erat Guillelmus Abbreviator de Majori præſidentia, ac Rector parochialis Eccleſiæ de Zabreres Abulenſis diœceſis, quando adlectus eſt Epiſcopus, vel mortem obiit Guillelmus ante annum 1525. vel ad aliam dignitatem translatus eſt, cum eo anno idem Silvius hanc adminiſtrabat Eccleſiam, quam iterum dimiſit an. 1527. c

c 1529.

XXXIV. 34 ANDREAS MATTHÆUS d Cardinalis Palmerius hanc habuit Eccleſiam Commendatam anno 1527. e illius ex onere ſe exolvit cum regreſſu anno 1530.

d De eo ... Ciaconius ... col. ... e 1531. ... per ... Card. Silvii ... Aedis.




XXXV. 35 POMPEJUS Cardinalis f Columna Adminiſtrator die 24. Auguſti 1531. g fato functus eſt 1532. & Cardinalis Palmerius ratione regreſſus, eandem Eccleſiam iterum ſuſcepit adminiſtrare, quam tandem eodem regreſſus pacto dimiſit an. 1534.

f De quo eſt Ciaconius ibid. col. 114. g 1530.

XXXVI. 36 LUDOVICUS Gomez b Hiſpanus Rom. Rotæ duodecim vir conſultiſſimus ad hanc ſedem promotus die 24. Aprilis 1534. Hic Canonicos Cathedralis, ac Collegiatæ S. Matthæi Almutiæ uſu exornavit, illos violacei, hos vero nigri coloris Almutiis. Præfuit eximie annis novem. Obiitque apud ſuam Eccleſiam ſepultus ann. 1543. cujus deciſiones nuper publici juris factæ ſunt.

b De eo Nicolaus Antonius in Bibl. Hiſp. t. 2. p. 18. Mandoſ.



XXXVII. 37 FRANCISCUS Sfrondratus i Mediolanenſis utriuſque Signaturæ Referendarius ſucceſſit Ludovico anno 1543. die 12. Octobris. Poſt annum translatus eſt ad Amalphitanum Archiepiſcopatum, pauloque poſt creatus eſt S.R.E. Cardinalis à Paulo III. Fuit hic Gregorii XIV. Pontificis parens, de quo vide noſtram Cremonenſium Epiſcoporum ſeriem tomo 4.

i De eo Ariſius in Cremona literata t. 2. p. 369. ubi Cremonenſis dicitur, & Ciaconius Oldoini t. 3. col. 700.



XXXVIII. 38 MARIUS Ruffinus Romanus, Pauli III. cubicularius domeſticus, & affinis, ab ipſo Epiſcopus delectus eſt die 27. Octobris 1544. factuſque eſt Arcis ſancti Angeli Præfectus, mox translatus ad Melphienſem Eccleſiam anno 1547. Romæ obiit, anno 1548.

XXXIX. 39 DONATUS Maricuccius Epiſcopus Lavellinus huc translatus die 16. Martii 1547. k obiit anno ſequenti.

k Ceſſit.

XL. 40 GUILLEMUS Tutavilla Hieronymi Sarni Comitis, & Beatricis Columnæ filius, Vincentii Comitis germanus frater à Paulo III. ad hanc ſedem evectus eſt die 27. Aprilis 1548. diu eam bene rexit, quam multis exornavit donariis, auxitque Canonicorum numerum cum duos ſupernumerarios addidiſset. Sub Pio V. diem obiit ſuum anno 1569.

XLI. 41 Fr. VINCENTIUS Herculanus l Peruſinus Ord. Prædicatorum vir egregia virtute, ac præclara doctrina illuſtris ad hanc Sarnenſem infulam vocatus à Pio V. die m 14. Decembris 1569. præfuit uſque ad annum 1573. quo ad Imolenſem, mox ad Peruſinam Eccleſias translatus eſt, de quo ibi.

l De eo Oldoinus in Athen. Aug. & Criſpoltus in Peruſ. Aug. m Die 29. Aprili.

XLII. 42 Fr. VINCENTIUS de Ceperano ejuſdem Prædicatorum Ord. alumnus vir doctus & probus, ſucceſſit Herculano anno 1573. 9. Febr. ſedit ann. 5. fato functus eſt 1578. die 10. Januar. Neapoli

iacet

jacet in Eccleſia S. Catharinæ de Formello in communi Fratrum oſſuario.

XLIII. 43 PAULUS Fuſcus, Ravellenſis antea Epiſcopus ad hanc Eccleſiam translatus die 17. Febr. 1578. mortales dies explevit anno 1583. (,, *Ejus* ,, *extat elucubratum opus de Viſitatione* ,, *& regimine Eccleſiarum*. Mandoſius.)

XLIV. 44 HIERONYMUS Matthæucius Firmanus Epidaurii Archiepiſcopus die 8. Auguſti 1583. Sarnenſis factus eſt Epiſcopus cum retentione tituli Prioris dignitatis. Poſt annum undecimum in hac dignitate expletum translatus eſt ad Viterbienſem Eccleſiam, ibique clarus virtutibus, meritiſque ornatus, mortali ſeculo vale dixit, de quo vide ejus urbis Epiſcoporum noſtram ſeriem tom. 1.



XLV. a 14. April. 45 ANTONIUS de Aquino Ladislai Cardinalis germanus frater, electus Epiſcopus 17 *a*. Apr. 1595. rexit hanc Eccleſiam plus minus annis 23. & ad Tarentinum Archipræſulatum translatus ſub Paulo V. anno 1618. Hic Sarnenſem Eccleſiam exornavit conſtructo Odeo, & Sacrario: Seminarium erexit, litem longam, ac difficilem, ut vocant de Molendinis ad finem perduxit, menſam Epiſcopalem auxit annuis redditib. ad ducatos Regni quinquaginta ſupra ſeptingentos. Eruditione claruit, antiquitatis amator. Ejus cum laude meminit Baronius ad annum 871.

XLVI. b De eo Silos in hiſt. Cler. Regul. Mandoſ. c Die 22. Octob. 46 STEPHANUS Solis Caſtelblanco *b* Neapolitanus patria, genere Hiſpanus, Clericorum Regularium Theatinorum religioſus, & pius Theologus Sarnenſi Eccleſiæ præficitur ann. 1618. *c* à Paulo V. Hic longo tempore hanc eximiè rexit Eccleſiam, atque profecit in ea. Palatium Epiſcopale, & Cathedralem à prædeceſſore inchoatam penè à fundamentis fatiſcentia exædificavit, perfecit, atque ſolemni ritu D. Michaeli Archangelo dicavit, ut proloquitur ibidem marmorea inſcriptio.

*S. Michaelis Archangeli Sarnenſium Patroni Eccleſiam ſexcentis abhinc annis ſub Antiſtite Riſo erectam vetuſtate jam collabentem Presbyterio nuper à Præſule Antonio de Aquino inſtaurato denuo à fundamentis ſtudioſe erectam atque ornatam Stephanus Solis Caſtelblanco Genere Hiſpanus, patria Neapolitanus, profeſſione Clericus Regul. Theatinus dignitate ſimiliter Epiſcopus Clero, populoque Sarnenſi manus adjutrices porrigente cœpit, perfecit, ſacravit annis Domini MDCXXV. MDCXXVIII. MDCXXIX. menſe Majo die decima tertia.*

Anno verò 1631. ex Veſuvii eruptione cum Seminarium Clericorum penè ruiſſet, Stephanus propriis ſumptibus inſtaurandum à fundamentis curavit. Collegiatam Eccleſiam S. Matthæi ſimili pia liberalitate refecit, novo addito Odeo, & Sacrario, duobus additis Canonicis cum præbendis, eundem numerum in Cathedrali auxit, Capitulum inſtar Apoſtolorum Collegii ad numerum duodecim ampliavit. Montes duos Pietatis in civitate erexit. Vivorum unum, pauperum mortuorum alterum. Cœnobium Prædicatorum ampliavit. Eccleſiam

A ſanctæ Mariæ de Face miraculis celeberrimam, jam ex Veſuvii incendio collapſam ſimul cum piis fidelium eleemoſynis venuſtiori forma, & ſplendore ſtudioſius reficiendam ſtuduit, atque perficiendam; perpetuos redditus Capitulo Sarnenſi ad expiationem animæ ſuæ poſt mortem attribuit. Teſtis erit lapis marmoreus in ſacello ſanctiſſimi Sacramenti, ubi corpus ſuum humari mandavit, & ad futuram memoriam exarata eſt inſcriptio.

*Stephanus Solis Caſtelblanco Epiſc. Sarnenſis, ut ſub Angelorum tutela oſſa ejus quieſcerent, quorum Principi glorioſiſſimo Michaeli Archangelo Cathedralem hanc Eccleſiam ipſe jam reædificaverat, in primaria ejus Capella ſanctiſſ. Corporis Chriſti vivens adhuc illamque regeni tumulari mandavit, ne mortuus etiam ab unione ſuæ raperetur ſponſæ, ejuſque Capitulo territorium Campenſe donavit in Striani pertinentiis modiorum decem & octo, cum onere, ut Miſſas privilegiatas celebrando*
B *perpetuas per hebdomadas pro ejus animæ ſalute diſtribuendas quot tarreni ex ipſius redditus pro tempore percipiuntur, necnon anniverſaria Miſſa ſolemnis in eius obitus die poſuit an. MDCXL. Præſulatus ſui anno xxii.*

Præfuit laudatus hic Præſul annis 40. ſenio meritiſque onuſtus quievit in Domino hoc anno 1658. ſepultus in ſepulchro quod ſibi paraverat in Cathedrali.

*ADDITIO.*

(,, ANTONIUS *Matthæus, nobili genere natus* XL VII.
,, *ex antiqua terra Corana Veliternenſis diœceſis*,
,, *Romanus civis, I.U. celebris doctor, qui per 20.*
,, *annos Decanus, & per triennium Vicarius Capitularis Eccleſiæ Mediolanen. & ejuſdem Eccleſiæ,*
,, *& Metropolitanæ Januenſis aliquamdiu Vicarius generalis, nec non controverſiarum iuriſdictionalium, & immunitatis Eccleſiaſticæ defenſor acerrimus*
C ,, *extitit, & hiſce verbis in Conſiſtorio commendatus, Pontificali diademate dignus adjudicatus eſt 27. Jan. 1659. ætate ſexagenario maior,*
,, *qui inſigni in Deum pietate, & in pauperes miſericordia hanc rexit Eccleſiam.*

,, *Fr.* SIXTUS MARIA *Pirontus, Neapolitanus,* XL VIII.
,, *S. Theologiæ Magiſter, Ordinis Prædicatorum,*
,, *electus 5. Maii 1666. ætatis annum excedens 40.*
,, *Haud diu vitam, decuſque pontificium protraxit,*
,, *in pervigili dignitatis curſu morte ſublatus an.*
,, *1673.*

,, NICOLAUS *Antonius de Tura d, è terra Solofræ Urſinæ gentis Salernitanæ diœceſis, J.U.D. in* XLIX d De eo Toppius in Bibl. Neap. p. 226. Mandoſ.
,, *literis tum ſacris, tum profanis valde verſatus,*
,, *huic addictus eſt gregi 18. Decemb. 1673. Optimè*
,, *præfuit ad annum 1706. cuius menſe Julio vitam*
,, *finivit.*

,, M. ANTONIUS *Attaffi, Squillacenſis, J.U.D.* L.
,, *Rector antea parochialis Eccleſiæ S. Nicolai de Stilo Squillacen. mox pauperum patronus in curia A-*
D ,, *poſtolica Neapolitana necnon examinator, ac Judex ſynodalis Epiſcopi Averſani, decoratus eſt hac*
,, *infula 6. Decembris 1706. Seminarium proprio ære*
,, *refecit, regularem obſervantiam, ac diſciplinam*
,, *in Monialibus, & clero reſtituit, pluraque Epiſcopalis menſæ bona è potentium manibus eripuit,*
,, *eaque adauxit, donec ad Squillacenſem ſedem*
,, *translatus eſt 11. Februarii 1718.*

,, DIDACUS *de Pace, Neapolitanus, J.U.D. &* LI.
,, *in alma urbe ſtrenuus, integerque cauſarum patronus, poſt egregiè navatam in extricandis forenſibus negotiis operam, huius Eccleſiæ clavo admotus eſt die 11. Maii 1718. quem diù in ſponſæ ſuæ*
,, *commodum, & decus ſoſpitet Deus.*)

# ITALIA SACRA

## FERD. UGHELLI

### Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

## PROVINCIA DECIMASEPTIMA

### SEU

### APULIA, TUM DAUNIA

### Cum Peucetia, in quibus Barenſis, Nazarenæ, Sipontinæ, ac Tranenſis Archiepiſcopales Sedes, cum ſuis ſuffraganeis Eccleſiis accuratè deſcribuntur.

APULIA ſive ab Appulo antiquiſſimo Rege, ſive à Græco verbo quod arbores citiùs, quam in circumjectis regionibus frondes amittant, ſive à defectu pluviæ, quaſi Appluvia, hoc eſt ſine pluvia dicta ſit: Horatii Apuli poetæ teſtimonio, qui ſiticulatam Apuliam vocat. Regio eſt Italiæ, finium amplitudine, maris opportunitate, terrarum fœcunditate, ac celebritate nominis clariſſima; ſiquidem ſuperioribus ſeculis non modo règio hæc, quam deſcribere aggredimur, ſed univerſum Regnum, quod Neapolitanum hodie nominatur, Regnum Apuliæ vocitari conſueviſſe Jo. Villanus, & Boccatius locupletiſſimi ſunt teſtes. Cæterum Apuliæ propriè dictæ appellatione hoc tempore continetur quicquid terrar. eſt à Tarantino, ac Brundiſino agro ad Fiternum amnem, quem Fortorem appellant, & ab Adriatico ſive Jonio mari, uſque ad Apenninum, & Mediterraneos Lucanorum, Irpinorum, & Samnitum fines, atque ita habet ab Oriente Salentinos, ſeu terram Hydrunti, à Meridie Lucanos, atque Samnites, hoc eſt Baſilicatam, Principatumque Ulteriorem, & Moliſii Comitatum, ab Occaſu Frentanos, hoc eſt Aprutinum, à Septemtrione Adriaticum mare. Quos intra fines duæ ex duodecim Regni regionibus continentur, nempè Daunia regio, quæ Capitanata nunc vocatur, & Peucetia, quæ terra Barenſis. Apulia, ut generatim aliquid de ea dicamus, primum conditorem habuiſſe fertur Diomedem; qui cum Daunio ſocero ex Illyrico ob domeſticas ſeditiones huc appulſus eam occupavit, & edomita omni Gargani montis multitudine in eodem tractu urbes perplures condidit. Hic etiam Meſapus ſuas, Virgilio auctore, ſedes habuit. fuitque Apulia, ut & reliqua Italiæ ora Græcorum Coloniis frequentata, qui proprias, ac peculiares litteras Meſapias dictas uſurpabant, quarum monumenta nonnulla extare adhuc eruditi indigenæ teſtantur. Romanis autem Italiæ Imperium cogitantib. Apuli bello prius quam amicitia noti fuerunt. Nam deficientib. Samnitibus acceſſiſſe novum Apuliæ bellum Livius l. 8. ſcribit. Quamobrem ad eos coercendos Apuliæ ager à Romanis vaſtatus, indè Publius Conſul in Apuliam profectus, aliquot præliis populos, aut vi ſubjecit, aut conditionibus in ſocietatem accepit. Itaque inclinatis ſemel Apulorum rebus pax petentibus data ea conditione, ut in ditione populi Romani eſſent, ſicque Apulia eſt perdomita C. Junio Bubuleo, & Q. Æmilio Barbula Coſs. anno ab Urbe condita CCCCXLIII. ſicque Apulia ſub Romano Imperio perſeveravit etiam translata Conſtantinopolim Auguſtali Sede annos MCL. hoc eſt uſque ad annum Dom. DCCCXLI. nec Longobardorum, aut Francorum arma eam attigerunt. Primi omnium Sarraceni hoc ipſo anno Barium Græco Imperatori ademerunt, indeque Apuliam perpetuo infeſtarunt, uſque ad an. DCCCLXIX. cum à Ludovico II. Francorum Rege Barium à Sarracenis receptum, & Græco Imp. Baſilio reſtitutum eſt; rurſus autem anno DCCCCLXIX. Otho magnus iratus Nicephoro Imperatori, quod nuncios ſuos, quos ad Teophaniam ſponſam accipiendam miſerat, interfeciſſet, Apuliam, & Calabriam ei armis ademit, ita hæ duæ Provinciæ juris tandem Occidentalis Imperii factæ. an dein DCCCCLXXIX. Baſilius, & Conſtantinus Græci Imper. Apuliam ipſam, & Calabriam Othoni Secundo eripuerunt, ſibique exinde à Germanis metuentes, ſæviore poſt imperio preſſerunt novo ſummo cum imperio Catapani nomine Magiſtratu, ſeu Præſide impoſito anno ſalut. DCCCCLXXXII. Unde & pars Apuliæ Catapanatæ nomen invenit, atque ita Catapanis adminiſtrantibus ſub Græcorum imperio perſtitit uſque ad annum MXLI. quo Exauguſtus Apuliæ Catapanus à Conſtantino Monomacho Imperatore miſſus, victus prælio à Normannis. & captus eſt, atque Apulia Græcis erepta, & inter Normannos diviſa, Melfi civitate in communi relicta, ex quo tempore Comites Apuliæ celebrati. initio facto à Gulielmo Normanno, uſque ad Baiclardum Comitem Apuliæ quartum, cui ſucceſſit Robertus Viſcardus patruus, qui anno MLIX. primus Dux Apuliæ, & Calabriæ inſtitutus eſt, & Eccleſiæ feudatarius factus à Nicolao II. Rom. Pontifice Vexillo Pontificia manu tradito, ac ſolemni ſacramento ab eo præſtito, ſe Eccleſiæ Romanæ fidelem,

li-

ligiumque ſuturum, & cum Ricardo Capuano Principe annui tributi nomine, duodenos in ſingula boùm juga deuarios ſoluturum. Ruberto autem Rogerius, atque huic Guillelmus, huic demum Rogerius Ducum à Roberto IV. à Guillelmo Comite VIII. Normannorum Principatum ceſſit, qui anno ſalut. MCXXX. primus Rex Siciliæ ab Anacleto Antipapa iuſtitutus, Capuæque Principatu occupato, id eſt conſecutus, ut antiquato Ducis Apuliæ numine Rex ptimus Apuliæ, & Neapolitani Regni dict. ſit. Igitur Apuliæ viciſſitudines, ut ſummatim repetam, hæ fuere; ſub Romanurum Imperiu duravit annos MCL. ſub tyrannide Sarracenorum annos xxviii. rurſus ſub Græcis Cæſaribus annos C. inde ſub Getmanicis annos x. ac rurſus ſub Græcis Imperatoribus præſidentibus Catapanis annos ix. ſub Nurmaunis titulu Comitum annos xvii. tituiu Ducum annos lxxi exiude verò Regni provincia effecta eaſdem cum Regno per annos propè DL. converſiones, ac viciſſitudines rerum habuit, uſque in hodiernum diem, quo ſub ieuiſſimo Hiſpaniarum Regum imperio felicitet quieſcit.

E duabus Apuliæ regiunibus ea, quæ ad Occaſum vergit, & Septemtrionem triplici nomine à Scriptotibus notata reperitur. Dauniæ ſcilicet, Capitanatæ, atque Apuliæ Planæ. Ac Daunia quidem dicta eſt à Dauno Rege Diomedis ſocero, qui regionem hanc heroicis temporibus tenuit. Capitanata, ſeu Catapanata dicta eſt à Catapano Magiſtratu, quem ſummo cum Imperio Baſilius. & Conſtantinus Orientis Auguſti huic regioni ab Othone II. armis receptæ impoſuerunt, ut eam à Germanorum, & Sarracenorum armis tutam in fide Græcorum contineret. Quod ut commodius præſtaret Catapanus multa in hoc tractu nova oppida condidit, Trojam, quæ poſt Apuliæ caput fuit, Draconarium, Florentinum, & alia, cui Bubaganus, Maniacus, Duclianus, Catapani ſucceſſerunt. & poſtremò Exauguſtus, ſub quo Apulia amiſſa poſtquam annus, ut diximus, ſexaginta per Catapanos gubernata fuiſſet: Denique Apulia Plana dicta eſt à Planitie. Hujus porro regiunis termini ſunt mons, fluvii, & mare; porrigitur enim in longitudinem ab Uſente amne, qui eam ab Apulia Peucetia, ſeu terra Barenſe diſterminat ad Fiternum alterum amnem, quo ab Aprutinis ſeparatur milliaria ..... in latitudinem verò ab Adriatici maris littore ad Apenninum, quo à Samnitibus, ſeu ulteriori Principatu diſterminatur milliatia .... Eſt aurem regio hæc ferè tota plana, & campeſtris, ut nomen indicat; niſi quantum ſe attullit Apenniuus, & Gargani Promontorium. Planities quidem ſiticuloſa, & arida, atque arboribus vacua, ſed tamen ita fœcunda frumenti, ut lunginquis regionibus annunam ſuppeditet. itaque oppida, Foggia, Collennuccio authore, à creberrimis foveis in quibus tanquam horreis frumenta conduntur, nomen invenit. Hæc ipſa planities adeò eſt compaſcua, ut innumerabiles greges, atque armenta ad hybernandum nun modò ex Aprutio, & finitimis, ſed & ex remotioribus Italiæ regionibus adducantur. Itaque ex pecudum, armentorumque vectigalibus trecenta aureorum millia in fiſcum quotannis inferuntut, dum in Apulia opulentiſſimi quique, ac primarii viri, imò etiam Reguli inter paſtures conſcribi non dedignantur, ſiquidem paſcua Apuliæ omnia ſunt fiſci regii, prurſus ut Apulia Italiæ horreum, ac macellum dici meritò poſſit. Nec deſuut vina optima, atque alia bona, quibus profecto Apulia Campaniam felicem, atque Ethrutiam cultu, & civilitate ſuperaret, niſi tria obeſſent. Primum cœli inclementia, cujus æſtivis ardotibus terra ſic ſervet, ut humani penè veſtigii ſit impatiens, ipſa itinera per æſtatem non incummuda ſulum, ſed etiam ſint periculoſa, præſertim cum nullæ inveniantur arbores, quarum umbra recreari in itinete quis poſſit, nulli fontes, quorum unda refrigerari, quod alrerum atque tertium eſt regionis hujus dettimentum. Nam defectu arborum carent Apuli materia ad fabricandum, ignemque neceſsarlam rem humanu victui, ferulis & arbuſtis utcunque nutriunt. In Apulia campeſtris regio nullu habitature frequentatur, nullæ ſunt domus, aut viliæ ruſticæ, ſed omues agricolæ & paſtores oppida, & civitates muro cinctas incolunt, ſationeque, aut meſſe durante familiæ cum bobus, & ſufficienti commeatu oppidis egreſsæ in campis degunt, & labure ruſtico expleto in oppida ſe ſe cunvectis eo frugibus omnibus recipiunt. Fuutes in Apuliæ planitie nulli, putei admodum rari, iique magno labore, ac ſumptu excavati. Et tamen unus aut alter lacus eſt, Leſinenſis ſcilicet 40. M. P. ambitu, & Mandurienſis, quorum hic nullas excipiens aquas ſempet plenus eſt, ille verò anguillis piſcoſiſſimus. Amnes præcipui regionis hujus ſunt Uſens ipſe, qui ſolus Apenninum ſecat, ut Plat. iu Annal. author eſt, & Candilarius, atque Fiternus, nunc Biſarius dictus eſt. Muntium verò longe celeberrimus Garganus, & amplitudine, & munitiune, & duplici à mari portu, & frequentia oppidorum. Eſt verò mons Garganus Apennini montis velut brachium in mare exporrectum promontorium efficiens tantæ altitudinis, ut ducenta milliatia ejus ambitus contineat, altitudu autem varia, ubique tamen ferè præceps, qua mari alluitur, fœcunditas mira; non enim aquæ deſunt, ſive ſtagnantes, ſive fluentes, ſed & multos habet fontes, & lacum Varranum 30. milliariurum ambitus. Nec ſulùm aquis irriguus, ſed etiam ſylvis, & nemoribus amœnus, & herbis compaſcua terra eſt adeò ſalutaribus, ut herbarii ad medicas herbas colligendas è longinquis regiunibus huc accurrant. Eſt præterea locus natura munitiſſimus, & ad Apuliam Regnumque ipſum infeſtandum opportuniſſimus: ſiquidem terra, marique eſt inacceſſibilis. Nam & mari præceiſæ imminent rupes, nec niſi unus, aut alter portus, aditus præbetur ad auxilia accipienda haud dubiè optabilis, à terra verò teliqua ita eſt diſiunctus ut peninſulam efficiat. Quapropter Diomedes foſsa ducta, inſulam reddere couſtituit. & Sarraceni poſtquam à Ludovico II. Imperatore apud Barium obſidionem diù ſubſtinuiſseut, & cum eo infeliciter conflixiſsent, ſecuritati ſuæ couſulentes agminibus duobus factis montem Gargani petierunt, atque ædem S. Michaelis, eoſque qui voti cauſa illuc convenerant, ſpoliarunt; & ſede hic conſtituta multos indè annos Apuliam infeſtam habuerunt. Nunc verò etiam uppidis, pagiſque frequentiſsimus eſt & Archaugeli Michaelis memoria celeberrimus, undè mutato Gargani nomine ſancti Angeli mons appellatur. Gargani porrò nomen antiquiſsimum fuit ex illo Virgil.

*Appulus Adriacas exit Garganus in undas.*

Et Horat. 2. Carm.

*Querceta Gargani laborent.*

Garganum muntem Adriatici, & Jonii maris terminum Ptulomæus exiſtimat.

Cæterum cenſentur hac tempeſtate in Apulia Daunia, ſeu Capitanatæ, civitates, oppida & caſtra ſetècentum, in queis celebrantur Sipontum ab antiquitate, nunc Manfredonia ab arce & portu, & frequentia mercaturum; Bevinum à vinorum præſtantia, Aſculum, Luceria, Salapia: & Arpi bello Punico, & Coloniis Romanorum, Cedignola victoria Conſalvi Fernandi, & clade Gallorum, Leſina demum lacu, & piſcatione, Luceria nundinis, Foggia pecudum, armentorumque vectigalibus eſt inſignis. Ad hanc ipſam Catapanatæ regionem pertinent quatuor inſulæ Gargano munti, & Frentanorum litori oppoſitæ 30. milliaribus à continenti diſtantes, Diomediæ veteribus dictæ a Diomede, cujus ſocios in ejuſdem nominis aves converſos Græci fabulantur, quaſi verò aves Græcos hoſpites benignè exciperent. Verùm aves illæ omnibus nunc pinguedine ſua ſalutares, dum contracta frigore hominum membra, ac pinguedine peruncta ſedautur. Noſtrates haſce inſulas Tremitis vocant nomine ſanè vetuſto ut apud Cornel. Taci-

tum videre licet, ſic ſcribentem, *Juliam Auguſti neptem adulterii convictam, projectam ab eo fuiſſe in inſulam Tremetum haud procul Apulis litoribus, ibique 20. annis exilium toleraſſe*. Harum inſularum maxima ſanctæ Mariæ Tremitis vocatur, illi proxima Sancti Doimi, reliquæ duæ minores Catizzo, & Cappara. In harum maxima eſt inſigne Monaſterium Canonicorum Regularium ſub regula s. Auguſtini, olim Ord. Ciſtercienſis, egregiè munitum, in altera verò ſunt armenta, & greges monaſterii.

Chriſtiana religio In Apulia iiſdem ferè temporibus quibus in reliquis adjacentibus regionibus florere cœpit abdicatis ritibus paganorum, & Calchantis, ac Podalyrii deficientibus oraculis, quæ virtute dæmonum futura admonebant, & ægrotos ſanabant. Verùm poſt plurima ſæcula Sarracenis Apuliam partim occupantibus, partim infeſtantibus Chriſtiana religio, & Eccleſia laboravit, Mahumetanis ritibus introductis. Tandem Caroli II. Regis victoria, qua deletis Sarracenis ſublata funditus eſt falſa illa religio, & perpurgata provincia a ſuperſtitionibus barbarorum Chriſtiana fides, & Eccleſia floruit atque adhuc floret.

Præſules in hac provincia fuere quindecim, nempe Archiepiſcopus unus Sypontinus, & Epiſcopi quatuordecim; ſed ex Epiſcopatibus quinque antiquati jam ſunt, nempe Florentinus, Leſinenſis antiquus Epiſcopatus. Leſina mediterranea civitas Apuliæ in provincia Capitanata à duobus paſſuum millibus diſtans à lacu ejuſdem nominis; hæc à Sarracenis everſa, & ad vicum redacta, & quadragintaquatuor duntaxat habitata familiis, Epiſcopalis hic ſedes, quemadmodum & Florentina, ſuffraganea fuit Archiepiſcopi Beneventani, ſed civitate Leſinenſi penè deleta, vacat jam Epiſcopalis ſedes ultra 90. & amplius annos, & cura exercetur per Archipresbyterum, menſæ autem Epiſcopalis redditus attributi ſunt magno xenodochio Deiparæ Annunciatæ urbis Neapolitanæ. Montis Corbini Apuliæ Catapanatæ civitas ad vicum redacta familiis 62. habitata. Epiſcopatus hic fuit ſuffraganeus Metropolis Beneventanæ, ut ex Provinciali Romano, & valuis æneis Metropolitanæ aperte liquet, nunc vero Epiſcopatui annexa Vulturarienſi, dignitatem Epiſcopalem prorſus amiſit Civitatenſis item antiquus Epiſcopatus, alias Marſici veteris in Catapanata Apuliæ cenſetur. Anno Dom. MXLII. in diſtributione civitatum Apuliç inter Normannos civitas Valterio obvenit, hæc nunc ad vicum redacta eſt, nec quicquam veteris ſplendoris retinet. Epiſcopalis hæc ſedes Beneventanç ſuberat Metropoli; ut Romanum Provinciale, & valvæ æneæ Metropolitici templi teſtantur, ſed diruta civitate Epiſcopalis ſedes per Gregorium XIII. translata eſt ad S. Severum. Civitarenſis Eccleſia redacta ad Archipresbyteratum ruralem. Salpinas quintus antiquus Epiſ. Barenſis olim Archiepiſcopi ſuffraganeus, nunc cum Tranenſi unitus.

Cæterum hæc ſcribentibus nobis in hac Apuliæ Dauniæ ſeu Capitanatæ Provincia, Archiepiſcopatus unus Sipontinus ſeu Manſredoniæ, ſedes Epiſcopales undecim, è quibus novem Beneventanæ ſubiectæ Metropoli: de illis agemus in ea Provincia tom. 8. ſunt enim Aſculan. Larinen. Bovinen. Lucerinen. S. Agathæ Gothorum, S. Severi, Vulturarien. Termulanen. & Trivicanen. reliquæ autem nempe Trojana in r. noſtro Tomo inter exemptas deſcripta eſt. Veſtana poſt ſuam Sipontinam Metropolim conſcribenda erit.

Altera Apuliæ pars in Orientem atque Auſtrum vergens Peucetia Archade Oenotrii fratre, noſtris verò à Barenſi Metropoli dicta eſt Terra Baril. Peucetius & Oenotrius primi Græcorum extra partium ſolum colonias deduxerunt, quindecim ætatibus ante bellum Trojanum, ut Miſillus ſcribit. Quod ſi ætas Xenophonte in Æquivocis auctore, ſpatium eſt annorum vigintiquinque, apparet, Colonias a Peucetio hic deductas fuiſſe ante Troicum bellum annos CCCLXXV. Hic igitur primum Oenotrii, atque Auſones habitarunt, fuitque inde regio hæc, atque adeò Italia Auſonia, & Oenotria nuncupata. Initium ſumit regio hæc ab Auphido amne, & in Salenitos uſque ad paludem Caunenſem in agro Oſtunenſi ſitam, porrigitur in longitudinem milliar. . . . . latitudo autem à litore maris ad confinia Lucanorum, ſeu ulterioris Principatus eſt mill. . . . . Hæc verò regio plana eſt, arida. & arboribus vacua, ut Capitanata, ſed in amœniſſimos colles hinc inde aſſurgit vineis & arboribus conſitos. Tanta autem eſt olivarum, & amygdalarum copia, & proventus, ut voluptatem ſpectantibus afferant, & admirationem, cum vix fieri poſſe videatur, ut tam ingens feraciſſimarum arborum ſylva hominum ſine manu conſita ſit. Olei vero incredibilis eſt copia adeò ut magna Italiæ pars, & remotæ etiam regiones hinc hauriant, quo quadrageſimale jejunium ſervent. Quid dicam de bombice, cymino, aniſo, atque aliis aromatis? quid de uva præſtantiſſima, quam zebibum vocant? nec deeſt frumenti copia adeò ut felicitati regionis hujus vix ulla alia videatur poſſe comparari. Quod ſi alicubi, ut apud Gravinam, venenati ſerpentes reperiuntur; adſunt ciconiæ, quæ Ægyptiorum ibi cum more noſtro eos necant. Urbes verò etiam Capitanatæ urbibus elegantia, & civili cultu longè præſtant, præſertim Barium Metropolis, & Malphecta ad mare ſita, Barolumque populatiſſimum celeberrimumque oppidum Epiſcopali titulo adhuc carens, licet Nazarenus ibi Archiepiſcopus ſedem habeat. Tranum item Metropolitica, & præſidialis ſedes, ubi vina muſcata colliguntur. In mediterraneis vero Gravina, & Andria, ſed omnium in Romanis quondam hiſtoriis celeberrimum eſt Canuſium à victoria Annibalis ad Cannas parta. In univerſa autem tota hac Barienſi terra cenſentur hoc tempore civitates, oppida, & caſtra quinquaginta, nempè civitates quatuordecim, oppida, & caſtra ſex, & triginta, ſtatus verò politicus, viciſſitudines, ac converſiones in hac regione eædem ferè cum reliqua Apulia, ut ſupervacaneum ſit eas repetere.

Chriſtianam religionem hi populi cum reliqua Apulia ſimul ſuſceperunt, ſimul etiam conſervarunt, niſi quando eam Sarraceni Græcorum, & Federici II. Germanici Imperatoris temporibus perturbarunt. Quemadmodum autem in Daunia Mons Garganus Archangeli Michaelis apparitione celebratus eſt; ſic regio hæc magni Nicolai Epiſc. Myrenſis oſſium parte apud Barium condita gloriatur.

Ex antiquis verò Epiſcopatibus regionis hujus duos delectos reperimus, quos tibi breviter deſcriptos more noſtro hic ſubiiciemus. Egnatia antiqua fuit Peucetiæ Apuliæ civitas ſexto à Monopoli milliario haud procul a litore maris, cujus vix quædam parva veſtigia inter tribulos, & urticas conſpiciuntur. Meminere ejus Plinius, Mela, Horatius, Strabo, & Ptolomæus, ex cujus ruinis fertur condita Monopolis. Rufentius Epiſcopus Ignatinus ſubſcripſit Concilio Romano ſub Symmacho anno 499. Antiquus Epiſcopatus hujus regionis fuit Aquavivenſis, de quo prærer nudum nomen nil extat memoriæ. Sunt in hac provincia Terræ Barli Archiepiſcopi tres, Barenſis ſcilicet, Nazarenus, & Tranenſis, Epiſcopi undecim, Epiſcopales ſedes tredecim, cum duæ ex his Nazereno Archiepiſcopatui coniunctæ ſint, Cannarum nempe, & Montis viridis, duæ verò cum immediate Romano Pontifici ſint ſubiectæ, Monopolis ſcilicet, & Molphita, de quibus in primo noſtro Tomo egimus. De tribus igitur Metropolitan. & Archiepiſcopali ſede Nazarena duodecimque aliis Eccleſiis Andrien. Biſuntinen. Bitecten. Catharen. Converſanen. Juvenacen. Lavellinen. Minervinen. Polignanen. Ruben. Vigilien. ac Veſtanen. in hac noſtra decima ſeptima Provincia agemus, & à Barenſi Metropolitana incipiemus.

# BARENSIS METROPOLIS,

## Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopi
( Biteӕten.
( Bituntinen.
( Catharen.
( Cuperſanen.
( Juvennacen.
( Lavellen.
( Minervinen.
( Polignanen.
( Ruben.



a Vulgo Bari.

A BARIUM a igitur, maritima eſt Apuliæ Peucetiæ civitas antiquitate regali Metropolitica, ac præſidiali ſede nobilitate, ac frequentia civium peregrinorumque ad nundinas atque magni Nicolai confeſſoris oſſa concurſu celeberrima. Meminit ejus Pompon. Mela, & Ptolomæus; Strabo, *Barrium*, *& Barretum* vocat. Plinius vero Barrium aſſerens ante Japygem vocatum a Japyge Dædali filio conditore. Ædificatam volunt ante urbem conditam DXXXX ante verò Chriſtum natum MCCXXXIX. a Barione deinde Peucetiorum, ſeu Pediculorum militum Duce Barium dictum, a quo captum, ac mirifice auctum, & exornatum fuerat, unde ad renovandam facti memoriam nupera inſcriptio ſupra portam novam una cum effigie Barionis & nomine poſita eſt, his duobus comprehenſa verſibus.

B *Urbem, quam Barion auxit, fundavit Iapyx*
*Nunc regis imperio, magne Philippe tuo.*

Cornelius Tacitus Barium municipium Apuliæ eſſe dixit. Barium quoque nobile Syllani morte, ſenatoris clariſſimi, qui diro Neronis imperio mori juſſus, pectus Centurioni præbuit feriendum.

Anno Domini DCCCIXL. occaſione civilis belli, quod inter Adelgiſium Beneventanum Ducem, & Siconulphum fratrem gerebatur, Sarraceni Hiſpaniæ prædones, qui Raguſii conſiſtebant, & ad eam diem litora tantum Italiæ incurſarant ab Adelgiſio per Pandonem Barii Præfectum evocati Barium occuparunt, & triginta fermè annos tenuerunt, indeque Apuliam, Calabriam, & Campaniam ipſam infeſtam habuerunt, multaque harum regionum, oppida ſibi ſubjecerunt quouſque a

A Ludovico II. Francorum Rege pulſi ſunt anno poſtquam obſidere Barium cęperunt quarto, ac ipſa civitas, ne in poſterum arx Sarracenorum eſset everſa. Rurſus anno DCCLXXIX. a Baſilio, & Conſtantino Imperatoribus per Sarracenos mercede conductos expugnatum eſt, indè a Lothario Rege Rogerio Duci ereptum, perque Rogerium anno MCXXXVIII. recuperatum, & per Apuliæ Reges celebratum, quibus Regni coronam, inſigniaque Barii ſumere ſolemne erat. Id pulchro carmine Bargeus expreſſit lib. I. Syriados;

*——— Claræque allabitur Urbi,*
*Quem quõdam ceu priſca ferunt monumenta priorũ*
*Dædalides, omnemque agrum, qua Daunia tellus*
*Culta jacet, proprio ducens è nomine nomen*
*Fecit Iapygiam: ſeri ſed deinde nepotes*
*Dixerunt Barium, primi unde inſignia Regni,*
*Sceptraque, purpureoſque habitus, ſacramque Tiaram*
*Sumere tum Reges, Siculique, Italique ſolebant.*

B Poſterioribus ſeculis ſuum habuit Ducem initio facto a Franciſco Sfortia, ex quo tempore a Sfortiacis uſque ad noſtra fere tempora retentum, a quibus tandem Aragoniis dotis nomine eſt reſtitutum. Celebratur maxime hęc civitas, quod Provincię iſtius, & ſacro, & prophano jure ſit Metropolis, cum exinde Terra Barii nominetur. Ager ejus frumenti, vini, olei, amygdalarum, & bombycis uſque ad miracula ferax. Civitas lauta in primis, & elegans, atque adeo nulli Regni civitati, ſi Neapolim excipias, ſecunda. Ora hic impetuoſa, Portus peranguſtus, ſed nundinæ tamen mercatorum frequentia celeberrimæ habentur. Barium Horatio Piſcoſum dicitur. Familiæ in civitate ex codice fiſci Regii cenſentur 2165. & non paucæ ex iis nobiles. Strabo a Brunduſio Barium DCC. ſtadiorum ſpatium deſignat. Antonius a Bario per compendium Tarentum numerat M. P. L. X.

Quis vero. Bario Chriſti fidem diſſeminaverit

non

non clare patet, vetuſta tamen fert traditio a Patribus derivata, Divum fuiſse Petrum Apoſtolorum Principem, dum ex Oriente Romam peteret, Tarentum appuliſse, finitimaſque civitates, Bariumque ipſum inviſiſſe, qui cum multos convertiſset, laviſsetque ſacro baptiſmatis fonte, eis Epiſcopum, & Paſtorem ordinavit, cujus nomen, quemadmodum ejus ſucceſsorum per aliqua ſecula invidioſa voravit vetuſtas. Antiquiſſimus igitur Barenſis Epiſcopatus eſt, cujus Præſules anno Chriſti 530. ſedente Felice IV. Pontifice, eoque annuente, ut Beatillus in hiſt. Barenſi ſcribit, ab Epiphanio Conſtantinopolitano Patriarcha Archipræſulis titulum acceperunt, & facultatem duodecim per Provinciam ſuffraganeos Epiſcopos conſecrandi. Uſum tamen pallii non habuiſse, niſi anno 933. a Joanne XI. Pontifice recepiſse legimus. Metropoli Barenſi acceſſit perpetua unione Canuſina ſedes anno 844. unde ab eo anno, qui præfuerunt Barenſis, & Canuſini Epiſcopi titulo tenus ſeſe inſcripſere. Diruta verò, ac pene ſolo æquata Canuſina civitate antiquiſſima cum dignitate Archiepiſcopali ſanctorum corpora Ruphini, Memoris, & Sabini Barium tranſtulerunt, ubi jacent in Metropolitana ſub Ara ſacratiſſimi Sacramenti condita: præter hos ſanctos Epiſcopos præfuerunt Canuſinæ Sedi plures alii, quorum nomenclaturam ex vetuſtis monumentis idem dedit bonæ memorię doctus amicus noſter Antonius Beatillus Societatis Jeſu, qui monuit nos, primum, de quo extet memoria, Stercoreum fuiſse, qui Sardicenſi Concilio interfuit ann. 347. poſt hunc Probum in Oriente Apoſtolicæ ſedis Legatum ad Leonem Imper. à Simplicio Papa miſſum anno 462. S. Ruphinum anno 501. S. Memorem in Concilio Romano ſub Symmacho Papa an. 502. clarum, S. Sabinum electum anno 514. defunctum verò die 9 Febr. anno 566. cujus vitam idem ſcripſit auctor, de quo infra agemus, Marcum, Julium, Stephanum, Palumbum, Urſum, Tranſmundum, Rodecautum, Burſum, Maurentianum, Andream, Averaldum, Ludiperium, Petrum Lungobardum Grimoaldi Salernitani Principis affinem electum anno 800. qui corpus S. Sabini in novam Cathedralem tranſtulit, ejuſdemque Acta conſcripſit, fuitque primus Canuſinæ ſedis Archiepiſcopus ad eam dignitatem ſublimatus anno 818. paulo poſt Canuſinę civitatis a Saracenis captæ excidium propriis uſurpavit oculis, Salernum fugit, (1) an. 833. Salernitanus evaſit Epiſcopus, ibidemque diem ſuum obiit ann. 844. Angelarius ſucceſſit Petro an. 834. qui poſt decem annos factus eſt Barenſis Archiepiſcopus an. 845. tunc Canuſinæ dignitas Barium tranſlata eſt, & unita, qui primus Barenſis, & Canuſinus dictus eſt Archipræſul. Cæterum Canuſium ſitum eſt ad Aufidi ripam xxv. ſtadia ſupra Cannas, vulgo nunc Canoſa diruta Apulię civitas celebris apud antiquos ſcriptores: emporium Canuſitarum non fuiſſe ipſum Canuſium, ſed ab ipſo diverſum Strabo lib. 6 ſcriptum reliquit. De infelici ſtatu Canuſinæ Eccleſiæ ſanctus Gregorius ſcribit ad Felicem Epiſcopum Sipontinum lib. 1. epiſt. 51.

Metropolis ædes Barenſis Deiparæ Virgini Aſſumptæ dedicata eſt; habet Sacrarium inſtrumento, ſeu ſupellectili ad cultum divinum neceſſario ſatis inſtructum. Hic præter ſupra memorata ſanctorum Epiſcoporum corpora, ſunt & aliæ reliquiæ argento inſertæ, conſpicuo ac decenti loco collocatæ: in qua nobili Baſilica numeroſus Clerus, atque Canonici ſumma cum dignitate divinum penſum exſolvunt: ſunt enim in totum cxx. in primis Canonici xl *a* è quibus duæ dignitates eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, & Archipresbyter, ſunt & duo Cantores, & alii officiales, qui a Canonicis quotannis eliguntur, ut Procurator, Cenſor, quem punctatorem vulgo dicimus, Præfectus fabricæ, Secretarius, & Quæſtor, ſeu Theſaurarius. Hi omnes, aliique Presbyteri, & Clerici quotidie in templo miniſtrant, horas omnes Canonicas quotidie recitant. Feſtis vero diebus tum duplicibus, tum ſemiduplicibus totum etiam officium canere tenentur. Canonicatuum ſingulorum fructus quadraginta aureos non excedunt, cum tamen opulentos hiſce Canonicatibus fuiſſe olim redditus conſtet, ſed nunc exigui, ac tenues facti ſunt, quod bello ſub præteritis Ducibus vaſtata provincia hæc fuit: deinde quarta, quæ a vectigalibus pendi, ſolvique conſueverat, Capitulorum menſę adempta eſt. Item è Canonicis unus inſtitutus eſt Pœnitentiarius, & alter Theologus. In hac civitate præter Metropolitanam Parochialis Eccleſia nulla eſt; totius namque civitatis animarum cura, quæ & penes Capitulum ab Archipresbytero exercetur, & a certis Canonicis in ſex regiones diſtributa civitate, quarum ſingulis templa ſingula ſunt Paræciæ loco aſſignata, ſingulique cuique templo Canonici, cum duobus adjutoribus addicti, qui accepta ex Metropolitana Eccleſia ſacramenta per annum miniſtrant, ſancto die Paſchatis excepto. Dictæ autem Eccleſiæ nullos certos redditus habent, Canonici tamen eas perinde excolunt, catechiſmum ibi explicant, atque alia paſtoralia munia accuratè obeunt. Sed omnium hujus civitatis Eccleſiarum longe celeberrima eſt S. Nicolai magni Confeſſoris maxima parte ſacrorum ejus oſſium prædives, unde liquor humanis corporibus ſalutaris manat, ad quod viſendum, & venerandum peregrini confluunt, non modo finitimi ex provincia, ſed ex remotiſſimis regionibus. Tranſlata fuerunt ſanctiſſimi Confeſsoris lipſana ex Myra civitate Lyciæ, ubi Epiſcopus fuerat, ad Barenſem civitatem anno Domini, ut Sigibertus ſcribit 1087 cujus tranſlationis in Romano Martyrologio memoria agitur 9. Maii. De liquore autem ex ſacris oſſibus jugiter manante vetera etiam teſtimonia extant, & in primis Emanuelis Imperatoris in Conſtitutione novella de feriis ubi Nicolaum miraculis inſignem unguentorum fragrantia ſcatentem appellat. Nicolai vitam, & tranſlationis hiſtoriam idem luculenter ſcripſit Antonius Beatillus. Eſt autem Baſilica hæc tum ædificio, ac ſtructura magnifica, tum ſacra veſte, atque inſtrumento Eccleſiaſtico ample inſtructa, riteque, ac diligenter adminiſtratur. Camera aræ maximæ tota ex argento, & argenteis pariter columnis impoſita quondam fuit, quas Ferdinandus Aragonius Rex cum abſtuliſſet, ut ad Turcas depellendos pecuniam conflaret, adverſo ſemper ab eo die numine uſus eſt, ut de argento Barenſi idem poſſit adagium uſurpari, quod de auro Toloſano veteres dicebant. Regium hoc ſacellum eſt, & in eo centum, ac viginti circiter Clerici adminiſtrant, numeratis quadraginta Canonicis, aliiſque Beneficiatis, & Clericis qui Priori obtemperant. Sunt præterea in hac urbe ſex cœnobia Mendicantium, unum Monachorum Cœleſtinorum, & Collegium Societatis Jeſu; Sacrarum vero virginum monaſteria quatuor, in quibus omnibus ſunt ancillæ Chriſti ferè ducentæ attributæ annuo redditui fere trium millium aureorum: laicorum ſodalitia quamplura, quæ variis piis muneribus funguntur, præſertim Societas montis Pietatis, quæ carceribus mancipatos viſitat, eleemoſynas in egentes diſtribuit, puellas matrimonio collocat, & valetudinarii nuper inſtituti procurationem gerit.

Sunt autem fidelium intra mœnia degentium animæ quindecim millia. Populus urbanus, catholicus & pius, ita ut major civitatis pars ſingulis menſibus Eccleſiaſtica ſacramenta ſuſcipere ſoleat. Diœceſis Barenſis oppida habet tria & viginti, totidemque Parochiales Eccleſias, quarum ſexdecim Collegiatæ, ſeu Conventuales, & receptitiæ, tres habent ſuos quoque Canonicos ſub Archipresby-

*a* Ex ſupplici libello Conſtit. habentur Canonici 24. Dignitates 14. presbyteri inferiores 150. & minores Clerici 80.

(1) Verum ſi fuit ea ætate Petrus aliquis, à Canuſina ad Salernitanam Cathedram erectus, alium eum eſſe neceſſe eſt ab illo, cujus auctoritate vita S. Sabini eſt conſcripta. Nam hic Canuſii ſucceſsores habuit, & inter hos tertium Audoaldum, olim Archidiaconum ſub Burſa Epiſcopo, cui Burſæ Petrus, & fortaſſis non immediatè ſucceſserat. Bollandus tom. 2. Febr. p. 312. ubi exiſtimat Petrum, cujus juſſu ſcripta fuit S. Sabini vita, floruiſſe paulo poſt an. 700.

byteris, qui reſident ac præcipua diligentia, & pietate divina officia recitant. In his oppidis variæ ſunt ſodalitates laicorum, pietatis operibus incumbentium. Oppidora præcipua ſunt Aquavivum, ubi Epiſcopalem quondam ſedem fuiſſe ſuſpicor, Caſa Maſſima, & Modugno, in quibus ſingulis ſingula ſunt virginum cœnobia. In Aquaviva autem cauſarum cognitio ad Archipresbyterum ſpectat. Populus autem tam urbanus, quam diœceſanus pietati impensè eſt addictus, tanta verò religionis integritas viget, ut non modo nulla reſideat hæreſeos ſuſpicio, ſed omnes magna fidei, religioniſque Catholicæ augendæ cupiditate flagrent.

Provincia Barenſis è duodecim ſuffraganeis, quos olim habebat, tribus decurſu temporis ſublatis, nempe Salpenſi, & Cannenſi, quorum ille extinctus, hic Nazareno Archiepiſcopatui attributus eſt, item Melſetenſi, qui exemptus eſt, novem nunc habet, nempè Bitecten. Bituntinen. Catharen. Cuperſanen. Juvenacen. Lavellinen. Minerbinen. Polymniacen. & Ruben. Habet præterea Archiepiſcopus Barenſis Melfecti, Canuſii, Tirlitii, & Rutiliani cauſarum appellationem Apoſtolicæ Sedis auctorit. conceſſam. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus eſt ſatis dives, a Taxatur verò in lib. Cameræ Apoſtolicæ flor. 1666. cum dimidio. Series Barenſium Archipræſulum ſequens eſt, quam partim ex Antonii Beatilli catalogo, tum ex hiſtoria Barenſi ab eodem conſcripta, ubi ſparſim de iis agit; tum verò ex aliis ſcriptis, & monumentis concinnavimus.

a Vide computis incertis 4500. ducat. ejus monetæ.

I. 1 GERVASIUS Bari Epiſcopus interfuit Concilio Sardicenſi anno 347.

II. 2 CONCORDIUS Epiſcopus Barinus ſubſcripſit Concilio Romano ſub Hilario Papa anno 465. & tantum hi duo ſunt obſervati Barenſes Epiſcopi; reliqui deſiderantur.

III. 3 PETRUS ultimus, & primus Archiepiſcopus Barenſis fuit hac dignitate exornatus anno 530. ab Epiphanio Conſtantinopolitano Patriarcha, ſedente Felice Papa IV. cujus auctoritate Epiphanius hanc ſedem Metropolitanam conſtituit, cum facultate duodecim ſuffraganeos Epiſcopos ordinandi. Poſt Petrum decem eidem ſucceſſerunt Archiepiſcopi, quorum nomina, neque acta extant in diptycis ejuſdem Eccleſiæ.

IV. 12 LEONTIUS duodecimus Barenſis Archiepiſcopus circa annum Domini 780 electus, Nicæno Concilio ſe ſubſcripſit anno 787. una cum Leone Tranenſi, Chriſtophoro Andrienſi, & Sergio Vigilienſi in Apulia Epiſcopis. Diù hanc ſedem rexit Leontius, quievitque in pace.

V. 13 SEBASTIANUS Barenſis Archiepiſcopus proximè ſucceſſit Leontio, quem ſubſcriptum invenimus ſub Barenſis Epiſcopi titulo in Concilio Romano ab Eugenio Papa celebrato anno 826 Vixit in hac dignitate ærumnoſis temporibus; Sarraceni enim ab Aldegiſio Beneventanorum Principe contra Ricardum per Padonem Barii Præfectum à Raguſio evocati intempeſta noctæ Barium ex improviſo adorti occuparunt, ipſumque Padonem in præmium iniquitatis interemerunt anno 840. Hanc civitatem deinceps Sarraceni per annos omnino triginta (teſte Sigonio) tenuerunt. Sebaſtianus verò multa vigilantia, ac pietate populum ſibi commiſſum rexit annis 22. quatuor tamen in dura Sarracenorum ſervitute, quibus exactis mortalitatem explevit anno 844.

VI. 14 ANGELARIUS vir ſanctimonia clarus, ac rerum geſtarum æterna memoria dignus, jam antea per annos decem Canuſinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus in demortui Sebaſtiani locum omnium votis Barenſi Eccleſiæ præficitur anno 845. retentoque ex Romani Pontificis auctoritate, & Canuſinæ ſedis titulo, Berenſis, & Canuſinus Archipræſul dictus fuit, qui deinceps ex perpetua utrarumque Eccleſiarum unione in ſucceſſores tranſiit, uſque in hodiernum diem. Diruta tunc erat ex Sarracenorum incurſione Canuſina civitas, ac præter Cathedralem ſanctorumque Epiſcoporum Sabini. Ruffini, & Memoris, pretioſa corpora. omnia ruderibus, & ſquallore obruta jacebant; viſum fuit Angelario, utriuſque Eccleſiæ Archiepiſcopo, in decentiorem locum Sanctorum lipſana transferre. Attulit igitur è Canuſio Barium ſacra pignora, & ſub confeſſione Cathedralis collocavit; Sabinum verò in civitatis Divum tutelarem adſcivit. Hujus translationis meminit vetus m. ſ. liber Archivii Barenſis Eccleſiæ. *Sedit B. Sabinus in Canuſina Eccleſia annis quinquaginta duobus, cujus corpus ibi requieſcit uſque ad tempora Petri Archiepiſcopi primi, & Angelarius ejus ſucceſſor deſtructo Canuſio, attulit Barium corpus Beati Sabini, necnon corpora ſanctorum Patrum Memoris, & Ruffini Præſulum Sedis Canuſinæ*. Sabini corpus occultum fuit, uſque ad tempora Heliæ Archiepiſcopi, de qua inventione infra in Elia agemus. Sabini dies feſtus agitur 9. Feb. qua ex hac vita migravit. de quo agunt D. Gregorius lib. 2. dialog. c. 15. & lib. 3. cap. 5. Petrus de Natalibus in Catal. Sanctorum lib. 3. cap. 133. Martyrolog. Roman. Baronius in notis, & alii, noviſſimè verò ſupra laudatus Antonius Beatillus vitam ipſius vernacula lingua ſcriptam edidit; nos vero acta ipſius latinè conſcripta ex Caſinenſi Bibliorh. cod. m. ſ. ſignat. 289. fol. 246. delata, hic deſcribere conſultum viſum, quod plura in eo ſint ſcitu digna. Hanc Petrum b Canuſinæ Eccleſiæ Archiepiſcopum juſſu Leonis Papæ ſcripſiſſe referunt.

b Hanc non ſcripſit Petrus Archiep. ſed Petri juſſu auctor coævus, ut ipſe teſtatur in vita dicens: Placentem, quæ diſcurrere ſum, audivi à viro venerab. Petro ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo. Bolland. tom. 2. Febr. p. 31.

*Vita, & obitus ſancti Sabini Epiſcopi.*

*Voluntati tuæ parere ſumme Pontifex cupio, ſed mens multis refugit gravata peccatis tantarum virtutum miracula pandere. Tamen ſolet per ſicteam lucernam clarum lumen effluere, & in vaſe plumbeo optimum reperiri unguentū; ſed quia præceptis obediens, valde credo me illius precibus adjuvari. Ego verò ſanctiſſimi viri miracula in dialogis B. Gregorii dudum jam reperi, quæ & ſanctitati veſtræ puto eſſe notiſſima, ſed graviorum meo ore quaſi philoſophica aures carmina demulcent noſtrorum. Prius tamen ſcribendum exiſtimo, quod in libris invenimus exaratum, id eſt ea, quæ noſtris temporibus ſumma veritate poſſunt agnoſci.*

*Incipit vita ejuſdem.*

*Juſtiniano igitur Auguſto regnante, cujus temporibus in multis in locis ad Chriſti gloriam, & adjumentum noſtrorum ipſo juvente non parvo numero claruerunt: ſed quia multa grata, & miranda in noſtris codicibus inveniuntur; inter quos Beatiſſimus, ac venerabilis Canuſinæ Eccleſiæ Sabinus effulſit. Hic enim ab infantia omnipotenti Deo in omnibus placere cupiens carnis contrivit voluptatem, & omni niſu ad cœleſtia anhelabat. Tanta etiam in illo gratia erat, ut nullus ambigeret, eum aſſiduè cœleſtia cogitare: & foris oſtendebat, quod intus aſſiduè meditabatur; erat enim pietatis cultor, juſtitiæ amator, pauperibus largus, hoſpitibus gratus, orphanorum, ac viduarum certa protectio. Quis ad illum triſtis advenit, & non lætus abſceſſit? Quis in illius oculis ira agitatus, non eſt illicò ſedatus? Quis in faſtu ſuperbiæ poſitus, non illius eſt admonitione humilis factus? Quis duræ mentis venire ad eum poterat, qui non ejus doctrina delectaretur? Quantum ſe in ſummo culmine eſſe conſpiciebat, tantum ſe humilitatis gubernaculis continebat, reminiſcens illud quod dicitur, quanto magnus es, humilia te in omnibus, unde & ab omnib. amabatur. Quis enim ſcribere poterit, quanta in eo erat largitas conditoris, qui ita erat immobilis, ut nullis adverſis moveretur, nulla lætitia ſolveretur, nullo unquam munere in partem aliquam verteretur. Nos autem ſi omnia vitæ illius bona narrare volumus, ab his, quæ ſunt dicenda, ceſſamus, atque utinam Auguſtinus, aut Doctor aliquis noſtrorum adfuiſſet, qui tanti viri miracula, ac virtutes limpido ſermone componeret. Ego verò imbecillis, & inſcius litterarum, quoniam elegantioribus hujus vitam verbis contexere non valeo, miraculis decorabo.*

*Igitur prædicti Chriſti famuli faciem omnes proceres, ac præcipuè viri Italiæ ſæpius videre cupiebant,*

*& cum*

& cum viro ſanctiſſimo cœleſtibus pabulis epulari.
Unde & cum Germano Capuanæ Eccleſiæ Pontifice
crebra familiaritate conveniebat. Sed & cum Bene-
dicto Chriſti famulo in Caſino caſtro poſito aſſiduis
amicitiis jungebatur, eumque per ſingulos annos vi-
ſere conſueverat, quem vir Dei pro vitæ ſuæ merito
valde diligebat, ut Gregorius Romuleæ Urbis narrat
Epiſcopus. Nam quodam tempore, dum ad eundem
Dei famulum Benedictum prefatus vir viſitandi gra-
tia veniſſet, & de Totila Gothorum Rege, ac Roma-
næ Urbis interitu locutio oriretur, Benedictus ait,
Roma à gentibus non diſſipabitur, ſed ſuis vetuſtati-
bus, & terræmotibus fatigata, marceſcet in ſemeti-
pſa. Quod ex maxima parte factum cernimus, ſicut
mihi ii, qui illius itinera frequentius ambulant, re-
tulerunt: dicunt enim eam quaſi abſque habitatoribus
ex tanta multitudine remanſiſſe, & quæ gloria flore-
bat tunc, diverſis nunc vitiis abundare. Silentio ta-
men hoc dicimus, quoniam vigor ſanctæ Eccleſiæ, Deo
favente, adhuc in illa primatum tenet. Sed quia à
narratione paululum diſceſſimus, ad ſancti viri nar-
randa miracula revertamur.

Itaque Dei famulus Sabinus ab omnibus veneraba-
tur intantum, ut Gelaſius Romanę Urbis Pontifex prę
cęteris Epiſcopis ſocium eum, ac familiarem haberet.
Nam cum idem B. Sabinus Barolitanam Eccl. dedi-
care in honore beatiſs. Andreæ Apoſtoli voluiſſet, eun-
dem Gelaſium Papam ad ſe advenire rogavit, quod
& factum eſt, eumq; ſupradict. Eccl. dedicare popo
ſcit, ſatis de adventu primæ Sedis Epiſcopi gaudens.
Quapropter alacri animo cum cæteris Epiſcopis, quos
ad dedicationem ejuſdem Eccl. vocaverat, omnipo-
tenti Deo gratias egit, eo quod ad ſe tantus Pontifex
adveniſſet, quorum videlicet Epiſcoporum nomina hic
ſcribenda exiſtimo. Laurentius Sipontinæ Eccl. Pon-
tifex, Palladius Salpitanæ, Eutychius Tranenſis, Jo-
annes Rubeſſanæ, Aſterius Venuſinæ. Erat præterea
idem venerabilis vir reſtaurator Eccleſiarum, ad gu-
bernandas animas præcipuus, & quia talenta domi-
nica ad negotiandum acceperat, ſollicitus quærebat
hæc Dom. ſuo cum lucro reportare: & quoniam quin-
que, & duo talenta in ſe cognoſcebat, cupiebat dup-
plicare, quæ ſibi commiſſa credebat. In exterioribus
augebat duo, activæ, contemplativæq; vitæ deditus,
in quibus ſancta, & immaculata degit Eccl. Non in-
tellectus in eo ſine opere, ſed jugiter cum intellectu
concordabat opus; & quod ſuo gregi prædicabat, abun-
dantius faciebat. Suadebat omnibus mundi hujus
proſpera eſſe vaniſſima, & quaſi flumina labentia ve-
locius deperire. Nunquam à doctrina lingua, & à re-
ſtauratione venerabilium locorum ceſſabat manus.
Pulchro ſiquidem opere in Canuſina civitate in hono-
rem BB. Coſmæ, & Damiani Martyrum Baſilicam
extruxit, eandemque diverſis coloribus, ac muſivo
decoravit, necnon & ad honorem B. Joannis Bapti-
ſtæ, ac Præcurſoris Domini Jeſu Chriſti, excelſo cul-
mine cameram juxta Eccl Beatiſſimæ ſemper Virgi-
nis Dei Genitricis Mariæ condidit. Sed & ante Ec-
cleſiam prædict Præcurſoris, Domino Salvatori tem-
plum magno decore inſtituit.

Sanctus itaque vir, cum jam longa ſenectute fati-
garetur, lumen amiſerat oculorum, cui utique ſancti
Spiritus lumen oculos illuſtraverat mentis, & quia
multis fuerat ſpiritualibus donis ornatus, cępit etiam
cæcus ſpiritu prophetiæ videre. Nec diu hoc latuit,
tota namq; Italia eum habere ſpiritum prophetiæ au-
divit, quod & ab omni populo creditum eſt fideli,
gaudente talem ſibi ſuis fidelibus Dominum conſtituiſ-
ſe Pontificem.

Eo itaque tempore, cum Totila, quem ſupra me-
minimus, Gothorum Rex in eiſdem partibus morare-
tur, donum ſancti Spiritus, quod vir Dei acceperat,
audivit, quod minimè credidit, ſed ſicut erat duriſ-
ſimæ, & perfidæ mentis vir, eum explorare cona-
tus eſt. Nam cum ab eodem venerabili Viro ad pran-
dium fuiſſet invitatus, Rex ad dexteram illius ſe-
dit, puerique ejus de manu, hora bibendi, poculum
abſtulit, idque loco pueri Epiſcopo præbuit, quod
virum Dei minimè latuit. Nam ſumma velocitate,

A poculo accepto, Regi ait, vivat ipſa manus. Ille ve-
rò quamvis perfidæ eſſet mentis, ad veritatem dedu-
ctus, lætitia affectus, verecundia faciem texuit; lætus
ſiquidem quia quod de viro ſancto audierat, invenit,
verecundus quia tanto viro illudere præſumpſiſſet.
Nec in illius corde ſcrupulus dubitationis remanſit:
quoniam Dei ſervus, quod per lumen oculorum decer-
nere non poterat tanta celeritate, quod ei illudendi
arte fuerat factum, inveniſſet; unde Rex, & qui cum
ipſo erant, cœperunt tantum Epiſcopum, ac prophe-
tam in ſumma veneratione habere, intantum, ut qui
totam Apuliam, ac Calabriam jam direptionibus de-
vaſtarat, à ſancti Dei famuli dięceſi, cunctos ſuos com-
peſceret: ita ut nullus, vel minima illius, & abjecta
contingere auderet. Igitur ut clariùs oſtendamus eum
habuiſſe prophetiæ ſpiritum, vel quantæ fuiſſet vir-
tutis, ad ejuſdem Archidiaconi, Vindemii nomine
manifeſtandam perniciem articulum vertamus. Ita-
que cum idem venerabilis Antiſtes provectę eſſet æta-
tis, maligno inſtigatus ſpiritu præfatus Archidiaco-
B nus, totum ſe contra Epiſcôpum ad adipiſcendum E-
piſcopatum dedit. Puerum itaque, qui refectionis
tempore, Epiſcopo poculum tradere ſolitus erat, ac-
cerſivit, eumque his verbis, diabolico ore loquutus eſt,
dicens; Miror, quomodo æquo animo diuturna ſuffers
onera; ſenis hic, ſi vita diſceſſiſſet, protinus honora-
tior habereris. O ſi talem habuiſſetis Epiſcopum, qui
Epiſcopatus ſui terminos celeri corpore opportuno
viſitare tempore potuiſſet. Ad hæc verba puerilia cor-
da cœperunt molleſcere, & Archidiaconi maligno con-
ſilio obedire, intantum, ut venenum à Vindemio ſibi
traditum vino miſceret, & ad bibendum Epiſcopo
præberet. Nam, cum reficiendi hora adveniſſet,
puer ex more poculum veneno maculatum Epiſcopo
niſus eſt tradere. Cui Epiſcopus, bibe, inquit, tu,
quod mihi porrigis, ſcio quid in illo latitat. Puer ve-
ro mox quod fecerat, in lucem cognoſcens deductum,
pertimuit, & ſancti Viri vultum ferre non præva-
lens, citius ſe necare elegit, manum ad os, ut bibe-
ret venenum, injiciens. Ad hæc Epiſcopus, mihi ait,
C præbe puer, abſit, abſit, ut in conſpectu licet indigni
Pontificis veneno quis extremam finiat vitam. Ego
bibam: ſed ille, qui hoc flagitium perpetrare voluit,
Epiſcopus non erit. Statimque poculum arripiens, ve-
nenum Epiſcopus bibit ſecurus. Sed mirum, & ſtupen-
dum miraculum mox contigit. Nam cum ipſe bibiſſet
venenum, miſer Vindemius in tertio vico tribus milli-
bus à ſancti Dei famuli diſtante habitaculo defunctus
eſt, & qui S. Viri necē audire cupiebat, ipſa malitia ſua
peremptus eſt, & dum vellet necare Epiſcopum, veneno
nequitię ſuę necatus eſt. O infelix, & omnibus deterior
Vindemi! tibi credita ſunt Domini præcepta, tibi
Evangelium datum eſt, ut omnibus evangelizares:
nunquid non publica voce canere ſolebas, qui parat
proximo ſuo foveam, incidet in eam? Hoc tibi evenit
infelix, quod aliis cavere prædicabas. Statim verò
id, quod geſtum fuerat, auribus Dei famuli inſonuit:
de illius potius animæ, quam corporis nece dolens,
eum mira pietate juxta ſepulchrum ſuum ſepeliri prę-
cepit; Nec diu poſt hæc vir Dei Savinus in hac vita
D moratus eſt. Hic itaque cuncto aſtante Clero extre-
mam ſui corporis diem prædixit imminere. Nec quod
prædixit, diu dilatum eſt, languore namque corre-
ptus, & in ipſo ſui obitus jam articulo poſitus, in ſtra-
to quo jacebat, reſidens, univerſo aſtante Clero, ac
turba, quæ ad ſanctum Virum ob illius exitum animę
confluxerat, clara, prout poterat, voce ait: Diſſolu-
tionem mei corporis, fratres, ac filii, videtis immi-
nere: neceſſarium igitur exiſtimo ultima mearum prę-
dicationum vobis mandata relinquere. Præcipue ita-
que pacem ſtrictius cunctos doceo tenere: nequa-
quam enim ab illa aliquis recedens, boni quid po-
teſt operari. Secundum utique eſt hoc Domini man-
datum. Duobus namque præceptis, ut ſæpius veſtræ
dilectioni innotuit, Chriſti Eccleſia ſervatur. Primum,
ut Deus à nobis totis viribus diligatur, deinde ut pro-
ximus puro pectore ametur. Ab his, ſcitote, cæte-
ra derivari mandata. Nemo ab unitate fidei rece-
dat, quia niſi quis in Trinitate oculos mentis fixos

*teneat, in vacuum laboret. Aeriminæ omni cuſtodia ſemper animus refrænet, quod ſi quis captus fuerit, continuò ad confeſſionis devotu mente remedia concurrat. Hoſpitalitate gaudete, pauperum, viduarumque terminos nullus movere conetur. A Miſſarum ſolemniis ſuo tempore nunquam animos revocetis, reminiſcentes, quod dicitur, dum lucem habetis, ambulate. Hora ſutura eſt, in qua nemo poteſt operari. Mundi hujus oblectamenta, quæ cernitis, more fluentis aquæ decurrere ſcitote: cuncta caduca velut fumi vaporem credite perire, labentia fugite, ne cum labentibus cadatis. Cruenta illa beſtia, quæ hominum ſuis morſibus crudeliter mentes lacerare feſtinat & lucis filiorum ſuis ſordibus nimium pectora fuſcare, quod promittit, fallit, ſibique conſentientibus mentitur, invidia ardet, & ubi mendax ipſe ſtare non potuit, inde alios expellere molitur. Ad poli potius cardinem oculos mentis dirigite, ut patriam, quam primi parentes obediendo colubro antiquo perdiderant, recipere mereamini. Inter hæc illis ventura hoc modo mirabiliter prophetavit. Ego, inquiens, jam de corporis ergaſtulis exiens, Domino gregem quem mihi ad paſcendum tradidit, commendo. A luporum ſcio vos poſt funeris mei tempora graviter dentibus lacerandos: nam gentium invaſione Italia non paucis temporum curriculis premetur, ita ut rura abſque agricolis ob gentium terrorem relicta videantur. Qua cauſa membrorum meorum tumbam incognitam relinquo. Diuturno etiam tempore abſque adminiculo Paſtorum Eccleſia inculta torpebitur. Nullus clangor laudantium, ſive canentium ſonora in ea voce audietur. Relicta ab hominibus loca hæc tantummodo beſtiæ tenebant, quod quidem reperimus juxta vaticinium prophetantis. Hæc & his ſimilia eo dicente, plangentium vox orta eſt, nullus ſe potuit à lachrymis continere, dolentes, quod ex ore Pontificis talia audiſſent. Cuncta itaque ſacerdotum, omniſque plebis agmina commotis viſceribus inquiunt: quem nobis, ô ſumme Pontifex, Paſtorem dimittis? quid non adhuc fatiſcente licet ætate ſibi commiſſam gubernas Eccleſiam? poteras, ſi Chriſtum petere velles, noſtra aliquandiu onera ſuſtinere. Quibus ille; hoc mihi, inquit, cohæredes, & in fide Jeſu Dei noſtri participes dicere nolite. Nam debitum mortis perſolvens, Chriſtum toto deſiderio anhelo. Nunc ad patriam protoplaſtis vetitam reducor; nunc agmina Apoſtolorum, Martyrumque fulgentia videns, gaudeo, turbam Virginum, nec non Angelorum candidatam cernens, delector. Cur ergo me impedire nitimini? Si me toto affectu amatis, ad me quanto citius venire deinceps feſtinate, per ipſum, qui vitam ſe præbet petentibus. Multa, & his ſimilia populo prædicans Beatiſſimus Savinus, poſt quinquaginta & duos annos, quibus ſanctam Canuſinam gubernavit Eccleſiam quinto Idus menſis Februarii ab hac luce migravit ad Dominum.*

*Omnis itaque Clerus, univerſaque turba, quæ ad ſanctiſſimi viri obitum confluxerat, multis coruſcu lampadibus, hymnis cœleſtibus beatiſſimum corpuſculum proſequebatur, quouſque ſepulturæ traderetur. Virgines ſparſis crinibus oblitæ faciei pudorem ululatum dabant, ſed & ſenes tremula voce, prout poterant, lachrymas effundebant. Ex longinquis etiam locis multi convenerunt, ut in unum confuſu voce pſallentium ſimul, & lugentium honorarent; en Angelicis manibus ſuſcipitur, en quæ ſibi credita fuerant, geminata Domino reportavit. Ergo quid illi Dominus dixerit, audiamus. Euge, Savine, quia in pauca fidelis fuiſti, conſtituam te ſupra multa. Quo dicto, veſte cum candidiore nive Dominus ſtatim induit, gemmiſque fulgentibus coronavit. Sicque Prophetis gaudentibus, & Angelorum choris exultantibus inter ſanctos vir Dei collocatus eſt.*

*De virtutibus, ac miraculis vitæ prædicti Dei famuli quantum memoriæ occurrit, dicimus, nunc autem cujus ſit meriti, vel quantis virtutibus illius oſſa floreant, Deo opitulante eloquamur. Hæc, quæ dicturus ſum, à viro venerabili ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo Petro agnovi, qui mihi de ſuo deceſſore Savino, quæ quæ à ſenibus ſacerdotibus multis, & diligentibus inquiſitionibus audierat: vel quod in epigrammate legere potuerat, ſæpius narrare conſuevit, & hæc ut ſcriberem, præcepit.*

*Quidam Hiſpanus, Gregorius nomine, gravi ſui corporis languore premebatur. Hinc cum per loca ſanctorum diſcurreret, quatenus ſui corporis remedium invenire potuiſſet; quadam nocte dum ſe Domino toto virtute committeret, ejuſque miſericordiam multis precibus exoraret, ut illi peccata dimitteret, & à periculis corporis velocius liberaret, poſt orationem ſtatim ſopore arreptus eſt, ſibique quendam dicentem audivit: Surge Gregori, ad Italiam propera, ibique per Sabinum Epiſcopum, non ſolum tui corporis, ſed & animæ invenies ſanitatem. Mox à ſomno evigilans, quod ei fuerat imperatum fecit, & veloci curſu, ut poterat, ad Italiam venit, quam ingreſſus, cœpit ab incolis terræ anxius quærere in quo loco B. Savini corpus jaceret; ad quem reſponſum eſt, apud Spoletinam urbem quievit, atque in ea martyrio, tempore quo Chriſti Eccleſia à Gentilibus perſequebatur, coronatus eſt. Hæc audiens, iter continuo arripiens, omni gaudio ambulare cœpit: putabat enim Savinum, quem in ſuo ſolo poſitum audierat. Itinere cœpto, ut præfati ſumus, Spoletum venit, Eccleſiam beatiſſimi Dei martyris citius aperuit, quam ingreſſus, diutius oravit, petens, ut ei Dominus, quod promiſerat, per ſuum famulum citò largiri dignaretur. Poſt paucos verò dies beatus Martyr ſe ſalutem petenti, per viſionem ait; quid me quotidianis lachrymis poſtulas? non ad me miſſus es, ſed ad fratrem & coepiſcopum meum Domini Jeſu ſervum Savinum, quem Dominus Canuſinæ urbi Apuliæ Antiſtitem dedit. His auditis Apuliam petiit, apud Eccleſiam B. Petri Apoſtoli ejuſdem Savini Epiſcopatus, Domino ſe multis precibus ſtravit, dicens: Domine Jeſu Paſtor bone, qui mundum tuo ſanguine reſtaurasti, qui dixiſti, quod omnia crimina in confeſſione laventur, peto clementiam tuam, ut mihi peccata dimittas, & ab infirmitate meum corpuſculum tua pietate abſolvas. Aſpice me peregrinantem per longa itinera fatigatum tuæ ſanctæ promiſſioni credentem, ſpero habere, quod mihi promiſſum eſt per te, qui vivis & regnas cum Patre, & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.*

*Finita vero oratione, à Clericis ſuſceptus eſt, & cur per tanta terrarum ſpatia ad ea loca venire voluiſſet, quæſierunt. At ille ſui adventus cauſam innotuit. Ad hæc illi, ſepulchrum, inquiunt, illius quod quæris, uſque hodie hominibus incognitum manet; potens eſt tamen Deus, & hoc tibi manifeſtare, & ſua promiſſa complere. Quibus præfatus Hiſpanus, me precibus, ait, obſecro, adjuvate; & quidem miſericordiam expecto. Poſt hæc, illo quieſcente, poſt vigiliam orationis, beatiſſimus vir Dei Savinus apparuit ei, dicens: Gregori, corpus tuum priſtinæ reſtitutum eſt ſanitati & anima ſaluti: & ſubjunxit, ſepulchrum quidem meum, quod per tot tempora latuit, illo in loco omnibus innoteſce: & ſuper id ut Eccleſiam conſtruat, Theodoranda dicito. In ipſo autem invenies, unde quod jubeo, abundanter valeat implere.*

*Eo vero tempore Longobardorum Regni Grimoaldi gubernacula regebat, qui filium ſuum Romualdum Beneventi principem inſtituit, eique Lupi cujuſdam nobilis filiam, nomine Theodorandam, quam modo meminimus, in matrimonium dedit. Romuald vero defuncto, tum ad regendum Samnitum populum cum parvo filio reliquit. Igitur hæc mulier à præfato Hiſpano mandatum audiens, & implere feſtinans, ad ſepulchrum Dei famuli læta pervenit, illudque Sacerdotibus omnibus, qui aderant, pſallentibus, & hymnos Deo cantantibus juſſit . . . . Aperuerunt itaque ſepulchrum, & in eo theſaurum mirabilem odore ambroſio redolentem reconditum invenerunt, ſed & in quadam parte ſepulchri non modicum auri pondus repertum eſt. Quod factum propter gentilium credimus incurſionem, quæ ante hæc tempora, ut vir Dei prædixerat totam uſque ad internecionem Ita-*

liam

*liam devaſtavit, fortaſſe ut ad conſtructionem ejuſ- Eccleſiæ ſervaretur. Theodoranda vero oblita mandati, aurum abſtulit, ſepulchrum reliquit, & remeare ad ſedem ſuam volens, Beneventum feſtinabat. Sed dum ad pontem, qui à Trajano Auguſto ſuper fluenta Aufidi eſt conſtructus veniſſet, omnipotentis Dei judicio equus in quo ſedebat, pede lapſus eſt. Quæ mox in terram corruit, & à terra brachiis famulorum levata, quis eſſet, vel cujus meriti Savinus, poſt caſum agnovit, cujus præceptum fuerat oblita. Se itaque mox ad Dei viri ſepulchrum reduci fecit, & cum omni feſtinatione, quemadmodum ei mandatum fuerat, Eccleſiam conſtruens, altare ſuper corpus viri Dei pulchro marmore inſtituit. Ad cujus etiam miniſterium, calicem & patenam ex auro, quod abſtulerat, fieri præcepit, necnon & altaris tegmina auro, gemmiſque decoravit. Hiſpanus vero ille uſque ad exitum ſuæ vitæ in eadem Eccleſia ſervire Deo curavit.*

*Nec hoc ſilentio dandum exiſtimo, quod ab ejuſdem Eccleſiæ Primicerio me audiſſe recordor; venerabilis, ajebat, Burſæ tempore, qui in hac Eccleſia Deo largiente, extitit Pontifex, quidam Aquitanus ad viri Dei Savini famam cucurrit, qui ita erat omni ſuæ compage corporis ſolutus, ut nunquam ad os manum ducere, vel ad ambulandum pedes movere valeret, quoniam durius adjuncti natibus tenebantur: nunquam illius aures ſonum audire poterant, nec ad mortalium lumen lumina patebant, & ut verius dicam, quaſi in quodam vaſculo quodammodo anima manebat, ut per hunc ſui ſervi omnipotens Deus virtutem innoteſceret. Huic itaque in ſuo adhuc ſolo remoranti dictum eſt, ut quantocyus ad ſepulchrum Chriſti famuli veniret, quatenus ſui corporis remedium habere potuiſſet. Venit itaque, & dum quadam die apud eandem Eccleſiam ſecreto Dominum, ut poterat, pro membrorum ſuorum ſalute rogaret, contingit, ut Epiſcopus ex more in B. Petri Apoſtoli Baſilica miſſarum ſolemnia populo celebraret. Mira mox, & noſtris laudanda diebus res claruit. Nam dum miſſarum ſolemnibus à Diacono ex more finis daretur, in camera, ubi æger ſolus jacebat, ſtridor auditus eſt. Ad hæc aures virorum cunctorum, qui aderant, concuſſæ ſunt, & quidnam factum fuiſſet, ad videndum celerius cucurrerunt. Sed mox ut cameram ingreſſi ſunt, juxta altare viri Dei, hunc, qui infirmus fuerat, ſanum repererunt, atque cruorem ex junctione membrorum emanantem. Qui interrogantibus ſe qualiter hoc factum eſſet, ait; quidam me arripiens fortiter tetendit, ita ut omnia membra, ut mihi videbatur, ſua virtute ſepararet, qui ſe Savinum nominari fatebatur. Cujus adventus oculorum meorum cæcitatem funditus fugavit, & auditui aures mirabiliter reformavit. Continuo ergo cunctis mirantibus, atq; ingenito Patri, Genitoque unico, ſimulque ſancto Spiritui perennem gloriam, laudemque prædicantibus, ad populum exivit. Quod viſo omnis plebs una cum Epiſcopo cunctoque Clero infinita lætitia Chriſto gratias reddiderunt, eo quod per Savinum ſuum famulum quotidianis miraculis ſuam Eccleſiam beatificaret. Poſt ſui vero reſtaurationem corporis præfatus Aquitanus, cum animalia cerneret, à ſibi circunſtantibus, quidnam eſſent, ſtupens ſciſcitabatur; nihil enim omnino in hac vita ſe vidiſſe, niſi poſt viſitationem manifeſtius fatebatur. Quadam verò die dum aſellus à quodam per viam duceretur, idem exclamans ait: huc, huc quæſo, ſocii venite; & quod per hanc viam ambulet, videte. Quo audito, qui aderant, ſe ſe in riſum pro tali dicto dederunt. Quibus ille, quid, obſecro ridetis, & mihi potius, quod hoc ſit, non innoteſcere vultis? At illi relicto riſu, ajunt, quod vides, ò frater, aſellus nominatur. Ad hæc ille, ad quod quæſo, inquit, opus hic neceſſarius habetur? Et illi ad ferendum onera inter cætera eum Omnipotens creavit. Poſt hæc duobus annis in eadem Eccleſia ſerviens, ad ſolum proprium cum omni exultatione incolumis remeavit.*

*Optimum puto nunc ea etiam, quæ his diebus per beatiſſimum Savinum geſta ſunt, poſteris mandare. Præfatus namque venerabilis Pontifex, de cujus ore cuncta quæ narro, audivi, cœleſti amore perſuaſus ad ſedem Pontificalem Canuſinæ urbis corpus Chriſti famuli introducere ſtuduit; ubi aſſiduis laudibus, frequentia populi & clericorum pſalmodiis honoraretur, quia à ſede, ad quam omnes convenire conſueverant, mille fermè paſſibus diſtabat. Bene & optime cogitans, ut ad laudem Domini, & ſalutem plebis, in Pontificali Eccleſia tantus Pontifex jaceret. Hic videlicet, dum in ſolemnibus SS. Apoſtolorum Petri & Pauli cum omni populo utriuſque ſexus ad iſtud magnum, & laudandum ſpectaculum conveniſſet, cæteris foris ſtantibus, ipſe cum choro pſallentium, quaſi Chriſtum ſuſcepturus, ad ſepulchrum ingreſſus eſt. Remotis igitur marmoribus ad ſanctum, & venerabile corpus pervenerunt; ſed tanta fragrantia odoris illico ſerpſit, ut omnium nares, ac ſi ex diverſis manans aromatibus lactaret; non tamen eadem hora ſanctum corpus ſublatum eſt, ſed in craſtinum ferendum ſervatum annuloque Epiſcopali ſignatum. Sed dum ad id ferendum die altera Epiſcopus cum frequentia veniſſet populorum, remoto ſigno, cum ad venerabile corpus ingrederetur, novum Deus ſuis, & ſtupendum ſacerdotibus monſtravit miraculum. Ex marmoribus namque quemadmodum balſamum ſtillare ſolet, guttulis inenarrabili odore liquor emanabat, cunctique, qui aderant, Angelica ibi eſſe obſequia credentes, exultatione ſimul, & pavore repleti, impenſius orabant. Quid plura? tulerunt corpus cum hymnis & cæleſtibus canticis, & omni populo exultante cum cereis, & lampadibus ad locum, quem illi Epiſcopus paraverat, pervenerunt; aliquandiu tamen in Eccleſia poſitus, altari necdum extructo quievit. Interea dum venerabilis Petrus Epiſcopus ante tempus orationis intempeſta nocte ſolus, ut Domino pſalleret, Eccleſiam intraſſet, ſuper corpus Dei famuli tantum lumen effuſum reperit, ut omnia illius Eccleſię loca, ac ſi meridiano tempore, lucerent, ſed poſt paululum, lumen quod viderat, ſubito extinctum eſt.*

*Igitur poſt hæc prædictus Petrus Chriſti famulus ſecundum conſuetudinem diœceſim ſuam viſitare cupiens, languore ſuperveniente graviſſimo æſtu febris vexabatur. Quem vir Dei Savinus in ipſis ſuis anhelantem anguſtiis paululum ſopore gravatum viſitare dignatus eſt, & ait: Quid agis Epiſcope? ad quem ille, ut cernis Domine, nimiis anguſtiis fatigor. Cui vir Domini Savinus, ſanitati te, inquit, ſcito reſtitutum. Hoc tantum corrige, ut ſervi alieni, qui à tuis hominibus male retinentur, ſuis dominis citiùs reddantur. His dictis, viſio illa ablata eſt, ſanuſq; experrectus Epiſcopus, quod ſibi dictum fuerat, diligentiſſime implevit, ſtatim vero ad ſedem propriam reverſus eſt; & virum Domini Savinum, cum ſumma lætitia, & exultatione cunctorum in camera ſubtus altare beatiſſimorum Joannis & Pauli, die Kalendarum Auguſtarum collocavit, ibique ex argento, auroque contextam arcam ſuper corpus ejus poſuit, & diverſa ornamenta ſuperinduxit.*

*Ubi quantæ virtutes fiant, ſi omnes narrare velimus, & manus ſcribentis, & aures fatigarentur auditoris. Quantos autem noſtris diebus febribus vexatos, diverſiſque infirmitatibus laborantes à viro Dei, audivimus ſanatos: quantis ejus miraculis Apulia fulget, quis narrare poterit? E quibus nos perpauca ſcripſimus ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.*

*Hæc principante viro glorioſiſſimo Hermerich a filio Grimoald ſcripta ſunt, cujus temporibus multa Samnitum populo proſpera evenerunt.*

a Quis fuerit, & quando floruerit hic Hermerich vide de Bolland t. 2. Febr. p. 344.

Cæterum Angelarius ſpiritum Deo reddidit die 10. Maii an. ſalutis humanæ 868. cum paulo ante, hoc eſt Februario menſe Barenſem civitatem a Saracenorum jugo liberam vidiſſet.

15 (1) JACOBUS ſedit mortuo Angela- VII.

(1) DOMINICUS quidam Barienſis Epiſcopus ſubſcripſit an. 877. Epiſtolæ Concilii Ravennenſis, qua poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii & Tiloniaci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo confirmatur. An vero ut huic ſedi adjudicandus, videant eruditi.

gelario annos 19. obiit anno 888.
VIII. 16 HERMENDUS electus ann. 888. ſedit an. 3.
IX. 17 RODOALDUS ſucceſſit; præfuit ann. 6. defunctus anno 897.
X. 18 GUITPARDUS eodem anno 897. excluſis Andrea, & Sylveſtro potentium Principum auctoritate incluſis, canonica electione Archiepiſcopalem ſedem legitimè regendam accepit, divinoque auxilio eximiè rexit ann. 14. menſ. 7. exceſſitque circa annum Dom. 912.
XI. 19 RODERICUS aſſumptus eſt anno 912. ſedit anno 8.
XII. 20 JOANNES ſucceſſit Roderico anno 918. *a* ſedit ann. 4. menſ. 8.
XIII 21 ALSARISIUS poſt Joannem præfuit ann. 7.
XIV 22 PETRUS hujus nominis II. ſedit annos 19. menſ. 7. migravit ex hoc ſeculo anno 950.
XV. 23 JOANNES II. electus anno Imperii Conſtantini Leonis filii 40. qui fuit Chriſti 951. Præſulatus ejus primus, ut ex veteri documento Eccleſiæ Juvenacenſis habetur, quod infra dabimus in Juvenacenſi Epiſcoporum ſerie, cujus initium.

*In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quadrageſimo anno Imperii Conſtantini, ſimulque cum eo regnante Domino Romano Porphyrogenito dilecto filio ejus Sereniſſ. Imperatoribus, menſe Januario, decimæ Indictionis. En ego Joannes Dei gratia Archiepiſcopus primo anno Præſulatus mei ſanctæ Sedis Canuſinæ, & Bariſinæ Eccleſiæ, &c.* Sedit ann. 27. Mortalitatem explevit anno 978. Hujus meminit Lupus Prothoſpata in Chron. *Anno 978. mortuus eſt Joannes Epiſcopus, & ſurrexit Paulus Archiepiſcopus.*

( ,, *Hic digniſſimus Archipræſul Apoſtolica verè*
,, *conſtantia reſtitit Polieuto Conſtantinopolitano Pa-*
,, *triarchæ, qui in gratiam Byzantini Auguſti Nice-*
,, *phori Phocæ diſtrictè præceperat omnibus Apuliæ,*
,, *& Calabriæ Græco imperio ſubiectarum Epiſcopis,*
,, *ut non amplius deinceps in azymis latino ritu, ſed*
,, *in fermentato pane ſacrificarent; & licet nonnulli*
,, *Epiſcopi minis perterriti jam trepidarent, adeo*
,, *ipſe fortiter ſe geſſit verbo, & exemplo, ut ne vix*
,, *unus in hujuſmodi enormitatem erroris defluxe-*
,, *rit. Baron. in Annal. Tom. 10. ann. 966.*

XVI 24 PAULUS electus anno 978. ſedit anno 15. menſ. 4. obiit anno 993.
XVII. 25 CHRYSOSTOMUS proximè ſucceſſit Paulo anno 993. Mortem obiit anno 1006. cum ſediſſet ann. 12. menſ. 9.
XVIII 26 JOANNES III. præficitur an. 1006. mortuuſque refertur a Lupo Prothoſpata, an. 1028. in diptycis die 27. Maii, ſepultus in veteri Cathedrali ſub confeſſione ſancti Sabini, quam magnificè exornavit.
XIX. 27 BISANTIUS die 14. Julii 1028 ad Barenſem Cathedralem aſcendit; ſedit annos 6. menſ. ſex, defunctus apud Conſtantinopolim, de quo Chronic. Ducis Andriæ apud Antonium Caracciolum in Chronic. Lupi Prothoſpatæ. *Anno 1035. die Epiphaniæ obiit Conſtantinopoli Biſantius Epiſcopus Barenſis. Qui ſanè fuit orphanorum pater, & primariæ Eccleſiæ Barenſis fundator, Cuſtoſque civitatis, ejuſque egregius propugnator adverſus Græcos.*

(,, *Hic Archipræſul conſecratus fuit à Summo Pon-*
,, *tifice Joanne XX., à quo & ei confirmatum fuit pri-*
,, *vilegium pro ordinatione duodecim Præſulum Ba-*
,, *renſis Eccleſiæ ſuffraganeorum jamdiu à ſuis Præ-*
,, *deceſſoribus obtento, cujus ſiſtentis in archivio il-*
,, *lius Eccleſiæ tenor talis eſt.*
,, Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Re-
,, verendiſſimo Confratri, ac noſtro ſpirituali filio
,, Biſantio Sanctæ Canuſinæ Eccleſiæ a nobis con-
,, ſecrato Archiepiſcopo omnibus diebus vitæ tuæ.
,, Convenit Apoſtolico moderamine pia religione
,, pollentibus benibola compaſſione ſuccurrere, &
,, poſcentium animi alacri devotione impartire aſ-
,, ſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum primum
,, a Conditore omnium Deo in Sydereis Arcibus
,, præſcribitur remunerationem, quando egregia,
A ,, ac venerabilia loca ad meliora fuerint ſinè dubio
,, ſtata perducta. Igitur quia poſtulaſti a Nobis qua-
,, tenus ob tua reverentia, atque amabilis fraterni-
,, tas, concederemus, & confirmaremus cunctis
,, diebus vitæ tuæ præfatum Archiepiſcopatum
,, Sanctę Canuſinę Eccleſię cum omnibus ſibi adia-
,, centiis, vel pertinentiis. Videlicet duodecim
,, Epiſcopatus quemadmodum abolitana tempora,
,, ſcilicet noſtris Anteceſſoribus ſanctæ memoriæ
,, decreverant, ut Archiepiſcopus duodecim ſub ſe
,, ordinaret Epiſcopos. Unde nunc juſte precantium
,, votis faveamus ut & vobis prænominato Biſan-
,, tio Angelico Archiepiſcopo conſecrarem in præ-
,, fatæ Eccleſiæ Sanctæ Canuſinæ cum univerſis
,, Civitatibus, & Caſtellis. Hoc ſcilicet Canuſinæ.
,, Bari. Meduneo. Juvenacio. Melficta. Rubo.
,, Trane. Canni. Minerbino. Aquatecta. Monte
,, Melioris. Labellotatum Ciſternæ. Bitalbæ.
,, Salpi. Cuperſano. Puliniano ſimul. & Catera.
,, & aliarum Civitatum, atque Caſtrorum ſibi
B ,, adiacentium, vel longe, lateque ibi poſitæ do-
,, nec impleatur duodecimus Epiſcopus. Itaque
,, confirmamus vobis omnes fundos. & Caſales una
,, cum Caſis, & vineis, Servos, & Ancillas una
,, cum Maſſis, & Maſſariciis, atque Molendinis,
,, littora cum Portu, montibus, & Collibus, atque
,, Planiciis, & Pratis, ſimulque Plebibus, ſive
,, Eccleſiis cum omnibus titulis, ſivè Capellis
,, ſuis. Verum etiam Monaſteriis Virorum, ſeu
,, Puellarum tam Græca, quam latina cum uni-
,, verſis ordinibus Eccleſiaſticis, Diaconis, Sub-
,, diaconis, Lectoribus, Presbyteris, & omnia, &
,, univerſa prœdia, & poſſeſſiones cultum, vel in-
,, cultum atque cum omnibus, quæ dici, & nomi-
,, nari rura ſolent generaliter, & integro pertinen-
,, tibus, conſtitutos a termino Apuliæ. Præterea
,, concedimus cum Authoritate Beatorum Apoſto-
,, lorum Principis Petri, & Pauli, & cœteris ſimul
,, qui eorum fungimur Vicariatum, quatenus li-
,, centiam habeas cunctis diebus vitę tuæ utere pal-
C ,, lium, & Epiſcopos conſecrare cum omni humi-
,, litate, atque reverentia, quia tale hoc tantum Pa-
,, ſtoralis officium arripere ſi ſine interiori vigilan-
,, tia perpendatur, plus eſt oneris, quam honoris
,, quippe cum propria non ſufficit curare, niſi &
,, ſalubriter geſſerit alienum. His ita breviter præ-
,, libatis nunc benigne, & in Chriſto amantiſſime,
,, Eſto forma omni bonitate. Eſto forma cunctis
,, videntibus, ſeu audientibus imitare ſuorum ve-
,, ſtigia in terris, ut eorum conſortes eſſe mereatis
,, in Cœlis. Quas verò ſuperſcriptum Archiepiſ-
,, copum Canuſinum cum omnibus ſuis pertinen-
,, tiis, & Epiſcopos ipſos per manus veſtras con-
,, ſecrandi, atque Uſu Pallii per Authoritatem
,, Apoſtolicam utendi a præſenti Octaba Indictio-
,, ne omnibus diebus vitæ tuæ concedimus, atque
,, confirmamus tenendum, atque dominandum,
,, & omnia cum Dei timore regendum, & gu-
,, bernandum; itaut nullus Patritius, ſeu Cata-
,, panus, atque Excubitus, vel qualiſcumque ho-
D ,, noris, ſeu Dignitatis Imperialis ſit, audeat,
,, vel præſumat di judicare, vel moleſtare, aut
,, inquietare de ulla re, etiam nullus clericus, nul-
,, luſque Laicus, vel quelibet perſona hujuſmodi
,, audeat, vel præſumat ibidem aliqua moleſtia,
,, vel contraria facere. Statuentes quippe Apoſto-
,, lica cenſura ſub Divini Judicii obteſtatione, &
,, Anathematis interdictionibus, ut nullus umquam
,, noſtrorum Succeſſorum Pontificum ,, ſive Re-
,, gum, vel Imperatorum, aut cujuſlibet magnæ,
,, parvæque Poteſtatis audeat interdicere, vel con-
,, tringere hoc, quod a nobis conſtitutum & ordi-
,, natum eſt. Si quis autem, quod non credimus,
,, temerario auſu contra hunc noſtrum inſtrumen-
,, tum Apoſtolicum Privilegium extiterit, ſciat
,, ſe, niſi reſipuerit, Authoritate Dei omnipoten-
,, tis, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, &
,, cæteris, Anathematis vinculo eſſe innodatum,
,, & a Regno Dei alienum, atque cum Juda tradito

„ re Domini noſtri Jeſu Chriſti, & omnibus impiis
„ ſocius ſit in Infernum. Qui verò pro intuitu Cu-
„ ſtos, & obſervator hujus noſtri Apoſtolici Privi-
„ legii extiterit, benedictionis gratiam, vitamque
„ Æternam a Domino percipere mereantur in ſe-
„ cula ſeculorum Amen.
„ Scriptum per manus Rogerii Notarii Regiona-
„ rii, atque Scriniarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ Menſe Junio Indic. octaba. Valete.
„ *Idem Præſul Biſantius conſiderans dignitati*
„ *Barenſis Mitræ minime conſonare informes angu-*
„ *ſtias antiquæ ædis principis, illam a fundamen-*
„ *tis erigere decrevit, ea autem majeſtate, quæ etiam*
„ *poſteritatis admirationem excitaret quare ſub di-*
„ *rectione celebrioris, quem illa jactabat ætas, Ar-*
„ *chitecti, Dorico ritu extructam voluit, pro qua or-*
„ *nanda a Paro non minus viginti columnas enormis*
„ *celſitudinis, ac ducentas minoris veliſicari juſſit,*
„ *quæ poſtea tali diſpoſitæ ſimetria fuerunt, ut Ar-*
„ *chitectonices miraculum audierint. Gregem ſuum,*
„ *non modo pauperem aluit, ſed & ab omni ſemper*
„ *iniuria vindicavit, quare eum in odium Eoi Cæ-*
„ *ſaris offendiſſet Byzantium evocatus meritorum*
„ *plenus magna Sanctitatis ibi fama mortalitatem*
„ *explevit. Camillus Cerrus in ſuo catalogo Archie-*
„ *piſcop. Barens., & Canuſinorum tradit eum in in-*
„ *feriori Eccleſia, ſive, ut melius, in Confeſſione*
„ *D. Sabini ſepultum: quod ut verum eſſe poſſet, ejus*
„ *cadaver à Conſtantinopoli Barium delatum fuiſſe*
„ *oporteret aſſerere.* Lombardus.)

XX 28 ROMUALDUS, ſeu ROMULANTES Prothoſpatarius immediatè eligitur a Clero Barenſi poſt Biſantii obitum an. 1035. qui Aprili menſe antequam munus conſecrationis recepiſſet, ab Imperatore Conſtantinopolim evocatus in exilium pulſus obiit eodem anno.

(„ *Erat hic Præſul Patritius Barenſis è familia*
„ *autem Protoſpata Originaria Byzantina, ſuo præ-*
„ *deceſſori in paſtorali zelo minimè abſimilis: quare*
„ *cum ob vere ſe dignam gregis ſibi commiſſi procura-*
„ *tionem Conſtantinopolim, ut ille, accerſitus fuiſ-*
„ *ſet, alpeſtri, & inhoſpito loco pro exilio in ea re-*
„ *gione ſibi aſſignato, brevi ſuorum laborum à cœleſti*
„ *domino, pro quo ſtrenue militarat, mercedem ac-*
„ *cepit.* Lombardus.)



XXI 29 NICOLAUS ſuffectus eſt eodem anno 1035. Vir pius cum eſſet erga Deiparam Virginem ſummè ſtudioſus, inceptam novam Cathedralem a Biſantio perfecit, ejuſque in honorem ſacravit, die ſanctorum Simonis, & Judæ. Eccleſias S. Nicolai, & SS. Joannis & Pauli a fundamentis excitavit. Sedit eximiè ad annum uſque 1062. quo ex hac mortali vita diſceſſit die 27. Aprilis; humatus fuit in Cathedrali in veteri ſubconfeſſione. Volunt aliqui Nicolaum hunc ex nobili, & pervetuſta familia Effrem fuiſſe, eidemque attribuunt nobile opus ſacelli in honorem Dei Genitricis in Cathedralis Odęo erecti, quod hactenus extat his verſibus decoratum.

*Qui Deus eſt, & homo, mortem dum vicit amaram,*
*Blàdus, non tùmidus Crucis almæ ſcandit ad aram.*
*Si cupis ergo, Pater, æternam vincere mortem,*
*Poſt hunc conſcendas, qui cœli dat tibi ſortem.*

Ibidem paulo infra.

*Obtulit hoc munus Effrem tibi, Virgo Maria,*
*Ut ſibi placetur ex te caro facta Sophia.*

(„ *Hic Archiepiſcopus Nicolaus, qui vere fuit è*
„ *nobiliſſima gente Effrem è Græcia oriundæ, cum*
„ *ſibi jam ultimum inſtare diem cognoviſſet, nè aræ*
„ *maxima ſuæ ædis principis, quam ſummo im-*
„ *pendio, ac miro opere condere inceperat, ob ejus*
„ *mortem imperfecta remaneret, ſuis nepotibus, non*
„ *minus ſuæ pietatis, quam magnanimitatis hære-*
„ *dibus diſtrictè præcepit, ut illam è ſuis propriis*
„ *ſubſtantiis quàm citiſſime abſolverent; quod ubi*
„ *evenit inſignis ſculptor circa quatuor ſuperba epi-*
„ *ſtylia columnarum, quæ in medio odæi Tribunam*
„ *ejuſdem aræ ſuſtinent, hos inciſit verſiculos.*
„ *In Epiſtylio primæ columnæ à dextera ingreſſus*
„ *in odæum graphico opere, Arabico ritu exorna-*
„ *to, in quo multi pueruli, imo tot ludunt Angeli*
„ *mire expreſſi.*
„ Summi ſculptoris Alfani dextra perita
„ Angelicas ſpecies marmore fecit ita.
„ *Et à læva ingreſſus in odeum in Epiſtylio ſecun-*
„ *dæ columnæ, in quo expreſſi videntur quidam ra-*
„ *muli cum frondibus in ſe contexti, quos inter Vi-*
„ *perarum globus videtur veluti repere:*
„ Aſcendit ramos iſtarum vipera quæque
„ Ut dignum clament Alfanum verſibus æquè.
„ *In illo tertiæ columnæ à dextra exterioris partis*
„ *ejuſdem aræ:*
„ Alfanus civis me ſculpſit Thermolitanus,
„ Cujus, qua laudor, ſit benedicta manus.
„ *In illo demum quartæ columnæ:*
„ Viribus Alfanus ſtuduit, quod ſculpere totis
„ Effrem legavit, complevit cura nepotis.
„ *In ſuperliminari tandem è terſiſſimo opbite, quod*
„ *in quadrum diſpoſitum baſim ſecundo columella-*
„ *rum efformat ordini pyramidali tegimen ex ære*
„ *etiam exornatum ſuſtinenti.*
„ Obtulit hoc munus Effrem tibi Virgo Maria,
„ Ut tibi placetur ex te caro facta Sophia.
„ *In medio ejuſdem ſuperliminaris ſita erant inſi-*
„ *gnia gentis Effrem, quæ poſteà urgente vetuſtate*
„ *conciderunt.* Lombardus.)

30 ANDREAS ab Alexandro II. Barenſis Archiepiſcopus conſecratus anno 1062. ab eodem omnium prædeceſſorum Romanorum Pontificum privilegiorum Barenſis Eccleſiæ conceſſorum confirmationem obtinuit, & facultatem duodecim Epiſcopos ſuæ Eccleſiæ ſuffraganeos conſecrandi. Bullam non vidi, ſed ejus meminit Beatillus in hiſt. Barenſi lib 2. Tempore iſtius Andreæ quarto ab hac urbe milliario fundatum eſt ab Euſtachio Barenſi Sacerdote cœnobium titulo Sanctorum omnium ſub D. Benedicti Regula, primuſque Abbas ab Archiepiſcopo inſtitutus eſt idem pius Euſtachius. Sedit Andreas plus minus an. 16. defunct. dicitur an. 1078. XXII.

(„ *Ejus Præſulatu civitas Barii ſe à Græcorum*
„ *exemit ſervitute, & ab obedientia Conſtantinopo-*
„ *litani Patriarchæ. Intervenit idem Andreas con-*
„ *ſecrationi novæ Baſilicæ Caſinenſis ab Alexandro*
„ *II. Summo Pontifice peractæ. Suum princeps tem-*
„ *plum ſummo exornavit impendio. A læva odæi*
„ *peramplum ſuggeſtum eleganti opere è ſuperbiſſimo*
„ *marmore voluit concinnatum, quo ſuper, cum ſa-*
„ *cris ſollemniter operatur, lectiones, & evangelia*
„ *canuntur, quod trito vocabulo lectorinum vocatur,*
„ *hiſce carminibus inciſum.*
„ Vis evangelii dæmones fugat, atria cœli
„ Pandit virtutes confert, reparatq; ſalutem.
„ *Lombardus.*)

31 URSUS Epiſcopus Rapollanus (1) intuitu Roberti XXIII

(1) In Rapollanis Ughellus ſcripſit ad hanc ſedem tranſlatum fuiſſe Urſum an. 1079. m. Julio. Quod ſi ex Joanne Archidiacono in hiſtoria inventionis S. Sabini Epiſcopi Canuſini, quam refert Baronius tom. 2. Annal. ſedit in hoc regimine annis novem, & menſibus octo, obiitque 16. Kal. Martii, & obitus annum 1089. fuiſſe inquit Lupus Prothoſpata; ejus ſane initium Archiepiſcopatus Barenſis reiiciendum eſt in an. 1079 & Junii menſem. Cæterum cum in documento exemptionis Monaſterii omnium Sanctorum, quod Urſus edidit, anno Chriſti 1080. aſſeratur tertius Urſi Præſulatus, videant alii, an error hic aliquis irrep erit librariorum in tranſcribendo; ſeu potius fides minuenda ſit aſſertionibus Jo. Diaconi, & Prothoſpatæ. *Lucentius*.

A barti Regis ad Barenſem Eccleſiam translatus eſt m. Junio anno 1078 (r) Succeſſit Andreæ. Sedit annos novem, menſ. octo, ut ſcribit Joannes Archidiaconus in hiſtoria Inventionis S. Sabini Epiſcopi, quam refert Baronius tom. 2. Annal. Eccleſ. ubi & acta Urſonis celebrantur. *Temporibus*, inquit, *Urſonis Archiepiſcopi, qui prius fuerat apud Rapullam Epiſcopus, ſed poſtea per potentiam, & voluntatem Ducis Roberti, à Papa Gregorio, qui & Hildebrandus dictus ad Eccleſiam Barenſem traductus fuerat, Archiepiſcopus ordinatus eſt, qui me à primo gradu Eccleſiaſtico uſque ad Leviticum ordinavit, & Archidiaconatus honorem mihi conceſſit indigno Sermocinatio inter Clericos veteris Eccleſiæ noſtræ ille præſente de altari veteri, quod erat in confeſſione, multoties orta eſt. Requirebat enim ipſe Archiepiſcopus à Sacerdotibus veteranis de eodem altari, & illius conſecratione, vel reliquiis, vel à quo fuerat olim conſecratum: de multis etiam Eccl. noſtræ rebus; quemadmodum hominibus conſuetudo eſt, ſcire volens interrogabat. Illi* B *autem retulerunt ei reſpondentes, eandem fuiſſe Archiepiſcopatus Eccl. quæ modo eſt confeſſio, poſtea verò deſuper incœpta eſt Eccleſia ad honorem Dei Genitricis, & ſemper Virginis Mariæ à Biſantio Archiepiſcopo, & à Nicolao Archiepiſcopo ejus ſucceſſore conſummata. Veruntamen de altari prædictæ confeſſionis incerti erant, à quo fuerat Pontifice conſecratum, vel cujus Sancti reliquiæ ſuppoſitæ, à ſuis autem prædeceſſoribus relatum memoria retinebant ſanctorum Confeſſorum Memoris, & Ruſini, qui olim Eccleſiæ fuerant Pontifices Canuſinæ corpora recondita conſervari. Colloquium itaq; inter nos cum eodem Urſone habebatur Archiepiſcopo de inquirendis ſub prædicto altari Sanctorum iſtorum corporibus; quoniam id, quod de eiſdem referebatur, mentibus noſtris verſabatur ambiguum. Verùm quia ipſe Archipræſul multis, & variis impeditus erat negotiis, inquiſitio iſta protracta eſt, ſuoque in tempore omnino dimiſſa. Erat, namque majorum cauſarum ferè omnium Ducis Roberti, & conſiliorum intimus & particeps, quia & fidelisſimum ſibi ſuis in* C *negotiis jam, & probatum habebat aliqua in legatione Apocriſarium. Nam frequenter ad prædictum Papam legaverat, & in Hiſpaniam illum miſerat, quoniam filiam ſuam Comiti Barzelonenſi nuptui dederat, quam ſuæ de Regno Provinciæ pro nuptiis confirmandis, uſq; in terram iſtam, quæ ſub ejus Ducis erat dominio, cum multo comitatu, & apparatu ſumptuoſe conduxerat. Præterea cum eodem Duce, quocunque ibat equitabat ferè totius anni per ſpatium, quoniam pro his quæ retulimus, & aliis prope ſe illum volebat degere, ſuiſque in negotiis, ut prænotavimus habere participem. Rariſſime igitur ſuum ad Epiſcopatum veniebat, aut in Paſcha, vel in Natali ſolemnitate Domini, aut in quibuſdam paucis anni partibus, non tamen diu morabatur, ſed tribus, vel diebus quatuor, aut ut multum per ſeptimanam. Hic itaque modo tranſeundo per tempora fatigatus, & inquietus, ſicut ipſe nobis retulerat ſæpè multis ſub laborib. & itineribus, & ſollicitudinibus, ut potè tanto Duci ſervire, ac placere volebat, vixerat. Tandem autem Hieroſolymam cauſa oratio-* D *nis ad ſepulchrum profectus eſt Domini, & in eodem anno eo inde Barum rediit, & aliquanto tranſacto tempore iuit Canuſium, ibi infirmatus obiit, & ſepultus eſt, ſexto decimo Kalend. Martii. Hic vixit in Archiepiſcopatu Barenſi annis novem, & menſibus octo.*

Hactenus ille de Urſone. Incidit Urſonis obitus anno ſalutis 1089 teſte Lupo Prothoſpata. *Hoc anno 1089. obiit Urſus Barrenſis Archiepiſcopus.*

Quod autem Joannes Diaconus ſcribat Urſonem in Barenſi Eccleſia ſediſſe ann. 9. menſ. 8. haud concordare videtur cum anno obitus ejuſdem, qui certè fuit 1089. 16. Kalen. Martii, ut notat Prothoſpata, idemque Urſus in documento exemptionis Eccleſiæ, ac monaſterii ſanctorum omnium, quod Euſtachius Abbas condiderat anno 1080. tertium ſui Archipræſulatus annum fuiſſe affirmat, qui fuit 1076. ſediſſe videtur plus minus annis undecim, non autem novem, & menſ. 8. niſi concordare velimus Joannis narrationem de Urſonis Præſulatu, cum documento ejuſdem mox recitando, Joannem forte numerare cœpiſſe Urſonis annos à conſecratione ejuſdem quæ potuit incidiſſe poſt aliquot annos; Urſonem verò a die electionis ſuæ ſuos enumeraſſe ſedis annos. Porrò exemptionis documentum ſive privilegium Urſonis Euſtachio Abbati conceſſum, hiſce verbis adſcriptum eſt in lib. Privilegiorum S. Nicolai Barenſis, qui extat Neapoli in Regio Archivio ſummariæ fol. 657. Illud cum cæteris aliis, hujus Eccleſiæ monumentis exſcripſit, mihique Romam tranſmiſit bonæ memoriæ amicus noſter vir omnimodæ ſcientiæ, & hiſtoriæ peritiſſimus, ſummaque eruditione præditus Carolus Burellus Neapolitanus Clericus Regularis Minorum Congregationis, qui nuper anno ſal. 1656. menſe Julio Neapoli ex contagioſa lue ultimum diem perſolvit.

*Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Christi 1080. menſ. Novembris Indictione quarta.*

*Ego Urſo Dei providentia Archiepiſcopus, tertio anno Præſulatus mei ſanctæ Sedis Canuſinæ, & Barenſis Eccleſiæ, declaro quoniam Euſtaſius presbyter de loco Cuti laboravit à fundamentis Eccleſiam in honorem omnium Sanctorum, tandemque venit ad me præfatus Euſtaſius obſecrando nimium quatenus pro mercede animæ meæ præfatum Eccleſiam libertarem. Et ego divina gratia compunctus voluntate Capituli noſtri liberto ipſam Eccleſiam, ut nec ego nec mei ſucceſſores quæramus aliquid ab ipſa Eccleſia, ſeu à jam dicto Euſtaſio, vel ſucceſſoribus ſuis, ſeu à Monachis, vel perſonis ejuſdem Eccl. quæ ſunt, vel antea erunt, nec de rebus ſuis, & amodo, & ſemper tam ille præfatus Euſtaſius quam ſucceſſores illius licentiam habeant in eandem Eccleſiam mittere presbyteros, vel Clericos de Clericis parochiæ, & diœceſis noſtræ ſine noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum licentia, & quicunque in eadem Eccl. oblationem fecerit, ſive Clericus, ſive laicus in vita ſua, vel cum ad mortem venerit ista oblatio ſine minutione, & ſine aliqua ratione noſtri Archiepiſcopatus habeat inviolabiliter. Habeat etiam poteſtatem recipere mortuos, & ſepelire in ſepulturis ſuis, & portare Crucem ſuam, ubi voluerit, ut adducat mortuos qui debent ibi ſepeliri. Damus etiam poteſtatem, & libertationem, ut poſſint in eadem Eccl. divina officia facere ſine noſtro, & ſucceſſorum impedimento noſtrorum. Nec poteſtatem habeamus nos, aut ſucceſſores noſtri excommunicare, vetare Eccleſ. ipſam, aut excommunicare Monachos, aut oblatos monaſterii Clericos, vel laicos, ſed ſint in cura & emendatione præd. Euſtaſii, & ſucceſſorum ſuorum. Campanas, & pulſos habeant ad ſonandum ſi voluerint pro beneplacito ſuo, & nullum jus, aut rationem aliquam in ipſa Eccleſia habeam ego aut ſucceſſores mei, ſed quaſcunque ratione Eccleſia noſtra habere poſſet ob amorem Dei remittimus, & revocamus præd. Eccleſiæ omnium Sanctorum, ut præſcriptus Euſtaſius ſeu ſucceſſor ſuus curam habeat de ovibus ſuis, & de omnibus, quæ habet nullo modo nobis, vel ſucceſſoribus ſervato. Si autem aliquis ob amorem Dei præd. Eccleſiæ offerre voluerit Eccleſiam ſuam, poteſtatem habeat ſine noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum licentia offerre, donare, nec nos, nec noſtri ſucceſſ. aliquid habeamus in ipſis Eccleſiis oblatis, ſed ſint enim omnibus earum eidem Eccleſiæ omnium Sanctorum, ſive habuerint in ipſis ſuis obedientiis Monachos, ſive Sacerdotes non Monachos, nos & noſtri ſucceſſores non habeamus poteſtatem eos excommunicare, nec petere aliquid ab eis, donec ibi fuerint. Sed in ipſis obedientiis poſſint mortuos recipere, & Crucem portare ut ſepeliant mortuos. Et poteſtatem habeat ſive ſit Clericus, ſive ſit laicus audire divina officia in ipſa Eccleſia, & in obedientiis ſuis, & nec ego, nec ſucceſſores mei poteſtatem habeamus excommunicare eos, quia in eis audiunt divina officia. Tantam autem permiſſionem ego prædictus Urſo Dei gratia Archiepiſcopus facio, & eandem Eccleſiam liberto in ſupraſcriptam rationem omnibus temporibus nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ſicut dictum eſt, nullo jure ſervato. Hanc autem noſtram conceſſionem, atque libertationem, & plumbei noſtri ſigilli impreſſionem,*

*vel noſtræ manus ſubſcriptionem ſcribere fecimus per manus chari noſtræ Eccleſiæ Archipresbyteri, noſtrique Archiepiſcopatus ſcriniarii meaſe, & Indictione ſupranominatis.*

† *Ego Urſus Dei gratia Archiepiſcopus S. Sedis Canuſinæ, & Barenſis Eccleſiæ.*

Vrſone Præſule, Robertus Dux Apuliæ, Eccleſiæ Barenſi longè effuſèque donavit Baronagium, ut vocant, Bitricti, & Caſſani cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, decimamque Barenſis urbis. Rogerius Roberti filius, & ſucceſſor non minus grati animi Urſoni conjunctus, à patre elargita non aſſenſu modo, ſed & novis monumentis, ac nominis ſui præſidiis munivit, atque firmavit, addiditque canale Gojæ, Eccleſiamque S. Angeli in monte Joannacio, abſolutamque juriſdictionem tam in iis, quam in Judæis, ſi fortè adeſsent. Monumenta aſservantur in Eccleſiæ Archivio. Cæterum maxima Urſonis gloria eſt, quod eo Præſule ſanctiſſimi Epiſcopi magni Nicolai Myrenſis pars oſſium Barium advecta eſt. Annus vertebatur Incarnati Verbi 1087 Victore III. Pontifice, cum ſexaginta viri, quorum maxima pars Barenſes erant, mercatores, apud Myram Lyciæ urbem applicuiſsent, à Turcis paulo ante captam, & penè funditus dirutam, paucoſque tum ex Chriſti fidelibus, cum ex Clericis viros ſacrarum rerum in Cathedrali Cuſtodes reperiſsent, ipſis invitis partem oſſium Nicolai magni Myrenſis abſtulerunt, Bariumque in patriam cum gaudio attulerunt. Pretioſum theſaurum, furtumque ſanctum ſumma civium Barenſium exhilaratione Urſus Archiepiſcopus cum devotione ſuſcepit, & in Cathedrali ad decus perpetuo cuſtodiendum collocare cogitavit: placuit tamen Barenſibus in honorem Nicolai novam exædificare Eccleſiam, quam cum magnificè perfeciſſent, in ea ſacra lipſana collocata ſunt; quæ innumeris deinceps miraculis claruere, & ex ipſis, ut è perenni quodam chariſmatum fonte hactenus ſtillat liquor ſalubris (quem mannam vocant) ſicut olim, cum Myræ eſset. De quo Petrus Angelus Bargeus dum D. Nicolai ædem Barenſem deſcribit.

*In medio ſacram teſtudo intercipit urnam*
*Auream, quæ Divi cineres, atque oſſa ſepulti*
*Complexa, ambroſium ſummo de marmore fundit*
*(Mira quidem, ſed certa fides) injuſſa liquorem.*

Dies feſtus translationis celebratur 9. Maii ex Romano Martyrolog. Cujus rei geſtæ hiſtoriam ſcripſit Joannes Archidiaconus Barenſis ad Urſonem Archiepiſcopum; eam recenſet Surius tom. 7. hac die, ſcripſiſse inſuper eandem hiſtoriam Nicephorum Barenſem tradit Baronius in Notis ex Molano: noviſſimè Antonius Beatillus in vita ejuſdem Sancti plura, & ſcitu digniſſima de hac translatione commemorat, totoque conatu intendit aſtruere totum ſanctiſſimi Nicolai magni Myrenſis corpus, de quo agimus, allatum fuiſse Barium, pluresque ſuæ ſententiæ auctores in medium profert. Nos vero in quinto hujus noſtri laboris tomo, dum de Epiſcopis Caſtellanis, ſeu Venetiarum ageremus, plura ex fide dignis auctoribus, & antiquis monumentis retulimus, quibus conati ſumus probare partem oſſium ejuſdem Sancti ex Myra Venetias advectam fuiſse ab ejus Epiſcopo Henrico Contareno, & in Eccleſia ejus nomini dicata in parva inſula littoris propè eam urbem honorificentius collocata anno 1096. Id mihi haud improbabile viſum eſt, utramque translationem Barenſem ſcilicet & Venetam veram cenſendam, ſi ex utriuſque partis (ut eadem verba repetam) teſtimoniis ſincerè perlectis veritas nullo exagitationis dolo perſpecta candidè producatur, examinetur, tantorumque ſcriptorum utriuſque partis auctoritati nec abnuo, nec aſtruo, maximè autem eum ab utriuſque populi pia devotione, & credulitati translationis feſtus dies celebretur, ſacraque lipſana venerentur: Id autem, crediderim, ſancta Romana Eccleſia ſuis in oculis non ſuſtineret tot populos, provinciaſq; inter ſe diverſas feſtivitatem translationis celebrare, niſi veritate ſolemnitates illæ translationum niterentur; neque tot inſignes viri ſimul falſa ſcripſiſſent. Falli enim inter ſe devota æmulatione potuerunt auctores; ut pro parte ſacrati corporis, totum allatum fuiſſe ſuis ſcriberent in commentariis. Utcunque fuerit, videtur tamen compertum anno 1087. die 9. Maii à Barenſibus partem oſſium Nicolai Barium translatam; anno verò 1096. ab Epiſcopo Henrico Contareno ex eadem civitate Myræ reliquam partem Venetias advectam fuiſſe, utraque in Urbe ab omnibus Chriſti fidelibus venerari, innumeriſque miraculis, ſcriptionibus, monumentis, Romanorumque Pontificum teſtimoniis comprobati. Sit igitur utriuſque Urbis gloria, ut Nicolai magni Myrenſis Epiſcopi ſacra lipſana apud ipſas ſummo honore colantur.



32 HELIAS S. Benedicti Monachus, & Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis Abbas ex Cavenſi monaſterio aſſumptus, magni nominis vir, ac planè divinus, ac ſingularis Urſonis in locum legitimis ſuffragiis Barenſem, Canuſinamque obtinuit Eccleſias anno 1086. eodemque anno, die 9. Octobris ab Urbano II. Pontifice, cujus fuerat in monaſtica diſciplina apud Cavenſe monaſterium maxima familiaritate conjunctiſſimus in Cathedrali Archiepiſcopus ordinatus eſt: conſecrationi interfuere Prælati multi, Rogerius Dux Apuliæ, ejuſque frater Boemundus, quorum intuitu Urbanus Barium venerat ad ſacra Nicolai lipſana in nova Eccleſia collocanda, tum ad eundem Heliam inaugurandum, ut ex ſequenti diplomate videre eſt, in quo & Barenſis Eccleſiæ privilegia confirmantur. Illud recitat Baronius tom. 11. Annal. Eccleſiaſt. XXIV

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo fratri Heliæ Archiepiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Quia noſtris temporibus Eccleſiam, quam Deo auctore regis, frater chariſſime, Barenſem (quæ Canuſina dicitur) omnipotens Deus beati Confeſſoris ſui Nicolai corpore viſitare dignatus eſt: nos auctore Deo, Apoſtolorum Petri, Paulique Vicarii propter Eccleſiaſtica negotia exequenda, in Apuliæ provinciam deſcendentes, chariſſimorum filiorum Romanæ Eccleſiæ Rogerii Ducis, & fratris ejus Boamundi, atque veſtris deprecationibus invitati, civitatem veſtram pro Beati Confeſſoris Nicolai dilectione præcipua viſitavimus; cum magna undique convenientis populi frequentia, lætitiaque beati Nicolai reliquias in locum parati adyti conferentes contra morem noſtræ Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ te, dilectiſſime frater, in ſede propria conſecravimus, beati Nicolai reverentia, & tui populi dilectione devicti. Te igitur in ſpecialem Romanæ Eccleſiæ filium amplectentes amoris intimi brachiis, tuamque, cui, Deo auctore, præſides, Barenſem, quæ & Canuſina habetur, Eccleſiam exaltare, & populum tuum tam temporaliter, quam æternaliter glorificare, largiente Domino, & favente juſtitia cupientes, confirmamus tibi præſentis paginæ auctoritate integrum Barenſem, qui & Canuſinus*

*eſt,*

*eſt, Archiepiſcopatum, ut tu, tuique ſucceſſores, Epiſcopali jure illum regas, diſponas, atque poſſideas, ſalva Romanæ auctoritate Eccleſiæ, quæ inſtituente Domino, Eccleſiarum omnium Princeps eſt, cuique, ut matri, ſumma debet ab univerſis reverentia exhiberi. Abſq; præjudicio ergo juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum, ſequentes tenorem, qui noſtrorum continetur privilegiis prædeceſſorum, Barenſis, ſive Canuſinæ Eccl. poſſeſſiones, ſive diœceſes tibi, tuiſque ſucceſſoribus perpetuo poſſidendas, regendaſque conteadimus: hę autem ſunt Canuſia, Bitrictum, Bitontum, Miduntum, Juvenatium, Melficta, Rubum, Tranum, Canaa, Minervinum, Aquatecta, Mons-Meliorus, Lavellum, Rapulba, Melphis, Bitalbis, Salpi, Cuperſanum, Palmarum ſimul, & cætera, quæ intra marini litoris ora ſita eſſe cognoſcuntur. Hæc vero, & alia municipia, ſive civitates prædictis civitatibus adiacentes, ſive longè poſitæ, ſed ad eas pertinentes confirmamus vobis, & omnes fundos, & caſales, una cum caſis, & vineis, cum ſervis, & ancillis, cum maſſis, & muſcetitis, atque molendinis, cum portibus, montibus, & pratis ſimul cum plebibus, ſive Eccleſiis cum omnibus titulis, ſive capellis ſuis, ſimul etiam cum monaſteriis virorum, ſeu fœminarum Græcis, aut Latinis cum univerſis Ordinibus Eccleſiaſticis, & quicquid honoris, poſſeſſionis, ſeu dignitatis per legalem largitionem: & juxta conceſſionem antiquitus tenuiſſet, & quicquid juſtitiæ non contradicit, & antiquitus ſuperadditum eſſe probatur, & in futurum juſtè poterit Barenſis, & Canuſina Eccleſia adipiſci. Atque hujuſmodi privilegia præſenti auctoritatis noſtræ decreto indulgentes, ſtatuimus, nullum Regum, vel Impiratorum, Antiſtitum nullum quacunque dignitate præditum, vel quemquam alium audere minuere, alienare ſive ſuis uſibus applicare de iis, quæ eidem Eccleſiæ à quibuslibet hominibus de proprio jure jam donata ſunt, vel deinceps, Domino favente, donari contigerit. Prætrea fraternitati tuæ pallii uſum ex more concedimus, ut eo inter Miſſarum ſolemnia iis duntaxat feſtivitatibus utaris, videlicet, Nativitate Domini, ſancti Stephani, Epiphania, Cœna Domini, Reſurrectione, Aſcenſione, Pentecoſte, ſancti Johannis Baptiſtæ, Natalitiis Apoſtolorum, & tribus feſtivitatibus ſanctæ Mariæ, feſtivitatibus ſanctorum Nicolai, & Sabini, feſtivitate omnium Sanctorum, in annuo ordinationis tuæ die, in ordinatione Epiſcoporum, ſeu cæterorum Clericorum, in conſecratione etiam Eccleſiarum, in translatione etiam Dom. Confeſſoris Nicolai. Hortamur itaque fraternitatem tuam, ut honor tantæ dignitatis ſupplementum utique totis Sacerdotalis Ordinis, moribus tuis conveniat, & non ſolum exteriori homini tuo decorem præſtet, & gratiam, ſed & interiorem quoque multiplici virtute corroboret. Siquidem iſta ſunt pallii, iſta ſunt hujuſmodi indumenti, ut Deum ex toto corde, tota anima, & omni virtute diligat, & proximum tuum ſicut teipſum. Nam licet ad uſum palii, omnium virtutum ornamenta ſint neceſſaria, inſeparabiliter tamen charitas, quę omnes ſuperexcedit, hac pollentem dignitate comitari convenit. Ad imitanda igitur omnium bonorum inſtrumenta, vita, & ſcientia tua ſubditis tuis ſit forma, & eegula, ut ſi quid in eis ex humana fragilitate reprehenſibile deprehenditur, intuitu ſanctę converſationis tuæ ad rectitudinem ſinceritatis tuæ corrigatur. Quibus ſic ſtudeas diſpenſationis tuæ jura moderari, ut in corrigendis vitiis, & zelo rectitudinis ferveas, & modum temperantię non excedas, & ut multa paucis explicemus quicquid in ſanctorum Patrum dictis reperreris ad tuam, & eorum, qui tibi ſubduntur utendum cenſeas ędificationem, quatenus documentis tuis inſtructi, atque boni Paſtoris veſtigiis conſecrati, ad Regnum Summi Paſtoris tecum valeant pertingere, & perpetuæ vitæ felicitatem Domino annuente percipere. Amen.*

*Datum apud Barum pee manus Joannis Draconi, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogeſimo nono: anno vero Pontificatus Domini Urbani Papæ II. Indictione 13. nono Octobris.*

Paulo ante, hoc eſt, menſe Auguſto, Elias tunc Abbas, & electus Archiepiſcopus pro Eccleſia S. Nicolai à Roberto Duce locum ſanctæ Mariæ de Fovea, cum omnibus ſuus pertinentiis, ut in monumento in eodem libro legitur pag. 2.

*In nomine ſanctæ Trinitatis.*

*Ego Rogerius divinam per gratiam Dux, pro anima patris mei Roberti Ducis & pro ſalute mea concedo, & per hoc ſcriptum trado Eccleſiæ B. Nicolai, cujus ſanctæ reliquiæ divina diſpoſitione ſunt Bari, locum qui vocatur ſancta Maria de Fovea cum omnibus ſuis pertinentiis, cum hominibus, ædificiis, rebus ſtabilibus, & mobilibus, quæ modo ibi ſunt, & cum aliis, quæ acquirendæ ſunt in futuro hoc modo: concedo, & trado præd. locum eidem Eccleſiæ ſancti Nicolai, quæ in civitate Bari eſt, ut amodo & in antea ſemper ſit donum iſtud præſcriptæ Eccleſiæ, atque Rectorum illius ad tenendum, & dominandum, & agendum ſicut rem ſuam propriam, & ad congregandum homines ad præſcriptum locum, undecumque quotquot voluerit ejuſdem ſancti Nicolai Præpoſitus Eccleſiæ. Hæc quidem conceſſio nec à me aliquo modo, vel occaſione removeatur, vel vacuetur, ſed neque à meis hæredibus, ſive à meis hominibus, ſed ſit ſemper, ut prænominatum eſt ejuſdem Eccleſiæ ſub dominio Rectorum illius. Hanc conceſſionem tradidi per baculum manib. Dom. Eliæ ipſius Eccleſiæ Abbatis, & electi ad Archiepiſcopatum, quem ipſe ſuſcepit ante corpus beati Nicolai vice ſupraſcriptæ Eccleſ. ſimul cum advocatis ſuis, ſcilicet, Ircardo Comite de Andro, & Gaſtirdo filio Corvi. Sed ut hæc conceſſio ſit, ut præſcriptum eſt, firma, ſtabilis, peæcepi hoc ſcriptum fieri manu Joannis Barinæ Archidiaconi Eccleſiæ, quoniam Notarius meus mecum non aderat, & meo ſigillo ſigillari; ſignum extra ſanctæ Crucis ſubſignavi manu propria. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1089. menſ. Auguſto Ind. 12.*

✝ *Signum ſanctæ Crucis ſignavit Rogerius Dux.*

Anno tertio Præſulatus Eliæ in ſubconfeſſione Cathedralis inventum eſt corpus ſancti Sabini Canuſini Epiſcopi, poſtquam ducentos, & quadraginta annos latuiſset eo in loco, ubi Angelarius occultaverat. De hac inventione, quæ facta eſt anno 1091. Rogerio Duce Apuliæ ſic Joannes Barenſis Archidiaconus oculatus teſtis in inventionis hiſtoria ſcriptum reliquit.

*Hujus autem poſt obitum (nempe Urſonis) ſucceſſit Elias Archiepiſcopus, qui primus Abbas fuerat, corpuſque S. Nicolai ſua in procuratione abſq; ordinatione tenebat. Hoc autem electo in Archiepiſcopum voluntate, atque conſenſu Ducis Rogerii filii Ducis Roberti, Melphiam Papam Urbanum adivimus, qui ibidem Synodum celebrabat menſe Septembri, quem rogavimus, ut uſque Barum deſcenderet, prædictumque conſecraret Heliam in Archiepiſcopatus honorem, Domino Boemundo eundem Papam nobiſcum deprecante, qui eo tempore Barum jam ſub tenebat ſuo dominio, ipſo verò conſecrato ab eodem Papa in Eccleſia noſtri Archiepiſcopatus ſæpe cum eo loquebamur de prędictis corporibus (ſcilicet Memoris, & Ruffini Epiſcoporum Canuſinæ Sedis) atq; altari. Cępit ergo ſollicitus eſſe, ut quæreret quatenus de hoc, quod ambigere dicebatur, & habebatur, certus foret, & amplius non dubitaret. Nam de corpore S. Sabini mentio nulla erat, ſed de prædictis Confeſſoribus, nec temporibus prædicti Heliæ Archiep. neque Archiepiſcopi Urſonis. Exiſtimabatur enim, quod apud Eccleſiam Canuſinam illius ſanctæ reconditæ fuiſſent reliquiæ, quod probavit poſtea rei veritas fuiſſe mendacium. Multoties enim quæſitum eſt in eadem Eccleſia de Confeſſoris ejuſdem corpore, & à Mordaco nomine prædictæ Eccleſię Præpoſito, atque Rayaerio, & aliis, qui præfuerant; ſed nunquam, & nunquam ab illis potuit hactenus inveniri. Quippe quod ibi non erat, quomodo invenire valebant? Hoc autem modo in Eccleſia noſtra voluntate divina, quod multos ignotum per annos fuerat, ſcriptura nulla ſignificante repertum eſt tandem. Nam prædictus Helias Archiep. cœpit ſimul, ac prænotatum eſt, eſſe ſollicitus de Me-*

*moris atque Ruffini Confeſſorum in altari jam dicto, ut certior eſſet, requirendis corporibus, non quievit, vel oblivioni, quemadmodum Urſo fecit Archiep. tradidit, ſed juſſit altare deſtrui, quo diruto, apparuerunt oſſa in anteriori altaris facie veluti ſub quadam ſpelunca, vel ſepultura condita quodam contecta panniculo. Quo viſo, ſtatim cępit idem Archiepiſcopus illum auferre cautè, atque ſuaviter: veruntamen illum non ſequebatur integer totus; particulæ namque illius ab illa, quæ prius fuerant integritate corruptę, jam putrefactæ cadebant, multorum quippe annorum curricula tranſierunt. Ab illo etenim tempore, quo ſupradicta fuerunt oſſa uſque adhoc ibi ſuppoſita, invenimus ducentos, & quaſi quadraginta præteriiſſe annos, numerantes diligenter, ut voluimus Epiſcoporum annos, qui huic noſtræ præfuerunt Eccleſiæ. Prædicto autem panno, modo ſupradicto invento, literæ ſunt viſæ, atque relectæ, quæ dicebant ANGELARIUS EPISCOPUS ATTULIT CORPUS SANCTI SABINI. Hujuſmodi etiam ſcriptura inventa eſt in tabula una marmorea, quæ ibidem tunc reperta eſt ſimiliter, & in una tufo: à quo videlicet tempore hujus Epiſcopi Angelarii uſque ad tempus ejuſdem Heliæ Archiep. anni præſcripti ſunt numerati. Archiepiſcopus igitur cum omnibus nobis, qui aderant, effectus lætiſſimus, hoc quod inopinatè inventum eſt, mox cœpit, ut decebat, reverenter extrahere, atque capſa lignea deindè honorificè collocare. Interea velocibus alis fama ſubito volavit per urbem, aureſque omnium verberans, id quod actum eſt, nunciavit. Currit igitur repentè uterque ſexus, & omnis ætas lætitia, & gaudio plena, Dominoq; omnipotenti meritas reddidit laudes, qui ſuo in tempore tantam gratiam ſui largitate conceſſit. Sanctos autem artus ad horam ſic collocatos, Archipræſul idem non ita in tempus poſterum permanere negligenter permiſit, ſed marmoream ſepulturam, ut ſolet fieri aptè compoſitam, tabulam quoq; marmoream itidem ad tegumentum literis ibi per ſculpturam deſignatis inventionem, & tempus nomenq; ſuum, ut eſt deſuper notatum ſignificantibus à nobis dictatis, pręparari pręcepit. His & aliis, quæ neceſſaria erant, denique conſummatis Epiſcopos Eccleſiæ noſtræ ſuffraganeos, Clerum omnem, & populum die præordinata convocatum, ordinatis ex more deinde ordinibus Eccleſiaſticis, ut ſolet in diebus fieri ſolemnibus cum luminaribus & thimiamatibus, Præſulibus ſuſtinentibus eaſdem reliquias ſub eodem loco, ubi inventæ fuerant, honorificè collocavit. His denique ſolemniter ita conſummatis, altare deſuper conſtitui præcepit & ut iſtius feſtum inventionis celebraretur decimo die intrante menſe Decembri, qui & dies ſunt inventionis, conſtituit, anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo primo Indictione quartadecima.*

Porro inſcriptio, quæ extat ad tumulum ſancti Sabini ita legitur à ſiniſtris poſita.

> ✠ *Angelarius Archipræſul Canuſii attulit huc corpus ſancti Sabini à Canuſio, quod fuit occultum in hoc templo uſque ad tempus Eliæ Archiepiſcopi Barinorum, & Canuſinorum, à quo fuit inventum, & hic honorificè collocatum menſe Februarii*
> *Indictione XV.*

Inventio fuit die decima Decembris, ut narrat Joannes Archidiaconus in hiſtoria ſupra allata anno 1091. collocata verò fuerunt ſacra lipſana in nova marmorea capſa menſe Februario ſequentis anni Indict. 15.

Poſt ſancti Sabini inventionem, cępit bonus Archipræſul Helias novam Eccleſiam S. Nicolai, quæ primum ſuum fundatorem, Abbatemq; illum agnovit, ex Barenſium pia liberalitate perficere, ac donis, & redditibus innumeris ditare. quamque rexit ad mortem uſque, uſuſque eſt Archiepiſcopi titulo Barenſis, & Abbatis ſancti Nicolai. Poſt ipſum Abbas fuit Euſtachius, eoque defuncto cępit Eccleſia hæc eſſe collegiata ſæcularium Canonicorum ſub Priore, & relicto Abbatiæ titulo redditibus, & prædiis locupletata non paucis ex Regum,

A Principum, aliorumque virorum illuſtrium ſingulari munificentia, & devotione, unde jure merito inter Regni Neapolitani Eccleſias cenſetur nobiliſſima, regioque titulo, magnique Nicolai Myrenſis ſanctiſſimi Præſulis reliquiis decorata. Servatur in hoc templo Heliæ Archiepiſcopalis ſedes medio in choro aptè ibi ab Euſtachio ſucceſſore in tanti viri memoriam collocata iis in ea ſculptis verſiculis.

*Inclytus atque bonus ſedet hac in ſede Patronus*
*Præſul Barinus Helias, & Canuſinus.*

Eademque in Eccleſia ad gradus, quibus ad chorum aſcenditur hæc carmina legentibus proſtant, quibus Heliæ, & Euſtachii ſucceſſoris humilitas, aliæque virtutes memorantur.

*His gradibus tumidis aſcenſus ad alta negatur,*
*His gradibus blandis quærere celſa datur.*
*Ergo ne tumeas, qui ſurſum ſcandere quæris,*
*Sis humilis, ſupplex, planus, & altus eris.*
*Ut Pater Hælias hoc templum qui prius egit*
B *Quod pater Euſtachius ſic decorando regit.*

Anno 1097. ab Urbano II. Bari celebratum eſt Concilium, concurrentibus eo nonaginta octo Epiſcopis pro Græcis cum Romana Eccleſia conciliandis, ubi ventilatæ ſunt controverſiæ illæ, quæ inter eas diutius agitatæ dicuntur; potiſſimum verò de proceſſione Spiritus ſancti. De qua materia ſanctus Anſelmus, qui interfuit, Archiepiſ. Cantuarienſis librum egregium ſcripſit, & præſentes Græcos confutavit in Synodo illa, juſſus ſedere ante Papam juxta Romanum Archidiaconum. Verùm quod attinet ad Heliam, & ipſe, ut erat doctiſſimus, in ea ſuam ſententiam dixiſse fatendum eſt, qui Rogerii Ducis, ac Boemundi Principis Bari, tunc Domini in paucis charus, ab ipſo Boemundo rerum donationes, quas Robertus, & Rogerius Duces Eccleſiæ Barenſi contulerant, ratæ habitæ ſunt. ſed etiam novis donariis, ac juribus, novoque diplomate eandem Eccleſiam idem Rogerius exornavit, hoc ex ejus voluntate ſcripto diplomate, quod
C extat in citato privilegiorum libro.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

*Anno Incarnationis ejuſdem 1102. menſe Junio, Indictione decima.*

*Nos Alexander Cuperſanenſis Comes & Canc. Caperſi & Gavus Catanzarii Comes & Robertus Grumiviramus ex præcepto & voluntate Domini noſtri Rogerii Siciliæ, & Italiæ regis magnifici per hæc ſancta Dei Evangelia, ut iſdem Dominus Rex reliquias corporis ſancti Nicolai nullo modo aut quolibet ingenio extrahere, vel extrahi facere de civitate Bari, vel omnem vel partem, ſed etiam omnes qui hoc facere tentaverint defenſores exiſtere ut ſint, in eadem civitate Bari, & in eadem Eccleſia in qua modo ſunt, & contrarium non erit de fabrica ejuſdem Eccleſiæ ſancti Nicolai, vel de aliis ædificiis quæ in honore & proficuo ipſius dictæ & erant in curte circum eandem Eccleſiam, & devaſtatore vel ablatore vel abſtractore, non erit de rebus, quæ hodie habentur in eadem*
D *Eccleſia, vel quæ in antea juſte conceſſa erant, excepto ſi per benedictionem ſibi exinde aliquid donatum fuerit, ſed quemadmodum ab uſque hodie ordinatum eſt & de corpore ipſius ſancti & de rebus ejus, ſic permaneant quantum in ipſo eſt & neque per ſcriptum neque per ſuum conſenſum, mittetur & ſi aliquis culpator fugerit ad Eccleſiam vel ad curtem ſancti Nicolai, non capiatur ab eo neque à ſuis ordinatis per ejus juſſionem niſi contra dignitatem regis noſtri egerit. Sed ibi per legem judicetur ſine morte, vel læſione ſui corporis, & ſi dignus fuerit pati. Archiepiſcopatus autem veſter teneat omnia quæ poſſidet in terra quæ ſua eſt ad quæ tenenda adiutor exiſtet. In civitate veſtra Bari extraneum Archiepiſcopum non ponet, ac poni faciet abſque veſtrorum majoris partis conſenſu. Similiter nec Abbatem in Eccleſia ubi ſunt reliquiæ ſancti Nicolai, aut in monaſterio S. Benedicti extraneum non ponet, nec poni faciet abſque veſtrorum majoris partis aſſenſu. Sed de veſtris ci-*

*vibus, non tamen ſine veſtra voluntate, & ut nullam Eccleſiam donet alicui cum pertinentiis ſuis quæ ſunt in territorio Barenſi itaut Archiepiſcopatus Barenſis ſuam inde perdat obedienitam, & ut ab hodierna die in antea recte vos obſervet, ſe ſciente ſic ſuos fideles & de omnibus dictis ſive factis quæ contra eundem Dominum Regem dixiſtis vel feciſtis, nullum meritum vobis excepto Saxone & Nicolao de Amurazo fratribus, & Guaiferio & Ranio & Joanne de Benevento & Sergio reddet & de omnibus culpis & contrariis quæ uſque modo inter vos accidere nullum judicium inde faciet vel fieri conſentiet, niſi veſtra voluntate, excepto ſi aliquis per vim aut injuſte res alienas tenet de lege veſtra & conſuetudinibus veſtris, quas jam quaſi per legem tenetis, vos non ejiciet niſi veſtra voluntate. Ferrum caccavum, pugnam, aquam vobis non judicabit vel judicari faciet. Datam vel angaria aut adjutorium, quod ex noſtræ gentis conſuetudine collecta vocatur vobis non auferet vel auferri faciet, nec de rebus veſtris aliquid per vim auferet: In expeditione vos ire non faciet, vel per terram, vel per mare, nec ſinet ire ſine veſtra voluntate. In captionem vos non mittet nec mitti faciet, excepto ſi aliquis in capitalibus deprehenſus fuerit qui fidejuſſores idoneos invenire non poſſit, aut niſi aliquis ad legem ceciderit, & facta lege ſit ſolutus: Judicem vobis extraneum non ponet, ſed de veſtris civibus omnes hæreditates veſtras, & ſtabilia quę habetis in ſuis pertinentiis propriè faciet vos habere abſque ſervitio & pretio. Hereditates quas habetis in pertinentiis bonorum ſuorum & obedientiam faciet vos habere abſque ſervitio & pretio: In domibus veſtris nemo per vim hoſpitari facies, quod ſi aliquis per vim hoſpitatus fuerit & proclamatio exinde ad eum facta fuerit, emendari faciet. Obſides à vobis non tollet nec tolli facies: Caſtellum in civitate Bari aliud non faciet. Quod ſi Dominus Rex Tanc. filio ſuo vel alii filiorum ejus civitatem Barum dederit quicumque horum illum acceperit ex omnibus quæ prædicta ſunt vobis per Sacramentum Evangeliorum Dei ſecuritatem faciat, quo facto ex noſtro Sacramento ſimul ſoluti, hæc omnia quæ in cartula iſta ſunt ſcripta obſervabit Dominus Rex ſine fraude & malo ingenio omnibus habitatoribus civitatis Bari prę̨ter Amalphitanos & affidatos. Data Bari in Regis Curia per manum Philippi Logothetæ Kal. Junii. Michael notarius ſcripſit.*

Helias verò pari animi munificentia, ac pietate novum Epiſcopium exædificavit, alteramque domum propè ædem ſancti Nicolai in miniſtrorum uſum condidit: vix annus ullus præteriit, quin Cathedralem S. Nicolai Eccleſiam aliquo dono inſigniverit. Brachium ſancti Thomæ Apoſtoli a Gallo Epiſcopo, qui tunc forte peregrinationis gratia ex Oriente Barim appulerat, ibidemque diem ſuum clauſit extremum, dono accepit: ſimili propè miraculo, ac Dei voluntate ab alio Hiſpano Valentiæ Epiſcopo temporibus ejus Barii defuncto ſancti Vincentii Levitę & Martyris alterum brachium ſuſcepit, quæ ſimul diverſis thecis magnifice incluſa in Eccleſia ſancti Nicolai collocavit, autorque fuit, ut pro peregrinis ex diverſis mundi partibus confluentibus cives Barenſes xenodochium excitarent, quod ex nomine divi Tutelaris ſancti Nicolai attitularunt. Omnia vero quæ olim Eccleſiæ omnium Sanctorum, & Euſtachio Abbati Urſus Archiepiſcopus elargitus fuerat, Helias libenti animo confirmavit anno 15. ſui Præſulatus. Confirmationis dictæ conſcriptum invenitur in ſæpe citato privilegiorum lib. pag. 618.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

*Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1103. menſe Maio Indictione undecima.*

*Ego Helias annuente Dei clementia ſanctæ Sedis Barenſis & Canuſinæ dictus Archiepiſcopus 15. anno Archipręſulatus mei eiuſdem ſanctę ſedis notum facio quoniam bonę memoriæ Dominus Vrſo Archiepiſcopus eiuſdem ſedis deceſſor meus rogatu Domni Euſtaſii venerabilis Sacerdotis libertavit Eccleſiam omnium Ss. in Cuti & obedientiales Eccleſias ejus quas habet & habitura eſt, perſonas etiam & bona omnia quæ in præſenti poſſidet, & in futurum habere debet. Quam Eccleſiam omnium Sanctorum prædictus Dominus Euſtaſius ſuo ſtipendio laboravit, in qua ſacrorum Monachorum cœtus regulariter ſecum viventium ac ſedule Dominum laudantium coadunavit. quam etiam olivetis & vinetis ac animalibus, multis terris, viridariis, ædificiis quoque diverſis, cæteriſque rebus neceſſariis decoravit, qui prædictus Dominus Euſtaſius, qui bona jam dicta omnia multo cum ſudore & fatigatione ad utilitatem præfatæ Eccleſiæ præparavit, nobis preces porrexit ut libertatem & conceſſionem quam Dominus Urſo Archiepiſcopus prædeceſſor meus eidem Eccleſię omnium Sanctorum contulit, nos ad honorem omnipotentis Dei & Beatæ Mariæ ſemper Virginis atque omnium Sanctorum concederemus & confirmaremus, nos autem conſilio & voluntate Archipresbyteri Joannis & Archidiaconi Joannis ac cæterorum firmiter & perpetualiter concedimus & confirmamus omnem libertatem & conceſſionem quam prædictus Dominus Urſo Archiepiſcopus prædictæ Eccleſiæ omnium Sanctorum fecit & conceſſit. Statuentes ut nullus Barenſis Antiſtes audeat conceſſionem & libertationem ipſam irrumpere vel minuere, ſed ſemper & in futurum ſit firma & irrevocabilis. Quæ prædicta omnia noſtra noſtrorumque Clericorum ſubſcriptione ac noſtri typarii plumbea bulla munita in perpetuum incommota eſſe volumus & manibus Andreæ Presbyteri ſcribi juſſimus.*

*† Helias qui ſupra gratia Dei Archiepiſcopus ſanctæ Sedis Barinæ, & Canuſinæ.*

*Joannes Archipresbyter conſenſi.*

*Joannes Archidiaconus conſenſi & ſubſcripſi.*

*Angelus Diaconus & Vicedecanus conſenſi.*

*Joannes Presbyter & primicerius conſenſi.*

*Dalſius Presbyter conſenſi & ſubſcripſi.*

*Leo Presbyter conſenſi.*

*Petrus Presbyter conſenſi.*

*Ego Presbyter Malo qui pręnominatur Infans conſenſi.*

*Epiphanius ſubdiaconus teſtis ſum.*

*Maior Presbyter conſenſi.*

Pendet ſigillum plumbeum, in quo ab una facie extat effigies glorioſæ Virg. Mariæ ab alia legitur.

*† Helias Dei gratia Canuſinæ & Barinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus.*

Fuit Helias Sanctorum omnium, ac præcipue Deiparæ Virginis devotiſſimus, quibus vota pietatis plenà nuncupavit, & cum ſediſſet annos 15. menſes 7. dieb. 22. ſanctè, ut vixerat, obdormivit in Domino anno ſalutis humanæ 1105. die 23. Maii ſepultus, ut ipſe vivens mandaverat, in Eccleſia S. Nicolai. Barenſes marmoreum ei tumulum excitarunt, atque hocce epitaphio ſuam erga beneficentiſſimum ſanctumque Paſtorem devotionem poſteris teſtatam voluerunt.

*Orbis honor multus jacet hic in pace ſepultus:*
*Orbati reges patre, ſunt judice leges.*
*Decidit ò Barum rerum diadema tuarum.*
*Te viguiſſe ſcias, viguit dum Præſul Helias.*
*Clauditur hoc pulchro Pater inclytus ille ſepulchro,*
*Qui bene te rexit, qui te ſuper æthera vexit.*
*In commune bonus fuit omnibus ipſe patronus,*
*Notis, ignotis, vicinis, atque remotis.*
*Senſus laude boni, fabricæ quoque par Salamoni,*
*Vitæ mors pię, Sancto ſimilandus Heliæ.*
*Hoc templum ſtruxit, quaſi lampas, auraque luxit.*
*Hic obdormivit, cum ſpiritus aſtra petivit.*

33 RISUS in Archiepiſcopali munere ſubrogatus eſt anno 1105. Euſtachius verò Abbas Sanctorum Omnium in Eccleſiæ S. Nicolai munere ſucceſſit Heliæ à Paſchale II. conſecratus abeunte Riſo Auguſto menſe. Sunt qui ſcribunt Riſonem antea ab Urbano II. purpura exornatum fuiſſe ad titulum S. Laurentii in Damaſo, quo titulo Vaſtallenſi, ac Lateranenſi Conciliis ſub eodem Paſchale ſubſcripſiſſe tum ex diplomate conceſſo cœnobio S. XXV

Be-

A Benedicti Mantuæ (1). Apud Pandulphum Piſanum in vita Gelaſii II. Riſus Barenſis Archiepiſcopus inter multos numeratur, qui eidem Pontifici Cajetæ aſtiterunt anno Dom. 1118. quem eodem anno extinctum fuiſſe ſcribunt die 13. Septemb. apud Canuſium ibi in veteri Cathedrali ſepultum, tametſi Falco Beneventanus ejus ævi ſcriptor referat anno ſuperiori 1117. miſere trucidatum vitam reliquiſſe. *Hoc* (inquit) *anno 1117. Riſo Barenſis Archiepiſcopus ab Argyro cive Barenſi trucidatus eſt in via Canuſina*, mendum irrepſiſſe in codice fatendum eſt, ut pro anno 1118. ſcripſerint 1117. ſi verum eſt quod narrat Pandulphus. Quod confirmat privilegium in gratiam ejuſdem Riſonis, Eccleſiæ ſancti Nicolai, & Barenſis Archiepiſcopatus a Conſtantia Philippi Francorum Regis filia, & quondam Boemundi Antiocheni Principis uxore conceſſum eodem an. 1117. die 27. Dec. quod hic referemus ex eodem lib. fol. 8.

B *Sicut Salomonis ſapientia docet redemptio animæ viri propriæ divitiæ ſunt. Dicit & idem; Honora Dominum de tua ſubſtantia; conſonat etiam B. Paulus, ut dicit; Si non vobis ſpiritualia ſeminamus quod magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus. Ideo ego Conſtantia Sereniſſimi Philippi Regis Francorum filia, & quondam uxor D. Boamundi inuictiſſimi Antiocheni Principis, & ejus auctoritate agens plenariam poteſtatem, & vicem filii mei Boamundi adhuc pueri, cum ſæpe commonita eſſem à Domino Riſo Reverendo Archiep. Barinæ civitatis, quæ ſimul cum multis aliis in noſtra poteſtate eſt, & rogata, ut præfatæ civitatis Eccleſiæ ſubvenirem, & pro redemptione peccatorum meorum, & ut dicto unico filio meo legitimo Boamundo ſubveniat, & vitam, & victoriam largiatur, accepto Curiæ meæ conſilio, & præcipuo Domni Tancredi filii Joſſudi magnifici Comitis Cuperſanenſis, qui ex dono meo, & cariſſimi filii mei quarterium Bari habet, juſtæ ipſius petitioni libenter aſſenſum præbui. Declaro itaque quod præteritis temporibus Rogerius Dux Fr. Domini Boamundi viri mei, qui ante eum Barum tenuerat, Urſo vener. Archiepiſcopo Barino*

C *ſcriptum fecit, in quo ei, & ſucceſſoribus ſuis omnibus, & Eccl. Archiepiſcopali Curtem Catapani cum omnibus pertinentiis ſuis, & ædificiis ibi conſtructis, vel conſtruendis obtulit. Igitur pro reverentia beati Nicolai, cujus Eccleſia ibi poſtea conſtructa eſt, & per poſt preces tuas Domine Riſo Archiepiſcope Barenſis vice cariſſimi filii mei Boamundi ſcriptum cognati mei Rogerii Ducis præſentibus litteris laudo, & confirmo. Inſuper tibi perſonaliter quandiu vixeris concedo, & dono plateaticum quod palatio meo & filii mei cariſſimi Boamundi pertinet. De omnibus rebus, quæ venduntur ab illis qui in domibus, quæ infra ambitum prædictæ curtis ſunt amodo hoſpitabuntur, videlicet de auro, & argento, & cujuſcunque generis equitationis, & atinis, & pannis ſericis & lineis, pellibus griſeis, berariis, & arminiis, & cujuſcunque modi. Sic tamen ut domos, quas infra curtem prædictam conſtructas conſtiterit majori Eccl. B. Nicolai, & tuo juri pertineant. Quod ſi quis hanc noſtram donationem violaverit, vel in aliquo minuerit centum*

D *libras auri puriſſimi componat, medietatem palatio noſtro, & medietatem Eccleſiæ B. Nicolai. Actum in Tarentino palatio anno Dominicæ Incarn. 1117. 3. Kal. Jan. Ind. 10. ſcriptum à Michaele Notario.*

† *Signum Crucis manu Boamundi magni Boamundi Antiocheni Principis filii.*

*Ego Conſtantia Francorum Regis filia.*

† *Signum Crucis propriæ manus Domni Tancredi Cuperſanenſis.*

† *S. Crucis propriæ manus Hugonis Calabrenſis.*

Anno Riſonis Pontificatus primo, Euſtachius, quem diximus Abbatem ſancti Nicolai adlectum poſt Heliam, a Paſchale II. pro ſua Eccleſia nobile accepit privilegium, quod hic non pigebit referre, cum in eo plura ſcitu digna, tum ad dignitatem, tum ad exiſtentiam reliquiarum ſancti Nicolai legentibus proſtent.

*Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto filio Euſtachio Abbati Eccleſiæ ſancti Nicolai ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Victoris III. temporibus, beati Nicolai corpus ex Græcorum partibus transmarinis in Bariſanam urbem advectum totus pene orbis agnoſcit; quod videlicet corpus prædeceſſor noſter Urbanus II. loco, quo nunc reverentia digna ſervatur in crypta inferiori ſumma cum veneratione recondidit, & altare deſuper in honorem Domini conſecravit. Petitumque eſt, & conceſſum dicitur, ut beati Nicolai Baſilica in eodem loco ædificanda ſpecialiter ſub tutela mox Sedis Apoſtolicæ ſervaretur. Quia igitur, largiente Domino Baſilica eadem congrua jam ædificatione perfecta eſt, in loco videlicet juris publici pro Ducis Rogerii chirographum dato, nos eandem domum, auctore Deo, mox futuram Eccleſiam, poſtulante filio noſtro ejuſdem Ducis germano Boemundo Barenſis nunc civitatis Domino, ſub tutela Apoſtolicæ Sedis accipimus. Præſentis igitur privilegii pagina Apoſtolica auctoritate ſancimus, ut quæcunque prædia, quæcunque bona, vel à prædicto glorioſo filio noſtro Rogerio per beati Petri, & noſtram gratiam Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Duce, vel à prænominato fratre ejus nunc Antiocheno Principe Boamundo, ſeu à cæteris Chriſti fidelibus, ſupradictæ ſanctæ Nicolai Eccleſiæ de ſuo jure jam donata ſunt, aut in futurum donari, offerrive contigerit, firma ſemper, quieta, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus res auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integrè conſerventur Clericorum, & pauperum uſibus profutura. Tibi itaque tuiſque ſucceſſoribus facultatem concedimus Clericorum culpas, abſque Epiſcopi contradictione, debita charitate, ac ſeveritate corrigere. Si qua verò in vos gravior querela emerſerit, noſtræ, ſeu ſucceſſorum noſtrorum audientiæ reſervetur. Nulli autem, vel Archiepiſcopo, vel Epiſcopo licere volumus, ut Eccleſiam ipſam, vel ipſius Abbatem ſine Romani Pontificis conſcientia, vel excommunicatione, vel interdicto cohibeat, quatenus idem venerabilis locus tanti Confeſſoris corpore inſignis ſicut per Romanum Pontificem primæ conſecrationis ſuſcepit exordia, ſic ſub Romani ſemper Pontificis tutela, & protectione ſubſiſtat. Si quis ſanè in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Catapanus, Stratigo, Judex, Caſtaldio, aut qualibet Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate, careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax D. noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrict. Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

*Scriptum per manum Raynerii, Scriniarii Regionarii, & Notarii ſacri Palatii.*

*Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.*

*Datum apud Porticum beati Petri, Romæ 14. Kal. Decemb. per manum Joannis S. R. E. Diaconi Card. & Bibliothecarii, Indict. 14. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo ſexto; Pontificatus autem Domini Paſchalis II. Papæ ſeptimo.*

Alterum accepit privilegium Euſtachius à Richardo Draconis Comitis filio, Roberti Ducis nepote anno 1108. ſequentis tenoris.

*Quoniam ad ſalutem, & remedium peccatorum mortalium nihil ſalubrius, atq. utilius à Creatore omnium, qui ſolus hominum delicta dimittere poteſt, ipſo præ-*

(1) Riſus, ſeu Richus præfati tituli presbyter Cardinalis habetur in Ciaconiano opere inter Cardinales Urbani II. n. 12. Sed ibi de ejus Archiepiſcopatu nullum verbum. Fueritne iſte, an alius, videant eruditi, Lucenius.

*præcipiente accepimus, quam ad uſum eleemoſynę pro ſuis commiſſis de ſuis propriis facultatibus, unumquemque largiri, ſicut idem Evangelica voce teſtatur, ut ignis ab aqua extinguitur, ita eleemoſyna peccata delentur. Idcirco ego Riccardus Seneſcalcus filius bonæ memoriæ Domini Drogonis magnifici Comitis pro ſalute animæ, & peccatorum noſtrorum remedio, imo & Domnæ Altrudæ dilectiſſimę conjugis noſtræ; & prædicti patris noſtri, & Domini Roberti invictiſſimi Ducis patrui noſtri, & Dom. Rogerii Ducis egregii, Dominique Boamundi excellentiſſimi Principis Antiocheni, & Dominæ Roccæ glorioſæ noſtræ ſororis, Domnique Alexandri ſtrenui militis filii eius, cujus corpus intra ſancti Nicolai baſilicam in civitate Barii Deo opitulante ædificatam, ubi ſanctæ ejus reliquiæ requieſcunt digne, & honorificè tumulatur, Deo inſpirante, à quo bona cuncta procedunt, hoc noſtræ conceſſionis ſigillum damus concedimus atque offerimus prædictæ ſanctæ Eccleſiæ ſancti Nicolai, & in manibus Domni Euſtachii ejuſdem venerabilis loci Reverendiſſimi Abbatis Eccleſiam olim dirutam, quę non longe à noſtro caſtello Joæ ad honorem, & vocabulum B. Petri Apoſtoli ſita eſt, quam etiam nominamus de Scavazzolis, cum omnibus vineis, puteis, ciſternis ſuis, & cum omnibus terris, quę juxta, & per circuitum ejuſdem Eccleſiæ longe, lateque diffuſę ſunt. Quibus ut ne in poſterum aliqua oriatur contentio certitudinis hos fines imponimus, à parte Orientis, & ab Occidente ſunt viæ publicæ, quæ ducunt ad Tarentum, quæ ambæ viæ dividuntur à Septemtrione, & junguntur in meridie. Infra hos autem fines dedimus, conceſſimus, atque obtulimus prædictæ Eccleſiæ Beati Nicolai ipſam Eccleſiam per beati Petri, quæ vocatur de Scavazzolis cum omnibus prænominatis rebus ea ratione, ut amodo in antea ſit in dominio, & poteſtate præſcriptæ Eccleſiæ ſupradictiq; D. Abbatis, & omnium futurorum Abbatum, vel Rectorum ipſius Eccleſiæ habendi, poſſidendi, dominandi, & omnia exinde faciendi ut eorum fuerit voluntas ſine requiſitione, & contrarietate omnium hominum. Ita tamen ut homines caſtelli noſtri Joæ, etiam & affidati licentiam habeant regere ſe in ipſis terris cum omnib. animalibus, & utilitatibus ſuis, ut non perdamus proinde affidatos. Ita etiam & homines Beati Nicolai licentiam habeant regere ſe cum omnibus animalibus ejuſdem Eccleſiæ in omnibus territoriis ejuſdem caſtelli noſtri Joæ cum omnibus ſuis utilitatibus, ut dictum eſt ſine requiſitione, & contrarietate omnium hominum. Si quis temerario auſu diabolo inſtigante hujus noſtræ conceſſionis, & eleemoſynarii operis ſacrilegus violator extiterit, omnipotentiſſimi Creatoris, cujus præcipui Confeſſoris à toto pene orbe expoſito oratorio à me devoto eleemoſynæ cauſa conceſſo totum, vel partem abſtrahere tentaverit, iram incurrat, ſanctæque Eccleſiæ liminibus ſegregetur inter ſacrilegos, & hæreticos, cum Juda traditore in Inferno damnetur, & in futuro Dei divino Judicio ad ſiniſtram inter impios conſtitutus accipiat ſententiam: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus; inſuper prædictæ ſanctæ Eccleſię auri puriſſimi libras quinquaginta, ſuiſque Rectoribus componat, & invidus ille perfidus ſemper ſileat; & ut ſemper firma permaneat hæc noſtra conceſſio, & traditio infraſcripso noſtro Notario præcepimus, & cum noſtro typario publicam bullam bullare fecimus,*

*Anno Dominicę Incarn. 1108. menſe Aprilis Ind. 1.*

*† Signum ſanctæ mirificæ Crucis quam propria manu mea feci ego Baſilius Imp. protonobiliſſ.*

*† Signum ſanctæ, & vivificæ Crucis quam propria manu feci, ego qui ſupraſcript. Ricardus.*

Idem Riccardus anno 4. eidem Eccleſiæ conceſsit caſtellum Joæ in menſ. Apr. Indictione 4. datum per eundem Baſilium. Eodemq; an. alteram accepit donationem Euſtachius à Roberto Cuperſani Com.

*Ego Robertus Comberſani Dei miſericordia Comes pro ſalute animæ meæ, meorumque peccatorum per hoc ſigillum do, trado, offero, atque concedo Eccl. ſancti Nicolai, in qua ejus reliquiæ requieſcunt civitatis Bari Eccleſiæ noſtræ S. Petri Novitii ſita propinquo, & in pertinentia caſtelli noſtri Praſſenitii cum omnibus ipſius pertinentiis, ideſt caſis, Caſalibus, vineis, vinealibus, aquis, ſylvis, arboribus, omnibuſque fructiferis, & infructiferis, & omnia quæ eidem Eccleſiæ pertinent, necnon per hoc ſigillum offero eidem Eccleſiæ ſancti Nicolai Joannem filium Sculuili prædicat Biſantii fuit prædicta Eccleſia quam offero, ita tamen quod ab hodierno die in antea ſit prædicta Eccl. ſancti Petri cum omni ſua pertinentia, & prædictus Joannes cum omnibus rebus ſuis ſtabilibus, & mobilibus, ſeſequé moventibus in poteſtate eadem ſancti Nicolai, & Dóm. Euſtaſii religioſi, ac venerabilis Abbatis Eccleſiæ S. Nicolai, & monaſterii omnium Sanctorum, ſuorumque ſucceſſorum præd. Eccl: Sancti Nicolai, vel Rectorum habendi, dominandi, & omnia exinde faciendi, ut eorum fuerit voluntas ſine contrarietate mea, meorumque poſterorum, omniſque humanæ perſonæ. Nos autem, noſtrique poſteriores defenſores erimus ſimul ab omni humana perſona, quæ illos excludere, moleſtare voluerit, quomodocunque venerit pro illorum ſecuritate, idem quod Eccleſia ſancti Nicolai, atque . . . defenſione prædicti Abbatis ejuſque ſucceſſorum hoc ſigillum meæ offertionis præcepi ſcribere per manum Seniorelli noſtri Judicis Curialis, & per plumbeam bullam noſtri typarii feci bullari, anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1111. menſ. Apr. Ind. 4.*

*Signatum manus meæ qui ſupra Robertus Converſani Comes.*

Vixit Euſtachius Abbas ad annum uſque 1123. cui ſucceſſit Melus quidam Monachus, & Prior cœnobii Sanctorum omnium. Is retento Prioris titulo, ſatis eximie Nicolai Eccleſiam rexit: poſt eius obitum, qui eo in munere ſucceſſerunt, Priores dicti ſunt uſque ad hæc noſtra tempora.

34 GUALTERIUS electus anno 1118. rexit XXVI
Barenſem Eccleſiam ann. plus minus octo. De Gualterio iſto certum eſt, ſedente Calliſto II. 1122. Præſulatum hujus Eccleſiæ geſſiſſe, quo anno interfuiſſe conſecrationi Cathacenſis Eccleſiæ ab ipſo Calliſto ſolemniter habitæ docet Calliſti diploma, ubi Gualterus in hæc verba ſubſcripſit. *Ego Gualterius Barenſis Archiepiſ.* Vertente anno idem Calliſtus Miloni Abbati monaſterii omnium Sanctorum peculiari privilegio ea omnia aſſeruit, quæ Urſus, & Helias Archiepiſcopi olim eidem cœnobio aſſeruerant.

*Calliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Melo Abbati venerab. monaſterii, quod omnium Sanctorum dicitur in loco Cuti in Barenſi ſuburbio, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.*

*Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima deſiderantium non eſt differenda petitio. Quamobrem dilecte in Chriſto fili Mele Abbas Omnium Sanctorum monaſterium, cui Deo auctore pręſides Apoſtolicæ Sedis auctoritate munimus, omnes ſiquidem quietis, & libertatis proviſiones, quas bonæ recordationis Urſus, & Elias Barenſis Eccleſiæ Præſules eidem monaſterio contulerant, & Dominus prædeceſſor noſter ſanctæ mem. Paſchalis Papa firmavit, nos quoque præſentis ſcripti pagina confirmamus, ut videl. locus ipſe cum rebus omnibus ad eum juſte pertinentibus à dominio, vel oppreſſione cujuslibet hominis liber debeat permanere. Nec ullus Eccleſiæ Barenſis Antiſtes, aut alius, quod abſit, temerarius audeat eidem cœnobio excommunicationem inferre, neque perſonis, aut rebus ejus aliquo citra juſtitiam modo moleſtiam, aut controverſiam irrogare. Ordinationes autem Clericorum, & Eccleſiarum gratis, ſepoſita pravitate, & omni exactione concedat. Miſſas ſanè illic publicas per Epiſcopum fieri præter Abbatis, & Fratrum voluntatem omnimodè prohibemus, ne in ſervorum Dei receſſibus popularibus occaſio præbeatur ulla conventibus. Obeunte te tunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei ti-*

*morem,*

*morem, & beati Benedicti Regulam providerint eligendum, cui ſi qua gravior cauſa evenerit liberè liceat Apoſtolicæ Sedis audentiam appellare. Ad hæc adjicientes decernimus, ut quæcumque bona, vel per tuam induſtriam vel per virorum fidelium oblationem eidem loco parata ſunt, aut in futurum præſtante Deo juſtè canonicèque paravi contigerit, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Nec ulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eis pro quorum ſubſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccl. ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſſa ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.*

*Ego Calliſtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.*

*Datum Beneventi per manum Aymerici S. R. E. Diac. Cardinalis, & Cancel. 11. Idus Septemb. Indict. 11. Incarn. Dominicæ 1123. Pont. autem Dom. Calliſti II. Papæ ann. 5.*

Eo tempore quo Gualterius Barenſem regebat Eccleſiam floruit Benedictus Barenſis celebris doctrinæ, Cavenſis Monachus, qui de ſeptem ſigillis Eccleſiæ ſcripſit.

XXVII. 35 MATTHÆUS Monachus & Abbas s. Laurentii de Averſa Ord. s. Benedicti Gualterium proximè excepit anno 1126. ab Honorio II. Papa conſecratus die 20. Decembris. Quid de hoc Archiepiſcopo ſit dicendum non habemus, niſi quod ſederit ann. duobus, diebus 25. ac ſepultus fuerit in Cathedrali crypta s. Sabini.

XXVIII. 36 ANGELUS magnæ inconſtantiæ, ac ſceleratis moribus, mortuo Matthæo creatus eſt Archiepiſcopus Barenſis anno 1129. ſub fine vitæ Honorii II. paulo poſt cum ſchiſma irrepſiſſet in Eccleſia Romana, partes Anacleti Papæ contra Innocentium II. Pontificem ſecutus, ab Anacleto munus conſecrationis accepit die 5. Novembris 1131. aſſiſtente Rogerio Duce tunc ab Anacleto in Regem Siciliæ coronato. Cæterum Innocentius tanquam Barenſis Eccleſiæ invaſorem, ac ſchiſmaticum ejecit de Sede, alterumque, cui nomen Joannis erat, in eam ſubſtituit ſedem, compoſita deinde pace inter Innocentium, ac Rogerium Angelus, & Joannes, ut erant in moribus ſimiles, ad invicem facti ſunt amici, ſimulque Barenſem Eccleſiam non ſine bonorum ſcandalo ex Rogerii Regis auctoritate rexerunt ad annum uſque 1151. quo ab Eugenio III. Pontifice, uterque dejectus, ac deturbatus eſt de ſede. His Barenſem Eccleſiam devexantibus Robertus Montis-Scabioſi Dominus quædam dona obtulit Eccleſiæ s. Nicolai ann. 1137.

*Si pro mercede animæ noſtræ, noſtrorumque parentum defunctorum ſalute beneficium debemus impendere, præcipuè tamen Eccleſiis, xenodochiis, cunctiſque locis venerabilibus, omnibuſque Dei cultoribus pro noſtris peccatis, & delictis, vigiliis, & orationibus, multiſque cum precibus Dei miſericordiam ſedulo implorantibus beneficium debemus impendere. Quapropter ego Robertus Montis-Scabioſi Domini Guillielmi Montis Scabioſi hæres, & filius gratia omnipotentis Dei, & Sereniſſimi Domini noſtri Rogerii magnifici Siciliæ, & Italiæ dominator medietatis loci Noe pro mercede, & ſalute animæ meæ, meorumque parentum defunctorum dono, concedo, atque per fuſtem trado tibi Dom. Maloni egregio, & venerando Sacerdoti, atque Priori Eccleſiæ ſancti Nicolai Confeſſoris Chriſti quæ ſita eſt intus in civitate Bari, ubi ſanctæ reliquiæ ipſius Confeſſoris repoſitæ manent recipienti, cum Gregorio Frarolillo tuo Advocato in vice hoſpitalis ipſius ſanctæ Eccleſiæ unam partem petiæ terræ, quæ eſt juxta clauſuram Joannis Reginæ præfatæ civitatis quam habeo cum Domino Thoma, & Tancredo Bulani, quæ pars eſt in medio ipſius petiæ à calcaria, quæ eſt intus in ipſa petia à parte maris, uſque ad Tonſum filatum, qui ſtat in extremum ad exitum ipſius clauſuræ in parte Meridiei, ubi petras juſſimus erigere, & figere pro ſignayda, & quomodo rurſus vadit ab ipſo filato, uſque ad parietem ipſius petiæ in parte Orientis juxta viam, quæ vadit ad mare, ubi petræ exiſtunt pro ſignayda, quæ petia eſt in pertinentiis Noe juxta clauſuram præfati Joannis Reginę, cujus iſti ſunt fines, ab Oriente extra parietem, eſt jam dicta via, quæ vadit ad mare & in antea, quomodo deſcendit ipſa via quæ vadit ad mare, eſt via antiqua, à Meridie à mediis ſignayde, ideſt à mediis petris fictis eſt reliqua pars ipſius petiæ pertinens præd. D. Thomæ, & Tancredo Bulani, ab Occidente eſt pręd. clauſura Joannis Reginę, à parte maris à Calcarea ſubtus eſt terra ipſius petiæ, quam D. Thomas donavit prędicto hoſpitali infra hos namq; fines ego pręfatus Robertus Montis-Scabioſi donavi conceſſi, atque per fuſtem tradidi tibi jam dicto Priori D. Maloni recipienti cum præd. tuo Advocato in vice præfati hoſpitalis totam, & integram partem terræ ipſius petiæ, qualiter finibus diximus circundatam cum omnibus infra ſe habentem, & continentem cum tranſitu extra ſtatu ſuo, uſque in via publica: unde nec mihi, nec meis hæredibus, vel ſucceſſoribus noſtris, nec alicui homini aliquam partem, vel ſortem reſervavi, ſed fundatus, & tranſactive totam, & integram ipſum partem petiæ donavi, conceſſi, ac per fuſtem tibi tradidi accipienti cum præd. tuo Advocato vice præfati hoſpitalis, & terrenum meritum inde non quæro, quia cœleſte inde expecto, & amodo in antea, omnique futuro tempore donatio, & traditio pręd. terræ, & integra qualiter prędictum eſt ſit in proprietate, & poteſtate præfati hoſpitalis. Tu vero prædictus Dominus Malo egregie, & venerande Sacerdos, atque Prior, tuique ſucceſſores qui Rectores, & Gubernatores erunt præd. hoſpitalis facietis de ea, & in ea omnia qualiter volueritis ad utilitatem, & proficuum pręfati hoſpitalis ſine contrarietate mea, & meorum hæredum & poſterorum noſtrorum, ac omnium hominum, quod cuncta ego, & hæredes mei, atque poſteriores noſtri ſemper defendamus eam pręd. hoſpitali, tibique tuiſque ſucceſſoribus; ut ſecuri, & quieti ſine aliquo impedimento ſemper inde maneatis, & omni parte, & pro confirmanda, ac ſtabilienda ſemper prædicti hoſpitali hanc noſtram donationem, & traditionem juſſi ſcribi, & dari tibi hoc veſtræ ſecuritatis, & defenſionis ſigillum bullatum plumbo, & proprio meo typario in quo ſignum Crucis propria mea manu ſubſcripſi, nomenque meum ibi annotari feci, & de noſtris bonis hominibus, qui ſubtus adſcripti ſunt in eodem teſtari præcepi, quod noſtro juſſu ſcripſit Icurius meus Notarius. Anno Incarnationis Dom. 1137. Regni autem pręfati Dom. noſtri Rogerii Regis magnifici an. 6. menſ. Octob. Indict. 15.*

† *Signum propriæ manus* Domini *Roberti Montiſ-Scabioſi filii Dom. Guillelmi Montiſ-Scabioſi.*

† *Signum manus Rao Trapozze hoc firmavit.*

*Ego Vitalis teſtis ſum.*

Sub hoc etiam Angelo Lucius Papa II. privilegia ab anteceſſoribus ſuis conceſſa cęnobio omnium Sanctorum confirmavit in hunc modum.

*Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Nicolao Abbati venerab. monaſterii, quod Omnium Sanctorum dicitur in loco Cuti in Barenſi ſuburbio, ſive eius Fratribus, tam præſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum.*

*Deſideriũ quod ad religionis propoſitum, & animarũ ſal. pertinere monſtratur animo nos decet libēticō*

*cedere, & potentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Quamobrem dilecte in Chriſto fili Nicolae Abbas, quem per Dei gratiam in Abbatem benediximus, Omnium Sanctorum monaſterium, cui Domin. auctoritate præſides, ad exemplar prædeceſſoris noſtri fel. mem. Papæ Caliſti Apoſtolicæ Sedis privilegio communimus. Omnem ſiquidem quietis, & libertatis proviſionem, quam bonæ recordationis Vrſus, & Elias Barenſis Eccleſiæ Præſul eo eidem monaſterio contulerunt, & Dominus prædeceſſor noſter ſanctæ mem. Paſchalis Papa firmavit, nos quoque præſentis ſcripti pagina confirmamus, ut videlicet locus ipſe cum rebus omnibus ad eum juſte pertinentibus à dominio, vel oppreſſione cujuslibet hominis liber debeat permanere, nec ullus Eccleſiæ Barenſis Antiſtes, aut alius (quod abſit) temerarius audeat eidem cœnobio excommunicate inferre; neque perſonis, aut rebus ejus aliquo citra juſtitiam modo moleſtiam, aut controverſiam irrogare. Ordinationes autem Clericorum, & Eccleſiarum conſecrationes gratis, ſepoſita pravitate, & omni exactione concedat. Miſſas ſanè illic publicas per Epiſcopum fieri præter Abbatis, & Fratrum voluntatem omnimodis prohibemus; ne ſervorum Dei receſſibus popularibus occaſio præbeatur ulla Conventibus. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam providerint eligendum. Cui ſi qua gravior cauſa evenerit, libere liceat Apoſt. Sedis audientiam appellare. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium impræſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam ſancti Nicolai de Puzzar, Eccleſiam ſancti Laurentii de Auto, Monaſterium puellarum ſancti Procopii de Sao, & Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum Simonis, & Judæ extra muros. Eccleſiam ſancti Sebaſtiani cum omnibus earum pertinentiis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integre conſerventur eorum pro quorum ſubſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salvo nimirum in omnibus jure, & auctoritate S. R. E. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularìſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere, venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis; honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

*Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.*
† *Ego Conradus Sabinen. Epiſc.*
† *Ego Theodewinus Silvæ Candidæ Epiſc.*
† *Ego Petrus Albanen. Epiſc.*
† *Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Portica.*
† *Ego Guido in Rom. Eccleſia altaris miniſter indign.*

*Datum Laterani per manum Boſonis S. R. Eccl. Subdiaconi 7. Kalend. Decembris Indict. 8: Incarnationis Dominicæ, anno 1144. Pontificatus vero Domini Lucii II. Papæ anno 1.*

XXIX. 37 JOANNES dejecto Angelo ab Innocentio II. Archiepiſcopalem Sedem Barenſem accepit, ſed cum deinde fœde eam rexiſſet, unà cum ipſo Angelo ab Eugenio III. depoſitus eſt, anno 1151. Cujus temporibus duo viri Germani Principes, ac inſignes Eccleſiæ Dei Prælati Barii diem ſuum clauſerunt extremum, Brunus, inquam Adolphi II. de Altene, & Monten. Comitis filius Archiepiſcopus Colonienſis morbo comitiali laborans mortuus eſt anno 1138. ac ſepultus in Eccleſia S. Nicolai, cujus cadaver non multo poſt, ut Sigonius narrat, Rogerius Rex expugnato Bario revulſi de ſepulchro juſſit, & eductum per forum traxit, ac demum crudelitate barbara in Lotharii Cæſaris odium laceravit. Secundus fuit Conradus Bavarus, Princeps Innocentia vitæ, & pietate clariſſimus, Henrici III. cognomento Nigri Bavariæ, ac Spoleti Ducis, ex Vualfoda Saxonica filius, qui cum educaretur in aula Federici primi Archiepiſcopi Colonienſis Electoris, alii legunt Salisburgenſis, alii Conſtantienſis, Tetrarchæ Foroliviensis conſanguinei ſui, ubi adoleverat, timens ne ipſi aliquando ſurrogaretur, relicta aula, & mundi ſchemate, cœnobium Clarevallenſe in Galliis ſub Sancto Abbate Bernardo ingreſſus, Ciſtercienſem habitum Mundo valedicto humillime ſuſcepit. Verumenimverò cum lucerna ſub modio diutius latere non poſſet, exigentibus ejus meritis, creatus eſt S. R. E. Cardinalis anno 1142. (alii habent ſub Honorio II. [Poſtea vero anno 1147. cum Conrado III. Imperat. profectus in Terram ſanctam, indeque poſt biennium in Italiam reddux, ibidem Barii in Apulia morbo correptus pie obdormivit in Domino, anno 1149. Cardinalatus ſui anno quarto (alii referunt ann. 1126.) & in ſancti Nicolai Eccleſia humatus. Hunc plerique auctores confundunt cum Conrado Abbate Ciſtercienſi Eginonis Comitis de Urach, & Sæyne filio, qui Epiſcopus Cardinalis Portuenſis evaſit ſub Honorio III. anno 1219. obiitque ſanctæ Sedis Legatus in tranſmarinis partibus anno 1227. relatus in Galliam Clarevalli ſepelitur. Errorem hunc in primo tomo noſtro in Epiſcopis Portuenſibus latè explicuimus, edocti veritatem ex Lazio Reuſnero, Uſpergenſi, Radero, aliiſque probatiſſimis auctoribus.

XXX. 38 JOANNEM hujus nominis V. electum fuiſſe Barenſem Archiepiſcopum ab Eugenio III. anno 1151. & ab eodem conſecratum die 17. Februarii colligo ex monumentis hujus Eccleſiæ: cujus temporibus, hoc eſt ann. 1156. Guillelmus Malus Siciliæ Rex, Barum deſtruxit, teſte Anonymi Caſinenſis Chronica; Joannes vero cum civibus per annos ferè decem non longè ab ea urbe vixit, defunctoque Guillelmo, ex conceſſione Guillelmi Boni Mali filii ad Eccleſiam ſuam reverſus, dirutas Eccleſias reparavit, Clerumque diſperſum reduxit, piaque ſua liberalitate Cathedralem Eccleſiam deformatam in ſplendidiorem formam reſtituit. Corpus S. Sabini in novo altari a ſe conſtructo magnificentius ſolemni pompa die 9. Febr. qua Cathedralem novo ritu conſecraverat, collocavit anno eodem, quo civitas direptioni tradita eſt à Guillelmo. Rem Barenſes ſic expreſſerunt in marmore carminibus incultiſſimis, ut illa ferebat ætas, quæ adhuc extant in ſubconfeſſione Cathedralis.

† *Tumba Beati membra Sabini continent iſta,*
*Condidit hic Præſul illa,*
*Quę Bari Primas primus patefecit Elias:*
*Tandem Sanctorum ſublimatore favente.*
*Urbs eſt Barenſis Patre conſolata Joanne,*
*Qui ſimplex, Juſtus, Prudens, Pius, atque Pudicus,*
*Baſilicam iſtam veterem nimis, & tenebroſam,*
*Ut decet, & decuit digno cultu renovavit.*
*Cum tribus hanc aris poſtquam de more ſacravit*
*In media S. Sabini membra locavit.*
*Quæ Magdalenæ ſub honore ſacra Mariæ*
*Membrorum non eſt primi quoq; Martyris expers.*
*v. Idus Febr. Ind. 4.*

Sedit Joannes varia fortuna, ſerieque continuata decem & octo annis menſ. 6. dieb. 11. rebus humanis eximitur an. 1169. ultima die Auguſti, ſepultus ſub confeſſione S. Sabini in Cathedrali. Vacavit ſedes ann. unum, menſ. aliquot.

XXXI 39 RAYNALDUS ex Monacho Caſinenſi Epiſcopus Cajetanus, cum eam Eccleſiam ad omnem pietatem inſtitueret, ab Alexandro III. ad Barenſem Sedem translatus eſt anno 1171. vixit deinde ſecunda integritatis fama ann. 16. menſ. 11. Vivere deſiit inter mortales die 4. Febr. anno 1188. Interfuerat anno 1179. Lateranenſi Concilio ſub

Ale-

*mavit. quam Eccleſiam Omnium Sanctorum præd. Dom. Euſtaſius ſuo ſtipendio laboravit, in qua ſacrorum Monachorum cœtus regulariter ſecum viventium, ac ſedule Dominum laudantium coadunavit, quem etiam olivetis, & vineis ac animalibus, multis terris, viridariis, ædificiis quoque diverſis, & optimis, cæteriſque rebus neceſſariis decoravit. Qui præd. D. Euſtaſius, qui bona jam dicta omnia multo cum ſudore, & fatigatione ad utilitatem præfatæ Eccleſiæ præparavit, nobis preces porrexit, ut libertatem, & conceſſionem, quam Dominus Urſo Archiepiſcopus prædeceſſor meus eidem Eccleſiæ omnium Sanctorum contulit, nos rogavit ut ad honorem omnipotentis Dei, & B. Mariæ ſemper Virginis, atque omnium Sanctorum concederemus, & confirmaremus. Nos autem conſilio, & voluntate Archipresbyteri Joannis, & Archidiaconi Joannis ac cæterorum firmiter, & perpetualiter concedimus, & confirmamus omnem libertatem, & conceſſionem, quam præd. Dom. Urſo Archiepiſcopus præd. Eccleſiæ Omnium Sanctorum fecit, & conceſſit. Statuentes, ut nullus Barenſis Antiſtes audeat conceſſionem, & libertatem ipſam irrumpere, vel minuere, ſed ſemper, & in futurum ſit firma, & irrevocabilis, quæ præd. omnia, noſtra noſtrorumque Clericorum ſubteſtatione, ac noſtri typarii plumbea bulla munita, & in perpetuum immota eſſe volumus, & manibus Bartholomæi Notarii noſtri Barenſis Clerici ſcribi juſſimus. An. Inc. Dom. 1217. m. April. die 5. Ind. 5. Pont. noſt. an. 2.*

† *Andreas Dei gratia licet immeritus Metropolitanus Barinæ, & Canuſinæ Sedis.*

† *Ego Magiſter Urſo Primicerius conſenſi.*
*Ego Gr Jo Abb is & Canonicus conſenſi.*
*Petrus Presbyter.*
*Nicolaus Abbas S. Luciæ, & Barenſis Canonicus.*
*Riccardus Diaconus. Taſuens Diaconus.*
*Ego Laurentius Subdiaconus.*
*Ego Gualterus Archipresbyter Barenſis conſenſi.*
*Ego Nicolaus Presbyter. Ego Lucas Subdiac.*
*Ego Donnandus Abbas.*

Ipſe vero Andreas à Federico omnium privilegiorum Eccleſiæ ſuæ à prædeceſſoribus Regibus aſſertorum, novo diplomate, & eximio confirmationem accepit. In veteri mortuario Caſinenſi ejus obitus memoratur 10. Kalend. Octob. in Catalogo Beatilli habetur 5. Kalend. ejuſdem menſis.

(„ *Interfuit ann. 1215. ultimis ſeſſionibus IV. Concilii Lateranenſis, & XII. Oecumenici. An. 1220. Barium pervenit S. Franciſcus Aſſyſias Fundator Ordinis Seraphici, qui ut ibi pro ſuis fratribus domum aperiret, ſupplicem eidem Præſuli Andreæ libellum dederat propria manu exaratum, qui ſumma idcirco veneratione ſervatur in archivio majoris Eccl. Barens. & non ſolum annuente, ſed etiam largis juvante eleemoſynis eodem Archiepiſcopo 2. die Paſchatis Reſurrectionis eodem anno primum propriis manibus ipſe S. P. Franciſcus lapidem jecit pro Eccleſiola, quam Virgini, & Martyri D. Catharinæ dicatam voluit, quæ poſtea progreſſu temporis in ampliorem ſub nomine ejuſdē D. Franciſci formam fuit reædificata. Idem Archiepiſcopus Andreas D. Unfrido Archipresbytero oppidi Aquævivæ nonnullas præeminentias ſequenti Diplomate confirmavit.*

Nos Andreas Dei gratia licet immeritus Metropolitanæ Barinæ & Canuſinæ Sedis. Notum facimus, & teſtamur, quod facta inquiſitione de mandato noſtro de Terris, hortis, vineis & domibus infraſcriptis, ac quibuſdam villanis hominibus, quos tenet, & poſſidet D. Unfredus Archipresbyter Aquevivæ ſi eſsent de Archipresbyteratu Aquevivæ, & concederentur etiam cum Archipresbyteratu prædicto, invenimus per inquiſitionem per quam, & per omnia nobis plenè conſtitit ſubjectas vineas, domos, Terras, hortos, & villanos etiam ſemper eſſe de Archipresbyteratu Aquevivæ, & concedi etiam cum Archipresbyteratu ipſo his, qui ſunt de Archipresbyteratus beneficio inveſtiti, confirmantes eidem D. Unfredo, & ſucceſſoribus ſuis poſſeſſiones ipſas cum villanis, quos, & quas tenet ad Archipresbyteratum Aquevivæ ſpectare invenimus, cum Archipresbyteratu prædicto conferri, ita quod ipſi eos habeant, & teneant in futurum, redditusque percipiant ex eiſdem ſine contrarietate, & requiſitione noſtra, ſeu noſtrorum etiam ſucceſſorum: poſſeſſiones vero ſunt ex iis finibus ſignatæ. Domus una, quæ dicitur Sancti Euſtachii, quæ eſt ante portam Eccleſiæ ipſius Sancti Euſtachii, juxta domus alia convicina eidem domui, quæ eſt ante portam ipſius Eccleſiæ cum Palatio prope ipſam, & ſi qui alii ſunt confines, item vinea una, quæ eſt incluſa, quæ dicitur Guſcani juxta vineas, domus hoſpitalis, & ſi qui alii ſunt confines. Item vineale unum de Terra, quod eſt in via Caſſani, & ſi qui alii ſunt confines. Item Lama una, quæ eſt prope Caſſanum, in via qua itur Caſſanum, quod aſcendit verſus rupem ex parte meridiei, & ex parte Septemtrionis ab alia parte viæ cum Lama Joannis de Vitulis. Item hortus unus, qui eſt ante portam, quæ dicitur S. Petri juxta viam qua itur Caſamaſſimam. Item Lama una, quæ dicitur S. Joannis juxta viam qua itur Joviani, & ſi qui alii ſunt confines. Item quæ ſunt circum circa hortum hoſpitalis prope viam qua itur Binectum, & prope aliam viam qua itur Bitontum, & prope terris Sanctæ Mariæ Majoris. Item Eccleſiæ Sancti Martini cum Caſale, quod dicitur Ventacerum, & cum tenimento, & Locebolinis ipſius Caſalis. Item Nicolaus de Pellegrino & Bartholomæus de Scivitate villani. Præterea, quia nobis bene conſtitit per Inquiſitionem ipſam, quod ipſe, qui eſt Archipresbyter Aquevivæ, conſuevit ordinare Primicerios in dicta Eccleſia Sancti Euſtachii dare ſcandella, & partem, concedere beneficia, & Sacriſtiam, eligere Sacriſtam ad cuſtodiendam ipſam, regere per ſe, vel cui voluerit committere ſcolas ad docendum pueros, regere curam de ſpiritualibus, interdicere, & ſuſpendere Clericos ab officiis, & beneficiis, culpis exigentibus eorumdem, necnon & compellere eos ad faciendam juſtitiam, ſi quis ex eis voluerit proclamare, & demum ferre ſententias de motis quæſtionibus coram ipſo, celebrare feſtivis diebus divinum Officium, vel committere cui ſibi placuerit ad cantandum, audire confeſſiones in pœnitentiis, vel præſtare audiendi licentiam, quibus ſibi placuerit quia ſine ipſius licentia nullus debet confeſſiones audire. Volumus autē, ac in perpetuum confirmamus eidem D. Unfredo, & ſucceſſoribus ejus, ut ſecundum quod inventū eſt per inquiſitionem prædictam, poteſtatem habeat ea omnia de cætero faciendi, ita quod nullus in his eis aliquatenus contradicat. Ad hujus autem noſtræ confirmationis memoriam, & inviolabile firmamentum, præſens ſcriptum eidem D. Unfredo fieri fecimus per manus Notarii Bartholomæi noſtri Baren. Clerici, ſigilli noſtri manus propriæ, & teſtium ſubſcriptorum munitione roboratum. An. Incarn. Dom. 1221. menſe Martii 26. ejuſdem more Ind. Pont. noſtri an. 6. Nos Andreas Dei gratia licet immeritus Metrop. Barinæ, & Can. Sedis. Ego Palmerius Bar. Canon. & Juven. Archid. &c.

„ *Nec mirum videatur præeminentiis adeo peculiaribus inſignitum fuiſſe hoc Sacerdotium, quia eædem reliquiæ erant Epiſcopalis poteſtatis, cum Aquaviva antiquitus civitas fuerit cum ſua ſede Epiſc. diœceſi ſeparata, ac propriis (de quibus nos in X. tomo hujus operis.) Epiſcopis.* Lombardus.)

43 MARINUS Filangerius Neapolitanus magnæ nobilitatis, & virtutis vir ex Canonico Salernitano poſt diutinam vacationem Barenſis Eccl. Archiepiſc. evaſit anno 1226. ad eam dignitatem vocatus ab Honorio III. 15. Kal. Januarii anno Pontificatus XI. rejecta electione Magiſtri Blandonerii Eccleſiæ S. Nicolai Prioris a Canonicorum parte celebrata, & poſtulatione Epiſcopi Bojanenſis ab altera Capituli habita, ut in regeſt. Varic. legitur. Huius mentio extat in marmorea inſcriptione ſupra fores Eccleſiæ ſancti Nicolai de Alto-Silice, olim Monachorum D. Benedicti prænobile cœ- XXXV.

ſuſpicari cepi, an fortè unum Joannem in duos fœde præciderit Beatillus, an re vera idem ſit Joannes Minorita cum Joanne iſto Saraceno, quod omnino aſſerendum putavi, unumque tantum fuiſſe Joannem Saracenum & Minoritam, non duos, illum eundem, qui an. 1278. Florentiæ interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Gregorii à Latino Epiſcopo Cardinali Oſtienſi, Etruriæ ſanctæ Sedis Legato celebratæ.

(„ *Sub hoc Præſule ingenti terræmotu concuſſum fuit* „ *Barium, conciditque turris campanaria cathedra-* „ *lis templi, qua meliorem tunc non jactabat Italia,* „ *ſed piorum eleemoſynis urgente etiam verbo, &* „ *exemplo piiſſimo Archiepiſcopo, illicò reædificata* „ *fuit*. Lombardus.)



XXXVIII. 46 **ROMUALDUS** Neapolitanus hujus nominis II. ex nobili proſapia Griſona natus ex Canonico Barenſis Eccleſię Archiepiſcopus à majori ſaniorique capituli parte electus die 21. Auguſti 1280. fratri Joanni immediate ſucceſſit, de cujus electione extat publicum documentum apud Barenſis Eccleſiæ archivium, cujus exemplar ad nos miſit bonæ memoriæ idem Beatillus; tenor eſt hujuſmodi.

*Eccleſia Barenſi vacante per mortem bonæ memoriæ fratris Joannis Barenſis Archiepiſcopi, qui die Lunæ 19. menſis Aug. 8. Indictione, viam eſt univerſæ carnis ingreſſus, & ejus corpore ſequenti die Martis 20. prædicti menſis Auguſti tradito Eccleſiaſticæ ſepulturæ, Canonici ipſius Eccleſiæ eodem die Martis in veſperis convenerunt in unum, ſtatuerunt certum diem, ſcilicet diem Mercurii ſequentem 21. prænominati menſis ad electionem de futuro Pontifice in ipſa Eccleſia canonicè celebrandam. Ad quem diem, & locum vocatis qui fuerant evocandi, & congregatis in ipſa Eccleſia omnibus qui voluerunt, & potuerunt commode intereſſe, qui in univerſum quadraginta fuerunt, Spiritus ſancti gratia, prout moris eſt, invocata, unanimiter, & concordes per viam ſcrutinii ad electionē procedere decreverunt, & iis peractis ab omnibus concorditer, & communiter aſſumpti ſunt tres ſcrutatores de ipſo collegio fide digni, qui vota cunctorum ſecreto & ſigillatim diligenter enquirerent, exquiſita in ſcriptis redigerent, & in ſcriptis redacta mox in communi Capitulo, prout juris eſt, publicarent, qui recedentes in partem, ſingulorum vota ſecreto, & ſigillatim diligenter inquiſiverunt, inquiſita redegerunt in ſcriptis, in ſcriptis redacta mox publicaverant de voluntate omnium in communi, ſicque compertum eſt quod triginta de Canonicis Barenſibus conſenſerunt in Dominum Romualdum Canonicum Barenſis Eccleſiæ, decretorum Doctorem, & Capellanum Domini Oſtienſis; & novem in Dominum Petrum Saracenum de Urbe, & unus alius ſcilicet prædictus Dominus Romoaldus, in quendam Dominum Percevallum de Mediolano. Et facta collatione, ut juris eſt, presbyter Joannes Baptiſta Primicerius vice ſua, vice & mandato omnium aliorum qui in dictum Romoaldum conſenſerunt, ipſum Romoaldum elegit in Barenſem Archiepiſcopum & Paſtorem, quam electionem incontinenti tam clero, quam populo cum ſolemnitate debita publicaverunt, & eodem die ipſi Romualdo præſentaverunt eandem, inſtantes apud eum, quod prædictæ electioni ſuum præſtaret aſſenſum, qui infra menſem, videlicet decimo quarto die proxime ſequentis menſis Septembris electioni de ſe factæ conſenſit, & decimo octavo die prædicti menſis Septembris, qui erat quartus poſt conſenſum, fecerunt duos procuratores ad inſtruendam ſedem Apoſtolicam de proceſſu dictæ electionis, & ad petendam confirmationem, & infra tempus legitimum poſt conſenſum, prædicti Electus, & Canonici iter arripuerunt ad ſedem Apoſtolicam veniendi (venerunt autem Romam ſede vacante) pro proſequutione electionis prædictæ, & fuerunt ſemper cum eodem electo, & ſunt adhuc in Curia. Et illi, qui conſenſerunt in prædictum Dominum Petrum Saracenum, aſſenſerunt electioni celebratæ de dicto Romualdo, & eam ratificaverunt.*

*De his omnibus conſtat per decretum electionis ſigillatum ſigillo Capituli roboratum ſubſcriptionibus electorum, & per duos de electoribus, & per alia publica inſtrumenta.*

*Univerſis præſentes literas inſpecturis.*

*Urſo Sacerdos, Joannes dictus Baptiſta Sacerdos Promotarius Barenſis matris Eccleſiæ, Presbyter Bartholomæus, Presbyter Joannovarus, Presbyter Joannes de Romano, Paulus Diaconus, Abbas Macaldillus, Abbas Leonardus, Presbyter Philippus, Presbyter Angelus de Caro, Dominus Franciſcus Sacerdos, Piſcopus Dauferius, Goffridus, Abbas Leo, Presbyter . . . . . Leo de Platamone Diaconus, Romoaldus Diaconus, Presbyter Joannes Bizocus, Presbyter Andreas, Archipresbyter Bitectenſis, Ferdinandus Diaconus, Franciſcus Sire Biſantii Diaconus, Andreas Subdiaconus, Joannes Camelus, Joannes de Cammarata Subdiaconus, Marinus Kyuri Euſtaſii Subdiaconus, Abbas Jacobus de Monte Caveoſo, Rogerius ſive Kyurico, Riſo Andreæ Riſonis, & Angelus de Ferrariis Barenſis matris Eccleſiæ Canonici ſalutem in Domino.*

*Notum facimus, quod cum anno à Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo, Indictione 8. vacante Eccleſia Barenſi per mortem bonæ memoriæ fratris Joannis Barenſis Archiepiſcopi, venerabilis vir Dominus Romualdus Barenſis ejuſdem matris Eccleſiæ Canonicus, Doctor decretorum, capellanus venerabilis Patris Domini Fratris Latini Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopi Cardinalis, fuiſſet à nobis canonicè electus in Barenſem Archiepiſcopum, & Paſtorem, & ab ipſo aliàs petiſſemus inſtanter, quod prædictæ electioni ſuum benivolum impartiretur aſſenſum, & ipſe reſpondiſſet ſe deliberaturum, & facturum, quod ſibi ſuper hoc divina gratia miniſtraret, eadem die 14. menſis Septembris ejuſdem anni, nobis ab ipſo Domino Romualdo inſtanter petentibus, ut nobis quod jam deliberaverat reſponderet; & inſtantibus apud eum quod electioni hujuſmodi conſentiret, ipſe noſtra devictus inſtantia, ad honorem Dei B. Mariæ ſemper Virginis, & BB. Nicolai & Sabini, ipſi electioni, Dei nomine invocato die prædicta conſenſit. In cujus rei teſtimonium, & plenam fidem inde præſentes literas fieri fecimus, & eas communi ſigillo Barenſis matris Eccleſiæ communiri. Datum intus in prædicta noſtra Barenſi matre Eccleſia, anno & die prædictis. Locus ſigilli † Eccleſiæ Barenſis.*

Romualdi canonica electio facta eſt die 21. Auguſti in ipſo pervigilio obitus Nicolai III. Pontificis, cui poſt ſpatium ſex menſium ſucceſſit Martinus IV. die 22. Februarii, qui Romualdi electione examinata, caſſataque alia cujuſdam Petri Saraceni Apoſtolici Capellani ab altera Canonicorum parte celebrata, illum tanquam virum omnium virtutum refertum, nobilitate, ſcientia, ac morum integritate conſpicuum, in Barenſem Archiepiſcopum confirmavit anno Pontificatus ſui 2. Kal. Julii, ſalutis verò 1282. literis datis apud Urbem-veterem,

quæ extant in ejus regeſtro Vaticano numero 51. fol. 59. Conſecratus Romualdus à Martino Pontifice ſuam adiit Eccleſiam, quam ob diutinam vacationem penè diſſipatam invenit; & ut erat generoſi animi vir, & pietate ſingularis cœpit pauliſper pravos mores Clericorum corrigere, viroſque nobiles armis compeſcere, ac uſurpata ſuæ Eccleſiæ bona, & jura reſtituere, pacatis omnibus, ac reſtituta Eccleſiaſtica diſciplina, ad exornandas Eccleſias animum adjecit, in monte Juvanatio novam Eccleſiam erexit. Cathedralem ferè a fundamentis, novis ornamentis additis reſtituit, ſacella duo in ea, alterum ſancto Joanni, Deiparæ Virgini alterum ſacrum, cujus erat devotiſſimus, extruxit, adhuc eo in ſacello ſancti Joannis extat marmorea inſcriptio, extabat & altera ad Divæ Mariæ, quæ una cum ipſo ſacello corruit anno 1613. Inſcriptio illa ita legitur.

*Moribus & vita primis qui fulſit ab annis*
*Hoc effecit opus ſancti ſub nomine Joannis*
*Præſul Barenſis Romualdus, ſtirpis avitæ*
*Clarificans nomen, ſanctæ moderamine vitæ.*
*Cui Genitor, Genituſque Dei, cui Virgo ſacrata,*
*Dent poſt fata frui cœlorum ſorte beata.*

Anno 1286. Romualdi Archiepiſcopi aſsenſu fratres Ordinis Prædicatorum tunc extra civitatem Barenſem in Eccleſia ſancti Leonardi degentes, intra civitatem ſunt recepti, & Eccleſiam ſanctorum Simonis & Judæ tunc monaſterio Sanctorum omnium obnoxiam receperunt, ubi cœnobium exædificarunt, hoc factum eſt permittente etiam Gerardo Epiſcopo Cardinale Sabinenſi Apoſtolicę ſedis Regni Siciliæ Legato, ut conſtat ex publico inſtrumento Majoris Nicolai Macciacottæ Barenſis Judicis, quod exhibemus ex citato libro fol. 660.

*In nomine Domini Amen.*

*Anno ab Incarnatione ipſius 1286. dominantibus in Regno Siciliæ Reverendo Patre Domino Gerardo Dei gratia Epiſcopo Sabinenſi Apoſtolicæ ſedis Legato, & excellenti viro Domino Roberto Comite Atrebatenſi Bajulis regni Siciliæ per S.R.E. conſtitutis, dominii eorum anno 2. menſe Madio die 20. ejuſdem 14. Ind.*

*Nos Major Nicolai Macciacottæ Barenſis Judex, Nicolaus Coſte publicus ejuſdem terræ notarius, & ſubſcripti teſtes literati de eadem terra ad hoc ſpecialiter vocati & rogati, præſenti publico ſcripto fatemur, quod cum frater Peregrinus de Fogia Prior & conventus Ordinis Prædicatorum in Baro dubitarent ad locum eorum qui eſt extra civitatem Bari in Eccleſia ſancti Leonardi, propter imminentes guerras, & præſentis turbationem temporis commorari & intenderent intra mœnia civitatis Barenſis locum ædificare, ubi ſecure & quiete divinis vacare poſſent officiis & Deo jugiter famulari, requiſiti per eos religioſis viris fratre Guglielmo Abbate & conventu monaſterii omnium Sanctorum de Cuti, ac recepta ab eis permutationis nomine prædicta Eccleſia ſancti Leonardi, quæ eſt extra mœnia civitatis intuitu Dei; & quia nullam inde recipiebat dictum monaſterium læſionem, ejuſdem permutationis nomine darent & traderent eis Eccleſiam unam dicti monaſterii, quæ vocatur Sancti Simon & Judas, exiſtentem intra muros civitatis Barenſis in ruga hoſpitiorum, prope dohanam, ac iiſdem Abbas & conventus eorum requiſitionibus annuentibus cum viderent permutationem prædictam ſine præjudicio utriuſque partis commode fieri poſſe, tam dicti Prior & conventus Ordinis Prædicatorum, quam & dicti Abbas & conventus monaſterii omnium Sanctorum de voluntate, licentia & permiſſione Reverendi patris Domini Gerardi Epiſcopi Sabinenſis Apoſtolicæ Sedis Legati, necnon & venerabilis patris Domini Romoaldi Barenſis & Canuſinæ ſedis Archiepiſcopi, in cujus diœceſi Eccleſiæ ipſæ conſiſtunt, ſicut per ejuſdem Domini Legati literas, & præfati Domini Archiepiſcopi voluntatem nobis qui ſupra judici & notario, ac infraſcriptis teſtibus conſtitit manifeſte, infraſcriptam inter ſe ad invicē permutationē fecerunt,*

A *videlicet quod dicti Abbas & conventus monaſterii omnium Sanctorum, una cum judice Guillelmo Domini Riſonis de Baro ipſorum & dicti monaſterii advocato ex permutationis cauſa dederunt, tradiderunt, & aſſignaverunt eidem priori recipienti nomine & pro parte ejuſdem conventus & totius Ordinis Prædicatorum dictam Eccleſiam Sanctorum Simonis & Judæ, ad faciendum in ea & de ea quæ ibidem fieri poſſunt & debent ipſum nomine & pro parte ejuſdem conventus & totius Ordinis Prædicatorum, in quaſi corporalem poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ inducentes, ac dicti Prior & conventus Prædicatorum ex eadem permutationis cauſa dederunt, tradiderunt & aſſignaverunt eidem Abbati recipienti nomine & pro parte dictorum monaſterii & conventus prædictam Eccleſiam ſancti Leonardi ad faciendum in ea & de ea quæ ibidem fieri poſſunt & debent, eundem Abbatem nomine & pro parte ſua, dicti monaſterii & conventus in quaſi corporalem poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ inducentes: qua permutatione inter eos ad invicem facta liberaliter, hilariter & gratanter, gaudiumcum omni ſolennitate juris, quæ in talibus requiritur inter ſe ad invicem altera pars alteri dederunt in præſentia noſtrum qui ſupra judicis & notarii & teſtium ſubſcriptorum, ut maneant ſemper ipſi & ſucceſſores eorum, in prædicta permutatione dictarum Eccleſiarum, & contra non veniant, ſed defendant ſibi ad invicem inter ſe Eccleſias prædictas: contra quæ ſi factum fuerit, liceat parti ratam habenti permutationem prædictam pignorare partem alteram eandem permutationem frangere attentanti ſe, & ſucceſſores eorum per omnia bona dictorum Monaſterii, & Ordinis licita, & illicita donec præd. omnia ad invicem adimpleantur, quæ & qualiter præleguntur. De qua permutatione facta ſunt ad utriuſque partis cautelam duo publica conſimilia inſtrumenta, per manus mei qui ſupra Nicolai publici Bari Notarii ſigno meo ſolito ſubſcriptione mei, qui ſupra Judicis, & noſtrorum ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus, ac prædictorum Abbatis, Prioris, & Conventuum ſigillorum impreſſionibus roborata, unum ad habendum pars dicti monaſterii, & alterum pars Ordinis memorati. Quæ quidem inſtrumenta nos Romualdus Dei gratia Barenſis, & Canuſinæ Sedis Archiepiſcopus, quia permutationi præd. licentiam præſtitimus, & aſſenſum, ſigillo & ſubſcriptione propriis duximus munienda. Quæ ſcripſi ego præd. Nicolaus Coſta publicus Bari Notarius qui interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi.*

*Locus † ſigni.*

*† Ego Romoaldus Barinæ, & Canuſinæ Sedis Archiepiſcopus.*
*Major qui ſup. Varen. Judex.*
*Nicolaus Sir. Romoaldi.*
*Nicolaus Judicis Baſilii filius.*
*Ego Philippus Varenſis Eccl. presb.*

Sedente Romualdo, peregrinationis gratia, tum ad ſacra Nicolai oſſa, veneranda, tum ad Michaelis Archangeli ædem viſitandam in monte Gargano, è Gallia advenerat Gerardus de monte Corneto Epiſcopus Sveſſionenſis, cum duobus Presbyteris ſuis, qui cum vota perſolviſſent, ſumma humanitate à Romualdo excepti, patriamque repeterent Reatæ diem ſuum obierunt anno 1296. & in Eccleſia ſancti Franciſci omnes eodem loco tumulati diem expectant noviſſimū. Viſitur adhuc marmoreum buſtum cum ejuſd. Gerardi, duobuſq; hinc inde jacentibus presbyteris, cum hac inſcriptione.

*Tres tria buſta tenent Dominum ſimul atq; Clientes,*
*Quos eadem patria vexit, & una fides.*
*Sveſſi omnes, is erat Præſul, dictuſque Gerardus,*
*Quem genus, & faces notificare bonum.*
*Ecce Capellani Dominum ſectantur amatum,*
*Scilicet Ægidius, cumque Joanne Comes.*
*His per quam monſtrare fores Archangelus altus,*
*Atque Nicolaus, tunc obiere pares.*
*Hos rea mors rapuit, Reatina Polis ſepelivit,*
*Aſtra tenent animas, Matre rogante Dei.*

Anno vero 1292. die 4. Octobr. dedicata fuiſſe noſcitur Eccleſia Cathedralis à Romualdo, qua de

ſo-

ſolemnitate in marmore ibidem hi verſus inſculpti teſtantur, quibus qualis, quantuſque fuerit Romualdus, quibuſque virtutibus floruerit intimatur.

*Hoc tibi ſacravit templum, Regina polorum,*
*Inſignis titulis Præſul Romualdus avorum.*
*Qui Patriæ Pater effectus, qui corde pudicus*
*Prodit jura ſuo de pectore juris amicus,*
*Qui bona quæque probans, reprobans mala, pacis amator,*
*Pauperibus viduis, largus, pius auxiliator.*
*Annus erat, vero quo fulſit lumine mundus:*
*Milleducentenus nonageſimuſque ſecundus,*
*Octobriſque dies quartus, meritò memorandus,*
*Quo Prælatorum cœtus fuit hic venerandus.*
*Quartus Papa tuam Nicolaus habens Petre ſedem*
*Omnibus indulſit hanc ingredientibus Ædem,*
*Illuſtri Rege Carolo regnante ſecundo,*
*Aurea qui regnans renovavit ſecula mundo.*

Circa hæc tempora Barii obiit Berardus Caracciolus Prior S. Nicolai, cui ſucceſſit Magiſter Martinus Ernencuriaſicia natione Navarrus, poſt hunc in ea dignitate ſucceſſit Guillelmus Longus Bergomas vir clariſſimus, qui anno 1294. a Cœleſtino V. in gratiam Caroli II. Regis Neapolis, cujus erat intimus Conſiliarius, & Cancellarius creatus eſt S. R. E. Diac. Cardinalis, cujus intuitu plura dona, nonnullaque feuda eidem Divi Nicolai Eccleſiæ elargitus eſt, ut habetur in Regiis litteris. Datum Neapol. 3. die Novemb. 1304. quibus inter alia leguntur verba. *In ſignum devotionis retinemus nobis, & hæred. noſtris, quod cum perſonaliter erimus nos, & noſtri hæredes in Baro quotidianas diſtributiones recipiamus ab ipſa noſtra Eccleſia ſicut unus de Canonicis ipſius noſtræ Eccleſiæ recipit, & recipere habet, &c.* Fortaſſis etiam in gratiam ejuſdem Guillelmi Car. Carolus Rex plures Eccleſias & beneficia unienda curavit eidem vener. Eccleſiæ S. Nicolai auctorit. obtenta à Bonifacio VIII. ut in diplomate.

*Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Siciliæ Illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Exigit magnæ devotionis affectus quem erga nos, & Apoſtolicam Sedem habere dignoſceris, ut petitiones tuas ad exauditionis gratiam admittamus, in iis præſertim, quæ Eccleſiarum commoda reſpicere dignoſcuntur. Cum itaque ſicut ex parte regia fuit propoſitum coram nobis venerabilem Eccleſiam ſancti Nicolai Barenſis ad Romanam Eccleſiam nullo modo pertinentem, & quæ in redditibus non abundat ob ſpecialem devotionem quam ad Eccleſiam ipſam geris pro divina, & ejuſdem ſancti Chriſti Confeſſoris reverentia deſideras per unionem Canonicam de aliquibus aliis Eccleſiis ei faciendam in ſuis facultatibus, & per conſequens in cultu divini nominis augmentari. Nos votis tuis in hac parte favorabiliter annuere intendentes, ut illas Eccleſias, ſeu capellas ad tuam collationem ſpectantes, de quibus expedire videris eidem Eccl. S. Nicolai unire, ſeu adnectere valeas. Itaque per unionem hujuſmodi eædem Eccleſiæ, ſeu capellæ ad dictam Eccleſiam S. Nicolai libere pertineant pleno jure, auctoritate tibi præſentium duximus concedendam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Anagniæ x. Kal. Aug. Pont. noſt. ann. 2.*

Idem Pontifex, ibidem anno prim. ſui Pontificatus 5. Id. Jul. ad ſupplicationem Guillelmi S. Nicolai in Carcere Tulliani univerat eidem Eccleſiæ, Eccleſiam Omnium Sanctorum in Inſula, territorii Barenſis, dummodo cederet, vel decederet Archiepiſcopus ſanctæ Severinæ, qui eius Eccleſiæ Rector exiſtebat.

Item anno ſecundo ſui Pontif. Anagniæ 4. Idus Auguſti, unum annum, & 40. dies ex injunctis pœnitentiis remiſit accedentib. ad dictam Eccleſiam in

A ſingulis B. Mariæ Virginis, ſancti Vincentii mart. Sancti Nicolai, ac per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes, & à feſto Omnium Sanctorum, uſque ad octavas Epiphaniæ, & a prima Dominica quadrageſimæ uſque ad Dominicam primam poſt feſtum Pentecoſtes.

Dederat poſt multos annos idem Carolus Rex ad opus Canonicorum, Clericorumque ejuſdem Eccleſiæ ſancti Nicolai inſervientium uncias . . auri quotannis ex Regiis fiſcalibus perſolvendas; modum inſuper, ac ritum in ea perpetuo ſervandum præſcripſerat. Regium diploma contulit nobis ab ipſo originali exſcriptum Camillus Tutinus Neapol. cujus tenorem quia multa notatu digna habet, hic inſeruimus.

*Carolus ſecundus, &c. Ad perpetuam rei memoriam.*

*Felici omine cuncta præſciuntur, quæ debitus ordo, vel regula regulat, & quæ libra diſcretionis æqualitas moderatur: hoc enim ordine cœlos, & cætera corpora ſumma creavit, & condidit Natura naturans, & propterea ſine illo eſt conſequens inſpicere, nihil eſſe quod valeat, nihil eſſe quod duret. Sane ad Eccleſiam celebrem B. Pontificis Nicolai Chriſti digniſſimi Confeſſoris in Baro, quæ utique ad nos pertinet pleno jure, ex illo, quem ſingulariter gerimus ſpiritu charitatis, noſtræ conſiderationis intuitum convertentes, ejus ſtatum proſperum libenter inquirimus, & quæcunque ſunt utilia peramamus. Igitur attendentes, quod ipſa venerabilis, & ſancta Eccleſia in toto orbe terrarum ejuſdem glorioſi Pontificis merito radiat, & continuis quaſi miraculis, & manna ſanctiſſimi fluctuante relucet. Motu paternæ affectionis inducti providere decrevimus, qualiter eradicatis ab ipſa domo tam ſanctiſſimi Domini, ſi qui ſunt, ſcrupulis, virtus antiqua, & priſtinæ dignitatis fama refloreant: vox laudis debitè reſonet, & ipſa D:i gloria in divini cultus obſervatione concreſcat, ut autem ab illo domus ordine in ordinatione iſta Principum, qui cunctis Eccleſiis prima materia, & cauſa, ſtatuimus, & ordinatione decernimus perpetuo valitura, quod ſub diſtinctione ſubſcripta ſint in ipſa Eccleſia centum Clerici numero, non computato Priore, cujus quidem inſtitutio ad nos ſpectat, de quibus ſint quadraginta duo Canonici, ex quibus unus Theſaurarius, alius Cantor, & alius Succentor exiſtant, viginti octo Clerici mediocres, & alii triginta Clerici infimi ad divinum in Eccleſia ipſa diurnum, nocturnumque officium, ut infra deſcribitur concurrentes. Dictorum autem tam Prioris, Theſaurarii, Cantoris, & Succentoris, quam medietatis reliquorum Canonicorum ipſorum inſtitutio, & Canonicatuum eorundem collatio ad nos ſpectat. Et eas nobis, & noſtris hæredibus, & ſucceſſoribus in ipſa Eccleſia perpetuo retinemus. Ita quod ipſis vacantibus quoquomodo in Romana Curia, vel alibi ea libere, quibus voluerimus conferamus; alteram verò medietatis Canonicatuum, & præbendarum, & beneficiorum aliorum omnium collatio pertineat ad Priorem. Sed ne circa hæc indiſtincta confuſio, vel dubium ingerat, vel alteram materiam turbationis importet, adjicimus, ut ex eorum numero Canonicorum ſint Theſaurarius, & Canonici, ſexdecim Sacerdotes, Diaconi ſex, & Cantor ſeptenus, & Subdiaconi quatuor, ac Succentor quintus. Ex mediocribus autem Clericis ſint Sacerdotes quatuor, Diaconi duo, & Subdiaconi quatuor viri digni. Sed ut & ipſius chorus Eccleſiæ ſuum ordinem habeat debitæ ſeſſionis, edicimus, ut in dextro choro, ſtallo ſuperiori videlicet, ſedeat Prior primus, & Theſaurarius in ſiniſtro, in alterutro autem juxta Priorem ex dextro Cantor, & juxta Theſaurarium in ſiniſtro Succentor, ac dein quantum durant ſuperioris ſtalli ſedelia ſacerdotes Canonici, primo Canonici Diaconi, dein Canonici Subdiaconi, tertio alii Canonici in minoribus conſtituti Ordinibus, quartò & ſacerdotes, & Diaconi ex mediocrib. Clericis ultimò ſedeant, ita quod ſicut inter ſe ſunt tempore priores, & unuſquiſque ipſorum, ſicut prior eſt, vel poſterior tempore, ſic ſit prior, vel poſterior in ſedili, hoc tamen attento, quod*

*ſervari præcipimus; ut hi ex ipſis, qui fulgens, & magna dignitate fulgebunt, præcedant cæteros poſt Priorem, & Theſaurarium in ſedili. In ſecundo autem ſtallo mediocres, & in tertio infimi ex Clericis memoratis ſimili ordine ſedeant, uſque dum centenarius numerus ipſe durat. Inhibemus autem expreſſius, ut aliquis de dictis Clericis, quiſquis ſit, ipſum audeat ordinem ſeſſionis evertere, vel aliquis locum alterius, donec vixerit, occupare, ſed ſint, maneantque in choro ipſo pacifici, taciti, & modeſti. Cæterum, quia laudabiliter vivitur, cum in vivendo exemplum, & inſtar aſſumitur meliorum, ordinamus, & volumus, quod in ipſa deinceps Eccleſia ſecundum ordinem Pariſiorum Eccleſiæ per libros, quos eidem Eccleſiæ dedimus, divinum Officium celebretur punctatim videlicet, atque tractim. Et unaquæque feſti ſolemnitas ſua per ordinem celebritate locetur. Adiicimus, ut in feſtis majoribus duplicibus intra chorum quatuor de quibus duo ſint Cantor, & Succentor, in aliis duplicibus, & ſemiduplicibus duo, de quibus unus ſit Succentor induti pluvialibus ſericis; in aliis verò ſimplicibus, cęteriſque diebus unus, qui chorum in cantando regat, & dirigat: à principio uſque ad finem Officii ſtent, & adſtent, eo quippe tenaciter obſervato, ut Magiſter ſcholarum, qui per priorem debeat ordinari, faciat tabulam ordinis miniſtrorum in choro de conſilio Cantoris, vel Cantor ipſo abſente de conſilio Succentoris in feſtis duplicibus memoratis. Anniverſaria vero fidelium defunctorum juxta ritum Capellæ noſtræ Regiæ recolantur. Ne autem dictis veniendi ad Eccleſiam ſuis horis ſit, prout contigit interdum, pro libito licitum, inhibemus, ut Eccleſiam ipſam Clericus aliquis in matutinis poſt Invitatorii Gloriam, in Miſſa poſt Introitus Gloriam, in Horis divinis aliis poſt Gloriam primi Pſalmi audeat ingredi, & intrare. Eis autem, qui debitis ſuis horis intraverint, ſermocinationes, & loquelas in choro, necnon diſputationes, ſeu altercationes de officio dicendo præcidimus, & arctius prohibemus, ut ſicut ſcriptum eſt, ſit domus orationis, non ſermonis inanis Eccleſia. Et unuſquiſque quod dici debet in horis officium ante horam prævideat, concipiat, & attendat, nec de choro poſtquam intraverit, exeat ſine Prioris, vel ejus locumtenentis licentia ſpeciali ſub pœna privationis ipſo toto die diſtributivæ portionis. Nullus quoque præſumat in Eccleſia divinum perturbare officium, in quo caſu privari vicibus ſingulis diſtributoria portione per menſem decernimus tranſgreſſorem. Uſum quoque illum, qui, ut audimus in eadem Eccleſia per tempora, licet non plenarie ſervabatur, volentes in deſuetudinem non abire, præcepimus, quod ſingulis annis in perpetuum à veſperis commemorationis fidelium defunctorum, quæ in feſto Sanctorum Omnium decantatur, uſque ad ſabbatum Sanctum, unuſquiſque Clericorum ipſorum induat laneam cappam nigram, portetque almutiam, ſine quibus nullus penitus chorum intret, depoſituri demum cappas dumtaxat eaſdem ipſo die ſabbathi, quo incipient Gloria in excelſis. Ex tunc autem in antea ſuppellicias lineas inducant, & almutias ipſas portent. Ad quas quidem conſtitutiones, ordinationeſque noſtras, intrangreſſibiliter in perpetuum obſervandas, unumquemque Clericorum ipſorum tam inſtitutorum ad præſens, quam inſtitutorum in antea corporali quod præſtet adſtringi volumus ſacramento. Porrò quia, ſicut ſcriptum eſt, qui altari ſervit, debet vivere de altari, nec Dei ſervitium debet eſſe angaria, ſed ſpe fructus, nos qui Eccleſiam ipſam ſic ordinare providimus, dignum duximus ejuſdem Confeſſoris reverentia, & prædeceſſorum, poſterorumque noſtrorum, & noſtri animarum remedium ad ſalutem ejuſdem Eccleſiæ ſubvenire, miniſtris ſtatuentes annuas uncias quadringentas auri ponderis generalis de noſtris meris in Baro proventibus, & fiſcalibus juribus exhiberi perpetuo Clericis ipſis, prout infra deſcribitur per quotidianæ diſtributionis ordinem erogandas. Priori ſcilicet per nos prout & debet inſtitui pro tempore inſtituto, aut per nos, vel hæredes, ſeu ſucceſſores noſtros tantum inſtituendo, in antea ſucceſſivè octoginta. Theſaurario vero noſtro ita ſimiliter inſtituto, & inſtituendo de cætera viginti, duobus quoque de Canonicis ad ſtudendum per Priorem, & Capitulum electis, & Miſſis pro rata temporis quo ipſi in ipſo ſtudio manſerint unciis octo ſingulis annis ſtabilitis exolvi toto poſt hæc ſuper extante reſiduo de pecunia, ſcilicet defectuum prædictorum in opus fabricæ ipſius Confeſſoris Eccleſiæ convertendo. Diſtinguimus ergo, decernimus, & taxamus, ut quilibet prædictorum ex præfatis quadraginta duobus Canonicis ſingulis diebus, quibus Eccleſia ipſa fuerit, & ſteterit ad divinum Officium, hoc ordine recipiat grana octo, videlicet in Matutino tria, in Miſſa duo, in Nonis unum, & duo in Veſperis, ut in Miſſa: ſinguli autem ex mediocribus Clericis, qui eſſe debent numero vigintiocto recipiant grana tria per omnes ipſas horas, quatuor pro æqua diviſione juxta Theſaurarii noſtri arbitrium eroganda; unuſquiſque vero de infimis Clericis, qui debent eſſe triginta pro toto die omnibus horis ipſis recipiant grana duo, quæ in horis eiſdem per portiones æquas, prout fieri commodius poterit, dividi volumus, atque dari. Hoc ſemper intellecto debere ſervari, ut quicunque ad Eccleſiam in horis ipſis non venerit, & uſque ad completum officium non ſteterit in eadem, niſi ſubita fortè corporis inquietudine moleſtatus diſtributione partis per horam, qua defuerit, contingentis amittat. Et inſuper tam diſtributione ipſa, quam præbendæ uſu, ac perceptione privetur tempore contingenti. Quicunque, niſi infirmus in Baro nimia ſenectute depreſſus, quos pro præſentibus in Eccleſia reputamus, in Eccleſia non reſideat memorata, pecunia tota, quæ per vices ex omnibus defectibus ſubſequenter accreverit, ad opus fabricæ ipſius Eccleſiæ, ut prædicitur acceſſura. Volumus, & ſtatuendo mandamus, ut diſtributio ipſa ſingulis annis à feſto Omnium Sanctorum in antea inchoetur. Adjecto quod ipſum Eccleſiæ prædictæ Capitulum de his, quæ ex diſtributione receperit, ut præfertur Theſaurario ipſi noſtro ſingulis menſibus faciat Apodixam. Anno autem diſtributionis prædictæ finito, Theſaurarius ipſe finalem de particularibus annuis receptis, & datis, & quoquo modo expenſis coram Stratigoto, vel Capitaneo noſtro in Baro, non aut ſi fuerit Stratigotus, vel Capitaneus inibi coram judice regionis, Priore quoque ipſius Eccleſiæ, vel ejus locumtenente, & coram eodem Capitulo, videlicet ad Congregationem Capituli deputato ponat annis ſingulis rationem, cui per illos finalis ad certitudinem, & cautelam in poſterum depoſitatæ rationis hujuſmodi fiat quietantiæ Apodixa. Præterea volumus, & tenore præſentium ordinamus, ut Capitulum ipſius Eccleſiæ Confeſſoris pro veſtibus Canonicorum ipſorum percipiat deinceps, & habeat duas partes omnium redditiuum, atque proventuum Eccleſię Omnium Sanctorum Barienſi territorii annexæ quidem auctoritate Apoſtolica, & unitæ ipſi Eccleſiæ Confeſſoris: tertia parte reliqua dictorum proventuum Priori acceſſura, & remanente prædicto. Si qua verò pecuniæ quantitas dictorum proventuum duarum partium prædictarum ex hujuſmodi dictorum Canonicorum defectibus prædiſtinctis ſucceſſivè ſupererit, in reparationem ipſius Omnium Sanctorum Eccleſiæ convertatur. Sic equidem quod ſi ipſa ſuperextans de defectibus quantitas reparationi dictæ Eccleſiæ Omnium Sanctorum non ſufficiat, opportunè, ex omnibus ejus proventibus, tam ſcilicet ipſarum duarum partium, quàm reſiduæ tertiæ ſucceſſivè reparatio ipſa fiat. Inſuper quia nemini licitum eſt falcem ſuam auctoritate propria in meſſem immittere alienam, interdicimus arctius, & ſub pœna unciarum auri decem applicandarum modo quo ſupra operi fabricæ ipſius Eccleſiæ Confeſſoris, expreſſius inhibemus, ne quiſpiam laicus, cujuſcunque conditionis exiſtat ſe de factis ejuſdem intromittat Eccleſiæ, niſi forte qui hæc à Priore, vel ejus Vicario, & Capitulo ipſius Eccleſiæ fuerit requiſitus, in cujus contrario ad pœnam ipſam ex nunc, prout ex tunc de noſtra certa ſcientia mulctamus ejuſdem noſtrę prohibitionis laicum tranſgreſſorem. Demum quia labilis eſt memoria hominis, & diuturna volubilitate temporis evaneſcit,*

adji-

*adiicimus, ſtatuimus, & mandamus, ut quando, & quoties Theſaurarius ipſe noſter, cujus ad nos, ut præfertur inſtitutio pertinet, in eadem Eccleſia ſtatuetur, teneatur ſtatutus hujuſmodi Theſaurum ipſius Eccleſiæ, clavemque altaris, in quo corpus glorioſi præfati reconditur Confeſſoris attentius cuſtodire, & rectam diſtributionem, ac partium Canonicorum, & Clericorum abſentium in fabricam convertere memoratam, nec non de omnibus, & ſingulis rebus ejuſdem Eccleſiæ, ſive in Theſauro, ſive in aliis conſiſtentibus quæque ſint, publica quatuor inventaria facere, quorum unum ſibi retineat, ſecundum in Camera noſtra, tertium Priori, & quartum Capitulo ejuſdem Eccleſiæ ſtudeat aſſignare. Priore autem prædicto cedente, vel decedente, Theſaurarius ipſo locum Prioris teneat, & adhibitis ſibi duobus de Canonicis ipſis bona omnia, fructus, redditus, & proventus Prioris, & prioratus ipſius pro futuro ſucceſſore percipiat, & conſervet, donec per nos, hæredes, vel ſucceſſores noſtros tantum proviſum fuerit de Priore. Et tam ipſe, quam omnes, & ſinguli Clerici ejuſdem Eccleſiæ teneantur corporalia ſigillatim ſacramenta præſtare, quod de rebus, & bonis hujuſmodi nihil penitus alienent, vel alienari per quempiam quomodolibet patiantur. Theſaurario autem ipſo cedente, vel decedente, Cantor, Cuſtodes duo altaris, & duo partitores, & cuſtodes duo ipſius Eccleſiæ, & theſauri, cuſtodiam ipſius Theſauri, ac clavis, & celſæ de Prioris conſcientia percipiant, & conſervent, donec ibidem Theſaurarius per nos, vel hæredes noſtros tantum fuerit conſtitutus, qui nullo expectato à nobis mandato prædicta reſtituant, & aſſignent. Quia verò multa jocalia pretioſa quoque & alia nonnulla contulimus ipſi Eccleſiæ Confeſſoris, quæ ex certa noſtra ſcientia dedicamus, & ipſi Eccleſiæ volumus perpetuò remanere ſub conſervatione ſimili, & non alienatione quacunque, ſtatuimus, & etiam ordinamus conditione adjecta, quam in hac parte perpetuò inſitam, & annexam intelligi volumus, quod tam ipſe Prior, iſto qui nunc eſt duntaxat excepto, pro eo, quod Cardinalitia fulget, & fungitur dignitate, & Theſaurarius, quam & ſinguli Clerici memorati, de hoc obſervando tenaciter à præfatis ordinationibus, ſeu conſtitutionibus noſtris prout ſatis ſupra ſunt diſtincta Capitulis perpetuo, & inviolabiliter attendendis corporale præſtent ad ſancta Dei Evangelia juramentum. Et ſi alienationem ipſam fieri contigerit quoquo modo, reſervamus nobis, quod Prior, Theſaurarius, & ipſum Capitulum, ſi fortè alienationi hujuſmodi conſenſerit, tamdiu bonis, redditibus, & proventibus ſuis privetur omnino, ac percipiantur ad ejuſdem opus Eccleſiæ, donec de integro valore rei alienatæ hujuſmodi indemnitati ejuſdem Eccleſiæ ſatisfiat, & amplius poſſimus illa à detentore quocunque ad utilitatem ipſius Eccleſiæ revocare, injectione manuum in eadem, nobis, noſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus . . . . reſervata, hoc autem expreſſum adjicimus, nobiſque penitus reſervamus, ut in præmiſſis omnibus, & ſingulis, & etiam circa ea, ſi quando pro rerum varietate, vel temporum videatur nobis ex cauſa quicquam immutandum, corrigendum, addendum, minuendum, vel forſitan reformandum ad honorem Dei, & prædicti glorioſiſſimi Confeſſoris liceat libere nobis illud immutare, corrigere, addere, minuere, ac reformare abſque objectu, anfractu, contradictione, vel obſtaculo cujuſcunque. In cujus rei fidem, perpetuamque memoriam, præſens privilegium fieri, & pendenti majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Dat. Neap. per Nicolaum Frieziam de Ravello, &c. An. Dom. 1304. die 20. Julii 2. Ind. Regnor. noſtr. an. 30.*

Plura etiam Carolus Rex Eccleſiæ S. Nicolai addidit ornamenta, & cum a Romualdo Archiepiſcopo Eccleſiam S. Gregorii de Mercatello prope eandem D. Nicolai ędem ſitam expetiiſſet, Romualdus liberaliter Regiæ majeſtati conceſſit, ac publico documento donavit ann. 1307. hæc verba.

*Romualdus miſeratione Divina Barinæ, & Canuſinæ Sedis Archiepiſcopus.*

*Univerſis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus quam futuris. Dum tamen a beneficia per Sereniſſimum Principem Dominum noſtrum Reverendum Dominum Carolum II. Dei gratia Jeruſalem, & Siciliæ Regem illuſtrem nobis, & Eccleſiæ noſtræ liberaliter impenſa recolimus, nos eidem ad complacendum obnoxios multipliciter invenimus in iis præſertim, quæ pium ejus, & ſalubre propoſitum adjuvent, & in Dei reverentiam, & Sanctorum aperte redundent. Sanè Dominus ipſe noſter ad B. Nicolaum Confeſſorem egregium, & ad ejus Eccleſiam de civitate Baren. in ipſius honorem extructam, in qua corpus illius ſanctiſſimum quieſcit, gerens eximiæ devotionis affectum, licet eamdem Eccleſiam jam honoribus immenſis extulerit, privilegiis favorabilibus, & largitionibus munificis ampliarit, adhuc tamen illam non deſinit oculo proſecutionis benignæ reſpicere, ipſiuſque procurare jugiter incrementa, quaſi nil ſufficiens extiterit ſe feciſſe, ſicque nuper Eccleſiam ſancti Gregorii de Mercatello ſitam in civitate jam dicta juxta prædicti Confeſſoris Eccleſiam pro certis neceſſitatibus Eccleſiæ ſæpe fatæ valdè reputans opportunam petiit à nobis inſtantius, ut eam Eccleſiæ S. Nicolai præd. in perpetuum concedere gratioſè vellemus. Quia igitur propoſitum nobis eſt circa talia maximè ipſius Domini noſtri votis annuere cum in hoc etiam indubie ſupponamus ipſum Beatiſſimum Confeſſorem apud Deum efficacem interceſſorem habere, Eccleſiam ipſam ſancti Gregorii cum circuitu, curti, & ſuis pertinentiis aliis ſibi contiguis liberè, & abſque cenſu, vel juris ſolutione cujuſlibet, necnon omni juriſdictione ſpirituali, vel temporali nobis, aut noſtræ Barenſi Eccleſiæ in illis quomodolibet pertinente Eccleſiæ ſæpefatæ ſancti Nicolai, tam ipſius Confeſſoris intuitu, quam Regiæ petitionis obtentu, in quantum ad nos pertinet, & pertinere poteſt, de voluntate, & conſenſu Capituli noſtræ præd. Eccleſiæ damus, donamus, tradimus, & in perpetuum concedimus de gratia ſpeciali. Olivis tamen, terris, domibus poſſeſſionibus, juribus omnibus aliis ad ipſam Eccleſ. S. Gregorii ubilibet extra contiguitatem præfatæ Eccl. S. Nicolai ſpectantibus & ſpectare debentibus & inſuper omni juriſdictione temporali & ſpirituali ad nos & noſtram Barenſem Eccleſiam in illis quomodolibet pertinentibus à conceſſione prorſus excluſis hujuſmodi, nobis, ſucceſſoribus noſtris, ac ipſi noſtræ Eccleſiæ Barenſi ſpecialiter reſervatis. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri fecimus, & pendenti ſigillo noſtro, ſubſcriptione propria, necnon & ſubſcriptorum Canonicorum dictæ noſtræ Barenſis Eccleſiæ ſubſcriptionibus juſſimus communiri. Actum & Datum Bari 22. Novemb. 6. Ind. Pont. D. Clementis Papæ V. an. 3.*

*Ego Romualdus Dei gra. Barinę & Canuſinę ſed. Archiep.*
*Ego Jacobus Barenſis Eccl. Archidiaconus.*
*Ego Abbas Grimoaldus Baren. Eccl. Canonicus.*
*Ego Joannes Camelus Archipresbyter Poli Baren. Eccleſ. Canonicus.*
*Ego Abbas Leo Eccl. Baren. Canonicus, & Archidiaconus Melſicenſis.*
*Ego Marinus Baren. matris Eccl. Canonicus, & Sacriſta.*
*Ego Simeon Baren. matris Eccl. Canonicus.*
*Ego Dominus Dauferius Baren Eccl. Canonicus.*
*Ego Abbas Biſantius Locumſcraſſi Baren. Eccl. Canonic.*
*Ego Domnus Jacobus Baren Eccl. Canon.*
*Ego Jaconus Nicolaus Baren Eccl Canon.*
*Ego Jaconus Marinus Baren. Eccl. Canon.*
*Ego Joannes Home Baren. Eccl. Canon.*
*Ego Benedictus Baren. Eccl. Canon.*
*Ego Petrus Gaudius Archidiac. Bar. Eccl. Canon & Presb.*
*Ego Abbas Joannes dictæ Eccl. Canon.*
*Ego Domnus Nicolaus Baren. Eccl. Canonic. Archidiac. Butontinus*
*Ego Piſcopus Baren Eccl. Canon. Archipresb. Aquavivæ.*
*Ego Abbas Jacobus Canon. Baren. Eccl.*
*Ego Biſantius prædictæ Eccleſiæ Canonicus.*
*Ego Abbas Pilipius Baren. Eccl. Canon.*
*Ego Petrava Baren Eccl Canon.*
*Ego Joannes de Are Baren Eccl. Canon.*
*Ego Riccardus Baren. Eccl. Canon.*
*Ego Nicolaus Baren Eccl. Canon. Presb.*
*Ego Joannes Presb. Canon. Baren matris Eccl.*
*Ego Jaconus Nicolaus Baren matris Eccl Canon.*
*Ego Angelus Canon Baren. matris Eccl.*
*Ego Jaconus Gualterius Baren. Eccl Canon.*

Piam liberalitatem Regis Caroli erga Eccleſiam ſancti Nicolai proſequutus eſt Clemens V. Pontifex Maximus, qui ſuo diplomate anno eodem 1307. donatiooes Caroli aſſeruit, & Eccleſiam alio diplomate perpetua indulgentia nobilitàvit. Exempla extant in eodem libro pag. 651. & 654.

*Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Priori & Capitulo Eccleſiæ ſancti Nicolai Barenſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cumà nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tum vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Rex Siciliæ illuſtris gerens ad Eccleſiam veſtram ſancti Nicolai Barenſis ſpecialis devotionis affectum, & volens pro ampliando ibidem cultu divini nominis, redditus ejuſdem Eccleſiæ augmentare quadringentas uncias auri annui redditus percipiendas à vobis in proventibus fundici & doghanæ civitatis Barenſis ad ipſam Regem ſpectantibus, vobis & eidem Eccleſiæ pia liberalitate conceſſit. Poſtmodum vero inſpecta utilitate dictæ Eccleſiæ Caſtrum Rutiliani & caſtrum ſancti Nicandri ad dictum Regem ſpectantia, pro trecentis unciis de quantitate prædicta, & deinde pro reſiduis centum unciis dictæ quantitatis quadringentarum unciarum auri caſtrum Grumi, quod Conſtantia de Monteſuſculo uxor Joannis de Morra, ab ipſo Rege tenere dicitur, poſtquam ad ipſum Regem devenerit jure permutationis Eccleſiæ prædictæ conceſſit. Idem quoque Rex ad ſtatum proſperum ipſius Eccleſiæ ferventer intendens, quaſdam dignitates Theſaurariam, Cantoriam, & Subcantoriam in ipſa Eccleſia voluit eſſe de novo, quibus videlicet Theſaurariæ Presbyteratum Altemuræ Gravinenſis, Cantoriæ vero ſanctæ Trinitatis, & Subcantoriæ ſanctæ Mariæ de Caſarano Licienſis diœceſis Eccl. ſunt ad collationes dicti Regis ſpectantes cum juribus, redditibus & pertinentiis ſuis incorporavit, annexuit & univit, nonnullas inſuper libertates, & immunitates, jura & juriſdictiones vobis, & ipſi Eccleſiæ ſancti Nicolai, ac miniſtris ejuſdem conceſſit, atque gratioſe donavit, prout in privilegiis ac patentibus litteris dicti Regis ſuper his confectis hæc omnia dicuntur plenius & ſerioſius contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati prædicta quæ à prædicto Rege ſic pie & liberaliter facta ſunt rata & grata habentes, ea authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes de plenitudine poteſtatis omnem juris defectum, ſi quis in præmiſſis, vel eorum aliquo poſitum extitiſſet. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & ſuppletionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Pictavis 3. Id. Aug. Pontif. noſtri anno 3.*

Idem Pontifex ſub eadem data conceſsit Clero ejuſdem Eccleſiæ mortuos proceſsionaliter deportandi ac ſepeliendi.

Et Avenione 12. Kal. Jul. pontificatus anno 2. confirmaverat omnes immunitates, tam à prædeceſsoribus Pontificibus, quam ab aliis quibuſcunque principibus conceſsas.

*Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Splendor paternæ gloriæ qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur ut Eccleſiam Beati Nicolai Confeſſoris Barenſis, in qua ipſius beati Nicolai Confeſſoris corpus venerabiliter requieſcit, & ad quam propter diſtillationem liquoris qui ex ipſius glorioſiſſimi Confeſſoris oſſibus, ut pie creditur inceſſanter emanat, populorum maximus de diverſis mundi partibus fit concurſus, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſti fideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eandem quo uberiori dono cœleſtis gratiæ perſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in feſtis Pentecoſtes, & octavæ ſequentis diebus unum annum & quadraginta dies, qui vero per ſex dies feſtum ipſum immediate ſequentes devote viſitaverint annuatim centum dies de injunctis eis pœnitentiis, ſingulis videlicet feſti & octavarum ipſarum diebus, quibus dictam Eccleſiam ut præfertur, viſitaverint, miſericorditer relaxamus. Datum apud Villam novam Avenion. dioec. 7. Kal. Aug. Pontif. noſtri an. 2.*

Dum etiam hic Romualdus Barenſibus jus divinum diceret, Romana Caſamaſsima Abbatiſsa cœnobii ſanctæ Scholaſticæ ab incunabulis eo in monaſter. educata, cœnobium pluribus ditavit redditibus & ædificiis exornavit ex pia Romualdi voluntate anno 1308. Sigillatim hęc explicant inſulſi verſus eo ſæculo inſculpti in marmore, qui adhuc extant ad parietes.

*Tempore quo Chriſtus deſcendit ab arce ſuperna*
*Virginis in gremium de majeſtate paterna,*
*Annis millenis trecentis inſuper octo,*
*Hoc opus exegit cum Paſtore Romualdo,*
*Abbatiſſa placens cunctis, geſtamina plena,*
*Nomine Romana, mens cujus ſtat bene ſana.*
*Filia virgo fuit hæc quondam Sire Joannis,*
*Deque ſuis dominis miles, Caſamaſſima, magnus*
*Menſibus atque novem cum jam foret ipſa creata,*
*Cum genitrice ſua fuit hac in ſede locata;*
*Vigeſimo quinto fuit anno poſtquam ſacrata,*
*Namque prius fuerat monialibus hæc peramata.*
*Hoc opus, & alia beneficia jam bona valde*
*Fecit jam ſtante, bone Præſul, te Romualde,*
*Sextaque currebat indictio, quando regebat*
*Rex Carolus Regna, Regum prælucida perla.*

*Ego Domna Romana Abbatiſſa inter alia beneficia quæ ego feci, emi clauſuram unam, quæ eſt in loco ſanctæ Trinitatis, feci campanile & campanas, hoc qui legitis, orate pro me.*

Sequenti anno 1209. die 3. Februarii egregius Præſul Romualdus cum ſediſſet an. 26. ſpiritum exhalavit, & mœſtæ civitati ingens ſui deſiderium reliquit, cujus corpus honorifice in ſacello ſancti Joannis Cathedralis à ſe constructo ſepultum eſt, addito in tanti viri æternam memoriam ad vivum marmoreo ſimulacro. Vacaviſſe ſedem annum unum menſes undecim propter diſſenſiones in Archiepiſcopi Romualdi ſucceſſores exortas perſpicuum redditur ex epiſt. Clementis V. reg. Vat. ut inferius referemus. De Romualdi obitu ita in veteri libro Mſ. Archiepiſcopalis archivii legitur. *Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo trecenteſimo nono ſeptimæ Indictionis die Lunæ tertio Februarii. Obiit bonæ memoriæ Dominus Romualdus Barinæ & Canuſinæ Sedis Archiepiſcopus, qui vixit in Archiepiſcopatu Barenſi annos viginti ſeptem, & ſecundo anno quando intravit Eccleſiam ſuam obſedit Caſtrum Bitricti, & cepit illud cum caſale Caſſani, quia occupatum fuerat in vacatione ipſius Eccleſiæ per mortem ſui prædeceſſoris. Et quarto anno ſui Præſulatus, recuperavit Moduneum, quod fuerat alienatum in vita prædicti ſui prædeceſſoris, qui etiam funditus à primo lapide conſtruxit, & ædificavit cellam amoris, & habitationes Montis Johannatii cum una Eccleſia valde pulchra, & ipſum montem de manibus Domini Joannis de Charea extraxit una cum caſale Joiæ, & ſylva Regia, cooperuit Eccleſiam totam de novo, & domos ipſius Archiepiſcopatus, quæ minabantur ruinam refecit, & conſtruxit in ipſis domibus cameram unam magnam, in qua fuit mortuus, ac etiam omnia ornamenta ipſius Eccleſiæ, quam pulchra ſuo tempore fieri fecit, & etiam fecit fieri intus in ipſa Eccleſia altaria duo cum duobus ciboriis marmoreis, unum videlicet ad honorem Virginis glorioſę,*

& aliud

*& aliud ad honorem B. Joannis Evangeliſtæ, in quo ſuum corpus requieſcit. Unde vos, qui legitis rogate Deum pro anima ſua. Amen.*

XX XIX. 47 LANDULPHUS, Canonicus Patavinus, vir nobili genere natus, prudens, & literatus poſt multam Barenſis Cleri diviſionem, & inter duos electos, in Romana Curia diu exagitata diſſidia, ipſis cedentibus, a Clemente V. Pontifice renunciatus eſt Barenſis Archiepiſcopus 8. Kal. Decembris anno ſexto Pontificatus ejuſdem, qui Chriſti fuit 1310. Ita narrat Clemens in epiſtola, quæ extat in regeſtro Vaticano; defuncto enim Romualdo, ſacer Barenſis Senatus in duas partes diviſus, una mag. Matthæum Carazolum Archidiaconum majorem Caleti in Eccleſia Rothomagenſi, altera Matthæum Philamarinum Canonicum Neapolitanum Archiepiſcopos adlegerunt, verum cum unus alteri jus ſuum cedere renuiſſet, uterque in Clementis manibus electioni ceſſerunt, & Landulphus de plenitudine poteſtatis Barenſis Archiepiſcopus evaſit, ſucceſſitque immediatè Romualdo; cui idem Clemens indulſit, ne teneretur munus conſecrationis accipere, niſi ſtatuto tempore, quod ſuis indicat in literis ad ipſum datis Avenione 4. Id. Maii anno Pontificatus 6. hoc eſt anno ſalutis 1311. quæ extant in regeſtro Vaticano Epiſtola 391. fol. 94. Ex iis clarè videri poteſt, quam longe a veritate aberraverint ii, qui de Barenſibus Archiepiſcopis ſcripſerunt, dum poſt Romualdum, Jacobum quendam Galeotam nobilem Parthenopæum ſupponunt creatum Barenſem Archiepiſcopum; defunctum vero anno 1311. cum conſtet Landulphum in demortui Romualdi locum a Clemente V. ſubrogatum fuiſſe anno 1310. vixiſſe verò in ea dignitate ſex ſupra viginti annos; deceſſit enim anno 1337. ac ſepultum fuiſſe in ſacello Cathedralis, D. Catharinæ ſacro, quod ipſe extruxerat. Turris campanaria Cathedralis ab ipſo condita (1) dicitur, & marmoreum pavimentum ejuſdem Eccleſiæ opus Landulphi aſſeritur. Plura item ornamenta, & varia cæteris Eccleſiis ſuæ diœceſis adjeciſſe ferunt. Quo præſule, defuncto Amando de via Diac. Card. Eccleſiæ S. Nicolai Priore, ſucceſſit in ea dignitate Petrus de Moreriis; is ſucceſſorem habuit Antonium de Balzo. Porro Matthæus ille Philamarinus, quem ſupra commemoravimus, ille idem videtur eſſe, qui ſub Joanne XXII. electus eſt Archiepiſcopus Neapolitanus.

(„ *Diœceſim omnem ſancta viſitatione luſtravit* „ *Landulphus, omniam locorum illius matres Eccleſias ævo, & incuria deformatas, ac penè cadentes voluit illicò renovari, & meliori forma, majorique cura ſervari. In ſua æde principe nobiliſſimum odæum extruxit, & ut omnem diœceſim materialiter reformatam, ita & ſpiritualiter etiam omnino voluit; Provincialem idcirco ſynodum coegit, in qua verè ſalutares conſtitutiones ſancivit temporis injuria deperditas. Extat ſolummodo indulgentiarum Bulla tempore celebrationis concilii, non ſolum ab ipſo Archipræſule, ſed ab omnibus ſuffraganeis Epiſcopis ibi præſentibus conceſſarum omnibus D. Catherinæ ſacellum viſitantibus: quare ab ea pendent à filis ſericis albirubris duodecim ſigilla, quorum majus Archiepiſcopi in cera miniatula, reliqua minora Epiſcoporum in mellea, cujus bullæ tenor talis eſt.*

„ *Privilegium D. Archiepiſcopi Landulfi, & aliorum Epiſcoporum ſuffraganeorum de Indulgentia conceſſa Capellæ ſanctæ Catherinæ Virginis.*

„ Landulfus miſeratione Divina Barinæ, & Canuſinæ ſedis Archiepiſcopus. Joannes Botontum. Jacobus Bitectum. Joannes Juvenacien. Guillelmus Cuperſanen. Jacobus Melphicten. Guillelmus Polim. Nicolaus Ruben. Paſchalis Canneuſis. Frater Jacobus Minerbinen. Gaiganus Salpen. Joannes Lavellen. Epiſcopi. Univerſis Chriſti fidelibus per Barinam Diœceſim, & Provinciam conſtitutis ſalutem in Domino ſempiternam. Glorioſus Deus in Sanctis ejus, quorum gloria eſt, & retributor præmiorum, qui in ipſorum glorificatione congaudet, & in veneratione Beatę Catherinę Virginis eo jucundius delectatur; quo ipſa una cum Sanctis aliis meruit in Cœleſtibus collocari. Cupientes igitur tamquam veri ipſius imitatores, ut Capellam in honorem Beatæ Catherinæ Virginis de novo in majori Baren. Eccleſia ædificata extitit, populorum frequentia, honoribus congruis, ac debitis obſequiis frequentetur, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad eandem Capellam quolibet die realiter acceſſerint, & unum Pater cum requie æterna pro anima Franciſci Domini Sar. de Neapoli Baren. Canonici devote dixerint, cujus corpus eſt in eadem Capella reconditum, de omnipotentis Dei miſericordia, & glorioſæ Virginis matris, ac beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli patrocinium præſumentes quadraginta dies quilibet noſtrum de injuncta eis pœnitentia miſericorditer in Domino relaxamus. Dummodò ad id voluntas proprii Diœceſani accedat. Datum Barii anno Domini MCCCXXI. die xv. Menſis Auguſti 4. Indictione.

„ *Anno 1328. extat memoria Landulfi in bulla ab ipſo expedita ſacerdotii S. Petri majoris tunc vacantis per obitum Abbatis Nicolai Comitis Jannoccari in beneficium Abbatis Nicolai Effrem filii Kiri Joannis, ut è Chronic. Vincentii Maſſiliæ. Anno 1330. vaſtum quidem territorium in pertinentiis Materæ, de quo pluries mentio facta fuit, vulgò il* Canale di Gioja, *non ſine magno recuperavit impendio, adeò ut licet antiquitus ſuæ menſæ fuerit, Cerrus emptionis titulo habuiſſe, non dubitavit aſſerere illis verbis:* Emit tenimentum Materaoum, quod dicitur Canalis Joję: *quod ipſæ ſuæ illico ſponſæ reſtituit, quam etiam moriens præter ea, quæ ei vivens donaverat, omnium ſuorum bonorum mobilium, ac ſtabilium hæredem nuncupavit.* Lombardus.)



48 ROGERIUM *Sanſeverinum* Neapolitanæ Eccleſiæ Canonicum poſt Landulphi mortem per viam compromiſſi à Barenſi Capitulo Archiepiſcopum electum, & à Benedicto XII. Papa confirmatum proximè ſucceſſiſſe Landulpho habemus in epiſtola numero 91. regeſtri Vaticani, Datum Avenione 8. Kalend. Aprilis an. Pontificatus 3. qui fuit Chriſti 1337. Munus conſecrationis accepiſſe ab Epiſcopo Card. Præneſtino Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario in iiſdem refertur. Vir iſte nobilitatis clariſſimæ, ingenii, ac rerum experientia Roberto Regi charus apud ipſum magna authoritate valuit, Regni magnus Logotheta & Prothonotarius fuit. Adfuit juramento quod Joanna I. Regina Clementi Papæ XI. præſtitit in manibus Haimerici Card. Legati anno 1344. Præſens fuit etiam conſecrationi Eccleſiæ S. Claræ Neapolit. Vaſa argentea, ac pretioſa paramenta Eccleſiæ ſuæ dono dedit. XL

theca

(1) Non condita, quia ab Joanne Archiep. Ordinis Minorum, ut ſupra diximus, ſed omninò perfecta, ac multo ære campano non unius ponderis ac vocis, ſed ad rationem munci velut concentus an. 1315. ditata.

Theca argentea mirabili opere elaborata brachium S. Sabini incluſit, annuloque pretioſiſſimo ſuæ conſecrationis ſigno decoravit. Cathedralis cælaturam ex plumbo cooperiri fecit. Jura & bona Archiepiſcopalia vindicavit. Cum vero annos decem Barenſem rexiſset Eccleſiam, ejus ſe regimine abdicavit Archiepiſcopus Salernitanus inſtitutus eo ipſo abdicationis die, nempe 10. Kal. Junii anno 6. Pontificatus Clementis VI. qui incidit in annum Chriſti 1347. ut in regeſtro Vaticano epiſt. 21. fol. 2. par. 1. de quo alibi. Cæterum ſi vera ſunt quæ referunt ſupra citata regeſtra Vaticani Archivii, toto cœlo aberraſse fatendum eſt Iſidorum Ugurgerium Dominicani Ordinis eruditum amicum noſtrum, dum in ſuo Illuſtrium virorum Senenſium libro titulo 5. narrat, temporibus Benedicti XII. quendam fratrem Stephanum Gorum Servitam, alterumque ejuſdem inſtituti & patriæ Guillelmum *a* nempe Petronium ſub Clemente VI. Barenſes fuiſse Archiepiſcopos; hæc exſcripſiſse ingenue fatetur à quodam Senenſi fratre Servita, qui multa ad laudem ingenii poſteris credenda mandavit, in liberculo quem attitulavit *Idilio della gratitudine*. Maneat igitur vera hujus Eccleſiæ Præſulum ſeries ab indubietate fidei Vaticanis monumentis concinnata, ſuppoſitoſque Archiepiſcopos ab ea exulare ſinamus.

*a* Hic fuit Vicarius generalis Bartholomæi Prignani Archiepiſc. Baren.

(„ *Anno circiter 1339. à rege Roberto obtinuit Rogerius, ut nundinæ in memoriam feſtivæ quotannis* „ *conſecrationis ædis principis triduo exerceri ſolitæ* „ *per quinque alios dies protruberentur, adeoque* „ *octo dies perdurant, & juſtitiam, quam tunc laici* „ *ad regimen civitatis electi miniſtrabant, à Canonicis ejuſdem ædis, non quoad criminalia, ſed civilia* „ *tantum, omnino voluit miniſtrari, ut ex documentis in Arch. Cathedralis Baren.* Lombardus.)




XLI

49 **BARTHOLOMÆUS** Carraſa, Canonicus Neapolitanus, ea ipſa die 10. Kal. Junii anno 1347. qua Rogerius ad Salernitanam Eccleſiam tranſlatus eſt, ab eodem Clemente ex Apoſtolico Capellano creatus eſt Barenſis Archiepiſcopus, ita in regeſtro Vaticano anno 6. Clementis VI. Pontiſ. epiſt. 7. fol. 4. poſt ſuam conſecrationem more majorum in civitatem & Eccleſiam ſuam ſolemni ingreſſu exceptus eſt. Hic à fundamentis Eccleſiam Moduni exædificavit. Caſsanum muris, foſſis, aggeribus munivit, ac ſancti Eraſmi Caſale Eccleſiæ ſuæ acquiſivit; & cum decem, & novem annos hanc bene rexiſset Eccleſiam, Neapoli mortalitatem explevit anno 1367. die 17. Martii, ſepultus in Eccleſia ſancti Dominici hoc epitaphio ad tumulum inſculpto.

*Hic jacet Reverend. in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Bartholomæus Carraſa de Neapoli juris civilis profeſſor, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Barenſis, qui obiit anno Dom. MCCCLXVII. die 17. Martii 5. Indict.*

Sedente Bartholomæo exceſsit ex hac mortali vita Antonius del Balzo Prior S. Nicolai an. 1353. cui ſucceſsit Marinus Brancaccius, qui ſedit annis 15. & mortuus eſt; is ſucceſſorem habuit Marinum alterum Bulcano, ille qui ab Urbano VI. creatus deinde eſt Diac. Card. & Rom. Eccl. Camerarius. Ejus item temporibus S. Brigitta Noritiæ Princeps, divinarum revelationum dono clara, Barii S. Nicolai lipſana venerata eſt.

(„ *Hic Præſul Bartholomæus Modunium novis mœnibus circumcluſit, & triticum turribus, ac propugnaculis munivit, decimam ſuper dohana ejuſdem civitatis, qua jamdiu ſua Eccleſia ſpoliata fuerat, utrinſque alias gratias à Roberto Tarenti principe, ac Barii domino obtinuit, quapropter ſuæ ſponſæ amplificata dote, potuit illam lanè ornare, unde illicò Pii cognomine honeſtatus fuit.* „ Lombardus.)



XLII.

50. **NICOLAUS** Brancaccius *b* Canonicus Neapolitanus legum Doctor, Papæ Capellanus, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditor, Barenſis Archiepiſcopus per obitum Bartholomæi renunciatus eſt ab Urbano V. ann. Pontiſ. 5. Dat. Avenione 2. Id. Apr. ſalutis 1367. ita in lib. Proviſ. Prælat. Sedit in hac Eccleſia annis fere decem, & a Gregorio XI. tranſlatus eſt ad Cuſentinam Eccleſiam circa finem anni 1376 *c*. ex eodem lib. An. vero ſequenti 1378. a Clemente VII. Antipapa creatur Presbyt. Card. tit. S. Marci; ſub ejus, tum & Benedicti XIII. obedientia Avenione vixit, eumque reliquit an. 1409. & Piſas accedens Concilio generali, comitiis Alexandri V. interfuit. Mortuus eſt Florentiæ 3. Kal. Julii anno 1412. Joannis XXIII. obedientia ibidem ad ſanctam Mariam Novellam ſepultus.

*b* De eo Baluzius in Vitis Pap. Aven. tom. 1. p. 856.

*c* 1377. 14. Aprilis.



XLIII.

51 **BARTHOLOMÆUS** Prignanus *d* Neapolitanus, origine Piſanus, ex Archiepiſcopo Acheruntino ad Barenſem Eccleſiam tranſlatus eſt per tranſlationem Nicolai Brancaccii ad Cuſentinam an. 1376 *e*. & recognovit, ſolitumque ſubſidium ſolvit ſacro Cardinalium Collegio pro ſe, proque Nicolao prædeceſſore anno 1376. die 27. Januarii, ut ex libr. oblig. Prælat. ſub Gregorio XI. habetur, unde ſatis compertum eſt Bartholomæum ſucceſſiſse Nicolao Brancaccio, paucoque tempore, qui forte Barium non vidit, ſed per alios eam Ec-

*d* De quo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 613.

*e* 1377. 10. Aprilis.

cle-


cleſiam rexit, cum in Curia ſub Gregorio munus Regentis Cancellariæ Apoſtolicæ egiſſet, quem an. 1378. ad ſummum Pontif. aſſumpſerunt ſub nomine Urbani VI unde teterrimum ſchiſma irrepſit in Eccleſiam Dei ob Clementis VII. illegitimam creationem. Cæterum in iis temporibus (ut non ſemel dixi) quibus Eccleſiam Dei ſchiſmata devexabant, plures ſimul Pontifices Epiſcopos creabant, haud facilè poſſe exprimi tempus, in quo quiſque, ſive jure, ſive perperam titulum illum fuerit conſequutus; quod ipſum conſtat eveniſſe in hac Barenſi Eccleſia poſt Bartholomæi ad Apoſtolatus apicem aſſumptionem, cum duo fuiſſent ad Barenſem ſedem eodem tempore aſſumpti.

( „ *Extat hujus Pontificis Urbani memoria Neapoli in D. Mariæ Novæ in ſacello Prignanæ gentis* „ *tenoris hujuſmodi.*

„ Urbanus Papa VI. ex familia Prignana
„ Neap. natus, ſed à Piſis oriundus. Bari
„ Archiepiſcopus ante erat; Is mortuo
„ Gregorio Papa XI a Cardinalibus IV. Id.
„ Aprilis in Conclavi conſentientibus
„ Pont. Opt. Max. fuit renunciatus, &
„ XIV. Kal. Maii Papatus inſigne aſſequutus fuit. Sedit magno tumultu annos XI.
„ mens. VI. dies VI. obiit Romæ anno
„ MCCCLXXXIX. III. Id. Octob jacet
„ in Baſilica S. Petri. *Lombardus.* )

52 NICOLAUS [a] ignotus patria, & familia, ac longè diverſus à Nicolao Brancaccio, in locum Bartholomæi, tunc Urbani VI. in hanc Eccleſiam a Clemente Antipapa intruſus habetur in lib. obligat. ejuſdem Pſeudo-pontificis, cum 21. Febr. ann. 1379. ſolitum ſubſidium Cardinalium Collegio ſpopondiſſet. Hic, quem Ughellus cum Nicolao Brancaccio confundit, Barenſis Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus 25. Octobris 1380 ſolemni ritu Barum ingreſſus eſt. Quanto tempore in ea fuerit dignitate non conſtat; conſtat tamen illum, vel è vivis exceſſiſſe, vel ad aliam translatum fuiſſe dignitatem a Clemente ipſo anno 1383. cum eo ipſo anno, die 25. Octobris Guillelmus quidam ab eodem Clemente Pſeudopapa in Barenſem Eccleſiam intruſus, ſubſidium promiſerit pro ſe, & recognoverit pro Nicolao prædeceſſore, ut pateat idem oblig. lib. ejuſd. Clementis.

[a] Omittendus utpote infus.



XLIV.

53 LANDULPHUS Marramaldus [b] Neapolitanus Guillelmi filius, æſtuante inter Urbanum VI. & Clementem VII ſchiſmate, ab Urbano poſt ſuam ad Pontificatum aſſumptionem, Barenſis Archiepiſcopus electus eſt ann. 1378. contra Nicolaum ab Pſeudo pontifice intruſum, ut illius Provinciæ Epiſcopos in ſuas traheret partes. Attamen cum factioſa Antipapæ, ac Joannæ Reginæ auctoritas prævaluiſſet, Landulphus ſuam adire Eccleſiam non valuit, & nedum conſecratus, ab eodem Urbano S. R. E. Cardinalis Diac. ſancti Nicolai in Carcere Tulliano creatus eſt anno 1381. Barenſis Cardinalis nuncupatus; eam Eccleſiam in adminiſtrationem accepit, quem pauló poſt anno ſcilicet 1384. ut Ciaconius ſcribit, tanquam Regis Caroli præcipuum fautorem, & proditæ majeſtatis reum honore illi collato privavit. Subſtituit Urbanus in Barenſis dignitatis faſtigio eo ipſo anno 1384. Jacobum Caraſam, ut mox dicemus. Landulphus verò demortuo Urbano à Bonifacio IX. cum Adam Anglico, & Bartholomæo Reatino 15. Kal. Januarii 1389. Romæ Senatui reſtitutus, ſub quo, & ſequentibus Pontificibus multis, & ampliſſimis legationibus ſtrenuè functus eſt: Primum enim maxima cum poteſtate Legatus fuit Æmiliæ, & Florentiæ, & in omni ditione, oppidiſque Antonii Geltrii, Pandulphi, & Galeotti Malateſtarum, qui de Urbinatium Imperio decertantes, periculoſum bellum gerebant, quibus cognoſcendis, terminandiſque antea miſſus fuerat Joannes Caracciolus, qui parum profecerat, ejus enim ſententia, quam ambæ partes publicatam aſportaverunt, neglecta nec mutua odia remiſſa erant, & atrox adhuc bellum inter eos perſeverabat, Bonifacius appellat eum litteris ſuis Cardinalem, agendi bene magis, quam loquendi avidum: poſtea in utraque Sicilia citra, & ultra Pharum, legationis onus eodem Pontifice ſuſtinuit. Ad hæc in Regno Neapolitano, quo tempore inter Regem Ladislaum, & Regni Proceres feralibus odiis inter ſe diſſidentes, omnium controverſiarum componendarum arbiter à Pontifice Bonifacio factus, ſua opera, & diligentia arctiſſimo inter eos fœdere inito, & amicitia compoſita, cuncta pacavit, bullæque ejuſdem Pontificis executor fuit. Ab Innocentio VII. legatione Peruſina honeſtatus, integrè ei urbi præfuit. Quam verò eſſet rerum gerendarum dexteritate mirificus, à Concilio Piſano in Germaniam pro ſchiſmate tollendo, & ut Theutonicos Prælatos, & Principes ad Synodum Piſanam convocaret, Legatus miſſus. Noviſſimè Joannis XXIII. anno primo ad Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ, Navarræ, Granatæ, & totius Hiſpaniæ Regna pro unitate Eccleſiaſtica, Concilio Generali celebrando legationem ampliſſimam cum facultate, ut Petrum de Luna ad obedientiam reciperet, & cum eo concordiæ aliquam rationem iniret, quanquam Petri ejuſdem pertinacia nihil factum fuerit. Interfuit Comitiis Innocentii VII Gregorii XII Alexandri V. & Joannis XXIII. & quidem ſine ulla labe. In Piſani Concilii conflictu virum integerrimum ſe geſſit; demum cum Conſtantiam cum Joanne XXIII. ad generale Concilium profectus eſſet, paulo poſt ejuſdem Pontificis abrogationem eo loci, ubi ad eam diem ſummæ virtutis conſtanti omnium teſtimonio ſpecimen dederat 17. Kal. Novembris an. 1415. rebus humanis exceſſit, apud Prædicatores ſepultus. Hæc digniſſimi Cardinalis præclariſſima facinora, & labores, ex aliis narrat Ciaconius. De familia Marramalda legendus Carolus Borellus in lib. cujus titulus, Vindex Neapolitanæ nobilitatis animadverſio in Franciſci Ælii Marcheſii librum de Neapolitanis familiis.

[b] De eo Ciaconius Oldoin. t. 2. col. 652.



54 JACOBUS Carrafa Neapolitanus, antea XLV.

Epiſ-

Epiſcopus Imolenſis ad BarenſemCathedram tranſlatus eſt ab eodem Urbano anno 1384. poſt Landulphi depoſitionem. Hic, ut refert Beatillus, paulo poſt ſuam creationem ab eodem Urbano eadem exutus dignitate, quod Clementis partes per ſummam ingratitudinem conſectatus fuiſset, quam deinceps a Bonifacio IX. abjurato Clemente recepit. Reperi illum ſub eodem Bonifacio anno 1392 Archiepiſcopum Barenſem, Apoſtolicum Referendarium, & Cubicularium aſſertum in obligat. lib. cui committitur facultas abſolvendi eos, qui abjurato ſchiſmate ad unionem Romanæ Eccleſiæ in Barenſi diœceſi redirent, in eoque libro notatur ejus obitus annus 1400. & ſucceſsor Nicolaus Paganus, de quo infra.

(„ *Hic Epiſcopus Jacobus totus fuit in evellendis* „ *à ſua diœceſi variis abuſibus, qui vel per abſentiam* „ *legitimorum, vel per intruſionem illegitimorum* „ *Præſulum irrepſerant. Divinum cultum temporum* „ *vitio valdè labefactatum reſtituit. In die Aſſumptionis B. Mariæ Virginis titularis ſui templi Cathedralis, & in illo D. Sabini indulgentias à ſancta Sede obtinuit. Epiſcopalem domum propè labentem à fundamentis anno 1395. pene refecit,* „ *ut è ſuis gentilitiis adbuc patet inſignis.* Lombardus.]

XLVI 55 NICOLAUS Acconciamuro Neapolitanus a Beatillo refertur inter Barenſes Archiepiſcopos electus ab Urbano VI. quem habet ſucceſſiſse privato Jacobo, parumque in ea dignitate vixiſse, defunctum Bitonti die 18. Novemb. 1387. ſed hujus Nicolai electio non extat, neque de ipſo ulla mentio, tum in lib. oblig. Urbani, tum Bonifacii ſucceſsoris; fides ſit penes ipſum.



XL VII. 56 ROBERTUM è familia Sanſeverina Neapolitanum Nicolao Acconciamuro ſucceſsorem attribuit idem Beatillus; tamen ejus electionem non habemus apud ſæpè citatos Oblig. & Proviſionum Prælat. libb. ſub iiſdem Pontificibus, neque etiam Pſeudo-Pontificis Clementis. Fides etiam de hoc apud eundem eſto

XL VIII. 57 NICOLAUS Paganus Neapolitanus poſt exceſsum Jacobi Carrafæ a Bonifacio IX. legitimus Barenſis Archiepiſcopus adlectus eſt 3. Id. Auguſti anno 1400. Hic in ſua obligatione facta 28. Septemb. ejuſdem anni recognovit etiam pro Domino Jacobo prædeceſsore ſuo, ac Domino Landulpho in Carcere Tulliano Diac. Cardinali, Eccleſiæ Barenſis Commendatario antepræedeceſsore ſuo, ita in eod. lib. fol. 161. ubi nulla extat memoria Nicolai Acconciamuri, neque Roberti Sanſeverini, quos præterire non poterat, ſi ab Urbano legitimo Pontifice Barenſes Archiepiſcopi adlecti fuiſſent; videtur aſſerendum, hos duos, Nicolaum,

A



B nempè Acconciamuro, & Robertum gratis inter Barenſes Archipræſules adnumeratos fuiſſe, vel ſaltem ab Clemente intruſos (1). Cæterum Nicolao ſedente, Joanna II Regina omnia bona, & jura, quæ in ſua diœceſi Barenſis Eccleſia ab anteceſſoribus Regibus, Principibuſque olim data acceperat, publicis tabulis confirmare, & rata habere voluit. Hoc inſuper Archipræſule Puppi in Tuſcia obiit B. Jacobus de Bario Ord. Minorum. Sedit Nicolaus fere annis 25. cum implicitam litem cum Clericis ſuis diù exercuiſſet, a Martino V. Papa ad Hydruntinam Eccleſiam tranſlatus eſt anno ſal. 1424. die 11. a Decembris. a Die ultima Decemb.

C



XLIX. 58 FRANCISCUS Ayellus Salernitanus, Riccardi filius, primum Cavenſis Eccleſiæ Epiſcopus, mox Tudertinus evaſit, deinde Archiepiſc. Barenſis die b 19. Januarii 1425. Corrigenda eſt ſeries noſtra Cavenſium Epiſcoporum tom. 1. fol. 655. ubi pro Barenſi legitur Salernitanus, & annus 1426. pro 1425. In Cathedrali altare majus ad honorem immaculatæ Virginis Mariæ conſecravit die 6. Junii 1428. Florentino Concilio interfuit anno 1439. ſeque ſubſcripſit his verbis. *Ego Agellus Epiſcopus Barenſis me ſubſcripſi.* Egregiam prudentis viri opinionem apud omnes aſſequutus deceſſit ann. 1453. b 13 Id. Decemb. 1424 ex Actis.


D

L. 59 Fr. GUIDO Guidanus de Lycio Ord. Minorum inſignis Theologus, Alexanus, inde Lycienſis Epiſcopus ad Barenſem Archiepiſcopatum tranſlatus eſt 3. Id. Julii anno 1453. Nicolao V. Pontifice, quo munere unum tantum annum, & menſes aliquot functus eſt. De eo Acta Conſiſtor. In cœnobio Lycienſi, ubi habitum ſumpſerat, in clauſtro ad ejus depictam imaginem hæc pauca penicillo conſcripta verba leguntur.

*Fr.*

(1) Nos tamen de Nicolao, & Roberto in hanc imus opinandi licentiam. Landulphum jam omni denudatum officio, dignitate, & jure Barenſis Eccleſiæ in iis, leniſſimum ſucceſſorem habuiſſe Jacobum Carrafam. Cum deinceps aſſeratur Barenſis Eccleſiæ Commendatarius, id evenire minime potuit, niſi poſt ejus ad Eccleſiaſticos honores reſtitutionem initio Pontificatus Bonifacii IX. à quo Jacobus etiam Carrafa quia ad hujus regiminis jura vocatus eſt, ea lege id fortaſſe factum fuit, quod Landulpho in commendam cederet hæc Eccleſia, quoad viveret, Jacobo in titulum cum ſua congrua reddituum portione: & pro eo interim deturbati Jacobi Nicolaus, & Robertus ſucceſſivè præfuerunt. In libris Obligationum deſcripti non reperiuntur, vel quia potentia factioſorum diſtracti ab ea promiſſione ſolvendi ſubſidium juſto Pontifici, vel quia aliis de cauſis ad eam promiſſionem vocati non fuerunt: quod quidem compertum habemus quandoque diutius dilatum fuiſse poſt electionem ad Eccleſiarum regimina: & alios ſæpius temporibus his enumeratos Epiſcopos, quorum nulla in libris Obligationum mentio apparet. *Laurentius*.

*Fr. Guidus Guidanus Lycius,*
*ſummus Theologus,*
*Leocadici,*
*Lycienſiſque Antiſtes,*
*Barique Archiepiſcopus*
*benemeritus.*



LI. 60 LATINUS Card. Urſinus *a* Archiepiſcopus Compſanus Tranenſis, & Urbini Epiſcopus, à quo ad Barenſem Eccleſiam traducitur die 9. Decembris 1454. Princeps inauditæ liberalitatis, & iis ingenii, prudentiæ, pietatis, aliarumque virtutum ornamentis auctus, ut cujuslibet honoris faſtigium illius dignitati convenire omnium teſtimonio poſſet. Hic ad cumulum gloriæ Ferdinandi Aragonii primi, utriuſque Siciliæ Regis, Pio II. Pontifice demandante, Barii in Eccleſia s. Nicolai eum * ritè ſuſcepit ann. 1464. ut ex ſequenti, pulchro documento licet aſſerere ex tabulario eiuſdem Eccleſiæ exempiato.

*a* De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col 970.

* Ex App. tom. 9.

*M. CCCC. LXIIII.*
*Indictione duodecima.*

*Die lunæ 14 Novembris 1464. ſuperveniente nocte hora 12. ejuſdem obiit Illuſtriſſ. Princeps Tarenti Joannes Antonius de Urſinis, & Die martis ſequente venit nuncium ſuæ mortis Barum, per Dominicum de Nitto palam licet aliquid occulte dixit, primo & Civitas Bari gubernata fuit per viginti decem nobiles, & decem viros populares, quatuordecim diebus poſt mortem ipſius principis, & quinto decimo qui fuit dies martis vigeſimus nonus ejuſdem erectum eſt vexillum Regis Ferdinandi primo in Caſtro, deinde dictum vexillum fuit benedictum in Eccleſia S. Nicolai, & delatum per rugam francigenam ad plateam, & die 7. Januarii ejuſdem anni, & Indictione duodecima ipſe D. Rex intravit Civitatem Barinam cum magno tropheo, deinde requiſitus ipſe Rex ut ea ageret quæ alii Reges in eccleſia B Nicolai egerunt, dubitavit ſuper his diebus quinque, quæ deducta in Concilio inter D. Ducem Andriæ Comitem camerarium, & D. Nicolaum Antonium de Capua Juris utriuſque profeſſorem determinata fuerunt ut ipſe Rex ea facere deberet, & ſic aſcendit dictus Rex ſuam Capellam, & ibi induit ſe amictum Camiſu & Cordillo de perlis, deinde dalmatica qua utitur Eccleſia in feſto S. Nicolai, deſuper vero dalmatica poſita fuit quędam pulchra ſtola more quo utuntur Clerici quando faciunt aliquam apparentiam Angelorum, in capite vero tenuit Birretium ſuum; in pectore vero ſuper ipſa Dalmatica poſitus fuit ſibi per Theſaurarium Antonium Ghirum decretorum Doctorem diſtributio granorum octo cum dimidio pro ut ſibi, ſecundum morem privilegiorum tangebat, & ſtetit ipſe Rex in ipſa ſede ſuæ Capellæ per totam miſſam ſolemniter celebratam per Archiepiſcopum Barenſem. Poſt hæc deſcendit poſitis indumentis ſuperius in ſua Capella in Chorum, & ibi dictus Theſaurarius ante Altare ipſius Chori induit eum pellicia, & deſuper poſuit ſibi in ſpatulis Almucia, deinde aſcendit ſedem quæ eſt in Choro ſiniſtro ipſius Chori, & ſtetit ibi donec fuit completa hora nona, quę eſt finis ipſius Miſſæ: & hæc facta ſunt præſentibus Duce s. Marci, Duce Andriæ, Duce Atellæ, Comite D. Alexandro Sfortia Ambaſciatore Ducis Me-*
A *diolani, Comite Camerario, & nonnullis aliis Dominis inter quos fuit Dominus Federicus ſecundus genitus ipſius Regis, ſedens ſub pedibus ejus, & Antonius de Perillo habuit orationem in Offertorio Miſſæ prædictæ, fuitq; facta ſibi per Theſaurarium aſſignatio clavium Altaris inferioris Corporis S. Nicolai, ac Theſaurariæ.*

Fratres D. Franciſci Diſtrictioris Obſervantiæ recepit conſtructo cœnobio à Balduino Carattono mercatore Piſano ſub nomine D. Petri Apoſtolorum Principis ann. 1463. Romæ cœnobium ſancti Salvatoris in Lauro conſtruxit, & dote ampliſſima locupletavit. Barenſem Eccleſiam adminiſtravit ann. 18. eamq; dimiſit Sixto IV. ſedente, à quo S. R. E. Camerariatu donatus fuerat: perpetuus Marchiæ Legatus obiit Romæ 3. Id. Ang. ann. 1477. Epiſcopus Card. Sabinus, ſepultus in Eccleſia S. Salvatoris: de quo legendus Jo. Philippus Thomaſinus Æmoniæ digniſſimus Epiſcopus in Annal. Canonicorum ſæcularium S Georgii de Alga, ubi meritas
B laudes ampliſſimi Cardinalis more ſuo ſtylo uberiori commemorat.

(„ *Confirmationem obtinuit, ut ex privileg. in* „ *Arch. Baren. Eccleſiæ, à Rege Ferdinando Juriſdictionis civilis, & criminalis ſuper oppido Bitricti antiqui feudi ſuæ menſæ Archiepiſcopalis,* „ *quo ſpoliata fuerat ſua Eccleſia ab uſq; temporibus* „ *Regis Ladislai. Deiparam Virginem ſummo ſtudio* „ *coluit, quare admodum religioſè celebrabat dies* „ *ejuſdem Deiparæ Virginitati incorruptæ, maternitati, & Aſſumptioni dicatos. In his jejunabat, ac* „ *frequentiſſimè ad eam oratione confugiebat, ex* „ *quo id conſecutus fuit, ut ſecundum quietem illam* „ *viderit aliquando pro ſe filium deprecantem, ab* „ *eaq; certior factus ſit de hora mortis, & quod tunc* „ *dęmones ſalutis noſtræ hoſtes non videret. Octo* „ *dies antequam vitam cum morte commutaret, Sixtus IV. Pontifex omnibus fere Romanæ curiæ Cardinalibus ſtipatus ægrotantem Latinum inviſit,* „ *conſiſtorium in ejus cubiculo habuit, & plurium eidē*
C „ *gratiarum munera largitus fuit.* Lombardus.)



61 ANTONIUS de Ayello, ſeu Agello Tarentinus Franciſci ſuperioris nepos per ceſſionem LII.
D Card. Urſini à Sixto IV. anno 1472. die 8. Id. Novemb. renunciatus eſt Barenſis Archiepiſcopus. Sedit an. 22. fatoque functus die 21. Jan. 1493. Iacet in Cathedrali prope ſacellum D. Virginis in Cęlum Aſſumptæ, quam per magnificè exornarat in pulchro marmoreo tumulo hac epigraphe egregias tanti Præſulis laudes proloquente.

*Antonius Tarento oriundus ex gente de Agello, nobili, ac vetuſta, Cæſareo, ac Pontificio jure conſultus, Barenſium, & Canuſinorum Archiepiſcopus, qui apud Pannoniæ, & Hiſpaniarum Reges, alioſque Principes Romanorum Imperatorum, Pont. Max. D. Ferdinandi Regis noſtri legatione functus eſt, ſingulari laude, & gloria, à quibus, & munera retulit, & gratiam, vir fama inſignis, animi generoſi, par domi, foriſque juſtitiæ cultor, & ceręmoniarum diligens obſerva-*

*tor; Ædem hanc ſupellectili præclara decoravit, amplis prædiis donavit, reditus auxit, ædes Pontificias vetuſtate collapſas ingenti ſumptu inſtauravit, ſuperbiores reddidit, complura alia geſſit digna cedro, multa expertus, jamque ævo gravis hocce mauſoleum cum ſacello ſibi vivens poſuit. Die xxi. Januarii MCCCCXCIII. xxi. Indictione.*



LIII. 62 JOANNES JACOBUS Caſtelloneus è præcipua Mediolanenſi nobilitate iuris ſcientia, & in rebus agendis vir longè clariſſimus ex Abbate Commendatario S. Abundii Comenſis Archiepiſcopatu Barenſi condecoratus eſt ab Alexandro VI. die 3. Martii ann. 1493. in gratiam Ludovici Sfortiæ cognomento Mori, Barii Ducis, mox Mediolani, cujus fuit intimus Conſiliarius, & charus, pro quo ad Maximilianum Imperatorem Legatus, & apud Julium II. eodem munere pro Maximiliano Sfortia Duce functus, ſub eodem Lateranenſi Conc. interfuit anno 1512. Leoni X. in paucis charus. Romæ interiit ann. 1513. ſolemni funere elatus in Eccl. S. Mariæ de Populo terræ mandatus eſt, ad cujus tumulum prope aquam luſtralem marmoream tabulam cum Leone Caſtrum manibus tenente, Caſtelloneæ gentis nobile ſignum appoſuere una cum inſcriptione, quæ à prætereuntium pedibus exeſa nec legi, nec videri poteſt; Ioſeph tamen Caſtelloneus Ioannis Iacobi ex fratre nepos, ac Franciſci, Pii IV. Cardinalis Patruelis in proximo ſacello tumulum, & cenotaphium patruo, & patrueli commune ſingulari pietate erexit. Ioannis Iacobi elogium ſcripſit Antonius Beſſa Nigrinus.



LIV. 63 STEPHANUS GABRIEL Merinus Hiſpanus, ſucceſſit Caſtelloneo ann. 1513. ſub Leone X. Lateranenſi Concilio interfuit, & ſubſcripſit. A Clemente VII. Presb. Card. creatur, mox Indiarum Patriarcha, & Giennēſis Epiſcopus, Barenſem

*a De eo Ciaconius Oldoini tom. 1. col. 544.*

A Eccleſiam dimiſit ann. 1530. poſtquam abſens omni tamen pietate per annos fere 17. adminiſtraſſet. Romæ defunctus eſt menſe Auguſto 1535. & ſepultus in Eccleſia ſancti Jacobi Hiſpanorum. (1) Moriens maximam denariorum ſummā ędificandis Barenſis Eccleſiæ ſubſelliis (odęum vocant) teſtamento reliquit: aliam ſummam Clero ad obitus ſui annuam commemorationem legavit præter ea, quæ pietatis intuitu aliis Eccleſiis, & pauperibus vivens impertierat. Mitram item pretioſiſſimam, & varia indumenta ſacra eidem Eccleſiæ donavit in pignus amoris. Porrò ad ejus tumulum hoc epitaphium legitur.

*Stephano Gabrieli Merino Giennen. Epiſc.*
*à Carolo V. Imperat. ſedatas populares Hiſpaniarum ſeditiones inter intimos Conſiliarios adſcito, Claſſi in Italiam naviganti Præpoſito,*

B *Bello Pannonico pro communi ſalute ſuſcepto procurationi rerum Caſtrenſium Præfecto, à Clemente VII. Pont. Max. admiratione virtutis ad ſummos honores evecto, lxiii. ætatis ſuæ anno, publico dolore bene acta vita functo P.*



C 64 HIERONYMUS Grimaldus *b* Presbyter Cardinalis à Clemente VII. creatus Barenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus declaratus eſt die 2. Sept. 1530. Hanc Eccleſiam adminiſtravit plus minus ann 13. eamque dimiſit anno 1540. & in patria ſua Januenſi defunctus eſt Auguſto menſe anno 1543. Vide quæ de ipſo ſcripſimus in Epiſcopis Brugnatenſibus, & Albingaunenſibus tom. 4. ubi corrigendus eſt annus mortis, ac pro 1544. ſcribendus 1543. fuerat enim earum Eccleſiarum, tum & Venafranæ adminiſtrator. LV.

*b De eo citatus Ciaconius tom. 3. col. 612.*

D



65 HIERONIMUS Saulius Cardinalis Grimaldi conſobrinus ex Clerico Cameræ Apoſtolicæ eidem ſucceſſit die 20. Aug: 1540. ſibique commendatam Eccleſiam ad aliquot annos gubernavit, tranſ- LVI.

(1) Salazar in ſuo Martyr. Hiſpan. tom. 6. die x. Novemb. enumerat hunc Merinum inter Epiſcopos Legionenſes prænomine tamen Stephani obliterato, quod etiam in Epitaphio retinetur in Eccleſia S. Jacobi nationis Hiſpaniæ. Legionenſis tamen haud fuit Epiſcopus, optaſſet licet ad eam ſedem illum promovere Leo Papa, ut legitur in Ciaconiano opere. Adminiſtravit etiam Cajetanam, & Rovinenſem Eccleſias. L. notus.

A translatuſque deinceps eſt die 8. Apr. an. 1550. ad Januenſem Eccleſiam: de quo vide ejus urbis Archipræſulum noſtrum Catalogum tom. 3.



LVII. 66 **JACOBUS** de Puteo a Nicienſis nobilitate generis, juris ſcientia, ac morum laude præclarus ea Romanæ Rotæ Decano Barenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus renunciatus eſt à Julio III. Pont. Max. die 18. Aprilis ann. 1550. mox Presb. Card. ad titulum ſancti Simeonis creatus, Signaturæ Juſtitiæ Præfectus, Poloniæ, Ordinis equitum Melitenſium, ac Carmelitarum Protector, unus ex Generalibus Inquiſitoribus optimus, integerrimus, & magnæ auctoritatis purpuratus Senator, poſtquam annis ferè 12. Barenſem Eccleſiam abſens benè rexiſſet, in gratiam Jacobi nepotis ejus ſe regimine abdicavit anno 1562. ac ſequenti Romæ deſiit vivere 6. Kalen. Maii ſepultus ad Minervam; Franciſcus Scaricius Mediolanenſis in illius funere orationem habuit. Inſcriptio ſepulchralis ad tumulum ejus in marmore legitur. B

a De quo Oldoinus in Athen. Liguſt. Roſſottus in Syllabo Script. Pedemon. & Ghillinus in Theat. t. 2. Mandoſ. & Ciaconius Oldoini t. 3. col. 771.

*D. O. M.*

*Jacobo Puteo Nicienſi S. R. E. Presbytero Cardinali præcipuo ac integerrimo viro, qui ſummam V. I. ſcientiam ita cum ſumma probitate conjunxit, ut unus Reip. conſtituendæ, diſciplinæque revocandæ præcipuus auctor votis bonorum cuperetur. Vixit annos lxviii. obiit ſexto Kalen. Maii M. DLIII. Antonius Puteus Archiepiſcopus Barenſis nepos P.* C

(„ *Huic Archiepiſcopo Philippus II. Hiſpaniarum* „ *Rex Catholicus, ut Patres Societatis Jeſu in ci-* „ *vitate Barii domum haberent, ſequentis tenoris* „ *perſcripſit Epiſtolam.*

„ Al Muy Reu. in Chriſto Padre Cardenal Puteo „ noſtro muy caro, y muy amado amigo.

„ D. Phelipe por la gratia de Dios Rey de Eſpan- „ na, de las dos Sicilias, de Hieruſalem, &c.

„ Muy Reu in Chriſto Padre Cardenal Puteo, „ noſtro muy caro, y amado amigo.

„ Aunque vos ſabeis, el fructo, que hazen los „ Religioſos de la Orden, y Compañia de Jeſus, „ con ſu doctrina, y eſemplo, y deveis hazer por „ ellos lo que ſabeis que merecen, todavia os rue- „ go muy affectuoſamente, que en las occaſiones „ que ſe offreſcieren, favoreſcais lo que les toca D „ con ſu Santidad; para que les haga gracia, y mer- „ cede ſeñaladamente en la fundacion del Cole- „ gio, que labran en eſſa Ciudad, que ſerà para „ que ſalgan del perſonas que puedan aprovecchar „ con ſu doctrina en la Chriſtianidad, por cuya „ cauſa reſcibere ſingular complacentia de lo que „ por ellos hazieredes, de mas de lo principal, que „ es el ſervicio de noſtro Señor, el qual os tenga „ muy Reu. Cardenal noſtro muy caro amigo en „ ſu continua protection. De Guiſando à primero „ de Abril. M.D.LXI.

„ Yo el Rey:

„ G. Perez. *Lombardus*.

„ *Præſulatu ejuſdem Cardinalis de Puteo Julius* „ *III. Pontifex ſua bulla ſub Dat. Romæ 13. April.* „ *1551. quæ incipit*: Sicut Dilecti Filii — *ſuppli-* „ *cationibus cleri, & populi Melphicten. facultatem* „ *conceſſit Archiepiſcopis Barenſibus, ſuiſque Vi-*

A „ *cariis procedendi, ſine tamen præjudicio exemptio-* „ *nis illius Eccleſiæ, uti ſedis Apoſtolicæ Delegatis* „ *in cognitione omnium cauſarum appellationum,* „ *ut è propriis hiſce verbis dictæ Bullæ, quæ in Arch.* „ *Melphict. Eccleſiæ aſſervatur.* — Nos igitur &c. „ hujuſmodi ſupplicationibus inclinati eamdem „ fraternitatem tuam, & pro tempore exiſtentem „ Archiepiſcopum Barenſem, ac tuum, vel illius „ Vicarium, qui alias ſine præjudicio exemptionis „ dictæ Eccleſiæ cauſas appellationum ab Epiſco- „ po, vel ejus Vicario prædicto pro tempore inter- „ poſitas dicta Authoritate audiatis, & alias juxta „ Canonicas Sanctiones terminetis, atque decida- „ tis, eadem authoritate Apoſtolica tenore præ- „ ſentium deputamus non obſtantibus Apoſtolicis „ &c.)



67 **ANTONIUS** Puteus abdicante ſe patruo Card. iniit Pontificatum Eccleſiæ Barenſis die 16. Decembris 1562. Pio IV. ſedente; ſtatimque poſt ſuam inaugurationem ab eodem Pontifice Tridentinam ad Concilium oecumenicum profectus eſt, ultimiſque ſeſſionibus adfuit, talemque ſe præbuit in ſua proferenda ſententia, ut Patribus admirationi fuerit. Indè reverſus magna cum prudentiæ, & pietatis laude Eccleſiam ſuam adminiſtravit. Gregi ſollicitus Provinciale celebravit Concilium, in quo Tridentini ſanctiones publicavit, ad quarum normam Clerum reformavit, populumque inſtituit: in obeundis Epiſcopalibus muneribus diligens, in tuenda Eccleſiaſtica libertate indefeſſus vir fuit. Pietatem ſuam teſtatam voluit in cœnobii Capuccinorum Fratrum exædificatione, quos ipſe paulo ante vocaverat, tradideratque locum ad titulum S. Crucis anno 1575. Auctor fuit, ut ad erudiendam juventutem, & pietatem ſectandam anno 1583. à Barenſibus Collegium Societatis Jeſu excitaretur, bonum opus non ſolum aſſidua apud omnes exhortatione, verum etiam ſua pecunia juvit. In Cathedrali laicalem ſodalitatem inſtituit ſub titulo ſanctæ Mariæ Conſtantinopolis, ubi frequentes communiones, divinæque laudes peragebantur boni Paſtoris exemplo devotiſſimè, cujus ſacello, & ſodalitati non paucas attribuit eleemoſynas, & indulgentias procuravit a Gregorio XIII. Pontifice. Anno 1579. Eccleſiam cœnobii ſanctæ Scholaſticæ die 21. Aprilis dedicavit: ſupra fores appoſitus lapis rei memoriam ſervat. LVIII

*Templum hoc Divæ Scholaſticæ diu dicatum Antonius Puteus Barenſis, & Canuſinæ Sedis Archiepiſcopus, amabilium Scholaſticæ Tantæ Abbatiſſæ, cæterarumque ſacrarum Virginum precibus conſecravit anno à Virginis partu MDLXXIX. xi. Kalend. Maii Gregorio XIII. Pontif. Max. & Philippo de Auſtria Rege invictiſſimo.*

Vetuſtiſſimum hoc cœnobium fundatum fuiſſe temporibus Pipini Francorum Regis circa annum 755. vetus eſt traditio: quod paulo poſt ultimam ejus Eccleſiæ dedicationem ab Archiepiſcopo Puteo celebratam caſu, vel arte Dæmonum, ut ſcribit Beatillus, igne ferè totum conſumptum Barenſium,

A & Archiepiſcopi pia liberalitate, ac eleemoſynis, priſtino ſplendori reſtitutum eſt. Cæterum Antonius ſub Sixto V. Papa in Germania munere legationis functus eſt apud Rodulphum II. Imp. in quo obeundo cum annos duos magna omnium laudatione conſumpſiſſet, ad Eccleſiam ſuam reverſus, plures Sanctorum reliquias, quas tum à Pontifice, cum ab aliis ſummis viris dono acceperat, in Cathedrali honorificè collocavit, & gregem ſibi commiſſum verbo, & exemplo uberrimè pavit. Tandem Romam vocatus à Clemente VIII. ad alios labores pro univerſali Eccleſia ſuſtinendos ibidem anno 1592. die 14. Julii, cum propè triginta, ſua in Eccleſia regenda expleviſſet annos, eum mors viventibus abſtulit; elatus in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam prope Patruum Cardinalem ſuum prædeceſſorem humatus eſt. Publicum funus deinde Barii miſerando omnium Cleri, civiumque luctu celebratum eſt, curante ſupremos defuncti Præſuli honores pia ejus recordatione, egregiaque virtute.

(„ *Exercitium docendi pueros chriſtianam doctri-*
„ *nam in variis Eccleſiis ſuæ civitatis, & diœceſis*
„ *ipſe inſtituit, quo munere, & ipſe ſæpiſſimè in ſua*
„ *cathedrali functus eſt, ut Parochi acrioribus ſti-*
„ *mulis eo fungerentur. Cum ſuis diebus omnium*
„ *caritas ſuam acerbiſſimè diœceſim vexaret, adeo*
„ *ut fame in publicis viis plurimi interirent, non*
„ *modò ipſe ſuum omnem cenſum inter pauperes di-*
„ *ſtribuit, ſed ad id etiam ſuo exemplo potentes, ac*
„ *divites excitavit, pro quo flagello avertendo pu-*
„ *blicam ſupplicationem indixit feria ſecunda imme-*
„ *diatè poſt Paſcha Reſurrectionis ad Divæ Mariæ*
„ *de Arena innumeras gratias devotè implorantibus*
„ *largientis ædem, quam & ipſe ære proprio in am-*
„ *pliorem à fundamentis formam reædificavit. A*
„ *Gregorio XIII. Indulgentiam Jubilæi, 1675. im-*
„ *petravit pro ſuis diœceſanis, qui legitimè im-*
„ *pediti ad almam urbem ſe conferre nequive-*
„ *rant.* Lombardus.)



LIX. 68 JULIUS CÆSAR Richardus Fabii Ripæ Marchionis, & Regii Neapol. Conſiliarii germanus frater Barenſem dignitatem Clemente VIII. Pontifice concedente aſſequitur die *a* 27. Octob. an. 1592. Vix optimus Præſul Eccleſiaſticæ perfectionis ſtudioſiſſimus prædeceſſoris æmulator adierat Eccleſiam, cum Clemens illum revocavit ad Curiam, ac veluti virum ſapientiſſimum, & in arduis negotiis pertractandis verſatum, ut paci Chriſtianorum conſuleret, Apoſtolicæ Sedis Nuncium ad Sabaudiæ Ducem miſit: quo in munere ita ſe geſſit, ut Pontificis Max. expectationi reſponderit, ac Henrici IV. Gallorum, Navarrorumque Regis, Carolique Emanuelis gratiam promeruerit. Fere annos novem in ea difficili legatione conſumpſit, tandem à Paulo V. *b* revocatus, cum ad ſuam lætus properaret Eccleſiam, Neapoli in morbum incidit, ibidem moritur die 13. Februarii 1602. quinquagenario major. Corpus ejus ſolemni pompa in Eccleſiam Nominis Jeſu illatum; poſt annos duos in Eccleſiam Spiritus Sancti in ſacello majorum relatum: epitaphium defuncto ſcripſerunt, ac poſuerunt Alexander Epiſcopus Sveſſanus, Fabius, & Lælius ejus germani fratres, quod legitur ibidem marmoreo in tumulo.

*a* Die 13. Octobr.

*b* A ſupradicto Clemente.


*Julio Cæſari Riccardo Archiepiſc. Barienſi, qui religione in Deum, benignitate in pauperes, prudentia, ac ſolertia agendi incomparabili ſe cujuſcunque ordinis hominibus, præcipuè Summis Pontificibus probavit, maximè ad Allobroges legatione difficillimis temporibus præclarè obita, æternum conſignavit, ſtudioque gregis cum rediret, Neapoli morte occupato, ſibi non immatura, ſuis peracerba, Idib. Febr. MDCIII. ætatis ſuæ L.*
*Alexander Epiſcopus Sueſſanus, Fabius Regius Conſiliarius, Lælius Judex M. C. Vicariæ fratri optimo, & benemeritiſſimo pii, & grati animi monumentum poſſ. anno Domini MDCIV.*

B

(„ *Hic Epiſcopus Riccardus, qui fuerat majoris*
„ *Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus, ut ad ſuam per-*
„ *venit Sponſam, erectionem noſocomii pro paupe-*
„ *ribus infirmis, quod audit ſacer Mons pietatis, &*
„ *conſervatorii mulierum ſub titulo Annunciationis*
„ *B. M. Virginis promovit, & licet primum opus à*
„ *Scipione Criſanto dotatum fuiſſet, propriis etiam*
„ *ſubſtantiis Archiepiſcopus confirmavit. Cum con-*
„ *ſideraſſet redditus Cœnobiorum Monialium valdè*
„ *impares eſſe illarum numero, earundem numerum*
„ *reſtrictum voluit, ut commodè illorum cenſu ali poſ-*
„ *ſent. Sic in Divæ Scholaſticæ, ubi erant ſexagin-*
„ *ta tres ſacræ virgines, duas ſupra quadraginta*
„ *voluit, in D. Jacobi, ubi ſexaginta duo, voluit*
„ *triginta ſex, in Divæ Claræ, ubi quadraginta ſex,*
„ *unam voluit ſupra triginta, in Divæ Mariæ à bo-*
„ *no Conſilio, non amplius quam octo aſſignavit. Ca-*
„ *nonicos, qui prius cum dignitatibus erant duo ſu-*
C „ *pra quadraginta, prævia bulla Clementis VIII.*
„ *1595. viginti octo voluit; quod & in utile, & ſum-*
„ *mum decus ceſſit ſacræ metropolitanæ baſilicæ, in*
„ *qua aſſervatur crux argentea, & quædam cande-*
„ *labra item argentea magni ponderis, quæ ab uſ-*
„ *que Sabaudia cum pretioſa ſupellectili pro ſollemni-*
„ *bus pontificalibus functionibus in ſignum ſui amo-*
„ *ris indubium, ad ſuam ſponſam dono miſerat. Ne-*
„ *gocia nimis arduæ legationis feliciſſime obivit,*
„ *quia præter ſuam miram dexteritatem, illa ſem-*
„ *per cum D. Franciſco Saleſio Gebennenſi Epiſcopo*
„ *tunc in humanis agente, trutinabat; non ſcribe-*
„ *bat, nec verbum quidem faciebat, niſi prius con-*
„ *ſulto Saleſio, qui & eum ſumma enim benevolentia*
„ *proſecutus fuit. Ad eum plures propria manu per-*
„ *ſcripſit epiſtolas, quarum unam, quæ ſumma ve-*
„ *neratione ſervatur ab inclyto illo Neritonenſi Epi-*
„ *ſcopo Antonio Sanfelicio, devotionis erga tantum*
„ *indigetem ſtrenuo præcone typis jam dedit Andreas*
D „ *Maſtellonius Sacerdos pietate, doctrina, pru-*
„ *dentia, aliarumque virtutum corona redimitus,*
„ *quem indeſſeſſum in vinea Domini operarium ſub*
„ *ſacri laboris mole defunctum adhuc luget ſua pa-*
„ *tria Neapolis. Carolus Auguſtus de Sales in vita,*
„ *quam latinè concinnavit ejuſdem Sancti, mentio-*
„ *nem facit Julii Cæſaris lib. 2. fol. 89. & 96. & in*
„ *indice illuſtrium virorum, qui cum eodem Saleſio,*
„ *aut amicitiæ fœdere, aut calami commercio conjun-*
„ *cti fuerant, recenſet Julium Cæſarem Riccardum,*
„ *qui non minus 34. Epiſtolas ad illum dederat.*)

69 BONVISIUS Card. Bonviſus *c* Lucenſis ſumma omnium gratulatione Barenſis Archiepiſcopus ſalutatus eſt a Clemente VIII. Pont. Max. die 18. Martii anno 1602. pauloque poſt ab ipſo conſecratus, ſolemni in urbem, & Eccleſiam ingreſſu receptus eſt 11. die Novembris: ſedit annum unum, menſ. 5 dies 12 de quo non pigebit hic verbatim referre, quæ de ipſo ſcripſimus in noſtris ad Ciaconium notis. Bonviſus natione Tuſcus, patria LX.

*c* De eo Ciaconius Olduini tom. 4. col. 140.



Lucenſis, & nobilibus ortus parentibus ſingularibus animi dotibus abundanter à natura ornatus, litterariis ſtudiis, & præcipuè juris legalis ſcientia imbutus, Romam Juris conſultiſſimus, & morum
affabilitate mirabilis veniens, utriuſque Signaturæ Referendarius, mox Cameræ Apoſtolicæ Clericus factus, virtutis laude, tam clarus evaſit, ut à Clemente digniſſimus reputaretur, qui univerſæ Patrimonii Provinciæ ſumma Prolegati poteſtate præſideret. In eo munere tanta cum prudentia, & auctoritate præfuit, ut altiori magiſtratu dignus reputatus Eccleſiaſtici exercitus, Joanne Franciſco Aldobrandino Duce, Generalis Commiſſarius in Pannoniam præfectus ſit. In eo igitur officio, cum ſtrenuè ſe geſſiſset apud omnes, & præcipuè apud Pontificem: incredibilis ei crevit auctoritas. Hinc factum eſt, ut Pontifex ſupremum, quem poterat, ei deſerret honorem. Ab ipſo igitur S. R. E. Card. creatus die 27. Martii 1599. D. Viti, & Modeſti Diaconia exornatus, pauloque poſt ex Diacono Presb. factus, ſancti Blaſii de Anulo titulum optavit, & ad varia Vrbis negotia adhibitus fidelem ſemper & Chriſtianæ pietatis zelo plenum Romanæ Eccleſiæ ſuum impendit laborem. Anno
1602. die 18. Martii ad Barenſem nobilem hunc Archiepiſcopatum evectus, ab eodemque Pontifice conſecratus, ſumma Barenſium lætitia 11. Novembris ejuſdem anni ſolemniter urbem ingreſsus eſt, in eaque paucos. quoad vixit, menſes, ut narrat Beatillus, populum docendo, verbum Dei ſubditis prædicando, ſacramenta adminiſtrando, Clerum reformando, pupillos, viduas, & pauperes ſumma pecuniæ vi ſublevando, aliaque pietatis, & Paſtore digna opera agendo, magna cum ſui nominis gloria verſatus eſt, vir ſingularis liberalitatis, virtutiſque Principibus, Chriſtianiſque cæteris hominibus, non magis claritudine ſanguinis, quam pietatis, illibatæque caſtimoniæ laude celebris, ex hac vita mortali in ipſo gloriæ curriculo ereptus, ad æternam, ut ſperamus, tranſiit gloriam, maximo omnium (præcipuè Barenſium) mærore, Kal. Septemb. ætatis ſuæ 42. ſalutis verò anno 1603. magna à populo, Cleroque Barenſi, cum lacrymis fuerunt illi parata funera, cadaver in Metropolitana depoſitum, cui ſacras veſtes pretioſas in ornamenta Sacerdotum, vaſa argentea plurima, pecuniaſque non paucas legaverat, in patriam paulo poſt à gentibus ſuis relatum, in Æde ſancti Fridiani humatum, ejus ſepulchrum hoc elogio inſignitur.

*CHRISTO RESURGENTI*


*Bonviſo Bonviſio Patritio Lucenſi, utriuſque Signaturę Referendario, Camerę Apoſtolicæ duodecim viro, Provinciæ Patrimonii Prolegato, exercitus Pontificii in Pannonia Quæſtori ſummo, mox ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, ac Barenſium Archiepiſcopo, viro religione, integritate, prudentia, liberalitate ſingulari, illibatæ caſtimoniæ fama conſpicuo Martinus, Stephanus, & Antonius fratres optimo, ac benemerito, in ipſo ætatis flore, medioque gloriæ curſu erepto perpetuis cum lachrymis P. C. C. C. Vixit annos xlij. men. I. dies xxiv. obiit Kal. Septemb. MDCIII.*

(„ *Alio elogio exornatus fuit Romæ in Eccleſia ſua* „ *titulari S. Blaſii de Annulo.*

D. O. M.

„ Bonviſo Bonviſio Lucenſi Tit. hujus
„ Eccleſiæ Presb. Card. Archiep. Barenſi
„ poſt præclara expleta munera in utra-
„ que Signat. Referendarii, in Apoſtol.
„ Cam. Clerici Præſid. in Patrimonio
„ Gubernatoris, in Pannonia Pontiſ. exer-
„ citus Commiſsarii Generalis, in Vrbe
„ Card. optimi, in Eccleſia Barien. Paſto-
„ ris vigilantiſs. glorioſa magnos ob labo-
„ res, ſed immatura morte prærepto,
„ religionis ſtudio, animi candore, per-
„ petua omnis vitæ pudicitia, morum
„ ſuavitate prædito Martinus, Stepha-
„ nus, & Antonius Fra. F. F. Vixit an.
„ XLII. Men. I. Dies XXIV. Obiit Ba-
„ rii Prid. Kal. Septemb. MDCIII. Se-
„ pultus Lucæ, optatus Romæ, vivit
„ Deo.

„ *Fuit Bonviſius purpura omnibus titulis cumu-* „ *latiſſimè dignus, probus, moribus elegans, &* „ *viris doctis favens, quos ſibi voluit ſemper ha-* „ *bere familiares. Romæ etiam purpuratus pere-* „ *grinos excipiebat in propria domo, nudis pedibus* „ *Barenſium ſupplicantium agmen ad imploran-* „ *dum divinum auxilium præcedebat. Pęniten-* „ *tium Confeſſiones ipſemet excipiebat. A ſuis pro-* „ *priis detraxit commodis, vilibus etiam contentus* „ *cibis, ut largus eſſet in pauperes.*)



70 GALEATIUS Sanvitalis [a] Parmenſis vetuſta nobilitate, & præclaris animi dotibus illuſtris à Clemente VIII. in locum defuncti Cardin. Bonviſii Barenſis Archiepiſcopus renunciatus eſt die [b] 8. Febr. anno 1604. Barium ſolemni ritu ingreſſus eſt, 9. Maii ejuſdem anni Pallio in ſua Cathedrali decoratus eſt ex mandato Pontificis ab Juvenacenſi, & Bitectenſi Epiſcopis. Sedit omni laude digniſsimus Præſul annis duobus, nunciumque remiſit factus Apoſtol. Cameræ Clericus ſub Paulo V. Deceſsit verò Gregorii XV. temporibus, cujus erat magnus Domi Præfectus anno 1622. ſepultus in Eccleſia S. Gregorii, ſarcophago illius hoc legitur cęnotaphium, in quo ſatis ejus dignitates, & virtutes recenſentur. LXI.

[a] De eo Bordonus in Theſauro Eccleſ. Parmen. Mandoſ.
[b] Die 15. Martii.

*D. O. M.*

*Galeatio Sanvitali ex Aloyſio Sanvitali, & Somalia Fontanelleti Comitibus genito, Barii Archiep. & Cameræ Apoſtolicæ Clerico, cui cum ſummam generis claritudinem ſors, & natura tribuiſſent, ipſe animum virtutibus adeo excoluit, ut de Principatu utraque decertarent. Propterea à Sixto V. uſque ad Greg. XV. tempora à quo Vaticanæ regendæ domui præfectus eſt, Pontificum animos obſequio, aulam*

*officio detinuit Cunctos Ordines ſui admiƒtratione poſſedit, etenim ampliſſimis muneribus perfunctus poſt clariſſimas præfecturas ſanctiſſimè adminiſtratas, Aquas Alteatinas Paulo V. rerum potiente ſumma diligentia, ſummiſque laboribus, longo itinere ad Janiculi jugum perduxit, Itaque majorum rerum ſemper capax, & ſæpius purpuræ deſtinatus, quo tandem propior, eo longinquior per obitum factus ad celſiorem, ſolidioremque apicem evolavit in Cœlum, ſexto Id. Septemb. an. ætatis lviii. ſalutis MDCXXII. eo relicto ſui deſiderio, ut quod antea contigerat nemini, Apoſt. Cam. Clerici collegæ optimo publicè parentarint. Ugo Sanvitalis Comes patruo eximio, & pluribus titulis egregiè merito memoris hoc addictique animi monumentum poſuit anno à partu Deiparæ. MDCXLIII.*

Ibidem in pavimento hæc alia inſcriptio legitur.

*D. O. M.*

*Galeatio Sanvitali Patritio Parmenſi, Barii Archipiſcopo, Cameræ Apoſt. Clerico, & ſanctiſſ. D. N. Gregorii XV. domus Præfecto, Antoniæque Sanvitali Aurelii ab armis Senat. Bonon. uxori Ugo nepos Alexan. Sanvitalis, & Margaritæ Rubeæ Parm. jugalium Fontanelleti Comitum filius, necnon ſuis, & ſibi monumentum poſuit anno ſalutis MDCXXXXII.*

Mortuus eſt Ugo præclaræ indolis juvenis, utriuſque Signaturæ Referendarius anno 1644. hoc quod ſibi paraverat communi monumento conditus fuit.



LXII. 71 DECIUS Caracciolus Ruſſus Neapolitanus priſca nobilitate natus ſucceſſit Sanvitali, ad hanc dignitatem vocatus à Paulo V. anno 1606. die 3. Julii. Sedit plus minus annis ſeptem; mortem obiit Romæ anno 1613. die 27. Maii, ibidemque tumulatur, vir quidem ob eius eximiam virtutem majori ævo dignus: cuius Præſulatus tempore Barium tranſlata ſunt è Cœmeter. Priſcillæ Urbis Romæ celeberrima ſanctorum Martyrum corpora Macarii, Juſti, & Theophili, ac in Eccleſia Societatis Jeſu ſolemni pompa ſunt collocata: cujus etiam tempore, & auctoritate Bari Clericorum Seminarium ad normam Concilii Tridentini erectum eſt.

(„ *Decius ex illa inclyta Neapolitana Caracciola gente, in quam Carrafa æque nobiliſſima Marchionatum S. Erami invexit, à puero pietati, & litteris operam dedit, & in utraque paleſtra mire profecit. Sacerdotalem amplexatus vitam, ex intimis fuit ob morum ſimilitudinem venerabilis P. Alexandri Borlæ Congregationis oratorii Romani Sacerdotis, qui Neapolim cum Archiepiſcopo æternæ mem. Paulo de Arctio advenerat, & tunc in noſocomio D. Mariæ de Populo morabatur, in quo frequens erat ipſe Decius, ut Chriſto in ſuis pauperibus ſervitutis officia præſtaret.*

„ *Inſtitutum illis diebus fuerat Neapoli ſodalitium ſub invocatione SS. Trinitatis ad peregrinos excipiendos, convaleſcentes reficiendos inſtar Romani à D. Philippo Nerio tunc adhuc in humanis agente in commodum univerſalis Eccleſiæ excitati, & adoleſcere ſperabat illico cum Vincentii Maricondæ, non minus genere, quam pietate ſpectatiſſ. majoris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonici, ac poſtea Triventini Epiſcopi, quem protectorem accitus frater eſſe voluit; ſed per ejus abſentiam in aula Catholici Monarchæ, ad quem publico nomine legatus fuerat, navicula veluti in primo itinere, ſuo deſtituta nauclero, coram vel ipſo portu diſſui non injure timebat; cum Alexander Borla ejuſdem ſodalitatis oratorium forte tunc primum ingreſſus, ſed non forte, cœleſti quinimo conſilio, ac velut intus agente numine ea exceptus ibi fuit communi lætitia, & unanimi conſenſione, ac ſi ipſemet Patriarcha Philippus. Eum circumſæpire, ſuas omnes ei anguſtias exponere. At Borla bono animo eſſe voluit, promiſitque protectorem ſacerdotem etiam natalium ſplendore, pietate, doctrina, agendi dexteritate, Eccleſiaſtica, & regia etiam gratia præditum, utpote regio ſacello adſcriptum, qui eos non fineret amplius Maricondæ deſiderio æſtuare. Et reapſe Decius primis Borlæ nutibus, non protectoris authoritate illam dirigere, ac tueri, ſed filiali obſequio ſodalium albo conſcriptus fovere, ac procurare. Humanam prorſus fidem ſuperant, quæ in ipſa educanda, confirmanda, ad maturitatem denique perducenda operatus, ac perpeſſus fuit. Cultus divinus ſemper eum principe ſtudio occupavit. Sacrarium ſæpe ſæpius ſacris, & pretioſis ſupellectilibus proprio ære ditavit. Pauperibus in Xenodochio peregrinis, valetudinariis ſemper famulabatur. Ædificationi Eccleſiæ, oratorii, ac ſanctæ domus invigilabat, etiam diurni operariorum rationem habens. Cum hæreditas fr. D. Fabritii Pignatelli Equitis Hieroſolymitani ad ſodalitatem perveniſſet, quæ fuit primum ejuſdem patrimonium, ſed magni momenti litibus undequaque implicita, etiam in foro ipſius jura acerrime tutatus fuit. Anno jubilæi 1600., qui fuit primus ab inſtituta ſodalitate Neapoli, propriis eam, non ſolum juvit ſubſtantiis, ſed eleemoſynas adeo uberes à ſodalibus, à piis viris, & à præfectis aliorum piorum operum comparavit, ut octuaginta circiter peregrinorum millia potuerit & commode excipere, & cupediis etiam alere; nec ſolum ipſe Decius corporali peregrinorum refectioni incubuit, ſed eodem tempore & animarum, libello pro ipſis ornato, de quo inferius. Et ut ſingula brevi complectamur, pro ſua ſodalitate vel præſens, vel abſens, vel ſoſpes, vel infirmus uno, eodemque tempore concionator, cenſor, ædituus, præfectus, patronus, cauſidicus, curator rei familiaris, tabellio, hiſtoricus, architectus, faber, unus denique omnia fuit. Suis glorioſis laboribus cœlum adeo arriſit, ut quam ſexta vice primicerii munere, quod primum in ea eſt, procurabat, corpore, non animo pro mitra Barienſi anno 1606. coactus relinquere, reliquit adeo bene confirmatam, ut ad ſanctimoniæ ultimas metas perventuræ non amplius ei opus fuerit exſequi, quam quæ ſibi ſuus imo pater, quam filius verbo perſcripſerat, reipſa perfecerat. Viris ipſam, ac matronis ſplendore generis, honorum gradu, vitæ exemplaritate vere principibus repletam vidit. Parum fuerat vidiſſe, quam vagientem, utpote vix quatuor ante menſibus excitatam repererat, breviſſimo annorum ſpatio matrem aliarum ſodalitatum, & fœcundiſſimam aliorum piorum operum ſcatebram ſua undequaque prole, quæ maxima ſanctitatis opinione ad cœlum evolarat, coronatam ſalutavit.*

„ *Clerus Neapolitanus Decio, qui ſua jura apud ſanctam Sedem ſtrenuè olim, ac fortiter propugnarat,*

*rat, gratulationis officium perſolvit. Sodalitas autem tanti filii plaudens honoribus triduo lætanter pulſari nolas, feſtiviſque luminibus noctu frontem Eccleſiæ, & ſanctæ domus ſolaria niteſcere voluit, eo majori gaudio, quia etiam Neapoli in D. Mariæ ab Angelo annunciatæ propriis eum vidit oculis pontificio indulto in Archiepiſcopum ſacrari: quod mire excrevit, quando ipſe Decius primum ac potuit, in ſuo oratorio ſacris voluit operari, ad ſuos ſodales ſermones habere, ea denique omnia exſequi munia, ac ſi ultimus fratrum, aut verè tyro tunc primùm tantæ ſodalitati nomen daret; lacrymis ipſa tandem parcere non potuit, quando Decius ad ſuam diœceſim greſſum directurus voluit omnes Sodales in oratorio congregatos, à quibus humi proſtratus veniam humillimè petiit, ſi 26. annorum ſpatio, non omnes, quas in ſe ſperaverant, optimi ſodalis partes venerari potuerant; ſi erga omnes non ſe geſſerat ea, quam debebat omnibus, fraterni amoris illecebra; ſi ſe verè diligerent, in eum graviter animadverterent, ſevere plecterent, etiam atque etiam enixè, ac flendo deprecabatur; ſed cum non ampliùs proloqui obortis lacrymis amantiſſimi fratres permiſere, & agmine facto eum cingentes alii amplecti, alii omnimode reluctanti manus, & etiam pedes raptim exoſculari, fletu mutuæ charitatis officia ſuffocante. Ut autem fari potuit, ſe, & communibus ſodalitatis, & peculiaribus cujuſque orationibus commendatum voluit, ut Epiſcopali muneri faceret ſatis.*

*Ipſe interea ſingularem in cultu, victuque moderationem retinuit, & vitæ ſanctimoniam novæ dignitatis acceſſu novo virtutum ornamento augendam procuravit. Die 26. Martii 1607. maxima, ut numquàm aliàs, Eccleſiaſtica pompa, & præſulari majeſtate Barium ingreſſus, ab omni Clero, & Magiſtratu priſco more exceptus fuit ea ſolemnitate, quam deceret excipientem, & exceptum. Prima die ſponſam ſuam pretioſis Oloſericis etiam auro Arabice intertextis, ac miro opere concinnatis donavit. Viſitationi locali, ac perſonali ſe dedit illico, cumque in plurima, & omnino abſurda offendiſſet, quibus, ut in brachio extento iret obviam, laica ſibi poteſtate opus eſſet, hanc ad Electos pro regimine ejuſdem civitatis epiſtolam direxit. Foris.*

Alli Signori Sindici, e Conſeglio della Città di Bari. Intus. Signori Nobiliſsimi.

L'Obligo che m'apporta la Dignità Arciveſcovale, mi ſpinge a communicare alle SS. VV. il biſogno dell'anime di queſto popolo, e chiederle inſieme quell'agiuto per il loro buon governo, che non ſi può da me ſomminiſtrare, e ſecondo i Canoni ſpetta a loro provedere, oltre che per l'utile generale, e particolare, e per la convenienza non ſolo non ſi deve negare, ma fare ogni sforzo che ſi ottenga. Per queſto dico alle SS. VV. che hò ritrovato queſta Città molto numeroſa, e ſenza Parocchie, e che per il Concilio Tridentino cap. xiii. in fine ſeſs. 24. de reform. è neceſsario farle. L'hò anco ritrovata ſenza Seminario, che nel detto Concilio, e proprio nel cap. xviii. ſeſs. 23. de reform. ſi concilude, che ſia neceſsario, e che ſi faccia in ogni Città. Hò di più ritrovato, che di queſto popolo, ſi ben nell'articolo della morte ciaſcuno ſi fa ſcrupolo d'haver fraudato le Decime a queſta Metropoli, e perciò laſcia un tanto per detta fraude, tuttavolta niuno d'eſso ſi riſolve a pagare dette Decime, alle quali è obligato de Jure Divino, & humano. Hò ritrovato ancora la Catedrale ſenza prebenda Teologale, e di penitenziero, e ſenza collatione de' beneficii Camerali, con le quali ſi poteſsero fare dette prebende. Hò ultimamente ritrovato un Sacerdotio poco ſpirituale, mal diſciplinato, e ſenza lettere, & una Turma di Chiericotti, che in luogo di caminare per la via della virtù, s'indrizza per quella de' vitii, onde ſi mantiene un Seminario di perſone delinquenti, e totalmente contrarie alla profeſsione Chiericale, donde naſce l'inquieto. & il ſcandaloſo vivere della Città; per queſte, & altre ragioni, che farei troppo lungo ad' aſsegnare in queſto breve foglio, dico alle SS. VV. che hanno da far penſiere, e concluſione inſieme, che ſe ritrovi ricapito per l'obligo c'hanno, ò di pagare le Decime debite, ò almeno di dotare le Parocchie neceſſarie, e di fabricare la caſa per il Seminario, nel che non vi andarebbono ſette, ò otto mila docati in proprietà, ò vero da 500. in 600. docati d'entrata l'anno, che con una minima gabella, che ſi poneſse ad tempus, ſi provederebbe all'una, ò a l'altre, ſeconde l'urgentiſſima neceſsità richiede; aſtretto dalla quale prego le Signorie Voſtre a non correre precipitoſamente in queſti negotii dando l'eſcluſiva, mà farvi non ſolo matura conſideratione, mà ferma riſolutione, che ſi oſserva coſa tant'utile, tanto neceſsaria, e tanto decente a queſta Città, e Provincia, non laſciando di dirle, che mentre non ſi procederà conforme al biſogno, & obligo; io per non mancare del mio debito, agiutato dall'orationi, c'hò ordinato, che ſi facciano per il buon eſito di queſti ſanti deſiderii, in qualche modo indrizzarò ad effettuarli di quella maniera, che mi ſara lecito, e non ſeguendo, ſarò ſcuſato appreſſo a Dio, & al Mondo, &c.

*Interea ut Eccleſiaſticam diſciplinam omnino labefactatam reſtitueret, menſe Decembri die 28. anno 1607. Synodum habuit diœceſanam, quam triduo publico plauſu expeditam paucos poſt annos Camillus Cerrus Apoſtolicus Notarius, & curiæ Barienſis actuarius typis dedit. Vix novem in ſua Eccleſia menſes reſidere potuit, quippè obortis graviſſimis diſſidiis inter ipſum, & capitula Canuſii, Aquævivæ, & regiæ Eccleſiæ D. Nicolai, opus Decio fuit pro juribus ſuæ ſponſæ ſe ad almam urbem conferre, à qua nonniſi poſt biennium magno quidem impendio, & incredibili labore obtinuit, ut Canuſinum capitulum ſuæ eſſet provinciæ, illud Aquævivæ ſuæ diœceſis, Canonicos, omnemque clerum ejuſd. regalis Eccleſiæ D. Nicolai ad quæ de jure ſecundum Concil. Tridentinum tenebantur, ſibi omnino ſubiectos. Barium victor regreſſus dirę illi caritati, quæ ferre omnem vaſtavit Italiam, adeo ut ſolum Barii tres mille circiter homines fame interierint, adeo, quoad potuit, opportunus obſtitit, ut ſupremum ab afflictiſſima urbe excidium propulſarit erogans in pauperes omnem ſuam ſubſtantiam, & in idipſum ſuo exemplo potentes viros impellens. Clam egenis verecundis ſui Miniſtri opem ferebant, ne vero aliquam domum, cum jam univerſalis eſſet inopia, inviſitatam pertranſirent, ipſe Archiepiſcopus panem, pecuniam ſecum deferens, non domos ſolummodo, & palatia, ſed ipſas caſas, ipſa tuguria percurſabat; Vacuus ad ſuum penetrale rediens, iterum oneratus exibat nulli parcens labori, ſudori, vigiliæ, imo & ſæpiſſime ipſe eſuriens, ut ſuos diœceſanos famelicos, & cibo reficeret, & in hujuſmodi calamitate, ne caderent animis, ſolaretur. Ipſe interea noctu continuis lacrymis, carnis macerationibus, ferreiſque ſe exercens catenulis apud communem inſtabat Dominum, ut flagella iracundiæ à ſuo populo vel averteret, vel illi parcens in ſe unum excuteret.*

*Cum anno 1610. ſummus pontifex Paulus V. in beatorum albo conſcripſiſſet vener. Ignatium de Lojola Societ. Jeſu inſtitutorem, & idcirco ab ejus filiis Barii ſollemne feſtum præpararetur, Decius, qui & eumdem indigetem, ſuamque ſocietatem ſummo loco ſemper habuerat, voluit illud auguſtius reddere, & omnibus ſacris honoribus cumulatiſſimum. Die itaque ultima Julii, ut vere feſtiva, à ſervilibus operibus cavit, omnes abſtinerent, & ſacris intereſſent, ad Eccleſiam Soc. Jeſu maxima Eccleſiaſtica pompa, omnique comitante clero ipſe venit, ſacris veſperis, & incruento altaris ſacri-*

A

ſicio pontificaliter interfuit. A ſuo ſolio panegyricam orationem habuit, qua Beati virtutes omnes ſtylo quidem perpolito, & vere ſacro recenſens, ſuos omnes diœceſanos mira erga illum devotione imbuit, quam poſtea orationem Societas Jeſu, ut communi Barenſium voto faceret ſatis, ab Archiepiſcopo obtentam typis dedit.

Clericis diœceſanis propter Epiſcopale palatium ſeminarium aperuit, in cujus fronte hæc extat inſcriptio.

Ad Dei Cultum,
Eccleſiæ Dignitatem,
Cleri Diſciplinam,
Provinciæ Commodum,
Decius Caracciolus Barii
Et Canuſii Archiepiſcopus
Seminarium excitavit
CIƆDCXII.

Presbyterium ſuæ ædis principis, quod prius erat clauſum, laxatum voluit, ut ſibi commiſſa plebs commodius ſacris poſſet functionibus intereſſe, in cujus parte dextera ſuum thronum erexit. Fratres Minores obſervantes ſuam novam Eccleſiam ejus Præſulatu perfecere, in cujus ſumma coronide legitur.

B

Soli Deo honor, & gloria, cujus eſt hæc
Domus orationis MDCXIII.

Eccleſias omnes ſuæ diœceſis, quibus potuit, cumulavit beneficiis. In illa Bitricti, divi Stephani prothomartyris lipſana argenteo brachio ſua impenſa fabrefacto concluſit. Cum verò ob nova diſcrimina cum illis Capitulis, opus ei fuiſſet Romam repetere, ibi die 27. Maii in feſto Pentecoſtes anno 1613. humanis rebus ereptus eſt, deſiderium ſui ingens omnibus, atque ipſis quidem Cardinalium primis, apud quos ſummæ ſemper venerationi fuerat, relinquens. Heros antiquis primitivæ Eccleſiæ Epiſcopis comparandus, adeo omnibus illorum virtutibus ad miraculum ornatus effulſit. Animarum procuratio in eo ſingularis, pietas erga pauperes, & præcipue caritatis tempore eximia, zelus domus Dei ſemper in eo primas obtinuit, pro qua continuo dura, par ſibi ſemper, mira conſtantia pertulit, vitamque pro illa fundere non dubitavit. Candor ei morum, ac innocentia mirabilis. Orationi ſemper incubuit, ac lectioni SS. Patrum. Auguſtiſſimum Eucharistiæ Sacramentum verus D. Philippi Nerii filius ſumma ſemper religione proſecutus fuit, ut in eo ſumendo extra ſe pene fieri videretur. Exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii ab adoleſcentia, & poſtea ut ſodalis SS Trinitatis peregrinorum quotannis, ſaltem ſemel vacabat, quibus ad amplioris ſanctimoniæ incrementum continuo incendebatur. Cum graviſſimis erat negotiis irretitus, furabatur à ſomno ſtata tempora meditationi, precationi, ac ſcrutandæ conſcientiæ. Sodalitatem ſuam SS. Trinitatis ſuis ſudoribus irrigatam, peculiari ſtudio ſẽper coluit, illamq; non ſolum in ſuis orationibus, ſed & Epiſtolaris cõmercio ſemper habuit præſentẽ, ſemperq; præſentẽ & eum habuit ipſa Sodalitas, quem continuò conſulebat, cui omnes ſuos progreſſus nunciabat, à quo etiam pro ſodalium receptione, & pro omnibus agendis votum expetebat. Sibi in ultimis adeſſe voluit Patres congregationis Oratorii, & Societ. Jeſu, quos inter animo alacer placidiſſime ſpiritum illi dedit, pro cujus amore vitam poſthabuerat. In Eccleſia D. Spiritus in Saxia, in cujus Noſocomio pauperibus Jeſu Chriſti ſemper inſervierat, ſepulturam elegit, omni pompa interdicta, & ſepulcrali inſcriptione. Sodalitas autem SS. Trinitatis peregrinorum, & convaleſcentium grata non minus tanto Antiſtiti, quàm Decio Cardinali Carrafæ Neapolitano Archiepiſcopo, qui ipſum Caracciolum in omnibus, ac præſertim ad ſeipſum ſpectantibus imitatus fuerat, licet ipſi Carrafæ peculiarem inſcriptionem inciderat relatam tom. 6. in Archiepiſcopis Neapolitanis fol. 180., ſequenti poſtea elogio ambobus communi utriuſque meritum fuit proſequuta.

C

D

A

Quiſquis es ne mirere, quod pro geminis Heroibus unus loquatur Lapis.
Unum porro ambobus nomen Decius,
una gens Caracciola nimirum, & Carraſa, duæ ſed eadem è ſtirpe familiæ,
una patria Neapolis, unus genius utrumque Eccleſiaſticæ adſcripſit militiæ, una ſodalitas omnibus charitatis operibus exercuit. una Archiepiſcopalis infula Barienſis alterum. alterum Neapolitanæ Apoſtolorum heredem inſtituit. Una denique pietas, non modo ipſiſſimos, ſed è duobus unum reddidit.
Hoc tamen inter eos diſcrimen Caracciolus, Sodalitii pene conditor, Carrafa ſervator: quamquam & in hoc etiam unum fuere; eadem quippe conditori, ac ſervatori debetur laus. Carrafa, non Caracciolus conſecutus eſt purpuram; ſed hanc meruiſſe Caracciolo fuit pro purpura. Caracciolus Romæ an. 1613. Carrafa in patria an. 1626 mortem oppetiit: at & in patria etiam Caracciolus; totus enim terrarum orbis ſapienti patria. Sodalitas SS. Trinitatis Peregr. & Convaleſcentium, ne qui fuere viventes unum ſub gemina epigraphe
duo viderentur, unam utrique P.

B

Vir tot, tantiſque implicitus, diſtractuſque negotiis, & fere ſemper magni momenti, plures reliquit ſui feracis ingenii fœtus, licèt non omnes publica luce fruantur; qui tamen prælo commiſſi fuerunt, ſunt, Oratione ne' funerali di Filippo II. Rè Cattolico. Libellus inſcriptus -- Convocatio Univerſalis ad urbem anno Jubilæi ſub Clemente VIII. P. O. M. in quo peregrinos modum edocuit ſpirituales proventus à ſuis itineribus percipiendi, baſilicas viſitandas, omneſque alias ædes ſacris lipſanis celebriores, quem latino idiomate conſcriptum Clementi VIII. Summo Pontifici, & ipſemet in Italicum vertens Lemenſium Comiti Neapolitano Proregi dicarat: Panegyris in beatificatione Societatis Jeſu Fundatoris: ac Diœceſana Synodus. Inedita opuſcula ſunt libellus inſcriptus -- Modo da tenerſi da Fratelli, e Sorelle della Compagnia nel prepararſi all'oratione delle Quarant'ore, e per l'orare mental'e verbalmente in eſſa -- Li Sermoni da lui fatti a' fratelli nell'Oratorio -- Et Liber denique, cui titulus -- Compendio dell erettione dotatione, privilegii, eſenzioni, cenſi, ſtabili, e mobili della Chieſa, & Oſpedale di S. Maria de' Peregrini della fedeliſſima Città di Napoli &c. Multa inſuper tanti viri calamo exarata perierunt.)

C

D




LXIII

72 ASCANIUS Geſualdus a, Neapolitanus, Decii ex ſorore nepos, pari nobilitate, & expectatione, die 1. Julii 1613. ex Referendario utriuſque Signaturæ Barenſis Archiepiſcopus renunciatus eſt à Paulo V. illiuſque Præſulatus ſolemni pompa iniit poſſeſſionem prima Februarii anni ſequentis, ac di-

a De quo Toppius in Bibl. Neap. p. 35. De familia vero Geſualda Camillus de Lellis de famil. nobil. Regni Neapol. par. 2. pertractandæ.

diligen-

ligentiſsimè inſtitit veſtigia patruelis *a* in pietate colenda. Vix annum attigerat à ſua præfectura, cum ab eodem Paulo miſſus eſt primum in Belgium, deinde in Germaniam Apoſtolicus Nuncius auctus Patriarchali Conſtantinopolitana dignitate. Fidelisſimè operam ſuam eo in munere præſtitit, & poſt aliquot annos revocatus ad propria, gregi ſuo ſollicitus Provinciale Concilium anno 1628. in Metropolitana celebravit, pluraque ſancivit decreta, ac digna ad diſciplinam Eccleſiaſticam revocandam*, pietatemque colendam; quo ſedente, & adjuvante Minimi, ac Diſtrictioris Obſervantiæ Minores Fratres Bari ſtabiliuntur*. Aſcanius verò poſt quam benè an. 25. Barenſem adminiſtraſset Eccleſiam, mortalitatem explevit anno 1638.

a Avunculi.

(,, *Aſcanius è regali genere Normandorum Principum, qui ob comitatum Geſualdi, quem ſupra reliquas magni nominis Dynaſtias in Regno Neapolitano obtinuerant, de Geſualdo audierunt, quibus ornatus moribus eluxerit, dixiſſe ſit ſatis; genitores ei fuere Michael multorum oppidorum Dominus, Maria Caracciola Archiepiſcopi Barienſis Decii germana ſoror, cujus monitis piiſſimi conjuges non modo Neap. ſodalitio Ss. Trinitatis peregrinorum, & convaleſcentium recens inſtituto, ut fere omnes Neapolitani, ac etiam exteri optimates nomen dederunt, ſed illud præclariſſimis Chriſtianarum omnium virtutum exemplis cumularunt; quare & ipſe etiam Aſcanius cum ſuis germanis in illo adſcriptus ſuorum veſtigiis pro virili ſemper inhæſit, ac præcipue ſui avunculi Decii, qui indolem in eo ad ſui genium nactus, in eo ſeipſum expreſſit, etiam quoad Eccleſiaſticæ vitæ tenorem. Aulam poſtea ſequutus Romanam U.S. Referendarius anno 1613. ſuo avunculo, an potius parenti, & chriſtianæ vitæ magiſtro, qui à teneris cum ſumma ſollicitudine educarat, ac pietate imbuerat, infirmo, ac tandem mortalitatem explenti in alma urbe ſemper adſtitit. Paulus V. qui & avunculi, & Nepotis integerrimos mores ipſa purpura dignos vere callebat, illico Aſcanium Barienſem Præſulem dixit, ut ſi Decio virtutibus, eadem infula omnino compar evaderet. Ut ad ſuam pervenit ſponſam die 9. Febr. 1614., à qua fuerat ſumma exceptus obſequii nota, viſitationem generalem inſtituit, quam primo die Septembris magna lenitate inceptam maximo zelus ardore tandem complevit; ſed in illa diœceſis, multa offendens abſurda, ſuæque omnino authoritati obnitentia, Vicario generali relicto germano ſuo Aloyſio Geſualdo S. Laurentii Abbate Romam regreditur. Paulus autem V. ſummæ ejus in agendo dexteritatis bene conſcius, non ad ſuæ amplexus ſponſæ, ſed in Belgium ad Ser. celſitudines Alberti, & Iſabellæ Auſtriæ Archiducum Apoſtolicum Nuncium cum facultate Legati à latere immittit, & poſt biennium apud Imperatorem Matthiam, ejuſque ſucceſſorem Ferdinandum eodem munere, Bohemia, Hungaria, & fere omnibus Arctois illis regionibus peragratis, functus fuit. Poſt ſexennium ad ſuam Eccleſiam, quam invitus reliquerat, lubenter rediens, diœceſanam ſynodum die 13. Februarii 1624. coegit, cujus acta anno ſequenti Romanis typis cuſa fuerunt. Iterum habuit, ſed provincialem an. 1628. à die 4. uſque ad 7. Februarii, cui præter Archipresbyteros, Vicarios, & Abbates diœceſis, interfuere Maſſcrottus Bitecti, Carraffa Butunti, Memmolus Rubi, Martinellus Cuperſani, Padilla Lavelli, Cariſſimus Minervini Præſules, & Archipresbyter Mitratus Tiriliti. Epiſcopi Juvenac., & Polymniani utpote a ſuis ſedibus abſentes per ſuos procuratores adſtitere. Catharenſis Antiſtes accerſitus, quando ſe Barium conferre meditabatur, novis, & magni momenti negociis irretitus intereſſe non potuit. Cum Urbanus VIII. ann. 1629. jubilæum univerſale promulgaſſet, ut fidelium orationibus munita Chriſtiadum arma de Turcis victoriam referrent, in tribus jejunii diebus publicas ſupplicationes pœnitentiæ, ut vocant, indixit, quibus & ipſe interfuit nudis pedibus aſſignatas pro lucro indulgentiarum Eccleſias viſitando, cujus veſtigia civitas univerſa calcavit. Ipſo adnitente Carmelitas Excalceatos D. Tereſiæ an. 1630. Barium, conſtitutis pro eorum alimento annuis ducatis 200. admiſit, & ſodalitium pro beneficio animarum purgatorii excitavit in nova æde Salvatoris, quam Vincentius Sirigatti Patritius Florentinus à fundamentis poſtea prolatavit.*

,, *Cum & eodem anno Aſcanius à Neapoli ad ſuam ſponſam rediret, in civitate Canuſina perhonorifice, & ultro exceptus fuit ab illo clero, qui ei publicam obedientiam præſtitit, licet pluribus retro ſæculis ſemper obſtiterit, ſumma cum pace, & communi gaudio juribus ſuorum prædeceſſorum reſtituendo. Omnes, imo ſingulos Archiepiſcopus amplexatus fuit, & rogatus plurimos ibi ſacrochriſmate confirmavit. Cum Barienſes, ob cineres Veſuviani incendii 1631., quos excutere neceſſe fuit è tectis, ne enormi pondere ipſa fatiſcerent, & ob terræmotum, qui Apuliam anno 1632. concuſſerat, magno forent timore perculſi, Fabio Impalco, & Joanni Leonardo Nitti Soc. Jeſu ſacerdotibus vitæ integerrimæ mandavit, ut diœceſim omnem Apoſtolicis miſſionibus viſitarent, plenamque etiam à ſibi reſervatis caſibus abſolvendi facultatem indulſit. Multas Eccleſias ſacravit, ut è ſuis inſcriptionibus. In illa majori Modunei.*

Urbano VIII. P.M. ſedente, Philippo IV. regnante Aſc. Geſ. Patriarcha Conſtant. Archiep. Baren. & Can. Sedis Belg. & Germ. Legat. ſunctus templum hoc ad honorem Beatiſs. Virginis Mariæ Annunciatę conſecravit ſub ſindicatu Donati Olimpii. Die XV. Novembris MDCXXVI.

*In illa S. Bernardini PP. Reformatorum D. Franciſci.*

Urbano VIII. ſummo Pontifice ſedente, Philippo IV. Rege Catholico regnante Ill. ac Rever. Aſcanius Geſualdus Patriarcha Conſtantinop. Archiep. Baren., & Canuſin. poſt reditum ex legationibus Belgica, & Germanica Eccleſiam iſtam Fratrum Minorum ſtrictioris obſervantiæ in honorem S. Bernardini Senenſis die XVII. Octob. MDCXXVII. conſecravit.

*In illa Monialium Olivetanarum ſub titulo Divi Jacobi.*

Urbano VIII. Summo Pontifice ſedente, Philippo IV. Rege Catholico Regnante Illuſt. & Rev. Aſcanius Geſualdus Patriarcha Conſtantinopolitanus Archiepiſcopus Baren. & Canuſin. poſt reditum ex legationibus Belgica, & Germanica Eccleſiam iſtam in honorem S. Jacobi majoris Apoſtoli die IV. Novembris MDCXXVII. conſecravit. Abbatiſsa D. Domitilla Ventura.

*Et in illa S. Crucis PP. Capuccinorum.*

D. O. M.

Illuſtr. & Rever. D. Aſcanius Geſualdus Patriarcha Conſtantinop. & Archiepiſc. Baren. & Canuſin. hoc templum conſecravit die XXI. Novemb. A. D. MDCXXXIIII.

,, *Die tandem 27. Januarii 1638. è mortalium ſtatione evocatus fuit perpetuo diœceſanorum luctu, quia in eo ſolamen ærumnoſi, cibum famelici, aſylum perfugæ, conſilium titubantes, præſentem ſemper opem egeni omnes amiſerunt. Præſul quidem ipſe fuit æternæ memoriæ ob morum integritatem, zelum divini cultus, curam ſacrarum virginum, Eccleſiaſticæ libertatis tutamen, ob illas denique dotes omnes, quæ vere Decii Caraccioli nepotem, ac ſucceſſorem probaverant, adeo ut ſub Aſcanio, ſub Decio ſemper fuiſſe crediderit Barienſis diœceſis. Vide Lombardum, ubi de hoc Archiepiſ.*)



LXIV

a Ejus mentio apud Toppium in Bibl. Neapol. p. 310. Man.Aſ.

73 DIDACUS Serſale a Neapolitanus antiquiſſimæ familiæ nobile germen, Annibale Caſtelli Franchi Principe patre natus, nobilioribus diſciplinis in Romano Collegio inſtitutus, aulam ſequutus, utriuſque Signaturæ Referendarius evaſit: per plures annos deinde variis perfunctus Præfecturis in Eccleſiaſtica ditione laudem tulit inculpatæ virtutis viri; nitebat enim non modo litteris, ſed ſingulari humanitate, & in rebus agendis prudentia: quibus virtutibus adlectus Urbanus VIII illum Archiepiſcopum Barenſem creavit die 20. Decemb. 1628. quam Eccleſiam, ubique & ſemper pie rexit, adhucq; regit cum fama virtutis, cui par eſt longam vitam precari, à quo omnes felicem fauſtamque nobili Eccleſiæ nobilem adminiſtrationem expectant.

*A D D I T I O.*

(,, *Anno 1641. ſynodum diœceſanam habuit. Ædes Salvatoris ſuo ſtudio an. 1632. perfecta fuit,*
,, *in qua hæc extat epigraphe.*
,, Magno hominum ſervatori quæ olim
,, ſacra ædicula fui, eidem nunc, defun-
,, ctorumque manibus Vincentii Sirigatti
,, Patritii Florentini munificentia augu-
,, ſtius, nitidiuſque in templum aſsurgo.
,, Jacta, Aſcanio Patriarcha Geſualdo an-
,, nuente, fundamenta Didaci Sirſalis Ar
,, chiep. auſpiciis ad coronidem evecta
,, A. MDCXLII.
,, *Vacante Romana cathedra an. 1644. ob mortem*
,, *Urbani VIII. publicas ipſe triduum ſupplicationes*
,, *indixit, ut afflictæ Chriſtianitati pater miſericor-*
,, *diarum, & Deus totius conſolationis optimo paſto-*
,, *re conſulere dignaretur. Caritati, quæ Barium*
,, *1645. peracerbe vexavit, opportune reſtitit manu*
,, *ſemper ad pauperes extenſa. Ut virginibus Car-*
,, *melitis Excalceatis ſub regula D. Tereſiæ ſacrum*
,, *gynecæum in ſua civitate excitaretur, ann. 1647.*
,, *conſilio, atque opera inſtitit, cujus in ſpirituali-*
,, *bus fuit inſtitutrix cum Maria Magdalena Zim-*
,, *mara Brunduſina, V. M. Franciſca Tereſia Morra*
,, *pietate, & natalibus conſpicua, quæ in ſeculo ſe-*
,, *reniſſ. Neapolit. ſodalitati SS. Trinitatis peregrino-*
,, *rum, & convaleſcentium nomen dederat, & alte-*
,, *ra, non modo nomine, ſed etiam re Tereſia haberi*
,, *forſan potuit, quia innumeras Chriſto Jeſu ſpon-*
,, *ſas peperit in domibus, quas ſuo ordini Romæ, Li-*
,, *tii, & nunc Barii adaperuit, ubi poſt novennium*
,, *ad æternos ſui ſponſi tranſiit amplexus.*
,, *Tempore univerſalis jubilei 1650. pietas Inno-*
,, *centii X. Summi Pontificis benigniſſime indulſit, ut*
,, *qui Romam petere legitime impediti non poterant,*
,, *in propria patria eadem opera exercentes, ac ſi in*
,, *alma urbe eſſent, eaſdem indulgentias lucrarentur:*
,, *Eccleſias viſitandas pro hoc effectu Archiepiſcopus*
,, *Didacus declaravit, quod omnes prævis ipſius ſa-*
,, *lutaribus monitis ſumma devotione, & publica*
,, *exemplaritate executi fuerunt. Ædem principem*

A ,, *novo laqueari, duobus choris pro muſica cum ſuis*
,, *etiam recentibus organis miro quidem opere, &*
,, *ſummo, ſed ſuo erogato cenſu exornavit. Epiſco-*
,, *pale palatium non modo refecit, ac perpolivit, ſed*
,, *nova à fundamentis adjectione amplificavit, in*
,, *medio cavædii erecto obeliſco, quem in ſummo ver-*
,, *tice D. Sabini ſtatua nobilitat. Anno 1652. iterum*
,, *habuit pro bono ſui gregis diœceſanam ſynodum.*
,, *Cum Innocentius X. Regularium domos, quæ de-*
,, *cem religioſos ad minus alere non poterant, juſſiſſet*
,, *ſupprimi, redditus domus S. Viti congregationis*
,, *Cœleſtinorum, quæ idcirco Barii ſuppreſſa fuit,*
,, *ſuo ſeminario applicandos ab Apoſtolica obtinuit*
,, *benignitate. At ſi unum cœnobium extinctum fuit,*
,, *tria in diœceſi pro ſacris virginibus excitata fue-*
,, *runt, alterum Ciſtercienſis Ordinis in Valentiani*
,, *D. Lauretanæ Virgini, alterum Capuccinarum in*
,, *Aquævivæ B. etiam Virgini, ſed ſub titulo con-*
,, *ſolationis, tertium denique in Caſſani oppidi D.*
,, *Claræ dicata. Anno 1655. ab ſancta ſede gratiam*
B ,, *pro ſuo capitulo adeptus fuit, ut alternatim Ec-*
,, *cleſiæ in odæo ſervitium præſtaret, ita ut una capi-*
,, *tuli medietas in una hebdomada, altera in altera*
,, *ſuo muneri faceret ſatis. Gemente interea ſub fla-*
,, *gello peſtis Neapolitano Regno, ſermonibus igni-*
,, *tis, ſalutaribus monimentis, pœnitentialibus ſup-*
,, *plicationibus ſuum gregem ad æternæ ſalutis paſ-*
,, *cua perducere ſtuduit. Extat adhuc ipſius edictum,*
,, *quod hìc inſerere non abs re viſum.*
,, Diego Serſale per la gratia di Dio, e della
,, Sancta Sede Apoſtolica Arciveſcovo
,, di Bari, e di Canoſa, Aſſiſtente
,, di Sua Beatitudine &c.
,, Non è più tempo di vanità, nè di piaceri, ma
,, di ſoſpiri, e pianti. Ci vediamo ſopra la mor-
,, te, e morte di peſte, e Dio per gli peccati noſtri
,, hà gran ragione di darci queſto gaſtigo, e ſi trova
,, pure in queſta Città, e Dioceſi, chi per le ſtra-
,, de la notte canti, e ſuoni? non è modo queſto di
,, placare il Divino furore, e movere la ſua miſe-
D ,, ſericordia a volerci perdonare, ò liberare Ho-
,, ra è tempo più che mai d'attendere ad orationi,
,, digiuni, elemoſine, & altri eſercitii ſpirituali.
,, Volendomo noi dunque non mancare dalla debi-
,, ta providenza, che queſto anche vuole Iddio,
,, ci è parſo avviſare tutti tanto del Clero, quan-
,, to del Popolo a laſciare queſte vanità, & ordi-
,, niamo a tutti gli Eccleſiaſtici ſogetti alla noſtra
,, giuriſdittione, che non ardiſca alcuno di eſſi di
,, caminare la notte per la Città, e Dioceſe can-
,, tando, ò ſonando ſotto pena d'un meſe di carce
,, re, oltre le pene Sinodali pecuniarie, & altra à
,, noſtro arbitrio reſervata; & in juris ſubſidium
,, di ſcommunica; & acciò venga a notitia di tut-
,, ti, vollemo che 'l preſente Editto s'affigga ne i
,, luoghi publici della Città, e Dioceſi, & obblighi
,, ciaſcheduno, come ſe fuſſe ſtato perſonalmente
,, citato. Dato in Bari nel noſtro Palazzo Arcive-
,, ſcovale à 8. Luglio 1656.
,, *Sub quo flagello non minus quàm XII. M. hominum*
D ,, *ceciderunt, & niſi B. Virgo ſub titulo Conſtantino-*
,, *polis divinam mulſiſſet Nemeſin, jam de Bario a-*
,, *ctum fuiſſet. In tanta calamitate piiſſimus paſtor*
,, *quotidiè largis ſubſidiis paupertatem fovit, & ſa-*
,, *cramenta ſemper miniſtrari, extinctiſque poſteà*
,, *ſolemniter parentari voluit, generali ſupplicatio-*
,, *ne poſt ceſſationem morbi uſque ad commune ſepul-*
,, *chrum luc defunctorum in dicta etiam cum indul-*
,, *gentiis per dies quadraginta, ut ex edicto die 25.*
,, *Martii 1658. Quo pariter anno, ſed die 18. Augu-*
,, *ſti tertiam habuit Synodum, quæ anno ſequenti*
,, *Maceratæ typis data fuit. Valentiani tandem die*
,, *14 Jul. 1665. mors eum intercepit: Barium au-*
,, *tem ejus cadaver delatum fuit, ubi juſta fuerunt*
,, *ei perſoluta die 19. ejuſdem menſis coram pluribus*
,, *ſuæ Mitræ ſuffraganeis Epiſcopis.*



LXV JOANNES, è nobiliſſima Granafen Carovinei Marchionum gente poſt vicariam, quam præſtiterat operam, ſumma ſemper integritatis laude, Fabio Chiſio Neritino Epiſcopo, ab eodem ſub Alexandri VII. nomine Pont. Opt. Max. primùm Alexani in Salentinis, poſteà per mortem Didaci Serſalis hujus Eccleſiæ renunciatus fuit Antiſtes an. 1666. Solemnem pompam, qua Barium primo ingreſſu ſuos excipere ſolet Archipræſules, humilitatem modeſtiamque diligens, noluit. Die itaque Andreæ Apoſtolo dicata Apoſtolicus Vir ad ſuæ ſponſæ thalamum venit, in Epiphania Domini, ſequentis anni 1667. ab Epiſcopis Bitecti, & Cuperſani in odæo ſuæ ædis principis Archiepiſcopale pallium recepit. Viſitationem illicò generalem ſuæ diœceſis aperuit, in qua cum reperiſſet nonnullas Eccleſias, Capitula, & Archipresbyteros multis præſignibus frui prærogativis in ſua omnes quiete reliquit, profatus nitidioribus gemmis ſuam ſemper præfulgere mitram, cum ſui ſubditi, Epiſcoporum honorariis, & ſuæ Eccleſiæ Lateranenſium baſilicarum præeminentiis gauderent. Pontificiam benedictionem in mortis articulo pro ſibi commiſſa plebe biennium valituram ab Alexandro VII. aucupatus fuit. Monialium diſciplinam naviter procuravit, & cum in earum Commentariis accepti, & expenſi multa offendiſſet ſibi minime aſſona, ſancivit, ut in arcis, quas vocant depoſitorum, quia in illis pecunia deponitur, tres Claves præfigerentur, quarum prima ab Epiſcopo ſervaretur, altera ab Antiſtita, tertia denique ab Eccleſiaſtica perſona ab ipſo Epiſcopo deputanda. Cujus decreti certiorem fecit S. Congregationem Negotiis Epiſcoporum, & Regularium præfectam, quæ illud commendavit ut prudens, & cumprimis neceſſarium. Pro Archiepiſcopis commune extruxit in Cathedrali ſepulchrum ad pedes aræ B.M.V. Conſtantinopolitanæ dicatæ, in quo Geſualdi, & Serſalis recentium prædeceſſorum cadavera condidit. In muro è regione ejuſdem aræ aureis inciſa litteris hæc extat Epigraphe.

D. O. M.
Adeſto civis advena.
Tumulum ſpecta, dum vivis.
Hic inſulata
Baren. Antiſtitum, & Canuſin.
conditur mortalitas
immortalis evaſura, author ſibi
ſuis ſucceſſoribus
& Aſcanio Geſualdo Patriar. Conſtantin.
ac Didaco Serſali anteceſſoribus,
quorum disjuncta, quæ fuerant
oſſa, pulveres huc tranſtulit
vivens funeris memor
Joan. Granafeus Archiep. Baren.
anno ſalutis MDCLXX.

Sacrariа pretioſis ſupellectilibus, omnique ſacro inſtrumento inſtruxit, & illi ædis principis è

A perfecto argento peramplam lampadem, plura candelabra, & duo præcipue pro ara maxima, quæ æditui ſplendores communiter vocant altitudinis palmorum decem, dono dedit. Patres Minores Conventuales cum ſuam Eccleſiam demoliti fuiſſent, priuſquam ob ſenium ſua ſponte rueret, & Archiepiſcopum rogaſſent, ut eadem 2. feria Paſchatis Reſurrectionis, qua celebratur ab ipſis feſtiva memoria primi fundamentalis lapidis in illius conſtructione jacti à D. Franciſco ſuo patriarcha propriis manibus, nunc pro nova æde deiiceret, lubens annuit. Præcedente ſuæ cathedralis capitulo illuc ſe contulit, & in locum pro fundamentis effoſſum deſcendens poſt ſolitas ſacras ceremonias, ac benedictiones primum lapidem poſuit in nomine Ss. Trinitatis ter à cæmentario leniter percuſſum, ubi vero ædes perfecta fuit, die ultima Auguſti ſolemniter ſacravit, ut ex hac inſcriptione.

D. O. M.
B Templum hoc à Seraphico Patriarcha
Franciſco A.D MCCXX. Feria II. Paſ-
chatis ſanctiſſimæ Reſurrectionis mani-
bus propriis funditus extructum vetuſtate
temporis perditum, mirabiliter tanti
patris protectione uno penitus luſtro
magnificè refectum ad maiorem Dei
gloriam, & ſeraphici cultum illuſtriſs.
& reverendiſs. D.D. Joannes Granafeus
Archiepiſcopus Baren. & Canuſin. ſo-
lemni ritu conſecravit die ultima Augu-
ſti MDCLXXII.

Eodem anno aram Ss. Sacramenti in æde principe Modunei ſacravit, ut è ſequenti Epigraphe.

D. O. M. B. M. V.
Clemente P.P. X. ſedente
Carolo ſecundo Regnante
Joannes Granafeus Dei, & ſanctæ ſedis gratia
Archiep Baren., & Canuſin.
altare hoc conſecravit
C in honorem, & gloriam Ss. corporis Chriſti
& ſanctorum reliquiarum
A.D. MDCLXXII.

Ut Clerici Regulares vulgo Theatini domum Barii haberent, ipſe inſtitit apud electos ad regimen piiſſimæ civitatis, negotiumque lævigavit. Synodum diœceſanam habuit menſe Decemb. 1675. quæ cum omnes plectatur ſanctiones, & decreta quotquot reperiri potuerant ſuorum anteceſſorum, typis Venetis data an. 1676. ſummo loco habetur. Statuam argenteam D. Sabini miro quidem opere, ſummoque impendio fabre fuſam in ara maxima Confeſſionis ejuſdem Sancti locavit. Sacellum S. Mariæ Conſtantinopolitanæ multis ornamentis etiam argenteis decoravit. Dotem conſtituit pro uno perpetuo ſacrificio, ut ex hoc lapide in Sacrario ejuſd. confeſſionis.

Joannes Granafeus
Archiepiſcopus Baren. & Canuſinus
legato aureorum mille
D reverendiſſimo capitulo Baren.
perpetuum quotidie piaculare ſacrum indicens
è mortuis dudum aliis
morituro ſibi
morituræ numquam pietati
conſultum voluit
Anno Sal. Hum. MDCLXXIX.

Tantum Præſulem ob vitæ probitatem, doctrinam, ac eminentem in rebus gerendis prudentiam vere præclarum Dominus tamquam aurum in fornace probare voluit. Quidam è ſuis ſubditis, quos & ipſe beneficiis antea cumularat, adverſus non ſolummodo Epiſcopum, ſed benefactorem conſpirarunt, & cum nihil opponendum haberent, criminum non commiſſorum, apud ſanctam ſedem, inſimularunt. Calumniam adeo induerunt, ut Romam tandem fuerit accerſitus ad purganda ea, quæ ſibi objecerant Adverſarii. Paruit itaque Archiepiſcopus, qui diſcedens rogatus à canonico ſuo vere ex

inti-

*intimis, ut in alma urbe ſuæ recordaretur ſponſæ, ſuſpirans reſpondit.* Si oblitus fuero tui Hieruſalem, oblivioni detur dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, ſi non propoſuero Hieruſalem in principio lætitiæ meæ: *quibus verbis uſus etiam fuerat Gregorius X. cum primum in Pontificem Maximum aſſumptus fuit, ad Terram Sanctam oculos habens, dignis quidem ſupremo illo hierarcha, tantoque Antiſtite, cum non minus illo ſemper ob oculos ſuam ſponſam habuerit, quam etiam abſens donariis ornavit, nempe damaſcenis albicoloris oloſericis pro ipſius ara maxima, & etiam purpureis omnem illam ædem peramplam licet, pro ſolemnioribus anni diebus induere decreverat, quæ jam Venetiis ſuo juſſu texebantur, ni Parca una cum præſulis vitæ ſtamine illud etiam illarum telarum occaſſet. E Roma, ubi nonniſi poſt triennium, & amplius artificio accuſatorum ſua patuit innocentia, victor Neapolim petiit, medicorum ope, ſenium ſi poſſet, præmuniturus, ut ad ſuam rediens ſponſam, vires corporis, ſi non pares ſui ſpiritus zelo, ſaltem non adverſantes experiretur. Viſum tamen aliter Divinæ majeſtati, quæ ipſum defunctum die 18. Martii 1683. nec in ſepulchro pro Archiepiſcopis Barienſibus, ſed in æde principe Neapolitana tumulatum voluit.*



LXVI *Fr. THOMAS Maria ex inclyta Bagnaræ Ducum, S. Antimi Principum, multorumque feudorum domina gente Rufa, quæ licet primariæ nobilitatis ſit in Regno Neapolit. origine tamen Romana eſt, & conſularis plurium indigetum, ac Martyrum fœcundiſſima parens, ab Innocentio XI. die 10. April. 1684. hanc Eccleſiam invitus, nolenſque coactus fuit accipere, cum antea Caputaquenſem, atque alias ab aliis ſummopere quæſitas recuſaſſet, ut ſua clauſtrali quiete frueretur. Adoleſcens quippe ſacro Prædicatorum ordini nomen dederat. In Hiſpaniis autem in Salmanticenſi academia diſciplinis omnibus brevi ob ſublime ingenium fuit imbutus, & ibi vix Diaconus illas ex cathedra perdocuit. Poſt novennium Italiam repetens publicas theſes Urbano VIII. dicatas Romæ communi plauſu ſubſtinuit. Magiſter in ſua religione ſtudia Neapoli rexerat. Suum proprium D. Dominici Majoris Conventum, cui præfuerat, adeo dilexit, ut in eo duodecim ducatorum, & amplius millia è ſuo, ut vulgo,* livello, *expenderit, opere tectorio illius vaſtam Eccleſiam recenti architectonicæ methodo exornans, locum illum, quem barbare Fratres capitulum vocant, ac domum pro tribunali S. Officii, cujus ipſe conſultor erat, amplificans. Cellam D. Thomæ, in eaque ſacellum baſilice reficiens, Provincialis Regni novam cœnationem, quæ pulchrior eſt ex omnibus, quas in ſuis domibus habeat Ordo Prædicatorum, à fundamentis excitans. Viſitator generalis Appulæ Provinciæ, ſocius poſtea Magiſtri Generalis, ac Procurator demum Generalis ſui univerſi ordinis fuit, cujus acerrime jura in alma urbe propugnavit, & præcipue à ſacra rituum congregatione adverſus Fratres D. Mariæ de Mercede, quibus Chriſtina Svecorum regina, & plures magnæ authoritatis principes pro virili favebant, decretum obtinuit, quo declaratum fuit D. Raymundum de Pennafort Dominicanum illorum fuiſſe fundatorem, regulaſque, & conſtitutiones illis ſanciſſe. Epiſcopus tandem Fr. Thomas conſecratus die 23. Julii 1684. omni recuſata pompa hora 2. noctis privatim ad ſuam Eccleſiam pervenit, quam illico ſancta viſitatione perluſtravit opportuna adhibens amuleta variis abſurdis, quæ per abſentiam fere quadriennem ſui ultimi Præſulis irrepſerant. Crates ferreas, à quibus in propriis Eccleſiis Moniales ſuos conſanguineos compellabant, auferri, atque alibi extra Eccleſias refigi juſſit ſub hac inſcriptione.*

Eloquutorium collapſis jam ſæculis,
ne domus Dei negotiationi, non orationi dicata intueatur, nunc ab Eccleſia relegavit Illuſtr. ac Rever. Dominus Frater Thomas Maria Rufus Archi. Bar. & Canuſinus præſulatus anno primo MDCLXXXIV.

*Cleri ſanctificationi omnibus nervis incubuit continuis concionibus, familiaribus ſermonibus, at potius ſuæ vitæ exemplis. In examine ordinandorum acuratiſſimus fuit, adeo ut è centum aliquoties vix decem approbaret. Perpauci ipſo ſedente, ad Clericatum tranſiere, & nonniſi illi, qui diu in ſeminario litteris, ac virtutibus flamine dignis ſub magiſtris ſanctimonia, ac doctrina conſpicuis prius fuerant imbuti: quare alumnorum numerus illico excrevit, quorum commodo ipſe ſemper invigilans, propriis ſumptibus illud refecit, & prolatavit, in cujus fronte hæc extat inſcriptio.*

D. O. M.
Ruentes deſertas ædes parat
auget, exornat
excubans Præſul, & pius
A. B. E. C.
Ac velut oblitam excolit terram
ut electa in ea ſemina ſerta
dent fructum in tempore ſuo.
MDCLXXXVII.

*Ædem ſuam principem corpore D. Marini martyris, illam D. Dominici illo D. Clementis item martyris, quæ ſecum ab alma urbe deduxerat, prævia ſolemni ſupplicatione ditavit, & in ſuis loculis propriis ipſe manibus repoſuit. Prærogativas illas ſere Epiſcopales quorumdam Archipresbyterorum, & Eccleſiarum, quarum in anteceſſore Archiepiſcopo mentio facta fuit, ratus non poſſe ſubſtineri niſi cum detrimento ſuæ Juriſdictionis, omnino aboleri voluit, quare magni momenti, & majoris impendii diſſidiis apud ſanctam ſedem repente factus eſt locus, ſed ab ea obtinuit, ut Eccleſiam Aquævivæ facultate ordinarii poſſet inviſere; quamobrem illico ſe ad illam contulit, ſummaque ibi pace, ac quieſcere exceptus fuit. Adverſus Priorem regalis Eccleſiæ D. Nicolai pro ſuæ ſponſæ juribus ſtetit intrepidus. Pro Eccleſiaſtica immunitate tuenda omnibus pertentatis viis, quando aliter obtinere non poterat, Viros principes, ipſoſque regios præfectos, ſolum Deum ob oculos habens, anathemate ferire non dubitavit. Umbellas omnes Italo vocabulo li Baldacchini, quas ſuæ diœceſis Dynaſtæ vel intra ipſius diaconici ſepta, vulgo presbyteria, erexerant, dejiciendas curavit. Plenam vim habuit in liberandis a Dæmone obſeſſis, qui ad ipſum è vicinis provinciis accurrebant. Mira etiam pro beneficio infirmorum patravit maxima ſui fide in Deum, & maxima illorum in ſeipſum. Cum eſſet de ſuo ditiſſimus manum ſemper egenis apertam habuit, & præcipue verecundis, quos ſuos ſæpe ſæpius commenſales reddebat, & aliquando patri familias, cum nihil aliud in promptu haberet, ſui proprii cubilis lodices dedit. Puellas, ne pudicitiæ jacturam face-*

*rent,*

*cent, innumeras dotavit, Viduis, Orphanis, pupillis præſentiſſimus ſemper fuit. Ad infirmos Euchariſticum pharmacum ſemper ipſe deferre, etiam noctu, quod à ſuis etiam canonicis ſociatum ſemper voluit, muſico inſuper concentu, ac maxima cereorum copia propriis ipſiuſmet Archiepiſcopi expenſis. In Apulia ineunte An. 1691. magna peſtilentiæ ſuſpicio percrebuit, quæ in Cuperſani civitate graſſabatur; interea loci Archiepiſcopus continuos ad populum Sermones habere, morum mutationem, vitæ reformationem omnibus inſinuare. Coram augoſtiſſimo Altaris Sacramento, ferunt multoties ſui dilectiſſimi gregis futuras ærumnas defleviſſe, ſuumque victuum obitum prænunciaſſe. Ultimo tandem morbo implicitus ter Angelorum pane nudis flexus genibus, & indutus omnibus Epiſcopalibus veſtibus refici voluit, quo tempore ad horæ dimidium populo vitiorum fugam, virtutum ſequelam, Eliæ velut agitatus ſpiritu ſuaſit, ab omnibus, qui coram aderant, veniam petiit, ab abſentibus per Archipreſbyterum Metropolitanæ, cui mandavit, ut oſtiatim eam pro ſe expoſceret. Quæ humilitatis ſignificatio à cunctorum oculis lacrymas elicuit. Omnibus denique accerſitis, qui ſibi fuerant, vel ab obſequiis, vel à ſervitiis, & pecuniaria recognitione pro cujuſque merito honeſtatis pontificiam benedictionem largitus fuit. Omnia ſua inſtrumenta argentea venum dari juſſit, ut conſtitueretur cenſus pro tot pauperibus induendis quotannis. Domeſticam bibliothecam ſuo conventui Neapolit. D. Dominici majoris, ſuæ ædi principi Oloſericas damaſcenas veſtes albicoloris cum mitra pro incruento altaris ſacrificio legavit. In ultimo agone auditus ab adſtantibus ſæpe proferre:* Domine interfice me*: quibus verbis Divinæ ſe Nemeſi, ut populo ſuo parceret, Victimam expiationis litabat. Sic ſitu diebus ſuis placuit Deo, in tempore iracundiæ factus fuit reconciliatio: quippe ut anno 1691. die 29. Aprilis, quo D. Petrus è ſua etiam Dominicana familia martyrii palmam ſeculis ante adeptus fuerat, ipſe beatæ æternitatis iter feliciter arripuit, peſtilens morbus non ultrà progredi, imo decreſcere, brevique tandem evaneſcere. Tanti Præſulis ſolemnes exſequias clerus, univerſa civitas, omnis denique populus communibus lacrymis proſecuti ſunt, & apud omnes ſemper audiit* Sanctus; *& cum triduo in ſua æde principe jacuiſſet inſepultus, alii capillos, alii ungues, alii particulas veſtium clam ei amputarunt, & loco ſacri theſauri apud ſe retinentes. Ejus Mariana roſaria, agnus Dei, & cætera devotionem, quæ in ſe viventc excitaverant, nonniſi viris principibus venerationis ergo donata fuerunt. Sepultus fuit in Confeſſione ſuæ Eccleſiæ ante aram B. M. V. de Conſtantinopoli.*

*De eo præter Lombardum in Archiepiſcopis Bar. fol. 159. ad 168. Cavalerius in ſua Galleria Dominic. tom. 1. Cronol. 1. quintæ Centur. fol. 634. ad 656. & alii.*



LXVII. *CAROLUS Loffredus, Neapolitanus etiam Pa-*

*ceiſius è Marchionibus Montisfortis, Cardiitique principibus, aliorumq; feudorum Dynaſtis, à Melphictenſi ſede, quam poſt primas Philoſophiæ, & Theologiæ cathedras in ſuo Clericorum Regularium Ordine Neap., & Romæ, S. Officii qualificator poſtea in alma urbe, & ſacrorum rituum conſultor, laudatiſſime implebat, ad hanc Barrenſem tranſlatus fuit anno 1691. 25. Novemb. Poſſeſſionem iniit die 14. Jan. 1692. per Beliſarium de Bellis tunc ſuum Melphict. Vicarium, qui poſtea & Melphictenſis fuit etiam Epiſcopus, & Romæ obiit Vicesgerens; die poſtea 18. Martii ejuſdem anni omni pompa recuſata, & Eccleſiaſtica ſolemnitate privatim fuit ingreſſus. Sui Anteceſſoris veſtigia pro virili calcavit: ſuaque induſtria grave diſſidium cum illis de Aquaviva, quod fere quinque ſecula diœceſim dire vexaverat, amice tandem ſopitum fuit, ut ex inſtrumento concordiæ rogato Modunei per notarium Jo. Joſephum Morsnam de Bario.*

*Quæ poſtea concordia ad ſupplices preces ambarum partium, & cum voto congregationis Epiſcoporum, & Regularium negociis præfectæ die 11. Septembris 1695. Apoſtolico brevi confirmata fuit, quod ita incipit.* Innoc. Papa XII. ad perpetuam rei memoriam. Salvatoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui charitas eſt, & Deus Pacis &c. *& ſic concludit.* Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 11. Septemb. 1695. Pontificatus noſtri anno quinto.

Loco ✠ Sigilli. I. F. Cardinalis Albanus.

*In graviſſimo juriſdictionali diſſidio cum illis ædis Regiæ D. Nicolai nonnullos ejuſdem Canonicos anathemate ferit, & ne laica poteſtas contra ſe aliquid pertentaret, Romam repente ſe contulit, ubi re maturius examinata obtinuit cenſuras ſuſtineri. Gratiam inſuper à ſummo Pontif. Innocentio XII. aucupatus fuit, ut opimum Sacerdotium D. Benedicti ſuæ diœceſis tunc per ultimi Abbatis obitum vacans ſuo ſeminario in perpetuum jungeretur Apoſtolico brevi, quod incipit.* In Apoſtolicæ Dignitatis Solio &c. *cujus finis:* Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1697. ſexto Kal. Octobris Pontific. Noſtri An. VII. *Quod quidem breve directum fuit Epiſcopo Melphictenſi de Bellis, qui Apoſtolici Delegati facultate unionem confecit 18. Novembris 1697. Compoſitis tandem rebus cum laica poteſtate ad Capuanum ſacerdotium tranſlatus fuit an. 1698. de quo in t. 6. loquuti ſumus in Capuanis Archiepiſcopis.*



LXVIII. MUTIUS *de Cajeta eodem anno 1698. huic Eccleſiæ præficitur Patritius pariter Neapolitanus. Natus ipſe Neapoli è nobiliſſima gente de Cajeta priſcorum Fundi Comitum, & Cajetæ cum libero imperio Ducum, cujus civitatis nomen illi pro cognomine fuit, poſtea montis Pagani Marchionum, & Sancti Nicolai Ducum, ut impræſentiarum, gente, in qua, ut ſæculares dignitates ſileamus non modò plerique Præſules laudatiſſimi floruere,*

,, *ſed etiam ſupremus Hierarcha Gelaſius II. Pater* A
,, *Mutio fuit Antonius Octavii filius ſumma doctrina,*
,, *prudentia, & integritate præditus, qui poſt obita*
,, *egregie munera, prius pauperum, poſtea fiſci pa-*
,, *troni, inde regii Conſiliarii, ut ajunt, D. Claræ,*
,, *& Præſidentis regiæ cameræ ſummariæ, ſupremo*
,, *regiam poſtmodum cancellariam Regentis pro Nea-*
,, *politano Regno, in Hiſpania munere conſedit, à*
,, *qua tandem Neapolim rediit cum illo Locumtenen-*
,, *tis Regiæ Cameræ, cui poſtea utpote totum homi-*
,, *nem requirenti, cum jam ipſe eſſet, non tam ſe-*
,, *nio, quam continuis ab adoleſcentia ingenii labo-*
,, *ribus defatigatus ultrò cedens in ſuo Regentis Col-*
,, *lateralis ſupremum obiit diem. Mater ipſi Mutio*
,, *fuit Victoria è nobiliſſima gente Aſtorga Hiſpana,*
,, *omnibus optima matrefamilias dignis virtutibus*
,, *conſpicua, quæ filios ſuos pari ſolertia, ac ſancta*
,, *inſtitutione educavit. Mutius cum undecim annos*
,, *natus Latinis, Græciſque litteris ſat, ſuperque*
,, *imbutus eſſet, in Complutenſi academia, quia à*
,, *ſuo genitore ſecum in Hiſpaniam delatus fuerat,* B
,, *Ariſtotelicæ Philoſophiæ dedit operam, & etiam*
,, *ibidem utrique juri, ſed per reditum ipſius in Ita-*
,, *liam in Neapolitana univerſitate ſub directione ce-*
,, *leberrimi cathedratici Felicis de Aquadia, qui ſum-*
,, *mo plauſu illud interpretabatur, in eo ſtudio tan-*
,, *ta ſe felicitate exercuit, ut regio indulto ante æta-*
, *tem à pragmaticis Regni ſanctionibus decretam*
,, *pleno ſenatorum ſuffragio doctoratus laurea dona-*
,, *tus fuerit. In Matheſi, reliquiſque ſcientiis om-*
,, *nibus eruditum undequaque virum efformantibus*
,, *inſudavit. Theologiam ſcholaſticam medullitus*
,, *ebibit, & in Morali, nullo uſus præceptore, ſpon-*
,, *te ſua, mirè etiam profecit. A quibus omnibus di-*
,, *ſciplinis nunquam ſejunctam voluit pietatem,*
,, *quam hauſerat in ſodalitio Nobilium Nativitati*
,, *Marianæ dicato in domo Profeſſorum Societatis*
,, *Jeſu, quamque exercuerat in illis, quorum alteri*
,, S. Maria Regina Apoſtolorum *in principe tem-*
,, *plo Neapolitano, & alteri* D. Maria Succurre mi-
,, ſeris *in D. Mariæ de populo titulum tribuuns. Cum* C
,, *vix Clericali tonſura foret initiatus, Antonius Pi-*
,, *gnatellus Neapolitanus protonotarius ob doctrinam,*
,, *& Eccleſiaſtico viro dignas virtutes ſuæ cathedra-*
,, *lis canonicatu honeſtavit; quamobrem Annibal de*
,, *Petropaulo Epiſcopus Stabienſis, qui eum Nea-*
,, *poli gratiæ regenerarat, ſacerdotem ex Apoſtoli-*
,, *ca gratia ſacravit, Cardinalis Pignatellus unum*
,, *ex judicibus cauſarum dixit ſuæ curiæ Archiepiſ-*
,, *copalis, & Neapolitanum capitulum in omnibus*
,, *ſuis negotiis tanti ſui Collegæ opera uſus fuit.*
,, *In Summum Pontificem aſſumpto Pignatello an.*
,, *1691. ſub Innocentii XII. nomine, illico ad illius*
,, *exoſculandos pedes Romam ſe contulit, à quo be-*
,, *nigniſſimè fuit exceptus, ultroque ei munificentiſ-*
,, *ſimus Pontifex Secretum S. Rotæ Romanæ ſupra*
,, *numerarium apud Prælatum Emerix illius Deca-*
,, *num indulſit, paulo poſt V. S. Referendarium, in-*
,, *dè Tiburis Gubernatorem, Vicelegatum dein Ur-*
,, *bini, Gubernatorem tandem, ac viſitatorem Lau-*
,, *retanæ civitatis, ac illius celeberrimi ſanctuarii* D
,, *renunciavit. In quibus omnibus muneribus ſe geſ-*
,, *ſit ſumma juſtitia, religione, eminenti in rebus*
,, *gerendis prudentia, ac ſuis majoribus haud indi-*
,, *gna animi magnitudine, non modò nobiliter exci-*
,, *piendo in proprio palatio comitem Martinitz cum*
,, *uxore Cæſareum, inde comitem Altamiræ Catho-*
,, *licum oratores, Marchionem Leganez Mediolani*
,, *Gubernatorem, Ducem Seſtii, Vincentium Gri-*
,, *manum, poſtea S. R. E. Cardinalem, qui devo*
,, *tionis cauſa illuc advenerant, ſed ipſam regio*
,, *prorſus more regalem celſitudinem Ducis Sabaudiæ,*
,, *qui obſequiis inclyti gubernatoris adeò ſe devin-*
,, *ctum faſſus fuit, ut ipſum in ſua etiam menſa ſe-*
,, *cum prandere voluerit, palam ei ore proprio gra-*
,, *tias egerit, quas diſcedens iterum habuit per co-*
,, *mitem Vernon, & Romæ per ſuum Ablegatum con-*
,, *teſtatam voluit Summo Pontifici Gubernatoris ſui*
,, *hoſpitis munificentiam. Idem Innocentius Archie-*

,, *piſcopum eum Barienſem dixit, & cum alias obla*
,, *tas mitras recuſaſſet, ut pareret à Lauretano*
,, *regimine, quod triennium exercebat, Romam re-*
,, *vocavit, & die 5. April. 1698. ut pateret, quanti*
,, *eum faceret, ipſe Pontifex in Conſiſtorio propoſuit,*
,, *plurimiſque ſuæ beneficentiæ ſignis, nempè per-*
,, *ceptionis fructuum vacantium, retentionis aliorum,*
,, *quæ obtinebat, ſacerdotiorum, atque aliis gratiis*
,, *proſecutus fuit. Sacratus fuit die 13. April. ejuſ-*
,, *dem anni una cum Thoma Ruffo nunc Cardinali ab*
,, *Eminentiſſ. Spataſtatus à ſecretis in Divi Sylve-*
,, *ſtri, & cum primum ſacris adfuit Innocentius in*
,, *pontificio ſacello renunciatus fuit una cum laudato*
,, *Ruffo, & Delphino Patriarcha Aquilejenſi unus ex*
,, *Epiſcopis Pontificio ſolio adſiſtentibus, & Præla-*
,, *tus Domeſticus. Pallium ab Eminentiſſ. Pamphi-*
,, *lio ut primo diacono accepit. Poſſeſſionem iniit ſuæ*
,, *Eccleſiæ die 29. Aprilis, quo Archiepiſcopus Ru-*
,, *fus ad meliores obierat. Die 18. Junii ejuſdem an-*
,, *ni Barium tenuit nulla exceptus ſolemnitate, quia*
,, *hujuſmodi pompas, ſacras licèt, ſuis præventivis*
,, *Epiſtolis reſpuerat; Obviam tamen ei fuerunt uſ-*
,, *que Barulum bini Canonici à ſua ſponſa immiſſi,*
,, *compluriminique patritii ſua ſolum ſponte. Quæ ve-*
,, *rò publica obſequia ipſe noluerat, detrectare non*
,, *potuit in æde Soc. Jeſu, quæ ipſi primum ineunti mu-*
,, *ſico concentu fauſtum cecinit, & oratione encomia-*
,, *ſtica Hebræo, Græco, Latino, Illyrico, & Italo*
,, *tandem plauſit idiomate. In prima ſui ingreſſus*
,, *die erga ſibi commiſſum populum ardentiſſimo zelo*
,, *flagravit, ſanctiſſimorum Præſulum, quos adhuc*
,, *juvenes mitra præcinxit, pro virili veſtigiis in-*
,, *hæſit, & quibus tunc ornatus virtutibus effulſit,*
,, *iiſdem poſt ſedis annos 22. adhuc emicat; at non*
,, *iiſdem, quia eædem nunquam ſunt, utpote quæ*
,, *majoribus de die in diem incrementis cumulantur.*
,, *Congregationem pro ordinandis, & alteram pro*
,, *tribunali Sacræ Inquiſitionis inſtituit. Anno 1699.*
,, *cum piratæ Olchinienſes noctu Adriaci maris oras*
,, *deprædati fuiſſent, & non minus 28. è ſuis diœce-*
,, *ſanis in eorum barbaras incidiſſent manus, illicò*
,, *Archiepiſcopus non prandere, non ſomnum cape-*
,, *re, ſed cum gubernatore, magiſtratu, aliiſque*
,, *patritiis maximo ſui incommodo, cum latraret ca-*
,, *nicula, civitatem percurrere, eleemoſynas pro il-*
,, *lorum redemptione comparare, quæ cum valdè te-*
,, *nues calamitate temporum fuiſſent, magnam au-*
,, *ri vim de ſuo ſuffecit, ut compoſita ſumma ducato-*
,, *rum ſexmille biſcentum viginti quinque conficere-*
,, *tur, ita ut brevi raptas oves incredibili ſuo gaudio*
,, *viderit proprio ovili reſtitutas.*
,, *In ſua æde principe Aſſumptioni B. M. Virginis*
,, *dicata, juſſit, ut in hoc feſto cum duobus ſequen-*
,, *tibus diebus auguſtiſſimum altaris Sacramentum*
,, *pro 40. horarum oratione publico cultui exponere-*
,, *tur, qui pietatis actus ſtato illo tempore exercetur*
,, *ſemper magna eccleſiaſtica pompa, & frequentiſ-*
,, *ſimo populo ob gratiam etiam plenariæ indulgentiæ*
,, *per ipſum ab Apoſtolica ſede obtentam, quam ex-*
,, *poſitionem, anno ſeculari continuam voluit, ut fi-*
,, *deles illud quotidiè viſitando verè illo jubilei tem-*
,, *pore ſanctificarentur. Cum eodem anno mortali-*
,, *tatem expleſſet Innocentius XII., eo gravius indo-*
,, *luit, quo majorem antea lætitiam, ac voluptatem*
,, *animo ex illius in ſupremum hierarcham aſſum-*
,, *ptione perceperat, quamobrem grati animi ergo illi*
,, *ſolemniter parentavit. Templi itaque principis fa-*
,, *cies pulla veſte contecta laciniis molliter deciden-*
,, *tibus prægrande monſtrabat Pontificium inſigne*
,, *luteis coloribus ſubobſcure illuminatum; templum*
,, *ingredientibus continuo ſe conſpiciendam exhibe-*
,, *bat ſuperba cænotaphii moles auro, & argento af-*
,, *fabre diſcriminata, ad ipſum uſque fere lacunar*
,, *perducta; in media ejuſdem area quatuor mundi*
,, *partes ſub muliebri ſpecie mœrore dejecto vultu,*
,, *paſſis quæque pro ſuo more crinibus urnam humeris*
,, *efferebant luminibus, ac picturis illuſtriora tanti*
,, *Pontificis geſta exprimentibus ornatam. A ſingulis*
,, *angulis quatuor excelſæ pyramides ſurgebant ana-*

gly-

„ *glyphis variatæ, auro ſubfuſco illitæ, cereis funalibus ardentes. Inſcriptiones fere omnes fœtus ingenii ipſius Archiepiſcopi, quibus ſe etiam in arte lapidaria exercitum probavit, non modò ſepulchrali machinæ, ſed ipſis templi parietibus atrato undique amictu ſquallidis affixæ mœrorem exacuebant. De Innocentii laudibus perelegantem orationem habuit Joſephus de Simone ejuſdem Eccleſiæ canonicus, & major pœnitentiarius. Epiſcopi Brancaccius tunc Cuperſani, nunc Conſentiæ, Sarnellus Vigiliarum, Chiurlia Juvenatii, Capilupus Polymniani, Eccleſiæ ritu abſolutiones ad cœnotaphium perſolverunt. Nihil his ſacris emortualibus magnificentius Barii viſum, quæ etiam typis data fuiſſent diſtinctiſſima narratione cum ſuis iconibus chalcographicis, niſi ipſius Archiepiſcopi modeſtia obſtitiſſet, qui illos Epiſcopos in ſuo palatio ad plures dies ſecum perhonorifice retinuit, atque ipſis coram philoſophicas, ac theologicas theſes alumni ſui ſeminarii ſubſtinuerant, donatoſque tandem, quibus in ea lugubri ceremonia uſi fuerunt, mitris, ad proprias ſedes remiſit.*

„ *Cum anno 1702. Em. Carolus Barberinus cum facultate Legati à latere pro SS. Clemente XI. apud Catholicum Hiſpaniarum Monarcham Philippum V. tunc Neapoli commorantem, publice illam civitatem iniret, Apoſtolicæ ſedi in ipſo Legato pro omnibus Regni Epiſcopis obedientiam præſtitit. Quo tempore ſereniſſimum Theologorum Neapolitanum collegium ſuo eum adſtripſit conſortio, ut tanto Archiepiſcopo Apuliæ primate ſuum album glorioſius coruſcaret. Ut ſui Seminarii juventus qua pietate, qua litteris inclureſcat, urget continuo, non modò Magiſtris ſumma doctrina, parique morum integritate præditis illud exornando, ſed ſua præſentia auguſtius reddendo; improviſus quippe illuc ſe fert, cunctorum progreſſus explorans, & coram ſe omnes volens propriis exercitiis vacare. In comitiis generalibus Prædicatorum ordinis habitis Bononiæ anno 1706. obtinuit, ut ſuum Seminarium haberetur, ut unum e Collegiis ejuſdem ordinis, ubi ſita ſunt, ut ipſi Fratres ajunt, formalia ſtudia, adeo ut quisquis ex illa familia ab Archiepiſcopo Barienſi ad Seminarii implendas Cathedras electus fuerit, Studiorum peracto curriculo poſſit in Divinitate laureari Magiſter, atque omnibus illis frui prærogativis, exemptionibus, gratiis, præeminentiis, quibus cæteri, qui intrà clauſtra eodem pulvere inſudaverint. Et reapſe anno 1709. die 15. Novembris ipſe annulo, & Magiſtrali laurea in D. Dominici, coram integro clero ſeculari, ac regulari ad id accerſito, frequentique populo P. Auguſtinum Salvatorem Barienſem, qui in ſuo Seminario pro Magiſterio omne ſtadium cucurrerat, inſignivit.*

„ *In tuendis ſuæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis juribus mira ſagacitate ſe geſſit, quippe & illa inviolata ſervavit, & laicæ Poteſtatis amicitiam non amiſit, quare D. Petri Succeſſor plurima magni momenti negocia, & difficillimis quidem temporibus non modò in ſua provincia, ſed etiam extra ei delegavit, & Viſitatorem Apoſtolicum aliarum etiam dixit diœceſum. Anno 1707. Romam adiit ad S. limina, & honorificè exceptus fuit ab regnante feliciter Clemente XI., qui eum primis aulæ muniis occupare flagraverat, ſed ſuæ ſponſæ quàm citius dulces amplexus ſuſpirantem, ad illam remiſit, Patriarchali Hieroſolymitana auctum tamen dignitate, qua in conſiſtorio habito die 11. Maii 1708. fuit exornatus. Cum ab Em. S. Rhodiæ Militiæ Magiſtro fratre Raymundo Perellos electus fuiſſet Conſervator privilegiorum Prioratus Barulitani, & Baliagii, ut dicunt, S. Stephani Faſani, & Putiniani, ab eodem ſui ordinis cruce fuit inſignitus. Epiſcopale palatium à primo die ſui ingreſſus inſtaurare cœpit, adeo ut in præſentiarum, & ob refectionem, & novorum operum adjectionem bene conditor audire poſſet. Scalas in illo concinnavit teſtudine opertas, à quibus leni, ac pene fallente gradu in Eccleſiam deſcenditur; prænobili etiam illud ſacello in privatum Archiepiſcopi commodum inſignivit, & tamen in nulla ejus parte ſuum gentilitium ſtemma inciſum voluit, & vix in latere ipſius Meridiem verſus, quod à fundamentis refecerat, refectionis annum exprimi paſſus fuit. Ædis principis tectum magno quidem ſuo impendio pluries reconcinnavit una cum turri campanaria, quæ ruinam, de cœlo tacta minabatur, quamvis hujuſmodi expenſis, nec Archiepiſcopus, nec capitulum, ſed tantummodo civitas ſit obærata, & in præſens ipſe Archiepiſcopus nova laquearia componit ejuſdem ædis, quam non ſemel ſacris ſupellectilibus, & etiam pretioſis pro ſolemnioribus feſtis diebus donavit.*

„ *Sacellum à læva parte tribunæ D. Mariæ doloroſæ dicatum prolutatum, & miro opere exornatum voluit, in cujus ara affabre concinnata, ſtatua colitur ejuſdem B. M. Virginis ita bene induſtrio expreſſa ſcalpro, ut eam flere jam crederes, quæ ut e Neapoli Barium appulit, publica ſupplicatione excepta fuit, in eoque ſacello confraternitatem inſtituit, cujus albo viri, ac mulieres nomen dedere, & in dies dant, facultate per ipſum Archiepiſcopum obtenta Canonico Decano ſuæ ædis principis benedicendi ſacros, ut vocant, habitinos ſeptem dolorum pro lucro indulgentiarum illis annexarum. Qualibet feria VI. Chriſtus Dominus ſub ſacrorum nube azymorum publicæ in eo fidelium adorationi exponitur, ſeptem dolorum coronula recitatur cum aliis precibus, ac ſacris hymnis, atque ad frequentem populum fervidum ipſe primò ſermonem habuit, quem nunc aliquis è Canonicis ipſius ædis, in quorum collegio pietate, ac doctrina præſignium extant quamplures vere Apoſtolici concionatores. In ſacello Aſſumptioni B. M. Virginis dicato ſua pariter induſtria perpolito ſodalitatem SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum excitavit an. 1718. facultate etiam impetrata duobus canonicis benedicendi habitinos, & Eleemoſynas colligendi pro chriſtianis à Barbarorum ſervitute vindicandis. In omnibus fere ſuæ diœceſis locis per P. Dominicum Brunum Sacerdotem Societ. Jeſu ſingulari virtute, ac zelo præditum congregationes laicorum inſtituit, qui omnibus diebus feſtis Sacramentorum frequentiæ, atque aliis pietatis vacant exercitiis. Erga pauperes omnes, & in primis verecundos vere cunctorum miſerorum patronus, & calamitoſorum pater, ſua ſemper habet patentia charitatis viſcera per parochos, qui ſingulorum indigentiæ opportuna ſubſidia ſuppeditant. Cumque ipſi, aliquoties creſcente pauperum multitudine maxime infertilibus annis, continuo ad Archiepiſcopum accurrere erubeſcerent, ipſos monuit, accederent etiam, atque etiam, accederent ſemper, nam nunquam ſine pecunia dimitteret.*

„ *Mitram Polymniani ſuæ ſuffraganeam pro Petro Antonio Pino ſuo Vicario à ſupremo Hierarcha poſtulavit, & obtinuit; cui cum debitas grates reddidiſſet, idem Clemens hac Epiſtola reſpondit, quam viſum hìc inſerere, ut pateat omnibus quanti eum faciat tantus Chriſti Vicarius.*

„ Foris. Vener. Fr. Motio Patriarchæ Hieroſolymitano, & Archiepiſcopo Baren. Intus Clemens PP. XI. Vener. frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quantum officiis, ac teſtimonio fraternitatis tuæ tribuerimus, rectè conjeciſti ex alacritate, qua dilecto filio Canonico Petro Antonio Pino Vicario tuo in ſpiritualibus generali Polymnianenſem Eccleſiam proximè deſtinavimus. Et ſanè ambigere non poſſumus, quin ipſe, quem Præſulis adeò laudati judicium probavit, ac habita ob oculos illuſtria paſtoralium virtutum exempla tamdiu erudire potuerunt, injunctum ſibi munus quamvis graviſſimum præclarè geſturus ſit. Cæterum Nos in ea re obſecuti etiam ſumus peculiari, quod fovemus, deſiderio explicandi fraternitati tuæ

" cum magnitudine Pontificiæ noſtræ charita-
" tis propenſionem, qoam gerimus ad gratiſi-
" candum tibi in his, in quibus ſuppetit nobis
" ſácultas, ot ſemper magis perſpectum habeas,
" gratam nobis præter modum eſſe veterem tuam
" in nos, & Sanctam hanc ſedem obſervaotiam,
" & zelum, quo te paſtorale munus exſequi probè
" novimus. Interim verò à Cœleſti paſtorum prio
" cipe ſolidam in utroque homine felicitatem tibi
" precamur, ejuſque auſpicem Apoſtolicam bene-
" dictionem fraternitati tuæ peramaoter imparti-
" mut. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem
" ſub anoulo Piſcat. die 8. Januarii MDCCXVIII.
" Pontificatus Noſtri Anno XVIII. Jo. Chriſtopho
" rus Archiepiſcopus Amaſenus.

" *Sui omnibus copiam facit, ut omnibus virtuti-
" bus ita & humanitatis laudibus inſtructiſſimus,
" ab omni prorſus immunis ambitu, ac cupiditate
" omnes cumulat beneficiis, eccleſiaſticam majeſtu-
" tem lenitate potius, quàm gravitate tuetur, adeò
" ut ſibi omnium venerationem, æquè & amorem
" aſſeruerit, factuſque ipſe ſit plebi ſuæ animata
" lex, & vera norma bene vivendi. Univerſa diæ-
" ceſis pro ipſius incolumitate, qua ſua felicitas con-
" tinetur, ſolemnia continuò vota ſuſcipit, ac ſol-
" vit, D. O. M. enixè deprecans, ut velit ea ſemper
" ſolvi, ſemperque ſignari. Germanus frater Ar-
" chiepiſcopi Octavius junior Dux ſancti Nicolai, &
" ut ſuus genitor, etiam poſt omnia togæ munia re-
" giam cancellariam Decanus Regens per Fulviam
" Dentice jugalem ſuam matronam nobilitate etiam
" conſpicuam, quam habes prolem præclara indole
" commendabilem, præclarioribus virtutum laureis
" vult exornatam. Inprimis autem tanti genitoris,
" patruique Archiepiſcopi reſpondet deſideriis Mu-
" tius junior majoris Eccleſiæ Neapolitanæ canoni-
" cus, in cujus etiam Apoſtolicarum miſſionum ſoda-
" litio reperitur adſcriptus, qui vetuſtiſſimam nobili-
" tatem multiplici, imo omnigena doctrina, ac vi-
" tæ illuſtrat integritate, quemque omnes ob ſingu-
" las, quas in eo optimo Præſule dignas dotes
" demirantur, quam primum pro modo, Epiſcopali
" præſigni mitra coronandum cenſent. De hoc Ar-
" chipræſule Mutio de Cajeta elogium texuit cl. V.
" Hyacinthus Gimma in ſuis elogiis Academicis Par.
" II. elogio XLIX. à fol. 235. ad 256.)*

# BITECTENSES EPISCOPI.



BITECTUM, *a* nomen retinens mediterranea eſt, & exigua civitas in Barenſi Ducatu, ſub ditione Aquavivorum Hadriæ Ducum poſita, olei, & vini fœcunda, habitata familiis circa 600. Epiſcopatus hujus urbis antiquus eſt inter recentiores, ac Barenſi Archiepiſcopo ſuffraganeus. Cathedralis Baſilica titulo S. Michaelis Archangeli ſtructura, organo, choro, & ornamentis ejuſmodi eſt, ut nihil in ea ad ſacrorum maieſtatem deſideretut. Quatuor dignitatibus nobilitatut, ſcilicet Archidiaconatu, Archipresbyteratu. Primiceratus duo, cum quatuordecim Canonicis, è quibus nnus eſt Theologus. alter Pœnitentiatios, his accedunt plures Presbyteri, & Clerici. Curam animarum

*a* Vulgo Bitetto.

A totius civitatis gerit Archipresbyter. Canonicatus autem ſunt tenoiſſimi: menſa Capitularis eſt 700. ducatorum. Nulla in hac civitate parochialis Eccleſia præter Cathedralem. Virorum cœnobia erant duo Ord. Minorum, (" *& unicum Monialium, Hoſ-* " *pitale, Mons Pietatis,* ) & tres laicorum ſodalitates. Epiſcopalis menſæ annuus cenſus 900. ſcuta Papalis monetæ; taxatur verò in lib. fiſci Apoſtolici ad florenos 33. cum dimidio. Diœceſis extra civitatem nulla eſt, ſed populo ferè conſtat urbaoo. Epiſcopi, qui in ea floruerunt, hi tantum à nobis ſunt ex variis monumentis expiſcati.

1 RAUS, vel RAO, Bitectenſis Epiſcopus Lateraneoſi Concilio interſuit ſub Alexandro III. ann. 1179. I.

2 N. Epiſcopus Bitecteoſis, ad quem ſcribit Innocentius III. ut Card. Legato ab ſe miſſo obediat. Extat exemplum litterarum in reg. ejuſdem Pontiſ. II

3 FRANCISCUS Epiſcopus (" *Ordinis Minorum*) Bitectenſis ad Tarracinenſem Eccleſiam trans- III.
B latus per I. Sanctorum Coſmæ, & Damiani Cardinalem, confirmatur ab Urbano IV. anno 1262. Kalend. *b* Septemb. epiſt. 215. fol. 116. regeſt. Vatic. Idem fuit etiam Lavellinus Epiſcopus ſub Bonifacio VIII.

*b* 15. Kal. Septemb.



C 4 JOANNES de Colopardo Monachus Ordinis Ciſtercienſis monaſterii Mormoſolii Veliternenſis diœceſis ab Urbano IV. electus eſt Epiſcopus Bitectenſis anno 1263. 3. Kal. Octob. Pontiſ. 3. ex regeſt. Vat. ep. 128. ſol. 37. cuius ioitium: *Debitum noſtri requirit officii, &c. Datum Urbeveteris.* Cuius memoria extat in monomentis eioſdem Eccleſię anno 1279. & apod Lellom in hiſt. Montis-Regalis anno 1279. & in regeſt. Regio Neapol. 1281. Abbatia Mormoſolii, a qua Joannes iſte aſſumptus eſt, nunc eſt ex Commendatariorum iniuria prorſus deleta. IV.

5 MARINUS reperitur hulos Eccleſiæ Epiſcopus anno 1294. uſque ad annum 1300. (" *Bitectenſi ſcribit Bonifacius VIII. de modo, quo debet ob* " *crimen degradari Clericus, & tradi curiæ ſeculari, ut in 6. decret. de pœnis tit. 2. c. 2. Adfuit con-* " *ſecrationi Vigilienſis Cathedralis.* ) V.

6 EMANUEL Spinula Januenſis anno 1318. & 1326. hanc adminiſtrabat Eccleſiam. VI.

D 7 JACOBUS Boncorus de Bario electus Bitectenſis Epiſcopus anno 1328. ſedit ann. 8. obiitque anno 1336. Cœmeterium propè Cathedralem erexit, aliaque pia opera egit. VII.



8 VITUS de Aquaviva nobili gente natus, fuit VIII.

Epi-

Epiſcopus Biteƈtenſis obiit ſub Urbano V. an. 1369. cujus memoria extat in regeſt. Vat.

IX. 9 ANGELUS civis, & Canonicus Aquilanus in demortui Viti locum Biteƈtenſis Epiſcopus electus ab Urbano V. anno 1369. 11. Kalend. Decemb. Pontificatus ann. 8. ex regeſt. Vatic. memoratur in tranſumpti privilegii Innocentii III. monaſterii ſanƈti Laurentii de Averſa anno 1371.

X. 10 Fr. ANTONIUS Ord. Minorum Epiſcopus Biteƈtenſis translatus ad Bituntinam Eccleſiam anno 1397. *a* ex lib. oblig. Prælat. ſub Bonifacio IX.

*a* 4. Id. Maii 1399.

XI. 11 Fr. PETRUS de Averſa Ord. Prædicatorum inſignis Theologus electus eſt Epiſcopus Biteƈtenſis a Bonifacio IX. anno 1399. 2. *b* Id. Maji ex eodem lib.

*b* 4. Id. Maii.

XII. 12 *Fr. ANGELUS, Barenſis, Ord. Prædicatorum fuit hujus eccleſiæ Epiſcopus, defunctus in patria anno 1407. tumulatus eſt apud fratres ſuos Dominicanos, cum hoc Epitaphio quod adhuc legitur.


* Ex App. tom. 9.

*Hic jacet D.F. Angelus de Bario Epiſcopus*
*Biteƈtenſis Ord. fratrum Prædicatorum*
*MCCCCVII.*

XIII 13 CAROLUS Anchamonus Epiſcopus Venafranus huc translatus a Martino V. anno 1423. die 8. Octob. defunctus eſt ſub eodem Pontifice ann. 1432.

XIV 14 PETRUS Monachus, & Abbas ſanƈtæ Mariæ de Vallecor. Ord. S. Benedicti Peruſinæ diœceſis Carolo ſucceſsit 5. Id. Septemb. 1432. Non diu Pontifex fuit, quippe qui tantum annum unum cum dimidio hanc rexit Eccleſiam.

XV. 15 FEDERICUS electus 19. Februarii 1434. exceſſit circa finem ann. 1451.



XVI 16 LEONARDUS de Judice nobilis Canonicus Amalphitanus defuncto Federico præficitur 19. Apr. 1452. Rexit hanc Eccleſiam triginta omnino annos, mortem obiit anno 1482. *c*

*c* 1482.

XVII. 17 SULPITIUS Aquaviva de Aragonia ex Archipresbytero Biteƈtenſis Eccleſiæ fit Epiſcopus die 10. Maji 1482. *d* translatus deinde eſt ad Cuperſanen. Eccleſiam die *e* 10 Maji ann. 1483.

*d* 1482. *e* 18. Kal. Maii 1482.

XVIII 18 FRANCISCUS Quartus Barolitanus fit Epiſcopus hujus Eccleſiæ ex Abbate Templidonen. Ord. S. Auguſtini die 17. Feb. 1483. obiit 1499.

XIX. 19 VINCENTIUS Piſtachius nobilis Neapolitanus ex Epiſcopo Cuperſanenſi huc translatus anno 1499. die 3. Novemb. quam cum annos plurimos adminiſtraſſet, ſenio feſſus, ac tædio ſub Leone X. liberè nuncium remiſit an. 1518. quo Neapoli mortuus eſt, ac ſepultus in Eccleſia S. Hieronymi cum hac brevi inſcriptione.

*Vincentio Piſtachio Epiſcopo*
*Biteƈtenſi Coſmus ejuſdem loci*
*Epiſcopus*
*Petrus Antonius, & Franc.*
*patruo benemer. poſuere ann.*
*MDXVIII.*

XX 20 COSMUS Piſtachius Neapolitanus Vincentii ſuperioris nepos eo cedente Biteƈtenſem Epiſcopatum accepit a Leone X. an. 1518. die 14. Maji.



A Exceſſit anno 1529. (" *Erat hic, dum hac infula* " *dignatus fuit, Canonicus Eccleſiæ Neapolitanæ,* " *& in Diaconatus ordine conſtitutus, ætatis annum* " *agens 27. ut produnt acta Conſiſtorialia.*)



B 21 LAURENTIUS Serriſtorus, Etruſcus, nobilis Florentinus, egregiæ virtutis adoleſcens, a Clemente VII. Biteƈtenſi Epiſcopatu donatus eſt die 23. Decemb. ann. 1528 liberè deinde quadriennio elapſo, necdum conſecratus eam reſignavit Eccleſiam (1), quam in adminiſtrationem acceperat, quo uſque ad an. 27. perveniret: quam deinceps vitam amplexus fuerit, me latet. XXI.

22 JOANNES Card. Salviatus, hujus Epiſcopatus adminiſtrator factus eſt a Clemente die 8. Januar. 1532. illumque tenuit uſque ad ann. 1539. XXII.

23 LUDOVICUS Serriſtorus *f*, Florentinus, Laurentii propior affinis, nondum vigeſimum ſextum annum attingens cedente Card. Salviato Biteƈtenſem Eccleſiam in adminiſtrationem accepit, Id. *g* Martii 1539. elapſoque anno in titulum habuit & munus conſecrationis recepit. Quadraginta tres annos hanc rexit Eccleſiam, eamque liberè ceſſit *h*, ſeceſſitque in patriam, ubi ann. 1552., ſolemni ritu conſecravit Eccleſiam S. Mariæ de Quercia, ut vocant, extra mœnia exædificatam. ut inſcriptio marmorea in ea poſita docet. XXIII.

*f* De eo in Notitia Vir. illuſt. Academ. Florent. par. 1. p. 170. *Mandoſ.*
*g* 10. Martii
*h* Hanc tenuit Eccleſiam uſque ad obitum, ut docent Acta.

C D. O. M.

*Julio III. Pont. Max. ac Coſmo Mediceo Florentiæ Duce II. hanc Eccleſiam die xxiv. Aprilis MDLII. Dominica in Albis Ludovicus Serriſtorus Biteƈti Epiſcopus annua dierum xl. Indulgentia conſecravit.*
*Quod monumentum Sixto V. P. M. Seren. Ferdinando Mediceo Magno Etruriæ Duce III. & Alexandro Card. Archiepiſcopo Florentino hoc in lapide poſitum eſt die 15. Aprilis MDLXXXVIV.*

24 CÆSAR Arena, ſeu Rena, Lucenſis, erat hujus Eccleſiæ Antiſtes ann. 1583. *i* Obiit an. 1599. XXIV

*i* Electus 2. Octob. 1574. ex actis.

25 VALERIUS Mutus Romanus ad hanc ſedem promotus eſt die 5. *k* Apr. ann. 1599. deinde ad Tiphernaten. Eccleſiam tran latus anno 1602. de quo vide tom. 1. illius Eccleſiæ Epiſcoporum Catalogum. Fuit hic Tiberii Cardinalis Muti Epiſcopi D Viterbienſis germanus frater. XXV

*k* 5. Julii ex actis.

26 BALTHASSAR Puſterla Romanus Valerio ſucceſsit an. 1603. die *l* 4. Apr. Mort. eſt an. 1606. XXVI

*l* 17. April.

27 LIVIUS Limatula a Magdalono Caſertanus a Paulo V. obtinuit hunc Epiſcopatum die 13. Martii 1606. ſedit annos quinque. XXVII.

28 JULIUS Matthæus *m* Etruſcus è Monte ſanƈti Sabini, vir doctus, & probus, ac ſingulari prudentia ornatus, per viginti, & amplius annos diverſis diœceſibus Vicarius Generalis inſtitutus operam ſuam eximiè navavit, donec intuitu laborum a Paulo V. Pontifice adlectus eſt Epiſcopus an. 1611. *n* Cathedralem ſolemniter dedicavit. Obiit an. 1623. Jacet in Eccl. s. Claræ, quam una cum Monial. cœnobio ædificandam curaverat. Scripſit ediditque de Concilio Provinciali, ejuſq; methodo dum Vicarii munere fungeretur in Archiepiſcopatu Materano. XXVIII.

*m* De eo Ugurgerius de Pompis Senenſ. par. 1. pag. 179. *Mandoſ.*
*n* Die 18. Maii.

Ff 3 29 Fr.

(1) In decreto appoſito in Scheda Conſiſtor. nulla mentio habetur de diſpenſatione ſuper ætate, eique hoc regimen plenariè committitur, & in reſignatione cum ſibi reſervat titulum, & denominationem Epiſcopi, opinari licebit eum pontificiam unctionem recepiſſe. Fuerat jam Florentinæ Eccleſiæ Canonicus, nec non Commendatarius Abbas S. Abundii Ord. S. Benedicti. *Lucentius.*

XXIX. 29 Fr. MICHAEL Maſserotus Bononienſis Ord. Conventualium S.Franciſci Generalis Mag. olim hæreticæ pravitatis Florentiæ Inquiſitor, ſummus Theologus ab Urbano VIII. creatus eſt hujus Sedis Antiſtes die *a* 24 Febr. 1624. Mortalitatem explevit anno 1630. Ajunt hunc Epiſcopale Palatium penè collapſum reſtauraſſe.

*a* 26. Febr.



XXX 30 SIGISMUNDUS Thaddæus nobilis Florentinus *b* Joannis Cardinalis Bonſii à ſecretis, vir morum ſuavitate, & varia eruditione clarus, Urbano VIII. mandante Bitectenſis Epiſcopus conſecratus eſt à Fr. Antonio Card. Barbarino: electus fuerat die 8. Januarii 1631. Poſtquam annos decem in hac egiſſet Eccleſia, ad Cajacenſem translatus eſt 1641.

*b* In Schedis presbyter Groſſetanus aſſeritur.

XXXI 31 MARCUS ANTONIUS Thomaſius electus die 16. Decemb. an. 1641. (,, *Hic erat Thoma-*
,, *tus, ſeu de Thomatis, de quo agunt Oldoinus in*
,, *Athen. Liguſt. Roſſotius in Syllabo Scriptorum pede-*
,, *montii, & Ciampinus in Enarratione ſynoptica Ab-*
,, *breviatorum Parci maioris p.* 45. Mandoſius.)

XXXII. 32. FRANCISCUS Cajeta Salernitanus electus die 30. Auguſti 1655. per liberam ceſſionem M. Antonii Thomaſii.

*ADDITIO.*

(,, *Integerrimam vitam vixit: in divino cultu re-*
,, *ſtituendo, ac propagando, Eccleſiaſtica immuni-*
,, *tate, ac ſua juriſdictione fovenda, pravis mori-*
,, *bus evellendis totus fuit. Magno loco ſemper ha-*
,, *bitus eſt ab ſancta Sede Romana, adeò ut in diffi-*
,, *cillimis Chriſtianæ Reipublicæ negotiis, ipſius*
,, *non modo conſilium, ſed votum ſemper voluerit.*
,, *Eccleſiam, cui Maria virgo benedicta titulum fa-*
,, *cit, à fundamentis erexit, tribus verè magnificis*
,, *aris, opulentoque ſacrario exornavit, quam nunc*
,, *Donatus Antonius Leonardus Giannini ſacerdos*
,, *genere, ac pietate conſpicuus propriis etiam ſum-*
,, *ptibus procurat. Anno 1669. tantus Antiſtes mor-*
,, *talitatem explevit incredibili apud omnes ſui deſi-*
,, *derio relicto. In ſacello Divæ Mariæ Matris Gra-*
,, *tiarum in principe templo ſub ſtatua Divi Patriar-*
,, *chæ Joſephi ſepultus fuit cum hac inſcriptione.*

,, D. O. M.
,, Sparge Viator flores.
,, Hic jacet, qui innumeros tulit
,, pietatis, ac ſcientiæ fructus.
,, Majores ejus, licet illuſtres, ne quæras
,, proprio eſt, ceu ſol, ſplendore contentus.
,, Patria Salernum extitit,
,, Civitas omnis eſſe cupivit.
,, De omni peritus, omne reſolvit dubium.
,, Et juris alterum crediſſes oraculum,
,, Si ambigue reſpondiſſet, ut Delphicum.
,, Ita bene multis eſt functus officiis,
,, ut Præpoſituræ
,, quæ aliis odia, amorem ei conciliarint.
,, Tam benemerenti Epiſcopo ſuo
,, Capitulum Bitectenſe hanc
,, parvulam pompam
,, In magni doloris ſolamen poſuit
,, MDCLXIX.
,, At forſan, quis ſit, adhuc ignoras,
,, cui heri majora debeant, de quo dici plura ſuperſit.
,, Franciſcus Gaeta eſt
,, Tranſi, ſatis probavi.

A ,, *GASPAR è nobiliſſima Polymniani Marchio-* XXIII.
,, *num, Maſſæ Principum Badulati, Molæ, alio-*
,, *rumq; feudorum Dom. Toralda gente, cum eſſet*
,, *Archidia. majoris Eccleſię Tropejenſis ab Clemente*
,, *IX. hoc præſulatu honeſtatus fuit 3. Junii 1669. quē*
,, *rexit, ut debebat, magna ſuis nominis fama, pręſ-*
,, *ſertim Caritatis tempore, quo non modò Eccleſiæ,*
,, *ſed ſuum etiam patrimonialem cenſum cum egenis*
,, *omnibus, & ſuæ, & aliarum dięceſum communem*
,, *voluit. Infirmos Apulię tempore meſſis, qui ſolent eſ-*
,, *ſe quamplurimi, ad ipſum tamquam ad patrem*
,, *pauperum recurrentes, pharmacis, cibis, ve-*
,, *ſtibus ſemper juvit. Ad Eccleſiam Tricaricenſem*
,, *poſtea translatus fuit, 1676. 16. Novemb ut ſuo lo-*
,, *co jam diximus.*

,, *JACOBUS Sanctorius, Melphictenſis Patritius,* XXIV.
,, *prius in ſua patria Canonicus, poſtea Sacriſta, quæ*
,, *prima ibi dignitas eſt, Em. Cardinalis Creſcentii*
,, *Vicarius in Eccleſia Butuntina, & 1671 ejuſdem*
,, *ædis principis Archidiaconus, Antonii Pignatelli*
B ,, *Epiſcopi Lieienſis demum Vicarius, ab Innocentio*
,, *XI. nil tale cogitans Toraldo ſuffectus fuit 26. Apri-*
,, *lis 1677. Sexennio præfuit vitę ſanctimonia, ſacra-*
,, *rum litterarum cognitione, atque omni virtute ve-*
,, *re inclytus, & inprimis humilitate, itaut ſemper*
,, *ac ſuos ſubditos corrigebat, quam ſuæ paſtoralis*
,, *dignitatis partem operoſiſſimam ſumma ſemper*
,, *charitate exercuit, ad illorum poſtea pedes provo-*
,, *lutus veniam poſcebat, ſi forſan zelus lenitatis*
,, *limites exceſſiſſet. Pluries per noctem hyberno tem-*
,, *pore viſus fuit à nonnullis, qui ſui paſtoris geſta*
,, *rimari ſancta ſagacitate ſtuduerunt, inter nives*
,, *ſe volutare, ut corpus ſuum licet ſibi non rebelle*
,, *hac voluntaria caſtigatione obſequens ſemper ha-*
,, *beret. Anno 1683. ultimo correptus morbo Eccle-*
,, *ſiam animarum purgantium refrigerio devotam*
,, *hæredem dixit. Suum mortale ſepultum voluit in*
,, *æde PP ſocietatis Jeſu, quos ipſe ſingulari ſem-*
,, *per amore dilexerat, in ſacello principum Apoſto-*
,, *lorum Petri, & Pauli ſub hac inſcriptione.*

C D. O. M.
,, Jacobus Sanctorus Melphictenſis
,, Patritia vetuſti generis prærogativa nobilis,
,, Paſtoritia Bitectenſi thiara
,, Licet invitus ab Innocentio XI. vocante
,, obedienter accepta nobilior,
,, Eccleſiaſticis muniis incorrupte peractis,
,, virtutibus demum
,, Alexandri VII. nomine per litteras
,, commendatis nobiliſsimus,
,, Soc. Jeſu addictus in eiuſdē Melphictenſi collegio
,, Anno Ætatis LXX. ſalutis MDCLXXXIII.
,, Religioſe deceſſit.
,, Sed non indē ſaxum hoc mutum
,, Quod eius mutus hic cinis.
,, Felix de Cecco
,, Reiterato familiarum vinculo
,, Nobilis cognatus
,, Ut apud ſeros poſteros præclari nominis, & ſuis
,, Maioribus digni
D ,, memoria valeat,
,, Sacellum exornavit, Lapidem excudit.

,, *Sanctorum excepit anno 1684. die 24. Aprilis*
,, *FRANCISCUS Honufrius, Joannis Baptiſtæ* XXV.
,, *Hodiernæ Neapolitani patritii, Regis Conſiliarii,*
,, *& Regiam Cancellariam regentis, licet hoc ulti-*
,, *mum munus morte præventus exercere non potue-*
,, *rit, filius, U.J. & Sacræ Theologiæ Doctor, majoris*
,, *Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus, S. Officii in Re-*
,, *gno Neapolitano Conſultor, ac ſodalitii presbyte-*
,, *rorum in collegio maximo Soc. Jeſu præfectus. Ec-*
,, *cleſiam ſuam exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii,*
,, *frequentibus concionibus, continuis inſtructioni-*
,, *bus, & præcipue Chriſtianæ doctrinæ enucleatio-*
,, *ne ſuo nitori reſtituit. In odæo feſtis diebus num-*
,, *quam defuit. Coram auguſtiſs. altaris Sacramento*
,, *publicæ fidelium adorationi expoſito ad multas ho-*
,, *ras genibus flexis ſine ullo adminiculo, ſine pulvino*
,, *immobilis pluries duravit. Propriis manibus ali-*

*quando*

A ,, *quando fere mille perſonas Eucbariſtica dape ſa-*
,, *turavit, quas ad eamdem crebris fervidiſque collo-*
,, *quiis accenderat, eo ſpiritus æſtro, ut non modo*
,, *ipſe, ſed etiam adſtantes omnes ſacri amoris*
,, *ignibus æſtuarent. Immunitatem Eccleſiaſticam,*
,, *ſua denique jura omnia Epiſcopalia Sacerdotali*
,, *pectore ſemper tutatus fuit: quare & ipſe, & ſua*
,, *gens ab iis, qui nolunt Eccleſiaſticam poteſtatem*
,, *cum ſæculari bene convenire, multa perpeſſi fuere.*
,, *Pauperibus omnibus, & præcipue verecundis*
,, *ſemper opitulatus fuit. Supremo bierarchæ ob-*
,, *temperans primus ipſe fuit, qui ab ſua cathedrali*
,, *thronum Biteƈti Principis evertit, ipſius nec le-*
,, *vi quidem veſtigio relicto nihili pendens in illius,*
,, *& in illi adhærentium odium offendiſſe. Cuidam*
,, *facinoroſo, à quo fuerat valida, & armata fica-*
,, *riorum manu impetitus, nihil turbatus, eodem*
,, *momento pontificiam benedictionem largitus fuit,*
,, *& cum omnes ſui fremerent etiam Eccleſiaſtici, qui*
,, *illum globum omnino perdere poterant, ut in ani-*
B ,, *mis erat, diſtricte juſſit, ut parcerent, ut ipſe pe-*
,, *perceret, atq; ut id etiam ex corde obtineret, coram*
,, *cõmuni domino ſub ſpecie panis ſuper altare latenti*
,, *injuriam ea Catholici animi ſignificatione remiſit,*
,, *ut ultionum avidi dominicis præceptis in ſui Epiſ-*
,, *copi pectore alte radicatis acquieverint.*
,, *Miro quidem labore per biennium, & amplius*
,, *proceſſum pro cultu ab immemorabili B. Jacobi vul-*
,, *gò de Biteƈto efformavit, & ſua ſententia ab S. Sede*
,, *Apoſtolica confirmata fuit, cujus decreti exemplar,*
,, *non abs re hic referre viſum eſt.*
,, Biteƈten. Beatificationis, ſeu Canonizationis
,, Servi Dei Jacobi Illyrici vulgo de Biteƈto Beati
,, nuncupati.
,, Amoto de anno 1690. juxta S. Rituum Con-
,, gregationis præſcriptum ab altari ſacelli Baronis,
,, ſeu D. civitatis Biteƈti in Eccleſia Fratrum ſan-
,, ƈti Franciſci ſtrictioris ordinis obſervantiæ con-
,, ſtructo, ſuper quo reperiebatur, aſſerto corpore
,, ſervi dei Jacobi Illyrici, vulgo de Biteƈto Beati
,, nuncupati, eoque in Sacrario una cum digito ſer-
C ,, vi dei clauſo, & abſque cultu repoſito, Fr. Che-
,, rubinus de Spoleto ſtrictioris ordinis obſervantiæ
,, S. Franciſci, & hujuſmodi cauſæ poſtulator ad
,, probandum cultum immemorabilem eidem ſervo
,, dei præſtitum, & caſu à decretis juſſu S. M. Vr-
,, bani P.P. VIII. editis, excepto humiliter inſti-
,, tit pro ſignatura commiſſionis introductionis cau-
,, ſæ præſcriptæ, quæ ſub die 24. Januarii 1694.
,, pro coſtructione proceſſus ſuper præmiſſis, eoque
,, conſtructo cum Epiſcopus Biteƈten. delegatus
,, per diffinitivam ſententiam de cultu ab immemo-
,, rabili tempore dicto ſervo dei præſtito conſtare
,, pronunciaverit, diſcuſſoque in ſacra Congrega-
,, tione rituum dubio, an ſententia prædicta eſſet
,, confirmanda in caſu &c. ſacra eadem rituum con-
,, gregatio referente Eminentiſs. & Reverendiſs.
,, D. Cardinali Colloredo ſub die ultima Julii 1700.
,, Sententiam prædicti Epiſcopi Biteƈten. delegati
,, eſſe confirmandam cenſuerit, ſi S.S. Domino no-
D ,, ſtro viſum fuerit. Et SS. noſter Clemens PP.
,, XI. die 29. Decembris eiuſdem anni 1700. beni-
,, gnè annuerit, idem Frater Cherubinus à Spole-
,, to humiliter ſacræ rituum Congregationi ſuppli-
,, cavit, quatenus conſtantibus de præſenti moti-
,, vis, ob quæ dicti aſſerti corporis ſervi dei Jacobi
,, Illyrici demandata fuerat amotio, facultatem in
,, poſterum reſtituendi idem corpus eidem loco, ſeu
,, altari, à quo amotum fuerat, benignè concede-
,, re dignaretur, Sacra eadem Congregatio ad re-
,, lationem eiuſdem Eminentiſs. & Reverendiſs.
,, D. Cardinalis Colloredi, audito Reverendiſs.
,, Archiepiſcopo Myren. fidei promotore omnibus
,, benè perpenſis, & maturè conſideratis petitam
,, reſtitutionem corporis ſervi dei prædicti ſine ta-
,, men pompa faciendam poſse concedi cenſuit, ſi
,, ſanctiſs Dom noſtro viſum fuerit die 30. Aprilis
,, 1701. Et facta deinde per me Secretarium SS.
,, Dom. noſtro de prædictis relatione Sanctitas ſua

A ,, benigne annuit die 7. Maii ejuſdem anni 1701.
,, Gaſpar Cardinalis Carpineus loco † Sigilli B.
,, Inghirami Sac. Rit. Congreg. Secret. Romę 1701.
,, *Conventum in loco vulgo* la Vetrana *extra mœ-*
,, *nia civitatis elapſo ſæculo ſuppreſſum Fratribus*
,, *Minoribus Conventualibus D. Franciſci an. 1713.*
,, *reſtituit. Ad Valvenſem, & Sulmonenſem unitas*
,, *Eccleſias translatus fuit die 4. Januarii 1717. ut*
,, *in p. t. in illorum Epiſcoporum ſerie diximus fol.*
,, *1386. Hujus Epiſcopi germanus frater fuit Mar-*
,, *chio Antonius Hodierna Regiæ Cameræ Summariæ*
,, *Præſidens, vir Blancæ Albertinæ Patritiæ Nola-*
,, *næ, à qua inter reliquos ſuſcepit Marchionem Ni-*
,, *colaum magnæ curiæ vicariæ judicem integerri-*
,, *mum, Fabritium Regii Auditoris munus in Apru-*
,, *tina Provincia laudatiſſime explentem, ac Jo. Ba-*
,, *ptiſtam Majoris Eccleſiæ Neapolitanę Canonicum*
,, *meritiſſimum, quibus omnibus majorum ſuorum*
,, *veſtigia calcantibus altiora promittit omnigena*
,, *virtus cum ſanguinis claritate conjuncta.*
B ,, *JOACHIM Franciſcus Caprinus, Patritius, &* XXXVI.
,, *Canonicus Aquilanus, ſui Epiſcopi Ignatii de la*
,, *Zerda generalis olim Vicarius, Gubernator poſtea,*
,, *& etiam generalis Vicarius Farfæ ſub Em. prius*
,, *Barberino, poſtea Rufo, vitę integritate, animi can-*
,, *dore, litterarum ſcientia, ac rerum uſu ſpectatiſſi-*
,, *mus, ab regnante feliciter Clemente XI. huic Ca-*
,, *thedræ aſſignatus fuit anno 1718. die 24. Januarii.*
,, *Brevi, quo ſedet tempore, paſtoralis ſollicitudinis*
,, *documenta præſtat uberrima, cultum Dei promo-*
,, *vendo, Eccleſiaſticam diſciplinam fovendo, immu-*
,, *nitatem ſacerdotali pectore tuendo, paupertatem*
,, *largiſſime levando. Adſit illi Deus, ut quæ medita-*
,, *tur pro ſuæ diœceſis bono, & perficere, & de ſuis*
,, *Apoſtolicis ſudoribus in domino valeat jucundari,*
,, *prout omnes ſuſpirant, & præcipue Abbas Donatus*
,, *Dominicus Milonus Apoſtolicus Notarius Commiſ-*
,, *ſarius Fabricæ D. Petri de urbe, & curiæ Epiſco-*
,, *palis Biteƈtenſis Cancellarius.)*

C

# BITUNTINI EPISCOPI.



BITUNTUM, vulgo *Bitonto*, ſeu *Botonto*, celebris Peucetiæ Apuliæ, ſeu Terræ Barii civitas eſt Regi Neapolitano immediatè ſubjecta, dives opum, frumenti, vini, olei, amygdalarum, &
D citrorum feraciſſima, ut trito accolarum proverbio Botontum, quaſi bonum totum dicatur. Bituntinorũ è priſcis ſcriptoribus Plinius meminit inter veteres Geographos. Bituntinus Epiſcopatus antiquus eſt, & Barenſis Metropolis ſuffraganeus. Ædes Epiſcopales longè pulcherrimæ, & Cathedrali Baſilicæ adjunctæ ſunt. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus duc. 2500. Tax. autem Epiſcopatus iſte in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad flor. 266. Cathedralis verò Baſilica tit s. Valentini Martyris in medio foro ſita eſt, eleganti, amplaque ſtructura quadruplici ordine columnarum, choro, amboneq; marmoreo, organo, muſivo, & veſtiario, ſacraque omni ſupellectile egregiè ornata. Hic aſſervatur brachium S. Valentini, cujus feſtus dies agitur 14. Februarii. Sacris in ea miniſtrant Canonici 30. è quibus quinque dignitate eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Archipresbyter, duo Cantores, & Magiſter cæremoniarũ, quibus accedunt alii Presbyteri, & Clerici

uſque ad numerum 150. & hi omnes, ac ſinguli participes ſont maſſæ communis, & diurnos earlenos pro Miſſis percipiunt, quarum quindecim millia intre unol curriculum ex debito in hac Baſilica celebrari compertum eſt, adeo ut ſingulis diebus ultra quadreginta Miſſas celebrere Baſiliceni teneantur. Eſt autem meſſe Capitularis ferè trium millium aureorum: è Canonicis unus eſt Pœnitentiarius ex præſcripto, alter Theologus ad libitum. In hac civitate præter Cathedralem ſunt parochiales Eccleſiæ doodecim, querum ditiſſima trecentos annuos aureos habet. In his ſingulis ſunt fontes baptiſmales, non tamen ſanctiſſime Euchariſtia, quæ ex Cathedrali toti civitati miniſtratur. Sunt & aliæ Eccleſiæ dotatæ adeo, ut Beneficie, quæ ſunt de jurepatronatus quinque millia ducatorum, quæ ſunt liberæ collationis mille ducatorum ſummam efficient. Sunt præterea virorum cœnobia *a*, unum Monachorum Olivetanorum, & ſex Mendicantium. Virginum ſepta duo, laicorum ſodalitia quinque, domus hoſpitalis, & Mons-Pietatis ſeptingenatorum aureorum conuo cenſu dives. Civitatis familiæ erant ferè quatuor millia, animæ viginti millia, è quibus tredecim millia ad communionem idoneæ. Diœceſis autem extra civitatis mœnia nulla eſt: ager enim Bituntinus more provinciæ nullos habet incolas. Hujus Eccleſiæ Præſulum ſeriem elumbem dabimus, pleniorem daturi, ſi nobis hi, ad quos ſpectat, quorum etium fidem imploravimus, uberiorem materiam ſuppeditaſſent.

*a* Virorum cœnobia 9. Sunt tria Mendicantium.

1 ANDREANUS (1) Biton. Epiſ. fuit in Concilio Romano in Baſilica S. Petri celebrato a Zacharia Papa anno Domini 743. ceteri qui in hac Eccleſia floruerunt per trecentorum, & amplius annorum ſpatium deſiderentur.

I. 2 ARNULPHUS anno 1087. cujus meminit Joan. Diaconus in hiſtoria tranſlationis S. Nicolai Barii apud Baronium tomo 11. Annal. Eccleſ.

II. 3 JOANNES anno 1177. ex monumentis monaſterii ſanctiſſimæ Trinitatis Venuſinæ in compromiſſarie cauſe inter Abbates S. Trinitatis de Ceve, & homines oppidi Caſæ venæ; incipit, *In nomine Domini &c. anno 1177. Tancredus Comes Licii Domini Ducis filius, Dei gratia magnus Comeſtabilis, & magiſter Juſtitiarius Apuliæ, & Terræ Laboris*, &c. Idem Joannes invenitur ſubſcriptus Concilio Lateranenſi an. 1179. ſub Alexandro III. celebrato.

III. 4 N. . . . ad quem extat Epiſtola Innocentii III. Papæ, ut quemdam Diaconum, aliosque violatores monaſterii S. Mariæ de Ponte Brunduſii diris innodaret, & alia ejuſdem Pontificis epiſtola ad Clerum, & milites & Epiſcopum Bituntinum hortans eos, ut Cardinali Legato Regni Siciliæ auxilium præſtent.

IV. 5 N. . . cujus nomen non exprimitur in regeſt, Apoſt Epiſcopus Bituntinus translatus ad Melitenſem Eccleſiam ab Innocentio IV. 10. Kal. Maji anno Pontif. 9. ſalutis 1252. vacavit ſedes hæc ſpatio fere duorum annorum.

V. 6 Fr. PANCRATIUS Prior fratrum Prædicatorum de Anagnia per Henricum Barenſem Archiepiſcopum Apoſtolica auctoritate creatus eſt Epiſcopus Bituntinus, & confirmatur ab Innocentio IV. Aſiſii 2. Id. Aug. Pontif. 11. anno verò Domini 1253. ex regeſtro Vaticano epiſt. 97.

VI. 7 THOMAS Epiſcopus Bituntinus transfertur ad Cervienſem Eccleſiam e Clemente IV. an. 1266. 5. Id. Junii Pont. 2. ita in regeſt. Vat. epiſtola 69. f. 76.

VII. 8 PARDUS floruit circa ann. Domini 1280.

VIII. 9 LEUCIUS Coraſius hujus Eccleſiæ Pontifex memoratur in regio reg. Neapolitano anno 1283. Recepit ſequenti anno Minores fratres intra civitatis mœnia. Locum iiſdem conceſſit Carolus II. Rex, antea vocatum ſanctum Petrum de Caſtello. Hic à Bonifacio VIII. ex certis cauſis ſuſpenditur ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium ſuæ Eccleſiæ; reſtituitur tamen à Clemente V. cum eſset Romana Curia apud ſanctum Siricium propè Lugdunum 12. Kal. Martii, Pontif. an. 1. ſalutis ann. 1306. obiit anno 1317.

10 JOANNES Archidiaconus Hoſtunenſis Eccleſiæ defuncto Leucio à majori parte capituli electus à Joanne XXII. confirmationem accepit rejecta electione alterius Joannis de Veſtonis Archipresbyteri Eccleſiæ Fogitanæ Trojanæ diœc. à minori parte capituli celebrata, ann. 1317. 5. Kalen. Julii, Pontif 1. ut narrat regeſtrum Vat. Subſidium ſolvit Regi Carolo illuſtri an. 1321. in regeſt. Neap. IX.

11 STEPHANUS vivebat an. 1346. obiit 1348. X.

12 ROBERTUS eo ipſo anno 1348. quo ad Epiſcopatum eſt traductus, deſiit eſſe: ita in monumentis ejuſdem Eccleſiæ; ejus mentio in reg. Vat. XI.

13 JACOBUS Falconarius Neapolitanus ex Epiſcopo Aquinatenſi ad hanc Eccleſiam translatus 4. Id. Novembr anno 1348 defuncto Roberto ex reg. Vaticano epiſt. 214. fol. 119. par. 1. lib. 4. Pontificatus Clementis VI. an 7. XII.

14 NICOLAUS Epiſcopus Bituntinus tranſlatus ad Neocaſtrenſem Eccleſiam ſeu Bellicaſtrenſem 17. Kal. Januarii anno 6. Clementis VI. ſalutis 1349. ex regeſt. Vat. epiſt. 24. fol. 17. par. 1. l. 3. XIII.

15 JOANNES, cujus memoria extat in regeſtro Neapolitano an. 1365. XIV.

16 HENRICUS fuit hujus Eccleſiæ Antiſtes temporibus Urbani VI. Pontificis 1382. ejus meminit lib. oblig. Bonifacii IX. XV.

17 JACOBUS ſucceſſor Henrici eodem lib. memoratur. XVI.

18 JOANNES vivebat anno 1390. quo ſolvit ſubſidium ſacro Collegio pro ſe, Ioanne, & Jacobo prædeceſſoribus ſuis ex eodem libro. XVII.

19 Fr. ANTONIUS Ordinis Minorum Epiſcopus Bitectenſis ad hanc Eccleſiam transfertur à Bonifacio IX. 4. Id. Maii an. 10. ſalutis 1399. ſucceſſit Joanni ex eodem libro. XVIII

20 PAULUS de Alfaratis antea Epiſcopus Polignanenſis, ad hanc Bituntinam Eccleſiam tranſlatus eſt 18. Kal. Junii 1424. ſedit in hac ſede annis 32. mortem obiit an. 1457. XIX.


21 Fr. ANTONIUS de Regio Ord Prædicatorum, verbi Dei inſignis concionator, egregiuſque Theologus Caliſto III. in paucis charus, ab ipſo Bituntino Epiſcopatu ornatus eſt 4. Maii 1457. præfuit laudabiliter aliquot annos. XX.

22 ANTONIUS de Urbino vixit an. 1481. XXI.

23 ANDREAS de Paltronibus ſucceſſor Antonii tranſlatus eſt ad Eccleſiam Sutrinam, & Nepeſinam die 5. Novemb 1484. Romæ obiit 1489. XXII.

24 BAPTISTA *b* natione Aprutinus, patria Marius, gente Pontina Nepeſinus & Sutrinus Epiſcopus, cum Andrea commutavit, factuſque eſt Bituntinus Epiſcopus eadem die 5. Novemb. 1484. exceſſit an. 1500. XXIII.

*b* Jo. Baptiſta de Pontibus, patria Circumeienſis.




25 Jo. BAPTISTA Cardinal. Urſinus *c* ab Alexan- XXIV

*c* De quo

(1) Hic deſcriptus in Romano Concilio an. 743. reperitur his literis: *Andreano Biſuntiano*: aliàs legitur *Andreanus Biſuntinenſis*. Hic reponitur ab Ughello inter Biſuntinenſes Romanæ Provinciæ Epiſcopos, & Andreanus ab eo vocatur. Idem Ughellus hunc eumdem aſſignat Bituntinorum Cathedræ, non advertens illum appoſuiſſe primo loco inter Biſuntinenſes, quos inter nobis magis pervius eſſe videtur, & purgatus omnino: dum judicandum linquimus an Bituntinus fuerit, ab Arnulpho hanc ſeriem inchoabimus.

Ciaconius Oldoini tom. 1. col. 85. xandro VI. factuseſt hujus Eccleſiæ perpetuus administrator die 12. Junii 1500. paulò poſt illam reſignavit ad favorem ſequentis cum regreſſu.

XXV 26 JO. BAPTISTA Urſinus ſucceſſit Card. ſedit annos multos, & die 18. Feb. 1517. eo munere volens abivit.



XXVI 27 JULIUS Card. Medices, *a* ille qui poſt ſummus Pontifex renunciatus, Clemens VII. dictus eſt, hanc Eccleſiam obtinuit 18. Febr. 1517. novem tantum menſes tenuit, eamque dimiſit cum favore regreſſus.

*a* De eo pariter Ciaconius ibid. col. 338. & 443.

XXVII. 28 JACOBUS Urſinus Romanus electus eſt Bituntinus Epiſcopus die 27. Feb. anno 1517. ultro ſe abdicavit anno 1530. die 24. Januarii. (1)




XXVIII. 29 ALEXANDER Card. Farneſius *b* factus adminiſtrator hujus Eccleſiæ die 24. Januarii 1530. evaſit deinde ſummus Eccleſiæ Pontifex ſub Pauli III. nomine.

*b* De quo idem Ciaconius to. 3. col. 181. & 531.

XXIX. 30 LUPUS vel Lopez de Alarcon Hiſpanus electus Bituntinus Epiſcopus per ceſſionem Cardinalis Farneſii die 17. Maii 1532. Lupus verò ceſſit commendæ monaſteriorum S. Petri de Licuſati, & S. Nazarii Policaſtrenſis & Caputaquenſis diœceſum, quorum erat Abbas commendatarius.

XXX 31 SEBASTIANUS Delius é Caſtro Durante Alexandri Cardinalis Farneſii quondam præceptor eandem ſedem adeptus eſt ex ceſſione Card. die 11. Januarii 1538. eoque munere functus eſt uſque ad annum 1544. quo Romæ mortalitatem explevit, ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Mariæ Magdalenę mulierum Convertitarum.



XXXI 32 Fr. CORNELIUS Muſſus *c* Placentinus Ord. Minorum Conventualium S. Franciſci, nobilibus parentibus natus, concionator ſuæ ætatis florentiſſimus ex Epiſcopo Foropompilienſi, ac Bertinorii die 27. Octob. anno 1544. ad hanc Bituntinam Eccleſiam translatus eſt; claruit in Concilio Tridentino, cujus eloquentiam non ſemel admirati ſunt Patres. Bitunti poſt reditum à Tridento, Synodum celebravit, eamque in lucem edidit. Præſuit huic Eccleſiæ eximiè annos fere triginta, ac Romæ defunctus anno 1574. Id. Ianuarii ſepultus in Eccleſia ſanctorum duodecim Apoſtolorum cum epitaphio, quod leges in 2. noſtro Tomo in Epiſcopis Foropompilii. In Cathedrali Bituntina hanc dignisſimo viro marmoream inſcriptionem poſuerunt.

*c* De quo fusè Maracciusi in Bibl. Mar. par. 10 p. 103. Sixtus Saneus in Bibl. San Vvaddingus de Scrip. Ord. Min. p. 65. & noviſſimè Franchinus in Bibliosophia p. 150. Mendoſe.

D. O. M.

*Cornelio Muſſo Placentino Bituntino Epiſcopo doctrina, ac eloquentia celeberrimo, deque fide Catholica optimè merito, qui cum Epiſcopatum hunc ſeptem, & viginti annos ſumma cum pietate rexiſſet, demum à Pio V. Pontifice Romam accitus ibique ſub Gregorio XIII. ſtudiis, & laboribus confectus ſexageſimo tertio an. ſuæ ætatis ix. Jan. obdormivit in Domino MDLXXIV. Joſeph Muſſus Archipresbyter Bituntinus familiaris amatiſſ. faciendum curavit.*

33 IOANNES Petrus Fortiguerrus Piſtorienſis nobili genere natus I. V. D. ex Epiſcopo titulari Corcyrenſi, & ſuffraganeo Eccleſiæ montis Regalis in Sicilia pro Card. Farneſio Archiepiſcopo, factus eſt Bituntinus Antiſtes die *d* 19. Aprilis 1574. ſedit an. 19. Obiit an. 1593. Jacet in Cathedrali. XXXII.

*d* 26 Aprilis.

34 FLAMINIUS Pariſius Tolentinas *e* vir quà doctrinarum adiumentis quà aliis animi partibus præſtantiſſimus, Juris Pontificii in Romano gymnaſio profeſſor egregius, & in Aula ſummæ exiſtimationis à Clemente VIII. die 27. Septembris fuit adlectus Bituntinus Epiſcopus 1592. plura compoſuit, quibus nobile ad omnia oſtendit ingenium. Bitunti Theatinorum Regularium laudatiſſimos doctoſq; clericos admiſit, ædes D. Nicolai iiſdem liberaliter conceſſit anno 1601. quam deinceps præſule Pallanterio in commodiorem urbis locum tranſtulerunt, novamque Eccleſiam exædificarunt eidemque ſancto Nicolao dicarunt. Præſuit Flaminius an. 10. mortuuſque eſt anno 1603. XXXIII.

*e* Cuſentinus dicitur in Schedis.

35 Fr. HIERONYMUS Pallanterius *f* de Caſtro Bononienſi Ord. Minorum Conventualium, ſacræ Theologiæ in Papienſi, & Patavina Academiis eximius profeſſor, Sixti V. Pont. Max. olim Theologus, aliiſque literariis oneribus egregiè functus, Bituntinus Epiſcopus renunciatus eſt a Clemente VIII. die 10. Septembris 1603. Fato functus eſt die 25. Auguſti 1609. annum agens 84. ſenex venerabilis, & de Chriſtiana Republica bene meritus, jacet in Cathedrali, cui diu antea Clerus Bituntinus elogium erexerat hiſce verbis conceptum. XXXIV

*f* De eo Riccobonus de Gymnaſio Patav. l. 3. c. 16. Franchinus in Bibliosophia p. 155. & Garavinus de Viris Illuſt. Caſtr. Bonon. p. 10. Mendoſe.

*Hieronymo Pallanterio à Caſtro Bononienſi Franciſcano Conventuali, viro integerrimo, omniumque ſcientiarum doctrina clariſſimo, in ſententiis dicendis facundia, gravitate, ſapientia ſingulari, aſperis, & ſecundis rebus æquè probato, præcipuis ſui inſtituti muneribus tum legendo, tum regendo egregiè functo, Ticini, & Patavii ſumma cum laude publico ſacræ Theologiæ profeſſori, ad ſummos Pontifices, & ſacros purpuratos fratres ſæpius inter miſſarum ſolemnia oratori ornatiſſimo; ſancti Caroli Borromei Cardinalis primum, deinde Cardinalis de Monte alto, qui fuit Sixtus V. Theol. commenſali, Catholicæ religionis egregio aſſertori: ob eas res Clemens VIII. Romæ ad graves de rebus fidei controverſias componendas vocato, & in Antiſtitem Bituntinum evecto Clerus Bitunt. cujus bono-*

(1) Somniatur Bonifacius in hiſt. Tarviſ. p. 711. Jo. Pierium Valerianum, clariſſimum librorum auctorem, fuiſſe à Clemente VII. Epiſcopum Bituntinum declaratum: at Epiſcopatum renunciaſſe Cornelio Muſſo, ut ſtudiis operam libere navaret.

A *honori & commodo ſemper ſtuduit, adhuc viventi gratitudinis ergo poſuit anno ætatis ſuæ lxxviii. ſalutis vero MDCXI.*

Memini me in Bibliotheca S. Franciſci Conventus Bononienſis, ubi Hieronymus lac pietatis primum ſumpſerat, elogium legiſſe, quod hic non pigebit referre.

*Fr. Hieronymus Pallanterius à Caſtro Bonon. Ord. Minorum cum multis maximis ſuæ religionis muneribus tum legendo, tum regendo egregiè functus, Ticini, & Patavii ſumma cum laude publicus ſacræ Theologiæ profeſſor, B. Caroli Borromæi Card. primùm, deinde Card. de Montealto, qui fuit Sixtus V. Theologus commenſalis à Clemente VIII. Romæ ad graves de rebus fidei controverſias componendas vocatus, & Epiſcopus Bituntinus creatus, Bibliothecam hanc, ut huic ſacro cœnobio de ſe optimè merito, aliqua ex parte ſe gratum oſtenderet, &* B *ſtudioſorum commoditati conſuleret, eorumque precibus juvaretur, compoſita ſuorum librorum ſupellectili adhuc vivens ditavit, & auxit an. ætatis ſuæ lxxii. ſalutis vero MDCVII.*

XXXV. 36 JOANNES BAPTISTA Stella, Romanus, utriuſque Signaturæ Referendarius, ſucceſſit Hieronymo die 13. Novem 1619 obiit anno 1621. cum vix annum cum dimidio in ea dignitate expleſſet. („ *De hoc Præſule nobilitate illuſtri tractant* „ *Janus Nicius Erithræus in Pinacotheca prima* „ *imag. 86. & eques Mandoſius in Bibl. Romana* „ *cent. 4. n. marg. a.*)



XXXVI. 37 FABRITIUS Carrafa Neapolitanus primaria nobilitate, ac virtute clarus, utriuſque Signaturæ Referendarius ex delectu Gregorii XV. Papæ, hujus Eccleſiæ evaſit Epiſcopus die 24. Januarii 1622. Academiam Inflammatorum in hac urbe Bituntina inſtituit: quem ſic alloquitur Joſeph Silos epigrammatum Centuria 2. epigram. 18.

*Quæ Carrafa, tuam mentemque, animumque perurit*
*Gloria, quæ virtus ignea pectus alit.*
*Doctas illa parit flammas, hinc ferbuit Ardens* D
*Pallas, & ingentis ſubdidit illa faces.*
*Te Regum ſanguis claras, teque ordine longo*
*Fuſa per auguſtos ſtirps generoſa Duces.*
*Inclyta lux Generis: ſed dum flamma aurea format,*
*Auſpice te mentes: clarius inde micas.*

Obiit 1651. die 9. Martii ſepultus in Cathedrali, ubi ad tumulum extat inſcriptio.

D. O. M.

*D. Fabritio Carrafa Botunti Epiſcopo à Franciſco Bitecti Marchione, & D. Joanna de Cardinas ex Monchade Ducibus nato, ac Fabritii Ruboram Comitis IV. Andriæque Ducis I. ex filio nepoti, Cleri, & pacis amantiſſimo, de omnibus optimè merito, Capitulum & Clerus grati animi ergò hunc tumulum poſuerunt. Anno Domini MDCLI. obitus ſui die 9. Martii, Præ-*

A *ſulatus vero xxix. ætatis ſuæ LXVI.*

Defuncto Fabritio, Innocentius X. Franciſcum Torres Lucenſem, Epiſcopum Bituntinum nominavit; ſed ille in patria morte præventus onus ſubire non potuit.

38 ALEXANDER Creſcentius, Romanus, Petri Pauli Card. Creſcentii nepos, Joannis Baptiſtæ, & Annæ Maximæ filius, Regularis Clericus Somaſchæ Congregationis, vir omni laude digniſſimus ac varia litteratura apprime eruditus, antea Epiſcopus Termulanus, mox Ortonæ, & Camplenſis, ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 26. Auguſti 1652. cum abſens eſſet, ac Taurini apud Sabaudiæ Ducem Innocentii X. Pont. Max. Nuncii munere fungeretur. Poſſeſſionem adeptus eſt per Procuratorem die 6. Octob. 1653. Vivit optimus Præſul, diuque vivat Bituntinæ Eccleſiæ decus, & ornamentum futurus. XXXVII

*A D D I T I O.*

(„ *Cum Apoſtolicum Nuncium ageret apud Du-* B
„ *cem Sabaudiæ, S. Sindonis, in qua involutum*
„ *fuerat ſacroſanctum corpus Domini noſtri Jeſu*
„ *Chriſti è cruce depoſitum, quæ Taurini ſumma de-*
„ *votione ſervatur, imaginem reportavit, quam ut*
„ *Butuntum pervenit, ſupplicatione indicta feria*
„ *VI. Majoris hebdomadæ per urbem nudis pedibus*
„ *circumduxit, & ſuo poſtea capitulo dono dedit, idē-*
„ *que in die Inventionis S. crucis quotannis publicæ*
„ *venerationi exponit in æde, quam extra civita-*
„ *tem ipſummet capitulum piorum largitionibus ex-*
„ *truxit ſub titulo SS. Crucifixi, ut ex hac ibi epi-*
„ *graphe.*
„ Capitulum Bituntinum piis fidelium
„ eleemoſynis à fundamentis erexit
„ Epiſcopo Alexandro Creſcentio
„ MDCLXIV.
„ *Cujus S. Sindonis venerabile exemplum cum ligno*
„ *ſacratiſſimæ crucis poſt ſolemnes veſperas ejuſdem*
„ *diei, ipſum capitulum cum interventu cunctorum*
„ *ordinum Regularium per Bituntinam urbem cir-*
D „ *cumfert, manſuro ſemper pietatis emolumento.*
„ *Die 28. Septembris 1659. Synodum celebravit,*
„ *cujus inter cæteras valde ſalutares conſtitutiones*
„ *ſancita fuit erectio Seminarii pro clero formando,*
„ *quo ſua diœceſis carebat. Angulum ſuæ ædis prin-*
„ *cipis pene collabentis magno impendio a funda-*
„ *mentis refecit, ut è ſuis patet inſignibus. Paupe-*
„ *res ſemper ut filios adamavit, adeout quadam die*
„ *cum omnem ſuam ſubſtantiam in illos evacuaſſet,*
„ *nec tunc amplius haberet, unde erogaret, nudum*
„ *operiturus ſe ſuis exuit femoralibus. Hanc Eccle-*
„ *ſiam uſque ad annum 1668., ut debebat, ſanctiſ-*
„ *ſime rexit. Romam poſtea evocatus, ſua ſponſa*
„ *dimiſſa, Senatoria purpura cohoneſtatus fuit. Mor-*
„ *talitatem Cardinalis explevit anno 1688. eadem*
„ *ſanctimoniæ fama, qua Butunti ſederat Epiſco-*
„ *pus, ut ex hiſtoria, quam alibi innuimus, ſum-*
„ *morum Pontificum, & Cardinalium, quam pro*
„ *continuatione Ciacon. operis jam concinnat P. Ca-*
„ *millus de Quintiis ſummæ doctrinæ, & religionis*
D „ *in Societate Jeſu Sacerdos, de quo ſemper parce*
„ *loquuti ſumus, ne ipſius modeſtiæ graves ſimus.*
„ *Fr. THOMAS Aquaviva ab Aragonia è Neriti* XXXVIII.
„ *Ducum domo, & ex ſacro Prædicatorum ordine,*
„ *in quo varia, ſed ſumma ſemper cum laude obierat*
„ *munia, in divinitate jam Magiſter Creſcentio ſuc-*
„ *ceſſor datus fuit eod. anno 1668. die 14. Maii Pro*
„ *immunitate acerrime ſtetit, adeout cum Butuntina*
„ *civitas ſolutioni vectigalium Eccleſiaſticos omnino*
„ *obnoxios eſſe vellet, illam anathemate percuſſerit.*
„ *In pauperes largiſſimus fuit ſua ſemper religioſa*
„ *ſobrietate ſat, ſuperque contentus. Quadrageſi-*
„ *mali tempore multoties concionatus fuit magno au-*
„ *ditorum plauſu, ſed majori ſpirituali fructu. In*
„ *ſolemnitis Sanctorum panegyricas etiam ſæpe ora-*
„ *tiones recitavit, quia mira in dicendo gratia or-*
„ *natus fuit. Synodum habuit valde ſalutarem. Men-*
„ *ſæ fundos vel uſurpatos, vel infrugiferos aut aſ-*
„ *ſeruit, aut coluit. Epiſcopale palatium refecit,*

*& pre-*

A *& prolatavit: Eccleſiam SS. Crucifixi præſulatu Alexandri Creſcentii erectam conſecravit, in qua hæc extat inſcriptio.*

D. O. M.

Eccleſiæ aotiquitus deſolatæ rudem capellam, quam ſucceſſiva devotio Redemptoris imagini contra temporum injuriam ſervarat obgratiarum copiam, grata pietas noviſſimè amplificavit in templum. Quod anno MDCLXIV. die 26. Aprilis canonice præſignatum, die 30. inchoatum; eodemque die 26. Menſis ejuſdem anno vero MDCLXXI. SS. Caí, Trinel, & Concordiæ reliquiis ara maxima decorata, Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Fr. Thomas Aquaviva de Aragona Epiſcopus Bituntinus Crucifixo Domino ſolemniter dedicavit.

*Hoc etiam Epiſcopo ſedente erecta fuit ædes D. Mariæ in beneficium animarum purgatorii, quæ communiter audit de' Suffragio. Sedit ann. quatuor;* B *diem ſuum ſupremum obiit die 23. Auguſti anno 1672., ſepultus fuit in principe templo, omni, quæ tanto Epiſcopo debebatur, funebri pompa, & hac inſcriptione.*

Fr. Thomæ Aquavivæ ab Aragonia Ordinis Prædicatorum laureato, ac præconi Sacro diſertiſſimo, Epiſcopo Bituntioo, taota io ſubditos benevolentia prædito, quod cum ipſis contumulari hic maluit. Canonicus D. Joannes Antonius de Converſano benemeritus hunc lapidem poſuit v. Id. Septemb. MDCLXXVI. Obiit octogenarius x. Kal. Sept. MDCLXXII.

XX XIX *FRANCISCUS Antonius Gallus ex præcipuis familiis Acheruntinæ diœceſis, I.V.D. vir apprime eruditus, & in agendo magnæ dexteritatis, ut de ſe præbuit, Nuncii Apoſtolici apud Helvetios, Rempublicam Venetam, Cæſaream Majeſtatem Auditor generalis dum extitit, &* C *Nunciaturarum apud Helvetios videlicet & Imperatorem Internuntii munus etiam dum geſſit; die 3. Octobris 1672. hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit, quam ſummo zelo adminiſtravit, at vere ſe digna ſollicitudine, & navitate. Eccleſiam S. Rocci ſacravit, ut ex hac inſcriptione.*

D. O. M.

Franciſcus Antonius Gallus de Auſtrimont, Baro S. R. Imperii, Comes Palatinus, Leopoldi Cæſaris conſiliarius, Epiſcopus Bituntinus, pro ſua ſingulari, atque indefeſſa erga hunc ſibi creditum populum charitate, illico ad ſimplices oobilis Antonii Jannonii Alitti publicam in præſenti anno rem moderantis preces, hanc ædem ſacram, quam anno videlicet vigeſimouno præteriti ſæculi procurante Franciſco de eodem ſtipite Jannonio hęc civitas voti compos D. Rocco in patronum ouncupato erexerat, ac* D *moneote ouper ipſo Aotonio in decentiorem ſpeciem reſtituit die Dominico undetrigeſimo accepti anno à redempto orbe Milleſimo, ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo ſolemni ritu, ac magna populi celebritate conſecravit, incluſis in altari SS. fratrom, & Florentii martyrum reliquiis, cujus rei memoriam poſteritati conſignat hæc Epigraphe.

*Ædem principem exornavit, & pro ſolemnioribus anni feſtis diebus, damaſcena veſte oloſerica donavit, ſacrarium prolatavit, ac perpolivit, tumulum ſibi vivens in eadem æde excitavit, Epiſcopale palatium refecit. Gemina inſtituit ſodalitia, alterum in æde parocciali S. Catharinę V. & M. alterum in illa D. Georgii M. quorum albo ipſe primus nomen dedit. Synodum celebravit ann. 1682.,* A *paupertatem ſemper proprio ærelevavit. Suos capitulares hæredes dixit, ea tamen lege, ut recurrente quotannis ſui obitus die Eccleſiaſtica ſibi ſuffragia ſolemniter præſtarentur. Mortalitatis palæſtram deſeruit anno 1685. die 11. Menſis Auguſti.*

*PHILIPPUS Maſſarenga Gallum excepit 13. Maii 1686 E' qua gente fuerit, in Andrea Maſſarenga Maſſæ Lubrenſis Epiſcopo germano ſuo in t. 6. in illius Eccleſiæ Præſulum ſerie fol. 651. videre potes, ſi lubet. Ipſe vero Virtutibus omnibus qua Chriſtiano, qua optimo Præſule ad normam Apoſtoli dignis vel a teneris floruit. Ejus indolem efformarunt Congregationis oratorii Patres cæleſti ſane providentia, ut Philippus nonniſi a D. Philippi Filiis pietate imbueretur. Philoſophiæ, Theologiæ, & utrique juri egregiam navavit operam, in quibus omnibus facultatibus mire profecit. Sodalitio, cui D. Maria regina Apoſtolorum, & alteri, cui eadem Virgo ſub titulo Soccurre Miſeris titulum facit, nomen dedit. In quibus & ſodalis, & præ-* XL B *fectus ſemper idem fuit. In Miſſionibus etiam extra Neapolim, & in ultimas Regni partes ſemper ipſe primus incedere, aliarum laboribus omnibus ſe prægravare, ut ſuos illis Sodales exoneraret; pœnitentium confeſſiones etiam noctu indefeſſus ſemper excipere; Cathechiſmum enucleare; Mariani roſarii devotionem propagare; eaque denum omnia exequi, quæ & Apoſtolicæ ſanctiones illius nunquam ſat laudati Sodalitii perſcribunt, & vere ignens ille, qui in ſuo æſtuabat pectore zelus ſuadere poterat. Sereniſſ. Neapolitano Sodalitio SS. Trinitatis peregrinorum, & convaleſcentium adſcriptus, illinc operum omnium laudabili ſemper exercitio ſe vere D. Philippi filium probavit. Divinum penſum ſumma ſemper devotione recitavit, ac fere ſemper genibus flexis. Deiparam Virginem ſingulari a teneris coluit obſequio, & illius feſtivitatum pervigilia, aut nil guſtans, aut modico pane, vel aqua transigebat. Tantarum famma Virtutum percitus Innocentius XI. huic Eccleſiæ* C *nil tale cogitantem, imo & invitum, ac reluctantem ſponſum aſſignavit, quam ſanctiſſime rexit continua elevatione mentis in Deum, & devotiſſima icone B. M. Virginis puerum Jeſum geſtantis in ulnis, qua peccatores vitiorum longo veterno prægravatos ad virtutes hilari, conſtantique corde amplexandas excitavit; quam poſtea imaginem morti proximus monialibus Benedictinis vulgo di* S. Maria delle Vergioi *dono dedit, quam ſumma veneratione eadem religioſiſſimæ Virgines in ſuo ſervant odæo, & quotannis quarta dominica Auguſti in Eccleſia publicæ exponunt adorationi maxima feſtiva ſolemnitate, muſico concentu, & panegyrica etiam Oratione: Et B. Virgo ipſius Epiſcopi Philippi ſervi ſui fidelis intuitu innumeras implorantibus gratias impartitur. Pauperum indigentiis ſemper ſupra eorum votum fuit adeo opitulatus, ut fruſtulo panis famem fere ſemper temperarit, quo etiam ſæpe ſæpius ſe privabat aliquem eſurientem refecturus. Suo familiari ſe-* D *tum gratulanti Eccleſiæ cenſum excreviſſe ob ſolutionem extinctam cujuſdam penſionis, reſpondit:* Cum pauperibus gratulare, quia io ipſorum beneficium amplificati redditus redundant. *Corpus ſuum, non modo jejuniis, ac vigiliis, ſed ferreis flagris tamquam rebelle tundebat. Ciliciis continuo adeo maceravit, ut illud conſumpta jam pelle, unum tum ipſius carne jam fecerit, ut poſt ejus obitum patuit. Mortis vicinæ conſcius ad Sororem ſuam germanam virtutibus ſibi omnino comparem Neapoli commorantem, tum adhuc incolumis eſſet, Epiſtolam exaravit, quam ſuo dedit ex intimis, ut ad illam nonniſi ſequenti hebdomada immitteret; ſed tum ad cæleſtem patriam die 5. Jun. 1688 ipſe evolaſſet, & Epiſtola non adhuc immiſſa Butunti recluſa fuiſſet, repertum fuit, in illa ſe ſubſcripſiſſe hoc nempe modo;* Filippo Maſſarenghi dall'altra vita. *Sedit annum unum, & menſes novem. Suum funus curatum fuit ea, quam*

*„ ſua*

,, ſuæ vitæ ſanctimonia exigebat, ſolemnitate. Tri-
,, duo ejus cadaver in ſua æde principe jacuit inſe-
,, pultum, ut devotioni, non modo diœceſis, ſed &
,, exterorum etiam fieret ſatis, armato verum Mi-
,, lite ſemper circumvallatum, ne & ejus veſtes,
,, & ipſum corpus populationi foret obnoxium, ut
,, non ſemel tentatum fuit. Qui particulas ex iis,
,, quæ ſua fuerant, obtinere potuerunt, ſe velut re-
,, perto theſauro ditiſſimos cenſuere; qui vero non,
,, Marianis roſariis illud benedictum corpus contin-
,, gebant. In Eccleſia Divæ Mariæ de Suffragio,
,, quam ipſe ſacraverat, hæc legitur inſcriptio.

,, D. O. M.
,, Templum hoc inter-effuſos Charitatis
,, ardores lethali inœſtuans febri candidiſ-
,, ſimus Bituntinus Antiſtes Philippus ex
,, comitibus Maſſarenghis ſacravit, & re-
,, liquiis ſanctorum Petri Apoſtoli, Joan-
,, nis Baptiſtæ, Laurentii, aliorumque
,, martyrum inſignivit, quem ſubinde
,, emortuum ex profuſis mirabilibus proti-
,, nus ad fontem vitæ credidit populus
,, perveniſse X. Kalend. Junii An. Domini
,, MDCLXXXVIII.

,, Sepultus fuit in ſua cathedrali in ſacello imma-
,, culatæ Conceptioni B. M. Virgini dicato in loculo
,, diſtincto. Simulacrum ejus marmoreum ibi extat
,, cum hac inſcriptione.

,, D. O. M.
,, Philippum ex Comitibus Maſsarenghis
,, Bituntinum Antiſtitem in Neapolitana
,, S. Mariæ Apoſtolorum paleſtra cultiori
,, morum diſciplina imbutum, ſibi ipſi atro-
,, cem, in cæteros comitate profuſum,
,, præmaturum ſuſtulit fatum, abſumpta
,, in pauperes ſubſtantia, ut ne ſuo quidem
,, cineri conſuluerit, ſuperſtite tantum in
,, memoria ſui, magno imitandæ virtutis
,, incitamento Ob. Non. Jun. MDCL-
,, XXXVIII. ætat. XLVIII. Præſulatus
,, anno primo, menſe nono. Abbas D.
,, Jo. Antonius de Lerma in benevolentiæ
,, argumentum P.

,, Adhuc diœceſis illum ſuſpirat, & in omnibus
,, ſuis anguſtiis ad ejus ſepulchrum recurrit, & ferè
,, ſemper voti compos recedit. Sua ſodalitia Neapo-
,, li ei ſolemniter parentarunt, & præcipue illud
,, SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcen-
,, tium, quod a tanto filio ſingulari amoris nota ſem-
,, per fuerat dilectum. Innocentius XI. Pontifex
,, maximus illi ſuperſtes normam Præſulum ejus
,, obitu amiſſam indoluit.


XLI. ,, CAROLUS Angeli de Ferrariis patritii Ge-
,, nuenſis, & Angelæ de Ambroſetto patritiæ Barien-
,, ſis filius, V. I. D., in divinitate Magiſter, Præ-
,, poſitus primum Canuſii, dein Em. Urſini in Eccle-
,, ſia Sipontina, ac poſtea Pignatelli in Tarentina
,, Vicarius generalis per mortem Maſſarenghæ huic
,, cathedræ ab Innocentio XI. præficitur 6. Junii
,, 1689. poſſeſſionem iniit die 14. Jul. ſubſequentis.
,, Veſtigia ſui ſanctiſſimi prædeceſſoris pro virili cal-
,, care, pauperes juvando, Eccleſiaſticam amplifi-
,, cando dignitatem, pietatem promovendo, ſem-
,, per ſtuduit. Supremis tabulis paræciam D. Pauli
,, Apoſtoli ſcripſit hæredem; celeberrimam ſuam bi-
,, bliothecam quamplurimis, & electiſſimis inſtru-
,, ctam codicibus vener. Collegio Barulitano Societ.
,, Jeſu legavit. E mortalium cœtu pie demigravit
,, die 13. Novembris 1698. humatuſque fuit in
,, Sacello, quod vocant SS. reliquiarum.

XLII ,, JOANNES Baptiſta Alphonſi Capani, & Mar-
,, garitæ Gattulę è Marchionibus Alfedenæ filius,
,, utroque genere in ſua Neapolitana patria nobiliſ-
,, ſimus, clericus Regularis Theatinus hoc Sacerdo-
,, tio honeſtatur anno Jubilæi 1700. die 21. Junii.
,, Maximo zelo divini cultus, & Eccleſiaſticæ di-
,, gnitatis ſibi commiſſam plebem rexit. Suo præ-
,, ſulatu, ſuoque auſpicio Carmelitæ excalceati D.
,, Tereſiæ à capitulo ædem D. Mariæ de Populo extra
,, mœnia obtinuere, cui annexum conventum illico
,, moliri cœperunt. P. Dominicus Bruni Societatis
,, Jeſu doctrina, & pietate præſignis tria ſoda-
,, litia excitavit, quibus Beata Virgo cum titulis
,, ſuarum feſtivitatum nomen, decuſque dat.
,, Primo immaculatæ Conceptionis, alteri Præ-
,, ſentationis, tertio denique Purificationis, in
,, quibus Congregati piis vacant exercitiis, quo-
,, libet die dominico eiſdem verbum Dei familia-
,, riter pro majori Spirituali profectu annuncia-
,, tur, & die tertio dominico cujuſque menſis ſup-
,, plicatione ad ædem principem procedunt, in
,, qua pro lucro indulgentiarum ſacra dape refi-
,, ciuntur. Tres item confraternitates excitatæ
,, fuerunt, prima in D. Mariæ de Miſericordia,
,, altera in Minorum obſervantium, tertia in D.
,, Franciſci Paulani ædibus, geſtiente præ læti-
,, tia Epiſcopo, qui pietatem dilectiſſimi Gregis
,, in dies ſemper effervere jam noverat. Exuvias
,, corporis reliquit die 24. Januarii 1720.; quæ
,, humatæ fuerunt maxima, ut numquam ante,
,, funebri pompa, & Eccleſiaſtica Majeſtate in
,, odæo ſuæ ædis principis a cornu Evangelii,
,, laudatuſque pro concione fuit à Cl. V. Donato
,, Antonio Caballo Sacerdote omnigena ſcientia
,, prædito, & ejuſdem ædis canonico Theo-
,, logo.

,, Fr. DOMINICUS Maria Cedronius, Or- XLIII.
,, dinis Prædicatorum, in Rocca de Evandro Ca-
,, puanæ Provinciæ nobili ortus genere, S. Theo-
,, logiæ Magiſter, atque provinciæ regni Neapo-
,, litani Miniſter Provincialis, Bituntinæ Eccle-
,, ſiæ præfectus eſt 20. Martii 1720.)

# CATHARENSES

## EPISCOPI.



CATHARUM a maritima Dalmatiæ urbs, munitiſſima, ſub ditione Venetorum cum portu tutiſſimo, atque ampliſſimo, & Arce, Turcarum faucibus oppoſita, qui finitima habet Caſtrum Riſanum, unde proximus ſinus nomen apud veteres obtinuit, longitudine xvii. millium paſſuum, & Turcæ in ipſis faucibus ſinus aliam Arcem b Caſtrum-Novum dictam. Eſt autem Catharum quoddam quaſi antemurale Italiæ, & una ex parte Adriatico mari alluitur, reliquis continenti jungitur, diſtatque ab urbe Venetiarum milliaribus quingentis, ab Epidauro triginta. Antiquus Epiſcopatus Catharenſis eſt, olim Raguſino, mox Antibarenſi, nunc Barenſi Archiepiſcopatui (idq; decreto Romani Pontificis) eſt ſuffraganeus. Cathedralis Baſilica S. Triphoni martyri dicata eſt, ubi ejus caput aſservatur, quod argenteo loculo incluſum quotannis die natali ipſius per urbem ſolemniter maxima cum populi devotione, ac frequentia civium fertur. Duabus dignitatibus nobilitatur ſcilicet Archidiaconatu, & Archipresbyteratu cum duodecim Canonicis, aliiſque minoris

a Vulgo Cataro.

b Ex hac Venetorum nunc eſt.

Ordinis

Ordinis Clericis Deſtituitur verò præbenda Theologali, atque Pœnitentiali. In civitate, Miſſæ ritu liogua Latina celebrantur, ſed diebus feſtivis adhibetur interpretatio Epiſtolæ, & Evangelii lingua Illyrica, qnæ interpretatio alta voce populo canitur. Parochiales Eccleſiæ præter Carhedralem nullæ, oam curam animarum per totam civitatem Canonici exercent. Una tantum eſt in ea collegiata Eccleſia. Virorum monaſteria quatuor, duo a Sanctimonialium, ſodalitia laicorum quinque, xenodochia duo. Diœceſis perangufta eſt, hanc partim Turcæ occupant, pars reliqua pagos decem, & ſeptem continet, io quibus tot Parochiales ſunt, quarum aliquæ Græcorum ritum. & cum erroribus ſectantur, Primatum Romani Pontificis, ignem Purgatorii, Spiritus ſancti à Filio proceſſionem cum illis negant, Ordines ab Epiſcopis Raſcianorum pretio ſumuot. In civitate, & diœceſi animæ 5000. cenſentur. Menſæ Epiſcopalis redditus tenuiſſimi centum aureorum; taxatnr verò hæc Eccleſia in lib. Apoſtolicis florenis 33. cum dimidio. Hujus Sedis Epiſcopi pauci qui ſequuntur, ſunt à nobis obſervati.

a Tria.

I. 1 N.... cujus nomen non habemus, primus eſt Catharenſis Epiſcopus ex iis, qui ad noſtram notitiam pervenerunr, qui anno Chriſti 1030. cum ad Concilium ab Archiepiſcopo Spalatrenſi convocatum cum aliis Epiſcopis properaret, orta validiſſima tempeſtate à mari abſorptus eſt, tunc enim Catharenſis Epiſcopatus, novæ Aotibarenſis Metropolis factus eſt ſuffraganeus. Rem narrat Thomas Archidiaconus Spalatrenſis io Chron. Salonitanæ Eccleſiæ m. ſ. *Dogalis* (inquit) *Archiepiſcopus natione Spalaten. Anno Dom.* 1030. *temporibus Principum prædictorum convocati ſunt omnes ſuffraganei Dalmatiæ ad Synodum Provincialium, quæ celebranda erat in Eccleſia Spalaten. Epiſcopis autem ſuperioris Dalmatiæ viſum eſt, quod commodius poſſent iter ſuum peragere, ſi omnes uno navigio ducerentur. Tunc præparata navi ex condito acceſſerunt ad portum, & imponentes, quæ erant navigantibus neceſſaria, omnes fere Epiſcopi eandem navim conſcenderunt, videlicet Catharenſis, Antibaren. Dolanen. & Suacen. Cum autem circa Inſulas ventis impellerentur non multum adverſis, ecce ſubito tempeſtatis turbo mediis fluctibus toto ſe fragore immerſit: ſtatimque attoniti nautæ confuſis clamoribus ad armamenta velarum manus accurrunt apponere, omittentes vela deponere, anchoras projicere, ne navis in aſperrima loca, quibus jam erat proxima, incideretur antequam poſſent quicquam conſultè agere, confeſtim navis arrepta in ſiccum tota illiſa eſt: intumeſcentibuſque procellis minutatim quaſſata eſt, & confracta, ſicque divino judicio miſerabiles Epiſcopi, & omnes, qui cum eis erant periere. Tunc cives prædictarum urbium miſſa relatione ad Summum Pontificem nunciaverant de naufragio Epiſcoporum ſuorum, ſuppliciter poſtulantes eximi a ſubjectione Eccleſiæ Spalaten. ſatis probabiliter prætendentes occaſionem, quia periculoſū illis erat tam remotam Eccleſiam viſitare. Quamobrē Romanus Pontifex annuit petitioni eorum, omneſq; Epiſcopos à Raguſio ſuperius abſolvit à vinculo, quo tenebantur antiquæ Metropoli Salonitanæ, ſtatimque novam Metropolim in civitate Antibarenſi. & omnes Epiſcopatus prædictos ei ſubjecit.* Hæc ille.

Cæterum poſt hunc ſubmerſum Epiſcopum centum quinquaginta annorum ſpatio hujus Eccleſiæ Epiſcopi deſiderantur.

II. 2 MARIUS Catharenſis Epiſcopus interfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro Tertio celebrato anno 1179. ſubſcripſitque ſe poſt Raynaldum Barenſem Archiepiſcopum tunc ſuum Metropolitanum: poſt hunc etiam Catharenſis Eccleſiæ Antiſtites plures deſiderantur.

III. 3 DOMPINUS hujus Eccleſiæ Pontifex obiit ſub Joanne XXII. aono 1328.

IV. 4 BERGIUS b ſucceſſit Dompino ex Canonico Cathed. electus à Joanne XXII. die 6. Idus Septemb. 1328. ex regeſt. Vat. ann. 13.

b Seu Sergius.

5 THOMAS Epiſcopus Dulcinenſis huc translatus 15. Kal. Septemb. anno 1333. V.

6 BARTHOLOMÆUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus transfertur ad Epiſcopatum Tragurienſem ann. 1350. VI.


7 ADAM Epiſcopus Alben. in Dalmatia translatus ad Catharenſem 9. Kal. Aug. ann. 1350. ex reg. Vatic. ep. 21. ſol. 24. obiit anno 1352. VII.

8 Fr. DUYNO Ord. Minorum Epiſcopus Reſinenſis huc tranſlatus 6. Kal Novemb 1353. (1) VIII.

9 ANTONIUS de Bitonto, cujus mentio extat in lib. ſolut. Prælat. ſub Alexandro V. anno 1410. die 10. Febr. IX.

10 Fr. RAYMUNDUS de Viterbo Ord. Minorum eligitur per obitum Antonii anno 1411. 15. Aug. ex eodem lib. X.

11 SECUNDUS Epiſcopus N. translatus ad hanc Catharenſem Eccleſiam die 1. Junii 1425. XI.



12 MARINUS Contarenus Venetus electus die 24. Julii ann. 1430. translatus deinde eſt ad Tarviſinam Eccleſiam 1454. de quo ibi t. 5. („ *Fuit Locumtenens Petri Barbo in Epiſcopatu Vincentino.*) XII.

13 BERNARDUS Venetus electus 7. Januarii 1454 ex Canonico Paduano, mortuus eſt an. 1457. ad quem ſcribit Maffiolus Valareſſus Jadertinus Archiepiſcopus de ſua promotione congratulatus. XIII



14 ANGELUS Faſolus, nobilis Venetus, Canonicus Patavinus, poſt Bernardum evaſit Epiſcopus Catharenſis die 16. Febr. 1457. ſedit an. 2. eoque munere libens volens abivit; deinde factus eſt Epiſcopus Feltrenſis, de quo vide tom. 5. in Epiſcopis ejus urbis: huic etiam Catharenſem ſedem ineunti congratulatus eſt Valareſſus idem Jaderenſis Archiepiſcopus luculenta epiſtola. XIV.

15 MARCUS electus die 5 Decemb. 1459. XV.

16 TRIPHONUS Biſantius hujus Eccleſiæ Epiſcopus ann. 1524 die 8. Julii ſibi coadjutorem accivit cum futura ſpe ſucceſſionis Lucam Biſantium nepotem, ut in Actis Conſiſt. liquet. („ *Præſens erat* „ *Triphon Concilio Later.* 1514.) XVI.

17 LUCAS Biſantius prædictus ex coadjutore ſuc- XVII



(1) Joannes Chergatius, Vicentinus, ex ordine Crucif[illegible]orum, Epiſcopus Catarenſis vivebat an. 1410. ſi credimus Jacobo Marzario in hiſt. Vicent. lib. 2. p. 140. [illegible]

ſucceſſit ſub Clemente VII. Pontifice; poſt quadraginta annorum curriculum ſenio feſſus, liberè oneri, & honori ceſſit ſub Pio IV. ann. 1565. 12. Octob. A

XVIII 18 PAULUS Biſantius electus Epiſcopus Catharenſis in locum Lucæ die 12. Octob. 1565. ſedit ferè ann. 10. eoque munere ſe abſolvit anno 1578. 21. Novemb.

XIX. 19 Fr. FRANCISCUS („ *Lupani*) Ord. Minorum Conventualium in locum Pauli adlectus eſt hujus Eccleſiæ Antiſtes à Gregorio XIII. ann. 1578. die 21. Novemb.

XX 20 HIERONYMUS vivebat Clementis VIII. temporibus, ſub quo obiit 1602.

(„ *Hieronymus Bucchia, presbyter Sibinicenſis,*
„ *nobili genere natus, demortuo Franciſco Lupani*
„ *ſucceſſit 20. Octob. 1581. cum retentione Eccleſiæ,*
„ *Abbatiæ nuncupatæ, S. Nicolai in faucibus por-*
„ *tus Sibinicenſis. Deceſſit 1604.)*

XXI. 21 Fr. ANGELUS Ranucius *a* Venetus Ord. Prædicatorum ann. 1602. *b* electus, deinde translatus ad Clodienſem Eccleſiam die 13. Aug. 1611. B

*a* Burq-plus. *b* 11. Febr. 1602. ex Actis.

XXII. 22 Fr. HIERONYMUS Ruſca(„ *Venetus*) Ord. Prædicatorum, electus die 5. Decemb. 1611. Sedit ann. 9. ultroque ſe abdicavit. („ *Factus eſt deinde*
„ *Epiſcopus Juſtinopolitanus 29. Aprilis 1620.)*

XXIII 23 JOSEPH Pamphilus electus die 13. Maji 1620.

(„ *Jacobus Pamphilus, presbyter Clodienſis*
„ *diœceſis, J. U. D. Hieronymo ad Juſtinopolitanam*
„ *translato ſubrogatus eſt 15. Junii 1620. Obiit*
„ *1622. ut legitur in actis Conſiſtorialibus.)*

*c* Hic idem eum ſuperiori.

24 JACOBUS *c* obiit anno 1622.

XXIV 25 VINCENTIUS Bucchius nobilis Catharenſis ex Canonico Cathedralis fit Epiſcopus die 14. *d* Novemb. 1622. Gregorio XV. ſedente. Obiit *e* ſub Alexandro VII.

*d* 25. Decemb. *e* 1656.

XXV 26 JO. ANTONIUS Sborovatius civis & Archipresbyter Traguriensis electus die 24. Julii 1656.

*ADDITIO.*

(„ *Egregiæ virtutis vir cum diutius huic gregi* D
„ *paſtor fuiſſet, ſenio tabeſcens ultro vale dixit one-*
„ *ri 1688.*

XXVI „ *MARINUS Drago, nobilis civis, Archidiaco-*
„ *nus, & Canonicus Catharenſis J. U. D. ſacrum*
„ *Patriæ principatum adeptus eſt 31. Maii 1688. Ad*
„ *Curzolenſem deinde thronum translatus eſt 3. O-*
„ *ctobris 1708.*

XXVII, „ *Fr. FRANCISCUS Parchich, nobilis Sibini-*
„ *cenſis, Ordinis Prædicatorum alumnus, S. Theo-*
„ *logiæ Magiſter, & Inquiſitor generalis in Dalma-*
„ *tia, creatus eſt Catharenſis Epiſcopus 6. Maii*
„ *1709. Deceſſit menſe Majo 1715.*

XXVIII, „ *SIMEON Gliubi, presbyter diœceſis de Macar-*
„ *ska, Philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ Doctor, Ca-*
„ *nonicus Collegiatæ Eccleſiæ S. Hieronymi Illyrico-*
„ *rum de urbe, examinator linguæ Illyricæ, & aliàs*
„ *Alumnus collegii neophytorum ejuſdem urbis, hanc*
„ *Eccleſiam ſuſcepit regendam 30. Martii 1716. trans-*
„ *latus deinde ad Farentinam 8. Junii 1718.*

XXIX „ *Fr. HIACYNTHUS Zanobetti, Jadrenſis,* D
„ *Ordinis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ Magiſter,*
„ *nonnullis Ordinis ſui defunctus præfecturis; ad*
„ *hanc ſedem evectus eſt 27. Junii 1718.)*

# CONVERSANI,

## SEU

# CUPERSANI

## EPISCOPI.



CUPERSANUM, ſeu Converſanum, vulgo *Converſano* mediterranea Peucetiæ, ſeu Terræ Barii civitas eſt vetuſta, quadringentis ſupra mille familiis habitata, fortis admodum, in excelſo colle ſita, Aquævivæ familiæ nobiliſſimæ titulo Comitatus ſubjecta, vini, oleique feraciſſima; abeſt à Bario Metropoli milliaribus viginti. Ad Evangelii lucem oculos aperuiſſe prædicantibus iis, qui ab Apoſtolis illam acceperant, omnino fatendum eſt: cujus Epiſcopatus vetuſtiſſimus ante annum ſalutis 480. inſtitutus ſucceſſu temporis Barenſis Archiepiſcopi factus eſt ſuffraganeus. Eccleſia Cathedralis Beatiſſimæ Virgini Mariæ („ *Aſ-*
„ *ſumptæ*) conſecrata antiquæ ſtructuræ multis opibus, tum ſacris, tum prophanis à Regibus, Principibuſque olim amplificata fuit. Sacris in ea miniſtrantium numerus non ſuperat 80. è quorum numero Canonici duodecim *a*, & in his quatuor dignitate eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Archipresbyter, & Cantores, ſeu Primicerii duo. Animarum cura totius civitatis ab uno ex ipſis exercetur, & præter ipſam Cathedralem Parochiales Eccleſiæ nullæ ſunt. Virorum cœnobia in civitate, & ſuburbiis tria *b*, xenodochium unum, ſodalitia laicorum quatuor, & Sanctimonialium monaſteria tria, quorum unum vetuſtiſſimum ſub Divi Benedicti titulo à ſancto Mauro ejuſdem Benedicti diſcipulo in Monachorum uſum conſtructum, nunc Monialium Ordinis Ciſtercienſis, Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectum, multis opibus, ac magnis privilegiis celeberrimum, cui ferè in tota Italia aliud ſimile non reperiatur, adeoque à juriſdictione Epiſcopi Cuperſani Ordinarii exemptum, ut Abbatiſſa, quæ uſum baculi Abbatialis habet in eodem monaſterio, ac in oppido Caſtellanæ ſuæ diœceſis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem per ſuos Vicarios in Clericis, & laicis, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus exerceat, ac beneficia omnia conferat: eſt enim hoc cœnobium Regni Neapolitani maximum ornamentum, regularis diſciplinæ, nobiliumque ſacrarum virginum Seminarium, cujus meminit Lambertinus tract. de Jurepatronatus in 5. art. 5. de quo infra latius agemus. Alterum virginum cœnobium ſanctæ Catharinæ ſub regula S. Eliſabeth Pannoniæ Reginæ; hoc condidit Beatrix de Guevara Rocchæ Princeps religioſiſſima: tertium virginum monaſterium ſanctæ Claræ, de quo, deque aliis Cuperſanis piis locis loquitur Franciſcus Julianus lib. 4. ſuæ hiſtoriæ m. ſ. Diœceſis Cuperſanenſis peranguſta eſt, duobus enim tantum oppidis conſtat; ea verò ſunt Nuſium duodecimo à civitate milliario mille domibus habitatum, in quo Collegiata, & Clerus Canonicorum 21. pluriumque Presbyterorum, ac Clericorum numeroſa, Cœnobia virorum duo, ſub ditione temporali Aquavivi Comitis Cuperſani. Alterum oppidum eſt Turrium ſexto a Cuperſano milliario, habitatum

*a* 24.
*b* Quatuor.

fami-

familiis 700. in quo Clerus ſatis decens cum ſuo Archipresbytero matricem Eccleſiam exornat, unum virorum monaſterium. Cenſebantur olim in hac diœceſi duo alia oppida, Putaneani, quod Prior Ord Hieroſolymitani loci Dominus ab Epiſcopi juriſdictione ſubtraxit, & Rutilianum, quod anno 1560. Sede Cuperſanen. vacante ſe liberum dixit, & Archipresbyter pro exempto ſe geſſit, nunc in ordinem eſt redactus. Porrò in hac diçceſi nullæ ſunt Eccleſiæ Parochiales, ſed omnis populus diœceſanus à Cathedrali, & Collegiatis ſacra petit. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 1400. olim opulentior, cum Putaneanum oppidum utroque jure Epiſcopus obtineret à Hieroſolymitanis Equitibus occupatum: taxa ejus in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 53 aſcendit. Epiſcopi qui hanc Eccleſiam aliquando adminiſtrarunt ſequentes ſunt.

I. 1 SIMPLICIUS Cuperſanenſis Epiſcopus ſub Felice Papa interſuit Romano Concilio celebrato anno ſalutis 487. (1) Obiit 492. de quo hæc memoria vetuſta aſſervari dicitur in Archivio civitatis Cuperſanæ à Franciſco Juliano Converſanenſi ſua in hiſtoria relata.

*Anno Chriſti 491. Simplicius Cuperſanenſis Primicerius, dein Felice Pontifice Romano Epiſcopus in Aphrica, cum Sinibaldo Giſulpho, & Petrarcha Diaconis ſuis ad repellendum Pacherinorum hæreſim ad Epiſcopos Africanos ſubdelegatus, in Tiriginiana urbe applicans Bremi Vvandolorum Ducis, qui pro Enrico Rege urbem invaſerat, modeſtia, ſimplicitate quibus maximè pollebat virtutibus gratiam conſequutus Bremum, & Vaifridam conjugem, & gnatos ſuos Hippicondam, & Aſargem, & gratam Alfridum rudimentis Catholicæ fidei edocuit, ſociis coepiſcopis à Vvandalis trucidatis: Simplicium tunc chiragra correptum Bremus clam navigio ad Metaponti oram tranſmiſit, qui in littore ſacellum D. Silveſtro dicavit memoria illius die feſto ſanctiſſimi Pontificis: ab Hierachienſibus finitimis populis lætanter excipitur, ad ovile ſuum rediens Paſtor bonus biennio ſupervixit. Divi Silveſtri ſacellum prope Cryptam Eccleſiæ matricis, quatuor Deiparæ Mariæ Virginis propriis ſumptibus ædificari curavit in ſua diœceſi. In Moſtella Griſeti ad Ortum ſolis, in loco Caſtelli ad Occaſum, ubi fons in palude ad Boream, & prope S. Mar. ... ad Meridianum, ubi à Clero, & populo exceptus Cuperſanenſi ſexto Id. Januarii, maximo imbre è celo cadente, & à Clero indumentis, quæ geſtabant tectus an. 492. Nat. D. N. J. C. Gelaſii Romani Epiſc. an pr. in pace obdormivit in Crypta ſepultus.*

Hactenus memoria, quæ mihi valdè ſuſpecta videtur, & fortè commentitia, vel corrupta, cum in ea, aliqua ſint appoſita, quæ cum veritate eſſe non poſsunt. Gelaſius primus Papa electus eſt anno ſal. 492. die 2. Martii; in ea notula habetur Simplicius obiiſse ſexto Idus Januarii anno a Nativitate Domini 492. Gelaſii I. Papæ anno primo, qui nondum Summus Eccl Pontifex fuerat ordinatus.

II. 2 HILARIUS Epiſcopus Cuperſanus Romanæ ſynodo tertiæ ſub Symmacho Papa interfuit anno 501. Poſt hunc edax tempus Epiſcoporum nomina, actaque per quingentos, & amplius annos oblivioni mandavit, nec prorſus ulla res, ullave monumenta ad hujus Eccleſiæ dignitatem pertinentia ſuperſuerunt. Ferunt tamen paulo poſt Hilarii Pontificatum S Maurum Divi Benedicti diſcipulum in hac civitate condidiſse cœnobium, quod extat ſub Divi Benedicti nomine. Monialium nunc Ord. Ciſtercienſis nobile ſeptum, cujus Templum, ac turrim ſacram cum anno 1085. Goſredus Normannus Tancredi primi filius inclytus Cuperſanenſis Comes pene a fundamentis ædificaſset, redditibus, ac bonis auxiſset, & inter cætera eidem feudali jure oppidum Caſtellanæ, Saſsani, Bignetti, & Liſignani loca donaſset, in quibus Monachi primum Benedictini, Moniales deinde Ciſtercientes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercuerunt, ideoque

A multi animum induxerant, ut crederent Goffredum Comitem tanti cœnobii conditorem fuiſse: at multo ante Goffredi tempora id accidiſse docet Leonis Tertii Pontificis privilegium ſcriptum anno ſalutis 815. ad favorem Euſtaſii ejuſdem cęnobii Abbatis, quod cum multa alia de hoc cœnobio exponat huc afferre conſilium fuit ex authentico exemplari.

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto Dei filio Euſtaſio Abbati electo monaſterii S. Benedicti de Cuperſano ad S. Sedem nullo medio pertinentis ſalutem, & in regulari vita perfectionem.*

*Apoſtolicæ Sedis adminiſtrationi, cui licet indigne deſervimus, omniumque Eccleſiarum cura nobis; & ſollicitudo viget, ut illarum proviſioni præcipua nos convenit affectione intendere, quæ ad Romanam ſpectare Eccleſiam dignoſcuntur. Nuper per Dorotheum Subdiaconum, & Monachum nos humili prece ſupplicaſti iſtud monaſterium, in quo olim quadraginta Monachi Deo famulabantur ob Saracenorum impietatem in Italia confluentium, & Principum Græcorum ſchiſma poſt dilecti filii Teophylacti prædeceſſoris tui in præfato monaſterio Abbatis obitum adeo deſtitutum reperiebatur, ut Monachorum, qui in eo poſt iſtius Regionis devaſtationem ſuperfuerint, neque maior, neque ſanior eſſet pars pro ſucceſſore eligendo. Conſilio tandem Caufridi dilecti in Chriſto filii Abbatis ſacri cœnobii S Benedicti de Bario cum ad Urbem tunc non eſſet tutus acceſſus, aliqui ſui monaſterii Monachi, atque pars Monachorum Prioratus S. . . . . . de Portu aſpero nuncupati de Monopoli, quos de veſtro gremio reputamus in ſpiritu Paracleti chariſmate congregati 12. Kalen. Maii te dilectum filium Euſtaſium elegere. Quare Nos, & hanc S. Sedem certiores feciſti, humiliter petens ut eandem electionem de benignitate Apoſtolica confirmare dignaremur. Nos precibus tuis benignè annuentes, te præfatum Euſtaſium canonice electum in Abbatem præfati monaſterii, quod Cuperſani ſitum eſt auctoritate Apoſtolica confirmamus, & ſtabilimus cum omnibus honoribus, redditibus ipſius monaſterii, & juriſdictionibus ſuis, prædeceſſoribuſque tuis hactenus per hanc ſedem ſanctam indultis, monentes ut dum in eo præfueris vigilantia, doctrina, morumque probitate, ſubditos, cæteroſque antecellas, eoſque in charitate moneas, corrigas, & exemplo ædifices. Scire enim debes Religioſis viris in hoc ſancto famulatu, dum præſunt, non in ſe Ordinis poteſtatem, aut dignitatis ſuæ Paſtoritiæ, ſed æqualitatem conditionis oſtendere, convenire: nec talem te oſtentare, hominibuſque præeſſe, & recordare, quod antiqui Patres noſtri, non tam Reges hominum, quam Paſtores pecudum fuere. Specula lucidiſſima Eccleſiæ ſunt hi, qui in locis regiminis poſiti apparent primi in ſubeundis Eccleſiaſticis muneribus, ut eorum exemplo lætantes ſubditi ſubeant ipſorum injuncta miniſteria, & obſequium præſtent dilectione jucundum Subjunxit etiam Dorotheus tui cœnobii, ac totius Conventus nomine, quod non ſine hujus ſanctæ Sedis, & noſtri . . . . poſt exactos Longobardos, contentiones non parvæ ortæ ſint propter Patrimonii Eccleſiarum invaſionem à Potentioribuſque Regionis, & militibus facinus perpetratum, & quod inclementia Saracenorum, & Græcorum impietate in eſſe remanſerat, relictum conterraneorum fœda avaritia, injuſtaque hoſtilitas uſurpavit, juris, & pietatis tramite prætermiſſo, namque jus belli, quod vocitant, tanquam prophanum ab Eccleſia Chriſtiana depellitur, idcirco ſtudio tuo ad antiquam poſſeſſionem placidè retrahere coneris, iſtique ſacro cœnobio reſtitui curabis vigente in omnibus partibus Italiæ piiſſimi dilecti filii Principis Regis Francorum ſanctione, ut Comites, Judices quoque iſthic Stratigo, & Cathapani abſque figura Judicii ad Eccleſias res Eccleſiarum revertantur. Præcipientes Nos modo quod arma hoſtilia conquieſcunt, ne Monachi ad jurgia ſecularia accedant, nec quæſtiones inconſultò moveans, aut ad inſtar audaciæ militaris in elationem propter libertatem incidant. Abſurdum videtur apud Relig. S Benedicti Eccleſiaſticam libertatem in licentiam temerariam difformari, ne miniſteria Monachorum contemni à pravis hominibus videantur. Sed quicquid quærendum, vel reſpondendum præfato veſtro*

(The margin letters B, C and D stand beside the lines beginning "fluentium", "decessoribusque" and "quod inclementia".)



(1) At inſpecto hujus ſynodi Epiſcoporum Catalogo Simplicius iſte ibi non deſcribitur.

*monaſterio ſit, per advocatorem hoc facere ne obliviſcare, & ſi res Eccleſiarum à Græcis Principibus in Oriente, & in aliquibus in Italia ditionibus Græcanici Imperii Saracenorum appulſu impie devaſtata reperitur, lætamur in Domino, quod citò ad omnia redintegrentur. Si quis autem poſt præfatam Regis Francorum piiſſimi ſanctionem adverſus illud monaſterium Cuperſanen ſe putet habere querelam, & apud te tanquam Abbatem, vel Monachos litem ſuam decidere, aut deferre noluerit, volumus, & ſtatuimus ut ante Nos, aut Legatos noſtros querimonia deferatur quo . . . judicii ſine perſonarum acceptione ſua, cuique juſtitia Deo auctore ſervetur. Præterea omnes libertates, immunitateſve prædicti monaſterii, necnon libertates Epiſcoporum, & exemptiones ſæcularium ab dil. fil. Imperatoribus, & aliis fidelibus præmemoratis ſacro cœnobio, totique Conventui illius indultis, quorum diplomatum à veſana hoſtium rabie ſanctæ Eccleſiæ Romanæ perduellium cremata major pars fuiſſe ſubdictus Dorotheus nobis retulit, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & indulgemus, præcipientes, ut præſentium ſeriem à dilecto in Chriſto fratre noſtro Bibliothecario in Regeſtris referri: ea omnia, confirmationemque ipſam præſentis ſcripti patrocinio communimus. Si quæ ergo in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtram confirmationis, & conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiove commonita, niſi rebus ſuis congrua ſatisfactione proſpexerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque divino judicio ſe exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti repellatur. Amen. Amen. Amen.*

*Dat. Romæ in monaſterio S. Anaſtaſii per manus Joannis Bibliothecarii, & Card. noſtræ Romanæ Eccleſiæ vij. Kal. Decemb Anno Domini DCCCXV Indict. viiij. Pont vero D. Leonis divina Providentia Papæ III. anno xx.*

*Nicolaus Presbyt. S. R E. Card tit. S Crucis in Hieruſalem.*
*Euſtachius tit. S. Praxedis Presb. Card S. . . .*
*Teophylactus S. R E Card.*
*Stephanus S. R. E. tit S. Marci.*
*Bonifacius Card. tit S. . . .*
*Joannes S. R. E. Bibliothecarius.*

Datum eſt privilegium hocce, ut vides, apud monaſterium noſtrum S. Anaſtaſii, quod hodie extat ſub titulo SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias, ſeu ad tres Fontes Ord. Ciſtercienſis, nec mirum videbitur, ſi Leo Pontifex aliquando monaſterium ipſum incoluiſſet, qui cum Carolo magno Imperatore paulo antea illud inſigni donatione eximiè exornarat, de qua in primo noſtro tomo, & multa alia ejuſdem monaſterii monumenta retulimus, dum de Epiſcopis Oſtienſibus ſermonem haberemus. Cæterum de cœnobio S. Benedicti, cui privilegium conceſſit Leo, infra latius agemus.

III. 3. LEO Epiſcopus Cuperſanus, & maior Judex anno 1088. Hic ſpiritualem juriſdictionem caſtri Puteneani inſtante Goffrido inclyto Cuperſani Comite dono dedit monaſterio S. Stephani Ord. ſancti Benedicti civitatis Monopolis, pro qua donatione titulo devotionis aliquas argentei marchas receperat.

IV. 4. SAXO Epiſcopus Cuperſanus, cujus clara memoria extat anno 1110. eoque forte Epiſcopo Paſchalis II. Pontifex Vincentio Abbati ſancti Benedicti Cuperſanenſis privilegium dedit, ac cœnobium ſub Apoſtolicæ ſedis tuitione, recepit, cujus autographum aſſervatur in Archivio ejuſdem cœnobii, & hic ego, quo certius conſervetur, exemplum ab eodem lubentiſſimè hoc tenore inſero.

*Paſchalis ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Vincentio Abbati vener. monaſterii S. Benedicti, quod in civitate Cuperſani ſitum eſt, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſucceſſuris in perpetuum.*

*Piæ poſtulatio voluntatis affectu debet proſequenti adimpleri, quatenus, & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata indubitanter vires aſſumat, quia dilectio tua ad Sedis Apoſtolicæ portum confugiens, ejus tuitionem devotione debita requiſivit, nos ſupplicationi tuæ clementer annuimus, & B. Benedicti Cuperſanenſe monaſterium, cui Deo auctore præſides, ſub tutela Apoſtolicæ Sedis excipimus. Præſentis igitur privilegii pagina Apoſtolica auctoritate ſtatuimus ut univerſa, quæ idem monaſterium in præſenti tertia Indictione legitimè poſſidet, ſive in futurum juſtè, atque canonicè poterit adipiſci firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temere perturbare, aut poſſeſſionem auferre, vel ablatam retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, vel gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus tibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia proponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris, vel de ſuo, vel de alieno ſi oportuerit collegio ſecundum Dei timorem B. Benedicti Regulam elegerint. Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſive Baſilicarum, Ordinationes Monachorum, qui ad ſacros fuerint Ordines promovendi ab ipſo, in cujus diœceſi eſtis, accipiatis, ſiquidem gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ſi ea gratis, & ſine pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis Catholicum, quem malueritis adire Antiſtitem, & ab eo conſecrationem, & ſacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicæ Sedis fultus auctoritate, quæ poſtulantur indulgeat. Porrò nec Epiſcopo, nec Epiſcopi miniſtris facultas ſit novas quaslibet exactiones ipſi loco indicere, aut gravamen inferre, aut in Abbatem loci ſine Apoſtolicæ Sedis cenſura manum depoſitionis extendere. Indicium autem perceptæ à Romana Eccleſia protectionis dimidiam auri unciam quotannis Lateranenſi Palatio perſolvetis. Si quis igitur in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Stratigo, aut Judex, Eccleſiaſtica qualibet. ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

*Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*

*Datum Beneventi per manum Joannis S. R. E. Cardinalis, & Bibliothecarii, Idibus Julii, Indict. 3. Incarnationis Dominicæ, anno 1110. Pontificatus autem D. Paſchalis II. anno 11.*

5 ROGERIUS Cuperſanus Epiſcopus anno 1145. donationem Leonis prædeceſſoris factam Abbati S. Stephani de Puteneano cum conſenſu Cleri ſui confirmavit. V.

6 Leo huius nominis II. Cuperſanæ Eccleſiæ Epiſcopus fuit anno 1153. hunc eodem anno revocaſſe Puteneani donationem ab alio Leone factam docet publicum documentum, quo habetur, presbyteros ſancti Blaſii ab ipſo inſtitutos juramentum fidelitatis eidem Leoni præſtitiſſe. Ejus item mentio habetur in monumentis ejuſdem Eccleſiæ anno 1165. VI.

7. CASIUS vel CAFISIUS hujus Eccleſiæ Pontifex anno 1179. inter Romani Concilii Patres adnumeratus eſt, cui & ſubſcripſit. Hic diris devovit Abbatem S. Stephani, qui in carceres truſerat Archipresbyterum anno præſulatus ſui tertio ad cujus favorem Raynaldus Archiepiſcopus Barenſis Apoſtolicus delegatus ſententiam tulit, decrevitque Rutilianam parochiam ad Epiſcopatum Cuperſanenſem ſpectare ſub datum Bari ann 1180. Januario menſe Ind. 13. Pontif. Alexandri III. anno vigeſimo. VII.

9 GUILLELMUS vix temporibus Guilielmi VIII.


Apuliæ ducis anno 1190. ex documento, ubi Boemundus & Baldus Primicerii Cuperſanenſis eccleſiæ tres fuerunt. Quo ſedente Cæleſtinus III. hoc cudit diploma ad favorem monaſterii ſancti Benedicti, originale extat in eodem archivio.

*COELESTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabilibus fratribus A. Polimnian & V V. Cuperſan. Epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum omnium Eccleſiarum curam debeamus gerere paſtoralem, illarum tamen proviſioni ſpecialius convenit providere, quæ ad Romanam Eccleſiam nullo pertinent mediante. Pervenit ſiquidem ad audientiam noſtram, quod Monaſterium s. Benedicti de Cuperſano, quod poſſeſſionibus, & facultatibus multis ditatum fuerit, & in eo quadraginta monachi ſub Regula B. Benedicti quondam in eo morantes ſuum impendebant Domino famulatum, ad tantam dicitur penuriam deveniſſe per incuriam Prælatorum, quod vix ibi tres, vel quatuor monachi, qui divina ibi miniſteria celebrent tam aſſiduè, quam devotè poſſunt aliquatenus inveniri. Cumque per Mulcinen. Epiſcopum, cui adminiſtratio ipſius monaſterii de Apoſtolica fuerat authoritate commiſſa, crederemus idem monaſterium ſublevandum, evenerunt in contrarium univerſa, quod ablatis bonis omnibus monaſterii anted. Abbati fugam petiit, & monaſterium rebus ſuis omnibus totaliter deſeruit ſpoliatum. Volentes igitur, ut monaſterium ipſum, quod ad Romanam Eccleſiam nullo pertinet mediante amplius propter paſtoris abſentiam incurrere valeat detrimentum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, qualiter ad præfatum monaſterium pariter accedentes, Monachis authoritate noſtra eligendi Abbatem de corpore monaſterii, ſi in eodem fuerit idonea perſona inventa, & licentiam tribuatis alioquin talem ſibi aliunde curent eligere Prælatum, per quem idem monaſterium tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus grata ſuſcipere valeat incrementa. Ut autem eidem monaſterio, authoritate noſtra citius conſulatur, volumus nihilominus, & mandamus, atque præcipimus ſine dilationis diſpendio exequi procuretis. Datum Romæ apud S. Petrum 4. Non. Julii, Pontif. noſtri an 4.*

IX. 9. N. . . . . . nomen non exprimitur, Epiſcopus Cuperſanus. quem Rogerius Card. legatus virtute ſententiæ Cæleſtini Papæ III. declarat ponendum, & conſervandum fore in poſſeſſionem Puteneani, Abbatemque ſancti Stephani petentem reſtitui in integrum non eſſe reſtituendum ex inſtrumento publico confecto anno 1210.

X. 10 N. cujus etiam nomen non habemus, extat tamen memoria anno 1256. in monumentis ejuſdem Eccleſiæ, cum eo abſente Presbyteri duo Puteneani ab Epiſcopo excommunicati ad Metropolitanum Barenſem acceſſiſſent, abſolutionem petiiſſent, quam obtinuerunt, cum fidelitatem, & obedientiam epiſcopo abſenti juraſſent. Hoc accidit ann. 1260.



XI. 11 STEPHANUS ex Monacho Ciſtercienſis Ordinis ad Cuperſanam ſedem ſubvectus eſt Clementis IV. temporibus, homo illuſtris, moribus ornatus, ac varia literatura clarus, magnæ fuit apud omnes exiſtimationis, ac longo tempore hanc bene rexit Eccleſiam, cujus Præſulatus tempore Rodulphus Epiſcopus Card. Albanenſis Apoſtolicæ ſedis in regno Siciliæ Legatus authoritate ejuſdem Clementis IV. celebre cœnobium S. Benedicti Cuperſani de quo ſupra dictum eſt, cum malitia temporum Abbate, & Monachis deſtitueretur accedente prece Philippi Conſtantinopolitani Imperatoris, illud cum omnibus pertinentiis, & juribus ſuis tradidit incolendum Monialibus S. Mariæ de Verge Ordinis Ciſtercienſis Motonenſis diœceſis Provinciæ Romaniæ, per Græcorum potentiam à proprio monaſterio una cum Demeta Pelæologa Abbatiſſa ejectis: actum eſt hoc anno Domini 1266. ut ex litteris ejuſdem Cardinalis Legati liquet ad Polinianenſem Epiſcopum datis, quibus præcipit, ut Moniales in prædicti monaſterii poſſeſſionem inducat, debitamque obedientiam ae reverentiam à vaſſallis, ac ſubditis, fidelitatiſque juramentum eis exhiberi faciat; exemplar literarum Legati hujuſmodi eſt ab ipſo autographo exſcriptum, quod extat in tabulario ejuſdem monaſterii.

*Rodulphus miſeratione divina Epiſcopus Albanenſis Apoſtolicæ ſedis Legatus venerabili fratri noſtro Epiſcopo Polimnian ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.*

*Inſtantia noſtra quotidiana ſollicitudo omnium Eccleſiarum exiſtit, & illarum præcipuè, quæ tedia viduitatis deplorant. Cum igitur Abbatiam S. Benedicti de Cuperſano, quæ ad tantam deſolationem devenerat, malitia præteriti temporis faciente, quod nec Abbatem nec Conventum, nec Religioſos habebat, qui ibidem Domino famularentur, de mandato ſanctiſs. Patris D. Clementis Papæ IV. Abbatiſſæ, & conventui quondam monaſterii S. Mariæ de Verge Ciſtercienſis Ordinis, Moten. diœceſis duxerimus in perpetuum concedendam etiam Eccleſiam S. Benedicti in civitate Polimnianiſitam, quæ fuit quondam Monialium eidem Abbatiæ S. Benedicti de Cuperſano duxerimus concedendam, diſcretioni veſtræ qua fungimur authoritate mandamus, quatenus ad dictam Abbatiam S. Benedicti de Cuperſano perſonaliter accedatis, & Abbatiſſam, & conventum Monialium prædictarum in corporalem poſſeſſionem, dictæ Abbatiæ S. Benedicti de Cuperſano cum omnibus poſſeſſionibus, & juribus ſuis & de Eccleſia S. Benedicti de Polimniano cum juribus & pertinentiis ſuis perſonaliter inducatis, & inductas defendatis eaſdem facientes dictæ Abbatiſſæ debitam obedientiam ac reverentiam a ſuis ſubditis exhiberi & a vaſſallis prædictæ Abbatiæ, ſicut moris eſt, juramentum fidelitatis præſtari, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione ad nos interpoſita compeſcendo. Datum Brunduſii tertio nonas Decembris, Pontificatus D. Clementis Papæ 4. anno II.*

Anno 1271. Gregorius X. Pontifex, Rodulphi diſpoſitionem confirmavit, ratamque habuit hoc diplomate à Vatic. reg. deſumpto.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monialium monaſterii S. Benedicti Cuperſanen. Ciſtercienſis Ordinis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum à nobis petitur quod juſtum, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ratio exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem à vobis veſtra petitio continebat, quod vobis olim à monaſterio veſtro in partibus Romaniæ ſito, per Græcorum potentiam, ac violentiam abjectis, monaſterioque ipſo deſtructo per eoſdem Græcos totaliter, ac penitus deſolato, ac vobis ſuper hoc ad ſedem Apoſtolicam recurſum habentibus felicis recordationis Clementis Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, deſolationi veſtræ, & ſexui compatiens, bonæ memoriæ Rodulpho Epiſcopo Albanen. tunc in Regno Siciliæ Apoſtolicæ ſedis Legato, ſuis ſub certa forma dedit litteris in mandatis, ut vobis de aliquo congruo in eodem regno, & decenti loco providere curaret, in quo honeſte poſſitis vivere, & Domino devotè famulari ſub obſervantia regulari, qui autem litteras hujuſmodi monaſterii ſancti Benedicti in civitate Converſani regni ejuſdem deſolationi expoſiti, ac undique ſubjacenti vaſtitati, ubi non erat Abbas, vel Abbatiſſa, neque perſonæ aliquæ morabantur, atque à longis tempo-*

*ribus manſerat retroactis cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis vobis aſſignari curavit, vos per annulum ſuum inveſtiens vobis providis de iiſdem juribus ſub regula, habitu, & obſervantia perpetuo moraturis, ac etiam Eccleſiam S. Benedicti de Polimniano, duxit cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis perpetuo uniendam, prout in litteris Legati ejuſdem inde confectis ſuo ſigillo munitis plenius vidimus contineri. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati quod ab eodem Legato juſtè ac provide factum eſt in hac parte ratum, ac gratum habentes, id authoritate Apoſtolica perpetuo confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temeritate contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Vrbem veterem 5. Idus Julii, Pontificatus noſtri anno primo.*

Elapſo fere menſe ab hoc diplomate cuſo, aliud dedit quo ſupradictum confirmavit, ac denuo monaſterium, ac Moniales, bona omnia præſentia ac futura ſub immediata ſanctæ ſedis Apoſtolicæ protectione in hunc modum recepit.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monialium monaſterii S. Benedicti de Cuperſ. Ciſtercienſis Ord. ſal. & Apoſtolicam benedictionem.*

*Veſtris juſtis poſtulationibus inclinati grato concurrente aſſenſu perſonas veſtras, & locum, in quo divino vos eſtis famulatui mancipatæ cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Deo poteritis adipiſci, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus ſpeciali auctoritate, terras, poſſeſſiones, redditus, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis, & pro dicto monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Datum apud Vrbem veterem 4. Kal. Auguſti Pontif. noſtri anno primo.*

Hoc eodem anno defuncta Abbatiſſa Demeta, Joannes Abbas Ciſtercii Ordin. Ciſtercienſis Generalis, Joanni ejuſdem Ordinis Abbati s. Mariæ de Delphinis in partibus Achajæ Viſitatori commiſit, ut per canonicam electionem eidem monaſterio Abbatiſſam inſtitueret; is cum ad cœnobium acceſſiſſet, Iſabellam de Enguineo Græcam Demetæ ſpiritualem filiam omnibus monialium votis expoſtulatam pronunciavit Abbatiſſam, confecto ſuper hac electione documento, quod extat in ſæpe citato tabulario tenoris ſequentis.

*Fr. Joan. dictus Abbas Ciſtercien. Dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ & Conventui S. Benedicti in Cuperſano ſalutem, & continuum in S. Religione profectum.*

*Quoniam impediente locorum diſtantia, qua ſumus à vobis remoti, & negotiorum frequentia, quibus ſumus multipliciter occupati, vobis non poſſumus noſtram perſonalem præſentiam exhibere gratia viſitandi; ea propter venerabili Coabbati noſtro de Dalfinis viſitationem noſtram uſque ad decem annos duximus committendam, qui ad domum veſtram per ſe, vel per viſitatorem alium idoneum accedens ibidem viſitet, corrigat & reformet tam in capite, quam in membris in plenaria poteſtate loco noſtri quæcunque ſecundum Deum, & ordinem reformanda cognoverit, vel corrigenda, & vobis de uno, vel pluribus Confeſſoribus provideat, vel faciat provideri, & ſi electio decurrerit facienda, damus ei plenariam poteſtatem in inſtitutionibus, & deſtitutionibus ſecundum Deum, & ordinis inſtituta. Vobis autem univerſis & ſingulis in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, ut prædicto Coabbati noſtro in iis, quę ad viſitationem pertinent exiſtatis obedientes, humiles & devotæ; Datum Divion. anno Dom. MCCLXXI. tempore Capituli Generalis.*

*Nos verò prædictus Fr. Joannes dictus Abbas de Dalfino ad prædictum monaſterium ſancti Benedicti, quod unitum, & incorporatum eſt monaſterio Ciſtercii perſonaliter venientes ad reformationem & ſalubrem ſtatum dicti monaſterii mandavimus conventui eidē, ut aliquam perſonam idoneam eligerent in Abbatiſſam quæ Spiritus ſancti gratia invocata, unanimiter & concorditer elegerunt in Abbatiſſam ſororem Iſabellam Prioriſſam ejuſdem monaſterii. Qua electione canonice celebrata confirmavimus electionem ipſam utpote canonicè celebratam, inſtituentes ipſam Abbatiſſam dicti monaſterii authoritate prædicti D. Abbatis Ciſtercii & totius Capituli Generalis in adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium ſecundum ſtatum Ciſtercienſis Ordinis, præcipientes ei, ut ſi qua bona ſtabilia, vel mobilia dicti monaſterii ab aliquibus invenerit occupata illicite, ſeu detenta, ſtudeat ad proprietatem & poſſeſſionem dicti ſui monaſterii revocare. Datum Cuperſani anno MCCLXXI. menſis Novemb. 1. Indict. 15.*

*Ad cujus rei memoriam, & ejuſdem Abbatiſſæ cautelam præſentes literas ſigillo noſtro duximus muniendas.*

Poſt hæc autem anno ſcilicet 1274. Stephanus Epiſcopus litem exercuit cum Iſabella Abbatiſſa; is enim cum Clericos Caſtellanæ monaſterii juriſdictioni ſubjectos abſque Abbatiſſæ, ſeu ejus vicarii commendatitiis literis cleriCali charactere inſigniree, & ad ſacros Ordines promovere præſumeret, reſiſtente Abbatiſſa, ac jus ſuum viriliter tuente, auctoritate Caroli I. Regis cauſa Henrico Tarentino Archiepiſcopo demandata eſt, atque diſcuſſa, juſſus eſt Epiſcopus abſtinere. Compromiſſi documentum intee Epiſcopum Stephanum, & Iſabellam Abbatiſſam habemus tali modo conceptum ab originali exſcriptum.

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen.*

*Anno Domini 1274. 2. Indictionis, regnante D. noſtro Carolo Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Andegaviæ, Provinciæ, & Forqualquerii Comite, & per S. R. Eccleſiam in Tuſcia vicario generali anno regni ejus nono feliciter Amen.*

*Nos Henricus miſeratione divina Archiepiſcopus Tarentinus licet indignus, notum facimus univerſis præſentes literas inſpecturis, quod die Jovis undecimo Januarii 2 Indictionis, Fr. Stephanus vener. Cuperſanus Epiſcopus veniens coram nobis propoſuit cum querela, quod D. Baſilius Præsbyter Tarentinus indebitè cum fr. Luca vener. Abbate monaſterii S. Mariæ de Galeſo, & fr. Antonio de Celaſo, quos prædictus Epiſcopus & Domina Iſabella Abbatiſſa venerabilis monaſterii S. Benedicti de Cuperſano ſuper quadam quæſtione, quæ vertebatur inter eos, in ſuos arbitros elegerant quandam ſententiam protulit, unde nos volentes ſcire certitudinem hujuſmodi rei, dictum presbyterum coram nobis fecimus advocari, qui in noſtri præſentia coram Domino Epiſcopo, Nicolao de Patriceſſa ſubcantore majoris Eccleſiæ Tarentinæ, & Domino Peregrino de Tarento præſentavit nobis literas compromiſſi in dictos arbitroe ſigillatas ſigillis amborum, videlicet dicti Epiſcopi & Abbatiſſæ ſuperius nominatæ, quarum continentia per omnia talis eſt. Die Martis nono Januarii, ſecundæ Indictionis apud Tarentum in loco monaſterii S. Mariæ præſente Petro de Juncata Judice Caſalis Caſtellani, & me Leonardo publico Tarentino auctoritate regia notario, & teſte D. Oeconomo Joanne Angelo de Cuperſano, Nicolao Hangario, Stephano de Tarcelo & fratre Joanne Priore ſanctæ Mariæ de Galeſo, Dominus Stephanus vener. Epiſcopus Cuperſanenſis cum conſenſu Capituli Cuperſani, & Domina Iſabella venerabilis Abbatiſſa monaſterii ſancti Benedicti de Cuperſano de quadam quæſtione habita inter ipſum Epiſcopum, & monaſterium prædictum ſuper eo videlicet, quod dictus Epiſcopus dicebat ſe debere, & poſſe ordinare, ſeu ad ſacros ordines promovere omnes Clericos caſalis præd. Caſtellani abſque repræſentatione alicujus: dicta Abbatiſſa contrarium aſſerente hoc modo, videlicet, quod ſua intereſt, & repræſentare dictos clericos, & ipſos ſine*

ſua

Digitized by Google

*ſua repeæſentatione ordinari non poſſe, eligere de communi partium voluntate arbitros eeligioſos viros fr. Antonium de Celano de Ordine Prædicatorum, & Dominum Lucam venerabilem Abbatem monaſterii ſanctæ Mariæ de Galeſo adteeminandum, ſententiandum, & diffairndum tam quæſtionem ipſam, quam omnem materiam ſcandali ortas inter eoſdem Epiſcopum, & Capitulum ex una parte, & Abbatiſſam & Conventum ex parte altera diebus feriatis, & nonferiatis, partibus præſentibus, vel abſentibus dantes eandem poteſtatem alium tertium arbitrum eligendi, & cum ipſo, vel ſine ipſo arbitrium profeeendi, promittentes ſub pœna unius libræ auri, ſemper ſe ratum habituros & firmum, hinc videlicet quicquid ſuper prædictis dicti arbitri, aut ſanior pars eorum duxerint arbitrandum. In cujus rei teſtimonium præſens ſeriptum dictę partes fieri rogavere per manus mei dicti notarii tam ipſius Epiſcopi, quam Abbatiſſę ſigillis munitum, conſentientes in nos tanquam in ſuum judicem, & notarium, cum ſcirent nos non eſſe ſuum judicem, & notarium; has autem literas cum dictus D. Baſilius noſtris manibus præſentaſſet, & nos eaſdem literas legeremus, dictus Cuperſanus Epiſcopus ipſas de manibus noſtris legendas accipiens, ſpiritu ieæ arceptus dilaniavit eas, & in tres partes diviſit, ſigilla tamen amborum, videlicet Epiſcopi memorati, & Abbatiſſæ ſuprrius nominatę remanentibus integris, & illęſis; quod cum ad auditum dictę Abbatiſſę peevenisset, frcit nobis per fratrem Nicolaum Monachorum Ciſtercienſis Ordinis procuratorem ſuum humiliter ſupplicari, ut tenorem prędictarum literarum dilaniatarum ad ſui cautelam ſibi faceremus tranſumptari, & noſtro ſigillo muniei. Nos autem ejuſdem procuratoris ſupplicationibus ut pote juſtis benignè annuentes ipſas literas dilaniatas ad futuram rei memoriam, & venerabilis Abbatiſſæ prædictæ tautelam de verbo ad verbum tranſeribi fecimus, & noſtro pendenti ſigillo proprio communiri. Actum &c. Tarenti Anno, menſe, die, & Indictione præmiſſis.*

Nec mirum videri poteſt, Abbatiſſam hujus cœnobii tales habere prærogativas, talemque juriſdictionem ſpiritualem; tradunt enim communiter Doctores poſse Summum Pontificem concedere fęminæ dignitatem in titulum, vel adminiſtrationem, & ſic habere Prælaturas; Rebuff. de pacif. poſseſs. num. 4. Abbatiſsa namque eſt capax juriſdictionis ſpiritualis, & ratione dignitatis, quam habet annexam, juriſdictionem illam exercere poteſt. Abb. in c. dilecti, & Imola eod. dicit. Ex quo dignitas de Jure eſt ſibi data, cenſentur omnia attributa, quæ ad illam dignitatem ſunt conſecutiva: de qua re, ac monaſterio legendus Lambertinus de Jure patronatus art. 5. q. 5. par. 1. lib. a. n. 30. Cæterum viget & viguit in eo monaſterio morum candor, probitas religioſæ diſciplinæ, ac ſanctimoniæ zelus, fulgent nobilitatis faces. Præfuerunt monaſterio Abbatiſsæ illuſtres, ſpectatæ vitæ ac ſanctitatis præſectura claræ, & inter eas aliquæ Heroinæ, quarum nomenclatura hæc eſt.

1 *Dameta Palæol. Græca Imperiali ſanguine nata prima fuit Abbatiſſa an. 1267. eeanelata à diruto cœnobio S. Marię de Verge ejuſdem Ciſtercienſis Ord. quę mortalitatem explevit circa ann. Dom. 1271.*

2 *Iſabrlla de Enguineo Græca Dametæ ſotia, nobilitate generis, ac virtute ſpectabilis electa an. 1271. peæfuit ann. 26.*

3 *Andelina Græca Iſabellæ ſocia eidem ſucceſſit ann. 1297.*

4 *Maria Andegavenſis Philippi Tarentini Principis filia electa anno 1328.*

5 *Conſtanza Ugonis Beemi Licci Comitis filia ſucceſſit Mariæ ann. 1350.*

6 *Conſtanza Roberti de Baeiomagni Regni Prothonotarii filia electa ann. 1377.*

7 *Feancïſca Andegavenſis Caeoli Durazzii Neapolis Regis pronepos ſucceſſit anno 1390.*

8 *Franciſca de Eugemio Joannis Boeboniі filia electa anno 1396.*

9 *Franciſca 3. Principum Andegavenſium ſanguine nata electa ann. 1417.*

10 *Santia genere nobilis, virtute nobilior electa an. 1447. defuncta ſub Innocentio VIII. anno 1488.*

11 *Mariella de Urſinis ex Tarentinis Principibus, quam Andreas Matthæus Aquaviva Aragoneus Dux Atriæ, & Converſani Comes nominaverat, ex Moniali S. Claræ Licii ab Innocentio VIII. Papa electa eſt in Abbatiſſam an. 1489. Vixit ad annum uſque 1504.*

12 *Beatrix Aquaviva ex Ducibus Atriæ an. 1504.*

13 *Catharina Aquaviva anno 1508.*

14 *Barbara Aquaviva, anno 1558.*

15 *Iſabella Aquaviva Barbarę ſoror eidem ſucceſſit anno 1564. cujus frater fuit Claudius Aquaviva Præpoſitus Generalis Societatis Jeſu.* Iſabellæ verò Abbatiſsæ Pius V. indulſit, ut opera Vicarii ſui, juriſdictionem, quam ex jure, vel conſuetudine, aut Apoſtolico privilegio in Clericos Caſtellanæ habebat, exerceret. Literæ ſub Annulo Piſcatoris datæ fuerunt ad Iſabellam anno 1569. quæ ſequuntur ab originali deſumptæ.

*Dilectæ in Chriſto filiæ Iſabellæ Aquavivæ Abbatiſſæ monaſterii monialium S. Benedicti de Coavrrſano Ciſteecienſis Ordinis Converſanen Diœceſis.*

*PIUS PAPA V.*

*Dilecta in Chriſto filia ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quod quamplurimi Presbyteri, & alii Clerici ſæculares, qui ordinariæ juriſdictioni tuæ, quam in Caſtellana Conveſanen. diœceſis, & diverſis aliis locis exerces ratione tui Abbatiſſatus ſubjacent, laxioris vitæ deſidrrio ducti, ſperanteſque hac de cauſa juriſdictionem ejuſmodi ſubterfugere poſſe, habitum Fratrum Minorum Tertii Ordinis S. Franciſci in dictis locis ſumpſerunt, & nihilominus in eorum propriis domibus habitare, negotiiſque ſæcularibus, ut antea ſe immiſcere non expavent in grave Ordinis ſui dedecus, & ordinariæ juriſdictionis tuæ hujuſmodi præjudicium, & quamvis tu in eos juriſdictionem exercere ex tua auctoritate, & eos viſitare, eorumque mores corrigere poſſe eredas, ad omnem tamen dubitationis materiam fugiendam drſideras id tibi per ſrdem Apoſtolicam ſpecialiter indulgeri. Nos, qui fidelium quorumlibet votis, præſertim Regularium perſonarum reformationem concernentibus libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, volentes pręmiſſis quæ poſſumus, & debemus adhibere remrdia, teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdictis, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, ſententiis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodata exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutam fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, ut per Vicarium tuum in omnes, & ſingulos Presbyteros, ſive Clericos, quæ juriſdictionis tuæ fugiendæ gratia, habitum hujuſmodi ſuſceperunt, dummodo intra alicujus Ordinis domus ſepta non degant, etiamſi habitum regularem cum caputio deferant, etiamſi quacunque etiam Apoſtolica fuarint exemptione præmuniti, & cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, ordinariam ſolitamque juriſdictionem tuam ſine tamen prioris tibi conceſſæ facultatis præjudicio, ſed illam potius declarando, & ampliando exercere poſſis, & valeas, quam in alios Clericos ſeculares juriſdictioni tuæ hujuſmodi ſubjectos de jure, vel de conſuetudine, aut privilegio hactenus exercuiſti auctoritate Apoſtolica per præſentes facultatem concedimus, Non obſtantibus conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis quibuſcunque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia coboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, nec non exemptionibus quavis auctoritate factis, ac illis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & itera-*

*tis*

A *tis vicibus innovatis, quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, & inſerti forent præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumq; Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 5. Auguſti 1559. Pontif. noſtri an. 4. Cæſar Glorierius.*

*16 Victoria Palagena prædefunctæ Iſabellæ præficitur à Gregorio XIII. an. 1583.*

*17 Donata Aquaviva electa an. 1612.*

*18 Catharina Aquaviva eligitur Abbatiſſa anno 1619.*

Et ſic ſatis dictum de hoc prænobili cœnobio, nunc ad Cuperſanos Epiſcopos redeamus.

XII. 12 JOANNES de Gropis ſucceſſit Stephano, cujus memoria extat in publico documento propria ejus manu ſubſcripto anno 1283. in quo fatetur, quod B Petrus Monachus, & Abbas monaſterii s. Mariæ de Dalphino Ordinis Ciſtercienſis de Achaja venerat viſitandi cauſa Abbatiſſam, & Moniales prædicti monaſterii ſancti Benedicti, pro quo monaſterio Joannes Abbas Ciſtercii olim in Concilio Lugdunenſi Gregorio X. Pontifici ſolverat quattuor tangentem nonnullarum librarum Turonenſium pro decimis impoſitis pro Terræ ſanctæ ſubſidio: documento ſubſcripſerunt etiam Canonici Cuperſanæ Eccl. tenor verò ejus talis eſt.

*Ex quo pro Mandocaenem ſumpſit Deus, Anno 1283. regnante D. noſtro Karolo Dei gratia Illuſtriſſimo Rege Jeruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, ac Principatus Achajæ, Andegaven. Provinciæ, Forcalquerii magnifico Comite, Regnorum ejus eorum anno 6. Siciliæ vero octavodecimo, præſentis Martii vigeſimo quinto die ejuſdem 11. Indict.*

C *Nos Joannes Dei gratia humilis Cuperſanen. Epiſcopus, Presb. Vinciguerra Primicerius, Presbyter Robertus de Quirino, & Presbyter Guglielmus, & Altamilia Canonici majoris Cuperſanen. Eccleſiæ, Nicolaus & Griſantes Regii Cuperſanenſes Judices, Andreas publicus ejuſdem terræ Notarius, & ſubſcripti teſtes litterati de eadem terra ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati præſenti teſtimoniali ſcripto fatemur, quod fr. Petrus Monachus vener. Abbas monaſterii S. Mariæ de Dalphino Ciſtercien. Ordinis ſiti in partibus Achajæ nuper veniens de Capitulo generali Ciſtercii apud Cuperſanos cauſa viſitandi Abbatiſſam, & Conventum Monialium monaſterii ſancti Benedicti de eadem terra Cuperſani ejuſdem Ordinis aſſerendo confeſſus eſt nobis; quod D. Joannes vener. Abbas Ciſtercii olim in Lugdunenſi Concilio celebrato per quondam Sanctiſſimum Patrem, & D. D. Gregorium X. ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summum Pontificem felicis recordationis, convenit ſe cum eodem Summo Pontifice, & ſolvit ei pro toto Ordine Ciſtercii tum pro monaſterio ſuo, quam pro omnibus, &* D *Conventibus Abbatum, Monachorum, & Monialium incorporatis eidem Ord. ubicunque exiſtentibus certam quantitatem Turonenſium pro decimis contingentibus eidem monaſterio Dom. Summo Pontifici memorato pro eo, quod idem Monaſterium eſt eidem Ordini incorporatum, & antiquum, unde ad futuram memoriam, & petitionem Dom. Iſabellæ venerabilis ejuſdem monaſterii Abbatiſſæ, ejuſdemque monaſterii cautela de teſtificatione, & confeſſione prædicti Abbatis præſens publicum teſtimoniale documentum eidem D. Abbatiſſæ. . . . . dicebat habere, illud fieri fecimus per manus Notarii præd. Andreæ publici Presb. Andreas publicus Cuperſanen. Notarius, qui prædictis interfui, & meo conſueto ſigno ſignavi.*

*Loco † ſigni.*

*† Nos Joannes Cuperſanen. Epiſc. qui ſupra.*

*† Ego Vinciguerra Primicer. matricis Eccl. Cuperſ.*

*† Ego Presb. Robertus de Quirico Canonicus Cuperſanen. Eccleſiæ qui ſupra.*

A *† Ego Presb. Guglielmus de Lapulo Canonicus Cuperſanen. Eccleſiæ qui ſupra.*

*† Ego Presb. Branas Cuperſanen. Eccleſiæ Canonic. teſtis ſum.*

*† Signum Crucis propriæ manus Nicolai Caleſtro territorii Cuperſanen. Judicis.*

*† Signum Crucis Griſanti de Macaldiilo territ. Cuperſan. Judicis.*

*† Ego Majo Notarius Cuperſanen. Judex.*

*† Angelus de Joannaccio Cuperſanen. Judex.*

*† Ego Bado Dom. Tipaldi militis teſtis ſum.*

*† Ego Joannes Judicis Angeli teſtis ſum.*

Joanne verò ſedente conſtructum eſt cœnobium s. Franciſci in ſoburbio civitatis.

13 GUILLELMUS ſecundus an. 1318. XIII.

14 PETRUS Baccatius anno 1335 de quo item mentio anno 1342. XIV.

15 JOANNES immediatè ſucceſſit Petro anno 1343. memoratur ad annum uſque 1347. XV.

16 STEPHANUS anno 1350. XVI.

B 17 PETRUS de Ytro è familia Reriza, ut aliqui volunt, hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit anno 1358. vir quippe magni nominis, qui Cathedralem, & Epiſcopium a fundamentis reædificavit, ut inſcriptus lapis ante fores ejuſdem Eccleſiæ prodit. XVII.

*Anno Domini* MCCCLXIX *Præſens Eccleſia cum ejus aliis incæpta fuit Præſidente Domino Petro de Ytro Epiſcopo Cuperſano præter tectum ipſius Eccleſiæ, & finita tempore ejuſdem an.* MCCCLXXIII. *qui fieri fecit propriis ſumptibus Palatium novum, ſicut protenditur à Capella ipſius hoſpitii uſque ad Eccleſiam, & multa alia bona fecit, intus & extra civitatem, cujus anima requieſcat in pace.*

*Amen.*

18 ANTONIUS memoratur an. 1383. Urbani VI. aſſecla. XVIII

C ( „ *JACOBUS Cuperſanenſis Epiſcopus tranſlatus comperitur ex lib. Proviſ. & Oblig. Prælatorum ad Guardienſem Beneventanæ Provinciæ à Bonifacio IX. Nonis Septembris 1399. de quo ſilet hic Ughellus. De eo tamen agit in Guardienſium ſerie. Is igitur dum legitimus eſſet Cuperſanenſium Paſtor, contradictorem habuit proximè enumerandum Fr. Angelum, cui equidem ad unionem accedenti veri Pontificis canonita ceſſit Cuperſanenſis prælatio, & Guardienſis commiſſa eſt Jacobo.* Lucentius. ) XIX.

19 Fr. ANGELUS à Benedicto XIII. Antipapa in hac Eccleſia intruſus, de eo mentio habetur in monumentis ejuſdem Eccleſiæ ab anno 1390. uſque ad annum 1404. XX.

20 STEPHANUM Alphanum electum fuiſſe reperio Epiſcopum Cuperſanenſem à Bonifacio IX. ann 1404. ſolitumque ſubſidium ſolviſſe pro ſe, prove Petro prædeceſſore ſuo, in lib Oblig. ejuſdem Pontificis. Mortuus eſt Stephanus ann. 1423. XXI.

21 ANTONIUS Notarii Guidotti de Cuperſano, ex Archidiacono Cathedralis in locum Stephani patriæ Epiſcopus electus eſt à Martino V. anno 1423 3 Id Septemb Munus conſecrationis accepit in ſua Cathedrali die 3 Junii anni ſequentis ex Apoſtolicæ Sedis indulto à Joanne Muranenſi, Carolo Bitecten & Petro Melphienſi a Epiſcopis. Sedit laudabiliter an 10 exceſſit vero anno 1433. ſepultus fuit in ſacello D. Antonii in Cathedrali, quod dum Archidiaconatus munere fungeretur erexerat, ac dotaverat, feceratq; ſuæ familiæ juſpatronatus Poſt Antonii obitum Eugenius IV. Cuperſanam Eccleſiam in adminiſtrationem dedit MARINO Urſino Apoſtolico Prothonotario, qui eam rexit plus minus annis tribus. eamque liberè dimiſit anno 1437. XXII. (a Melphienſis.) XXIII.

22 ANDREAS de Verulis adlectus eſt Epiſcopus Cuperſanenſis demortuo Antonio ann 1437. 17. Kal. Martii, tranſlatus ad Bojanenſem die 27. Sept. 1439. deinde ob excelſas animi dotes evaſit Epiſcopus Urbini an. 1452. ac deinde Camerinenſis 1464. Act. Conſ de quo vide ſeriem Urbinatenſium Præſulum. XXV

XXV 23 Fr. DONATUS Bottinus Neapolitanus A
Ord. Eremitarum S. Auguſtini inſignis Theologus Epiſcopalem Cuperſanæ Eccleſ. ſedem eſt aſſecutus an. 1439. 5. Id. Octob. ab Eugenio IV. cujus erat charus. translatus ad Eccleſias Valvenſem, & Sulmonenſem ann. 1448.

XXVI 24 Fr. PETRUS de Migolla, Hiſpanus, Ord. Minorum, Papæ minor pœnitentiarius, ſucceſſit Donato 1448. die 4. Septemb. Sedit ann. 16. obiitque ann. 1464.



XX VII. 25 PAULUS de Turcullis Juvenacenſis ex Capitulari Vicario ad preces Comitis Julii Aquævivæ, ejuſque uxoris Catherinæ Urſinæ à Paulo II. invitus ad Epiſcopatum traducitur anno 1464. ab eodem in Conſiſtorio nomen ejus, Turcus, in Paulum commutatum legitur, ut ſuis in epiſt. ſcribit Card. Papienſis epiſt. 148. *Turcus, inquit, ex Turculorum familia electus Epiſcopus Converſanæ Eccleſiæ à Paulo II. cum cætera probarentur, in eo nomen ſolum probatum non eſt. Dixit Pontifex convenire in nomine Epiſcopi nihil, quod fideles aures offendat. Monachi, eos qui à ſæculo confugiunt, ut remoti, Deo appareant, nomen vetus etiam acceptum ex ſanctis cogunt deponere, nos ad Epiſcopatum vocato nomen hoſtile non immutabimus? Igitur Cardinalium comprobatione pro Turco Paulum ex ſuo nomine cogit vocari: itaque in nova appellatione renunciatus eſt Epiſcopus.* Quem ſanctimonia vitæ clarum deprædicat Cæſar Lambertinus Epiſcopus Inſulanus in tractatu de jurepatronatus, habetque illum pro Beato venerari, è vivis exemptus eſt annò 1482. ſepultuſque eſt in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Inſula Minorum Obſervantium extra Cuperſanæ civitatis mœnia, ubi in marmoreo tumulo hoc epitaphium legitur. C

D. O. M.

*Paulus de Turcullis V. I. D. nobilis Juvenacenſis ad preces Illuſtriſſ. Dom. Comitis de Aquaviva, & Illuſtriſſimæ Dominæ Catharinæ conjugum invitus à Paulo II. Pontifice promotus ad Cuperſanenſem Epiſcopatum, qui ſanctiſſimè vixit, & mortuus fuit, verè exemplar omnium Prælatorum hic jacet.*

D



XX VIII. 26 SULPITIUS Aquaviva Julii Antonii, & Catharinæ Urſinæ Atriæ Ducum filius, Epiſcopus antea Bitectenſis ad hanc Cuperſanam Eccleſiam

A translatus 18. Kal. Maii anno 482. ſedit ann. 12.

27 VINCENTIUS Piſtacchius Neapolitanus Cuperſanus creatus Epiſcopus anno 1494. ab Alexandro VI. Nuncius in Regnum Neapolitanum miſſus, Ferdinandi Regis rebus non minus profuit, quam præfuit in Aprutina Provincia, eamque ad regiam obedientiam feliciter traduxit. Rexit hanc Eccleſiam annis plus minus 4. & ad Bitectenſem translatus eſt an. 1500. *a* XXIX.

*a* 1. Nov. 1499.

28 DONATUS Aquaviva de Aragonia frater germanus Sulpitii prædeceſſoris & Andreæ Matthæi Ducis Atriæ, ac Cuperſani Comitis, vix annum 26. attingens ex Archidiacono Cuperſano Epiſcopatu exornatus eſt ab Alexandro VI. ann. 1498. *b* die 3. Decemb. (*„ Regimen produxit uſque ad an. „ 1529.*) XXX

*b* 1499. 3. Novemb.

29 ANTONIUS Cardinalis *c* de S. Severino perpetuus fuit hujus Eccleſiæ adminiſtrator electus ann. 1528. *d* XXXI

*c* De eo Ciaconius Olduini t. 3. col. 248.
*d* 1528. 16. Julii ex Actis.

B 30 JACOBUS ANTONIUS Carrozza Mandurienſis, ſeu de Caſali novo Hydruntinæ diœceceſis ex Vicario Franciſci Columnæ Archiepiſcopi Tarentini, cedente Cardinali Sanſeverino Cuperſanus Epiſcopus dictus eſt die 11. Febr. 1534. Deſiit eſſe anno 1560. XX XII.

31 JOANNES FRANCISCUS Lottinus Volaterranus Baſilicæ Vaticanæ Canonicus, Coſmi Magni Etruriæ Ducis à ſecretis, vir litteratiſſimus à Pio IV. ad hanc ſedem promotus die 4. Septembris anno 1560. antequam conſecraretur ejuſdem Eccleſiæ Nuncium remiſit die 20. Januarii 1561. Plura ſcripſit, ejuſq; conſiderationes politicę teruntur à doctis, & Conclavia aliqua, quibus interfuit. XXX III.




32 ROMULUS de Valentibus de Trivio ad eandem ſedem promotus eſt die 20. *e* Januarii 1561. Interfuit Concilio Tridentino. Vixit in ea dignitate annis 18. laudatus ob ſingularem pietatem, ejuſque animi candorem, morte occubuit anno 1579. 6. Idus Junii: jacet in Cathedrali, in cujus ſepulchro epitaphium illud inſcriptum eſt. XXX IV

*e* Die 19. Januarii.

*Romulo Valenti Epiſcopo Converſano religionis acerrimo propagatori, ſingulari morum integritate, omni eruditionis genere ornatiſſimo, nobiliſſimæ familiæ Sfortiæ alumno, qui cum Epiſcopatum maxima cum laude xvii. annos adminiſtraſſet nec unquam abfuiſſet, ſummo bonorum omnium mærore deceſſit ætatis anno lvii. vi. Id. Julii MDLXXIX. Fratres mæſtiſſ. Poſ.*

Ejus in patria in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Lachrymis fratres hujuſmodi honorarium elogium in marmore exculptum erexerunt.

D. O. M.

*Romulo Valenti Benedicti filio Epiſcopo Converſano, qui in Conc. Tridentino ſub Pio IV. Pont. Max. reſidendi munus jam prætermiſſum innovandum eſſe verbo docuit, & per annos xvii. exemplo comprobavit, doctrina, & vitæ integritate commendatus obiit Converſani 6. Id. Junii MDLXXIX. annum agens lvi. menſ. vii. dies xx.*

Ro-

*Romulus, Montes, Fauſtus, & Quintius fratri optimo, & B. M. Poſuere.*

De hac Valentium familia vide quæ diximus in Epiſcopis Faventinis tom. 2. dum de Erminio Valente S. R. E. Card. ejuſque urbis Epiſcopo ageremus.

XXXV. 33 FRANCISCUS MARIA Sfortia, Monopolitanus, defuncto Romulo Cuperſani Epiſcopus renunciatus eſt die 26. Auguſti 1579. Menſæ Epiſcopalis redditus auxit, eidemque Abbatiam S. Mariæ uniendam curavit. Mortem obiit 15. Kalend. Auguſti 1605. Jacet in Cathedrali in ſacello D. Hieronymi, quod cum erectione Juriſpatronatus ſuæ familiæ conſtruxerat.

XXXVI. 34 Fr. PETRUS Capullius, a Cortonenſis Ordinis Minorum Conventualium, Urbis ſtudiorum regens in cœnobio XII. Apoſtolorum, ad hanc dignitatem vocatus à Paulo V. anno 1605. die ultima Auguſti. Munus conſecrationis accepit in eadem Baſilica ab Evangeliſta Card. Pallotto die 14. Septemb. Scripſit, ut erat vir doctiſſimus, in D. Bonaventuræ ſententias tom. 2. Mortalitatem explevit die 24. Junii an. 1625. ſepultus in Cathedrali in ſacello S. Franciſci ab ſe exædificato.

a De quo Franchinus in Bibliosophia p. 510. & Vvaddingus de Script. Ord. Min. Mandoſ.

XXXVII 35 Fr. VINCENTIUS Martinellus, Barenſis, Ordinis Prædicat. Nicolai Rodulphi Apoſtolici Palatii Magiſtri ſocius, pronunciatus eſt Cuperſani Epiſcopus ab Vrbano VIII. die 18. Auguſti an. 1625. conſecratus in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam à Card. Kleſelio die 30. Auguſti ejuſdem anni, & 24. Novembris urbem ſolemniter ingreſſus eſt, ubi ſedit annos ſeptem, translatuſque deinde eſt ad Venafranam Eccl. an. 1632. de quo ibi.

XXXVIII. 36 ANTONIUS Brunachius Florentinus olim Avenionenſis legat. Generalis Auditor, Rectorq; Venuſini Comitatus, ac deinde apud Hiſpanum Nuncium Auditoris munere functus, ab Vrbano VIII. Cuperſani Epiſcopus declaratus eſt die 8. Kal. Decemb. 1632. conſecratur Romæ in Eccleſia S. Joannis Baptiſtę Florentinorum die 8. Decemb Cuperſanum venit die 9. Febr. anno 1634. nullo honorum genere ac pompa excipi voluit, ſed privatè adveſperaſcente die ingreſſus eſt civitatem. Vir Eccleſiaſticæ ſeveritatis amator, ſumma tamen animi moderatione. Quinque omnino annis bené onus, & honorem ſuſtinuit, dum à Catholico Rege ad Monopolitanam Eccleſiam poſtularetur. Neapoli, quò ſe contulerat, ex podagræ dolore obiit die prima Januar. an. 1638. & in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Florentinorum terræ mandatus eſt.

XXXIX. 37 AUGUSTINUS Ferentillus b nobilis Interamnenſis ob pręclaras animi dotes ab Vrbano VIII. Cuperſanenſis Epiſcopus creatus eſt die 19. Aprilis 1638. Vrbem ingreſſus die 2. Julii, jam antęa conſecratus Romæ 25. Aprilis. Is Deiparæ Virginis cliens eximius, præter Divinum officium, more Ciſtercienſium Monachorum, quotidie Marianum perſolvebat. In honorem ejuſdem, quam ſibi ab infantia in ſingularem tutelarem elegerat, in omnibus feſtivitatum ejus pervigiliis, ſinguliſque totius anni ſabbatis eidem dicatis jejunium ſervabat, & quolibet mercurii die in ejus honore à carnibus abſtinebat. Suæ Cathedræ, cæteriſque diœceſis Eccleſiis feſtum ſanctiſſimæ Conceptionis adjecit, & ut omnium ſuorum cordi eſſet, modum adinvenit, quo myſterium dictum, nullo temporis ſpatio intermiſſo aſſidua devotione veneraretur. Schedas enim impreſſas omnibus diſtribui curavit, quibus unicuique tam diu, quam noctu, hora ad orationem in ejuſdem Deiparæ conceptæ cultum peragendam aſſignabatur. Et ſi quis juſtè impeditus hujuſmodi orationis horam, ſibi in ſchedis præſcriptam perſolvere non valeret, aliud ejus loco munus adimplere tenebatur, ut hoc puncto ne momentum quidem temporis ſine hujus myſterii cultu, ac celebritate elaberetur. Tres omnino annos vixit Epiſcopus, florentique ætate mortalitatem explevit die 8. Septemb. 1641. in Cathedrali humatus. Cujus virtutes memorat eruditus amicus noſter Hippolytus Marracius in lib. Antiſtitum Marianorum in Appendice. Interamnæ Auguſtini memoriam excitavit Joan. Franciſcus Ferentillus utriuſque Signaturæ Referend. ejus germanus frater, in ſacello ſuæ familiæ Deiparæ Virginis dicato, his verbis in marmore exſculptam.

b De eo Angelonus in hiſt. Interamnenſ. par. 2. p 201. Mandoſ.

*Deo Trino Vno*
*Auguſt. Ferentillo nobili Interamnenſi*
*I V. D.*
*Epiſcopo Converſani,*
*Qui ab Vrbano VIII. P. O. M.*
*ad Epiſcopalem dignitatem evectus,*
*cumque magno eam animarum zelo,*
*ac pari vigilantia ſuſtineret,*
*immatura morte præreptus eſt.*
*Jo. Franciſcus Ferentillus in V. Sign.*
*Sanctiſſ. D. N. Papæ Referend.*
*Fratri benemerenti memoriam poſuit.*
*Vixit annos xl. dies x.*
*Obiit die vij. Septembris*
*MDC.XLI.*

38 PETRUS-PAULUS Bonſius nobilis Florentinus ex Epiſcopo Acernenſi ad hanc Eccleſiam translatus ab Vrbano VIII. an. 1642. die 26. Maii. Exceſſit anno 17. ſui Epiſcopatus menſe Septembri 1656. ſepultus in ſua Cathedrali. XL.

A D D I T I O.

(„ *Bonſio ſucceſſit anno 1658. 2. Decembris JOSEPH Palermus, Calaber, nobili genere natus, in utroque jure, & ſacra Theologia Doctor, auditor, qui in urbe adhæſerat Cardinali Martio Ginetti. Perluſtrata ſancta viſitatione Diœceſi, Synodum illicò celebravit, quæ typis data vires adhuc obtinet, cum ſit è melioribus æque inter priſcas, ac recentes. Effuſus fuit in divinis myſteriis ſuo populo aperiendis, & præſertim quadrageſimali tempore, quo ferè ſemper concionatus fuit. Summo zelo, ac doctrina difficillima quæque negocia feliciter procuravit. Varias ædes in ſua diœceſi ſacravit, ut docent inſcriptiones in illis appoſitæ.* XLI.

„ *In æde principe.*

D. O. M.
„ Sanctiſſimęque Virgini Deiparæ in cęlum aſſumptæ Titulari, ac tutelari
„ tot eximiis Præſulibus nuptam cathedralem hanc Eccleſiam Conſecrationis
„ tamen paraphernali diademate hactenus non micantem, Joſephus Palermus Epiſcopus Converſan. ſuam ipſam
„ ſponſam venerabilius in poſterum excolendam ſolemni ritu conſecravit, ac
„ fulgentiſſimis crucis ſignaculis purpureis tamquàm monilibus inſignivit. Alexandro VII. ſummo Pontifice. Philippo IV. regnante. D. Jo. Hieronymo
„ Aquaviva, & D. Iſabella Philamarina Comitibus IV. Kalend Septemb.
„ anno ſui Præſulatus II. Dominicæ vero Incarnationis 1660.

„ *In illa SS. Crucis PP. Capuccinorum.*

D. O. M.
„ Templum hoc
„ Ill. ac Exc. D. Antonii Aquaviva de Aragonia
„ Pietate conſtructum
„ Sanctiſſimæ Crucis gloriæ
„ Dicatum, & inauguratum
„ Illuſtr. ac Rever. Joſephus Palermus
„ Singulari erga nos benevolentia
„ Crucibus auctis
„ Ritu ſolemni conſecravit Prid. Kal. Sept. 1660.

„ *In illa PP. Minimorum Divi Franciſci de Paula*

D. O. M.
„ Templum hoc Regnantibus Domino
„ noſtro Alexandro VII. ac Philippo IV.
„ Hiſpaniarum Rege Illuſtriſſimus. ac
„ Reverendiſſimus Dominus D. Joſeph
„ Palermo Cuperſani Præſul inclytus

Do-

,, Dominante Illuſtriſſimo , ac Excel-
,, lentiſſimo Domino D. Jo. Hier. Aqua-
,, viva de Aragona VIII. Cuperſani Co-
,, mite ſolemni Ritu conſecravit die 15.
,, Februarii Ann. Sal. 1662.
,, *Sacrarum virginum regulam Divæ Eliſabeth*
,, *Pannoniæ reginæ profitentium Eccleſiam , cui SS.*
,, *MM. Coſmas , & Damianus titulum faciunt, etiam*
,, *ſacravit , inſcriptio autem ad nos non pervenit .*
,, *Epiſcopale palatium non modo refecit , ſed & re-*
,, *centi ſtructura nobilitavit , atque additis ad Ar-*
,, *chitectonicæ normam ædificiis prolatavit . Dum*
,, *majora autem pro ſua ſponſa meditatur , Sanctæ*
,, *Severinæ Archiepiſcopum Clemens IX. voluit anno*
,, *1670. die 1. Septembris .*

XLII. ,, *JOANNEM Stephanum Senarigam , Patri-*
,, *tium Genuenſem , & in ſua Caſinenſi Congregatio-*
,, *ne ſacræ Theologiæ Doctorem , probitate , conſi-*
,, *lio , ac magnitudine virtutis verè præclarum idem*
,, *Clemens IX. 23. Februarii 1671. huic Eccleſiæ*
,, *præfecit . Sui Muneris partes omnes cumulatiſſi-*
,, *me implevit . Epiſcopale palatium pari & im-*
,, *pendio , ac magnificentia undequaque perfecit .*
,, *Cum in patriam gravium negotiorum cauſa ſe con-*
,, *tuliſſet , ad ſuam ſponſam tandem rediens Nea*
,, *pols acuta febri interceptus , omnibus munitus*
,, *Eccleſiæ ſacramentis , corporis exuvias an. 1679.*
,, *reliquit in æde Divi Laurentii PP. Minorum Con-*
,, *ventualium .*

XLIII ,, *ANDREAS Senarigæ ſucceſſit die 13. Janua-*
,, *rii 1681. ſacratus autem die 26. Januarii 1681.*
,, *poſſeſſionem iniit ſuæ Eccleſiæ Februario ſequenti.*
,, *Clarus natalibus hic ne fuerit , an non , dixiſſe*
,, *ſufficiat , fuit è gente Neapolitana Brancaccia ,*
,, *quam nedum ſaga , togæ , purpuræ , ac mitræ illius*
,, *antiquiſſimam nobilitatem exornant , ſed etiam al-*
,, *taria illius venerationi Catholicum orbem conci-*
,, *liant , cum quamplures ex hac gente Vaticani ora-*
,, *culum in indigetum albo recenſuerit . Pietatem ,*
,, *quam velut hæreditariam à ſua hauſerat gente ,*
,, *inter clericos Regulares Theatinos excoluit . Epi-*
,, *ſcopus renunciatus omnes illas , quas in ſuo Ti-*
,, *motheo dotes exigebat Apoſtolus , in ſe ſtuduit*
,, *comparare . Indefeſſus in ſuo miniſterio diebus fe-*
,, *ſtis ante Auroram in Eccleſiam deſcendebat ſemi-*
,, *naturus optimus pater familias Evangelicum fru-*
,, *mentum in animabus ſuorum filiorum , qui ibi cum*
,, *confertiſſimi expectabant , ubi & ipſe poſteà in-*
,, *cruento altaris ſacrificio ſui ſpiritus ardorem ſola-*
,, *batur . Poſt veſperas enucleatione ſacrarum ſcri-*
,, *pturarum controverſiis , deciſionibus moralibus ,*
,, *aut familiaribus id etiam generis ſermonibus ple-*
,, *bem ſuam erudiebat , & ne extrà Eccleſiam , quod*
,, *ſemper in præjudicium pietatis cedit , vagaretur ,*
,, *obtinebat . Omnia ſuggeſta diœceſis quadrageſi-*
,, *mali tempore tanti Epiſcopi ſudore fumarunt ma-*
,, *ximo cunctorum , qua gaudio , qua ſpirituali lu*
,, *cro . In odæo ſemper aſſiduus , etiam poſt divi-*
,, *num penſum , in Eccleſia multas tranſigebat ho*
,, *ras cum ſuo numine colloquens ſub ſacrorum nube*
,, *azymorum . In juſtificatione pœnitentium , con-*
,, *ſolatione etiam vetularum , & pauperum omni*
,, *nauſea dignorum alter erat Franciſcus Saleſius .*
,, *Propriis manibus ad infirmos communem Domi-*
,, *num pro viatico ad beatam Æternitatem deferre ,*
,, *ut Cervus ſitiens ad fontem Baptiſmatis ipſe ac-*
,, *currere pro regenerandis cujuſcumque conditionis*
,, *infantibus , qui ad illum deferebantur , pravos*
,, *mores omnibus nervis evellere , contra vitia ſem-*
,, *per inquirere , aberrantes oves inveſtigare , ac*
,, *ad ſalutis paſcua deducere , Eccleſiaſticam liber-*
,, *tatem intrepido pectore defendere , oppreſſorum*
,, *miſerias , palma pro publicis , pro ſecretis elee-*
,, *moſynis ſemper aperta , retundere , profligare ,*
,, *ſui gregis ſanctificationi incumbere , ad id omne*
,, *irreprehenſibilis Præſulis ſtudia collimabant . Tem-*
,, *pore publicæ calamitatis victimam ſe Deo obtulit ,*
,, *& alter veluti D. Carolus Borromæus ſpinis coro-*
,, *natus , fune collum circumdatus , excalceatus ,*
,, *cinere aſperſus , ac bajulans enormis ponderis*
,, *crucem per publicas vias , clero præeunte , ac om-*
,, *ni ferè civitate ſubſequente pœnitentium ritu pro-*
,, *ceſſit irato numini facturus ſatis , eodemque die po-*
,, *ſtea in Eccleſia vix Cruce exoneratus ſuper ſugge-*
,, *ſto contra ſcelera declamavit , itaut ipſo flente , &*
,, *exclamante obdurati illico reſipuerint , qui rever-*
,, *tebantur percutientes pectora ſua . Nec minus in-*
,, *terea ipſe Antiſtes Andreas , duo Epiſcopalis pa-*
,, *latii cubicula renovavit , menſæ redditus adauxit ,*
,, *donec regnans feliciter Clemens XI. ampliorem*
,, *vineam die 18. Aprilis 1701. colendam dedit , nem-*
,, *pè Conſentinam ; ſed ad illam non priùs acceſſit ,*
,, *quam diſtributo inter pauperes Converſani omne ,*
,, *quod penes ſe habebat , etiam ipſam pro ſui ipſius*
,, *ſolummodò uſu ſupellectilem , nihil ſecum referens ,*
,, *quàm ſuæ diœceſis univerſæ lachrymas filiales . Vi-*
,, *vit adhuc ævo dignus , de quo rurſus in Conſenti-*
,, *na Eccleſia redibit ſermo .*

,, *Andreæ ſucceſſit PHILIPPUS , ut ad Apoſtoli-* XLIV
,, *cum obeundum munus , Apoſtolorum etiam nomi-*
,, *na forent incitamento , Meda , genere Inſubrico*
,, *nobiliſſimus pariter , ut ſuus Anteceſſor , quod e-*
,, *tiam coronant indigetes , & præcipue D. Joannes*
,, *Meda primus ſacerdos , & reformator ordinis*
,, *Humiliatorum , & beata virgo Felix Meda , quæ*
,, *anno 1319. à Mediolano ſedis Apoſtolicæ juſſu*
,, *tranſlata Piſaurum pro fundatione celeberrimi*
,, *Sanctimonialium clauſtri , cui ſacratiſſimum corpus*
,, *Domini titulum facit , in eo eluctata ſæculorum ta-*
,, *be ad ſuæ gentis decus , & civitatis præſidium*
,, *ſervatur adhuc intacta & incorrupta . In ſemina-*
,, *rio majori Mediolanenſi pietate , ac ſcientiis imbu-*
,, *tus fuit , & in ſcholaſtica Theologia in ſua patria*
,, *doctoratus lauream , quam poſtea in utroque jure in*
,, *Romano ſapientiæ archigymnaſio , recepit , ubi in*
,, *utraque Signatura , ac ſacra Rota ad aliquot annos*
,, *ſua exercuit talenta . Pro pontifex poſtea vaſtiſſi-*
,, *mas Cremonenſem , & Spoletinam diœceſes ſum-*
,, *ma navitate procuravit . Pontifex demum hujus*
,, *Eccleſiæ trigeſimum quintum ſuæ ætatis annum*
,, *agens die 23. Januarii 1702. ſola commendatione*
,, *virtutis ab regnante hierarcha Clemente XI. pri-*
,, *ma promotione renunciatus fuit archetypus veluti*
,, *pro cunctis poſtea ab ſe creandis Epiſcopis .*
,, *Poſſeſſionem iniit die 15. Novembris ejuſdem an-*
,, *ni , & ut ad eam pervenit , numquam ab eadem abeſ-*
,, *ſe voluit . Totus in ipſa eſt , ipſius bono ſemper cu-*
,, *mulatiſſime conſulit . Quotidie ſacris operatur , &*
,, *fere in omnibus feſtis diebus homilias habet ad po-*
,, *pulum , & poſt veſperas catecheſin Chriſtianam*
,, *mira quidem facilitate ſemper enucleat . In ſua ca-*
,, *thedrali cantum , quem vocant , figuratum ipſe*
,, *primus , & peculiarem quamdam majeſtatem , ac*
,, *magnificentiam in Epiſcopalibus functionibus in-*
,, *vexit , pro qua novam ſupellectilem etiam pretio-*
,, *ſam , atque omne inſtrumentum argenteum , &*
,, *aureum divino cultui neceſſaria numquam ſatur*
,, *ſummo inſtruxit impendio . Decorem domus domini*
,, *in primis diligens gemina ſacella excitavit in ſua*
,, *æde principe in ala dextera , in cujus termino ter-*
,, *tium cæteris longè nobilius addidit pro Euchari-*
,, *ſtica dape . Aram maximam peregrino archetypo ,*
,, *electis lapidibus , ſanctorum ſtatuis , miro opere ,*
,, *ac fere omnibus ornamentis , quæ architecti acer-*
,, *rimum ingenium effingere poterat , concinnavit ,*
,, *adeo ut ipſa inter pulchriores totius Peucetiæ ad*
,, *ſui admirationem æque ac venerationem curioſi-*
,, *tatis oculos trahat . Odæum prolatavit , organa*
,, *refecit , ac ſitu nobiliore diſpoſuit . Laqueare , non*
,, *modo auro , ſed etiam picturis , quæ ſacra myſteria*
,, *repræſentant , illuſtravit . Sepulcra in profundum*
,, *magis , atque magis deduci voluit , ut à domo Dei*
,, *omnis gravis aura exularet . Pavimentũ ex integro*
,, *pictis lateribus æquavit , eoq; nitore venuſtavit , ut*
,, *cryſtalli ſpeciem referat . Turrim novo , & permulto*
,, *ære campano ditavit , quod armonico modulo al-*
,, *tiſſimi gloriam concinens ſuo etiam plaudit Epiſco-*
,, *po . Sequens elogium ſuper ipſius templi majori ve-*

,, *ſtibulo à parte interiori affixum tantorum operum* A
,, *primas veluti lineas deſignat.*

D. O. M.

Philippus Meda Mediolanenſis, Epiſcopus Converſanenſis Eccleſiam hanc cathedralem nimia vetuſtate ſquallentem, ac fere deformem translatione altaris majoris, ampliatione chori laqueatis undequaque fornicibus ad omnipotentis Dei gloriam, inſignis commodum cleri devoti ſolamen populi, ſuique ſucceſſorum exemplum. Non mediocri impenſa, de proprio, ac piorum eleemoſynis in ampliorem, anioremque formam paucorum menſium ſpatio ab ipſius adventu urgenti ſollicitudine redegit anno ſalutis 1703. die 31. Octobris.

,, *In omnibus ſuæ diœceſis Eccleſiis ſimilem ſplen-*
,, *dorem exigit, & præcipue ab inſignibus collegiatis*
,, *Rutiliani, Turrii, & Nuſi, quæ non minus in ædi-* B
,, *ficio, quam in ſacra ſupellectili matrem ſuam Cu-*
,, *perſani Eccleſiam æquant. Monaſteria ſacrarum*
,, *virginum, alterum in civitate, cui Divus Joſephus,*
,, *alterum in oppido Rutiliani, cui D. Clara titulum*
,, *faciunt, à fundamentis reædificans novis Eccle-*
,, *ſiis, novis officinis magnifico modo excitatis nobi-*
,, *liſſima reddidit. Peramplum palatium, multaſque*
,, *illi contiguas domos mercatus ad alendam pro al-*
,, *tari juventutem ſummo impendio diſpoſuit. Sic ſe-*
,, *minarium à ſacroſancta Tridentina Synodo ſanci-*
,, *tum, quod in diœceſi Cuperſani ob varias magni*
,, *ſemper momenti difficultates obortas, numquam*
,, *excitari potuerat, licet omni conatu Antiſtites pro*
,, *eo ſemper inſtiterint, ac præcipue Brancaccius, qui*
,, *pro eo jam quoſdam cenſus aſſignarat, & niſi ad*
,, *Conſentinam Cathedram translatus fuiſſet, jam*
,, *inſtituiſſet, adeo ardua quæque omnia ſuperarat,*
,, *præſens Epiſcopus tempus opportunum nactus pri-*
,, *mo ſui præſulatus anno, univerſæ diœceſis emo-*
,, *lumento adaperuit, ſanctiſſimis illud legibus fir-* C
,, *mavit, ac optimis præceptoribus pietate, ac lit-*
,, *teris præclaris inſtruxit, quos inter primas obti-*
,, *net doctiſſimus, ac probatæ virtutis vir D. Pere-*
,, *grinus Jacta Canonicus majoris ædis Cuperſanen-*
,, *ſis, qui illud rectoris munere procurat, & ſacra*
,, *Theologia illam feliciter imbuit juventutem. Epiſ-*
,, *copalem mire etiam amplificavit domum novis ad-*
,, *ditis ædificiis, & cubiculorum ordine immutato, quę*
,, *etiam ad recentem architectonicæ normam diſpo-*
,, *ſuit, perpolivit, ac etiam picturis exornavit. Po-*
,, *marium pariter laxandi animi gratia oculis gra-*
,, *tum, aſpectuque delectabile in theatri ſpeciem red-*
,, *didit, fontibus etiam ea arte depictis exhilara-*
,, *vit, quos, niſi propius accederes, jam fluere*
,, *crederes, aquarumque decurrentium ſuſurrus au-*
,, *re jam biberes. Calles olim invios, & inacceſſibi-*
,, *les viatorum incommoda miſeratus expurgavit, di-*
,, *rexit, æquavit, illos præcipuè extra mœnia ci-*
,, *vitatis, quorum alterum ad D. Viti Polymnianum,*
,, *alterum ad B. Virginis de Inſula ducit. Nec ſi in-* D
,, *terea magnam auri vim in hiſce operibus erogavit,*
,, *pauperum forſan oblitus eſt; ipſorum inopiæ ſem-*
,, *per conſulit, ipſorum negocia illis potentium, ac*
,, *magnatum ſemper præfert.*
,, *Omnes quippe virtutes in eo regnant; pietas*
,, *autem, qua verè cunctos ut pater ſolatur, atque*
,, *ut princeps exaltat, & juſtitia, qua ut judex ſolo*
,, *conſulto Chriſto Domino pro noſtra ſalute paſſo, li-*
,, *tes decidit, honores, ac dignitates confert, pri-*
,, *mæ veluti gemmæ in ſua mitra renident. Cum ſit*
,, *in omni diſciplina conſpicuus, opus jam exornat*
,, *ſacræ Theologiæ, ſacri textus, ſanctorum Pa-*
,, *trum robore, atque authoritate munitum, in quo*
,, *ſingulari doctrina agit de proximitate exitus Mun-*
,, *di, & ſuprema humani generis in valle Joſaphat*
,, *diſcuſſione; quod ſi ipſius ſinet modeſtia, præla*
,, *quamprimum defatigabit. Vivit adhuc optimus*
,, *Præſul, & ut diu vivat, ac ſemper incolumis,*
,, *ſua diœceſis ſuſpirat, imò & ipſa Apoſtolica ſedes,*
,, *quæ difficillima hujus provinciæ negocia ſemper*
,, *ei delegat, & præcipuè anno 1718., in quo in op-*
,, *pido Putiniani ſacrum excitavit perpetuæ clauſu-*
,, *ræ prærogativa nobile gynecæum ſub regula Divæ*
,, *Claræ, in quo ineffabili ſagacitate, ac modo ſem-*
,, *per blando, ac ſuavi, quo ipſum impoſſibile ſem-*
,, *per facillimum reddit, religioſam brevi in eo fir-*
,, *mavit obſervantiam, uſus item opera geminarum*
,, *monialium ſuæ diœceſis, quæ in illo D. Claræ in*
,, *oppido Nuſii in ſolida virtute conſenuerant.)*

# JUVENACENSES

## EPISCOPI.



IUVENACIA (vulgo *Giovenazzo*) littoralis eſt civitas Peucetiorum in Provincia Terræ Barii duodecimo à Bario Metropoli milliario, habitata familiis ferè 550. Principi Melphitenſi Gonzagæ familiæ [a] utili temporali dominio ſubdita; non ex ruinis veteris Egnatiæ ædificata, ut quidam exiſtimant, ſiquidem inter Juvenaciam, & veteris Egnatiæ ruinas, Polimnianum Bariumque urbes interjacent. Sed poſterioribus ſęculis, ut apparet, ædificata, agro pingui, & frumenti, vini, olearum, & amygdalarum fœcundiſſimo. C Epiſcopatus Juvenacenſis antiquus eſt circa annum Chriſti 951. inſtitutus, cujus Præſul ex privilegio Barenſium Archiepiſcoporum in Provincialibus ſynodis primum locum gerebat. Cathedralis Baſilica titulo S. Mariæ, ac Thomæ Apoſtoli ſtructura, & ornamentis pro loci conditione magnifica. In ea 19. [b] Canonici ſacra miniſtrant, è quibus quatuor dignitate eminent. Archidiaconus, Archipresbyter, & duo Primicerii, è reliquis autem Canonicis unus eſt Theologus, alter Pœnitentiarius, inſuper Sacerdotes, & Clerici Miſſis ſubſervientes fermè ſexaginta. In civitate præter Cathedralem Parochiales Eccleſiæ duæ ſimplices, ſex in ſuburbiis, duo [c] virorum cœnobia, duo [d] Sanctimonialium ſepta, unum intra mœnia, & mons Pietatis. Fidelium animę in civitate degentium ad 4000 Hic eſt natus Nicolaus de Palea ſocius S Dominici, multorum in Italia monaſteriorum fundator egregius, D Perusiæ defunctus anno 1235. Diœceſis Juvenacenſis perexigua eſt, uno dumtaxat oppido contenta, Terlicio nuncupato, ubi ſacra Archipresbyter adminiſtrat. Epiſcopatus iſte ad regiam ſpectat præſentationem, taxatur vero in libris Cameræ ad florenos 36. Ejus Præſulum continuatam ſeriem haud potuimus expiſcari, quam modo interrupte dabimus ex certis, probatiſque monumentis.

[a] Nunc familiæ de Judice.
[b] 10.
[c] tria.
[d] unicum.

*A D D I T I O.*

(,, *Juvenacia, ſeu Juvenacium, vulgo* Giove-
,, nazzo, *Terræ Barii Peucetiorum civitas eſt modi-*
,, *ci ambitus, de cujus origine multi multa ſcribunt.*
,, *Ludovicus Paglia in Juvenacenſi hiſtoria nuper*
,, *edita Juvenaciam à Perſeo conditam ante Chriſti*
,, *nativitatem anno 1359. fabulatur. Sed poſterio-*
,, *ribus ſęculis exædificatam cum cordatioribus tenet*
,, *noſter Ughellus. Epiſcopatus autem Juvenacenſis*
,, *inter recentiores antiquus eſt mea conjectura. Cum*
,, *enim Urbanus II. Pontifex Eliæ Archiepiſcopo Ba-*

A ,, renſis, & Canuſini Archiepiſcopatus jura confir-
,, mat an. 1089. in diplomate ab Ughello in Barenſi-
,, bus tranſcripto enumerat Epiſcopales ſedes jam
,, antea à prædeceſſoribus Romanis Pontificibus Ba-
,, renſi & Canuſino Archiepiſcopatui poſſidendas, &
,, regendas traditas, inter eas Juvenacenſem re-
,, cenſet. Quare jamdiu ante Urbani II. tempora
,, Juvenacium proprio fulgebat Epiſcopo. Cathe-
,, dralis verò Juvenacenſis Baſilica Virgini ſuper
,, cælos cælorum Aſſumptæ, & S. Apoſtolo Thomæ ſa-
,, cra eſt. In ea miniſtrant 22. Canonici cum duplici
,, præbenda, & quatuor dignitatibus, & plures alii
,, Sacerdotes, & inferiores Clerici. Cura animarum
,, in ea exercetur per Archipresbyterum; & cum uni-
,, ca Collegiata ſub invocatione Spiritus Sancti duæ
,, aliæ recenſentur parochiæ. Animæ civitatis om-
,, nes ter mille computantur, 700. preſtrictæ ſocula-
,, ris. Urbem hanc item exornant virorum tria, uni-
,, cum monialium cœnobia, puellarum conſervato-
,, rium, hoſpitale, & Mons Pietatis. Epiſcopium
B ,, Cathedrali adhæret. Diœceſis unico duntaxat op-
,, pido finitur. Epiſcopatus fructus taxantur in lib.
,, Cam. Apoſt. ad flor. 44. verùm eorum valor eſt ducat.
,, ultra 1000.)

1 PANDONUS (1) aliquibus videtur primus Epiſcopus Juvenacenſis à Joanne Barenſis, & Canuſinæ ſedis Archiepiſcopo conſtitutus. Anno Chriſti 951. ea auctoritate fulſit, quod in vetuſtiſſimo hujus ſedis Tabularii documento ejuſdem Archiepiſcopi data ſit facultas Pandono ordinandi Presbyteros Diaconos, alioſque Clericos in Eccleſia S. Felicis Confeſſoris Juvenacii. At nulla de Epiſcopali dignitate in eo fit mentio: nihilominus poteſtas ordinandi Epiſcopis propria eſſe videtur: narranti fidem faciet ejuſmodi poteſtatis hic ex fide deſcriptum documentum.

*In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Quadrageſimo anno Imperii Domini Conſtantini, ſimulque cum eo regnante D. Romano Porphyrogenito dilecto filio ejus ſereniſſimis Imperatoribus noſtris, menſe Januario, XI. Indict.*

*Ego Joannes Dei gratia Archiepiſcopus primo anno Præſulatus mei S. Sedis Canuſinæ, & Bariſinæ Eccleſiæ una cum Joanne Archipresbytero, ſimulque Siphandi Imperialis Spatha Jaden, & Advocatore noſtri Epiſcopatus facto. Tibi Pandoni Clerico filio Cinnami Imperialis Sphata quondam, & Judex civitate Juvenaciæ abſolutionem, ſeu libertatem Eccleſiæ B. Felicis Confeſſoris, ſimulque Pontificis quæſita per prædeceſſorem tuum eſſe videtur in eodem loco ergaipſo muro de prædicta civitate ab univerſo jure Sacerdotum, tam tibi ipſam abſolvimus, ſeu liberamus, quam & hæredum veſtrorum, ut perhennis temporibus veſtra permaneat poteſtatem, quam & concedimus tibi Pandoni Clerico, ut poteſtatem habeatis in prædictam Eccleſiam tam tu qui ſupra, quam filii filiorum tuorum Baptiſmum facere, quam & ordinare ibidem Presbyteros, vel Diaconos, ſeu cunctos Ordines Eccleſiaſticorum ad regimen præfatæ Eccleſiæ ſine mea qui ſupra Joannis Archiepiſcopi contrarietate, quam & poteſtatem concedimus vobis, ſeu cui per vos datam paruerit ad regendam ipſa prædictum Eccleſiam, ſonare campanam, ſeu pulſo; de ſucceſſoribus verò, noſtrorumque ipſam ſedem ſanctam Canuſinam fuerint ordinati, ut ſit abſoluta in eadem Eccleſia ab eorum juribus, de ipſa quidem oſtenſione, in quem ibidem dederitis, ut nullus Epiſcopus, vel Sacerdos poteſtatem exinde habeat ſubtrahere ſe, veſtra quidem permaneat poteſtas, veſtriſque hæredum, quia vos quidem petiſtis ipſum prædictam Eccleſiam libertate, & dimiſtis ibidem de rebus veſtris dare. Nos audientes in omni voluntate vobis conſentimus, quia pro Dei amore, & mercedis animæ veſtræ, & hoſpitalem, & laudem Dei, & luminaria, quæ ibidem fieri debent, die, noctuque in omni voluntate vobis conſenſimus, ut libertemus vobis ipſum Eccleſiam prædictam, ut perhennis temporibus veſtra quidem permaneat poteſtas, veſtriſque hæredibus. Unde obligo me qui ſupra Joanne Archiepiſcopus, & meos ſucceſſores tibi Pandoni Clerici, tuique hæredum, ut poſt electionem, atque oſtenſam fuerit hanc libertatem præfatæ Eccleſiæ à me qui ſupra emiſſam, ſi diſrumpere vobis voluerimus, veſtriſque hæredum, ſeu cui vos regendum commiſeritis eam pro quacunque modis, vel ingeniis componere nos, qui ſupra, noſtroſque ſucceſſores vobis obligamus pœnam comprehendi centum Conſtantini ſolidos, & tamen omni tempore adverſus nos exactò permaneamus, & hanc cartulam præfatæ Eccleſiæ omni tempore, ſtabiliſque permaneat firmam, quam ſicut perlegitur tibi Leoni Subdiacono ſimulque & Notario ſcribere commiſimus in civitate Bari menſe, & Indictione ſupra nominatis.*

*† Joannes gratia Dei Archiep. ſervus ſervor. Dei.*
*† Ego qui ſupra Joannes Archiep. Barinæ Eccleſiæ.*
*† Ego Stephanus Presbyter conſenſio.*
*† Ego Joannes Ipodiac. conſenſio.*
*† Ego Joannes Presbyter conſenſio.*
*† Ego qui ſupra Siphandus Imperialis protoſpatus, & Judex.*
*† Ego Madelbertus Presbyter conſenſio.*
*† Ego Sobrius Presb. & Primic. conſenſio.*
*† Ego Suſcus Presbyter conſenſio.*
*† Ego Martinus Presbyter conſenſio.*
*† Ego Romoaldus Judex.*

2 JOANNES, hujus Eccleſiæ Epiſcopus, cujus memoria extat in documentis Epiſcopii. Interfuit is conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis ab Alexandro II. Papa celebratæ anno 1071. apud Anonymum Caſinenſem. Sediſſe ajunt ann. 25. I.

3 PETRUS anno 1096. Epiſcopus erat Juvenacenſis, quo Eccleſiam S. Euſtachii de Padula hujus diœceſeos conſecravit. II.

4 BERNERIUS Juvenacenſis Epiſcopus pro ſua eccleſia privilegium obtinuit anno Dom. 1113. à Conſtantia Regina uxore quondam Boemundi Antiocheni Principis, quo Bernerio conceſſit pro anima ejuſdem Boemundi decimam omnium introituum civitatis Juvenacenſis, ac poteſtatem affidandi, ut vocant, quadraginta affidatos. Extat vetuſtum diploma in Archivio Cathedralis, cujus exemplar ex originali depromptum mihi tranſmiſit, una cum aliis ſequentibus Carolus Maranta digniſſimus Juvenacenſis Epiſcopus. Porrò Conſtantiæ privilegium eſt hujuſmodi tenoris. III.

*An. Domin. Incar. 1113. menſe Decemb. Ind. 6.*

*Quoniam & ſecundum Dominum, & homines laudabile eſt benefacere, & quod juſtum eſt, Dei Eccleſiæ non negare: idcirco ego Conſtantia Regis Francorum filia, & quondam illuſtris viri Boemundi Antiocheni Principis uxor, concedo pro anima prædicti viri mei, & mea, parentumque meorum, S. Mariæ Eccleſiæ Juvenacenſi, quæ eſt Epiſcopatus, ubi D. Bernerius, olim noſter Capellanus, nunc autem Dei gratia Epiſcopus præſidet, cunctam decimam re-*



(1) Ughellus Pandonum quemdam, Juvenacenſem Epiſcopum effigit an. 951. doctus, ſeu potiùs deceptus vetuſtiſſimo quodam documento, à Græculo fortaſſis aliquo, cum Græciculis adhuc eſſet hæc regio, Latinæ Literaturæ inſcio, rudiſſimè conſarcinato, cujus vigore à Jo. Archiepiſcopo Canuſino, & Barenſi pluſculæ facultates conceduntur Pandoni in Eccleſia S. Felicis Confeſſoris Juvenacii. Pandonus autem hic exiſtimatus Juvenacenſis Epiſcopus, cui ipſi à Jo. prædicto facultas data ſit ordinandi presbyteros, Diaconos &c. ad regimen præfatæ Eccleſiæ S. Felicis. Sed ex iſto loquendi modo non ſit quidem infallibilis præſumptio, quod inde ſit quis Epiſcopali munere inſignitus, cum in grammaticali ſignificatione ordinare non ſemper collationem Sacramenti ordinis contineat per manus impoſitionem, quæ propria eſt Epiſcopi: aliquando enim ſtatuere, & diſponere denotat, uti & diſtribuere, & ſuo quæque ordine diſponere, nec non curam, magiſtratum, tenoremque perficere. Et hæc ea facultas eſt, quæ Pandoni tribuitur in illa Eccleſia S. Felicis, ut poſſit clerum pro ſuo arbitrio diſponere, ſtatuere, & certo quodam jure patronatus habere ſibi ſubjectum. Ulterius ipſe Pandonus eo elargito diplomate Clericus nuncupatur, quod ſecus eſſet, ſi in gradu pontificiæ dignitatis extitiſſet. Hoc inſuper jus ad ejus filios, & filios filiorum, atque hæredes ſe perpetuum extenditur, quod de Epiſcopo, & Epiſcopali ſucceſſione interpretari nequit, licet de presbytero G. [illegible], & tunc temporis plurimum in his locis Eccleſiæ Latini, & Græcanici ritus eſſent. Ea S. Felicis, ut deprehenditur ex præfato indulto, de jure patronatus erat Pandoni, ejuſque familiæ, & quod expoſtularent ipſius deceſſores, ipſe pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus obtinuit libertatem, & exemptionis in illius regimine. Quod ibi etiam exprimitur poſſe Baptiſmum facere, cenſet eſt, quod ibi poſſit fontem Baptiſmalem habere, & cætera adimplere, quæ ad plenitudinem decoris talis Eccleſiæ ſpectarent: quæ quidem ritè intellecta Pandonum ab hoc Epiſcoporum ordine omnino excludunt. [illegible]. Nec aliter ſenſit Ludovicus Paglia in hiſt. Juvenacenſi noviſſime Neapoli edita, ubi Pandonum urbis Rectorem appellat.

*rerum illarum, quæ noſtro juri pertinent de introitibus noſtræ civitatis Juvenacii, videlicet de animatis & inanimatis, mobilibus, frumento, hordeo, leguminibus, vino, oleo, animalibus, de tributo etiam civitatis, & affedatura affedatorum præſentium, & futurorum. Inſuper pro amore Dei, & ſalute præfati viri mei animæ, & noſtræ, & ut Deus filios meos honorificet, & exaltet; concedo eidem Eccleſiæ habere poteſtatem affidandi quadraginta affidatos, quos Eccleſia Dei ſecurè, & ſine calumnia habeat omni tempore, ſicut curia noſtra nunc habet ſuos affidatos. Concedo etiam eidem Eccleſiæ Presbyteros ejuſdem civitatis, ut amodo præd. Reverendiſs. Præſul, ejuſque ſucceſſores habeant eos in ſua poteſtate, & judicent eos de offenſis, in quibus offenderint. Cui præfatæ Eccleſiæ integram decimam omnium prædictarum rerum, ut dixi, concedo, exemptis legibus, & illis rebus, de quibus decima dari non convenit. Et ut hæc omnia, quæ prædicta ſunt, firma, & ſtabilia omni tempore prænominatæ Eccleſiæ permaneant, ſine contrarietate mea, meorumq; filiorum, & omnium ordinatorum, exactorumque noſtrorum, & omnium hominum, juſſi hoc præceptum ſcribi à Fuſco noſtro notario, & plumbea bulla noſtri tiparii bullari, præfatoque venerabili Epiſcopo vicè nominatę ſanctę Eccleſię dari.*

*† Loco cujuſdam ſigni, &c. Conſtantia adeſt locus † ſigilli.*

IV. 5 URSUS a Juvenacenſium Præſul fuit anno 1124. quo altare Eccleſiæ S. Euſtachii de Padula dedicavit. Hic Anacleti II. Antipapæ aſſecla, à quo anno 1130. ſub protectione ſuſceptus, ac ſequenti privilegio exornatus, ubi diœceſis bona enumerantur.

a Al. Fil.

*Anacletus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Urſo Juvenacenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè promovendis in perpetuum.*

*Ex Apoſtolicæ Sedis officio nobis injuncto compellimur fratribus noſtris Epiſcopis & Eccleſiis à Deo ſibi commiſſis tuitionis, & protectionis noſtræ manum extendere, & ſuam omnibus largiente Domino, juſtitiam conſervare. Ea propter chariſſime frater Urſe Epiſcope, tuis rationabilibus clementer poſtulationibus annuentes, Juvenacenſem B. Mariæ ſemper Virginis Eccleſiam, cui, Deo authore, præſidere videris, beati Petri patrocinio, & præſentis ſcripti pagina duximus roborandam. Quæcunque igitur bona, poſſeſſiones, quæ præfata Eccleſia in præſentiarum juſtè & legitimè poſſidet, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus exprimuntur. In civitate Juvenacenſi, monaſterium S. Mariæ, Eccleſiam S. Salvatoris extra civitatem, Eccleſiam S. Leonis, Eccleſiam S. Sylveſtri, Eccleſiam S. Eugeniæ, Eccleſiam SS. Martyrum Joannis, & Pauli cum pertinentiis earum. Apud Caſtrum Terlitium, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. Mariæ, Eccleſiam S. Nicolai, Eccleſiam S. Luciæ, Eccleſiam S. Juliani cum pertinentiis earum, Caſale Vraſſanum cum Eccleſiis ſuis, Caſale S. Leutii, & Eccleſias ſuas, Caſale Circitanum cum Eccleſiis ſuis, quæcunque præterea in futurum, largiente Deo, juſtis modis poteritis adipiſci firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & integra conſerventur. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, tam tibi quam Clericorum, & pauperum uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit poteſtatis & honoris ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ultioni ſubjaceat: cunctis autem eidem Eccleſiæ juſtitiam ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem prœmia ęternæ pacis inveniant. † Locus ſigni, in quo extant infraſcripta verba, videlicet, Dominus fortitudo plebis ſuæ, in circulo, intus verò, Sanctus Petrus, ſanctus Paulus, Anacletus Papa II. Ego Anacletus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Locus alterius ſigni. Datum Beneventi per manus Saxonis S. R. E. Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, Incarnationis Dominicæ 1130. Indictionis octavæ, Pontificatus autem Domini Anacleti II. Papæ anno primo.*

Simili privilegio idem Urſus anno ſequenti 1131. ab Angelo Barenſi, & Canuſino Archiepiſcopo nobilitatus eſt, eique, ac ſucceſſoribus ſuis conceſſa in Provincialibus Conciliis prima ſedes in hunc modum.

*Angelus Dei gratia Barenſis, quæ & Canuſina eſt, Sedis Archiepiſcopus. Dilecto fratri, & venerabili Urſo Iuvenacio Epiſcopo, & eius ſucceſſoribus in perpetuum.*

*Omnipotentis Dei benignitas ad hoc Barenſis Eccleſiæ moderamen nobis contulit, ut perſonis reverendis honores debitos conferamus, & noſtri Archiepiſcopatus Eccleſiis matricibus antiquis, & dignitates, & poſſeſſiones conſervemus. Et quia Iuvenacina, cui Deo authore, præſides, Eccleſia nullo Metropolitanæ ſedis privilegio, prædeceſſorum tuorum negligentia munita dignoſcitur, intelligibili providentia Eccleſiam prænominatam cum Parochialibus Eccleſiis, & juſtis ſuis omnibus poſſeſſionibus, noſtri decreti pagina confirmari, & communiri poſtulaſti, tuæ itaque fraternitatis petitioni legitimè effectum non denegantes, abſque præjudicio alicujus Eccleſiæ, præſentis auctoritatis decreto tam tibi, quam & ſucceſſoribus tuis, totam Juvenacii Epiſcopatus Parochiam diſponendam, ſemper tenendam, & poſſidendam concedimus, & confirmamus, videlicet Iuvenacium, Terlitium, cum omnibus monaſteriis ſervorum Dei & puellarum, quæ in eorum pertinentiis, ſeu intra ea ſita ſunt, Veaſſanum, Eccleſias S. Leutii, alteram quæ dicitur in Cavallaro, alteram in deſerto, Guaraſſanum, Numinum, Ferulacium, Balenam, Suberitum, Meppaſanum, Circitanum, Caſam maximam Mazsaricum, S Eugeniam S Quiriacum de vinealibus, Sayda, Selice, Saulanum, Cilianum, Valenzanum, Arucce, S. Demitrum, S. Mariam in Lama, Riminianum, Punxillum, Villam, Lacum, Meridianum, Paternum, Villulam, Speluncam, Curſinianum, S. Agatham, S. Nicolaum de Lapeditio, S. Petrum de Caſillis, S. Coſmum de portu, & S Salvatorem. Quæcunque etiam ſupradicta Eccleſia Juvenacina ad præſens, ſeu in poſterum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium poterit adipiſci, tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſemper illibata permanere decernimus; ſed & ſi quando Concilium Provinciale, juxta quod Canones præcipiunt, celebraverimus, primam poſt nos in conſenſu fratrum Cathedram à dextris habere concedimus. Sanè ſi quis in futurum (quod abſit) contra hujus noſtræ auctoritatis inſcriptionem facere tentaverit, ſecundo tertiove commonitus, niſi reſipuerit, à Chriſti, & Eccleſiæ corpore alienus fiat; Conſervantibus autem pax à Deo, & miſericordia præſentibus & futuris ſæculis conſervetur. Actum anno Incarn. Dom. 1131. ſcriptum à Donato Subdiacono noſtro. Angelus Dei gratia Baren. & Canuſ. Archiep.*

Gratioſum deinde diploma Urſus à Rogerio Siciliæ Rege ſuſcepit, quod pro ſalute Rogerii Comitis patris, matriſque ſuæ Reginæ Adelaidæ, animæque ſuæ liberaliter conceſſit anno 1134. Conceſſionis exemplar ab originali ita ſe habet.

*In nomine Domini Dei æterni, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno Incarnationis eiuſdem 1133. Ind 2.*

*Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex, Rogerii I Comitis hæres & filius.*

*Si iuſtæ poſtulatio voluntatis omnibus Dei cultoribus, lociſque venerabilibus ſtudio debet proſequente compleri, illis præcipuè, qui pro culpis & offenſionibus noſtris Dei miſericordiam orationibus inſiſtendo inceſſanter invocant, piis poſtulationibus effectum jugiter impendere debemus. Ea propter Urſe Iuvenacenſis Eccleſiæ venerab. Epiſcope petitionibus tuis clementius annuentes, pro ſalute animæ Patris noſtri glorioſæ mem. Rogerii Comitis, Matriſque noſtræ Adelaidæ Reginæ, & noſtra, noſtrorum denique parentum, donamus, & concedimus, tibi tuiſque ſucceſſoribus, & Epiſcopatui S. Mariæ, cui Domino authore præſides, totam diœceſim ſuam*

*cum omnibus Eccleſiis ſuæ ditioni ubique jure pertinentibus: decimas quoque redditunm omnium Civitatis noſtræ Juvenacii, & ut pariter Eccleſia affidandi quadraginta affidatos poteſtatem habeat, quos Eccleſia omni tempore liberè, atque quiete teneat, & poſſideat. Tibi quoque, & omnes eccleſiaſtici ordinis gradus, Canonicatus, videlicet, & Monachatus in prædicta diœceſi conſiſtentes in prædictæ Eccleſiæ, & tua, ſucceſſorumque tuorum judicatione liberè conſiſtant. Iſta, inquam, prædicta, & omnia alia quoque, quæ prædeceſſorum noſtrorum privilegiis, ſeu donatione jam ſæpè dicta Eccleſia juſte, atque canonicè tenet, & poſſidet, vel quæ in poſterum liberalitate Principum, oblatione fidelium, conceſſione Pontificum poterit adipiſci, concedimus habenda, tenenda, & perpetue jure poſſidenda ſine noſtra, noſtrorumque hæredum, vel ſucceſſorum contrarietate. Si quæ verò, quod abſit, magna humiliſve perſona hujus noſtræ conceſſionis paginam etiam in aliquo violare, vel interrumpere quolibet modo præſumpſerit, ſciat ſeſe compoſituram auri libras decem, medietatem palatio noſtro, &* B
*aliam medietatem parti prænominatæ Juvenacenſis Eccleſiæ, præſenſque decretum priſtinum robur obtineat. Porro ad hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis indicium per manus Vvidonis noſtri notarii ſcribi, noſtroque ſigillo inſigniri juſſimus. Data Salerni per manum Guarini noſtri Cancellarii 12 Kalend. Auguſti anno Regni noſtri 4. adeſt ſignum orbiculare cum verbis circumcinsa, videliset, Ego Rogerius Rex qui ſupra. Rex ſempre vivas, pius & clemens, Domini vas, Hac cruce ſignatum ſtabo, nunquam violatum.*

V. 6 BERTUS ſedit in hac Eccleſia Vvilelmi Regis temporibus, cuius munificentia Juvenacenſis Eccl. inopia ſublevata eſt. In eiuſdem Berti gratiam anno 1172. regium cuſum diploma eſt huiuſmodi.

*In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Vvilelmus divina favente clementia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.*

*Regiæ liberalitatis munificentia ſemper Eccleſias Chriſti ſuo conſuevit benignitatis ſuffragio relevare, & be-* C
*neficiorum muneribus ampliare. Tu itaque Berte venerab. Iuvenacen. Epiſcope fidelis noſter, dum Eccleſiæ tuæ inopiam noſtro conſpectui præſentares, & exponeres, majeſtati noſtræ attentiùs ſupplicaſti, ut concederemus tibi & eccleſiæ tuæ poteſtatem affidandi vigintiquinque homines ad opus ipſius Eccleſiæ. Nos autem petitionibus tuis aures noſtræ celſitudinis inclinantes tibi, & eccleſiæ Juvenacenſi poteſtatem indulſimus ad opus ipſius eccleſiæ vigintiquinque homines affidandi juxta uſum, & conſuetudinem eccleſiarum, & Baronum illarum partium, qui poteſtatem habent homines affidandi. Ad hujus autem noſtræ conceſſionis memoriam, & inviolabile firmamentum, præſens ſcriptum per manus Tancredi noſtri notarii, & bulla plumbea noſtro typario impreſſa juſſimus inſigniri, anno, menſe, & indictione ſubſcriptis. Data in urbe felici Panormi per manus Gualterii Dei gratia vener. Archiepiſcopi Panormitani Regii familiaris, & Matthæi D. Regis Vicecancellarii anno Domin. Incarn. 1172. menſe Julii, Indict. 4., Regni vero prædicti D. noſtri Vvilelmi Dei gratia glorioſiſſimi, & magnificentiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Ca-* D
*puæ anno 7 feliciter. Amen Amen Amen.*

Eodem anno menſe Novembris Raynaldus Barenſis, & Canuſinus Archiepiſcopus præter ea quæ Angelus, ac Matthæus Archiepiſcopi prædeceſſores ſui Juvenacenſi Eccleſiæ contulerant, alia addidit in uſum Berti Epiſcopi, ac ſucceſſorum eius. Tenorem donationis eius, quia facit ad dignitatem diœceſis Juvenacenſis deſcribere viſum eſt.

*Rainaldus Dei gratia Barenſis, & Canuſinus Archiepiſcopus, Vener. Fratri Berto Juvenacen. Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum;*

*Cum Barenſis Eccleſiæ regimen Domino diſponente, quanquam immeritè ſuſceperimus, ea nos oportet diligentia vigilare, & ſuſcepti officii ſtudio ſaſudare, quatenus & Eccleſia nobis (Domino volente) commiſſa operis executione clareſcat, & quæ à prædeceſſoribus noſtris juſtè, ac canonicè facta ſunt, præcipuè quæ ad dilatandam Pontificalis gloriæ dignitatem ſpectare videntur, auctoritatis noſtræ robore debeant (Domino perduce) communiri. Hujus itaque rei conſideratione, Vener. in Chriſto frater Epiſcope, provocati, & ſpeciali, quam ad tuam perſonam habemus, affectione inducti, tuis juſtis poſtulationibus, clementer, & benignè annuimus, & ad exemplar S. recordationis prædeceſſoris noſtri Matthæi Barenſis Archiepiſcopi, Juvenacenſem Eccleſiam, cui (Deo auctore) præeſſe dignoſceris, ſub Barenſis Eccleſiæ, & noſtra protectione ſuſcipimus, & de gratuita voluntate totius Capituli noſtri, præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, eadem Eccl. conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis poſſidet, aut in futurum poterit adipiſci, tibi, & ſucceſſoribus tuis firma ſemper, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Juvenacium, Terlicium, Cicclum, Veaſſanum, S. Leucium in Cavallaro, S. Leucium in deſerto, Guaraſſanum, Numinum, Ferulatium, Balenam, Suberitum, Spielatam, Mappaſaaum, Circitanum, Caſamaximam, Maczaricum, S. Eugeniam, S. Ciriacum de Vinculis, Suidam, Sellaicle, Saulanum, Cillanum, Valenzanum, Aruaicle, S. Demetrium, S. Mariam in Loma, Priminianum, Puczillum, Villam, Lacum meridianum, Paternum, Villulam, Padule, Speciam, Curſinianum, S. Agaten, S. Nicolaum de Lapedizo, S. Petrum de Caſellis, S. Coſmam de Portu, & S. Salvatorem; ad hæc omnes fundos, & caſalia una cum domibus, olivis, & vineis, ſervis, & ancillis, maſſis, & maſſaritiis, molendinis, portubus, montibus planiciebus, & pratis ſimul cum plebibus, ſive etiam omnibus titulis, vel capellis ſuis, & cum omnibus monaſteriis virorum, ſeu faminarum, Grecis, aut Latinis, intus in civitatem, vel de foris, & cum univerſis Ordinibus Eccleſiaſticis, necnon & Parochia tua, & quicquid honoris, poſſeſſionis, ſive dignitatis tu, & eadem Eccleſia juſtè, & rationabiliter poſſidetis, tibi, & ſucceſſoribus tuis præſenti privilegio confirmamus. Et quia Eccleſiam tuam ſpeciali cupimus privilegio decorare, concedimus tibi, & ſucceſſoribus tuis, ut quotieſcunque pro conventu, vel Concilio celebrando, aut ſolemnitatibus, pro quibus ad Barenſem Eccleſiam de jure venire debetis, à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, tu, vel ſucceſſores tui fueritis vocati, primam à nobis ſedem, dexteram videlicet, habeatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia, & integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt in uſibus omnimodis profutura, ſalva Eccleſiæ Barenſis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc paginam noſtræ conſtitutionis ſciens contra, eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam, digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti: quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Et ſigillum plumbeum ejuſdem D. Archiepiſcopi pendens erat ibi, & ipſius ſubteſtatio in hæc verba. Ego Raynaldus Dei gratia Barenſis Archiepiſcopus, & Canuſinus, & ſcriptum erat inferius juxta ſigillum plumbeum in hæc verba.*

*Datum Bari per manum Petri Camerarii, & ſecretarii D. Barenſis Archiepiſcopi, 8. Kalend. Decemb. Indict. 6. Incarnationis Dominicæ anno 1172 Pontificatus vero D. Raynaldi Barenſis, & Canuſini Archiepiſcopi anno ſecundo. Quod ſcriptum publicationis ſcripſi ego, qui ſupra Joannes Paulus publicus Juvenacenſis Notarius, quia interfui, & meo ſigno ſolito ſignavi.*

Locus † ſigni Not. Regalis Juvenacii.

*Rogerius Judex, Nicolaus Jannucii filius.*

Obiit Bertus anno 1178. Salerni & in Cathedrali ſepultus hoc inſculpto ad tumulum epitaphio, quod adhuc extat.

*A nno Domini MCLXXVIII. quinta die intrante menſe Novemb. Indict. xii. hic requieſcit D. Bertus Juvenacenſis Epiſcopus.*

VI. 7 PAULINUS vixit anno 1184. Obiit menſe Auguſti, ita in mortuali Cathedralis Eccleſiæ. (,, *Anno 1191. ſacravit novum Baptiſterium in* ,, *Eccleſia parochiali S. Mariæ extractum, ut docet* ,, *monumentum, quod, teſte Ludovico Paglia, ſer-* ,, *vatur in Chartulario Eccleſiæ SS. Jo. & Pauli* ,, *hujus civitatis.*)

VII. 8 MALDISII Epiſcopi Juvenacenſis mentio in eodem libro, annus tamen non extat.

VIII. 9 URSUS Eccleſiæ Barenſis Primicerius, Juvenacenſis Epiſcopus fuit, obiit anno 1218. ut refert Antonius Beatillus in hiſtoria Barenſi lib 2.

IX. 10 P. *a* fortè PETRUS an. 1226. à Capitulo electus ab Honorio III. Papa meruit confirmari, & vacante Barenſi Eccleſia, commiſit Bituntino, & Melphienſi Epiſcopis, ut eidem munus conſecrationis impertirent, ut ex epiſt. 311. fol. 136. anno 10 Pontif. habetur in regeſt. Vatic.

*a* PALMERIUS Ex citata Paglia, cujus memoriam nt habere adhuc an. 1246.



X. 11 LEONARDUS de Sermineto Monachus Foſſænovæ Ordinis Ciſtercienſis vir laudatiſſimæ vitæ, ac litterarum peritia clarus ab Innocentio IV. poſt diuturnam vacationem ad hujus Eccleſiæ faſtigium promotus eſt anno 1253. de cuius promotione hanc ſcripſit Innocentius epiſtolam ad Henricum Barenſem electum, quæ extat in regeſt. Vat. num. 457. fol. 240. anno 10.

*Marino electo Barenſi, &c.*

C *Cum, ſicut te nobis intimante accepimus, Juvenacenſis Eccleſia, quæ ſuffraganea Baren. exiſtit, longo jam tempore fuerit Paſtoris ſolatio deſtituta, nos volentes eidem Eccleſiæ, ne patiatur in ſpiritualibus, & temporalibus læſionem, de perſona idonea, quæ tanto oneri conveniat providere, diſtrictè tibi per Apoſt. auctoritatem committimus, ut dilectum filium Leonardum de Sarmineto Monachum monaſterii Foſſænovæ Ciſtercienſis Ord. Tarracinæ diœceſis, de cuius honeſtate converſione, & religione conſpicua, & commendata in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectione laudabili nobis teſt. perhibetur, eidem Juvenacenſi Eccleſiæ auctoritate noſtra in Epiſcopum præficias, ac Paſtorem facias à Capitulo, & ſubditis ipſius Eccleſiæ tanquam patri, ac paſtori animarum ſuarum obed. & rev. eidem exhiberi. Contra, &c. non obſtant &c. ſi perſonis ali-*

D *quibus à Sed. Apoſt. ſit &c. quod per litteras Apoſt. inteadimus ſuſpendi, &c. Datum Peruſii* in *Kal Martii anno* 10.

Duæ aliæ epiſt. in eod. regeſt. ſunt ſcriptæ, una ad Capitulum Juvenacenſe, ut Fratri Leonardo de Sarmineto Ord. Ciſtercien. Monacho, Juvenacenſi Epiſcopo electo obediant. *Datum Peruſii 5. Kal. ead. Martii*, altera Tarracinenſi, Caſertanenſi, ac Verulano Epiſcopis ſcripta, ut eidem Leonardo electo munus conſecrationis impendant. *Datum Peruſii Non. Martii eodem anno Pontif.* 10.

De Leonardo habemus, illum fuiſſe Eccleſiaſticæ libertatis infracti animi aſſertorem, nulloque unquam illum extremo diſcrimine vel à juſto, decoroque divelli potuiſſe. Donationes Regum, Principumque Eccleſiæ ſuæ aſſertas curavit ad æ-

A ternitatem in authenticam formam redigendas, & in Epiſcopii Archivio conſervandas. Sibi creditam Eccleſiam ubique, & ſemper ſtrenuè defenſavit, & poſtquam per multos annos illam egregiè, ac ſanctè adminiſtraſſet, defunctus eſt, nec ſine populorum lachrymis in Cathedrali ſepultus: cuius extat præclara memoria in monumentis cœnobii Foſſænovæ, cui nonnulla ad pietatem elargitus eſt.

12 PALMERIUS *b* Juvenacenſis fuit Epiſcopus, tempus tamen quo vixerit ignoratur, de quo tantum mentio habetur in lib. Cathed. Videtur vixiſſe ante fratrem Joannem, vel Salvium.

*b* Hic iſte, de quo ſupra ante Leonardum.

13 SALVIUS Tribunienſis Epiſcopus à Juvenacenſi Capitulo expoſtulatus a Gregorio X. confirmatur anno ſal. 1275. Datum Belguardii 2. Idus Maii anno 4. ita in reg. Vatic. epiſt. 28. fol. 219. XI.

14 Fr. JOANNES de Trano Ord. Minorum Juvenacenſis Epiſcopus Cathedralem Eccleſiam olim à Federico II. Imperatore extructam ſolemni ritu conſecravit anno 1283. die 2. Maii, ut ex ſchedula membranacea paucis ab hinc annis reperta in B demolitione majoris altaris a Julio Maſio Epiſcopo magnificentius reſtituti in hæc verba. XII.

*Dicatum ſeu conſecratum fuit hoc altare ſecundo die menſis Maii ſexta Indictione † In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis conſecratum eſt hoc altare ad honorem Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ Genitricis Dei & D. N. I. ſanctorum Martyrum, & ſociorum ejus, atque Chryſanthi, & Dariæ g. a. no. Coſmæ, & Damiani g. & Proceſſi, & Martiniani g. ac ſanctorum Innocentium, quorum reliquiæ hic poſitæ ſunt à Domino Fratre Joanne Ord. Fratrum Minorum Juvenacii Epiſcopo ſub anno Inc. D. N. I. MCCLXXXIII. menſe Madii ſecunda die ejuſdem vi. Indict. P. D. Mar. P. iv. & Præſidente D. Romualdo Barenſi Archiepiſcopo ann. 1.*

Item alia inſcriptio ibidem reperta fuit ſic ſcripta.

C *Iſtas reliquias SS. Innocentium de partibus Ultramarinis per annum unum ante conſecrationem iſtius majoris Juvenacen. Eccleſiæ Presbyter Matthias filius Madii, quondam Guilelmi de Juvenacio, & reliquiæ vero aliorum ſupradictorum Sanctorum fuerunt inventæ per revelationem a quodam homine laico in Eccleſia S. Euſtachii de Padula, non longè ab hac civitate Juvenacii, & delatæ occultè per eundem laicum ad iſtam majorem Juvenacenſem Eccleſiam per menſem ante dedicationem iſtius Eccleſiæ. Ita inventæ ſunt in iſtis duabus petis, & ſine ſcripto erat diſcernere; idem frater Joannes Juvenacen. Eccleſiæ Epiſcopus. Quæ quidem reliquiæ præter illa videlicet SS. Proceſſi & Martiniani fuerant repoſitę in altari dictæ Eccleſiæ S. Euſtachii in dedicatione Eccleſiæ per manum D. Petri Q. vener. Juvenacii Epiſcopi ſub anno Incarn. D. N. I. 1096. Præſidente D. Elia Archiepiſcopo in Baro. Ita invenit in ſcriptis idem frater Joannes Juvenacen. Epiſcopus † ſigillatum cum ſigillo ſuper. D. Petri Juvenacen. Epiſcopi, cum ſuprad. reliquiis. Reliquię vero SS. Proceſſi & Martiniani martyrum fuerunt poſitæ in dedicatione altaris dictæ Eccleſię S. Euſtachii per manum D. Urſonis Q. Juvenacii* D *Epiſcopi ſub anno Incarnationis D. N. I. MCXXIV. In feſtivitate S. Euſtachii, & ſociorum ejus; quod inventum & ſcriptum idem frater Joannes Juvenacii Epiſcopus, & in modum ſupraſcriptum.* Hactenus ſchedula. in lib. ejuſdem Cathedralis ab ipſo Fr. Joanne anno 130. incœpto, aliqua ad Epiſcopatum Juvenacenſem attinentia notata leguntur. Porrò Joannes iſte Minorita Epiſcopus obiit anno 1321. die 8. Januarii, ut in prænotato libro habetur. Jacet in marmoreo tumulo in Cathedrali, cum habitu, ac tonſura Franciſcani Ordinis, ubi eſt inſcriptio, quam vetuſtarum litterarum ignari haud legere potuerunt, nos eam non vidimus, ſed ex aliorum relatione, hæc enarravimus.

15 JOANNEM de Venetiis, (1) Ordo ignoratur, fuiſſe Epiſcopum Juvenacenſem citatus liber notat. XII

(1) Hunc Joannem Venetum, Ordinis pariter Minorum, Ludovicus Paglia in ſua hiſt. Juvenacenſi præponit Joanni de Trano; ejuſque memoriam extare docet ab anno 1298 ad 1304. quo menſe Junio exceſſit è vivis: ſucceſſoremque deinde excepiſſe Joannem de Trano, qui deceſſit 8. Januarii 1321. Illo vero, qui an. 1283. conſecravit Juvenacenſem Cathedralem, fuit Joannes Venetus.

a Alter infra ſub-ſcudus.

notat. Forte ille *a* reliquit pretioſam inſulam gemmatam, ubi ex acu legitur: A

*Fr. Joannes Italus fieri fecit*
*anno MCCCXLII.*
*Joannes Hiſpanus Epiſcopus*
*inſtauravit anno MDLVI.*

Sed hæc verba mendoſa videntur in anno 1342. cum clare conſtet Jacobum de quo mox dicemus tunc temporis Epiſcopum Juvenacen. fuiſſe, ut ex regeſt. Vatic. erui poteſt. Itaque Joannes iſte de Venetiis vel non fuit hujus Eccleſiæ Epiſcopus, vel alio tempore vixit.

XIV 16 Fr. GUILLELMUS Alveniacus Anglus Ordinis Minorum, quem paulo ante ad hunc Epiſcopatum Juvenacenſem legitimè promotum, jubet Robertus Rex Siciliæ à ſuis Juſtitiariis admitti, & circa recuperationem jurium prædictæ Eccleſiæ fideliter adjuvari. En Roberti epiſtola ex regiſtro Regio ſignato 1329. littera B. fol. 237. quam refert Waddingus tom. 3. Annal. Minorum.

*Robertus, &c. Juſtitiariis Terræ Barii, nec non Officialibus, & univerſis hominibus civitatis Juvenacii præſentibus, & futuris fidelibus ſuis, &c. Cum venerabilis & religioſus vir Fr. Guillelmus de Anglia Ordinis Fratrum Minorum ſacræ paginæ Doctor, Conſiliarius, familiaris, & fidelis noſter ad Epiſcopatum Juvenacen. noviter canonicè ſit promotus, & confirmatus legitimè nos eum alias, & contemplatione præmiſſa, ſincero, & charitativo Domino proſequentes affectu, fidelitati veſtræ mandamus, quatenus in omnibus, quæ ad ipſius Eccleſiæ commodum, & utilitatem ſui Paſtoralis officii rationabiliter ſpectare noſcuntur, circa etiam recuperationem jurium ipſius Eccleſiæ, & ſuorum per conſequens ſi expedit, efficaciter debitis auxiliis, conſiliis, favoribus aſſiſtentes vos prædicti homines, de conſuetis, & debitis tam ipſi Eccleſiæ, quam ejus prædeceſſoribus devotè pareatis, & efficaciter intendatis; præſentes autem litteras poſt opportunam inſpectionem earum præſentanti reſtitui volumus pro cautela. Dat. Caſæ ſanæ ſupra Caſtrum-maris de Stabia per Jo: Grillum, an. Dom. MCCCXXX. penultimo Julii xiii. Ind. Regnor. noſtrorum an. vigeſimoſecundo.* C

Ex his habemus hoc anno 1330. Juvenacii Epiſcopum fuiſſe Guillelmum hunc Anglum, tametſi nec in Apoſtolico Regiſtro, nec in libro Obligationum reperiatur ejus electio, nec annus obitus ejus, qui potuit extitiſſe ante annum 1333. quo Jacobus electus eſt hujus Eccleſiæ Præſul. Vvaddingus lib. de Scriptoribus Ord. Minorum ſcribit hunc obiiſſe Avenione anno 1332. quod benè concordat cum electione Jacobi. Plura ſcripſiſſe Vvillelmum cum eſſet vir doctus habetur apud Pitſeum de Scriptoribus Anglis, & apud eundem Vvaddingum, quem deprædicat virum pietatis, & doctrinæ titulis inſignem, tum in ſacris tum in prophanis litteris optimè verſatum.



D

XV. 17 JACOBUS Morola *b*, ſeu Moronus Juvenacenſis ſucceſſit anno 1333. 17. Apr. promiſit ſolitum ſubſidium ſacro Senatui. Defunctus ſub Clemente VI. anno 1350. cujus majores tempore Federici II. Imp. è Mediolano Juvenacium tranſmigrarunt, cu-

b Cujus familiæ fuerit, ignoratur.

*Italia Sacra Tom. VII.*

A jus etiam inſignia ſpectantur in aula Epiſcopii cum hac inſcriptione.

✠ *Anno milleno centum ter, ac quadrageno*
*Cum quarto Jacobus Præſul probus ædificavit*
*Has ædes ad honorem Baſilicæ Juvenacen.*
*Gratia Papalis cui tunc præfecit eundem.*

(„ *JOANNES poſt Jacobum Epiſcopus erat Ju-* XVI.
„ *venacenſis an. 1342. ut teſtatur pretioſa mitra gem-*
„ *mata, quæ in ſacrario aſſervatur ab eo elargita, &*
„ *poſt ſecula ab altero Joanne inſtaurata, ubi ex acu*
„ *legitur:* Fr. Joannes Italus fieri fecit an. MCCC
„ XLII. Joannes Hiſpanus Epiſcopus inſtauravit
„ 1556. *Non diu ſuperſtes fuit.*

„ *JACOBUS alter Carrubba, Potentinus, quem* XVII
„ *ab ejus gentilitio ſtemmate, Moronæ familiæ com-*
„ *muni nonnulli decepti Moronum appellant, Joanni*
„ *ſucceſſit an. circiter 1343. annoq; inſequenti ædes*
„ *Epiſcopales ædificandas curavit, ut ex ſupra allata*
„ *ab Ughello inſcriptione, quæ ſupra palatii feneſtram*
„ *legitur, patet. Defunctus eſt ſub Clemente VI. an.*
„ *1350. ut teſtatur Ughellus.*)

B

XVIII 18 Fr. RAYMUNDUS Ord. Eremitarum S. Auguſtini ſucceſſor datus eſt Jacobo. Hic ut ſupra narravimus tom. 1. in Epiſcopis Sutrinis cum Hugolinus Epiſcopus Sutrinus ad Eccleſiam ſuam perveniſſet, & in gravem incidiſſet morbum, ita ut mortuus penè judicaretur, relatumque fuiſſet ad Curiam, Sutrinam Eccleſiam vacare à Clemente VI. Sutrinus creatus eſt Epiſcopus, munuſque conſecrationis ab Epiſcopo Card. Albanenſi accepit; cognita deinde veritate de valetudine Ugolini, Raymundus Juvenacenſi Eccl. præficitur Kal. Decembris ann. 1350. ut habetur in epiſt. 48. fol. 54. ann. 9. Clementis in Regeſt. Vatic. Plures annos Raymundus, cum laude prudentiæ rexit Juvenacenſem Eccl. apud quam defunctus, & humatus jacet.

XIX. 19 ANTONIUS (1) Raymundi immediatè ſucceſſor fuit. („ *Hic filius fuit Nicolai Cipolloni, inſtituti Dominicani Aſſecla, an. 1384. ad Feſulanum Epiſcopatum translatus, ubi plura de eo.*)

C

XX 20 NICOLAUS ab Urbano VI. circa annum Dom. 1386. hujus Eccleſiæ præficitur in Paſtorem. Exceſſit è vivis an. 1390.

XXI. 21 FRANCISCUS Rolandinus Epiſcopus Tropejenſis ad hanc Juvenacenſem Eccleſiam transfertur à Bonifacio IX. anno 1390. Sacroque Collegio ſubſidium ſpondit die 22. Maji ejuſdem anni, ac recognovit pro Nicolao prædeceſſore Antonio antepædeceſſore, & Raymundo præantepredeceſſore ſuo, quarum rerum extat mentio in lib. Oblig. ejuſdem Bonifacii.



XXII. 22 GRIMALDUS de Turculis Juvenacenſis Epiſcopus patriæ electus die 14. Octob. 1395. Obiit an. 1433. ut ex Actis Conſiſt. liquet.

XXIII 23 PETRUS Urbevetanus, electus an. 1433. 10. Kal. Junii ab Eugenio IV.

XXIV 24 ANTONIUS tituli S. Chryſogoni Presb. Card. Ilerden. hujus Eccleſiæ fuit Commendatarius anno 1455.

XXV 25 HECTOR Galgane de Averſa factus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus à Calixto III. ann. 1457.



(1) Ab anno 1381. ad 1388. in hac cathedra ſediſſe Joannem è Spinola familia Juvenacenſem teſtatur Ludovicus Paglia in hiſt. Juvenacenſi: quæ tamen cohærere non poſſunt cum relatis ab Ughello, & iis, quæ diximus in 3. tom. in Feſulanis.

die 17. Martii, quo ab Alphonſo I. Rege omnium privilegiorum ſuæ Eccleſiæ obtinuit confirmationem in hunc modum.

*Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, citra, & ultra Farum, Valentiæ, Hieruſalem, Ungbariæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dominus Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilienſis, & Ceritaniæ.*

*Magnifico, & nobilibus viris Jaymo de Caſpu de noſtra Bibliotheca, Dobanario civitatis noſtræ Juvenacii, ſeu ejus Locumtenenti præſenti, & futuro, & D. Stephano Archidiacono majoris Juvenacenſis Eccleſiæ, & Angelo Riccio J.V.D. Dobaneriis quoque terzariæ ferri, nec non Albertino de Padoa Dobanerio Scamnagii dictæ civitatis, & aliis, ad quos de infraſcriptis pertinebit, Conſiliariis, fidelibus noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Noviter pro parte Epiſcopi, Capituli, & Cleri dictæ civitatis fuit majeſtati noſtræ reverenter expoſitum, videlicet. Cum temporibus longè decurſis, quorum memoria hominum in contrarium non exiſtit, Epiſcopatus, Clerus, & Capitulum civitatis prædictæ habere conſueverant decimam integram, & completam de omnibus, & quibuſcunque introitibus dictę Dobanæ, necnon & florenos tres pro Cereo Paſchali, quemadmodum in privilegiis dicto Epiſcopatui, Clero, & Capitulo per dictæ memoriæ retro Principes prædeceſſores noſtros conceſſis, ad quæ nos referimus, aſſeritur contineri. Et poſtquam nos hoc Regnum feliciter obtinuimus nonnullis hominibus tam dictam civitatem incolentibus quam exteris proviſiones annuas ſoper dicta dogana ordinavimus, & gratioſè conceſſimus, & contra dicti epiſcopatus, Cleri, & Capituli privilegia, & conceſſiones denegarit ſibi decimus earum proviſionum, & donationum ſolvere, in damnum maximum & prejudicium dicti epiſcopatus, Cleri, & Capituli, & contraventionum privilegiorum ipſorum; propterea nobis humiliter ſupplicatum fuit, ut ſuper indemnitate ipſorum epiſcopatus, cleri, & capituli debite providere dignaremur. Nos admiſſa contrn ſupplicatione, volentes, prout cordi nobis eſt, jura eccleſiaſtica manutenere, & defendere, nec minus privilegia per prędeceſſores noſtros ipſi epiſcopatui Clero, & capitulo conceſſa ad ungnem obſervare facere, attento quod etiam per majeſtatem noſtram hujus decima, & dicti floreni tres pro cereo Paſchali dicto Epiſcopo, Clero, & Capitulo, ut aſſeritur, perſolvuntur, nec intentionis noſtrę eſt per donationem aliquorum membrorum in aliquo ipſis ſupradictis ſuper ſolutione decimę derogare; vobis Doganerio dicimus, & mandamus, quatenus inſpectis diligenter per vos privilegiis, & aliis cautelis Epiſcopatus ipſius, Cleri, & Capituli, & ſi per ea legitimè invenietis dictam decimam ipſi epiſcopatui, clero, & capitulo ſolvi debere ex introitibus dictę doganę, & quod curia noſtra ex his, quę recepit ex dictis juribus ſoluit decimam dicto epiſcopatui, dictos aſſignatarios ad ſolvendum dictam decimam ipſi epiſcopatui, clero, & capitulo compellatis, ſeu remediis, quibus decet, compelli faciatis, aut vos ex dictis eorum aſſignationibus ipſam perſolvatis, prout unumquemque ipſorum aſſignatariorum pro rata ſuæ proviſionis ſolvere oportuerit. Dantes vobis de certa noſtra ſcientia præſentium vigore licentiam pleniſſimam, & facultatem tribuentes quod impunè valeatis, penes vos ad opus ſolutionis prędictę retinere decimas à quibuſcunque à dicta Dobana aſſignationes habentibus, & de illis dicto Epiſcopatui, Clero, & Capitulo reſpondere junta privilegiorum ipſius continentiam pleniorem; quoniam ad veſtri cautelam mandamus magno hujus Regni Camerario, ſeu ejus Locumtenenti, Pręſidentibus, & Rationalibus Camerę noſtræ ſummariæ, ſeu aliis quibuſvis à vobis compoſitiones audituris, quatenus adveniente veſtri ratiocinii tempore, & vobis reſtituentib. apodixis, quas pro decimis per vos ſolvendis habueritis, una cum tranſumpto præſentium, illas in veſtris recipiant computis, & admittant abſque nota cujuſlibet quæſtionis. Nec non dicimus, & mandamus vobis dobaneriis, & unicuique veſtrum, quod de introitibus dictorum membrorum dobanæ, piscaſcannagiæ, & terzariæ ferri, integram decimam, dicto Epiſcopatui, Clero, & Capitulo ſolvatis, ſeu unuſquiſque veſtrum pro rata introituum, ſeu membri ſolvat, prout juſte, & rationabiliter tenemini, & per eorum privilegia obligati eſtis. Et contrarium non faciatis, nec faciant, quantum gratiam noſtram caram habetis, & habent, ſi iram, indignationem, & pœnam ducatorum duorum mille cupitis, & cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus, magno majeſtatis noſtræ ſigillo impendenti munitas, quas per earum opportunam inſpectionem ſingulis vicibus volumus eſſe, ut præſentanti efficaciter in antea valituras.*

*Datum in Caſtello-Novo civitatis Neapolis die 15. menſis Aprilis, 5. Indictionis, anno à Nativ. Domini 1457. Regnorum noſtrorum anno 42. hujus vero citerioris Siciliæ Regni 23. Rex Alfonſus.*

*Locus † ſigilli Regii pendentis, &c.*

Obiit anno 1462.

26 MARINUS Morula, ſeu Moronus, patriæ Epiſcopus delectus eſt a Paulo II. anno 1462. ſub Sixto IV. tranſlatus (1) ad Eccleſ. S. Agathę 12. Kal. Octobris ex Archidiacono Calinenſi, exceſſit ſub eodem Sixto. XXVI



27 PETRUS Racanatus a civis Rom. Epiſcopus reperitur anno 1471. Hic fratrem habuit Bartholomęum Ferdinandi Regis Conſiliarium, & Secretarium, in cujus gratiam hoc dedit diploma Rex ipſe ad favorem Juvenacenſis Eccleſiæ anno 1473. XX VII.

a De quo Calcagnius in hiſt. Recinet. p. 301. Mandoſ.

*Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ; Nobilibus viris quibuſcunque Commiſſariis, Capitaneo civitatis Juvenacii, necnon Electis, & ordinatis civitatis ipſius præſentibus, & ſucceſſivè futuris, ad quos præſentes pervenerint, vel fuerint quomodolibet præſentatæ, gratiam, devotionem, & bonam voluntatem.*

*Licet Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ, tam de jure divino, quam humano, & meritò multis privilegiis fulgeat, & favoribus circumfulta ſit; tamen Principes pro tempore exiſtentes non ſolum illis derogare nolunt, neque etiam diminuere, verum etiam augent, cumulantque pro poſſe in Dei honorem, ſanctæque Religionis augmentum, ne quod à Deo, Pontificibuſque ejus Vicariis in terris ſancitum, & conſtitutum eſt, derogari, vel impugnari videatur, & tanto gratiori animo favent, quanto Prælati, vel inferiores perſonæ Principibus ſunt gratiores. Nos autem attendentes ſervitia plurima, & diverſimodè impenſa in omni temporum genere continuatione laudabili per magnificum Bartholomæum de Racaneto olim Conſiliarium, & Secretarium noſtrum dilectum. Nec non per Rev. Patrem P. Epiſcopum Juvenacenſem ejus fratrem, quæve per ipſum Epiſcopum Presbyterum in futurū ſperamus inceſſanter non ſolum ipſum, ejuſque ſubditos in privilegiis de jure conſiſtentis confirmare volumus, & intendimus; ſed etiam gratiis à nobis emanantibus munire, & ornare conſtituimus, ut*

(1) Hunc Marinum ad Eccleſiam S. Agathæ tranſlatum ſcribit Ughellus, ſed nomen, tempus, & patria ab eo, qui Agathenſi præpoſitus fuit, omnino diſſonant ab hoc Marino; nec ipſe Ughellus ibi eum cum Juvenacenſi commiſcet. Laurentius.

*ut gratitudinis officio in ſubditos uti videamur. Sanè proparte Reverendi Epiſcopi prædicti fuit nobis humiliter expoſitum, quod Capitaneus ad præſens conſtitutus, non habens ad Deum, neque ad ejus fidem, & religionem aliquem reſpectum, in contemptum jurium, & cenſurarum, Clericos cujuſcunque Ordinis, aliquibus quæſitis coloribus capit, in carceremque recludit, eoſque componit, ut laicos, contra omnem honeſtatem, & Romanæ Eccleſiæ libertatem, necnon eorum animalia, & ipſi Epiſcopo, & Eccleſiæ ſervientes. Ex quo ſignificavit humiliter, ut ejus indemnitati, & ejus Eccleſiæ, & ſubditorum detrimento providere dignaremur. Ne de cętero officiales Juvenacii pro tempore exiſtentes in contemptum fidei talia exceſſiva, & enormia committere præſumant; Nos autem ejus ſupplicationibus benignius inclinati, Eccleſiaſtica jura augere cupientes, non minuere, vobis & unicuique veſtrum in ſolidum Commiſſariis, Capitaneo, & Ordinatis, ſeu electis præſentibus, & futuris committimus, & mandamus ſub pœna, & ad pœnam ducatorum mille à quolibet contrafaciente exigendarum, & noſtro fiſco applicandarum pro unaquaque vice, quatenus de cætero Clericos Juvenacenſes, & ipſius diœceſis, omneſque eccleſiaſticas perſonas, necnon animalia eorum, & ipſi Epiſcopo, & Eccleſiæ ſervientes, pro quibuſvis cauſis tam civilibus, quam criminalibus realiter, vel perſonaliter quovis quæſito colore, vel cauſa capere, carcerare, citare, ſeu moleſtare in perſonis, vel bonis non debeatis, & ſi aliquem cepiſtis, vel carceraſtis de ipſis etiam pro quocunque delicto civili, vel criminali, illos, ſeu illum ad ipſum Epiſcopum, tanquam eorum Judicem ordinarium remittatis, amplius vos in prædictis non intromittentes. Et contrarium non faciatis, nec fieri permittatis pro quanto gratiam noſtrum caram habetis: ſi iram & indignationem, ac pęnam prædictam cupitis non ſubire: præſentibus autem poſt opportunam inſpectionem earum ſingulis vicibus, præſentanti remanſuris. In cujus rei teſtimonium præſentes exindè fieri, & magno Majeſtatis noſtræ ſigillo pendenti juſſimus communiri. Datum in civitate Sarni per magnificum virum Albaſium Aquoſa Locumtenentem ſpectabilis, & magnifici viri honorati Gajetani de Aragona Fundorum Comitis, hujus Regni Logothetæ, & Protonotarii, Collateralis, Conſiliarii fidelis noſtri plurimum ſincerè dilecti. Die ſeptimo menſis Martii, anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio.*

*Rex Ferdinandus.*

Adſuit Petrus inter plures Epiſcopos Romana in aula, quando Innocen. VIII. anno 1484. Leopoldum Marchionem Auſtriæ ſolemni ritu inter Sanctos adſcripſit. Defunctus eſt circa annum Domini 1496. De quo nulla adeſt memoria præter hanc in aula Epiſcopii.

*Erexit Jacobus, finem mihi ſanguine clarus*
*Inde Racanata Petrus ab urbe dedit.*




XXVIII. 28 JUSTINUS Planca nobilis Juvenacenſis origine Romanus ſucceſſit Petro anno 1496. vixit in hac ſede annos 22. & cum nuncium dignitati remiſiſſet, vix elapſo anno fato ceſſit ann. 1518. jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

*D. O. M.*
*Juſtino de Planca*
*Patritio Juvenacenſi*
*Et vetuſto Rom. Plancarum genere*
*oriundo*
*Qui ab Alexandro VI. Pont. Max.*
*ad Patriæ Epiſcopatum electus*
*id munus xxii. annorum ſerie*
*laudabiliter pieque explevit.*
*Obiit anno Domini MDXVIII.*

29 LAURENTIUS Card. Puccius a hujus Eccleſię perpetuus adminiſtrator conſtitutus eſt à Leone X. anno 1517. die prima Aprilis, („ *qui mox ad* „ *favorem ſequentis reſignavit ſibi reſervato jure* „ *regreſſus.* XXIX.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 317.

„ *JACOBUS Teamarinus, nobilis Juvenacenſis,* „ *ex libera ceſſione Cardinalis Puccii vix electus patriæ Antiſtes, nondum inauguratus ad Polymnianenſem tranſiit 21. Auguſti 1517. rediitque adminiſtratio ad Card. Puccium, qui in eodem Conſiſtorio aſſenſum præbuit, ut huic Eccleſiæ provideretur de perſona Marcelli Plancæ. Jacobus ipſe non enumeratur in ſerie Ughelliana ſilentio obvolutus, quia vix dictus Juvenacenſis Præſul aliò translatus eſt. De ejus electione Juvenacenſi lapis honorarius eloquitur in Cathedrali, quem ipſi excitarunt ejus gentiles.* Lucentius.) XXX

30 MARCELLUS Planca b Juvenacenſis cedente Cardinali Puccio, ad hanc Eccleſiam vocatus eſt die 21. Auguſti anno 1517. Sedit laudabiliter annis 12. Exceſſit in anno 1528. Jacet in Cathedrali prope Juſtinum prędeceſſorem, affinemque ſuum ad ſepulchrum una cum gentilitiis inſigniis, ubi hæc inſculpta legitur inſcriptio. XXXI.

b De Caſablanca inſcribitur in Schedis Conſil.

*D. O. M.*
*Deo Trino & Uno. Marcelli de Planca Patritii, & Epiſcopi Juvenacenſis oſſibus, & memoriæ Poſ. Æquanimitate, & temperantia difficillimis temporibus Epiſcopatum tenuit. Obiit anno ſalutis MDXXVIII.*
*Præſulatus ſui xii.*

31 LUDOVICUS Furconius vir egregiis moribus, atque virtutibus ornatus diu hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit c, ac tandem octuagenario major onus dimiſit liberè die 28. Octob. 1549. pauloque poſt deceſſit in patria, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ de Pagamia, hoc epitaphio ad ejus tumulum inſculpto. XXXII.

c Electus 4. Decemb. 1528.

*D. O. M.*
*Ludovicus Furconius Aquilanus, Epiſcopus Juvenacen. & morum probitate inſignis, & divini, humanique juris conſultiſſ. Ann. vixit lxxx. longè plures in eorum victurus animis quos aut præſentes beneficiis, aut futuros ſui deſiderio devinxit. Ob. iii.*
*Non. Auguſti M. D. L.*

32 JOANNES Antolices Britianus de Ribera Hiſpanus, ex Regia præſentatione Juvenacenſem Epiſcopatum obtinuit à Paulo III. an. 1549. die 28. d Octobris. Præfuit laudabiliter annis plus minus 25. laboribus, & ſenio feſſus hanc liberè dimiſit Eccleſiam, pauloque poſt Neapoli obiit. Interfuerat Concilio Tridentino, ad cujus normam Clerum reformavit, ac civitatem in Parochias diſtinxit, menſæ Epiſcopalis redditus auxit, vetuſtum cœnobium Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti ex littore maris, ut tutius virginibus ſacris foret, intra mœnia traduxit apud Eccleſiam Ss. Joannis, & Pauli, ubi & novum cœnobium diruto vetuſto conditum eſt. Supra fores ejuſdem Eccleſiæ hæc proloquitur inſcriptio. XXXIII.

d Die 28. Octob.

*Templum D. Jo. Baptiſtæ cum monaſterio Reg. D. Benedicti dirutum ex littore, ut à Turcis cum civitate, & ſacris virginibus tutius foret huc translatum eſt, & ut commodiorem formam acciperet cum Eccl. SS. MM. Joan. & Pauli conjunxit Joannes Hiſpanus Epiſcopus Juvenacenſis anno ſalutis MDLIII.*

Alia

Alia legitur inſcriptio ad parietes Eccleſiæ ſancti Jacobi Apoſtoli. A

*Hoc ſacellum Divo Jacobo dicatum Eccleſias ſancti Jacobi, ſancti Joannis Apoſtoli, & ſancti Martini dirutas, facultate à ſacro Concilio Tridentino conceſſa tranſtulimus juribus earundem patronatibus in eodem conceſſis, & reſervatis, Joannes Epiſcopus Juvenacenſis MDLXXII.*

Incolunt hanc ædem puellæ, ubi piè educantur, vel ad cœnobiticum inde inſtitutum, vel ad matrimonium amplexandum jure, & tutela Juvenacenſis Epiſcopi. Joannes verò invicti animi vir, ac Eccleſiaſticæ immunitatis acerrimus vindex ſucceſſoribus ſuis plura pietatis ſuę exempla reliquit.

XXXIV 33 SEBASTIANUS Barnaba Neapolitanus ad Regiam Philippi II. præſentationem Juvenacenſis evaſit Epiſcopus die 25. Julii 1574. Septem annos bene hanc rexit Eccleſiam, & ad Potentinam translatus eſt die *a* 30. Octob. de quo hæc memoria legitur in Epiſcopio. B

*a* Die 17. Augusti 1590.

*Sebaſtianum Barnaba Epiſcopus & Patritius Juvenacenſis.*

In Cathedrali Chriſto Cruci affixo ſacellum erexit, cui ad expiandas fidelium animas perpetuam indulgentiam elargitus eſt Gregorius XIII. Pont. Max.

XXXV. 34 LUCIANUS de Rubeis Siculus Pactenſis utriuſque juris doctor Neapoli aliquandiu vixit, inde Romam apud Cardinalem Sanſeverinum, poſt Hiſpaniam peragravit, ibi titulo Regii Sacellani cohoneſtatur, atque Nuncii Apoſtolici in Hiſpaniis Auditor eſt effectus, mox Epiſcopus Juvenacenſis die 30. *b* Octob. 1581. ubi cum ſediſſet annis octo ad Mazarienſem Eccleſiam in Sicilia anno 1589. tranſlatus eſt, in qua poſt plurima ſuæ pietatis relicta monumenta fato functus eſt, 28 Octobris 1602. ejus corpus in Cathedrali humatur, de quo hæc pauca ex multis libet enarrare ex Roccho Pyrro in Notitia Mazarien. Eccleſiæ.

*b* Die 20. Octob.


*Præpoſita deberet eſſe omnibus præſulibus tanquam in imagine deſcripta vita Luciani, in qua velut in ſpeculo refulget ſpecies regiminis, & forma virtutis; hinc ſumerent exempla vivendi, quid deſfugere, & quid tenere deberent: in corde humilis, verbis gravis, animo prudens, in loquendo parcus, in legendo ſtudioſior, benè velle omnibus, fugere jactantiam, rationem ſequi, amare virtutem ſemper viſus eſt, ſuam perluſtrando diœceſim &c. hęc omnia cum eſſet Juvenacii Epiſcopus egiſſe bonus præſul credendus eſt, cum apud Juvenacenſes vigeat ejus claræ virtutis ſuavis memoria.* C

XXXVI. 35 JOANNES ANTONIUS Viperanus *c* Siculus Meſſanenſis inſignis Theologus & eruditione vir clarus, ſed præcipue humilitatis virtute cæteriſque virtutibus Chriſtiano ſacerdoti dignis clariſſimus, ex Philippi II. Regis dilectione Juvenacenſis Epiſcopus declaratus eſt à Sixto V. Pontifice anno 1589. *d* Plura reliquit ſui ingenii monumenta, ac præcipuè ut erat beatiſſimæ Virgini Mariæ ſumma devotione devictus, ſcripſit in ejus honorem oden & elegiam devotiſſimam. Vixit in hac dignitate ſemper idem annis penè 23. ac Martio menſe anno 1610. valedixit huic mortali ſæculo, ſepultus in Cathedrali in ſacello Crucifixi, nulla proloquente inſcriptione, ſed Julius Maſus ſucceſſor in memoriam tanti viri ſequentem in marmore prope ſepulchrum Jacobi Framarini inſcribi juſſit. D

*c* De eo [illegible] in Bibl. [illegible] p. [illegible] Mongitorius in Bibl. Sicula tom. 1. p. [illegible] & Marracius in Bibl. Mar. par. 1. p. 685. Mandoſ.

*d* Die 17. Maii.

*Glor. & Hon. Deo & lux perpetua luceat ei cujus cineres hic quieſcunt, Jo. Antonius Viperanus Meſſanen. doctrina & integritate conſpicuus de Philippi II. Hiſpan. Rege optime meritus ad ejuſdem Regis nominationem Juvenacenſis Epiſcopus à Sixto V. Pontifice Maximo creatus, qui plurium ſcientiarum libros edidit, populumque verbo & exemplo inſtruxit XXIII. anno ſui præſulatus ſenio confectus obdormivit in Domino Anno MDCX.*





36 GREGORIUS Sanctacrucius Monachus Caſinenſis à Paulo V. Epiſcopus Draconenſis, & coadjutor cum ſpe futuræ ſucceſſionis Antonii Viperani electus anno 1608. eo defuncto ſucceſſit; nec diu Pontifex fuit; deceſſit enim eodem an. 1610. menſe Novembri. Sepultus jacuit in ſacello Cruci affixi, quouſque à Julio Maſſio ſucceſſore ejus oſſa tranſlata ſunt in chorum ejuſdem Cathedralis, & ſequenti inſcriptione exornata. XXXVII

*Sit laus Deo, & requies animæ Gregorii Sanctacrucii Epiſcopi Draconenſis qui omni officio, ac humanitate coadiutoriam Juvenacenſ. Eccleſiæ triennio adminiſtravit, mox ejuſdem Epiſcopus effectus VII. menſe poſt acceptum munus intempeſtive deceſſit Anno MDCX.*

Vacavit Sedes Juvenacenſis poſt Gregorii obitum annum unum, de quo nulla alia memoria extat præter hęc ſupra quandam feneſtram Epiſcopii.

*Gregorius Sanctacrucius Monachus Caſinenſis inſtauravit.*





37 JULIUS Maſus Tuſcus nobilis Florentinus, ſed virtute & clara in Deum pietate nobilior ad Juvenacenſem Eccleſiam evectus die 18. Martii 1611. à Paulo V. Papa ex pręſentatione Philippi III. Regis Hiſpaniarum, cujus erat charus, viginti ſeptem omnino annis hanc ſumma cum ſui nominis laude rexit Eccleſiam, tranſlatuſque eſt ad Monopolitanam Eccleſiam anno 1637. Hic ſtatim ac Juvenacium venit totum ſe ad exornandam Cathedralem, Epiſcopium, ac diœceſis Eccleſias dedit, cæteroſque anteceſſores ſuos laudabili æmulatione in iis operibus illuſtrandis egregie ſuperavit. Fundavit, & extrui curavit extra urbem Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Miſericordia, quam redditibus auxit in ſuæ animæ expiationem. Epiſcopale palatium, ac villam Sancti Martini à Joanne de Rebiba inchoatam abſolvit, Patres Capuccinos recepit, primumque lapidem jecit eorundem Eccleſiæ ſub titulo ſancti Caroli. In Cathedrali ornavit ſacellum Crucifixi, alterumque è regione erexit in honorem Beatiſſimæ Mariæ Virginis Lauretanæ, cui erat ſumma devotione aſtrictus. Fontem ſacri Baptiſmatis decentiori loco tranſtulit, ac magnifice novum ſubſtruxit, in quorum memoriam in marmore hæc appoſita ſunt verba. XXXVIII.

*Julius Maſſius Florentinus Epiſcopus Juvenacenſis, Regiuſque Conſiliarius ſacello*

à den-

*à dexiris amplificato altero à ſiniſtris funditus erecto, portam hunc aperuit fontemque Baptiſmatis tranſtulit, ut Dei Eccleſiam primo ingreſſuris per ſacramentum tranſeundum innoteſcat.*

Majus altare, odæum, Epiſcopalem thronum eminentiori loco ac decenti ab ipſo exornato tranſtulit: oſſa ſuorum prædeceſſorum ſparſim jacentia collegit, ac decentiori in tumulo, quod etiam ſibi ipſi paraverat, incluſit, & titulum poſuit.

*Deo & Beatæ Mariæ Aſſumptæ.*
*Julius Florentinus Epiſcopus Juvenacenſis templum ad Dei cultum exornavit, prædeceſſorum Epiſcoporum corpora ſparſim indecenter jacentia, ut qui pontificali dignitate eluxerunt inſigniori loco tumularentur pietatis ergò collegit ſibique de futuro cogitans monumentum vivens paravit.*
*Anno MDCXVIII. Pontificatus ſui viii.*

Ad decentius conſtituendas Sanctorum reliquias ab eo inventas in altaris maximi tranſlatione loculum ſupra Epiſcopalem thronum extruxit, ac marmore exornavit, ut populo devotè oſtenderentur. Scriptum reliquit Maſius inventionis tempus modumque, & eo in vaſculo, ubi inventæ fuerant repoſuit ejuſmodi. *Reliquiæ poſitæ intus capſulam hanc, inventæ fuerunt in medio altaris majoris in coexiſtentes ſub ſepulchro ſeu ſigillo conſecrationis ipſius, quod credebatur totum conſecratum, ſed cum fuerit à reverendiſſimo Domino Julio Maſio Florentino hujus Eccleſiæ Epiſcopo, & electo Monopolitano pro majori cautela ſupra poſuit unum altare portatile ex viginti ab eo conſecratis die tertia Pentecoſtes, quæ fuit vigeſima ſexta Maii MDCXXVII. præſulatus ſui anno 17. pontificatus S. D. N. P. Urbani VIII. anno 4. præſidente Illuſtriſſimo Domino Aſcanio Geſualdo Archiepiſcopo Barenſi, regnante ſereniſſimo Philippo Rege Catholico.* Cæterum poſt deceſſum Maſii Præſulis ab hac Eccleſia ad Monopolitanam tranſlati, Sedes Juvenacenſis decem integris annis vacua fuit. Julius vero cujus æterna memoria erit apud Juvenacenſes Monopoli mortem obiit anno 1637.

XX XIX 38 CAROLUS Maranta, *a* Neapolitanus, nobili gente natus Venuſina, quæ viros toga & ſago illuſtres protulit, patrem habuit Robertum juniorem, inſignem in urbe Neapolis Advocatum, Pomponii filium, cujus meminit Marcus Mantua ejus magiſter in libro de viris illuſtribus, Valentinus Foſterus in hiſtoria Juris Civilis. Pomponii pater Caroli proavus fuit Robertus ſenior, author libri cujus titulus Lumen & Speculum Advocatorum vulgò practica Marantæ. Lucius Maranta Roberti filius evaſit Epiſcopus Lavellenſis, & Fabius Calvi Epiſcopus Caroli patruus patriam & gentem illuſtrarunt. Carolus majorum virtutes imitatus I. V. D. & ipſe clariſſimus Neapoli cauſarum patronus. Romæ diu S. Officii Conſultor plura edidit ſui ingenii monumenta; ex regio deinde ſacellano, ad regiam præſentationem ab Urbano VIII. Pont. Max. delectus eſt Juvenacenſis Epiſcopus die 7. Septembris 1637. ſolemni ritu eodem anno Juvenacium ingreſſus, Cathedralem Sanctorum Ispianis Juſti, Felicitatis & Perpetuæ martyrum ditavit. Synodum habuit quam una cum ſalutaribus decretis publici juris fecit, primum lapidem poſuit Eccleſiæ non longe à mœniis civitatis in honore ſanctæ Mariæ, ſanctorum Juſti Martyris, Caroli & Philippi excitatæ egregiaque virtute & incomparabili conſtantia immunitatem Eccleſiaſt. propugnavit, pro qua non ſemel ab Eccleſia exulare juſſus invicti præſulis poſteris exemplar futurus, invictè ſe geſſit, cujus laudes, ne ejus modeſtiam oneremus, delibaſſe ſufficiat. Interim Deum Optimum Maximum ut diutius illum incolumem ſervet rogamus, qui hoc an. 1657. *b* menſe Novemb. tranſlatus eſt ad Tropejenſem Eccleſiam in Calabria.
(„ *Anno 1644. typis dedit apologeticum tractatum* „ *de juribus Eccleſiæ Juvenacenſis.*)

*a* De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 59. Mandoſ.
*b* Die 24. ſeptemb.

„ *A D D I T I O.*
(„ Fr. MICHAEL *Angelus Vaginari, ex ordine* XL.
„ *Fratrum Minorum Obſervantium ad hanc ſedem*
„ *evehitur 9 Junii 1659. Poſſeſſionem iniit die 16. Ju-*
„ *lii 1659. Pauperes largis, & continuis juvit elee-*
„ *moſynis, & ſuo tempore erant innumeri. Epiſcopale*
„ *palatium, & Minorum Conventualium domum re-*
„ *ficere cœpit. Contra illos oppidi Terlitii, qui ſe*
„ *nullius aſſerebant, ſua jura acerrimè propugna-*
„ *vit. Gravibus autem vexatus morbis Neapolim*
„ *contendere coactus fuit, contra quos medicam ex-*
„ *pertus inanem operam ad plures ibidem abiit an.*
„ *1667. ſepultusq; fuit in D. Mariæ Novæ ſui ordinis.*
„ Fr. AGNELLUS *Alferius, item Neapolita-* XLI
„ *nus, & ex eadem familia Minorum Obſervan-*
„ *tium, poſt omnes honorum gradus intra clauſtra*
„ *hanc eccleſiam regendam ſuſcepit 18. Martii 1671.*
„ *cujus poſſeſſionē cœpit die 10. Maii ejuſdē anni. Con-*
„ *ſtitutionibus ſui ordinis etiam Epiſcopus uſque ad*
„ *obitum paruit, paupertati ſemper largiſſimè opitu-*
„ *latus fuit. Singulis diebus feſtis pueros omnes ſuæ*
„ *diœceſis in proprio palatio congregatos Chriſtiana*
„ *imbuit doctrina. Cathedralem reſtauravit, tribu-*
„ *nam novo lectorio opere exornavit, auro etiam,*
„ *& picturis Divorum Tutelarium, & illorum, quo-*
„ *rum lipſana in ea civitate colantur effigies expri-*
„ *mentibus nobilitando mille, & amplius aureorum*
„ *impendio. Collegium puellarum nobilium D. Ja-*
„ *cobi, & Epiſcopale palatium refecit, Eccleſiam*
„ *P.P. Capuccinorum ſacravit. In lite contra cives*
„ *Terlitii, pro qua diſpendium non minus 12. mil-*
„ *le aureorum perpeſſus fuit tribus Rotalibus ſenten-*
„ *tiis obtinuit, eſſe obnoxios viſitationi Juvenat.*
„ *Præſulis, quare ſe illuc Eccleſiaſtica, qua debebat,*
„ *majeſtate contulit, clerumque illum reformavit.*
„ *Gravi morbo tandem implicitus peculiari ſancti-*
„ *moniæ fama ſpiritum creatori reddidit die 11. Au-*
„ *guſti 1692. ſepultus fuit in ſua æde principe inter*
„ *publicas lacrymas ſolemniter, ut nuſquam antea,*
„ *ſacriſque eo die operatus fuit Epiſcopus Liquedo-*
„ *nien. & in ejus ſepulchro hæc extat inſcriptio:*
„ Agnello Alpherio hujus urbis amantiſ-
„ ſimo Præſuli doctrina, munificentia,
„ pietate omni ferè virtute incomparabi-
„ li viro Dominicus Chyurlia amico be-
„ nemerēti ad memoriam perpetui nomi-
„ minis hoc monum. poſuit an. ſal. 1692.
„ Fr. HIACYNTHUS *Cajetanus Chyurlia Al-* XLII
„ *ferio ſucceſſit die 24. Aug. 1693. Præſul undequaq;*
„ *clariſſimus. Si generis nobilitatem ſpectas, ſua gens*
„ *Romana Conſularis in Orientem cum Magno Con-*
„ *ſtantino Helenæ filio deſcenderat, ubi ſemper in*
„ *gratia ſucceſſorum Cæſarum perſiſtens primis ho-*
„ *noribus, ac dignitatibus in Græco imperio ſemper*
„ *laudabiliter functa fuit, donec iiſdē Auguſtis quaſ-*
„ *dam Provincias in occidente ditione prementibus*
„ *in Apulia, quæ ipſis mortem gerebat, an. 1085. per-*
„ *venit, ubi per eum, qui Elias dicebatur cum præ-*
„ *nomine Kyri, quod Dominus latinè ſonat, nec niſi*
„ *proceribus, & regii etiam ſanguinis tribuebatur,*
„ *dicta fuit è duobus uno corcapto efformato vocabu-*
„ *lo Chyurlia. Barii reſedit, in cujus nobiliſſimarum*
„ *familiarum cœtu cum reliquis Græcanicis conſcri-*
„ *pta ſemper primo loco habita fuit. Illam magnope-*
„ *re illuſtravit Robertus Chyurlia à conſiliis Caroli*
„ *primi utriuſq; Siciliæ Regis, & magnus regni Pro-*
„ *tonot. munus, quod eo tempore ampliſſimum ſumma*
„ *auth. non ut in præſens ſerebatur, cujus ſepulch.*
„ *adhuc extat in D. Nicolai de Bario cum hac inſcr.*
„ Expletis numeris Robertus Kyri Eliæ
„ Hic jacet extremo functus honore die.
„ Hic fuit & Regis Conſultor, & omnia ſolus
„ Et ſibi dum vixit, favit uterque Polus
„ Poſt obitum faveant ſua ſic felicia fata,
„ Qui loca poſſideat hac ſibi morte data.
„ *Sub Carolo II. Rege Biſecti civitatem, Modu-*
„ *neum, pluri maque alia feuda Comitis titulo eadem*
„ *gens poſſedit. In Juvenatio poſtea ſedem fixit*
„ *anno 1540. ubi illico ad illius nobilitatis honores*

ad-

A ,, admiſſa fuit , gaudente inclyta Urbe in ſuo cœtu
,, hujuſmodi familias excipere . Nicolaus Chyurlia
,, feudorum dominus , & Beatrix Giannone Alitto ,
,, è primis Butunti familiis genitores Hiacynthi E-
,, piſcopi fuerunt , fraterque germanus Dominicus
,, Comes Roccæ forzatæ per Juditham patritiam
,, Butuntinam , è regia autem Hiſpana gente Arbor-
,, querque , cujus ramus Butunti reſedit , pater Ni-
,, colai Junioris Marchionis S. Lizzani Equitis D.
,, Jacobi de Spata , qui ab Hippolyta de Luca patri-
,, tia Melphictenſi ſuſcepit Franciſcum Comitem
,, Roccæ forzatæ, & Fratrem Dominicum Equitem
,, S. Joannis Hieroſolymitani raræ indolis juvenes
,, in Clementino ſeminario Romæ educatos . Si pie-
,, tatem attendere velis , vix adoleſcens Hiacynthus
,, ditiſſimæ domus commoda , ac delicias in ætate ,
,, quæ facillimè ipſis irretitur , aſpernans Evange-
,, licam paupertatem profiteri voluit in ſacro ordine
,, Prædicatorum , in quo ſanctiſſimis moribus , ac
,, ſcientiis omnibus inſtructus , in divinitate laurea-
,, ri meruit . Epiſcopus hujus Eccleſiæ renunciatus
B ,, totus in ipſa eſt , quam ſumma vigilantia , pari-
,, que erga pauperes miſericordia gubernat , quibus
,, ſemper , & maximè penuriæ temporibus aut fru-
,, mento , aut pecunia opportunè opitulatur . Con-
,, gregationes Sacerdotum excitat , quæ bonum ani-
,, marum procurant , quarum actuoſior eſt illa in D.
,, Mariæ de Conſtantinopoli , quæ Marianum pen-
,, ſum quolibet die dominico recitat , & poſt veſpe-
,, ras ſpiritualibus exercitiis populum detinet , in-
,, ſtruit , ad pietatem acuit . In majori hebdomada
,, auguſtiſſimum altaris Sacramentum pro oratione
,, quadraginta horarum publicè exponit incredibili
,, populi frequentia . Huic piiſſimo cœtui patrocina-
,, tur in præſens unus ex ipſius ſodalibus Franciſcus
,, Paulus Bellacoſa doctrina , prudentia , pietate
,, ſacerdos verè præclarus . Pium pariter Epiſcopus
,, meditatur opus pro puellabus Orphanis , quod vul-
,, gò , il monte della Carità , cujus nunc annui red-
,, ditus quincentum ducatorum ſummam excedunt ,
C ,, pro quo domum , & quidem peramplam jam condi-
,, dit . Magnam auri vim ſuffecit pro nova Eccleſia
,, parœciali D. Felicis , quam perfectam ipſe poſtea
,, ſacravit , & etiam de ſuo prolatatum voluit aſce-
,, terium Monialium S. Benedicti ſub titulo D. Joan-
,, nis Baptiſtæ valde prius anguſtum , in quo hæc
,, extat inſcriptio .

,, Hiacynthi Chyurlia
,, Egregiè cordati Antiſtitis
,, Opere , pietati , ac diligentiæ
,, Quod
,, Sacras has ædes anguſtas
,, Rimarum plenas
,, Sartas, tectas, auguſtiores
,, extruendas curavit
,, D. Joanna Sagarriga Antiſtita
,, G. A. M. P.
,, Ær. Chr. CIↃIↃCCXVII.

,, Ut conventus , quem anno 1703. ſuo quoque hor-
,, tatu Joſeph Bonhomo Primicerius hujus cathe-
,, dralis conſtituto fundo centum mille aureorum , &
D ,, ampliùs profuſis fratribus Prædicatoribus conde-
,, re cœperat , mora nulla interpoſita perficiatur, con-
,, tinuo inſtat ſubſidio , proprio bene doctus periculo,
,, quàm per illos pietate ac litteris profecerit ſua diœ-
,, ceſis magna in præſens ſui lætitia , & majori in
,, futurum ſpe . Alit quippe jam hæc domus Religio-
,, ſos , qui in Eccleſia continuo Sacramenta mini-
,, ſtrant , concionantur , aliiſque piis operibus po-
,, pulares exercent , & è cathedra , non modò Phi-
,, loſophia , ſed ipſa etiam imbuunt Theologia . Men-
,, ſa Epiſcopalis , quæ fertilibus annis 800. ducatos
,, non excedebat , nunc induſtria vigilantiſſimi Præ-
,, ſulis bis mille , quingentos , & amplius exuperat.
,, Adeò ſtrenue contra cives Terlitii in alma urbe ju-
,, ra ſuæ propugnavit Eccleſiæ , ut tandem prout in
,, votis , deciſum fuerit . Illud oppidum omninò
,, eſſe in. , & de Diœceſi Juvenacen. , quare uſui
,, Pontificalium , & reliquis uſurpationibus penitùs
,, cedere coactus fuit ille Archipresbyter , qui Juve-
,, nacen. Præſuli , non amplius ut delegato Apoſtoli-
,, co , ſed ut loci ordinario omnimodam præſtitit obe-
,, dientiam. Anno 1704. ſancta illud viſitatione per-
,, ſonaliter luſtravit , & extincta longi diſſidii cauſa
,, ab omnibus feſtivo plauſu exceptus fuit prævia
,, etiam ſupplicatione uſque ad illam matrem Eccle-
,, ſiam , quæ prima paternam ſui Præſulis ſollicitu-
,, dinem experta fuit , gaudente Clero , & exultante
,, populo , quos ipſe ſuo gregi reſtitutos peculiari amo-
,, ris ſignificatione uſque ad ultimum proſequitur .
,, Anno 1719. reviſit illud cum ſuo Vicario gene-
,, rali , J. U. conſultiſſimo , & Viggiani Cantore
,, Franciſco de Nigris , qui ſui generis nobilitatem ,
,, ut & ſui omnes , cum adhuc in ſua gente non minus
,, quàm novem vivant primo , ac ſecundo cognatio-
,, nis gradu conjuncti in facultate legali laureati ,
,, colluſtrat non minus ſcientiis quàm emendatiſſimis
,, moribus , & præclariſſimis operibus . Præeſt in-
,, clytus Antiſtes laudatiſſimè , & majorum ſuorum
,, decora ſuarum virtutum cumulat ornamentis . )

# LAVELLENSES EPISCOPI.



LAVELLUM a mediterranea eſt Apuliæ civitas ſexto à Venuſio miliario, titulo comitatus antiquitus fulſit . ut Leo Caſinenſis ſcripſit in Chronica, nunc Marchionatus gentis de Tuſo nobiliſſimæ. Anno Domini 1042. Normanni oppida Apuliæ partiti Lavellum Arniclino conceſſerunt. Parva civitas eſt familiis 574. habitata : animæ fidelium 1500. in totum recenſentur , cujus mentio nulla reperitur apud veteres authores ; tametſi ab incolis ex patrum traditione eam priſcis temporibus ædificatam aſſeratur. In hac civitate natus eſt Tartalia generoſus, ſtrenuuſque militum Dux ſub Franciſco Inſubriæ Duce , cujus cum laude meminit Blondus, Corius, & Simoneta in Sforſiade . Epiſcopalis in ea dignitas ſatis antiqua eſt, ac Barenſi Archiepiſcopo ſuffraganea . Cathedralis Baſilica titulo S. Mauri rebus ad divinum cultum neceſſariis pro loci qualitate ſatis eſt ornata, in qua quatuor fulgent dignitates, Archidiaconatus nempè , Archipresbyteratus, Cantorat. & Primiceriatus, cum duodecim Canonicis, cum aliis Preſbyteris, & Clericis, qui ibidem divinum penſum perſolvunt. In hac civitate præter Cathedralem parochialis Eccleſia nulla , totius enim civitatis animarum curam Archipresbyter exercet. Sunt in ea duo Mendicantium cœnobia, Franciſcanorum unum Obſervantium, alterum Capuccinorum . ( ,, Unum Hoſpitale , cętera deſunt . ) Diœceſis nulla eſt, nec muros civitatis excedit. Taxatur Eccleſia hæc in libris Cameræ Apoſtolicæ flor. 70. annuus vero cenſus ducatorum Regni 600. Præſules hujus Eccleſiæ, quos expiſcari potui , ſequentes ſunt.

a Vulgo Lavello.

1 VINCENTIUS Lavellenſis Epiſcopus vixit temporibus Nicolai II. Pontificis circa annum Domini 1060. cujus memoria extat in translationis hiſtoria Sanctorum. I.

2 SEONUS florebat an. 1064. II.

III. 3 BISANTIUS Epiſcopus Lavellenſis anno 1069. (*„ quo ſubſcripſit donationi Roberti Ducis pro „ cœnobio SS. Trinitatis Venuſinæ.*)

IV. 4 JOANNES Epiſcopus Lavellenſis interfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. anno 1179. celebrato.

5 N. . . . . . (1) Lavellenſis Epiſcopus ſub Gregorio IX. anno 1236. cui idem Pontifex commiſit, ut Eccleſiam Rapollanam paſtore vacantem de idoneo provideret Epiſcopo. Extat epiſt. in reg. Vatic. num. 32. fol. 437 dat. 7. Kalen. Decem. an. 10.

V. 6 JOANNES hujus Eccleſiæ Epiſcopus tranſlatus eſt ad Rapollanam Eccleſiam à Clemente VI. an. 1342. *a*

*a* 10. Novemb.

VI. 7 Fr. PHILIPPUM Neapolitanum Ordinis Prædicatorum Theologum famoſum, & in rebus agendis cura, dexteritate, ac prudentia apud Reges præclarum, Clemens VI. ad hunc epiſcopatum evexit 12. Kal. Decembris an. ſalutis 1342. ut in reg. Vatic. epiſt. 47. quem deinde Tranenſem Archiepiſcopum fecit anno ſequenti 1342. *b* de quo vide infra in illius ſedis Achiepiſcopis.

*b* 5. Non. Maii 1344.

VII. 8 Fr. LAURENTIUS Prior S. Proſperi de Faventia Ordinis S. Benedicti, hujus eccleſiæ Epiſcopus creatus eſt à Clemente VI. an. 1343. *c* 8. Id. Martii, ex reg. Vatic. epiſt. 147. an. 3.

*c* 1344. 5. Non. Maii.

VIII. 9 MARCUTTINUS Lavellinus Epiſcopus obiit an. 1364.

IX. 10 Fr. MATTHÆUS Scaleata Ordinis Fratrum Carmelitarum hanc eandem ſedem aſſecutus eſt ab Urbano V. anno 1364. Id. Novemb. quam cum ſex omnino annos adminiſtraſſet ab eodem ad Squillacenſem tranſl. eſt an. 1370. ex reg. Vatic.

X. 11 BRUCARDUS memoratur anno 1385. die 24. Novemb. ſub Urbano VI. cujus erat aſſecla.

XI. 12 ANGELUS Barilis civis & Epiſcopus Lavellenſis aſſeritur anno 1391. ſed in libro obligationum nulla de eo mentio extat.

XII. 13 NICOLAUS eundem Epiſcopalem geſſit honorem ſub Bonifacio IX. à quo anno 1394. ad Stagnenſem, & Curzolenſem Eccleſiam tranſlatus eſt ut in lib. oblig. habetur.

XIII. 14 Fr. FRANCISCUS de Auria Januenſis Ord. Minorum Lavellenſi in ſede refulſit anno 1394. 13. Kal. Junii, tranſlatus deinde fuit à Bonifacio IX. ad Eccleſiam Uſellenſem in Sardinia an. 1403. ex eodem oblig. libro.

XIV. 15 JACOBUS Epiſcopus Uſellenſis, Lavellenſem eodem anno 1403. ac die recepit Eccleſiam.

XV. 16 ROBERTUS electus an. 1420. 11. Kal. Febr.

XVI. 17 FRANCISCUS mortuus eſt anno 1437.

XVII. 18 Fr. MICHAEL ANGELUS de Nerulis è civitate Caſtelli Ordinis Minorum ſucceſſit Franciſco an. 1438. 6. Id. Januarii ex Actis Conſiſt.

XVIII 19 MATTHÆUS ANTONIUS electus 15. Febr. anno 1454.



XIX. 20 STEPHANUS Capanus Neapolitanus ex illuſtri patritia familia natus Lavellenſis eſt Epiſcopus ordinatus an. 1474. ſedit inculpatæ virtutis fama doctus & nobilis præſul annis octo, obiitque anno 1481. De familia Capana legendus Carolus Borrellus in notis ad Æolum Marcheſium.

21 Fr. PETRUS Pellagarius Tranenſis, Ordinis Minorum ſacræ Theologiæ doctor, hanc obtinuit dignitatem die 21. Junii 1482. tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam Theſelinam ann. 1487. XX.

22 TROILUS Agneſius, Theleſinus Epiſcopus, cum Petro commutavit, atque evaſit Lavellenſis Epiſcopus 1487. die 12. Feb. ferè decem annos hanc deinde rexit Eccleſiam, & ad Guardienſem tranſlatus eſt anno 1498. die 4. Julii. XXI.

23 QUIRINUS Longus Melphienſis Regius Sacellanus hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit die 4. Julii 1498. exceſſit an. 1502. XXII.

24 JOANNES de Manna civis Lavellenſis, patriæ Præſul electus 1502. die 24. Auguſti. Obiit extra Romanam Curiam anno 1504. XXIII.

25 BERNARDUS Scannafora ad hanc dignitatem adlectus eſt anno 1504. 8. *d* Iunii: poſt paucos dies Caſtrenſem Eccleſiam, hac relicta, accepit regendam. XXIV

*d* 5. Januarii.

26 BERNARDINUS de Leis Romanus utriuſque Juris Doctor, Lateranenſis Baſilicæ Canónicus, Epiſcopus fuit Hieracenſis, Caſtrenſis, & Lavellenſis, *e* mox Callienſis anno 1504. uno ferè menſe quatuor accepit Epiſcopatus, Callienſem retinuit, de quo vide tom. 2. in ejus Eccl. Epiſcoporum Catalogo. XXV

*e* Electus 19. Januarii 1504.

27 Fr. LUDOUICUS Lagacius, vel de Logoria Hiſpanus, Ord. Præd. Epiſcopus Callienſis, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt die 23. Feb. 1504. in eaque ſedit ferè ann. 11. ac ſenio feſſus liberè ceſſit Leone X. Papa ann. 1515. die 8. Auguſti, quo die hujus Eccleſiæ declaratus eſt adminiſtrator Franciſcus Cardinalis Surrentinus, is vero menſe Decembri ad favorem ſequentis eam dimiſit. XXVI

(*„ FRANCISCUS Cardinalis Surrentinus ea „ ipſa die, ſcilicet 8. Auguſti 1515. factus eſt perpetuus hujus Eccleſię Adminiſtrator.* Lucentius.) XXVII.

28 * PETRUS Priſcus è familia nobili Guglielmuccia de Amandula Firmanæ Diœceſis, Panormitanus Archipresbyter, & Cardinalis Surrentini à ſecretis, I. V. D. & varia eruditione clarus, electus eſt Epiſcopus Lavellinus à Leone X. die 10. Decembris 1515. cui idem Pontifex ſcripſit ſequentem favorabilem Epiſtolam ad dictæ Eccleſiæ poſſeſſionem legitimè ineundam. XXVIII.

* Ex App. tom. 9.

*Dilecto filio Petro electo Lavellinen.*

*LEO PAPA X.*

*Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum nuper Cathedrali Eccleſiæ Lavellinen. ex eo quod dilectus filius noſter Franciſcus tituli ſancti Marcelli Presbyter Cardinalis Surrentinus regimini, & adminiſtrationi Eccleſiæ, cui præerat, in manibus noſtris ſponte & liberè ceſſiſſet, Noſque ceſſionem ipſam duxerimus admittendam, vacan. de perſona tua Nobis & fratribus noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, providerimus, teque illi in Paſtorem præfecerimus, & in præſentia non valeas ob continua itinera, quæ de neceſſitate nos ſequendo ſubis, & alia impedimenta, litteras, proviſionis hujuſmodi ſub plumbo expedire. Nos volentes te præmiſſorum meritorum tuorum, & virtutum intuitu ſpeciali gratia proſequi, harum tenore tibi facultatem concedimus, & auctoritatem, actualem poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ per te, vel Procuratorem tuum ad hoc legitimè conſtitutum apprehenden. illiuſque fructus, redditus, & proventus exigendi, levandique; mandantes propterea dilectis filiis Archidiacono, Canonicis, & Capitulo dictæ Eccleſiæ, & aliis omnibus, ad quos ſpectat, ſub pęnis & cenſuris eccleſiaſticis, quatenus te ad hujuſmodi poſſeſſionem recipiant, & admittant, ac in Epiſcopum, & Paſtorem recognoſcant, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Iniunctæ, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcun.*

(1) Ughellus hic quinto loco enumerat Anonymum Lavellenſem Epiſcopum ex Epiſtola Gregorii IX. eidem committentis viſitationem, & proviſionem Epiſcopi pro Eccleſia Rapollana an. 1236. ſeu 1237. Sed hic non Lavellenſis, ſed una cum Melphienſi Ravellenſis fuit, cujus & ipſe in Rapollanis egit vigore præſati authentici. *Lucentius.*

*cunque. Volumus autem quod litteras Apoſtolicas provi;onis dictæ eccleſiæ infra ſex menſes expedire tenearis, alioquin elapſo termino, & litteris non expeditis, Eccleſia ipſa vacare cenſeatur eo ipſo.*

*Datum Florentiæ ſub Annulo Piſcatoris die xxx. Ianuarii MDXVI Pontificatus noſtri Anno Tertio Ia. Sadoletus.*

Sedit Petrus Priſcus ann. 24 obiitque an. 1439. menſe Junio. Abbas fuerat commendatarius SS. Vincentii & Anaſtaſii in Ciſiano prope patriam, aliiſque beneficiis ob præclara merita a Leone, aliiſque Pontificibus ditatus, opimam moriens hæreditatem reliquit Ioanni Germano fratri. Extinguitur nobilis hæc Guglielmuccia familia in Cinthia Petri Priſci Epiſcopi pronepote uxore nobilis viri Marii Galeotti Patritii Maceratenſis.

XXIX. 29 JOANNES VINCENTIUS Michael civis Lavellenſis *a* præficitur in Epiſcopum anno 1539. die 30. Junii. Tranſlatus ad Minerbinam Eccleſiam ann. 1545.

*a* Barolitanus patria dicitur à Juſtiniano in Indice quarto Concil. Triden. *Mandoſ.*

XXX 30 DONATUS Mauritius de Cuperſano Epiſcopus Minerbinus ex permutatione facta, Lavellenſis eſt declaratus Epiſcopus eodem anno 1545. die 2. Martii, ac poſt annos duos tranſlatus eſt ad Sarnenſem Epiſcopatum.

XXXI 31 Fr. THOMAS Stella Juſtinopolitanus Ord. Prædicatorum, („*Ex Epiſcopo Salpenſi.*) Donato ſucceſſit die *b* 15. Martii 1547. ad patriæ ſedem Juſtinopolitanam tranſlatus eſt anno 1549. de quo vide to. 5. in ejus Eccleſiæ Epiſcoporum ſerie.

*b* Die 22. Aprilis.

XXXII. 32 JOAN. PETRUS Ferrettus *c* Ravennas, qui pluribus annis in Romana aula vixit, non ſolum virtutibus, & eruditione, ſed honorum titulis effulſit. Primam dignitatem ſuſtinuit, cum eſſet Epiſcopus Milenſis, deinde Lavellenſis Eccleſiæ Præſul inauguratus eſt à Paulo III. die 5. Maii 1549. *d* quam dignitatem ſubſtinuit ad annum uſque 1554. eamque libere dimiſit, & in patriam reverſus ſtudiis nobilioribus intentus è vivis eſse deſiit * pridie nonas Maii 1557. in majori tumulo ſepultus in Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ, ubi legitur epitaphium.

*c* De quo Thomajus in hiſt. Raven. par. 4. c. 4. Chartarius in Syllabo Advocat. Conſiſt. & Fabii in memoriis Raven. par. 1. p. 210. *Mandoſ.*
*d* 1550. 5. *Martii* ex *Actis*.
* Ex App. tom. 9.

D. O. M.
*Joanni Petro Ferretto Rhaven. I.V. D. Lavelinatium Epiſcopo Poetæ laureato, Hiſtorico celeberrimo undecunque doctiſſimo magnoque ſcriptori. Exuperantius Ferrettus nepos ex fratre Julio Doctore eximio, equite clariſſimo ſua impenſa*
*P.C.*
*MDLXXXIX.*
*V. ann. LXXV.*
*Obiit prid. non. Maii*
*MDLVII.*

Hujus opera uſus eſt Hieronymus Rubeus in condenda Ravennatenſi hiſtoria, ſedulus enim fuit venerandæ antiquitatis perveſtigator, ac temporum collocator eximius; reliquit poſt ſe plura ſui ingenii monumenta, quæ ipſi vidimus Mſ. in Bibliotheca Vaticana, ubi religioſè aſſervantur; relatus eſt in Muſæum Illuſtrium Poetarum ab amico noſtro Honorio Dominico Caramella Panormitano hoc diſticho.

*Candidulæ quamvis noſtræ ſint, Petre, Camœnæ*
*Siſtere vix mento candidiore queunt.*

Eo quia Ferrettus juvenis fuit bonus Poeta, ſenex verò ſpiritibus frigeſcentibus, non bonus.

XXXIII. 33 BARTHOLOMÆUS Orſuccius Lucenſis nobilis Juriſconſultus, olim Cardinalis Grimani Auditor, Parmæ, & Placentiæ Prolegatus fuit. Defuncto Grimano idem Auditoris munus ſubſtinuit à Raynutio Farneſio Card. accitus, tum & Epiſcopatu Lavellenſi exornatus die 13. Aprilis 1554. ac Ravennatenſis Eccleſię pro Raynutio ſuffraganeus. Vixit omnibus charus, politioribus litteris eximiè cultus. Mortuus eſt anno 1558.

XXXIV. 34 ANTONIUS Florebellus Mutinenſis Joannis Nicolai filius ſucceſſit Orſuccio die 28. Augusti 1558. Hic Præſul vir eruditione ſingularis, omnium que ſcientiarum genere illuſtris ſcripſit, inter multa, de Eccleſiaſtica auctoritate. Hanc rexit Eccleſiam ann. 3. eam dimiſit an. 1561. Obiit in patria, ubi jacet in Eccleſia ſanctæ Margaritæ ante majus altare cum patre, & fratre in ſepulchro, quod ſibi vivens, ac ſuis fecerat hoc addito epigraphe.

*Joanni Nicolao Florebello patri optimo Florebello fratri chariſſimo Antonius Epiſcopus Ravellinus fecit, & ſibi, & Pompeio fratris filio Ordinis Chriſti Equiti, poſteriſque ejus anno ab ortu ſalutis MDLXXIV.*

Majus ſacellum ejuſdem Eccleſiæ cum Ludovico fratre exornaverat, ubi ex penicillo hæc leguntur verba.

*Chriſto Deo, & Salvatori noſtro Antonius Epiſcopus Lavellinus, & Ludovicus Florebelli fratres fecerunt.*

35 LUCIUS Maranta Canonicus Venuſinus ann. 1561. ultima die exeuntis Januarii à Pio IV. huic Eccleſiæ Epiſcopus adhibitus eſt, interfuit Tridentino Concilio inter Patres non infimus ob ejus egregiam legalem ſcientiam, transl. deinde eſt ad Montis-Peluſii Sacerdotium an. 1578. die 2. Junii. XXXV.

36 TIBERIUS Corteſius Cuſentinus Juris Doctor celebris ad eandem ſedem promotus 9. Julii 1578. obiit 1602. XXXVI.

37 DIDACUS de Quadra Neapolitanus origigine Hiſpanus Ludovico, & Lucretia nobilibus parentibus natus, in ipſo ætatis flore adlectus eſt Epiſcopus die 26. Julii 1602. Vix ſecundum annum ab inauguratione attigerat, cum tetra mors mortalibus abſtulit anno 1604. ætatis ſuæ 32. Patruum habuit Alvarum Epiſcopum Venuſinum mox Aquilanum. De hac Quadra gente legendus Carolus de Leliis de Nobilibus Regni Neapolit familiis. XXXVII.

38 LEO Fidelis de Vicomercato Monachus Caſinenſis electus 7. Januarii 1605. mortalitatem explevit anno 1613. XXXVIII.

39 SYLVAGGIUS Primitellus Melfien. in demortui Leonis locum ſufficitur die prima *e* Feb. 1613. XXXIX.

*e* Die 11. Febr.

40 VINCENTIUS Feritus Murenſis creatur Epiſcopus anno 1615. 18. Maii. XL.

41 Fr. JOANNES BAPTISTA à Mare Neapolitanus Ord. Prædicatorum Epiſcopatu Lavellenſi donatus eſt à Paulo V. anno 1618. die 22. Octobris. Exceſſit anno 1621. XLI

42 Fr. FRANCISCUS Cereo de Mayda *f* Calaber Ord. S. Franciſci de Paula Minimorum Generalis ſucceſſit ann. 1621. die 29. Martii. Obiit 1626. die 23. Auguſti. Jacet Romæ in eccleſia S. Franciſci de Paula in Exquiliis. XLII

*f* De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 91. *Mandoſ.*

43 FABIUS Olivadicius Calaber promotus 26. Novemb. 1626. tranſlatus ad Bovenſem Eccleſiam 20. Septemb. 1627. XLIII.

44 PLACIDUS Padiglia Neapolitanus Ord. Cœleſtinorum Monachus egregius verbi Dei concionator ab Urbano VII. Lavellenſis Epiſcopus dictus eſt die 20. Septembris 1627. Munus conſecrationis accepit in Liberiana Baſilica à Card. Mellino, ſcripſit, ediditque Quadrageſimales ſermones, Imaginem pulcherrimi vultus Mariæ Virginis Matris Dei, depictam à Spiritu ſancto, in ſacris Canticis, & decem diſcurſibus prædicabilibus explicatam ad Urbanum VIII. Pont. Max. Ejus meminit cum laude doctus amicus noſter Hippolytus Marraccius Marianæ Biblioth. par. 2. Tranſlatus deinde eſt Padiglia ad Eccleſiam Alexanenſem ann. 1635. XLIV

45 Fr. CHERUBINUS Manzonius Neapolitanus Ord. Min. de Obſervantia electus 9. Julii 1635. tranſlatus deinde ad Thermulanenſem Eccl. 13. Junii 1644. („ *Perbelle laudatur à Hieronymo* „ *Fontanella in opere, cui titulus*: Nove Cieli. „ p. 249. *Mandoſius.*) XLV.

46 Fr. FRANCISCUS de Notariis Neapolitanus Ord. Minimorũ eligitur die 13 Julii 1644. obiit 1652. XLVI

JO-

XLVII. 47 JOSEPH Boncore Neapolitanus in patria cauſarum Advocatus, vir doctus,& prudens,ſucceſſit Fr. Franciſco die 13.Maji 1652.

*A D D I T I O.*

( „ *Laudatiſſime expleverat jamantea munus Vicarii generalis Motulenſis, Gravinenſis, Tarentini, & Cuſentini Antiſtitum. Tantis igitur experimentis probatus meliora quæque peperit Lavellino gregi ornamenta, ſuique deſiderium fecit* 1687.

XLVIII. „ *BARTHOLOMÆUS Roſa è Murana civitate J.U.D. ad clavum hujus navigii admotus eſt 17.Maji* 1688. *ſed citiſſimo adveniente mortis turbine abſorptus eſt digniſſimus vir hoc eodem anno.*

XLIX. „ *SEBASTIANUS Milatius, nobilis Vigilienſis, Monachus Caſinenſis ex Ordine S. Benedicti ad hanc ſublimatus eſt Cathedram* 20. *Decemb.* 1688. *Deceſſit menſe Auguſto* 1699.

L. „ *NICOLAUS Cerbinus, Neapolitanus, Protonotarius Apoſtolicus, & Vicarius generalis Tranenſis Archiepiſcopi, Lavellenſi gregi præfectus eſt* 28 *Maji* 1700. )

# MINERBINI EPISCOPI.



ANTIQUIOREM memoriam, quæ apud Scriptores extat Minervinæ civitatis *a*, Frizia de ſubfeudis exhibuit, affirmans ab antiquo Canuſio originem traxiſſe. Mediterranea civitas eſt Salentinorum in Provincia Terræ Barii duodecimo à mari milliario, in amœno, ac ſaxoſo colle poſita, familiis 553. habitata. In partitione oppidorum Apuliæ facta à Normannis ann. ſalutis 1042. Minerbinum (ſic enim tunc appellabant) Guglielmo obtigit, nunc Pignatellæ genti nobiliſſimæ Principatus titulo ſubjecta eſt. Epiſcopatus dignitas ſatis antiqua eſt inter recentiores, & ſuffraganea Archiepiſcopi Barenſis. Cathedralem habet Deiparæ Virgini Aſſumptæ conſecratam amplæ, & decentis magnitudinis. Ejus princeps dignitas Archidiaconatus eſt, Archipresbyteratus, Primiceratus, & Cantoratus deinde cum decem Canonicis *b*, aliis Presbyteris, ac Clericis cæteræ dignitates ſunt. Parochialis Eccleſia præter Cathedralem nulla eſt. Archipresbyter enim totius civitatis animarum curam gerit. Duo religioſorum cœnobia ſunt, unum Sanctimonialium, duæ laicorum Confraternitates, unicumque xenodochium. Diœceſis ab Ortu ſolis Rubenſi, à Meridie Venuſina, Trivenſi, & Montis-Peluſii, ab Occaſu Lavellina, à Septemtrione Andrienſi, & Cannenſi ditionibus includitur: peranguſta quidem eſt Minervina diœceſis; unum enim dumtaxat oppidum continet, quod Montem-Milonem appellant, Baroniæ titulo decoratum, & nonnullos pagos, quibus omnibus oppidi ipſius Archipresbyter ſacra miniſtrat. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ſcutorum 600. Taxa in libris Cameræ Apoſtolicæ flor. 40. habetur.

*a Vulgo Minervino.*

*b Utraque præbenda deſtitutis.*



A Præſulum ſeriem damus, non qualem voluimus, ſed quam noſtra induſtria ſuppeditavit, nec verbum quidem de iis, quæ ad hanc eccleſiam ſpectant, Præſulumque notitiam, haurire potuimus; tametſi non ſemel monumenta poſtulaſſemus, in caſſum laboravimus, quod apud pleroſque hujus Regni Antiſtites accidiſſe nobis, non ſine eorum vecordia, inſcitiaque commemorandum fuit.

1 BISANTIUS (1) Epiſcopus Minerbinus teſtis donationis Roberti Ducis factæ monaſterio Venuſino ann. 1069.

2 INNACIUS interfuit conſecrationi eccleſiæ Caſinenſis ab Alexandro II. celebratæ ann. 1071. apud Anonymum Caſinen. I.

3 TRANSMUNDUS floruit ſub Roberto Rege. II.

4 LEOPARDUS Epiſcopus Minerbinenſis teſtis privilegii Henrici VI. Imperatoris pro militibus S. Joannis Hieroſolymitani anno 1197. quo evaſit epiſcopus. III.

B 5 RICHARDO quondam Epiſcopo Minerbino ſcribit Innocentius III. anno Pontificatus ſui 3. ut in reg. Vat. ep. 467. fol. 99. in hunc modum. IV.

*Attendentes, quod ad monitionem noſtram regimen Minerbinen. Eccleſiæ ſpontaneus in noſtris manibus reſignaris, præſentium tibi auctoritate duximus concedendum, ut in Eccleſia S. Samuelis de Barulo duntaxat, de cujus gremio aſſumptus fuiſti ad Eccleſiam Minerbinam, quoties ab Abbate ipſius Eccleſiæ fueris requiſitus, ordines celebrare, temporibus conſtitutis, conſecrare altaria, veſtes etiam, & vaſa benedicere tibi liceat ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum 10. Kalen. Junii anno tertio.* Is fuit ſalutis 1200. Ex hac Innocentii epiſtola ſatis conſtat, Richardum hunc ex Ord. s. Benedicti Monacho ad epiſcopalem fuiſſe dignitatem aſſumptum.

6 PETRUS de Cidonilia Epiſcopus Minerbinus à Cannenſis Eccleſiæ Capitulo expoſtulatus, juſſu Alexandri IV. Pontificis ab Archiepiſcopo Barenſi ad eum transfertur ann. 1256. ex epiſt. 187. fol. 154. C regeſt Vat Dat. Laterani Id. Maii anno 2. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi. V.

( „ *BIVIANUS Epiſcopus Minerbinus erat an.* 1276. *quo ipſi committitur, inſtante Cannenſi Epiſcopo Theobaldo, inquiſitio contra Clericos, & Laicos Barolitanos pro ſacris exuviis recuperandis S. Cannarum Epiſcopi Rogerii ab iis furtim ſublatis. Pontificium diploma, & judicialis actus refertur ab Ughello in Cannenſibus n.* 12. *unde hunc Bivianum deſumimus.* VI.

„ *Fr. ANTONIUS de Gaeta, Ordinis Prædicatorum, Bonifacii VIII. Pœnitentiarius dum eſſet, ab eodem Minerbinenſium dictus eſt Pontifex an.* 1298. *Ad plures annos laudatiſſimè huic præfuit gregi, de quo agunt ordinis Dominicani ex Taegio monumenta.* Lucentius. ) VII.

7 LEONARDUS electus die 11. Decembris 1426. obiit 1432. VIII.

8 SANCIUS Epiſcopus (2) Civitatenſis huc D translatus per obitum Leonardi 19. Kal. Febr. 1432. fuit deinde Epiſcopus Bovenſis („ 9. *Kal. Octob.* 1435. *ut ibi accuratius ſcribitur cum obitus deceſſoris nonniſi menſe Auguſto ann.* 1435. *contigerit.* „ Lucentius. ) IX.

9 GOFFRIDUS Cantor Eccleſiæ Aurienſis electus Minerbinenſis die 15. Octob. 1434. *c* mortuus eſt anno 1456. X.

*c 19. Kal. Octob. 1435.*

10 JOANNES Campanella Monachus Ord. S. Benedicti monaſterii S. Philippi Policaſtrenſis diœceſis, ejuſdem ſedis Antiſtes pronunciatus eſt die 13. Aprilis 1456. XI.

11 ROBERTUS de Noya („ *ſive de Noe, Apulus, Ordinis Prædicatorum, doctrina, & vitæ ſan-* XII.

Ii *Cti-*

(1) Biſantium in hac ſerie primo loco enumerat Ughellus, aſſumitque perperam ex authentico documento donationis emanatæ ad favorem Monaſterii SS. Trinitatis de Venuſia à Roberto Duce an. 1069. Sed qui teſtis adfuit cum Melphienſi, & Venuſino Epiſcopis Biſantius fuit Lavallenſis, non Minerbinus, ut ab eodemmet Ughello in Venuſinis aſſeritur, recenſeturque inter Lavellenſes. *Lucentius.*

(2) E Civitatenſi huc translatum fuiſſe Sancium aſſerit Ughellus, ſed ea ſedes per alium poſſeſſa legitur apud ipſum Ughellum tom 8. nec ibi Sancii nomen reſonat. Civitatis Caſtellanæ Romanæ Provinciæ Sancius quidam temporibus his moderabatur ovile, qui ibi uſque ad obitum perſiſtit. *Lucentius.*

,, Bitonto illuſtris, S. Theologiæ Magiſter, & celebris ,, dictionis præco) præficitur die 23. Ian. 1492. tranſlatus ad Acerranenſem Eccleſiam anno 1497.

XIII. 12 MARINUS de Falconibus Archipresbyter Aquævivæ Barenſis diœceſis ſucceſſit Roberto die 15. a Maji 1497. ſedit annos 28. obiit anno 1525.

a 15. Martii.



XIV. 13 Fr. ANTONIUS Saxolinus Etruſcus Florentinus cœnobii S Crucis alumnus, Ord. Minorum Conventualium generalis Miniſter, inſignis Theologus, à Clemente VII. Minerbinus Epiſcopus delectus eſt die 21. Julii 1525. fato functus anno 1528. de quo legendus Lucas Vvaddingus Annal. Min. tom 8.

XV. 14 BERNARDINUS Fumarellus b Etruſcus de ſancto Gerniniano die 7. Auguſt. 1528. hanc obtinuit ſedem; vix elapſo anno tranſlatus eſt ad Aliſanam Eccleſiam.

b De eo Coppius de viris illuſ. S. Gemin. p. 10. Mandoſ.

XVI. 15 JOANNES FRANCISCUS de Bitonto Aliſanus c Epiſcopus, factus Minerbinus eodem die 24. d Auguſti 1529. quo Bernardinus ad Aliſanam translatus eſt. Exceſſit ann. 1536.

c Epiſcopus titularis Antiochenus.

d Die 16. Auguſt.

XVII 16 DONATUS Mauritius (1) Minerbinus Epiſcopus eam ſedem obtinuit die 11. Febr. 1536. fuit deinde Lavellinus Epiſcopus 1545.

XVIII 17 JOANNES VINCENTIUS Michaelius ex Lavellino factus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 2. Martii 1545. Mortalitatem explevit an. 1596. Epiſcoporum Decanus annum agens ætatis propè centeſimum.

XIX. 18 Fr. LAURENTIUS Mongiojus Galatinus Ordinis Minorum de Obſervantia ſucceſſit Michaelio die 21. Julii 1596. tranſlatus ad Lancianenſem Eccleſiam, inde ad Puteolanam.

XX. 19 JACOBUS ANTONIUS Caporalis Tricaticenſis ad Minerbinam ſedem pervenit die e 2. Januarii 1605. Obiit anno 1616.

e 9 Januarii 1606. per ceſſionem Laurentii.

XXI 20 ALTOBELLUS Cariſſimus de Anglono eadem ſede nobilitatus eſt à Paulo V. die 30. Januarii 1617. ſexdecim ann. ſedit, & defunctus eſt 1632.

XXII. 21 Fr. JOANNES MICHAEL de Rubeis (,, Nolanus) Ord. Carmelitarum Procurator Generalis juſſu Urbani VIII. in Minerbino throno ſedit die 10. Januarii 1633. poſt paucos menſes tranſlatus eſt ad Alliſanam Eccleſiam.

XXIII 22 Fr. HIERONYMUS Zambeccarius, Bononienſis, nobili genere natus, Ord. Prædicatorum ex Epiſcopo Alliſano huc tranſlatus eſt die f 10. Maji; poſt annos duos liberè reſignavit.

f Die 16. Aprilis.

XXIV 23 ANTONIUS MARIA Pranzonius, Auximanus, Epiſcopus creatus eſt ab Urbano VIII. die 7 Maji 1635.

*A D D I T I O.*

*(,, Deſiit vivere an. 1663.*

XXV *,, FRANCISCUS Maria Vigaola, presbyter Venuſinæ diœceſis, J. U. D. cujus juvenilis indoles ,, adeo ſuis virtutibus, probiſque moribus illevit animam ejus Antonii Pignatelli, quem veneratus eſt ,, orbis in ſummo Apoſtolatus apice ſub nomine Innocentii XII. ut ſecum ad jura Romanæ Prælaturæ ,, à ſecretis, & in Auditoris munere habere voluerit. Sed adverſa valetudine diſtractus patrium ,, ſolum repetere adactus fuit. Neapoli deinde forenſibus egregiè adhibitus negotiis, mox Proponiſex Tranenſis Archiepiſcopatus, & Minerbinæ ,, Eccleſiæ extitit. Pignatellus interea ampliſſima ,, Nunciatura dum fungeretur, integerrimi adminiſtri percupidus Vignolam exponit. Sed cum jam ſibi ,, in ſponſum obſtrinxerat hæc ſedes die 24. Septembris 1663. Mirabili probitate ſuum gregem dum ,, enutrit, ducitque ad paſcua ſalutis, jam ſenio graveſcens obiit an. 1700.*

XXVI *,, M. ANTONIUS Chenevix, Taurinenſis, ſacræ ,, Theologiæ Doctor, S. Inquiſitionis Conſultor, ac Rector parochialis Eccleſię S. Petri Curteducis Taurinen. elatus eſt ad hanc Cathedram 20. Novembris ,, 1705. Vitam cum morte commutavit menſe Julio ,, 1718.*

XXVII *,, NICOLAUS Pignatellus, Neapolitanus, S. ,, Theologiæ Doctor, Canonicus coadjutor collegiatæ ,, Eccleſiæ SS. Celſi & Juliani de Urbe, Advocatus, & ,, Fiſcalis ſacræ viſitationis Apoſtolicæ hoc ſacerdotio inſignitus eſt 8. Februarii 1719.)*

# POLYNIANENSES
## S E U
# POLYMNIANENSES
## EPISCOPI.



POLYMNIANUM a littoralis Apuliæ civitas eſt xx. à Bario Metropoli milliario in Provincia Terræ Barii poſita eo in loco, ut ferunt, ubi Julius Cæſar Imp. poſt deſtructum in odium C. Marii oppidum Marianum, haud longius ab Appia via Turrem conſtruxit, quam Cæſaris vocarunt: ſed cum deinde in juſtam evaſiſſet civitatem, à Græcis antumant Polymnianum nuncupatam, tanquam in altum collocatam. Hodie non eſt adeo ampla, ſed lauta, & civilis, in præcipiti, ac ſaxoſa rupe eminens, cui ſubjectæ cavernæ marinis fluctibus percuſſæ ſuave quiddam reſonant, ſalubri inſuper cœlo, frugibus, cæteriſque humanæ ſaluti neceſſariis abunde eſt locuples; familiis 744. habitata, ad quatuor mille mortalium alit. Ager ejus vini, oleique & amygdalarum ferax, littus piſcoſum, ut nihil ad felicitatem accolarum deſideretur, & paſſim olearum, amygdalarumque nemora non ſine advenarum admiratione ſpectentur. Polymniani non ſine laude meminere Leander Albertus, Joan. Boterus, Scipio Ammiratus, aliique moderni Scriptores. Diu civitas hæc ſuos habuit Comites, donec hoc noſtro ſęculo Marchionatus titulo decorata in deditionem tranſiit vetuſtiſſimæ Radulovich Illyrici familię nobiliſſimæ ex Comitibus Savailæ, cujus hodie Marchio eſt Michael Radulovich Franciſci filius, politioribus literis, & eruditione non minus quam ſanguine illuſtris, qui nuper vitam S. Viti Martyris, divique tutelaris in lucem emiſit. Cæterum ut hujus civitatis origo ex ingrata veterum ſcriptorum incuria habetur incerta, ſic ſanè ex certa conjectura conſtare non poteſt, quis primus Chriſtianam fidem in eam diſſeminaverit. Epiſcopatus eſt antiquus inter recentio-

a Vulgo Polignano.

(1) In Schedis Conſiſt. appellatur Maſeſutius: forſan dicendus Mericuccius de Caperſano. In ſerie Ughelliana Arianenſium Provinciæ Beneventanæ Donatus iſte cum Donato de Laurentiis Epiſcopo Arianenſi confunditur. Amantius.

tiores Archipræſulem agnoſcens Barenſem, & Deiparam Virginem in Cœlum Aſſumptam tutelarem Eccleſiæ Patronam. Hic aſſervatur brachium, & genu S. Viti Martyris, cujus meritis contra rabidos canum morſus apud Deum omnipotentem gratiam ſanitatis conſequuntur: ubi etiam aliæ Sanctorum reliquiæ venerantur. Capitulum conſtat Archidiacono, Archipresbytero, Primiceriis duobus, & quindecim aliis Canonicis a hi & alii plures Presbyteri, & Clerici Catedrali inſerviunt. In civitate præter Cathedralem, Parochialis Eccleſia nulla, Archipresbyter enim omnium animarum curam gerit. In ea unum extat Sanctimonialium Ord. Ciſtercienſis monaſterium ad D. Petri ſundatum à Jo. Vincentio della Tolfa Polymniani Domino anno 1585. Plura oratoria, & pia loca cum aliquorum ſodalitiis aliquot recenſentur. Extra mœnia Minorum Obſervantium monaſterium viſitur ad titulum ſanctæ Mariæ Conſtantinopolitanæ à Marchione Marino Radolovich conſtructum, ubi familiæ ſuæ ſepulchrum, & ſibi excitavit. Primo vero ab Urbe lapide in Mariano vetuſtiſſima extat Ord. Benedictini Abbatia D. Vito martyri, ac ſociis Modeſto, & Creſcentio conſecrata, quorum corpora ibidem tranſtulit Florentia Heroina illuſtris, ut meliori calculo fertur anno 672. die 26. Aprilis ſecunda feria Reſurrectionis Dominicæ, quo die feſtum translationis quotannis celebratur. Paſſi dicuntur in Lucania apud Silarim flumen ſub Diocletiano Imp. die 15. Junii, Tranſlationis hiſtoria litteris Longobardicis ſcripta extat in eadem Abbatia, quam Sixtus V. ſuppreſſo D. Benedicti Ordine, cœnobio Duodecim Apoſtolorum de Urbe perpetua unione connexuit. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ſcut. 800. taxatur in lib. Fiſci Apoſt. ad flor. 50. Diœceſis more Apuliæ nulla eſt. Epiſcoporum ſeriē modo dabimus ſatis elumbem, ac decurtatam, locupletiorem dediſſemus, ni defuiſſent monumenta.

a Vtraque penda ditati.

I. 1 PETRUS (1) in brevi Indiculo hujus Eccleſiæ aſſeritur Epiſcopus, ex Paulo tamen Regio in vita s. Viti illum floruiſſe autumant anno 821. ſed in veteri hiſtoria m. ſ. translationis ejuſdem Petrum Epiſcopum Cannenſem, non Polymnianenſem lego, in cujus tunc diœceſi Polymnianum erat. Hiſtoriam referam vetuſtam, tametſi aliquibus erroribus vitiatam, quæ conſcripta videtur ab aliquo imperito poſterior. ſeculis poſt trāslationē in Marianū.

*Incipit Tranſlatio S. Viti cum Sociis in Territorio Polymniani.*

*Florentia quædam illuſtris fœmina, quæ fuit Principiſſa Salerni: quæ propter orationem B. Viti martyris, à tempeſtate fluvii Siler fuerat liberata in loco, qui Baſterna dicitur. Fidem mulieri illuſtri ſuper aquas, dum fere mergeretur B. Vitus apparuit ab ipſius fluvii aquarum inundatione ſicut divina potentia eam præcipiebat eripiens: quæ dum à periculo illo evaſiſſet immunis cœpit in S. Trinitatis amore fervescere, & votum vovit Deo, & Beatis Martyribus memoratis, ut eorum corpora in loco, qui dicitur Marianus, ſicut B. Vitus ei præceperat cum ingenti reverentia honorificè traderet ſepulturæ. Præfata verò illuſtris mulier nimium de Sancti viſione perterrita, ubi eſſet locus ille, qui Marianus dicitur ab eo minime requiſivit, ſed poſtmodum mandatum beatiſſimi Viti oblivioni non tradens, per omnes provincias, ubi eſſet dictus locus Marianus, diligenter fecit inquiri, ſed nullo modo à ſervis ſuis, quos proinde tranſmiſerat, potuit inveniri. Videns ergo præfata Domina, quæ erat laudabilis vitæ, & nimia bonitate conſpicua, & dolens nimium, quod locus inveniri non poſſet, intra ſe meditari cœpit quid faceret, nec mora, cum lachrymis, & ſuſpiriis juxta fluvium, ubi ſanctorum Martyrum inventa corpora, cum maximo honore, & reverentia fecit ſepeliri, & ibidem cum diligentia ad honorem Dei, & beatorum Martyrum conſtrui juſſit Eccleſiam; in qua quidem Eccleſia altaria tria fuerunt ejus juſſione conſtructa: in primo enim altari juſſit corpus beati Viti ſumma cum veneratione recondi; In ſecundo vero corpus B. Modeſti; In tertio corpus beatæ Creſcentiæ, per manus Joannis Eremitæ, qui morabatur in monte Amalphiæ; & per ſpatium annorum viginti omnipotens Deus languentibus multis integram reſtituit ſanitatem, & miracula multa per eoſdem ſanctos Martyres operatus eſt in ea; catervis populorum undiq; ad eamdem Eccleſiam confluentibus propter miraculorum multitudinem, ſignorum pariter, coruſcationeſq; virtutum. Poſtmodum illuſtris illa Domina memorata pia divinitatis inſpiratione compuncta, & frater ejus Berardus nomine jam dictæ ſororis ſuæ charitate deductus navem miræ magnitudinis fieri præceperunt; cunctis neceſſariis utenſilibus introductis, adhibita ſibi, ſicut expediebat ſocietate non modica, navem ipſam feliciter ſunt ingreſſi; & proſperè navigantes in viginti dierum ſpatio ad portum Accon optatis ſucceſſibus duce Domino pervenerunt, & ibi per tres dies moram facientes quietis ſolatio, ibidem, in qua profecti ſunt nave relicta Hieroſolymam honorificè properantes ſepulchrum Domini maxima cum devotione, & reverentia viſitarunt. Aliis locis ſacris, & venerabilibus ab eis nihilominus viſitatis; ita quod per dies quindecim in illis partibus inceſſerunt. Contigit autem fratrem prædictæ Illuſtris Dominæ interea ſicut Domino placuit, infirmari, de cujus infirmitate Domina illa dolorem non modicum in corde concepit, & nimio mœrore confecta Redemptorem noſtrum, & Sanctos ſuos ſuppliciter exorabat, ut fratrem ſuum optatæ reſtitueret ſanitati, & ſic nimio dolore gravata, feſſis artubus obdormivit, & tunc in ſomno apparuit ei B. Vitus, dicens, niſi ſepelieris corpora noſtra in loco, qui dicitur Marianus, nunquam de tuo dolore conſolationem accipies; Quis enim dubitet quod omnipotentis Dei providentia, qui cum ſuis fidelibus jugiter, imò mirabiliter, & miſericorditer operatur, virum Illuſtrem ideò voluit infirmari, ut per languorem ejus merita ſuſciperent incrementum, & cor ipſius ardentius ad inſtigationem ſacri amoris accenderet, ſicut ſcriptum eſt, nam virtus in infirmitate perficitur; & item adverſitas, quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis eſt, & non judicium reprobationis. Ideo dictum virum memoratum crediderunt in infirmitatem nihilominus incidiſſe, ut per S. martyrem ſuum Vitum operaretur in eum, ut ſalutis impenderet medicinam; quantam denique etiam in aula Regis immenſi prædicti ſancti Martyres potentiam habeant ſuis fidelibus reſerarunt. Igitur cum Domina ſupradicta de ſomno evigilans, ſurrexiſſet, ecce quidam juvenis in ſpeciem medici ante ipſam ſtans, dixit: Domina, quid mihi dabis, ſi fratri tuo conferam ſanitatem? quæ gaudens dixit, medietatem omnium bonorum meorum. Tunc juvenis ſubridens ait, nihil aliud peto, niſi, quod me vobiſcum in Apuliam deducatis in locum, qui dicitur Marianus; mox cum Principiſſa locum ipſum nominari audivit, à Juvene, ubi eſſet locus cum inſtantia inquiſivit; Qui dixit, in Apulia eſt, prope caſtrum Polymnianenſe, quod olim fuit à Julio Cæſare hoſtili exercitu diſſipatum; in quo loco ego jugiter perſevero. Adhuc ſimul intraverunt in domum. Tunc Juvenis manum infirmantis apprehendit, dicens; In nomine Domini Jeſu Chriſti ſurge ſanus: & ſtatim ſurrexit incolumis; tunc omnes, qui aderant, nimio ſunt timore perterriti, & diu quaſi in extaſi permanentes, demum ad memoriam reverſi cognoverunt, quod B. Vitus fuerat, qui in formam medici Juvenis ſe illis oſtenderat. Nec mora apud Accon redierunt: & à Deo ſtatim ſalubri aura conceſſa navem intrantes expanſis carbaſis proſperè diſceſſerunt; & ſubito Juvenis quidam eis ſuper antennis apparuit, & dixit illis: nolite timere, Ego enim ſum Vitus Lucanus. Tunc omnes, qui erant in navi Deo gratias cum ſumma devotione agentes; & accincti robore feſtinanter beatiſſimo Vito duce exiſtente in vigeſimo quarto die in locum Mariani, in quo portus eſt optimus, feliciter pervenerunt; &*



(1) Petrus in brevi Indiculo hujus Eccleſiæ aſſeritur Epiſcopus: annus non exprimitur ejus ſedis. Nec Petrus iſte ille eſt, de quo agitur in hiſtoria hic tranſcripta ab Vghello tranſlationis reliquiarum S. Viti. Petrus ille non Cannenſis, ut ſcripſit Vghellus amanuenſis incuria, ſed Canuſinus Epiſcopus erat, & in cujus diœceſi accenſebatur Marianum. Lucentius.

*de navi deſcendentes, ibidem, & hinc inde locum circumſpicientes eundem, viderunt quemdam ſenem in rupe marini littoris ſedentem, & interrogaverunt eum, quomodo nuncupatur locus iſte, & reſpondit, Marianus vocatur: quod audiens Domiua illa jucunda, & hilaris effecta eſt pro eo, quod locum quem quęrebat invenit, & ſtatim omnia victualia quæ erant in navi deponi præcepit; & mittens nuntios ſuos apud Barum, equos emere juſſit non paucos, & frater ejus, & ipſa aſcendentes præclaris, ſicut decebat, ſtipati ſodalibus infra ſeptem dierum ſpatium ad locum, in quo SS. Martyrum corpora quieſcebant fervore charitatis accenſi curſu velociſſimo redierunt. Locus enim ille eſt juxta fluvium Siler, ſicut ſuperius eſt notatum. Tunc cum hymnis, & canticis collecta multitudine Sacerdotum, & virorum Religioſorum omnipotenti Deo, & SS. Martyribus ejus laudes, & gratias devotius referentes ſacrarum Miſſarum ſolemniis cum honore, & diligentia celebratis; præſente D. Nicolao venerabili Salernitano Archiepiſcopo reliquias memoratorum SS. Martyrum à perſonis idoneis, & honeſtis, °de ſarcophagis cum timore, & reverentia extrahi præceperunt. Et involventes ſindonibus pretioſis, eos in loco ſancto, & venerando fecerunt deponi. Poſtmodum diebus paucis expletis, habito cum timore Dei concilio, epiſtolas ſuas & nuntios idoneos Summo Pontifici deſtinarunt, ſignificantes ei ſeriatim, & diſtinctè ſanctorum Martyrum virtutes, & omnia, quæ perpeſſi fuerant in via peregrinationis ſuæ, videlicet in partibus transmarinis, qualiter B. Vitus eis apparuit, & cuncta, quæ illis imperavit, nihilominus ſuggerentes ſuppliciter, & apertè. Tunc volente Domino Summus Pontifex nuntios, & ſcripta eorum affectu paterno, & honore ſuſcepit, cum omni humilitate Deo gratias agens, qui pro ſalute fidelium prædictis SS. Martyribus tantam tribuit poteſtatem, & habito cum fratribus ſuis ſalubri ſine mora conſilio, præſertim quia difficultatem pati non debuit hujuſmodi res petita petitionibus ſepè dictæ Dominæ, & viri illuſtris Berardi fratris ſui benigno favore, & grato concurrens aſſenſu omnia quæ in ſuis videbantur petitionibus contineri per Apoſtolica ſcripta in honore Dei, & SS. Martyrum fieri, & ſine dilatione compleri diſtrictius imperavit; interim tamen ſublimis illa Domina, & memoratus frater ejus, & ſibi ſubjectus populus univerſus jugiter in Dei laudibus cum ſacrificiis, orationibus, & vigiliis perſiſtentes SS. Martyrum corpora contrito corde, & humili venerabantur affectu; igitur D. Papæ precibus eo, quo decuit honore ſuſceptis, D. Nicolaum Archiepiſcopum Salernitanum, & Clerum univerſum congregari mandavit, præcipiens eis præfata D. Principiſſa, ut locum Mariani deberent cum ipſa ad ſepeliendum SS. Martyrum corpora honore debito proficiſci; Qui omnes mandata tantæ Dominæ devotis animis admittentes ad perficiendum opus Domini ſe gratanter, & honorificè præpararunt. Itaque SS. Martyrum reliquiis, & quibus decuit reverentia, & honore ſuſceptis, & in loculis pretioſis, ſicut oportuit collocatis, Domina Principiſſa cum prædicto D. Salernitano Archiepiſcopo, viro religioſiſſimo, & clericorum, & aliorum fidelium multitudine copioſa devotè Deo gratias agens iter arripuit, & ſic ipſa, & omnes qui in comitatu ejus erant, duce Domino in brevi dierum ſpatio apud Canuſium proſpere devenerunt, de quorum adventu D. Petrus venerab. Canuſinæ Sedis Antiſtes nimium lætus, & jucundus tam Dominam Principiſſam, quam omnes, qui in ipſius comitatu advenerant, intimo affectu charitatis ſuſcepit, & Sanctorum Martyrum intuitu eis in omnibus humiliter miniſtrare non deſtitit. Ita quod præfata mulier eidem vener. Antiſtiti omnia, quæ à beatiſſimo Vito in mandatis acceperat, per ordinem indicavit; itaque idem vener. Antiſtes juſſione Summi Pontificis, & de SS. Martyrum revelatione gaviſus, nec non & prædicti Domini Salernitani Archiepiſcopi cum clericorum, & aliorum fidelium turba non modica ſequentes Dominam memoratam, ad ſæpe dictum locum Marianum cum devotione, & orationibus devenerunt. Locus enim ipſe Marianus erat de juriſdictione prędicti Antiſtitis Canuſini. Tunc ad eundem locum regulari inſtitutione benedicentes cum gratiarum actione devenerunt ad conſtruendum Eccleſias ad honorem Dei, & SS. Martyrum aſſignarunt. Et ſtatim Domina ipſa locum ipſum præcepit fodi circumquaque, atque ſignari, & in brevi temporis ſpatio nullis parcens expenſis in honorem Beatiſſimorum Martyrum Eccleſiam fieri fecit: in qua dictorum SS. Martyrum corpora cum honore, & reverentia collocavit, & feliciter requieſcunt, & ibi operatur quotidie Deus per eos mirabilia multa ſigna, atque prodigia.*

*Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 801. Celebratur autem SS. Martyrum translatio ſexto Kalendas Maii regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſęculorum Amen. Emptis prius per ipſam Principiſſa nonnullis poſſeſſionibus pro vita, & ſubſtentatione Monachorum Ordinis S. Benedicti indigentium tunc ſtantium, & in futurum ut poſſent in eodem loco ab eis jugiter & Chriſtus Jeſus laudari, & Sanctorum corpora in perpetua veneratione haberi.*

Quod hujus translationis auctor de Florentia ſcribit illam fuiſse Salerni Principem, gratis aſsertum videtur; Beda enim ad 15. Junii in ſuo Martyrol. illuſtriſſimam tantum fœminam vocat, neque in Genealogicis tabulis Salernitanorum invenitur Florentia, neque Berardus ejus frater, quemadmodum Nicolaum illum, quem vocat Salernitanum Archiepiſcopum, in Diptycis Salernitanis non habemus, neque Salernitanus Antiſtes ea tempeſtate Archiepiſcopali titulo condecoratus fuerat, poſteriori enim ſeculo anno ſcilicet 968. Salernitana Metropolis inſtituta eſt, ut ſupra narravimus. Fuiſse vero peractam Viti, ſociorumque corporum translationem à Florentia in Marianum anno ſalutis 801. autumat idem hiſtoriæ auctor, ſed cum Beda venerabilis translationis meminerit, qui anno 735. obiit, ante hunc annum Viti translationem accidiſse oportet, quo verò anno, in obſcuro eſt, niſi divinare velimus ex quadam probabili conjectura illam eveniſse anno 672 quo Reſurrectionis Dominicæ feſtum incidit die 25. Aprilis ut idem teſtatur Beda de temporum ratione in trigeſimo ſexto circulo novennali, vetus namque traditio eſt monumentis conſignata, accidiſse horum SS. Martyrum translationem à Silari fluvio in Marianum die 26. Aprilis feria ſecunda Reſurrectionis, quo die ſolemni ritu agitur in Polymniani Eccleſia, ubi brachium & genu Viti religioſè aſservantur. Ab anno demum 672. uſque ad 919. Reſurrectio Dominica haud incidit in 25. Aprilis. Crediderim igitur Florentiam illam eo ipſo anno 672. tranſtuliſse ad Marianum Viti, ſociorumque ſacra lipſana, ubi adhuc dicuntur venerari. Cæterum non ſum neſcius ſcripſiſse Sigebertum in Chron. Viti corpus Pariſios in Eccleſia S. Dionyſii Roma Fulradum Abbatem tranſtuliſse anno 755. ex Gallia verò in Saxoniam ad cœnobium Corbejæ ann. 835. imperante Ludovico Pio: *Hoc tempore*, inquit ille, *reliquias ſancti Viti Martyris Pariſiis ad Corbejam Saxoniæ tranſtulerunt, unde ipſi Franci teſtati ſunt, quod ab illo tempore gloria Francorum ad Saxones tranſlata eſt.* Cujus etiam meminit Vvitichindus, qui vixit anno 920. ſed auctor libelli de fundatione novæ Corbejæ in Saxonia apud Andream Ducheſne tom. 3. hiſt. Francorum ſcriptorum, ubi Viti corpus Roma Pariſios à quodam Fulradi Abbatis ſocio furtim translatum, & Pariſiis ad novam Corbejam in Saxoniam inde translatum anno 836. Ind. 14. anno Ludovici Pii Imp. 23. ſub Abbate Vvarino diffusè narrat; ſed quis divinare poteſt, à quo vel quando è Mariano Romam delatum ſit Viti corpus? vel quo loco reconditum fuerit, an in vetuſtiſſima Eccleſia Diaconali Viti & Modeſti conſecrata apud S. Mariam Majorem, ubi & fruſtulum Viti veneratur, vel in Eccleſia eidem ſacra apud monaſterium de Sarda, cujus meminit Biblio

the-

A thecarius in Leone III. obſcurum omnino eſt. Jacobus Gualla, & Stephanus Breventanus in hiſt. Ticinenſi tradunt, corpora SS. Viti, Modeſti & Creſcentiæ ab Aiſtulfo Longobardorum Duce, cum Romam diriperet, capta, ac Ticinum urbem Inſubriæ tranſvecta eſse: ubi condi memorant in ſancti Marini cœnobio Fratrum D. Hieronymi. Alii vero horum Martyrum corpora tradunt Cereæ eſse in agro Veronenſi, juxta Menacum fluvium in ęde S. Viti. Nonnulli in Calabria in S. Viti oppidulo prope Scyllaceum. Alii in oppido Siciliæ Rababulto, & Piſis in Etruria caput S. Viti ſervari volunt in Eccleſia S. Franciſci, & corpus S. Creſcentiæ ſervari Mazarię in Sicilia auctor eſt Ferrarius. Tradit ſubinde Æneas Sylvius, & Joannes Dubravius Othonem I. Germaniæ Regem & Imperatorem Vinceslao adoleſcenti (qui poſtea Bohemorum Princeps & martyr fuit, anno 938.) in aula ejus obſervanti brachium S. Viti dono dediſse, in cujus honore Cathedralis ædes Pragę conſtructa eſt. Nanclerus ſcribit Carolum III. Imp corpus ſancti Viti
B Pragam detuliſse. Multis prætęrea in locis ex ſancti Viti reliquiis aſservantur. Sed hæc conſiſtere non poſsunt, niſi nomine corporis, partem intellexerimus, antiquo Eccleſiæ more, de quo diſerte Baronius in notis ad Martyrologium Romanum. De reliquiis item S. Viti legendi Albertus Cranzius in libro Metropol. Saxoniæ, Hundius Metropol. Saltzburg. Henricus Steronus apud Henricum Caniſium tom. 1. antiq. lect. De ejuſdem translatione agunt Surius, & alii, ſed nemo primam translationem Mariano Romam commemorat, & hæc de S. Viti Polymnitani Patroni ſacris reliquiis ſatis ſint dicta, occaſione veteris translationis hiſtoriæ Mariani cœnobii.

II. 2 RICHARDUS quem volunt præfuiſse anno 1035. poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

III. 3 RICHARDUS II. vivebat an. 1103.

IV. 4 AMBROSIUS an. 1116.

V. 5 BONAVENTURA an. 1140.

VI. 6 MAYON hujus Eccleſiæ Epiſcopus erat an-
C no 1170 ex quodam venditionis documento factæ Archidiacono Polymnianenſi per Iudittam filiam ejuſdem Mayoni Epiſcopi uxorem Maureliani Comitis Monopolis. Hoc eodem anno Guillelmus Siciliæ Rex hoc obtulit privilegium Eccleſiæ & Abbatiæ S. Viti in Mariano, quod ibidem extat.

*Vuillelmus Divina opitulante clementia Rex Siciliæ & Principatus Capuæ unacum Domina Margarita glorioſa Regina matre ſua.*


*Pietatis arbitramur obſequium dignum utique majeſtate regnantibus, Eccleſias, & loca venerabilia divino cultu dedicata benignitatis oculis intueri, & Dei intuitu, qui Regni noſtri incunabula ſibi feliciter conſecravit, opportunis eorum petitionibus miſericordiæ januam reſerare: nam ut alias dicitur, opus miſericordiæ cuſtos eſt tibi Regum, & oblationi præjudicat victimarum. Inde quod reſidentibus nobis in noſtro palatio felicis urbis Panormi, tu Luca venerabilis Abbas S. Viti de Polignano noſtro conſpectui præſentatus humiliter, & inſtanter noſtræ Serenitudini ſupplicaſti, ut illius intuitu, per quem feliciter vivimus, & regnamus, & ut ſtatus Regni noſtri*
D *meritis glorioſi martyris ſancti Viti felicius enulcet, privilegia anteceſſorum noſtrorum roboremus, Ducis videlicet, & Regis Rogerii Avi noſtri memoriæ recolendę, necnon & alia privilegia, vel inſtituta, quę per conceſſionem Principum, & aliorum largitorum fidelium tuo monaſterio indulta fuerunt, pariter & donata, ac omnia, quæ ipſorum temporibus habuit, vel in præſenti rationabiliter dignoſcitur poſſidere, propter perſequentium calumnias, quæ modo in his, modo in illis Eccleſiam ipſam fatigare non ceſſant, concedere, & confirmare noſtra ſublimitas benigno dignaretur favore. Nos igitur conſideratis tuis precibus pro effectu porrectis pro remedio animarum progenitorum noſtrorum, & noſtrorum indulgentia delictorum, ipſa privilegia, & omnia alia privilegia, dignitates, liberalitates, tenimenta, & omnes oblationes, ſeu donationes juſtè à quibuſcunque exhibitas, inſuper & quæ inantea juſtis modis, præſtante Domino, tua Eccleſia poterit adipiſci, tibi & tuis ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus, & perpetui roboris munimine communimus. Si quæ etiam conſuetudine inductæ ſunt contra privilegia, ſeu rationes ipſius monaſterii propter negligentiam Prælatorum anteceſſorum tuorum vel propter malam hominum intentionem, ea de cætero præcipimus reſecari, & penitus amoveri, univerſis fidelibus Regni noſtri in contemptum noſtræ gratiæ diſtrictè præcipientes, quatenus ſupradictum monaſterium contra eadem privilegia, vel jura ipſius monaſterii non audeant perturbare, quod ſi quis præſumpſerit, iram noſtri culminis cum pœna corporis, & rerum ſuarum jacturæ ſciat ſe incurſurum. Ad hujus autem noſtræ conceſſionis, & confirmationis memoriam, & inviolabile firmamentum, præſens privilegium noſtrum per manus Riccardi noſtri notarii ſcribi præcepimus, & bulla plumbea noſtro imperio impreſſione muniri.*
B *Datum in urbe felici Panormi per manus Stefani Dei, & Regia gratia D. regis Cancellarii an. Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo. Regni verò D. noſtri Dei gratia glorioſiſſimi, & magnificentiſſimi Regni Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ anni 15. menſe Junii 3. Indict. feliciter. Amen.*

7 ARPINUS Epiſcopus Polymnian. interfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. an. 1179. VII.
(„ *Polymnianenſi Epiſcopo Cœleſtinus III. literas*
„ *dedit ad favorem monaſterii S. Benedicti de Poly-*
„ *mniano ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecto pro ele-*
„ *ctione Abbatis, ut habetur in Cuperſanis apud*
„ *Ughel.* 1190.)

8 BARCHEDUS florebat an. 1275. VIII.

9 GUILLELMUS an. 1318. memoratur etiam IX.
anno 1327. („ *Præſens fuit conſecrationi Vigilienſis*
„ *Cathedralis* 1295.)

10 MATTÆUS * Ord. Præd. ex fidei Quæſi- X.
tore in Neapolitano regno anno 1330. die 13. Fe- * Ex App. tom. 9.
C bruarii ſolvit ſolitum ſubſidium ſacro ſenatui in libro ſolutionum Prælatorum Ioannis XXII.



11 BONAIUNTA, qui etiam apud quoſdam XI.
D Bonaventura eſt, Bonaccurſii filius de Boſcholis nobilis Florentinus, fuit Polymniani Epiſcopus: ſuum conſtituit procuratorem ad cauſas civiles Federicum ſuum fratrem germanum die 8. Iunii 1332. ex protocollo Lotti Serſtnnerii notarii Florentini, quod extat in archivio Septimiani cœnobii quinto ab urbe Florentiæ lapide Ord. Ciſtercienſis. Idem Bonaiunta anno 1333. 26. Aprilis memoratur in lib. oblig. Prælatorum

12 GUILLELMUS II. memoratur in monu- XII.
mentis eiuſdem Eccleſiæ anno 1341.

13 BONAUINUS, cuius memoria habetur in XIII.
monumentis eiuſdem Eccleſię an. 1343.

14 Fr. NICOLUS * Ord. Prædicator. Barenſis XIV.
an. 1348. huius Eccleſiæ Epiſcopus declararus eſt. * Ex App. tom. 9.
Epiſcopalem dignitatem gerebat an. 1351. Memoria extat in cathedrali in columna marmorea propè altare beatæ Virginis Mariæ, cujus erat addictiſſimus ſervus, in hæc verba.

die 17. Martii, quo ab Alphonſo I. Rege omnium privilegiorum ſuæ Eccleſiæ obtinuit confirmationem in hunc modum.

*Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, citra, & ultra Farum, Valentiæ, Hieruſalem, Ungbariæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dominus Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilienſis, & Ceritaniæ.*

*Magnifico, & nobilibus viris Jaymo de Caſpa de noſtra Bibliotheca, Dobanario civitatis noſtræ Juvenacii, ſeu ejus Locumtenenti præſenti, & futuro, & D. Stephano Archidiacono majoris Juvenacenſis Eccleſiæ, & Angelo Riiio J.V.D. Dobaneriis quoque terzariæ ferri, nec non Albertino de Padua Dobanerio Scamaagii dictæ civitatis, & aliis, ad quos de infraſcriptis pertinebit, Conſiliariis, fidelibus noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Noviter pro parte Epiſcopi, Capituli, & Cleri dictæ civitatis fuit majeſtati noſtræ reverenter expoſitum, videlicet. Cum temporibus longè decurſis, quorum memoria hominum in contrarium non exiſtit, Epiſcopatus, Clerus, & Capitulum civitatis prædictæ habere conſueverant decimam integram, & completam de omnibus, & quibuſcunque introitibus dictę Dobanæ, ac non & florenos tres pro Cereo Paſchali, quemadmodum ex privilegiis dicto Epiſcopatui, Clero, & Capitulo per dictæ memoriæ retro Principes prædeceſſores noſtros conceſſis, ad quæ nos referimus, aſſeritur contineri. Et poſtquam nos hoc Regnum feliciter obtinuimus nonnullis hominibus tam dictam civitatem incolentibus quam exteris proviſiones annuas ſuper dicta dogana ordinavimus, & gratioſè conceſſimus, & contra dicti epiſcopatus, Cleri, & Capituli privilegia, & concceſſiones denegarit ſibi decimas earum proviſionum, & donationum ſolvere, in damnum maximum & prejudicium dicti epiſcopatus, Cleri, & Capituli, & contraventionum privilegiorum ipſorum; propterea nobis humiliter ſupplicatum fuit, ut ſuper indemnitate ipſorum epiſcopatus, cleri, & capituli debite providere dignaremur. Nos admiſſa contra ſupplicatione, volentes, prout cordi nobis eſt, jura eccleſiaſtica manutenere, & defendere, nec minus privilegia per prędeceſſores noſtros ipſi epiſcopatui Clero, & capitulo conceſſa ad unguem obſervare facere, attento quod etiam per majeſtatem noſtram hujus decima, & dicti floreni tres pro cereo Paſchali dicto Epiſcopo, Clero, & Capitulo, ut aſſeritur, perſolvuntur, nec intentionis noſtrę eſt per donationem aliquorum membrorum in aliquo ipſis ſupradictis ſuper ſolutione decimę derogare; vobis Doganerio dicimus, & mandamus, quatenus inſpectis diligenter per vos privilegiis, & aliis cautelis Epiſcopatus ipſius, Cleri, & Capituli, & ſi per ea legitimè inveniatis dictam decimam ipſi epiſcopatui, clero, & capitulo ſolvi debere ex introitibus dictę doganę, & quod curia noſtra ex his, quę recepit ex dictis juribus ſoluit decimam dicto epiſcopatui, dictos aſſignatarios ad ſolvendum dictam decimam ipſi epiſcopatui, clero, & capitulo compellatis, ſeu remediis, quibus decet, compelli faciatis, aut vos ex dictis eorum aſſignationibus ipſam perſolvatis, prout unumquemque ipſorum aſſignatariorum pro rata ſuæ proviſionis ſolvere oportuerit. Dantes vobis de certa noſtra ſcientia præſentium vigore licentiam pleniſſimam, & facultatem tribuentes quod impunè valeatis, penes vos ad opus ſolutionis prędictę retinere decimas à quibuſcunque à dicta Dobana aſſignationes habentibus, & de illis dicto Epiſcopatui, Clero, & Capitulo reſpondere junta privilegiorum ipſius continentiam pleniorem; quoniam ad veſtri cautelam mandamus magno hujus Regni Camerario, ſeu ejus Locumtenenti, Pręſidentibus, & Rationalibus Camerę noſtræ ſummariæ, ſeu aliis quibuſvis à vobis compoſitiones audituris, quatenus adveniente veſtri ratiocinii tempore, & vobis reſtituentib. apochas, quas pro decimis per vos ſolvendis habueritis, una cum eo ſumpto præſentium, illas in veſtris recipiant computis, & admittant abſque nota cujuſlibet quæſtionis. Nec non dicimus, & mandamus vobis dobaneriis, & unicuique veſtrum, quod de introitibus dictorum membrorum dobanæ, puta ſcanaagiæ, & terzariæ ferri, integram decimam, dicto Epiſcopatui, Clero, & Capitulo ſolvatis, ſeu unuſquiſque veſtrum pro rata introituum, ſeu membri ſolvat, prout juſte, & rationabiliter tenemini, & per eorum privilegia obligati eſtis. Et contrarium non faciatis, nec faciant, quantum gratiam noſtram caram habetis, & habent, ſi iram, indignationem, & pœnam ducatorum duorum mille cupitis, & cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus, magno majeſtatis noſtræ ſigillo impendenti munitas, quas per earum opportunam inſpectionem ſingulis vicibus volumus reſtitui præſentanti efficaciter in antea valituras.*

*Datum in Caſtello-Novo civitatis Neapolis die 15. menſis Aprilis, 5. Indictionis, anno à Nativ. Domini 1457. Regnorum noſtrorum anno 42. hujus vero citerioris Siciliæ Regni 23. Rex Alfonſus.*

*Locus † ſigilli Regii pendentis, &c.*

Obiit anno 1462.

26 MARINUS Morula, ſeu Moronus, patriæ Epiſcopus delectus eſt a Paulo II. anno 1462. ſub Sixto IV. tranſlatus (1) ad Eccleſ. S. Agathę 12. Kal. Octobris ex Archidiacono Calinenſi, exceſſit ſub eodem Sixto. XXVI



27 PETRUS Racanatus a civis Rom. Epiſcopus reperitur anno 1471. Hic fratrem habuit Bartholomeum Ferdinandi Regis Conſiliarium, & Secretarium, in cujus gratiam hoc dedit diploma Rex ipſe ad favorem Juvenacenſis Eccleſiæ anno 1473. XXVII.

a De quo Calogerius in hiſt. Racinet. p. 301. Mandoſ.

*Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ; Nobilibus viris quibuſcunque Commiſſariis, Capitaneo civitatis Juvenacii, necnon Electis, & ordinatis civitatis ipſius præſentibus, & ſucceſſivè futuris, ad quos præſentes pervenerint, vel fuerint quomodolibet præſentatæ, gratiam, devotionem, & bonam voluntatem.*

*Licet Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ, tam de jure divino, quam humano, & meritò multis privilegiis fulgeat, & favoribus circumfulta ſit; tamen Principes pro tempore exiſtentes non ſolum illis derogare nolunt, neque etiam diminuere, verum etiam augent, cumulantque pro poſſe in Dei honorem, ſanctæque Religionis augmentum, ne quod à Deo, Pontificibuſque ejus Vicariis in terris ſancitum, & conſtitutum eſt, derogari, vel impugnari videatur, & tanto gratiori animo favent, quanto Prælati, vel inferiores perſonæ Principibus ſunt gratiores. Nos autem attendentes ſervitia plurima, & diverſimodè impenſa in omni temporum genere continuatione laudabili per magnificum Bartholomæum de Racaneto olim Conſiliarium, & Secretarium noſtrum dilectum. Nec non per Rev. Patrem P. Epiſcopum Juvenacenſem ejus fratrem, quæve per ipſum Epiſcopum Presbyterum in futuris ſperamus inceſſanter non ſolum ipſum, ejuſque ſubditos in privilegiis de jure conſtitutis confirmare volumus, & intendimus; ſed etiam gratiis à nobis emanantibus munire, & ornare conſtituimus,* ut

(1) Hunc Marinum ad Eccleſiam S. Agathæ translatum ſcribit Ughellus, ſed nomen, tempus, & patria ab eo, qui Agathenſi præpoſitus fuit, omnino diſſonant ab hoc Marino, nec ipſe Ughellus ibi eum cum Juvenacenſi commiſcet. Lucentius.

*ut gratitudinis officio in ſubditos uti videamur. Sanè pro parte Reverendi Epiſcopi prædicti fuit nobis humiliter expoſitum, quod Capitaneus ad præſens conſtitutus, non habens ad Deum, neque ad ejus fidem, & religionem aliquem reſpectum, in contemptum jurium, & cenſurarum, Clericos cujuſcunque Ordinis, aliquibus quæſitis coloribus capit, in carceremque recludit, eoſque componit, ut laicos, contra omnem honeſtatem, & Romanæ Eccleſiæ libertatem, necnon eorum animalia, & ipſi Epiſcopo, & Eccleſiæ ſervientes. Ex quo ſignificavit humiliter, ut ejus indemnitati, & ejus Eccleſiæ, & ſubditorum detrimento providere dignaremur. Ne de cætero officiales Juvenacii pro tempore exiſtentes in contemptum fidei talia exceſſiva, & enormia committere præſumant; Nos autem ejus ſupplicationibus benignius inclinati, Eccleſiaſtica jura augere cupientes, non minuere, vobis & unicuique veſtrum inſolidum Commiſſariis, Capitaneo, & Ordinatis, ſeu electis præſentibus, & futuris committimus, & mandamus ſub pœna, & ad pœnam ducatorum mille à quolibet contrafaciente* B *exigendarum, & noſtro fiſco applicandarum pro unaquaque vice, quatenus de cætero Clericos Juvenacenſes, & ipſius diœceſis, omneſque eccleſiaſticas perſonas, necnon animalia eorum, & ipſi Epiſcopo, & Eccleſiæ ſervientes, pro quibuſvis cauſis tam civilibus, quam criminalibus realiter, vel perſonaliter quovis quæſito colore, vel cauſa capere, carcerare, citare, ſeu moleſtare in perſonis, vel bonis non debeatis, & ſi aliquem cepiſtis, vel carceraſtis de ipſis etiam pro quocunque delicto civili, vel criminali, illos, ſeu illum ad ipſum Epiſcopum, tanquam eorum Judicem ordinarium remittatis, amplius vos in prædictis non intromittentes. Et contrarium non faciatis, nec fieri permittatis pro quanto gratiam noſtram caram habetis: ſi iram & indignationem, ac pœnam prædictam cupitis non ſubire: præſentibus autem poſt opportunam inſpectionem earum ſingulis vicibus, præſentanti remanſuris. In cujus rei teſtimonium præſentes exindè fieri, & magno Majeſtatis noſtræ ſigillo pendenti juſſimus communiri. Datum in* C *civitate Sarni per magnificum virum Albaſium Aquoſa Locumtenentem ſpectabilis, & magnifici viri honorati Gajetani de Aragona Fundorum Comitis, hujus Regni Logotbetæ, & Protonotarii, Collateralis, Conſiliarii fidelis noſtri plurimum ſincerè dilecti. Die ſeptimo menſis Martii, anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio.*

*Rex Ferdinandus.*

Adfuit Petrus inter plures Epiſcopos Romana in aula, quando Innocen. VIII. anno 1484. Leopoldum Marchionem Auſtriæ ſolemni ritu inter Sanctos adſcripſit. Defunctus eſt circa annum Domini 1496. De quo nulla adeſt memoria præter hanc in aula Epiſcopii.

*Erexit Jacobus, finem mihi ſanguine clarus*
*Inde Racanata Petrus ab urbe dedit.*



XXVIII. 28 JUSTINUS Planca nobilis Juvenacenſis origine Romanus ſucceſſit Petro anno 1496. vixit in hac ſede annos 22. & cum nuncium dignitati remiſiſſet, vix elapſo anno fato ceſſit ann. 1518. jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

A

D. O. M.
*Juſtino de Planca*
*Patritio Juvenacenſi*
*Et vetuſto Rom. Plancarum genere*
*oriundo*
*Qui ab Alexandro VI. Pont. Max.*
*ad Patriæ Epiſcopatum electus*
*id munus xxii. annorum ſerie*
*laudabiliter pièque explevit.*
*Obiit anno Domini MDXVIII.*

29 LAURENTIUS Card. Puccius a hujus Eccleſię perpetuus adminiſtrator conſtitutus eſt à Leone X. anno 1517. die prima Aprilis, („ *qui mox ad* „ *favorem ſequentis reſignavit ſibi reſervato jure* „ *regreſſus*. XXIX.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 327.

„ *JACOBUS Tramarinus, nobilis Juvenacenſis,* „ *ex libera ceſſione Cardinalis Puccii vix electus patriæ Antiſtes, nondum inauguratus ad Polymnianenſem tranſiit 21. Auguſti 1517. rediitque adminiſtratio ad Card. Puccium, qui in eodem Conſiſtorio* B „ *aſſenſum præbuit, ut huic Eccleſiæ provideretur* „ *de perſona Marcelli Plancæ. Jacobus ipſe non enumeratur in ſerie Ughelliana ſilentio obvolutus, quia* „ *vix dictus Juvenacenſis Præſul aliò translatus eſt.* „ *De ejus electione Juvenacenſi lapis honorarius eloquitur in Cathedrali, quem ipſi excitarunt ejus* „ *gentiles*. Lucentius.) XXX

30 MARCELLUS Planca b Juvenacenſis cedente Cardinali Puccio, ad hanc Eccleſiam vocatus eſt die 21. Auguſti anno 1517. Sedit laudabiliter annis 12. Exceſſit in anno 1528. Jacet in Cathedrali prope Juſtinum prędeceſsorem, affinemque ſuum ad ſepulchrum una cum gentilitiis inſigniis, ubi hæc inſculpta legitur inſcriptio. XXXI.

b De Caſablanca inſcribitur in Schedis Conſiſt.

D. O. M.
*Deo Trino & Uno. Marcelli de Planca Patritii, & Epiſcopi Juvenacenſis oſſibus, & memoriæ Poſſ. Æquanimitate, & temperantia difficillimis temporibus Epiſcopatum tenuit. Obiit anno ſalutis MDXXVIII.*
*Præſulatus ſui xii.*

C 31 LUDOVICUS Furconius vir egregiis moribus, atque virtutibus ornatus diu hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit c, ac tandem octuagenario major onus dimiſit liberè die 28. Octob. 1549. pauloque poſt deceſſit in patria, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ de Pagamia, hoc epitaphio ad ejus tumulum inſculpto. XXXII.

c Electus 4. Decemb. 1528.

D. O. M.
*Ludovicus Furconius Aquilanus, Epiſcopus Juvenacen. & morum probitate inſignis, & divini, humanique juris conſultiſſ. Ann. vixit lxxx. longè plures in eorum victurus animis quos aut præſentes beneficiis, aut futuros ſui deſiderio devinxit. Ob. iii. Non. Auguſti M. D. L.*

32 JOANNES Antolices Britianus de Ribera Hiſpanus, ex Regia præſentatione Juvenacenſem Epiſcopatum obtinuit à Paulo III. an. 1549. die 28. d Octobris. Præfuit laudabiliter annis plus minus 25. D laboribus, & ſenio feſſus hanc liberè dimiſit Eccleſiam, pauloque poſt Neapoli obiit. Interfuerat Concilio Tridentino, ad cujus normam Clerum reformavit, ac civitatem in Parochias diſtinxit, menſæ Epiſcopalis redditus auxit, vetuſtum cœnobium Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti ex littore maris, ut tutius virginibus ſacris foret, intra mœnia traduxit apud Eccleſiam Ss. Joannis, & Pauli, ubi & novum cœnobium diruto vetuſto conditum eſt. Supra fores ejuſdem Eccleſiæ hæc proloquitur inſcriptio. XXXIII.

d Die 25. Octob.

*Templum D. Jo. Baptiſtæ cum monaſterio Reg. D. Benedicti dirutum ex littore, ut à Turcis cum civitate, & ſacris virginibus tutius foret huc translatum eſt, & ut commodiorem formam acciperet cum Eccl. SS. MM. Joan. & Pauli conjunxit Joannes Hiſpanus Epiſcopus Juvenacenſis anno ſalutis MDLIII.*

Alia

Alia legitur inſcriptio ad parietes Eccleſiæ ſancti Jacobi Apoſtoli. A

*Hoc ſacellum Divo Jacobo dicatum Eccleſias ſancti Jacobi, ſancti Joannis Apoſtoli, & ſancti Martini dirutas, facultate à ſacro Concilio Tridentino conceſſa tranſtulimus juribus earundem patronatibus in eodem conceſſis, & reſervatis, Joannes Epiſcopus Juvenacenſis MDLXXII.*

Incolunt hanc ædem puellæ, ubi piè educantur, vel ad cœnobiticum inde inſtitutum, vel ad matrimonium amplexandum jure, & tutela Juvenacenſis Epiſcopi. Joannes verò invicti animi vir, ac Eccleſiaſticæ immunitatis acerrimus vindex ſucceſſoribus ſuis plura pietatis ſuę exempla reliquit.

XXXIV 33 SEBASTIANUS Barnaba Neapolitanus ad Regiam Philippi II. præſentationem Juvenacenſis evaſit Epiſcopus die 25. Julii 1574. Septem annos benè hanc rexit Eccleſiam, & ad Potentinam tranſlatus eſt die a 30. Octob. de quo hæc memoria legitur in Epiſcopio. B

a Die 19. Augusti 1579.

*Sebaſtianum Barnaba Epiſcopus & Patritius Juvenacenſis.*

In Cathedrali Chriſto Cruci affixo ſacellum erexit, cui ad expiandas fidelium animas perpetuam indulgentiam elargitus eſt Gregorius XIII. Pont. Max.

XXXV. 34 LUCIANUS de Rubeis Siculus Pactenſis utriuſque juris doctor Neapoli aliquandiu vixit, inde Romam apud Cardinalem Sanſeverinum, poſt Hiſpaniam peragravit, ibi titulo Regii Sacellani cohoneſtatur, atque Nuncii Apoſtolici in Hiſpania Auditor eſt effectus, mox Epiſcopus Juvenacenſis die 30. b Octob. 1581. ubi cum ſediſſet annis octo ad Mazarienſem Eccleſiam in Sicilia anno 1589. tranſlatus eſt, in qua poſt plurima ſuæ pietatis relicta monumenta fato functus eſt, 28 Octobris 1602. ejus corpus in Cathedrali humatur, de quo hæc pauca ex multis liber enarrare ex Roccho Pyrro in Notitia Mazarien. Eccleſiæ.

b Die 10. Octob.


*Præpoſita deberet eſſe omnibus præſulibus tanquam in imagine deſcripta vita Luciani, in qua velut in ſpeculo refulget ſpecies regiminis, & forma virtutis; hinc ſumerent exempla vivendi, quid effugere, & quid tenere deberent: in corde humilis, verbis gravis, animo prudens, in loquendo parcus, in legendo ſtudioſior, benè velle omnibus, fugere jactantiam, rationem ſequi, amare virtutem ſemper viſus eſt, ſuam perluſtrando diœceſim &c. hęc omnia cum eſſet Juvenacenſis Epiſcopus egiſſe bonus præſul credendus eſt, cum apud Juvenacenſes vigeat ejus claræ virtutis ſuavis memoria.* C

XXXVI. 35 JOANNES ANTONIUS Viperanus c Siculus Meſſanenſis inſignis Theologus & eruditione vir clarus, ſed præcipue humilitatis virtute cæteriſque virtutibus Chriſtiano ſacerdoti dignis clariſſimus, ex Philippi II. Regis dilectione Juvenacenſis Epiſcopus declaratus eſt à Sixto V. Pontifice anno 1589. d Plura reliquit ſui ingenii monumenta, ac præcipuè ut erat beatiſſimæ Virgini Mariæ ſumma devotione devictus, ſcripſit in ejus honorem oden & elegiam devotiſſimam. Vixit in hac dignitate ſemper idem annis penè 23. ac Martio menſe anno 1610. vale dixit huic mortali ſæculo, ſepultus in Cathedrali in ſacello Crucifixi, nulla proloquente inſcriptione, ſed Julius Maſus ſucceſſor in memoriam tanti viri ſequentem in marmore prope ſepulchrum Jacobi Framarini inſcribi juſſit. D

c De eo Toppius in Biblioth. p. 118. ejuſque Auctarium p. 105. Mongitorius in Bibl. Sicula tom. 1. p. 321. & Marraccius in Bibl. Mar. part. 1. p. 695. Mendoſ.

d Die 29. Maii.

*Glor. & Hon. Deo & lux perpetua luceat ei cujus cineres hic quieſcunt, Jo. Antonius Viperanus Meſſanen. doctrina & integritate conſpicuus de Philippi II. Hiſpan. Rege optime meritus ad ejuſdem Regis nominationem Juvenacenſis Epiſcopus à Sixto V. Pontifice Maximo creatus, qui plurium ſcientiarum libros edidit, populumque verbo & exemplo inſtruxit XXIII. anno ſui præſulatus ſenio confectus obdormuit in Domino Anno MDCX.*




XXXVII 36 GREGORIUS Sanctacrucius Monachus Caſinenſis à Paulo V. Epiſcopus Draconenſis, & coadjutor cum ſpe futuræ ſucceſſionis Antonii Viperani electus anno 1608. eo defuncto ſucceſſit; nec diu Pontifex fuit; deceſſit enim eodem an. 1610. menſe Novembri. Sepultus jacuit in ſacello Cruci affixi, quouſque à Julio Maſſio ſucceſſore ejus oſſa tranſlata ſunt in chorum ejuſdem Cathedralis, & ſequenti inſcriptione exornata.

*Sit laus Deo, & requies animæ Gregorii Sanctacrucii Epiſcopi Draconenſis qui omni officio, ac humanitate coadjutoriam Juvenacenſ. Eccleſiæ triennio adminiſtravit, mox ejuſdem Epiſcopus effectus VII. menſe poſt acceptum munus intempeſtive deceſſit Anno MDCX.*

Vacavit Sedes Juvenacenſis poſt Gregorii obitum annum unum, de quo nulla alia memoria extat præter hęc ſupra quandam feneſtram Epiſcopii.

*Gregorius Sanctacrucius Monachus Caſinenſis reſtauravit.*



XXXVIII. 37 JULIUS Maſius Tuſcus nobilis Florentinus, ſed virtute & clara in Deum pietate nobilior ad Juvenacenſem Eccleſiam evectus die 18. Martii 1611. à Paulo V. Papa ex pręſentatione Philippi III. Regis Hiſpaniarum, cujus erat charus, viginti ſeptem omnino annis hanc ſumma cum ſui nominis laude rexit Eccleſiam, tranſlatuſque eſt ad Monopolitanam Eccleſiam anno 1637. Hic ſtatim ac Juvenacium venit totum ſe ad exornandam Cathedralem, Epiſcopium, ac diœceſis Eccleſias dedit, cæteroſque anteceſſores ſuos laudabili æmulatione in iis operibus illuſtrandis egregie ſuperavit. Fundavit, & extrui curavit extra urbem Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Miſericordia, quam redditibus auxit in ſuæ animæ expiationem. Epiſcopale palatium, ac villam Sancti Martini à Joanne de Rebiba inchoatam abſolvit, Patres Capuccinos recepit, primumque lapidem jecit eorundem Eccleſiæ ſub titulo ſancti Caroli. In Cathedrali ornavit ſacellum Crucifixi, alterumque è regione erexit in honorem Beatiſſimæ Mariæ Virginis Lauretanæ, cui erat ſumma devotione aſtrictus. Fontem ſacri Baptiſmatis decentiori loco tranſtulit, ac magnifice novum ſubſtruxit, in quorum memoriam in marmore hæc appoſita ſunt verba.

*Julius Maſſius Florentinus Epiſcopus Juvenacenſis, Regiuſque Conſiliarius ſacello*

à dex-

*à dextris amplificato altero à ſiniſtris funditus erecto, portam hanc aperuit fontemque Baptiſmatis tranſtulit, ut Dei Eccleſiam primo ingreſſuris per ſacramentum tranſeundum innoteſcat.*

Majus altare, odæum, Epiſcopalem thronum eminentiori loco ac decenti ab ipſo exornato tranſtulit: oſſa ſuorum prædeceſſorum ſparſim jacentia collegit, ac decentiori in tumulo, quod etiam ſibi ipſi paraverat, incluſit, & titulum poſuit.

*Deo & Beatæ Mariæ Aſſumptæ.*

*Julius Florentinus Epiſcopus Juvenacenſis templum ad Dei cultum exornavit, prędeceſſorum Epiſcoporum corpora ſparſim indecenter jacentia, ut qui pontificali dignitate eluxerunt inſigniori loco tumularentur pietatis ergò collegit ſibique de futuro cogitans monumentum vivens paravit.*

*Anno MDCXVIII. Pontificatus ſui viii.*

Ad decentius conſtituendas Sanctorum reliquias ab eo inventas in altaris maximi translatione loculum ſupra Epiſcopalem thronum extruxit, ac marmore exornavit, ut populo devotè oſtenderentur. Scriptum reliquit Maſius inventionis tempus modumque, & eo in vaſculo, ubi inventæ fuerant repoſuit ejuſmodi. *Reliquiæ poſitæ intus capſulam hanc, inventæ fuerunt in medio altaris majoris in eo exiſtentes ſub ſepulchro ſeu ſigillo conſecrationis ipſius, quod credebatur totum conſecratum, ſed cum fuerit à reverendiſſimo Domino Julio Maſio Florentino hujus Eccleſiæ Epiſcopo, & electo Monopolitano pro majori cautela ſupra poſuit unum altare portatile ex viginti ab eo conſecratis die tertia Pentecoſtes, quæ fuit vigeſima ſexta Maii MDCXXVII. præſulatus ſui anno 17. pontificatus S. D. N. P. Urbani VIII. anno 4. præſidente Illuſtriſſimo Domino Aſcanio Geſualdo Archiepiſcopo Barenſi, regnante ſereniſſimo Philippo Rege Catholico.* Cæterum poſt deceſſum Maſii Præſulis ab hac Eccleſia ad Monopolitanam translati, Sedes Juvenacenſis decem integris annis vacua fuit. Julius vero cujus æterna memoria erit apud Juvenacenſes Monopoli mortem obiit anno 1637.

XX XIX 38 CAROLUS Maranta, *a* Neapolitanus, nobili gente natus Venuſina, quæ viros toga & ſago illuſtres protulit, patrem habuit Robertum juniorem, inſignem in urbe Neapolis Advocatum, Pomponii filium, cujus meminit Marcus Mantua ejus magiſter in libro de viris illuſtribus, Valentinus Foſterus in hiſtoria Juris Civilis. Pomponii pater Caroli proavus fuit Robertus ſenior. author libri cujus titulus Lumen & Speculum Advocatorum vulgò practica Marantæ. Lucius Maranta Roberti filius evaſit Epiſcopus Lavellenſis, & Fabius Calvi Epiſcopus Caroli patruus patriam & gentem illuſtrarunt. Carolus majorum virtutes imitatus I. V. D. & ipſe clariſſimus Neapoli cauſarum patronus. Romæ diu S. Officii Conſultor plura edidit ſui ingenii monumenta; ex regio deinde ſacellano, ad regiam præſentationem ab Urbano VIII. Pont. Max. delectus eſt Juvenacenſis Epiſcopus die 7. Septembris 1637. ſolemni ritu eodem anno Juvenacium ingreſſus, Cathedralem Sanctorum lipſanis Juſti, Felicitatis & Perpetuæ martyrum ditavit. Synodum habuit quam una cum ſalutaribus decretis publici juris fecit, primum lapidem poſuit Eccleſiæ non longe à mœniis civitatis in honore ſanctæ Mariæ, ſanctorum Juſti Martyris, Caroli & Philippi excitatæ egregiaque virtute & incomparabili conſtantia immunitatem Eccleſiaſt. propugnavit, pro qua non ſemel ab Eccleſia exulare juſſus invicti præſulis poſteris exemplar futurus, invictè ſe geſſit, cujus laudes, ne ejus modeſtiam oneremus, delibaſſe ſufficiat. Interim Deum Optimum Maximum ut diutius illum incolumem ſervet rogamus, qui hoc an. 1657. *b* menſe Novemb. tranſlatus eſt ad Tropejenſem Eccleſiam in Calabria.

( „ *Anno 1644. typis dedit apologeticum tractatum*
„ *de juribus Eccleſiæ Juvenacenſis.* )

*a* De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 50. Mandoſ.

*b* Die 24. Septemb.

„ *A D D I T I O.*

( „ Fr. MICHAEL *Angelus Vaginiri, ex ordine* XL.
„ *Fratrum Minorum Obſervantium ad hanc ſedem*
„ *evehitur 9 Junii 1659. Poſſeſſionem iniit die 16. Ju-*
„ *lii 1659. Pauperes largis, & continuis juvit elee-*
„ *moſynis, & ſuo tempore erant innumeri. Epiſcopale*
„ *palatium, & Minorum Conventualium domum re-*
„ *ficere cœpit. Contra illos oppidi Terlitii, qui ſe*
„ *nullius aſſerebant, ſua jura acerrimè propugna-*
„ *vit. Gravibus autem vexatus morbis Neapolim*
„ *contendere coactus fuit, contra quos medicam ex-*
„ *pertus inanem operam ad plures ibidem abiit an.*
„ *1667. ſepultuſq; fuit in D. Mariæ Novę ſui ordinis.*
„ Fr. AGNELLUS *Alferius, item Neapolita-* XLI
„ *nus, & ex eadem familia Minorum Obſervan-*
„ *tium, poſt omnes honorum gradus intra clauſtra*
„ *hanc eccleſiam regendam ſuſcepit 18. Martii 1671.*
„ *cujus poſſeſſionē cępit die 10. Maii ejuſdē anni. Con-*
„ *ſtitutionibus ſui ordinis etiam Epiſcopus uſque ad*
„ *obitum paruit, paupertati ſemper largiſſimè opitu-*
„ *latus fuit. Singulis diebus feſtis pueros omnes ſuę*
„ *diœceſis in proprio palatio congregatos Chriſtiana*
„ *imbuit doctrina. Cathedralem reſtauravit, tribu-*
„ *nam novo tectorio opere exornavit, auro etiam,*
„ *& picturis Divorum Tutelarium, & illorum, quo-*
„ *rum lipſana in ea civitate coluntur effigies expri-*
„ *mentibus nobilitando mille, & amplius aureorum*
„ *impendio. Collegium puellarum nobilium D. Ja-*
„ *cobi, & Epiſcopale palatium refecit, Eccleſiam*
„ *P. P. Capuccinorum ſacravit. In lite contra cives*
„ *Terlitii, pro qua diſpendium non minus 12. mil-*
„ *le aureorum perpeſſus fuit tribus Rotalibus ſenten-*
„ *tiis obtinuit, eſſe obnoxios viſitationi Juvenac.*
„ *Pręſulis, quare ſe illuc Eccleſiaſtica, qua debebat,*
„ *majeſtate contulit, clerumque illum reformavit.*
„ *Gravi morbo tandem implicitus peculiari ſancti-*
„ *moniæ fama ſpiritum creatori reddidit die 11. Au-*
„ *guſti 1692. ſepultus fuit in ſua æde principe inter*
„ *publicas lacrymas ſolemniter, ut nuſquam antea,*
„ *ſacriſque eo die operatus fuit Epiſcopus Liquedo-*
„ *nien. & in ejus ſepulchro hæc extat inſcriptio:*
„ Agnello Alpherio hujus urbis amantiſ-
„ ſimo Præſuli doctrina, munificentia,
„ pietate omni ferè virtute incomparabi-
„ li viro Dominicus Chyurlia amico be-
„ nemerēti ad memoriam perpetui nomi-
„ minis hoc monum. poſuit an. ſal. 1692.
„ Fr. HIACYNTHUS *Cajetanus Chyurlia Al-* XLII
„ *ferio ſucceſſit die 24. Aug. 1693. Præſul undequaq;*
„ *clariſſimus. Si generis nobilitatem ſpectas, ſua gens*
„ *Romana Conſularis in Orientem cum Magno Con-*
„ *ſtantino Helenæ filio deſcenderat, ubi ſemper in*
„ *gratia ſucceſſorum Cæſarum perſiſtens primis ho-*
„ *noribus, ac dignitatibus in Græco imperio ſemper*
„ *laudabiliter functa fuit, donec iiſdē Auguſtis quaſ-*
„ *dam Provincias in occidente ditione prementibus*
„ *in Apulia, quæ ipſis morem gerebat, an. 1085. per-*
„ *venit, ubi per eum, qui Elias dicebatur cum præ-*
„ *nomine Kyri, quod Dominus latinè ſonat, nec niſi*
„ *proceribus, & regii etiam ſanguinis tribuebatur,*
„ *dicta fuit è duobus uno corrupto efformato vocabu-*
„ *lo Chyurlia. Barii reſedit, in cujus nobiliſſimarum*
„ *familiarum cœtu cum reliquis Græcanicis conſcri-*
„ *pta ſemper primo loco habita fuit. Illam magnope-*
„ *re illuſtravit Robertus Chyurlia à conſiliis Caroli*
„ *primi utriuſq; Siciliæ Regis, & magnus regni Pro-*
„ *tonot. munus, quod eo tempore ampliſſimum ſumma*
„ *author. non ut in præſens fruebatur, cujus ſepulch.*
„ *adhuc extat in D. Nicolai de Bario cum hac inſcr.*
„ Expletis numeris Robertus Kyri Eliæ
„ Hic jacet extremo functus honore die.
„ Hic fuit & Regis Conſultor, & omnia ſolus
„ Et ſibi dum vixit, favit uterque Polus
„ Poſt obitum faveant ſua ſic felicia fata,
„ Qui loca poſſideat hac ſibi morte data.
„ *Sub Carolo II. Rege Bitecti civitatem, Modu-*
„ *neum, plurimaque alia feuda Comitis titulo eadem*
„ *gens poſſedit. In Juvenatio poſtea ſedem fixit*
„ *anno 1540. ubi illico ad illius nobilitatis honores*


*ad-*

*admiſſa fuit, gaudente inclyta Urbe in ſuo cętu hujuſmodi familias excipere. Nicolaus Chyurlia feudorum dominus, & Beatrix Giannone Alitto, è primis Butunti familiis genitores Hiacynthi Epiſcopi fuerunt, fraterque germanus Dominicus Comes Roccæ forzatæ per Juditham patritiam Butuntinam, è regia autem Hiſpana gente Arborquerque, cujus ramus Butunti reſedit, pater Nicolai Junioris Marchionis S. Lizzani Equitis D. Jacobi de Spata, qui ab Hippolyta de Luca patritia Melphictenſi ſuſcepit Franciſcum Comitem Roccæ forzatæ, & Fratrem Dominicum Equitem S. Joannis Hieroſolymitani raræ indolis juvenes in Clementino ſeminario Romæ educatos. Si pietatem attendere velis, vix adoleſcens Hiacynthus ditiſſimæ domus commoda, ac delicias in ætate, quæ facillimè ipſis irretitur, aſpernans Evangelicam paupertatem profiteri voluit in ſacro ordine Prædicatorum, in quo ſanctiſſimis moribus, ac ſcientiis omnibus inſtructus, in divinitate laureari meruit. Epiſcopus hujus Eccleſiæ renunciatus totus in ipſa eſt, quam ſumma vigilantia, parique erga pauperes miſericordia gubernat, quibus ſemper, & maximè penuriæ temporibus aut frumento, aut pecunia opportunè opitulatur. Congregationes Sacerdotum excitat, quæ bonum animarum procurant, quarum actuoſior eſt illa in D. Mariæ de Conſtantinopoli, quæ Marianum penſum quolibet die dominico recitat, & poſt veſperas ſpiritualibus exercitiis populum detinet, inſtruit, ad pietatem acuit. In majori hebdomada auguſtiſſimum altaris Sacramentum pro oratione quadraginta horarum publicè exponit incredibili populi frequentia. Huic piiſſimo cœtui patrocinatur in pręſens unus ex ipſius ſodalibus Franciſcus Paulus Bellacoſa doctrina, prudentia, pietate ſacerdos verè præclarus. Pium pariter Epiſcopus meditatur opus pro puellabus Orphanis, quod vulgò,* il monte della Carità, *cujus nunc annui reditus quincentum ducatorum ſummam excedunt, pro quo domum, & quidem peramplam jam condidit. Magnam auri vim ſuffecit pro nova Eccleſia pareciali D. Felicis, quam perfectam ipſe poſtea ſacravit, & etiam de ſuo prolatatum voluit aſceterium Monialium S. Benedicti ſub titulo D. Joannis Baptiſtæ valde prius anguſtum, in quo hæc extat inſcriptio.*

Hiacynthi Chyurlia
Egregiè cordati Antiſtitis
Opere, pietati, ac diligentiæ
Quod
Sacras has ædes anguſtas
Rimarum plenas
Sartas, tectas, auguſtiores
extruendas curavit
D. Joanna Sagarriga Antiſtita
G. A. M. P.
Ær. Chr. CIƆIƆCCXVII.

*Ut conventus, quem anno 1703. ſuo quoque hortatu Joſeph Bonhomo Primicerius hujus cathedralis conſtituto fundo centum mille aureorum, & amplius pro ſuis fratribus Prædicatoribus condere cęperat, mora nulla interpoſita perficiatur, continuo inſtat ſubſidio, proprio bene doctus periculo, quàm per illos pietate ac litteris profecerit ſua diœceſis magna in præſens ſui lætitia, & majori in futurum ſpe. Alit quippe jam hæc domus Religioſos, qui in Eccleſia continuo Sacramenta miniſtrant, concionantur, aliiſque piis operibus populares exercent, & è cathedra, non modò Philoſophia, ſed ipſa etiam imbuunt Theologia. Menſa Epiſcopalis, quæ fertilibus annis 800. ducatos non excedebat, nunc induſtria vigilantiſſimi Pręſulis bis mille, quingentos, & amplius exuperat. Adeò ſtrenue contra cives Terilitti in alma urbe jura ſuæ propugnavit Eccleſiæ, ut tandem prout in votis, deciſum fuerit.* Illud oppidum omninò eſſe in, & de Diœceſi Juvenacen., *quare uſui Pontificalium, & reliquis uſurpationibus penitùs cedere coactus fuit ille Archipresbyter, qui Juvenacen. Præſuli, non amplius ut delegato Apoſtolico, ſed ut loci ordinario omnimodam præſtitit obedientiam. Anno 1704. ſancta illud viſitatione perſonaliter luſtravit, & extincta longi diſſidii cauſa ab omnibus feſtivo plauſu exceptus fuit prævia etiam ſupplicatione uſque ad illam matrem Eccleſiam, quæ prima paternam ſui Præſulis ſollicitudinem experta fuit, gaudente Clero, & exultante populo, quos ipſe ſuo gregi reſtitutos peculiari amoris ſignificatione uſque ad ultimum proſequitur. Anno 1719. reviſit illud cum ſuo Vicario generali, J. U. conſultiſſimo, & Viggiani Cantore Franciſco de Nigris, qui ſui generis nobilitatem, ut & ſui omnes, cum adhuc in ſua gente non minus quàm novem vivant primo, ac ſecundo cognationis gradu conjuncti in facultate legali laureati, colluſtrat non minus ſcientiis quàm emendatiſſimis moribus, & præclariſſimis operibus. Præeſt inclytus Antiſtes laudatiſſimè, & majorum ſuorum decora ſuarum virtutum cumulat ornamentis.)*

# LAVELLENSES EPISCOPI.



LAVELLUM [a] mediterranea eſt Apulię civitas ſexto à Venuſio miliario, titulo comitatus antiquitus fulſit. ut Leo Caſinenſis ſcripſit in Chronica, nunc Marchionatus gentis de Tufo nobiliſſimæ. Anno Domini 1042. Normanni oppida Apuliæ partiti Lavellum Arniclino conceſſerunt. Parva civitas eſt familiis 574. habitata: animæ fidelium 1500. in totum recenſentur, cujus mentio nulla reperitur apud veteres authores; tametſi ab incolis ex patrum traditione eam priſcis temporibus ædificatam aſſeratur. In hac civitate natus eſt Tartalia generoſus, ſtrenuuſque militum Dux ſub Franciſco Inſubriæ Duce, cujus cum laude meminit Blondus, Corius, & Simoneta in Sforſiade. Epiſcopalis in ea dignitas ſatis antiqua eſt, ac Barenſi Archiepiſcopo ſuffraganea. Cathedralis Baſilica titulo S. Mauri rebus ad divinum cultum neceſſariis pro loci qualitate ſatis eſt ornata, in qua quatuor fulgent dignitates, Archidiaconatus nempè, Archipresbyteratus, Cantorat. & Primiceriatus, cum duodecim Canonicis, cum aliis Preſbyteris, & Clericis, qui ibidem divinum penſum perſolvunt. In hac civitate præter Cathedralem parochialis Eccleſia nulla, totius enim civitatis animarum curam Archipresbyter exercet. Sunt in ea duo Mendicantium cœnobia, Franciſcanorum unum Obſervantium, alterum Capuccinorum. (,, *Unum Hoſpitale, cętera deſunt.*) Diœceſis nulla eſt, nec muros civitatis excedit. Taxatur Eccleſia hæc in libris Cameræ Apoſtolicæ flor. 70. annuus vero cenſus ducatorum Regni 600. Præſules hujus Eccleſiæ, quos expiſcari potui, ſequentes ſunt.

[a] Volgo *Lavello.*

I. 1 VINCENTIUS Lavellenſis Epiſcopus vixit temporibus Nicolai II. Pontificis circa annum Domini 1060. cujus memoria extat in translationis hiſtoria Sanctorum.

II. 2 SEONUS florebat an. 1064.

III. 3 BISANTIUS Epiſcopus Lavellenſis anno 1069. („ *quo ſubſcripſit donationi Roberti Ducis pro* „ *cœnobio SS. Trinitatis Venuſinæ*. ) A

IV. 4 JOANNES Epiſcopus Lavellenſis interfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. anno 1179. celebrato.

5 N. . . . . . (1) Lavellenſis Epiſcopus ſub Gregorio IX. anno 1236. cui idem Pontifex commiſit, ut Eccleſiam Rapollanam paſtore vacantem de idoneo provideret Epiſcopo. Extat epiſt. in reg. Vatic. num. 32. fol. 437 dat. 7. Kalen. Decem. an. 10.

V. 6 JOANNES hujus Eccleſiæ Epiſcopus tranſlatus eſt ad Rapollanam Eccleſiam à Clemente VI. an. 1342. *a*

*a* 10. Novemb.

VI. 7 Fr. PHILIPPUM Neapolitanum Ordinis Prædicatorum Theologum famoſum, & in rebus agendis cura, dexteritate, ac prudentia apud Reges præclarum, Clemens VI. ad hunc epiſcopatum evexit 12. Kal. Decembris an. ſalutis 1342. ut in reg. Vatic. epiſt. 47. quem deinde Tranenſem Archiepiſcopum fecit anno ſequenti 1342. *b* de quo vide infra in illius ſedis Achiepiſcopis. B

*b* 5. Non. Maii 1344.

VII. 8 Fr. LAURENTIUS Prior S. Proſperi de Faventia Ordinis S. Benedicti, hujus eccleſiæ Epiſcopus creatus eſt à Clemente VI. an. 1343. *c* 8. Id. Martii, ex reg. Vatic. epiſt. 147 an. 3.

*c* 1344. 5. Non. Maii.

VIII. 9 MARCUTTINUS Lavellinus Epiſcopus obiit an. 1364.

IX. 10 Fr. MATTHÆUS Scaleata Ordinis Fratrum Carmelitarum hanc eandem ſedem aſſecutus eſt ab Urbano V. anno 1364. Id. Novemb. quam cum ſex omnino annos adminiſtraſſet ab eodem ad Squillacenſem tranſl. eſt an. 1370. ex reg. Vatic.

X. 11 BRUCARDUS memoratur anno 1385. die 24. Novemb. ſub Urbano VI. cujus erat aſſecla.

XI. 12 ANGELUS Barilis civis & Epiſcopus Lavellenſis aſſeritur anno 1391. ſed in libro obligationum nulla de eo mentio extat.

XII. 13 NICOLAUS eundem Epiſcopalem geſſit honorem ſub Bonifacio IX. à quo anno 1394. ad Stagnenſem, & Curzolenſem Eccleſiam tranſlatus eſt ut in lib. oblig. habetur. C

XIII. 14 Fr. FRANCISCUS de Auria Januenſis Ord. Minorum Lavellenſi in ſede refulſit anno 1394. 13. Kal. Junii, tranſlatus deinde fuit à Bonifacio IX. ad Eccleſiam Uſellenſem in Sardinia an. 1403. ex eodem oblig. libro.

XIV. 15 JACOBUS Epiſcopus Uſellenſis, Lavellenſem eodem anno 1403. ac die recepit Eccleſiam.

XV. 16 ROBERTUS electus an. 1420. 11. Kal. Febr.

XVI. 17 FRANCISCUS mortuus eſt anno 1437.

XVII. 18 Fr. MICHAEL ANGELUS de Nerulis è civitate Caſtelli Ordinis Minorum ſucceſſit Franciſco an. 1438. 6. Id. Januarii ex Actis Conſiſt.

XVIII 19 MATTHÆUS ANTONIUS electus 15. Febr. anno 1454.



XIX. 20 STEPHANUS Capanus Neapolitanus ex illuſtri patritia familia natus Lavellenſis eſt Epiſcopus ordinatus an. 1474. ſedit inculpatæ virtutis fama doctus & nobilis præſul annis octo, obiitque anno 1481. De familia Capana legendus Carolus Borrellus in notis ad Æolum Marcheſium.

21 Fr. PETRUS Pellagarius Tranenſis, Ordinis Minorum ſacræ Theologiæ doctor, hanc obtinuit dignitatem die 21. Junii 1482. tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam Theſelinam ann. 1487. XX.

22 TROILUS Agneſius, Theleſinus Epiſcopus, cum Petro commutavit, atque evaſit Lavellenſis Epiſcopus 1487. die 12. Feb. ferè decem annos hanc deinde rexit Eccleſiam, & ad Guardienſem tranſlatus eſt anno 1498. die 4. Julii. XXI.

23 QUIRINUS Longus Melphienſis Regius Sacellanus hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit die 4. Julii 1498. exceſſit an. 1502. XXII.

24 JOANNES de Manna civis Lavellenſis, patriæ Præſul electus 1502. die 24. Auguſti. Obiit extra Romanam Curiam anno 1504. XXIII.

25 BERNARDUS Scannaſora ad hanc dignitatem adlectus eſt anno 1504. 8. *d* Iunii: poſt paucos dies Caſtrenſem Eccleſiam, hac relicta, accepit regendam. XXIV

*d* 5. Januarii.

26 BERNARDINUS de Leis Romanus utriuſque Juris Doctor, Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, Epiſcopus fuit Hieracenſis, Caſtrenſis, & Lavellenſis, *e* mox Callienſis anno 1504. uno ferè menſe quatuor accepit Epiſcopatus, Callienſem retinuit, de quo vide tom. 2. in ejus Eccl. Epiſcoporum Catalogo. XXV

*e* Electus 19. Januarii 1504.

27 Fr. LUDOUICUS Lagacius, vel de Logoria Hiſpanus, Ord. Præd. Epiſcopus Callienſis, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt die 23. Feb. 1504. in eaque ſedit ferè ann. 11. ac ſenio feſſus liberè ceſſit Leone X. Papa ann. 1515. die 8. Auguſti, quo die hujus Eccleſiæ declaratus eſt adminiſtrator Franciſcus Cardinalis Surrentinus, is vero menſe Decembri ad favorem ſequentis eam dimiſit. XXVI

(„ *FRANCISCUS Cardinalis Surrentinus ea* „ *ipſa die, ſcilicet 8. Auguſti 1515. factus eſt perpetuus bujus Eccleſię Adminiſtrator*. Lucentius.) XXVII.

28 * PETRUS Priſcus è familia nobili Guglielmuccia de Amandula Firmanæ Diœceſis, Panormitanus Archipresbyter, & Cardinalis Surrentini à ſecretis, I. V. D. & varia eruditione clarus, electus eſt Epiſcopus Lavellinus à Leone X. die 10. Decembris 1515. cui idem Pontifex ſcripſit ſequentem favorabilem Epiſtolam ad dictæ Eccleſiæ poſſeſſionem legitimè ineundam. XXVIII.

* Ex App. tom. 9.

*Dilecto filio Petro electo Lavellinen.*

*LEO PAPA X.*

*Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum nuper Cathedrali Eccleſiæ Lavellinen. ex eo quod dilectus filius noſter Franciſcus tituli ſancti Marcelli Presbyter Cardinalis Surrentinus regimini, & adminiſtrationi Eccleſiæ, cui præerat, in manibus noſtris ſponte & liberè ceſſiſſet, Noſque ceſſionem ipſam duxerimus admittendam, vacan. de perſona tua Nobis & fratribus noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, providerimus, teque illi in Paſtorem præfecerimus, & in præſentia non valeas ob continua itinera, quæ de neceſſitate nos ſequendo ſubis, & alia impedimenta, litteras, proviſionis hujuſmodi ſub plumbo expedire. Nos volentes te præmiſſorum meritorum tuorum. & virtutum intuitu ſpeciali gratia proſequi, harum tenore tibi facultatem concedimus, & auctoritatem, actualem poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ per te, vel Procuratorem tuum ad hoc legitimè conſtitutum apprehenden illiuſque fructus, redditus, & proventus exigendi, levandique; mandantes propterea dilectis filiis Archidiacono, Canonicis, & Capitulo dictæ Eccleſiæ, & aliis omnibus, ad quos ſpectat, ſub pœnis & cenſuris eccleſiaſticis, quatenus te ad hujuſmodi poſſeſſionem recipiant, & admittant, ac in Epiſcopum, & Paſtorem recognoſcant, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Injunctæ, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcun.* D

(1) Ughellus hic quinto loco enumerat Anonymum Lavellenſem Epiſcopum ex Epiſtola Gregorii IX. eidem committentis viſitationem, & proviſionem Epiſcopi pro Eccleſia Rapollana an. 1236. ſeu 1237. ſed hic non Lavellenſis, ſed una cum Melphienſi Ravellenſis fuit, cujus & ipſe in Rapollanis egit vigore præfati authentici. *Lucentius.*

*cunque. Volamus autem quod litteras Apoſtolicas provi.onis dictæ eccleſiæ infra ſex menſes expedire teneneris, alioquia elapſo termino, & litteris non expeditis, Eccleſia ipſa vacare cenſeatur eo ipſo.*

*Datum Florentiæ ſub Annulo Piſcatoris die xxx. Ianuarii MDXVI Pontificatas noſtei Anno Tertio Ia. Sadoletus.*

Sedit Petrus Priſcus ann. 24 obiitque an. 1439. menſe Junio. Abbas fuerat commendatarius SS. Vincentii & Anaſtaſii in Ciſiano prope patriam, aliiſque beneficiis ob præclara merita a Leone, aliiſque Pontificibus ditatus, opimam moriens hæreditatem reliquit Ioanni Germano fratri. Extinguitur nobilis hæc Gugiielmuccia familia in Cinthia Petri Priſci Epiſcopi pronepote uxore nobilis viri Marii Galeotti Patritii Maceratenſis.

XXIX. 29 JOANNES VINCENTIUS Michael civis Lavellenſis *a* præficitur in Epiſcopum anno 1539. die 30. Junii. Translatus ad Minerbinam Eccleſiam ann. 1545.

*a Barolitanus patria dicitur à Juſtiniano in indice quarto Concil. Triden. Mandoſ.*

XXX 30 DONATUS Mauritius de Caperſano Epiſcopus Minerbinus ex permutatione facta, Lavellenſis eſt declaratus Epiſcopus eodem anno 1345. die 2. Martii, ac poſt annos duos translatus eſt ad Sarnenſem Epiſcopatum.

XXXI 31 Fr. THOMAS Stella Juſtinopolitanus Ord. Prædicatorum, („*Ex Epiſcopo Salpenſi.*) Donato ſucceſſit die *b* 15. Martii 1547. ad patriæ ſedem Juſtinopolitanam translatus eſt anno 1549. de quo vide to. 5. in ejus Eccleſiæ Epiſcoporum ſerie.

*b Die 22. Aprilis.*

XXXII. 32 JOAN. PETRUS Ferrettus *c* Ravennas, qui pluribus annis in Romana aula vixit, non ſolum virtutibus, & eruditione, ſed honorum titulis effulſit. Primam dignitatem ſuſtinuit, cum eſſet Epiſcopus Milenſis, deinde Lavellenſis Eccleſiæ Præſul inauguratus eſt à Paulo III. die 5. Maii 1549. *d* quam dignitatem ſubſtinuit ad annum uſque 1554. eamque libere dimiſit, & in patriam reverſus ſtudiis nobilioribus intentus è vivis eſſe deſiit * pridie nonas Maii 1557. in majori tumulo ſepultus in Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ, ubi legitur epitaphium.

*c De quo Thomaſius in hiſt. Raven. par. 4. c. 4. Charlarius in Syllabo Advocat. Conſiſt. & Fabri in memoriis Raven. par. 3. p. 210. Mandoſ.*
*d 1550. 30. Martii ex Actis.*
** Ex App. tom. 9.*

D. O. M.

*Joanni Petro Ferretto Rhaven. I.V. D. Lavellnatiam Epiſcopo Poetæ laureato, Hiſtorico celeberrimo uadecunque doctiſſimo magnoque ſcriptori. Exuperantius Ferrettus nepos ex fratre Julio Doctore eximio, equite clariſſimo ſua impenſa*

*P. C.*

*MDLXXXIX.*

*V. ann. LXXV.*

*Obiit prid. non. Maii*

*MDLVII.*

Hujus opera uſus eſt Hieronymus Rubeus in condenda Ravennatenſi hiſtoria, ſedulus enim fuit venerandæ antiquitatis perveſtigator, ac temporum collocator eximius; reliquit poſt ſe plura ſui ingenii monumenta, quæ ipſi vidimus Mſ. in Bibliotheca Vaticana, ubi religioſè aſſervantur; relatus eſt in Muſæum Illuſtrium Poetarum ab amico noſtro Honorio Dominico Caramella Panormitano hoc diſticho.

*Candidulæ quamvis noſtræ ſint, Petre, Camœnæ*
*Siſtere vix mento candidiore queunt.*

Eo quia Ferrettus juvenis fuit bonus Poeta, ſenex verò ſpiritibus frigeſcentibus, non bonus.

XXXIII. 33 BARTHOLOMÆUS Orſuccius Lucenſis nobilis Juriſconſultus, olim Cardinalis Grimani Auditor, Parmæ, & Placentiæ Prulegatus fuit. Defuncto Grimano idem Auditoris munus ſubſtinuit à Raynutio Farneſio Card. accitus, tum & Epiſcopatu Lavellenſi exornatus die 13. Aprilis 1554. ac Ravennatenſis Eccleſię pro Raynutio ſuffraganeus. Vixit omnibus charus, politioribus litteris eximiè cultus. Mortuus eſt anno 1558.

XXXIV. 34 ANTONIUS Florebellus Mutinenſis Joannis Nicolai filius ſucceſſit Orſuccio die 28. Augusti 1558. Hic Præſul vir eruditione ſingularis, omnimque ſcientiarum genere illuſtris ſcripſit, inter mnita, de Eccleſiaſtica auctoritate. Hanc rexit Eccleſiam ann. 3. eam dimiſſit an. 1561. Obiit in patria, ubi jacet in Eccleſia ſanctæ Margaritæ ante majus altare cum patre, & fratre in ſepulchro, quod ſibi vivens, ac ſuis fecerat hoc addito epigraphe.

*Joanni Nicolao Florebello patri optimo Florebello fratri chariſſimo Antonius Epiſcopus Ravellinus fecit, & ſibi, & Pompeio fratris filio Ordinis Chriſti Equiti, poſteriſque ejus anno ab ortu ſalutis*

*MDLXXIV.*

Majus ſacellum ejuſdem Eccleſiæ cum Ludovico fratre exornaverat, ubi ex penicillo hæc leguntur verba.

*Chriſto Deo, & Salvatori noſtro Antonius Epiſcopus Lavellinus, & Ludovicus Florebelli fratres fecerant.*

35 LUCIUS Maranta Canonicus Venuſinus ann. 1561. ultima die exeuntis Januarii à Pio IV. huic Eccleſiæ Epiſcopus adhibitus eſt, interfuit Tridentino Concilio inter Patres non infimus ob ejus egregiam legalem ſcientiam, transl. deinde eſt ad Montis-Peluſii Sacerdotium an. 1578 die 2. Junii. XXXV.

36 TIBERIUS Corteſius Cuſentinus Juris Doctor celebris ad eandem ſedem promotus 9. Julii 1578. obiit 1602. XXXVI.

37 DIDACUS de Quadra Neapolitanus origine Hiſpanus Ludovico, & Lucretia nobilibus parentibus natus, in ipſo ætatis flore adlectus eſt Epiſcopus die 26. Julii 1602. Vix ſecundum annum ab inauguratione attigerat, cum tetra mors mortalibus abſtulit anno 1604. ætatis ſuæ 32. Patruum habuit Alvarum Epiſcopum Venuſinum mox Aquilanum. De hac Quadra gente legendus Carolus de Leliis de Nobilibus Regni Neapolit familiis. XXXVII.

38 LEO Fidelis de Vicomercato Monachus Caſinenſis electus 7. Januarii 1605. mortalitatem explevit anno 1613. XXXVIII.

39 SYLVAGGIUS Primitellus Melfien. In demortui Leonis locum ſufficitur die prima *e* Feb. 1613. XXXIX.

*e Die 28. Febr.*

40 VINCENTIUS Feritus Murenſis creatur Epiſcopus anno 1615 18. Maii. XL.

41 Fr. JOANNES BAPTISTA à Mare Neapolitanus Ord. Prædicatorum Epiſcopatu Lavellenſi donatus eſt à Paulo V. anno 1618. die 22. Octobris. Exceſſit anno 1621. XLI

42 Fr. FRANCISCUS Cereo de Mayda *f* Calaber Ord. S. Franciſci de Paula Minimorum Generalis ſucceſſit ann. 1621. die 29. Martii. Obiit 1626. die 23. Auguſti. Jacet Romæ in eccleſia S. Franciſci de Paula in Exquiliis. XLII

*f De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 93. Mandoſ*

43 FABIUS Olivadicius Calaber promotus 26. Novemb. 1626. translatus ad Bovenſem Eccleſiam 20. Septemb. 1627. XLIII.

44 PLACIDUS Padiglia Neapolitanus Ord. Cœleſtinorum Monachus egregius verbi Dei concionator ab Urbano VII. Lavellenſis Epiſcopus dictus eſt die 20. Septembris 1627 Munus conſecrationis accepit in Liberiana Baſilica à Card. Melino, ſcripſit, ediditque Quadrageſimales ſermones, Imaginem pulcherrimi vultus Mariæ Virginis Matris Dei, depictam à Spiritu ſancto, in ſacris Canticis, & decem diſcurſibus prædicabilibus explicatam ad Urbanum VIII. Pont. Max. Ejus meminit cum laude doctus amicus noſter Hippolytus Marraccius Marianæ Biblioth. par. 2. Translatus deinde eſt Padiglia ad Eccleſiam Alexanenſem ann. 1635. XLIV

45 Fr. CHERUBINUS Manzonius Neapolitanus Ord. Min. de Obſervantia electus 9. Julii 1635. translatus deinde ad Thermulanenſem Eccl. 13. Junii 1644. („ *Perbelle laudatur à Hieronymo* „ *Fontanella in opere, cui titulus*: Nove Cieli. „ p. 243. *Mandoſius.*) XLV.

46 Fr FRANCISCUS de Notariis Neapolitanus Ord. Minimorũ eligitur die 13 Julii 1644. obiit 1652. XLVI

XLVII. 47 JOSEPH Boncore Neapolitanus in patria cauſarum Advocatus, vir doctus, & prudens, ſucceſſit Fr. Franciſco die 13. Maji 1652.

A D D I T I O.

( „ *Laudatiſſime expleverat jamantea munus Vicarii generalis Motulenſis, Gravinenſis, Tarentini, & Cuſentini Antiſtitum. Tantis igitur experimentis probatus meliora quæque peperit Lavellino gregi ornamenta, ſuique deſiderium fecit 1687.*

XLVIII. „ *BARTHOLOMÆUS Roſa e Murana civitate J. U. D. ad clavam hujus navigii admotus eſt 17. Maji 1688. ſed citiſſimo adveniente mortis turbine abſorptus eſt digniſſimus vir hoc eodem anno.*

XLIX. „ *SEBASTIANUS Milatius, nobilis Vigilienſis, Monachus Caſinenſis ex Ordine S. Benedicti ad hanc ſublimatus eſt Cathedram 20. Decemb. 1688. Deceſſit menſe Auguſto 1699.*

L. „ *NICOLAUS Cerbinus, Neapolitanus, Prothonotarius Apoſtolicus, & Vicarius generalis Tranenſis Archiepiſcopi, Lavellenſi gregi præfectus eſt 28 Maji 1700.* )

# MINERBINI EPISCOPI.



ANTIQUIOREM memoriam, quæ apud Scriptores extat Minervinæ civitatis *a*, Frizia de ſubfeudis exhibuit, affirmans ab antiquo Canuſio originem traxiſſe. Mediterranea civitas eſt Salentinorum in Provincia Terræ Barii duodecimo à mari milliario, in amœno, ac ſaxoſo colle poſita, familiis 553. habitata. In partitione oppidorum Apuliæ facta à Normannis ann. ſalutis 1042. Minerbinum (ſic enim tunc appellabant) Guglielmo obtigit, nunc Pignatellæ genti nobiliſſimæ Principatus titulo ſubjecta eſt. Epiſcopatus dignitas ſatis antiqua eſt inter recentiores, & ſuffraganea Archiepiſcopi Barenſis. Cathedralem habet Deiparæ Virgini Aſſumptæ conſecratam amplæ, & decentis magnitudinis. Ejus princeps dignitas Archidiaconatus eſt, Archipresbyteratus, Primiceratus, & Cantoratus deinde cum decem Canonicis *b*, aliis Presbyteris, ac Clericis cæteræ dignitates ſunt. Parochialis Eccleſia præter Cathedralem nulla eſt. Archipresbyter enim totius civitatis animarum curam gerit. Duo religioſorum cœnobia ſunt, unum Sanctimonialium, duæ laicorum Confraternitates, unicumque xenodochium. Diœceſis ab Ortu ſolis Rubenſi, à Meridie Venuſina, Trivenſi, & Montis-Peluſii, ab Occaſu Lavellina, à Septemtrione Andrienſi, & Cannenſi ditionibus includitur: perangulta quidem eſt Minervina diœceſis; unum enim dumtaxat oppidum continet, quod Montem-Milonem appellant, Baroniæ titulo decoratum, & nonnullos pagos, quibus omnibus oppidi ipſius Archipresbyter ſacra miniſtrat. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ſcutorum 600. Taxa in libris Cameræ Apoſtolicæ flor. 40. habetur.

*a* Vulgo Minerbino.

*b* Utraque præbenda deſtitutis.



Præſulum ſeriem damus, non qualem voluimus, ſed quam noſtra induſtria ſuppeditavit, nec verbum quidem de iis, quæ ad hanc eccleſiam ſpectant, Præſulumque notitiam, haurire potuimus; tametſi non ſemel monumenta poſtulaſſemus, in caſſum laboravimus, quod apud pleroſque hujus Regni Antiſtites accidiſſe nobis, non ſine eorum vecordia, inſcitiaque commemorandum fuit.

1 BISANTIUS (1) Epiſcopus Minerbinus teſtis donationis Roberti Ducis factæ monaſterio Venuſino ann. 1069.

2 INNACIUS interfuit conſecrationi eccleſiæ Caſinenſis ab Alexandro II. celebratæ ann. 1071. apud Anonymum Caſinen. I.

3 TRANSMUNDUS floruit ſub Roberto Rege. II.

4 LEOPARDUS Epiſcopus Minerbinenſis teſtis privilegii Henrici VI. Imperatoris pro militibus S. Joannis Hieroſolymitani anno 1197. quo evaſit epiſcopus. III.

5 RICHARDO quondam Epiſcopo Minerbino ſcribit Innocentius III. anno Pontificatus ſui 3. ut in reg. Vat. ep. 467. fol. 99. in hunc modum. IV.

*Attendentes, quod ad monitionem noſtram regimen Minerbinen. Eccleſiæ ſpontaneus in noſtris manibus reſignaris, præſentium tibi auctoritate duximus concedendum, ut in Eccleſia S. Samuelis de Barulo duntaxat, de cujus gremio aſſumptus fuiſti ad Eccleſiam Minerbinam, quoties ab Abbate ipſius Eccleſiæ fueris requiſitus, ordines celebrare, temporibus conſtitutis, conſecrare altaria, veſtes etiam, & vaſa benedicere tibi liceat ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum 10. Kalen. Julii anno tertio.* Is fuit ſalutis 1200. Ex hac Innocentii epiſtola ſatis conſtat, Richardum hunc ex Ord. S. Benedicti Monachum ad epiſcopalem fuiſſe dignitatem aſſumptum.

6 PETRUS de Cidonilia Epiſcopus Minerbinus à Cannenſis Eccleſiæ Capitulo expoſtulatus, juſſu Alexandri IV. Pontificis ab Archiepiſcopo Barenſi ad eum transfertur ann. 1256. ex epiſt. 187. fol. 154. regeſt. Vat. Dat. Laterani Id. Maii anno 2. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi. V.

( „ *BIVIANUS Epiſcopus Minerbinus erat an. 1276. quo ipſi committitur, inſtante Cannenſi Epiſcopo Theobaldo, inquiſitio contra Clericos, & Laicos Barolitanos pro ſacris exuviis recuperandis S. Cannarum Epiſcopi Rogerii ab iis furtim ſublatis. Pontificium diploma, & judicialis actus refertur ab Ughello in Cannenſibus n. 12. unde hunc Bivianum deſumimus.* VI.

„ *Fr. ANTONIUS de Gaeta, Ordinis Prædicatorum, Bonifacii VIII. Pœnitentiarius dum eſſet, ab eodem Minerbinenſium dictus eſt Pontifex an. 1298. Ad plures annos laudatiſſimè huic præfuit gregi, de quo agunt ordinis Dominicani ex Taegio monumenta.* Lucentius. ) VII.

7 LEONARDUS electus die 11. Decembris 1426. obiit 1432. VIII.

8 SANCIUS Epiſcopus (a) Civitatenſis huc tranſlatus per obitum Leonardi 19 Kal. Febr. 1432. fuit deinde Epiſcopus Bovenſis ( „ *9. Kal. Octob. 1435. ut ibi accuratius ſcribitur cum obitus deceſſoris nonniſi menſe Auguſto ann. 1435. contigerit.* Lucentius. ) IX.

9 GOFFRIDUS Cantor Eccleſiæ Aurienſis electus Minerbinenſis die 15. Octob. 1434. *c* mortuus eſt anno 1456. X.

*c* 19. Kal. Octob. 1435.

10 JOANNES Campanella Monachus Ord. S. Benedicti monaſterii S. Philippi Policaſtrenſis diœceſis, ejuſdem ſedis Antiſtes pronunciatus eſt die 13. Aprilis 1456. XI.

11 ROBERTUS de Noya ( „ *ſive de Noe, Apulus, Ordinis Prædicatorum, doctrina, & vitæ ſan-* XII.

Ii Bi-

(1) Biſantium in hac ſerie primo loco enumerat Ughellus, aſſumitque perperam ex authentico documento donationis emanato ad favorem Monaſterii SS. Trinitatis de Venuſia à Roberto Duce an. 1069. ſed qui teſtis adfuit cum Melphienſi, & Venuſino Epiſcopis Biſantius fuit Lavellenſis, non Minerbinus, ut ab eodemmet Ughello in Venuſinis aſſeritur, recenſeturque inter Lavellenſes. *Lucentius.*

(a) E Civitatenſi huc tranſlatum fuiſſe Sancium aſſerit Ughellus, ſed ea ſedes per alium poſſeſſa legitur apud ipſum Ughellum tom 8. nec ibi Sancii nomen reſonat. Civitatis Caſtellanæ Romanæ Provinciæ Sancius quidam temporibus his moderabatur ovile, qui ibi uſque ad obitum perſiſtit. *Lucentius.*

A „ ſimonia illuſtris, S. Theologiæ Magiſter, & celebris „ divinus præco) præficitur die 23. Ian. 1492. translatus ad Acerranenſem Eccleſiam anno 1497.

XIII. 12 MARINUS de Falconibus Archipresbyter Aquævivæ Barenſis diœceſis ſucceſsit Roberto die 15. *a* Maji 1497. ſedit annos 28. obiit anno 1525.

*a* 15. Martii.



B

XIV. 13 Fr. ANTONIUS Saxolinus Etruſcus Florentinus cœnobii S. Crucis alumnus, Ord. Minorum Conventualium generalis Miniſter, inſignis Theologus; à Clemente VII. Minerbinus Epiſcopus delectus eſt die 21. Julii 1525. fato functus anno 1528. de quo legendus Lucas Vvaddingus Annal. Min. tom 8.

XV. 14 BERNARDINUS Fumarellus *b* Etruſcus de ſancto Giminiano die 7. Auguſt. 1528. hanc obtinuit ſedem; vix elapſo anno translatus eſt ad Aliſanam Eccleſiam.

*b* De eo Coppius de viris illuſ. S. Gemin. p. 10. *Manuſ.*

XVI. 15 JOANNES FRANCISCUS de Bitonto Aliſanus *c* Epiſcopus, factus Minerbinus eodem die 14. *d* Auguſti 1529. quo Bernardinus ad Aliſanam translatus eſt. Exceſsit ann. 1536.

*c* Epiſcopus titularis Antiochenus. *d* Die 26. Auguſt.

XVII 16 DONATUS Mauritius (1) Minerbinus Epiſcopus eam ſedem obtinuit die 11. Febr. 1536. fuit deinde Lavellinus Epiſcopus 1545.

XVIII 17 JOANNES VINCENTIUS Michaelius ex Lavellino factus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 2. Martii 1545. Mortalitatem explevit an. 1596. Epiſcoporum Decanus annum agens ætatis propè centeſimum.

C

XIX. 18 Fr. LAURENTIUS Mongiojus Galatinus Ordinis Minorum de Obſervantia ſucceſſit Michaelio die 21. Julii 1596. translatus ad Lancianenſem Eccleſiam, inde ad Puteolanam.

XX. 19 JACOBUS ANTONIUS Caporalis Tricaricenſis ad Minerbinam ſedem pervenit die *e* 2. Januarii 1605. Obiit anno 1616.

*e* 9. Januarii 1606. per ceſſionem Laurentii.

XXI 20 ALTOBELLUS Cariſſimus de Anglono eadem ſede nobilitatus eſt à Paulo V. die 30. Januarii 1617. ſexdecim ann. ſedit, & defunctus eſt 1632.

XXII. 21 Fr. JOANNES MICHAEL de Rubeis („ *Nolanus*) Ord. Carmelitarum Procurator Generalis juſſu Urbani VIII. in Minerbino throno ſedit die 10. Januarii 1633. poſt paucos menſes translatus eſt ad Alliſanam Eccleſiam.

D

XXIII 22 Fr. HIERONYMUS Zambeccarius, Bononienſis, nobili genere natus, Ord. Prædicatorum ex Epiſcopo Alliſano huc translatus eſt die *f* 10. Maji; poſt annos duos liberè reſignavit.

*f* Die 11. Aprilis.

XXIV 23 ANTONIUS MARIA Pranzonius, Auximatus, Epiſcopus creatus eſt ab Urbano VIII. die 7 Maji 1635.

*A D D I T I O.*

(„ *Deſiit vivere an.* 1663.

XXV „ *FRANCISCUS Maria Vignola, presbyter Venuſinæ diœceſis, J.U.D. cujus juvenilis indoles „ adeo ſuis virtutibus, probiſque moribus illevit animum ejus Antonii Pignatelli, quem veneratus eſt „ orbis in ſummo Apoſtolatus apice ſub nomine Innocentii XII. ut ſecum ad jura Romanæ Prælaturæ „ à ſecretis, & in Auditoris munere habere voluerit. Sed adverſa valetudine diſtractus patrium „ ſolum repetere adactus fuit. Neapoli deinde forenſibus egregiè adhibitus negotiis, mox Propontifex Tranenſis Archiepiſcopatus, & Minerbinæ „ Eccleſiæ extitit. Pignatellus interea ampliſſima „ Nunciatura dum fungeretur, integerrimi adminiſtri percupidus Vignolam expoſuit. Sed cum jam ſibi „ in ſponſum obſtrinxerat hæc ſedes die 24. Septembris 1663. Mirabili probitate ſuum gregem dum „ enutrit, ducitque ad paſcua ſalutis, jam ſenio graveſcens obiit an.* 1700.

„ *M. ANTONIUS Chenevix, Taurinenſis, ſacræ „ Theologiæ Doctor, S. Inquiſitionis Conſultor, ac Rector parochialis Eccleſię S. Petri Curteducis Taurinen. elatus eſt ad hanc Cathedram* 20. *Novembris* „ 1702. *Vitam cum morte commutavit menſe Julio* „ 1718. XXVI

„ *NICOLAUS Pignatellus, Neapolitanus, S. „ Theologiæ Doctor, Canonicus coadjutor collegiatæ „ Eccleſiæ Ss. Celſi & Juliani de Urbe, Advocatus, & „ Fiſcalis ſacræ viſitationis Apoſtolicæ hoc ſacerdotio inſignitus eſt* 8. *Februarii* 1719.) XXVII

# POLYNIANENSES
## SEU
# POLYMNIANENSES
## EPISCOPI.



POLYMNIANUM *a* littoralis Apuliæ civitas eſt xx. à Bario Metropoli milliario in Provincia Terræ Barii poſita eo in loco, ut ferunt, ubi Julius Cæſar Imp. poſt deſtructum in odium C. Marii oppidum Marianum, haud longius ab Appia via Turrem conſtruxit, quam Cæſaris vocarunt: ſed cum deinde in juſtam evaſiſſet civitatem, à Græcis autumant Polymnianum nuncupatam, tanquam in altum collocatam. Hodie non eſt adeo ampla, ſed lauta, & civilis, in præcipiti, ac ſaxoſa rupe eminens, cui ſubjectæ cavernæ marinis fluctibus percuſſæ ſuave quiddam reſonant, ſalubri inſuper cœlo, frugibus, cæteriſque humanæ ſaluti neceſſariis abunde eſt locuples; familiis 744. habitata, ad quatuor mille mortalium alit. Ager ejus vini, oleique & amygdalarum ferax, littus piſcoſum, ut nihil ad felicitatem accolarum deſideretur, & paſſim olearum, amygdalarumque nemora non ſine advenarum admiratione ſpectentur. Polymniani non ſine laude meminere Leander Albertus, Joan. Boterus, Scipio Ammiratus, aliique moderni Scriptores. Diu civitas hæc ſuos habuit Comites, donec hoc noſtro ſęculo Marchionatus titulo decorata in deditionem tranſiit vetuſtiſſimæ Radulovich Illyrici familię nobiliſſimæ ex Comitibus Savallæ, cujus hodie Marchio eſt Michael Radulovich Franciſci filius, politioribus literis, & eruditione non minus quam ſanguine illuſtris, qui nuper vitam S. Viti Martyris, divique tutelaris in lucem emiſit. Cæterum ut hujus civitatis origo ex ingrata veterum ſcriptorum incuria habetur incerta, ſic ſanè ex certa conjectura conſtare non poteſt, quis primus Chriſtianam fidem in eam diſſeminaverit. Epiſcopatus eſt antiquus inter recentio-

*a* Vulgo Polignano.

(1) In Schedis Conſiſt. appellatur Maſefutius: forſan dicendus Maricucclus de Cuperſano. In ſerie Ughelliana Arianenſium Provinciæ Beneventanæ Donatus iſte cum Donato de Laurentiis Epiſcopo Arianenſi confunditur. Anonymus.

tiores Archipræſulem agnoſcens Barenſem, & Deiparam Virginem in Cœlum Aſſumptam tutelarem Eccleſiæ Patronam. Hic aſſervatur brachium, & genu S. Viti Martyris, cujus meritis contra rabidos canum morſus apud Deum omnipotentem gratiam ſanitatis conſequuntur: ubi etiam aliæ Sanctorum reliquiæ venerantur. Capitulum conſtat Archidiacono, Archipresbytero, Primiceriis duobus, & quindecim aliis Canonicis *a* hi & alii plures Presbyteri, & Clerici Catedrali inſerviunt. In civitate præter Cathedralem, Parochialis Eccleſia nulla, Archipresbyter enim omnium animarum curam gerit. In ea unum extat Sanctimonialium Ord. Ciſtercienſis monaſterium ad D. Petri fundatum à Jo. Vincentio della Tolfa Polymniani Domino anno 1585. Plura oratoria, & pia loca cum aliquorum ſodalitiis aliquot recenſentur. Extra mœnia Minorum Obſervantium monaſterium viſitur ad titulum ſanctæ Mariæ Conſtantinopolitanæ à Marchione Marino Radolovich conſtructum, ubi familiæ ſuæ ſepulchrum, & ſibi excitavit. Primo vero ab Urbe lapide in Mariano vetuſtiſſima extat Ord. Benedictini Abbatia D. Vito martyri, ac ſociis Modeſto, & Creſcentio conſecrata, quorum corpora ibidem tranſtulit Florentia Heroina illuſtris, ut meliori calculo fertur anno 672. die 26. Aprilis ſecunda feria Reſurrectionis Dominicæ, quo die feſtum translationis quotannis celebratur. Paſſi dicuntur in Lucania apud Silarim flumen ſub Diocletiano Imp. die 15. Junii, Translationis hiſtoria litteris Longobardicis ſcripta extat in eadem Abbatia, quam Sixtus V. ſuppreſſo D. Benedicti Ordine, cœnobio Duodecim Apoſtolorum de Urbe perpetua unione connexuit. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ſcut. 800. taxatur in lib. Fiſci Apoſt. ad flor. 50. Diœceſis more Apuliæ nulla eſt. Epiſcoporum ſeriē modo dabimus ſatis elumbem ac decurtatam, locupletiorem dediſſemus, ni defuiſſent monumenta.

*a* Vtraque penda ditati.

I. 1 PETRUS (1) in brevi Indiculo hujus Eccleſiæ aſſeritur Epiſcopus, ex Paulo tamen Regio in vita s. Viti illum floruiſſe autumant anno 801. ſed in veteri hiſtoria m. ſ. translationis ejuſdem Petrum Epiſcopum Cannenſem, non Polymnianenſem lego, in cujus tunc diœceſi Polymnianum erat. Hiſtoriam referam vetuſtam, tametſi aliquibus erroribus vitiatam, quæ conſcripta videtur ab aliquo imperito poſterior. ſeculis poſt trāslationē in Marianū.

*Incipit Translatio S. Viti cum Sociis in Territorio Polymniani.*

*Florentia quædam illuſtris fœmina, quæ fuit Principiſſa Salerni: quæ propter orationem B. Viti martyris, à tempeſtate fluvii Siler fuerat liberata in loco, qui Baſterna dicitur. Eidem mulieri illuſtri ſuper aquas, dum fere mergeretur B. Vitus apparuit ab ipſius fluvii aquarum inundatione ſicut divina potentia eam præcipiebat eripiens: quæ dum à periculo illo evaſiſſet immunis cœpit in S. Trinitatis amore ferveſcere, & votum vovit Deo, & Beatis Martyribus memoratis, ut eorum corpora in loco, qui dicitur Marianus, ſicut B. Vitus ei præceperat cum ingenti reverentia honorificè traderet ſepulturæ. Præfata verò illuſtris mulier nimium de Sancti viſione perterrita, ubi eſſet locus ille, qui Marianus dicitur ab eo minime requiſivit, ſed poſtmodum mandatum beatiſſimi Viti oblivioni non tradens, per omnes provincias, ubi eſſet dictus locus Marianus, diligenter fecit inquiri, ſed nullo modo à ſervis ſuis, quos proinde tranſmiſerat, potuit inveniri. Videns ergo præfata Domina, quæ erat laudabilis vitæ, & nimia bonitate conſpicua, & dolens nimium, quod locus inveniri non poſſet, intra ſe meditari cœpit quid faceret, nec mora, cum lacbrymis, & ſuſpiriis juxta fluvium, ubi ſanctorum Martyrum inventa corpora, cum maximo honore, & reverentia fecit ſepeliri, & ibidem cum diligentia ad honorem Dei, & beatorum Martyrum conſtrui juſſit Eccleſiam; in qua quidem Eccleſia altaria tria fuerunt ejus juſſione conſtructa: in primo enim*

A *altari juſſit corpus beati Viti ſumma cum veneratione recondi; In ſecundo vero corpus B. Modeſti; In tertio corpus beatæ Creſcentiæ, per manus Joannis Eremitæ, qui morabatur in monte Amalphiæ; & per ſpatium annorum viginti omnipotens Deus languentibus multis integram reſtituit ſanitatem, & miracula multa per eoſdem ſanctos Martyres operatus eſt in ea; catervis populorum undiq; ad eamdem Eccleſiam confluentibus propter miraculorum multitudinem, ſignorum pariter, corruſcationeſq; virtutum. Poſtmodum illuſtris illa Domina memorata pia divinitatis inſpiratione compuncta, & frater ejus Berardus nomine jam dictæ ſororis ſuę charitate deductus navem miræ magnitudinis fieri præceperunt; cunctis neceſſariis utenſilibus introductis, adhibita ſibi, ſicut expediebat ſocietate non modica, navem ipſam feliciter ſunt ingreſſi; & proſperè navigantes in viginti dierum ſpatio ad portum Accon optatis ſucceſſibus duce Domino pervenerunt, & ibi per tres dies moram facientes quietis ſolatio, ibidem, in qua profecti ſunt*
B *nave relicta Hieroſolymam honorificè properantes ſepulchrum Domini maxima cum devotione, & reverentia viſitarunt. Aliis locis ſacris, & venerabilibus ab eis nihilominus viſitatis; ita quod per dies quindecim in illis partibus inceſſerunt. Contigit autem fratrem prædictæ Illuſtris Dominæ interea ſicut Domino placuit, infirmari, de cujus infirmitate Domina illa dolorem non modicum in corde concepit, & nimio mœrore confecta Redemptorem noſtrum, & Sanctos ſuos ſuppliciter exorabat, ut fratrem ſuum optatæ reſtitueret ſanitati, & ſic nimio dolore gravata, feſſis artubus obdormivit, & tunc in ſomno apparuit ei B. Vitus, dicens, niſi ſepelieris corpora noſtra in loco, qui dicitur Marianus, nunquam de tuo dolore conſolationem accipies; Quis enim dubitet quod omnipotentis Dei providentia, qui cum ſuis fidelibus jugiter, imò mirabiliter, & miſericorditer operatur, virum Illuſtrem ideò voluit infirmari, ut per languorem ejus merita ſuſciperent incrementum, & cor ipſius ardentius ad inſtigationem ſacri amoris*
C *accenderet, ſicut ſcriptum eſt, nam virtus in infirmitate perficitur; & item adverſitas, quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis eſt, & non judicium reprobationis. Ideo dictum virum memoratum crediderunt in infirmitatem nihilominus incidiſſe, ut per S. martyrem ſuum Vitum operaretur in eum, ut ſalutis impenderet medicinam; quantam denique etiam in aula Regis immenſi prædicti ſancti Martyres potentiam habeant ſuis fidelibus reſerarunt. Igitur cum Domina ſupradicta de ſomno evigilans, ſurrexiſſet; ecce quidam juvenis in ſpeciem medici ante ipſam ſtans, dixit: Domina, quid mihi dabis, ſi fratri tuo conferam ſanitatem? quæ gaudens dixit, medietatem omnium bonorum meorum. Tunc juvenis ſubridens ait, nihil aliud peto, niſi, quod me vobiſcum in Apuliam deducatis in locum, qui dicitur Marianus; mox cum Principiſſa locum ipſum nominari audivit, à Juvene, ubi eſſet locus cum inſtantia inquiſivit; Qui dixit, in Apulia eſt, prope caſtrum Polymnianenſe, quod olim fuit à Julio Cęſare hoſtili exer-*
D *citu diſſipatum; in quo loco ego jugiter perſevero. Adhuc ſimul intraverunt in domum. Tunc Juvenis manum infirmantis apprehendit, dicens; In nomine Domini Jeſu Chriſti ſurge ſanus: & ſtatim ſurrexit incolumis; tunc omnes, qui aderant, nimio ſunt timore perteriti, & diu quaſi in extaſi permanentes, demum ad memoriam reverſi cognoverunt, quod B. Vitus fuerat, qui in formam medici Juvenis ſe illis oſtenderat. Nec mora apud Accon redierunt: & à Deo ſtatim ſalubri aura conceſſa navem intrantes expanſis carbaſis proſperè diſceſſerunt; & ſubito Juvenis quidam eis ſuper antennis apparuit, & dixit illis: nolite timere, Ego enim ſum Vitus Lucanus. Tunc omnes, qui erant in navi Deo gratias cum ſumma devotione agentes; & accincti robore feſtinanter beatiſſimo Vito duce exiſtente in vigeſimo quarto die in locum Mariani, in quo portus eſt optimus, feliciter pervenerunt; &*



(1) Petrus in brevi Indiculo hujus Eccleſiæ aſſeritur Epiſcopus: annus non exprimitur ejus ſedis. Nec Petrus iſte ille eſt, de quo agitur in hiſtoria hic tranſcripta ab Vghello translationis reliquiarum S. Viti. Petrus ille non Cannenſis, ut ſcripſit Vghellus amanuenſis incuria, ſed Canuſinus Epiſcopus erat, & in cujus diœceſi accenſebatur Marianum. *Lucentius*.

thecarius in Leone III. obſcurum omnino eſt. Jacobus Gualla, & Stephanus Breventanus in hiſt. Ticinenſi tradunt, corpora SS. Viti, Modeſti & Creſcentiæ ab Aiſtulfo Longobardorum Duce, cum Romam diriperet, capta, ac Ticinum urbem Inſubriæ tranſvecta eſse: ubi condi memorant in ſancti Marini cœnobio Fratrum D. Hieronymi. Alii vero horum Martyrum corpora tradunt Cereæ eſse in agro Veronenſi, juxta Menacum fluvium in ęde S. Viti. Nonnulli in Calabria in S. Viti oppidulo prope Scyllaceum. Alii in oppido Siciliæ Rababulto, & Piſis in Etruria caput S. Viti ſervari volunt in Eccleſia S. Franciſci. & corpus S. Creſcentiæ ſervari Mazarię in Sicilia auctor eſt Ferrarius. Tradit ſubinde Æneas Sylvius, & Joannes Dubravius Othonem I. Germaniæ Regem & Imperatorem Vinceslao adoleſcenti (qui poſtea Bohemorum Princeps & martyr fuit, anno 938.) in aula ejus obſervanti brachium S. Viti dono dediſse, in cujus honore Cathedralis ædes Pragę conſtructa eſt. Nauclerus ſcribit Carolum III. Imp corpus ſancti Viti Pragam detuliſse. Multis prætęrea in locis ex ſancti Viti reliquiis aſservantur. Sed hæc conſiſtere non poſsunt, niſi nomine corporis, partem intellexerimus, antiquo Eccleſiæ more, de quo diſerte Baronius in notis ad Martyrologium Romanum. De reliquiis item S. Viti legendi Albertus Cranzius in libro Metropol. Saxoniæ, Hundius Metropol. Saltzburg. Henricus Steronus apud Henricum Caniſium tom. 1. antiq. lect. De ejuſdem translatione agunt Surius, & alii, ſed nemo primam translationem Mariano Romam commemorat, & hæc de S. Viti Polymnitani Patroni ſacris reliquiis ſatis ſint dicta, occaſione veteris translationis hiſtoriæ Mariani cœnobii.

II. 2 RICHARDUS quem volunt præfuiſse anno 1035. poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

III. 3 RICHARDUS II. vivebat an. 1103.

IV. 4 AMBROSIUS an. 1116.

V. 5 BONAVENTURA an. 1140.

VI. 6 MAYON hujus Eccleſiæ Epiſcopus erat anno 1170. ex quodam venditionis documento factæ Archidiacono Polymnianenſi per Iudittam filiam ejuſdem Mayoni Epiſcopi uxorem Maureliani Comitis Monopolis. Hoc eodem anno Guillelmus Siciliæ Rex hoc obtulit privilegium Eccleſiæ & Abbatiæ S. Viti in Mariano, quod ibidem extat.

*Vuillelmus Divina opitulante clementia Rex Siciliæ & Principatus Capuæ unacum Domina Margarita glorioſa Regina matre ſua.*

*Pietatis arbitramur obſequium dignum utique majeſtate regnantibus, Eccleſias, & loca venerabilia divino cultu dedicata benignitatis oculis intueri, & Dei intuitu, qui Regni noſtri incunabula ſibi feliciter conſecravit, opportunis eorum petitionibus miſericordiæ januam reſerare: nam ut alias dicitur, opus miſericordiæ cuſtos eſt tibi Regum, & oblationi præjudicat victimarum. Inde quod reſidentibus nobis in noſtro palatio felicis urbis Panormi, tu Luca venerabilis Abbas S. Viti de Polignano noſtro conſpectui præſentatus humiliter, & inſtanter noſtræ Serenitati ſupplicaſti, ut illius intuitu, per quem feliciter vivimus, & regnamus, & ut ſtatus Regni noſtri meritis glorioſi martyris ſancti Viti felicius exultet, privilegia antecessorum noſtrorum roboremus, Ducis videlicet, & Regis Rogerii Avi noſtri memoriæ recolendę, nec non & alia privilegia, vel inſtituta, quę per conceſſionem Principum, & aliorum largitionem fidelium tuo monaſterio indulta fuerunt, pariter & donata, ac omnia, quæ ipſorum temporibus habuit, vel in præſenti rationabiliter dignoſcitur poſſidere, propter perſequentium calumnias, quæ modo in his, modo in illis Eccleſiam ipſam fatigare non ceſſant, concedere, & confirmare noſtra ſublimitas benigno dignaretur favore. Nos igitur conſiderantes tuis precibus pro effectu porrectis pro remedio animarum progenitorum noſtrorum, & noſtrorum indulgentia delictorum, ipſa privilegia, & omnia alia privilegia, dignitates, liberalitates, tenimenta, & omnes oblationes, ſeu donationes juſtè à quibuſcunque exhibitas, inſuper & quæ inantea juſtis modis, præſtante Domino, tua Eccleſia poterit adipiſci, tibi & tuis ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus, & perpetui roboris munimine communimus. Si quæ etiam conſuetudine inducta ſunt contra privilegia, ſeu rationes ipſius monaſterii propter negligentiam Prælatorum antecesſorum tuorum vel propter malam hominum intentionem, ea de cætero præcipimus reſecari, & penitus amoveri, univerſis fidelibus Regni noſtri in contemptum noſtræ gratiæ diſtrictè præcipientes, quatenus ſupradictum monaſterium contra eadem privilegia, vel jura ipſius monaſterii non audeant perturbare, quod ſi quis præſumpſerit, iram noſtri culminis cum pœna corporis, & rerum ſuarum jacturam ſciat ſe incurſurum. Ad hujus autem noſtræ conceſſionis, & confirmationis memoriam, & inviolabile firmamentum, præſens privilegium noſtrum per manus Riccardi noſtri notarii ſcribi præcepimus, & bulla plumbea noſtro imperio impreſſione muniri. Datum in urbe felici Panormi per manus Stefani Dei, & Regia gratia D. regis Cancellarii an. Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo. Regni verò D. noſtri Dei gratia glorioſiſſimi, & magnificentiſſimi Regni Siciliæ, Ducatus Apulię, & principatus Capuæ anni 15. menſe Junii 3. Indict. feliciter, Amen.*

7 ARPINUS Epiſcopus Polymnian. interfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. an. 1179. VII.


(„ *Polymnianenſi Epiſcopo Cæleſtinus III. literas* „ *dedit ad favorem monaſterii S. Benedicti de Polymniano ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecto pro electione Abbatis, ut habetur in Cuperſanis apud* „ *Ughel.* 1190.)

8 BARCHEDUS florebat an. 1275. VIII.

9 GUILLELMUS an. 1318. memoratur etiam anno 1327. („ *Præſens fuit conſecrationi Virgiteaſe* „ *Cathedralis* 1295.) IX.

10 MATTÆUS *Ord. Præd. ex fidei Quæſitore in Neapolitano regno anno 1330. die 13. Februarii ſolvit ſolitum ſubſidium ſacro ſenatui in libro ſolutionum Prælatorum Ioannis XXII. X.

* Ex App. tom. 9.



11 BONAIUNTA, qui etiam apud quoſdam Bonaventura eſt, Bonaccurſii filius de Boſcholis nobilis Florentinus, fuit Polymniani Epiſcopus: ſuum conſtituit procuratorem ad cauſas civiles Fedéricum ſuum fratrem germanum die 8. Iunii 1332. ex protocollo Lotti Serſtunerii notarii Florentini, quod extat in archivio Septimiani cœnobii quinto ab urbe Florentiæ lapide Ord. Ciſtercienſis. Idem Bonaiunta anno 1333. 26. Aprilis memoratur in lib. oblig. Prælatorum. XI.

12 GUILLELMUS II. memoratur in monumentis eiuſdem Eccleſiæ anno 1341. XII.

13 BONAUINUS, cuius memoria habetur in monumentis eiuſdem Eccleſię an. 1343. XIII.

14 Fr. NICOLUS * Ord. Prædicator. Barenſis an. 1348. huius Eccleſiæ Epiſcopus declaratus eſt. Epiſcopalem dignitatem gerebat an. 1351. Memoria extat in cathedrali in columna marmorea propè altare beatæ Virginis Mariæ, cujus erat addictiſſimus ſervus, in hæc verba. XIV.

* Ex App. tom. 9.

*Columna ſum, & ſio immobilis Imperio Ni-*
*colai Preſulis Capellæ fratrum Annuncia-*
*tæ Virginis almæ inviolatæ à Dominico*
*anno milleno trecenteno quinquageſimo*
*primo.*

Ibidem alia viſitur inſcriptio vulgari ſermone inſculpta.

*Idolo fui, & hor ſon fatto porta.*
*Ma'l vero dico, che ſon pietra morta.*
*. . . . . . . . . . .*
*Al Veſcovo Nicola, che far mi fè*
*Povero di moneta, ricco di fè.*

Idolum, lapideumque ſimulachrum ejecerat hic Præſul, ex quo fores cathedralis conſtruxit, ut quod olim a Gentilibus venerabatur, à Chriſti fidelibus pedibus conculcaretur. Exceſſit Nicolaus an. 1363.

XV. 15 F. NICOLAUS Abbas, & Canonicus Tarentinus Papæ Capellanus ſucceſſit alteri Nicolao tertio Kal Martii anno 1363. ad hanc dignitatem vocatus ab Urbano V. Id habetur in reg. Vatic. B an. 2. ejuſdem Pontificis, de quo mentio extat in monumentis ejuſdem Eccleſiæ ad annum uſque 1376. pauloque poſt è vivis exceſſit.

XVI. 16 PAULUS, ſeu Pavo (,, *de Griffis*, *nobilis* ,, *Juvenacenſis*,) Polymniacenſis Epiſcopus ordinatus eſt ab Urbano VI. an. 1378. ſub quo in Regno Bohemiæ Apoſtolicæ ſedis Nuncius fuit anno 1384. translatus deinde eſt ad Eccleſiam Tropejenſem à Bonifacio IX. anno 1390. ex lib. oblig. Eodem tempore, quo Pavo ad hanc dignitatem aſcendit, æſtuante tunc ſchiſmate in Eccleſia Pſeudopontifex Clemens VII. Polymnianenſem Epiſcopum inſtituit quendam Paſchalem, & poſt hunc Angelum, quos tanquam adulterinos ab hac ſerie exulare compellimus, quorum memoria legitur in lib. oblig. ejuſdem Clementis.

XVII 17 LUPULUS de Lacu Canonicus Monopolitanus ad Polymnianenſem cathedram legitimè aſcendit, jubente Bonifacio IX. anno 1390. 9. Kalend. Novembr. paululum Epiſcopus fuit, cum nondum elapſo anno ſequens Angelus eidem ſucceſſit: C forte mortem obiit hoc eodem anno, vel ad aliam dignitatem translatus, cujus memoria habetur in lib Proviſ. Prælatorum Bonifacii.

XVIII 18 ANGELUS, ſeu Anglonus in locum Lupuli fit Polymnianenſis Epiſcopus ab eodem Bonifacio IX. ann. 1391. die 7. Septemb. à quo inſtitutus eſt cœnobii Sublacenſis Viſitator Apoſtolicus, & Reformator. Vicarium habuit in Eccleſia ſua fratrem Vitum Abbatem S. Viti Polymnianenſis. Sedit uſque ad annum 1401. ex eod lib oblig. Translatus eſt Angelus ad Anagninam Eccleſiam.

XIX. 19 FRANCISCUS ſedere cœpit anno 1401. olim fuerat Præneſtini Epiſcopatus adminiſtratur; ceſſit nondum conſecratus.

XX. 20 CHRISTOPHORUS Epiſcopus Scuterenſis huc translatus 19 Kal Januarii 1401. ex eod. lib.

XXI 21 NICOLAUS ad hanc dignitatem promotus eſt anno 1411. à Gregorio XII. fortè vivente adhuc Chriſtophoro, ex lib. Oblig. D

XXII. 22 PAULUS (*de Alfatatis*) præficitur à Martino V. ann. 1420. die 8. Novembris, deinde factus eſt Epiſcopus Bituntinus anno 1424. 18. Kal. Julii ex Actis Conſiſt.

XXIII 23 Fr. RAONUS, ſeu PAULUS de Caſtro Mediano de Lycio Ord. Minorum S. Theologiæ Doctor eximius Polymnianenſis Epiſcopus dictus eſt à Martino V. anno 1424. 2. Idus Aprilis. Longo ævo hanc cum laude rexit Eccleſiam, fatoque functus eſt anno 1460. In Clauſtro cœnobii S. Franciſci Lycienſi, cujus fuerat alumnus, ſub ejus imagine hæc ſcripta verba leguntur.

*Frater Paulus Caſtromedianus Theologus*
*eximius, Polignanique Præſul ornatiſſimus*
*almi hujus Conventus clauſtra egregie ampliavit anno MCCCCLX.*

A 24 CLAUDIUS olim Bovæ [1] Epiſcopus huc translatus anno 1460. die 5. Novembris. XXIV

25 LATINUS Card. Urſinus [a] fuit hujus Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator anno 1468. habuitque ſuum generalem Vicarium Antonium Epiſcopum Bojanenſem. XXV

[a] De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. col.



26 JACOBUS Toraldus Neapolitanus inclytæ nobilitatis, ac rerum peritia clarus anno 1473. 6. Id. Junii Card. Latino ſuffectus à Sixto IV. Pontifice. Vixit ſumma cum ſui nominis laude annis multis in ea dignitate, defunctuſque eſt. De familia Toralda legendus Vindex Neapolitanæ familiæ in Alejum Marcheſium eruditiſſimi amici noſtri Caroli Borelli, anno 1647. Franciſco Toraldo Maſſæ Lubrenſis Principe, tanquam antiquæ probitatis, atque omnis integritatis lumine per ſummam injuriam extincto, univerſa Toraldorum familia cum ipſo pariter Neapoli extincta eſt, Tropeæ tamen in urbe Calabriæ reliqua. Is cum ad omnes militiæ honores ſua ſibi virtute ſtraviſſet viam, nuperrime à Neapolitana plebe, cujus furor exarſerat, adlectus fuit ad inteſtini, ac popularis belli regimen. Sed cum præfractè recuſans nihil profeciſſet, imperium accepit invitus, ac ea mente recepit, ut turbulentæ plebis tumultus, ſin minus ſedaret omnino, ad bonas certè partes revocaret. Verum ſeditioſa plebs, ſive moræ, ſive conſilii impatiens, non abſtinuit manus à Principe viro multorum ſæculorum vita digniſſimo, nato, factoque ad patriæ ſalutem, ad Catholici Regis commoda, ac Dei præpotentis gloriam. XXVI

27 GASPAR ex eadem familia Toralda Jacobo ſucceſſit; è vivis exceſſit an. 1506. ut Acta indicant Conſiſtorialia. XXVII.

28 MICHAEL Claudius [b] Urbis Gubernator à Julio II. Polymnianenſi Sacerdotio donatus eſt die 2. Martii anno 1506. ab ea translatus deinde eſt ad Monopolitanam Eccleſiam anno 1508. XXVIII.

[b] De eo Jo. Lucius in memoriis Tragurien. p. 510. *Mandoſ.*

29 CHRISTOPHORUS Magnacurius electus die 7. Febr. 1508. Interfuit Lateranenſi Conc. ſub Julio II. ac Leone X. Pontificibus, ſub quo liberè onus dimiſit. XXIX

30 JACOBUS Framarinus [c] Juvenacenſis, ſucceſſor datus eſt Chriſtophoro die 21. Auguſti 1517. ſedit ann. 23. ſenioque feſſus, ac laboribus, nam Bononiæ ſub Paulo III. Rector fuit, aliiſque functus muneribus pro Romana Eccleſia Epiſcopatui ceſſit an. 1540. & poſt 29. an. venerab. ſenex in patria defunctus tumulum accepit in Eccleſia S. Franciſci ante ſacellum D. Antonii de Padua; ejus tamen memoriam gentiles ejus in Cathedrali Juvenacenſi tali elogio excitarunt. XXX

[c] E Familia Grazzina dicitur à Libanorio in Ferraria aurea par. 2. p. 18. *Mandoſ.*

*C. R. O.*
*Jacobo Framarino*
*Patritio Juvenacenſi*
*Conſilio atque ſolertia inſigni,*
*Qui Iſabellæ Alphonſi Regis fil.*

*Mul-*

[1] Hic Claudius enunciatur Bovæ Epiſcopus: nec ideo inter Bovenſes illum recenſet Ughelius, vel in eo Catalogo vacuus eſt locus, cui affigi poſſit.

*Multorumque Princ. gratia ſummopere polluit,*
*Qui Petri de Racaneto Avunculi M.*
*Præſulatus ſortem ſecutus*
*Epiſcopus Juvenacenſis electus.*
*Hinc ad Polymnianen. translatus*
*Omnia adverſa ſuperavit,*
*Qui denique annum agens lxxxii.*
*Animam Deo, corpus chariſſimæ*
*Patriæ reddidit*
*M. D. L X I X.*

Fuerat Jacobus nepos ex ſorore Recanati Epiſcopi Juvenacen. ſub Alexandro VI. defuncti. Vetus traditio eſt apud Juvenacenſes, & monumenta familiæ produnt, ex Malateſtis Arimini Principibus, gentem Framarinam profluxiſſe, non modo à nobilitate generis, ſed etiam ab virtute Jacobi commendatam.



XXXI 31 IOANNES MARIA *a* Card. de Monte, hujus Eccleſiæ adminiſtrator eſt factus die 14. Julii 1540. poſtero anno eam dimiſit, inde hujus Eccleſiæ Pontifex fuit Julius III.

*a* De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 600. & 901.

XXXII. 32 ROSIMANUM Caſamaximam nobilem Barenſem Juriſconſultum clariſſimum Paulus III. cedente Card. de Monte ad Polymnianenſem ſedem evexit die 21. *b* Novembris ann. 1541. Is ut erat Deiparæ Virginis ſummè devotus, Eccleſiam in ejus honorem, cui de feneſtra nomen fecere, à fundamentis extruxit, & cum ſediſſet ann. 3. liberè ceſſit ad favorem Petri Antonii nepotis.

*b* Die 28. Novemb.

XXXIII. 33 PETRUS *c* ANTONIUS Caſamaxima ex patrui ceſſione hanc ſedem obtinuit à Paulo III. die 17. Martii 1544. Præfuit annis 26. Romæ mortalitatem explevit anno 1570. ibidem ſepultus eſt.

*c* Seù Pyrrhus ut legitur in Actis.

XXXIV 34 Fr. ANGELUS Gazzinus de Lugo Ord. Præd. doctus Theologus, ac Faventiæ hæreticæ pravitatis quæſitor, per Pium V. Pontificem creatus eſt Epiſcopus die 20. Novembris 1570. Vitam finivit nondum elapſo biennio à ſua promotione, & in Cathedrali humatus fuit.

XXXV. 35 PETRUS FRANCISCUS, cognomine Ferrus, Maceratenſis ad eandem ſedem aſcendit die 2. Junii 1572. laudatiſſimè præfuit ann. 8. Neapoli decedens, in Eccleſia ſancti Spiritus terræ fuit mandatus.

XXXVI. 36 RAPHAEL THOMEUS de Petra Sancta Tuſcus Polymnianorum Epiſcopus fuit creatus anno 1580. Poſt decem annos ſui Præſulatus, diem clauſit extremum. Iacet in Cathedrali. („*Præ-*
„ *fuit ad an. 1598. quo obiit.*)

XXXVII 37 IOANNES BAPTISTA Guanzatus Mediolanenſis ſummus Theologus, omniumque virtutum genere clariſſimus, S. Caroli Borromæi intimus familiaris, ac ſummè ab ipſo dilectus Raphaeli ſuffectus eſt an. 1590. *d* Beneventum rexit ſub Paulo V. ac eximiè in hac ſede vixit ann. 17. Neapoli exceſſit, ſepultuſque eſt in Eccleſia nominis Ieſu.

*d* 1598. 11. Augusti ex Actis.

XXXVIII. 38 Fr. IOANNES MARIA de Guanzellis Braſichellenſis Ord. Prædicatorum Theologica facultate illuſtris ex ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtro Epiſcopus adlectus eſt die 25. Iunii 1607. decem, *e* & ſeptem annos cultiſſimè hanc rexit Eccleſiam in ſua Cathedrali ſepultus, apud quam vitam finierat anno 1619. Ad tumulum quem vivens

*e* Duodecim.

A ſibi, & ſucceſsoribus paraverat hujuſmodi legitur inſcriptio.

*D. O. M.*
*Fr. Joannes Maria Braſichellen. ex Ord.*
*Prædicatorum miſerrimus peccator ſibi,*
*& ſucceſſoribus vivens poſuit, anno MDC*
*XII. à nativitatis ſuæ anno lv. conquiſitis*
*etiam quorundam prædeceſſorum ſuorum*
*oſſibus non minus religiosè quam honorificè*
*hic collocari præcepit.*
*Obiit ann. Dom. M. DC. XIX.*

39 FRANCISCUS Nappius *e* nobilis Anconitanus ſummæ exiſtimationis vir, ex utriuſque Signaturæ Referendario Polymnianorum Antiſtes evaſit die 20. Novembris 1619. ſub Urbano VIII. Urbis veteris, Aſculi, aliarumque Eccleſiaſtici Imperii urbium Præfectus. Aſculi obiit anno 1629. ubi humatus jacet. XXXIX.

*e* De quo Saracenus in Notitiis Anconit. p. 507. Mandoſ.

40 HIERONYMUS Pariſianus Tolentinas, I.V.D. prudentia non minus, quam nobilitate generis clariſſimus, dum Senogalliæ Vicarii pro Card. Fr. Antonio Barberino munere fungeretur, vocatus ad aulam, Polymnianenſis Epiſcopus renunciatus eſt ab Urbano VIII. Pont. Max. die 24. *f* Maii 1629. XL

B

*f* Die 24.



C

41 ANTONIUS de Pezio Neapolitanus, vir nobilis, & clarus virtutibus poſt Hieronymum Epiſcopum adlectus eſt *g* ab eodem Urbano VIII. qui, cum eximiè hanc Eccleſiam aliquot annos rexiſſet, ad Surrentinam Metropolitanam Eccleſiam translatus eſt die 27. Novemb. 1641. de quo alibi. XLI

*g* 14. Junii 1618.

42 JOANNES DOMINICUS Moroli Ord. Sylveſtrinorum Monachus electus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 13. Januarii 1642. deceſſit Polymniani an. 1649. XLII.

43 Fr. VINCENTIUS Pinerius de Monte-Flaſcone Ord. Minorum Conventualium S. Officii in Urbe Conſultor ab Innocentio X. ad hanc ſedem evehitur anno 1650. *b* XLIII

*b* Die 12. Aug. 1649.

*A D D I T I O.*

(„ *Quomodo autem erga ſponſam ſuam ſe geſſerit,*
„ *Pinerius hæc docet, quæ in ſuo Epiſcopali palatio*
„ *legitur epigraphe.*

D

„ Fr. Vincentius Pinerius de Monteflaſ-
„ cone Ord. Minorum Conventualium
„ S. Franciſci ex Conſultoris, & qualifi-
„ catoris munere S. R., & univerſalis in-
„ quiſitionis ſub Urbano VIII., & Inno-
„ centio X. ad hunc Epiſcopatum electus
„ die 12. m. Auguſti 1649., Eccleſia ejus
„ ſponſa exornata, campanili ſupra ſe-
„ cundum ordinem elevato, nec non pa-
„ latio reſtaurato, & ampliato, bonis
„ ſtabilibus melioratis, & adauctis Præ-
„ ſulum ſeriem diu intermiſſam expreſſis
„ ſtemmatibus reaſſumpſit ſucceſſores
„ adjiciendo an. Domini 1664. Præſula-
„ tus ſui anno XV.

„ *Sodalitatem inſtituit pro beneficio animarum pur-*
„ *gatorii, quæ vulgo audit,* la Confraternità del
„ Purgatorio. *Pro ſacello glor. Martyribus Vito, Mo-*
„ *deſto, & Creſcentiæ primis civitatis tutelaribus*

dica-

,, dicato ſeu candelabra, & crucem è perfecto argento, ac miro opere fundi juſſit. Sacellum SS. Crucifixi renovavit, ac opere tectorio perbelle exornavit ſumptibus piiſſimi civis Viti Antonii Zagliæ, qui illud ſuum hæredem ſupremis tabulis dixerat. Anno demum 1672. ætate prægravatus veniam à S. ſede obtinuit pro dimiſſione ſuę ſponſę, & in patriam remigrans ibi in ſenectute bona quievit.

XLIV ,, SCIPIO de Martinis, è Civitate Muri, à mitra Martana, quæ eſt ſuffraganea Epidaurienſis, ad hanc Polymnianam ab Clemente X. P. M. an. 1672. die 2. Maii translatus fuit. Cum eſſet ſupra reliquas diſciplinas optimo dignas Antiſtite etiam excellens Medicus, infirmos, aut in Medicorum defectum, aut ut pauperes ſtipendium Medico ſolvere impotentes ipſe ſumma quidem charitate inviſebat, pharmacis, victu juvabat; quare ſuæ diœceſis, hiſce, & aliis operibus amorem illicò ſibi conciliavit. Confraternitatem Purgatorii firmavit, ac regulis munivit. Sacellum Ss. MM. civitatis patronorum auro incruſtavit. Mortalem ſarcinam die 6. Aprilis 1681. depoſuit, & per nepotem ſuum Bartolum Roſa, qui ſibi in hac Eccleſia Vicariam operam præſtiterat, Epiſcopus qui poſtea fuit Lavelli, ut ſupra diximus, ſponſam ſuam in poſtremum ſui amoris argumentum ſacra veſte valde divite, auroque intertexta de ſuo donavit. Solemniter humatus fuit in ſepulcro Epiſcoporum, & hebdomada ſequenti ab ejus obitu ad Epidaurienſem Mitram tra[n]slatum fuiſſe litteræ nunciarunt.

XLV. ,, Fr. IGNATIUS Maria Fiume, Averſanus, die 23. Junii 1681. Scipioni ſucceſſit. Religioſæ vitæ inſtitutionem in ſacro ordine Prædicatorum die 31. Jan. 1638. profeſſus fuerat, in quo pietate, ac diſciplinis omnibus brevi ornatus adeò refulſit, ut adhùc juvenis illis alios imbuerit, & è ſua palæſtra viri omnibus virtutis numeris abſolutiſſimi prodierint, ac præcipuè Thomas è ſua etiam Dominicana Familia, natione tamen Anglus, nobiliſſima Nortfolcii Ducum Ouvarda gente, poſtea meritiſſimus S.R.E. Cardinalis, quem etiam dogmatica Theologia, & controverſiis peculiariter erudierat ad rem catholicam per ipſum Ouvardum poſtea in Britannia propagandam: quare adeò hiſce ſtudiis adjecit ipſe Ignatius animum, ut furatus oculis ſomnum antequam eſſet Epiſcopus, grande opus deſudarit typis Neapolitanis Michaelis Monachi an. 1675 tribus tomis diſtractum ſub titulo. Schola Veritatis Orthodoxæ adverſus mendacia Lutheri, Calvini, cæterorumque Proteſtantium erecta ab adm. Rev. P. M. Fr. Ignatio Fiume, quorum primum Emin. Ouvard, alterum ſummo Pontifici Innocentio XI. tertium Eminent. Urſino dicavit, quibus poſtea Epiſcopus quartum adjecit, in quo agit de Sacramentis, quod Innocentio XII. inſcripſit. Interea ſuæ Religionis omnibus muniis oblatis laudatiſſimè functus poſt omnes cathedræ gradus in Divinitate laureatus, ſuæ Congregationis S. Mariæ Sanitatis Vicarius generalis, & Provincialis etiam fuit Samaiticæ reformationis. Nec minus interea tot, tantiſque occupationibus teretitus ſaluti animarum eam dedit operam, ac ſi prorſus ab omni alio procul foret negocio, non modo aſſiduus in tribunali pœnitentiæ, ſed una cum ſui ejuſdem ordinis glorioſæ famæ Magiſtris Thoma Manſo, & Andrea de SanctoSeverino promptus ſemper, & indefeſſus in ſacris miſſionibus in civitate, & in ipſo Regno Neopolitano, maximo pietatis emolumento. Curante demùm eodem Eminent. Ouvard hanc mitram accepit, & in Aracœlana Eccleſia ab Eminentiſ. Pio ſacratus fuit. Epiſcopus ſemper ſe habuit, ac ſi adhuc in clauſtro viveret; omnibus ſui Ordinis conſtitutionibus morem geſſit, adeò ut ob decrepitam ætatem, ac habituali difficillimæ anhelationis, quo vexabatur, morbo, à ſuo P. Magiſtro Generali diſpenſationem petiit à quibuſdam regulis ſuæ infirmitati directè oppoſitis, ac ſi adhuc illis foret obnoxius. Reſidentiam non modo ſemper adamavit, ſed in ipſa reſidentia in domo ſua Epiſcopali ſemper moratus fuit, nec etiam lavandi quandoque animi gratia ad pomarium Præſulum extra Urbem, aut in aliquam ſui ex intimis domum divertit. Bis tantummodò grave negotio ſuæ diœceſis implicitus Neapolim venit, nec ad domum ſuorum germanorum fratrum, ſed in ſuum conventum Sanctæ Mariæ Sanitatis unico tantum cubiculo, & cibo communi ſuorum Religioſorum ſat ſuperque contentus. Trabes, quæ vetuſto quidem more ſine ullo ornatu ædem principem operiebant, ſuperadditis quibuſdam lævigatis tabulis abdidit, & concamerato veluti opere induſtrii penicilli beneficio elegantiam, nitoremque eidem ædi priùs ſqualidæ comparavit. Sex vaſa argentea pro ſacello SS. M M. Viti, Modeſti, & Creſcentiæ conflari curavit.

,, Cum Polymnianenſes graſſante peſte per varia Apuliæ loca an. 1691 ſuis ſe continere muris cogerentur, & interdicti jamdiu commercii gravi incommodo, imo & jam lethali morbo per urbem ſerpente multifariam affligerentur, ipſos Spiritualiter juvit, gratiæ per omnigenæ pœnitentiæ baptiſmum conciliando, & etiam corporaliter, famem, aliaſque indigentias ab eis ære ſuo propulſando, ita ut ſemper ſibi detraheat, ut alienæ inopiæ iret obviam, fragmen panis quandoque pro ſe reſervatum longa patiens jejunia eſurienti lubens dederit, donec die 18. Martii ſequentis anni 1692. Epiſcopo continuis in eauſque ſenili ætate corporis macerationibus, etiam ferreis flagris gratiam implorante, ac Divo Martyre Vito apud communem Dominum intercedente, prout viſus fuit ab inſontibus puerulis ſigno crucis civitati benè ominari, huiuſmodi flagellum evanuerit. Diœceſi ſalutaribus conſtitutionibus, ac potius ſuarum exemplo virtutum præmunita, ſuæ proximæ velut mortis præſagus, quam in ſuo conventu Sanctæ Mariæ Sanitatis optabat, Neapolim pro ſecunda, an melius pro ultima vice repetere voluit inter lachrymas ſuæ diœceſis, quæ & ipſa de ejus obitu quaſi jam certa, omnibus in ſe ſtudiis retinere voluerat, quia ſemper eum ut ſanctum habuerat. Deus ſui fidelis ſervi votis annuit, & mortis ab ipſa hora, qua Dominicanas lanas induerat, præparatum die 24. Maii anno 1694. apopletico morbo corripuit. Sepultus fuit in communi fratrum oſſuario in ſacra crypta, prout ipſo mandarat. Imagini B. Mariæ Virginis de ſanitate, quæ in illa æde colitur, lampadem argenteam magni ponderis donavit. In principio ſcalarum, per quas deſcenditur ad Eccleſiam veterem, quæ vulgò, la ſacra Grotta, ferreos cancellos cum eleganti Paraſtidia marmorea ſuo ſumptu voluit reformatos. Conventui Fratrum Minorum Reformatorum in oppido S. Antimi eleemoſynam ducatorum centum largitus fuit. Vide Cavalerium in Galler. Dominic. T. p. Chronol. part. 5. Cent. fol. 662. & 663.

,, JO. BAPTISTA Capilupus, Materanus, Donati XLVI Antonii filius, in ſua patria humanioribus litteris, qua latinis, qua Græcis imbutus juriſprudentiæ operam dedit Neapoli, lauream tamen adeptus in Romano Sapientiæ Archigymnaſio. Ab intimis Eminentiſs. Antonii Pignatelli Neapolitani Archiepiſcopi, in cujus poſtea Innocentii XII. gratia perſtitit, ita ut eum familiarem, commenſalemque ſuum, Equitem Calcaris aurei, Comitem Palatinum, Patritium Romanum, ac demum Epiſcopum hujus Eccleſiæ die 13. Septembris 1694. dixerit. Sacratus autem fuit ab Eminentiſs. Pancratico in æde SS. Apoſtolorum die 19. ejuſdem menſis, & poſſeſſionem iniit Octobri per Canonicum Archipresbyterum Polymatanenſ. & tunc etiam Vicarium Capitularem Michaelem Antonium Gentile, & Novemb. ejuſdem anni in illam ſolemniter ingeſſum fecit. Erga pauperes piiſſimus fuit, illos publicis, ac privatis fovens eleemoſynis, nudos omnes cooperiens, et præcipuè puellas, ne ob ino-

,, piam pudicitiæ jacturam facerent. Tectum in ſua
,, æde principe fatiſcens renovavit, presbyterium,
,, ac ſacella SS. Crucifixi, & SS. MM. Polymniani
,, tutelarium paraſtida è lignis nuceis affabrè concin-
,, natis circumcluſis, in illo Crucifixi aram auro cæ-
,, lavit, & illud SS.MM. periſtromatibus damaſcenis
,, purpureis, ac croceis pro ipſorum ſolemnitate exor-
,, navit. Palatium Epiſcopale refecit, menſæ fun-
,, dos incultos frugiferos reddidit, in quorum uno, qui
,, à Polymniano tendit ad D. Viti, pomarium inſtru-
,, xit perennibus aquis in ipſum derivatis, et non
,, ſpernenda domo in eo adaperta pulcherrimum.
,, Callem quoad fieri potuit, æquavit, qui à civita
,, te propter maris littus ad idem pomarium ducit,
,, et ad D. Viti. In ſua patria Materæ Eccleſiam
,, Collegiatam D. Petri ſolemniter ſacravit. Romæ
,, tandem pro gravi ſuæ diœceſis negotio demorantem
,, mors intercepit, ſepultuſque fuit in æde D.D.Coſ-
,, mæ, et Damiani in foro Boario ſub hac inſcri-
,, ptione.

,, D. O. M.
,, Joannes Baptiſta Capilupi Materanen.
,, Innoc. XII. Pont. Max.
,, ab intimo cubiculo
,, Epiſcopus Polymnianenſis
,, contra Nominis Omen
,, Ab eodem Pontifice renuntiatus
,, Amantiſs. Ovium Paſtor
,, Juxta Iſaiæ vaticinium,
,, Habitavit lupus cum agno.
,, Romæ tandem in hoc ipſo cœnobio
,, Sarcina carnis abjecta
,, Eodem Templo condi decrevit.
,, Obiit V. Non. Maii, An. Ætat. LXIII.
,, Sacerdotii XXIII.
,, Humanæ ſalutis MDCCXVI.

XLVII. ,, PETRUS ANTONIUS *Pinus, Matera-*
,, *nus, origine autem nobiliſſimus. Hiſpanus, Alexan-*
,, *dri, & Stellæ Moliternæ filius natus die 3. Janua-*
,, *rii 1664. Studiis omnibus qua amænioribus, qua*
,, *gravioribus in patria dedit operam. Octo annorum*
,, *ſpatio Neapoli cauſarum patronum egit, & in Ro-*
,, *mano Sapientiæ Archigymnaſio 1690. in utroq; jure*
,, *laureatus fuit. Patriam repetens ſacerdos ab ſuo*
,, *Archiepiſcopo Canonicus, & S. Officii Advocatus*
,, *Fiſcalis renunciatus eſt. Ab Archiepiſcopo autem*
,, *Mutio de Cajeta Barium evocatus Auditoris, &*
,, *pauperum Advocati munera apud eum laudabili-*
,, *ter explevit. Anno 1704. die pr. Febr. eidem Ar-*
,, *chiepiſcopo 14. annorum ſpatio in illa prænobili*
,, *archidiœceſi vicariam impendit operam, donec*
,, *ejuſdem commendatione die 11. Decembris An.*
,, *1717. hujus Eccleſiæ deſignatus fuit Epiſcopus à*
,, *ſummo Pontifice regnante feliciter Clemente XI.,*
,, *qui Archiepiſcopo Barenſi reſpondit litteris in vita*
,, *laudati Archiepiſcopi ſupra relatis. Die 9. Febr.*
,, *1718. coram ipſo ſummo Pontifice in materia ſa-*
,, *crorum Canonum examinatus fuit ſummo Patrum*
,, *plauſu; die 11. eiuſd. menſis Eminent. Paulutius*
,, *illum præconizavit, die 14. Martii Præſularem*
,, *veſtem induit, die 19. ejuſd. menſ. ſacratus ab*
,, *Eminentiſſ. de Comitibus in Eccleſia Neapolita-*
,, *næ nationis coram Archiepiſcopo Tranenſi Davan-*
,, *zati, & Epiſcopo Liparitano Tedeſchi, die 11.*
,, *April. poſſeſſionem iniit per Orontium Marilianum*
,, *Polymniani Archidiaconum, & tunc Vicarium Ca-*
,, *pitularem, Magiſtratui præcipiens, ut quod æs*
,, *pro Equo in eius ſolemni ingreſſu pendere teneba-*
,, *tur, inter pauperes divideret. Ad ſuam ſponſam*
,, *pervenit die 24. April. eiuſd. anni 1718. Divinum*
,, *penſum diebus feſtis in odæo & ipſe concinit cum*
,, *ſuo capitulo, & clero: ſuper currenti Evange-*
,, *lio concionatur, & fidei etiam rudimenta ſem-*
,, *per enucleat. Egenis publica, & ſecreta ſti-*
,, *pe opitulatur, primoque anno non minus 184.*
,, *verè nudos veſtivit, infirmos ſemper inviſit,*
,, *& maiori ſemper ſollicitudine pauperes, qui-*
,, *bus & victum, & medicamina ſuppeditat,*
,, *omnibus denique ultima, & ipſe ſacramenta*
,, *miniſtrat. Novo tecto cathedralem operuit, no-*
,, *voque etiam laqueari auro, & picturis diſtincto*
,, *exhilaravit, aram maximam peregrino archety-*
,, *po magnificè extruxit, auroque etiam, nullo par-*
,, *cens impendio, cęlavit, minores autem aras no-*
,, *vis etiam ornamentis venuſtavit. Sex nova ſub-*
,, *ſellia è lignis nuceis affabrè lævigatis, & inter-*
,, *ſectis pro Sacramento pęnitentiæ miniſtrando,*
,, *vulgo,* li Confeſſionali, *efformata, & novam*
,, *portam lateralem in eodem æde principe apertam,*
,, *& ſuggeſtum imaginibus Eccleſiæ Doctorum depi-*
,, *ctum voluit. Hæc tanti Præſulis geſta brevi pera-*
,, *cta tempore, quæ nobis cl. vir Franciſcus Anto-*
,, *nius Maſtrochiricus civis Polymnian. adhuc juve-*
,, *nis, Philoſophiæ ac Medicinæ doctor eximius,*
,, *Aſtronomus, & Mathematicus inſignis communi-*
,, *cavit, ſi qualis ipſe Epiſcopus ſit, quam bene de-*
,, *notant, quo mage, ſi diuturnam, ut omnes ei ſuſ-*
,, *pirant, ætatem concedet Deus Opt. Max. pro hu-*
,, *jus, imò pro univerſæ Eccleſiæ decore immortali,*
,, *& ornamento.)*

# RUBENSES
## EPISCOPI.



IN veteri Calabria hodie Terra Barii Apuliæ Rubum (vulgo *Ruvo*) mediterranea antiquiſſima civitas eſt, Ennii Poetæ natalibus nobilis, quem, ut ait Silius, *Rudiæ genuere vetuſtæ*, qui vixit ante Chriſtum natum an. 188. poſt conditam vero Urbem ann. 410. Hujus civitatis exordium (ſi fidem velimus adhibere nonnullis) in Japigium Dædali filium reiiciunt plerique, ſaciuntque ejuſdem conditorem. Alii contendunt ad laudem ingenii, Japhet Noe filium, quem volunt eundem eſſe cum Idomone, ſeu Japigio Dædali filio, illam condidiſſe. Utcunque ſit fabuloſa narratio, nemo eſt qui dubitet Rubum vetuſtiſſimam eſſe civitatem à Græcis in Pædiculis, ſeu Salentinis ædificatam, cujus meminit Plinius. Strabo Rudium vocat. Rubos Horatius lib. 1. ſerm. ſatyra 5. Rubos feſſi venimus, utpotè longum carpentes iter: de ea Cicero pluribus in locis, Mela, Stephanus, Collenuccius: Volaterranus autem nullum ejus extare veſtigium dicit, ſed ſallitur, cum florentiſſima civitas ſit titulo Comitatus gentis Carrafæ nobiliſſimæ, & ſamiliis 573. habitata. Romani apud eandem ſtationes habebant, ut finitimis regionibus ſuppetias ferrent. Paſſim inveniuntur monumenta, & inſcriptiones Romanæ, quarum unam nuper inventam in ſubterraneo loco exſcribemus.

CAJO. POMPILIO. CÆSARIS L.
CÆLONIA. SATURNINA.
CONTUBERNIALI. SUO. P.

Rudæ civitatis nomen reiiciunt nonnulli in rudi ineptoque loquendi modo apud ejuſdem regionis incolas uſitato, unde Ovidius de Ennio ſcriptum reliquit:

*Ennius ingenio maximus, arte rudis.*

Gothi anno Chriſti 463. ſolo æquarunt, cujus calamitati Zeno Imperator haud occurrere potuit, pauloque poſt minori circulo muris circundata, crevit ejus munificentia ad miraculum, quæ uſque ad Fernandi Conſalvi Ducis invictiſſimi tempora ſte-

tit,

tit, cum ad Gallos ex ea expellendos, ut Jovius A
ſcribit, bombis, tormentiſque minoribus devicta
excidium ſenſit incomparabile: cujus deinde mœ-
nia una cum aggeribus, ac propugnaculis cives re-
fecere ann. 1516. & ad portam, quam à Noe, quem
ſuum conditorem deprædicant, Neoem vocant,
hæc duo carmina addiderunt.

*Quondam magna fuit totum urbs celebrata per Orbem;*
*Si modo non eadem, ſplendida fama patet.*

Cæterum hujus civitatis maximum ornamen-
tum eſſe poteſt, quod inter Italicas urbes una ex
primis fuerit, quæ S. Petro Apoſtolorum Principe
prædicante hauſerit Evangelii lumen anno ſalutis
44. & fert traditio, primum Rubenſium Epiſcopum
ab eodem Petro conſecratum Cletum, qui poſt Li-
num, & Clementem Pontificatum geſſit, cujus
ſolemnis dies agitur, velut civitatis Patroni die
26. Aprilis. Is Rubenſem populum confirmavit
in fide, ac ſupra cryptam extra mœnia Eccleſio- B
lam ædificavit, quam volunt primam fuiſſe Cathe-
dralem; alii referunt, primam Rubi Eccleſiam in
honorem S. Petri ab eodem Cleto conditam pro
Cath. extitiſſe, cujus veſtigia non longe à moderna
Cathedrali viſuntur. Aſſurgit nova hæc Baſilica
a Ad cęlum Aſſumptæ. exædificata anno Chriſti milleſimo, titulo B. Vir-
ginis *a* pro populi multitudinę anguſta quidem, ſed
nobili architectura, quatuordecim ornata altaribus.
In ea ſacris miniſtrantium numerus ferè centum
quadraginta: in primis ſunt quatuor dignitate
eminentes, Archidiaconus ſecundus ab Antiſti-
te, Archipresbyter, & duo Primicerii. Ca-
nonici nulli, ſed eorum loco Sacerdotes ſupra
quadraginta, Diaconi undecim, Subdiaconi,
ac Clerici ſupra ſeptuaginta. Clerici porrò ni-
hil, niſi candelam percipiunt. Maſſa vero com-
munis, quæ eſt 900. ferè ducatorum in tres partes
diſtribuitur, quarum unaquæque eſt ducatorum 40.
integra ſolutio dicitur, altera ducatorum 26. duæ
tertiæ partes, tertia ducatorum tredecim una tertia C
pars nuncupatur. Et Subdiaconi quidem poſt trien-
nii ſervitium tertiam partem percipiunt. Diaconi
verò poſt ſervitium ſex annorum duas tertias par-
tes, integram vero ſolutionem Presbyteri perci-
piunt poſt ſervitium ſex annorum, tertiam in Sub-
diaconatu, & tertiam in Diaconatu. In civitate
b Trin. Parochialis Eccleſia præter Cathedralem nulla,
duo *b* virorum monaſteria; alterum S. Franciſci
ab ipſo Seraphico Patre ædificatum, alterum ſan-
cti Dominici, unum Sanctimonialium ſeptum:
Sodalitia laicorum quatuor, mons Pietatis extant.
Fidelium animæ olim ferè decem millia, nunc ad
minorem numerum injuria temporum ſunt reda-
ctæ; Diœceſis Rubenſis Epiſcopatus, more reli-
quarum Apuliæ ſedium, nullas extra civitatem
habet Parochias, quia nullæ ſunt domus in agro
tametſi fertiliſſimo. Menſæ Epiſcop. annuus cenſus
ſcutorum Regni 700. qui ferè colliguntur ex paſcuis
oppidi Poggiæ. Taxa aſcendit in libris fiſci Apo-
ſtolici ad florenos 33. & tertiam partem. Ruben- D
ſium Præſulum ſeriem diverſorum monumento-
rum ope, interruptam tamen uſque ad noſtra tem-
pora majori qua potuimus diligentia proferimus.
I. 1 S. CLETUS (ut ferunt) primus Rubenſium
Epiſcopus ordinatus eſt à S. Petro Apoſtolo anno
ſalutis 44. qui poſtquam hujus civitatis fideles in
Chriſti fide confirmaſset, relicto ſucceſsore, cu-
jus memoria non extat, Romæ cum Petro diu pro
fide laboravit, defunctoque Lino Summus Eccle-
ſiæ Pontifex renunciatus eſt anno ſalutis noſtræ 80.
ſedit annis 12. menſ. 7. dieb. 11. & ſub Domitiano
Imperatore illuſtrem tulit palmam martyrii 26. die
Aprilis anno 93. ſepultus apud S. Linum. In ejus,
Divique Petri memoriam Rubenſium pietas Ec-
cleſ. excitarunt, Divumq; ſuũ tutelarem delegerunt.
2 (1) S. PROCOPIUM ſuum fuiſse Epiſcopum II.
affirmant Rubenſes; ſed quis fuerit hic Procopius,
quo tempore floruerit, non habent: fides apud
ipſos eſto; cum nec in diptycis illius Eccleſiæ me-
moretur, mera traditio eſt, ut affirmant, à Patri-
bus derivata.
3 IOANNES interfuit conſecrationi Eccleſiæ III.
S. Andreæ de Barulo à Gelaſio I. conſecratæ an-
no 493. („*S. Joannes fuit unus ex ſanctis Epiſcopis*
„ *vocatis a S. Laurentio Epiſcopo Sypontino, ut in-*
„ *tereſſent conſecrationi Eccleſiæ S. Michaelis Ar-*
„ *changeli, quam cum ab ſe conſecratam idem S.*
„ *Michael revelaſſet, cum eodem S. Laurentio in-*
„ *terfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Andreæ de Ba-*
„ *rulo, & alterius Eccleſiæ Sſ. Trinitatis in Civi-*
„ *tate Canuſii, quas duas Eccleſias conſecravit Ge-*
„ *laſius Papa II. an. 493.*
„ *JOACHIM de Zonicis creatus eſt hujus Ec-* IV.
„ *cleſiæ Epiſcopus an. 1009. vixitque in ea diebus*
„ *44. ut tradit indiculus Epiſcoporum hujus Ec-*
„ *cleſiæ.*
„ *ABIATARUS de Barghettinis poſt Joachim* V.
„ *fuit Epiſcopus eodem anno teſte eodem indiculo.*)
4 GUIBERTUS, vel GISILBERTUS Epi- VI.
ſcopus Rubeſanus (alias Guillelmus) interfuit de-
dicationi Eccleſiæ Caſinenſis ab Alexandro II.
magnificentiſſimè celebratæ anno 1071. apud Ano-
nymum Caſinenſem. Hujus meminit Lupus Pro-
thoſpata in Chro. ad annum 1082. *Epiſcopus*, inquit,
*Rubenſis nomine Guiſilbertus donavit Priori Montis*
*Peluſii Eccleſiam ſancti Sabini, quæ eſt in civitate*
*Rubi, qui Prior tenebatur omni anno ad quatuor*
*libras ceræ in die Sabbati ſancti, & mittere unum*
*hominem equeſtrem ad ſuas expenſas quando Epi-*
*ſcopus Rubenſis ibat ad Barenſem, ſeu ad Canu-*
*ſium*. Montis Peluſii Eccleſia nunc Cathedralis
eſt, de qua locuti ſumus in noſtro primo tomo.
„ *PETRUS Gargentis floruit anno 1110. exci-* VII.
„ *tato indiculo.*)
5 URSUS floruit ſub Guglielmo Rege anno VIII.
1163. (2) cujus habetur memoria in quodam ejus
conceſſionis documento Eccleſię parochialis s. Ma-
riani extra mœnia civitatis olim poſita, quæ ho-
die non extat.
6 DANIEL, cui Robertus Normandus Co- IX.
mes Cuperſani, ac Rubi Dominus plura bona pro
ſacello ſanctiſſimæ Trinitatis non longè a Cathe-
drali ſito elargitus eſt anno Domini 1177. pro ex-
piatione Roberti patris ſui, ſuorumque parentum
Guillelmi Rogerii Regum; aſſervatur huiuſmo-
di conceſſio in epiſcopali Archivio. Interfuit de-
inde Daniel Laterano Concilio ſub Alexandro
Tertio celebrato ann. 1179. eidemque cum ſuo Me-
tropolitano ſubſcripſit.
7 N. . . . Rubenſis Epiſcopus anno 1235. X.
longa infirmitate, ac incurabili tentus miſſionem
impetravit à Gregorio IX. pro qua re idem ſcripſit
Gregorius Barenſi Archiepiſcopo, ut ejus legiti-
mam Epiſcopatus dimiſſionem acciperet, alium-
que idoneum virum, qui onus Epiſcopale ſubſtine-
re poſset, ea in Eccleſia ſubſtitueret. Epiſtola hæc
extat in Regeſt. Vat. ejuſdem pontificatus Dat. 3.
Id. Decembris anno 9. num. 203. ſol. 88. Quis au-
tem infirmo Epiſcopo ſucceſserit, non invenimus,
neque alios uſque ad annum 1300. reperimus hu-
jus Eccleſiæ Præſules. („ *N.... Rubenſi, & Mel-*
„ *phitenſi Epiſcopis committit diſpoſitionem contra*
„ *Acheruntinum Archiepiſcopum ſuper ſimonia,*
„ *aliiſque infamatum Gregorius IX. ut in Decret. l.*
„ *2. tit. 20. & teſt. & atteſt 13. c. 53.*)
8 PETRUS de Gabriellis civis, ac Epiſcopus XI.
Rubenſis vivebat anno 1300. cujus monumentum
ac ſimulacrum adhuc extat in Cathedrali. („ *Ad-*
„ *fuit conſecrationi Vigilienſis Cathedralis 1293.*)
9 N. . . .

(1) S. Cleto in Rubenſi Epiſcopatu ſucceſſiſſe an. 10?. ADRIANUM Germandum, Adriano JOANNEM, & poſt hunc floruiſſe an. 140 BROCARDUM Piellium, et EPIGONIUM interfuiſſe tertio Concilio Carthaginenſi aſſerit indiculus quidam Rubenſium Epiſcoporum mihi tranſmiſſus: ſed cum eorum exiſtentia nullo veteri monumento, vel teſte probetur, in Vghellianam ſeriem illos immittere auſus non ſum. Id cuique placebit, liti tum erit.

(2) Florebat Urſus ſub Guglielmo Rege an. 1162. quo conſecravit Eccleſiam S. Mariæ de Martyribus prope Melphictum, ut Franciſcus Lombardi in hiſt. Melphictenſi teſtatur.

XII. 9 N. *a* . . . ejuſdem familiæ, & patriæ Petro ſucceſſit circa annum 1318. ajunt extare monumentum, & ſimulachrum ejus in choro Cathedralis abſque inſcriptione.

*a* NICOLAUS.

XIII. 10 MAJOR poſt hunc hanc rexit Eccleſiam, ut in monumentis ejuſdem habetur. Ejus obitus dies notatur in manuali lib. Juvenacenſis Eccleſiæ, menſe Septemb qui reliquit eidem Eccleſiæ domum ſuam juxta Epiſcopium Juvenacenſe ſitam.

XIV. 11 JOANNES ſucceſſit Majori ex iiſdem monumentis.

XV. 12 GUILLELMUS poſt Joannem fuit Epiſcopus ex iiſdem monumentis: de his tribus ſupra relatis Epiſcopis in Regeſt. Vaticanis nulla extat mentio.

XVI. 13 NICOLAUS („ *Perreaſis Rogerii patritii* „ *Bituntini filius*) obiit anuo 1343.

XVII. 14 JOANNES civis, & Canonicus Arianus ſuffectus eſt Nicolao ann. 1344. 5. Non. Feb. à Clemente VI. ad eam dignitatem vocatus, ut in Reg. Vatic. epiſt. 45. fol 69. p 3. ann. 2. habetur. Deceſſit è vita circa finem ann. 1348.

XVIII 15 STEPHANUS Ord. Minorum probatæ vitæ religioſus ab eodem Clemente VI. ſubſtituitur hujus Eccleſiæ Præſul anno Chriſti 1349. 7. Kalen. Febr. reg. Vat. epiſt. 518. fol. 158. Longo tempore hanc rexit Eccleſiam, niſi diverſus ſit à Stephano, qui diem ſuum clauſit extremum ſub Bonifacio IX. anno Chriſti 1390. ut ſcribunt lib. oblig. ac ſolut. Prælat. ſub eodem pontifice.

XIX. 16 ANTONIUS Epiſcopus Veſtanus ad hanc Eccleſiam translatus eſt à Bonifacio IX. an. 1390. 9. Kalend. Apr. prædefuncto Stephano ſucceſſit. Novem omnino annos eam adminiſtravit; abiit è vita 1398. ex iiſdem lib.

XX 17 Fr SIXTUS Coletta de Juvenacio Ord. Minorum ad hanc inſulam vocatus eſt à Bonifacio IX. ann. 1399. 6. Id. Jan. diem obiit poſt 18. ſuæ adminiſtrationis annum, ut lib. citati referunt; unde ſatis miror, cur in monumentis hujus Eccleſiæ habeatur anno 1416. hanc Eccleſiam rexiſſe quendam Petrum Perreſe, cujus ajunt in Cathedrali ſimulachrum, & monumentum extare, cum luce clarius ſit, eo tempore Sixtum hujus Epiſcopatus habenas rexiſſe, niſi divinare velimus, Petrum eo ſchiſmatis tempore vitio adlectum Epiſcopum.

XXI. 18 SIMEON de Brundiſio Ord. Minorum immediatè ſucceſſit Sixto an. 1418. 7. *b* Kalend. Febr. electus à Martino V. teſtis diviſionis factæ bonorum inter Sereniſſimum Joannem Antonium Bauces de Urſinis, Tarenti Principem, & excellentiſſimum Dominum Gabrielem de Bauces de Urſinis fratrem anno 1431. Hic poſtquam benè hanc rexiſſet Eccleſiam annis 14. ad Alexanam Eccleſiam translatus eſt 7. id. Apr. 1438. ut acta notant Conſiſtor.

*b* Die 16. Januarii.

XXII. 19 PETRUS Roſa de S. Angelo in Faſanella, S. Euſtachii de Urbe Archipresbyter die 3. Maii 1438. Rubenſi præfectus Eccleſiæ, vivere deſiit ann 1443. ex eodem lib.

XXIII. 20. Fr. CHRISTOPHORUS de S. Petro Galatinæ Ord. Minorum Rubenſis evaſit Epiſcopus demortuo Petro Roſa 3. Id. Decembris 1443. ex eod. lib. jacet in Eccleſia S. Cleti.

XXIV 21 PETRUS („ *Perreaſis Sanctorii patritii Bi-* „ *tuntini filius*) electus ann. 1452. die 17. Martii ex eod. lib. Obiit 1463. („ *Erat Vicarius generalis* „ *Latini Card. Urſini in Archiepiſcopatu Barenſi an.* „ *1467.*)

XXV 22 ANTONIUS de Colettis ſucceſſit Petro an. 1469. prid id. Octobris, anno vero 1471. die 21. Auguſti teſtis fuit initi matrimonii Giſottæ de Balzo Vaſti Marchioniſſæ. Obiit 1480. cujus memoria extat in lib. Actorum Conſiſt.

XXVI 23 ANTONIUS Rocca Archidiaconus Rubenſis Antonio ſucceſſit, declaratus Epiſcopus 2. Octob. ann. 1480. Vitam exuit ann. 1486. Romæ, ubi jacet ſepultus, de quo Acta Conſiſt.

XXVII. 24 FRANCISCUS Spalucia Vigilienſis ab

A Innocentio VIII. dictus eſt Rubenſis Epiſcopus die 8. Novemb. 1486. vixit uſque ad ann. 1512. obiit in oppido Terlicii, ubi jacet in majori Eccleſia.

25 JULIANUM de Mirto Neapolitanum Leo X. Pontifex ſuffecit Franciſco die 14. Julii 1512. Sedit annis octo, & ad favorem nepotis reſignavit anno 1520. Acta Conſiſt. XXVIII.

26 JOANNES FRANCISCUS de Mirto Juliani ſuperioris ex fratre nepos, præficitur die 28. Martii ann. 1520. præfuit an. 58. ſenioque confectus Epiſcopale onus reliquit, eumque ceſſit Horatio nepoti anno 1578. vixitque uſque ad ann. deinde 1583. quo mortalitatem explevit Epiſcoporum Decanus. XXIX.

27 HORATIUS de Mirto inſignis utriuſque Juris Doctor Joannis Franciſci nepos, Rubenſis Eccleſiæ declaratus Epiſcopus a Gregorio XIII. die 9. Apr. 1578. poſt decem omnino ſuæ præfecturæ annos a Sixto V. (cauſa in actis Conſiſt. non exprimitur) demeritis exigentibus Epiſcopatu privatus B eſt anno 1589. Ejus deinde memoriæ in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Aſſumpta in Metropolitana Eccleſia Neapoli, hoc ex marmore elogium poſuerunt Canonici. XXX

*Horatio Mirto Rubenſium Epiſcopo*
*Doctrina, Religione, Pietate, Divinoque cultu præclaro,*
*Almi Collegii Neapolitani Doctori celeberrimo,*
*ob eximiam in Capitulum hujus Metropolitanæ Ædis munificentiam*
*Gratæ perpetuæque memoriæ elogium*
*Canonici unanimes poſuere.*
*Anno à Chriſto exorto*
*MDCXXVII.*

28 Fr. GASPAR Paſchalis è Monte Regali *c* Ord. S. Franciſci ſummus Theologus à Sixto V. delectus eſt Epiſcopus die 26. *d* Junii 1589. deinde à Clemente VIII. anno 1604. ad Reatinam Eccle-C ſiam translatus eſt, de quo vide ejus urbis Epiſcoporum ſeriem in 1. noſtro tomo. XXXI

*c* De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 104. Mandoſ. *d* Die 5. Julii.

29 JOSEPH Salucius Bituntinus („ *Franciſci* „ *equitum ducis, & Caſſandræ Perrenſis filius*) Juriſconſultus die 13. Septemb. 1604. dictus fuit Rubenſis Epiſcopus, in qua dignitate deceſſit anno 1621. XXXII.

30 CHRISTOPHORUS Memmolus, Arianenſis, Clericus Regularis Theatinus („ *Octavii* „ *Paſtinarum Baronis, & Iſabellæ Bilottæ nobilis* „ *Beneventanæ filius*) à Gregorio XV. anno 1621. 29. Martii Ruborum Epiſcopus electus eſt. Vir omni laude digniſſimus Eccleſiam ſibi commiſſam annis quinque ſupra viginti rexit eximie; abiit è vita anno 1646. Is fratrem habuit Decium Memmolum Canonicum Liberianæ Baſilicæ olim Paulo V. a ſecretis ad Principes, virum eruditum, cujus extant plura ingenii documenta, præmortuum, ac ſepultum ea in Eccleſia hac inſcriptione, quam Chriſtophorus tumulo inſcribi curavit. XXXIII.

D *D. O. M.*
*Decio Memmolo*
*hujus Baſilicæ Canonico*
*Paulo V. Pont. Max.*
*à ſecretis ad Principes*
*ſolertia, fide, opera ſummæ caro,*
*Eximia in Deum, & homines pietate,*
*vitæ integritate, morum candore*
*ac eruditione præſtanti,*
*Omnibus aulæ ordin. amabili*
*Criſtophorus Memmolus*
*Ruborum Epiſcopus*
*Fratri dulciſſ. lacrymans P.*
*Dormivit obiit, qui dicere poterat,*
*Ego dormio, & cor meum vigilat,*
*xiii. Kalen. Julii*
*Anno Domini MDCXXXII.*
*ætatis LI.*

De Decio legendus doctus amicus noſter Leo Al-

latius

atius de viris Illuſt. qui ab anno 1630. per totum 1632. Romæ adfuerunt, ac typis aliquid evulgarunt. De Chriſtophoro verò Sylos in Annal. Clericorum Regularium Theatinorum plura recenſere debet. („Id præſtitit Silos in Annal. par. 2. p. 473.)

XXX 3V 31 MARCUS Romanus („ è Criptalis) ejuſdem Clericorum Regularium inſtituti, Congregationis propagandæ fidei Romæ præfectus Chriſtophoro ſucceſſit an. 1646. a Præfuit vir bonus an. 4. defunctuſque eſt anno 1650. („ ejus cum laude meminere Silos in Hiſt. Cleric. Regul. par. 3. & Ferro in hiſt. Miſſionum Cleric. Regul. p. 407. Mandoſ.)

a Die 19. Novemb.

XXX V. 32 FERDINANDUS Apicellus Neapolitanus electus die 2. Maii anno 1650. translatus ad Larinenſem Eccleſiam die 28. Auguſti 1656.

XX XVI. 33 JOANNES BAPTISTA Vulpius eligitur die 16. Septemb. 1656.

*A D D I T S O.*

(„*JO. BAPTISTA Ulpius, Franciſci Antonii patritii Comenſis, & Eleonoræ Calò nobilis Tergeſteaſis filius, natus eſt die 27. Januarii anno 1596. Exactis pueritiæ annis ſe tranſtulit Neapolim, ubi apud Carminianos ejuſdem Civitatis, ex ordine patritio, quique ei erant adfinitate juncti, admodum liberaliter eſt educatus, ac omnium diſciplinarum genere affatim imbutus: ubi vero domum ſe recepit, nimis ſevere animadverſas eſt in eum pater: animam namque ob ejus animi munificentiam ac liberalitatem exhæredare eum non dubitavit; at nonnullis poſt annis conſilio in melius mutato, perſpectoque ſatis frugi filio, majori cum honore hæreditati eum reſtituit. Ab Innocentio X. primum ſancti Severi Epiſcopus dumtaxat deſignatus; ab Alexandro vero VII. Rubenſis poſtea renunciatus, atque conſecratus die 27. Auguſti anni 1656. Hanc rexit Eccleſiam ann. ſex menſ. 9. dieb. ſex poſt quos meritis, & virtutibus innumeris ornatus, obiit die 22. Junii ann. 1663. ſepultus in Cathedrali. De eo plura ſcripſit Julius Puppeſius in Deſcriptione Familiæ Ulpiæ, quem adeas.*

XXX VII. „ *GABRIEL Tontoli, patritius, & Archidiaconus Sypontinus, cum plures ſubſtinuiſſet labores pro defenſione jurium Eccleſiæ Sypontinæ, cujus ipſe fuit Vicarius Capitularis, ab Alexandro VII. electus fuit Epiſcopus Rubenſis die 24. Septemb. 1663. Vix biennio ſedit, & fato raptus eſt 1665.*

„ *JOSEPH Carus, Biſiniauraſis, Magiſter in Theologia, & in Romana curia diu verſatus, qui monialium Confeſſarius, & animarum curam egregie cum exercuiſſet, Paſtor attributus eſt Rubenſi Ovili 11. Januarii 1666. cui præfuit ad an. 1671. quo vitam cum morte commutavit.* XXX VIII.

„ *Fr. SEBASTIANUS ab Alexandro, Ord. B. Mariæ de Monte Carmelo, in oppido della Motta S. Jo. Rheginenſis diœceſis ex nobilibus parentibus natus, Doctor, & Magiſter in Theologia graduatus in publica univerſitate Meſſanenſi, quique 30. annorum ſpatio Neapoli ſtudiorum præfectus fuit, & typis dedit librum de Prædeſtinatione, ac bis Provincialis Calabriæ officium geſſit, & Neapoli Vicarii generalis, Conſultoris, & Qualificatoris S. Inquiſitionis, ac Aſſiſtens generalis ſui Ordinis, & demum Romæ S. rituum Congregationis Conſultor dum eſſet hoc throno dignatus eſt 15. Januarii 1672. Sed cum jam ſenio ingraveſceret ſeptuageſimum ætatis annum excedens bonis omnibus ſui lacbrymabile deſiderium fecit decedens exacto circiter anno ſui Præſulatus.* XXX IX.

„ *DOMINICUS Surrentinus, nobilis Cavenſis, J.U.D. in florenti 34. annorum ætate eligitur 13. Martii 1673. Ad Wulturarienſem tranſiit 27. Aprilis 1676.* XL.

„ *DOMINICUS Galleſius, natus in oppido Finalis Savonenſis diœceſis, J.V.D. in Romanæ Sapientiæ gymnaſio publicus profeſſor, Pontificii juris, & ſacræ Congregationis Indicis conſultor, Epiſcopus creatus eſt 22. Junii 1676. Obiit 1680.* XLI

„ *JO. DONATUS Jannatius Aliſius, nobilis Bituntinus, Nicolai, & Victoriæ Planelliæ filius, J.V.D. & Eccleſiæ Bituntinæ Cantor, ſuique Epiſcopi Vicarius generalis, cum per varia munerum curricula ſuæ probitatis ſpecimen dediſſet, hanc majorem orbitam conſcendere promeruit 11. Martii 1680. rexitque ad an. 1698. quo Bitunti interiit.* XLII

„ *FRANCISCUS Morgione, Iſclanus, patriæ Cathedralis Canonicus, ad Rubenſem Epiſcopatum promotus fuit 19. Decemb. 1698. tranſlatus deinde ad Minorenſem 18. Maii 1705.* XLIII.

„ *BARTHOLOMÆUS Gambadorus, à Monte Gargano, ſapienter nunc adminiſtrat Rubenſem Eccleſiam electus Epiſcopus 14. Decembris 1705.)* XLIV.

# ARCHIEPISCOPALIS SEDES NAZARENA,

## Cui uniti ſunt Epiſcopatus Cannarum, & Montis-Viridis.



NAZARENA Metropolitica in Galilæa Sedes erat poſt captam Hieroſolymam Gotifredo Duce, a Latinis conſtituta. Verum occupata Turcarum armis Palæſtina an.1190.ac proindè civitate Nazareth,& Archiepiſcopali ejus Sede in captivitatem redacta, placuit ſummis Pontificibus,ne ejus civitatis,atque Eccleſię nomen interiiſſe videretur, ex quo Chriſtus ipſe Dominus,ac Redemptor noſter ſe cognominari voluit,Nazarenum, placuit, inquam, huic Archiepiſcopo honorariam ſedem in Italia conſtituere, ubi profugus benigne ac pia quadam compaſſione amplexus fuerat.Igitur in nobili Apuliæ oppido quod Barulum, ſive *Barletta* dicitur, Tranenſis diœceſis, domicilium aſſignarunt, & non procul à mœnibus Eccleſiam Beatæ Mariæ de Nazareth una cum juribus, titulo, & dignitate Archiepiſcopali in Metropolitanam erexerunt, ac ſucceſſu temporis præter alias parochiales Eccleſias, quas illi ſubjecerunt cum ſpirituali, ac temporali imperio, duas etiam Cathedrales cum ea conjunxerunt, Cannenſem ſcilicet anno 1455. & Montis-Viridis anno 1534. privilegiis, ac vetuſtate ornatas. Injuria inde bellorum Metropolitana hæc Eccleſia ſolo æquata, Pii V. Pont. Max. auctoritate anno 1566. intra oppidum in Abbatiali Eccleſia S.Bartholomæi, cum juribus, privilegiis à S. Mariæ Nazarenæ titulo translata eſt, quam Bernardinus Archiepiſcopus à fundamentis magnificè reædificavit. Inſignis eſt ligno veræ Crucis, quod magna populorum pietate colitur; celebris etiam anniverſariis nundinis, quæ die ſequenti Annunciationis B. Mariæ Virginis feſtum ex privilegio Ferdinandi Regis conceſſo anno 1459. fiunt, quibus durantibus Archiepiſcopus, vel ejus Judex cognoſcit omnes cauſas, quæ interea naſcuntur. Sacris in ea miniſtrant Canonici, quorum numerus ab Archiepiſcopo ſtatuitur: ex his quinque dignitates eminent, Archidiaconus, qui primam poſt Pontificalem ſedem tenet, Archipresbyter, Primicerius, Theſaurarius, & Cantor, præterea Clerici multi. Miniſtri Eccleſiæ adſcripti duobus annis in minoribus ſervitiis gratis ſerviunt, duobus aliis in ſacro officio Subdiaconatus mediam diaconalis ſtipendii partem percipiunt, quatuor ſequentibus in officio Diaconatus, & uno in officio Presbyteratus medietatem ſtipendii Sacerdotalis habent, atque ita decimo demum anno totam diſtributionem exigunt.

Diœceſis Nazarena, quæ quidem eſt in Italia, interciſa membra habet, & beneficia ſimplicia,quę grangiæ appellantur, quales ſunt tres Eccleſiæ in Terra Barii Acheruntinæ, una in civitate Potentiæ, duæ in Terra Vadulæ Caputaquenſis, alia in Terra Saponariæ Marſicanen. diœceſeos & alia ejuſmodi. Archiepiſcopus Nazarenus inſignitur etiam titulo Epiſcopi Cannenſis, & Montis Viridis, & ex peculiari privilegio Clementis IV. quod etiam deinceps confirmarunt Innocentius VIII. Clemens VII. Pius V. Pontif. Max. auctoritatem habet deferendi Crucem, Pallium, & Mozzettam non ſolum in Baruli oppido, verum & per univerſum orbem terrarum, ut hac honoris ſpecie civitas illa decoraretur, unde Unigenitus Dei filius Natalem ſuum ſortiri dignatus eſt diem. Quod ſanè privilegium juſtum eidem exhibet titulum Crucem ubique gerendi, adeo ut à nemine etiam ſub ſpecie reportatæ prohibitionis Apoſtolicæ debeat moleſtari, ut optimè Romana Rota contra Tranenſem Archiepiſcopum tranſegit die 28.Junii 1647.coram Veroſpio. Munia exercet Archiepiſcopalia in ſua Nazarena Eccleſia, tum & aliis ſibi unitis Eccleſiis, ſubditorum cauſas cognoſcit, ordines confert, nullique Primati ſubeſt, ſed Romano ſummo Pontifici immediatè ſubjectus eſt à primæva ſua inſtitutione uſque ad hodiernum diem. Fructus menſæ Archiepiſcopalis ad ſcuta 1400. illarum partium aſcendit; taxatur vero in libris fiſci Apoſtolici ad florenos 80. Archiepiſcoporum ſeries ſumpto exordio ab iis, qui in Nazarena civitate Palæſtinæ præfuerunt ex Latinis, ante tranſlationem in oppidum Baruli, ſequens eſt, quam noſtra induſtria è faucibus antiquitatis uſque ad noſtram ætatem ex variis monumentis eruit ad æternitatem, quemadmodum & Cannenſium, Montiſque Viridis Epiſcoporum ad unionem uſque cum Nazarenis ſeorſim dabimus poſt ipſos Nazarenos.

1 BERNARDUS Archiepiſc. Nazarenus primus occurrit hujus Eccleſiæ Præſul, qui Concilio Neapoli Samariæ interfuit anno 1120. apud Guillelmum Tyrium de bello ſacro. I.

2 VVILLELMUS Nazarenus Archiepiſcopus anno 1129. teſtis adeſt cujuſdam donationis, quam II.

fecit Guillelmus Tyrienſis Archiepiſcopus Eccleſiæ S. Sepulchri.

III. 3 ROBERTUS Archiepiſcopus Nazarenus teſtis donationis Fulconis Regis Hieruſalem 1138. Petro Priori S. Sepulchri factæ, ubi electus vocatur an. 1144. ſubſcripſit confirmationi Balduini Regis Abbatiæ S. Lazari in Bethania, in Acconenſi civitate, interfuit Conventui celebrato a Chriſtianis Peincipibus ann. 1147. inter quos fuere Conradus Imperator, Ludovicus VII. Rex Galliæ, Rex Hieroſolymitanus, & Guido de Florentia Presbyter Caedinalis, Eugenii III. Legatus, plurimaque multitudo nobilium virorum, ac Prælatorum, quorum nomina recenſentur in libro de rebus geſtis Ludovici VII. Regis Francorum, tom. 4. rerum Francorum ſcriptorum, ubi Cardinalis Legatus, pro Guidone, Guillelmus legitur. Fuit is Guido Bellagius Floreotius presbyter Cardinalis tituli ſancti Cheyſogoni, cujus meminit Guillelmus Tyrus lib. 17. cap. 1. Io. Villanus hiſtoeiarum lib. 12. capit. 7. Ejus gentilitia ſtemmata tres argēteos enſes in parmula coccinea, pro quibus Ciaconius in Vitis Pontif. & Caed. malè appoſuit tres roſas in parma argentea.

IV. 4 ROBERTUS, ſucceſſit Roberto, qui anno 1151. electus teſtis adfuit confirmationi Milerendis Reginæ Fulconis Hieſolomytani Regis uxoris, noonullorum bonorum Abbatiæ ſancti Lazari in Bethania.

V. 5 AITARDUS Nazarenus Archiepiſcopus mortuus eſt Coſtantinopoli Regis Hieroſolymitani Oratoe, anno 1158. corpus ad propriam ſtudio, & vigilantia ſuorum fidelium, delatum eſt Eccleſiam, ut nareat Tyrus lib. 18 cap. 22 Hic antea anno 1155. 9 Kal. Febr. teſtis cujuſdam donationis Eccleſiæ ſancti Sepulchti factæ ab Ugoue de Hibelino, & Hermengardis ſotoris fuit.

VI. 6 LOTARDUS ex Priore Cathedralis ſucceſſit Aitardo eodem anno 1158. vir manſuetus admodum affabilis, & benignus, ut ſcribit idem Tyeus eodem lib. & cap. Hic anno 1175. reperitur in monumento Guarini Abbatis de Thabor ad favorem Prioris, & Canonicorum Eccleſiæ ſancti Sepulchri Hieroſolymitani 16. Kal. Novemb. Indict. 6. anno 1187 Teſtis fait donationis factæ Piſanis Populis a Comite Tyrenſi Conrado, quam donationem attulimus in Aechiepiſcopis Piſanis tom. 3.

VII. 7 N. . . . cujus nomen ignoratur. Is meruit a Clemente IV. anno 1265. ſingulari privilegio exornari, deferendi ſcilicet ante ſe Crucem per totum orbem Cheiſtianum, ſimili privilegio Aechiepiſcopo Cantuarienſi ab eadem ſancta Sede conceſſo deferendi ante ſe Crucem per totam Angliam, non vero per uoiverſum orbem, decrevit Alexander III. ut in epiſtola ejuſdem legitur in Decret. ad Epiſcopum Eboracenſem. Porro peivilegium Clementis, ubi & alia indulta a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus Nazarenæ Eccleſiæ conceſſa affiemantue ex authentico copiali ab originali deſumpto, quod extat in aechivio Nazarenæ Eccleſiæ apud Barulum, eſt hujuſmodi ab illius ſedis Antonio Severolo digniſsimo Archiepiſcopo exhibitum.

*Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

*Ineffabili peovidentia ſummi Patris, qui jam dudum ore propherico ſe locum pedum ſuorum glorificaturum fore prædixit, univerſos inſtruere volumus, ut loca, in quibus ejus filius factus homo operatus eſt in medio terræ ſalutem, per nos congrua attollerentur honore, & veneratione debita colerentur. Hæc quidem Apoſtolica Sedes diligenter attendens, locum, in quo idem Dei filius, operatione Spiritus ſancti in utero B. Mariæ Virginis glorioſè conceptus extitit, civitatem videlicet Nazareth dignè cenſuit honorandam, & ejus gratias, & perſonas ad ejus ſervitia deputatas, ad honorem ipſius Virginis, tam ultra mare, quam citra, præſentes, & futuras, & ipſius Archiepiſcopus, Prior, & Capitulum, Clerici, Offerti, & Confratres in caritate unanimiter viventes,*

A *quantò majoris authoritatis præſidio munireatur, tantò quietius, tantoque ſecurius vacare poſſeat ſui Creatoris obſequiis, & in eius laudibus delectari. Verùm prædeceſſores noſtri ſummi Pontifices Eccleſiam ipſam ſub verbo Dei, ejuſque Genitricis auctoritatibus, munitionibus, dignitatibus indulgentiis, ac privilegiis glorificaverunt. Nos itaque hæc intuentes, privilegia ipſa, tam de auctoritate Apoſtolica, quam arbitraria de conſilio fratrum noſtrorum duximus confirmanda, quæ privilegia Archiepiſcopus, & eius Prior, & Capitulum nobis præſentaverunt, diligenter inſpeximus. Attendentes igitur quod Eccleſia ipſa, & eius gratiæ aboleri non debent, ſed potius augeri, de plenitudine poteſtatis ordinamus, ſtatuimus, laudamus, conſtituimus, & confirmamus, quod in eadem Eccleſia Nazareth, privilegia, dignitates, indulgentiæ, quæ ſecundum Deum, & eorundem prædeceſſorum noſtrorum auctoritate conceſſa eſſe dignoſcantur, in ea perpetuis temporibus inviolabiliter obſerventur, videlicet, quod ſit in ea*

B *de cetero indulgentia abſolutionis pœnæ & culpæ omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad ipſam Eccleſiam munera ferrent. Eccleſiis verò eius diœceſis, tam ultra mare, quam citra indulgentia pœnæ, & culpæ omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad ipſas Eccleſias munus oblationis ferrent. In feſto Annunciationis Dominæ, Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, in Pentecoſtes, Nativitatis glorioſæ Virginis Mariæ, & eius Conceptionis, Aſſumptionis, & eius Purificationis, in die Veneris ſancti, in die Sabbathi ſancti, & in die Reſurrectionis Domini perpetuis temporibus ſit tam Eccleſiis præſentibus, quam futuris, & quod Archiepiſcopus ſemel in anno, in die Nativitatis Domini, & in articulo mortis valeat eligere confeſſorem, qui eum valeat, & poſſit abſolvere a pœna, & culpa. Prior, & Capitulum, Clerici, Offerti, & Confratres ipſius Eccleſiæ Nazareth per mundum univerſum inſtituti in extremo die mortis ſuæ aſſiduè deſervientes ſanctæ Mariæ Virgini, etiam omnes poſſint eligere Confeſſores, qui*

C *eos valeant, & poſſint abſolvere a pœna & à culpa omnium delictorum ſuorum Eccleſia quidem Nazareth, tam in capite, quam in membris libera, & exempta, & nulli, niſi Apoſtolicæ ſedi, aliquid conferre, nec obedire teneatur, ejuſque Archiepiſc. valeat uti Cruce & pallio in ſignum plenitudinis poteſtatis per univerſum Mundum, & ſic omnibus temporibus inviolabiliter obſervetur, præſumptione nulla, aut varietate temporum, vel quacunque conceſſione privilegiorum in forma verborum, jura, & ejus privilegia omnino quiſquam infringere poſſit. In detentores, & occupatores eorum ſi poſt tertiam admonitionem non ſe correxerint, ſint ipſo facto vinculo excommunicationis innodati; de quibus nullus, præter nos, ſe intromittere poſſit. Ipſoſque, Archiepiſcopus poſſit, & valeat excommunicatos pronunciare, etiam apud ſedem Apoſtolicam devulgare; hæc autem omnia, & ſingula rata, & firma haberi volumus, & inviolabiliter in perpetuum obſervari. Non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, & litteris, aut proceſſibus habitis*

D *ſuper prædictis, quæ quidem ſtatuta, privilegia, & proceſſus quoad hæc decernimus viribus omnino carere, ita quod per ea præſens ordinatio noſtra non poſſit in aliquo impediri: ſed ipſis non obſtantibus inviolabiliter perpetuis temporibus obſervari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, arbitrii, ordinationis, & conſtitutionis infringere, vel eis auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii ſeptima Maii Pontificatus noſtri anno 1.*

8 N . . . . cujus item nomen non exprimitur in literis Gregorii eo ann. 1272. eidem ſcriptis, quas refert noſter eruditus doctus Annalium Eccleſiaſt. continuator Odericus Raynaldus tom. 14. num. 19. data tunc fuit huic Archiepiſc. poteſtas de juribus cognoſcendi inter Regem Cypri, & Mariam filiam Antiocheni Principis de regno Hieroſolymitano VIII.

con

contendentes. Transfudit poſtea Maria ſua in regnum Hieroſolymitanum jura, in Carolum Siciliæ regem, unde id decus Siculis regibus adjunctum eſt.

IX. 9 GUIDO * Ord. Prædic. ab Aſcanio Senenſi vocatur Fr. Yvo Gallus, ſed in regeſto Vaticano Guido legitur, defunctus anno 1298.

* Ex App. tom. 9.

X. 10 GUILLELMUS de S. Joanne Hieroſolymitani templi miles à Nicolao IV. in demortui Guidonis locum Archiepiſcopus Nazarenus electus an. 1298. Kal. Junii, Pont. 1. ex reg. Vatic. epiſt. 84. fol. 21.

XI. 11 PETRUS Archiepiſcopus Nazarenus unus fuit ex iis Præſulibus, qui an. 1326. *a* Eccleſiam S. Laurentii Patavinæ civitatis conſecrarunt, ut in marmore exarata memoria ſub porticu extra eandem Eccleſiam appoſita loquitur.

*a* 1326.

*MCCCXXVI. Indict. 9. 11. menſis Junii in feſto ſancti Barnabæ conſecrata fuit iſta Eccleſia in honorem beati Laurentii cum tribus altaribus ſc. B. Mariæ Virginis, beati Laurentii, & beati Silveſtri per venerabiles Patres Petrum Archiepiſcopum Nazaretanum Salionem Epiſcopum Adrienſem, Guidonem Vangadiciæ, Conradum Archipresbyterum, & Gaufridum Vicarium Domini Epiſcopi, & per alios multos Prælatos, & Clericos cum indulgentia trium annorum, & trium quadragenarum ſemper eodem die, & per octavam Hoc factum fuit ſub regimine Presbyteri Simeonis, & Dominici.*

XII. 12 Fr. PETRUS Ordinis Prædicatorum vir egregia virtute illuſtris Petro ſucceſſit ad hanc dignitatem vocatus à Joanne XXII. an. 1330. Laudabiliter per annos omnino quindecim Nazarenam rexit Eccleſiam, mortalitatem explevit ſub Clemente Sexto anno 1345. ut in regiſtro Vaticano.

XIII. 13 Fr. DURANDUS de Sermino Ordinis Carmelitarum in Theol. facultate Doctor inſignis Archiepiſcopatu Nazareno cohoneſtatus eſt à Clemente VI. an. 1345. 5. Id. Maii ex regiſtro Vaticano epiſtola 895. fol. 57. anni 3. non diu Archiepiſcopus fuit, cum viam univerſæ carnis Præſulatus ſui anno 3. ſalutis verò 1348. ingreſſus fuerit in civitatem Vaſionen., ad quam, cum eſſet in curia pro certis negotiis acceſſerat, ibique ſepultus.

XIV. 14 RICHARDUS Ordinis Minorum alumnus electus 6. Id. Octob. 1348. exceſſit anno 1366. Ejus promotio habetur in reg. Vatic. epiſt. 203. fol. 95. an. 7. Clementis Sexti.

XV. 15 Fr. GUILLELMUS Balvayſius Ord. Minorum ſucceſſor Richardi datus eſt in Eccleſia Nazarena ab Urbano V. an. 1366. 5. Kal. Feb. tranſlatus ad Turritanam Eccleſiam an. 1368.

XVI. 16 Fr. JOANNES Salamonius Ord. Prædicatorum ad hanc Eccleſiam promotus habetur ex reg. Vaticano Urbani V. an. 7. 4. Kal. Novemb. qui fuit Chriſti 1368.

XVII. 17 JOANNES de Urbe ſub Bonifacio IX. Archiepiſcopus fuit Nazarenus anno 1390. 15. Feb. ex lib. oblig. translatus deinde eſt ad Eccleſiam Æginen an. 1400.

XVIII 18 Fr. JOANNES Paulus, aliis Joannes Alexius, Ord. Minorum præficitur à Bonifacio IX. anno 1400. 8. Id. Febr. ex eodem lib. oblig. Diù hanc adminiſtravit Eccleſiam, obiit Eugenio IV. ſedente an. 1431.

XIX. 19 F. AUGUSTINUS de Favoronibus *b* Romanus ex Priore Generali Eremitarum S. Auguſtini Nazarenus evaſit Archiepiſcopus anno 1431. Id. Junii, & Cæſenatenſis Epiſcopatus commendatarius; vir eximia ſcientia doctus, ingenio ſubtilis, moribus, & ſanctimonia vitæ celebris, cujus monumenta illuſtria recenſet Anaſtaſis Auguſtiniana. Poſt annos duodecim (totidem in ſui ordinis magiſterio generali conſumpſerat) in magna humilitate & zelo Eccleſiaſticæ diſciplinæ in Archiepiſcopali honore vita traducta bonorum fruge ditatus, in ſenectute bona virgo & humilis ad æternæ ſalutis tra-

*b* De quo Mandoſius in Bibl. Rom cent. 3. n. marg. 64. & Gandolphus de 200. Script. Auguſtin. p. 71.

A mitem feliciter Prati in Hetruria properavit an. 1443. ubi ſumma veneratione in templo S. Auguſtini humatus colitur titulum viri beati à ſuis adeptus: pluraque memorantur glorioſæ ſuæ ſanctitatis argumenta. („ *Alterum Auguſtinum hunc vocat Bergomenſis propter ejus eximiam ſcientiam. In chronico Auguſtiniano ſummè celebratur, & à Mandoſio in Athenæo Romano. Ejus tamen nonnulla ſcripta cenſuram ſubiere Baſileenſis concilii ſeſſ. 22. In eodem conſiſtorio declaratus fuit Rector univerſalis totius ordinis Eremit. S. Auguſtini uſque ad Capitulum generale celebrandum Fr. Gerardus de Arimino.* Lucentius.)

B



XX 20 Fr. JACOBUS Aurilia *c* Ordinis Minorum nobili genere apud Neapolitanos, patre Gurone matre Margarita Sannazara natus, præclara virtute nobilior ex Epiſcopo Cannenſi Nazarenam infulam ſuſcepit poſt Auguſtinum, & unita fuit epiſcopalis ſedes Cannenſis cum Nazarena an. 1455. Magna valuit authoritate Jacobus apud Ferdinandum
C I. Neapolitanum Regem, fuitque eidem à conſiliis, cujus etiam gratia anno 1458. nundinas inſtituit in oppido Baruli quolibet anno celebrandas poſt diem Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, quarum magiſtratum, ac præfecturam ad cauſas cognoſcendas, proventus, & jura in Archiepiſcopum, & ejus ſucceſſores transfudit, quod ſequens diploma ex autentico ſcriptum teſtatum faciet.

*c* De eo ejuſque familia Carolus de Lellis de famil. Neapol. par. 2. p. 266 & 305. Mandoſ.

*Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis tam præſentibus quàm futuris.*

*Quia Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum commoda cupimus cum commodè poſſumus eorum incrementa paramus, propterea ob reverentiam beatæ Mariæ Virginis, & pro remiſſione peccatorum ſereniſſimi D. Alfonſi Regis Aragonum, utriuſque Siciliæ &c. genitoris noſtri reverendiſſimi memoriæ recolendæ, ſupplicante nobis rever. in Chriſto patre, conſiliario, & fidele nobis ſincere dilecto Jacobo Aurilia*
D *Archiepiſcopo Nazareno, & Epiſcopo Cannenſi; eidem Archiepiſcopo, & Epiſcopo, ſuiſque exinde ſucceſſoribus in Archiepiſcopatu prædicto de certa noſtra ſcientia & ſpeciali gratia indulgemus, quod in territorio, ſeu tenimento Eccleſiæ S. Mariæ de Nazareth, quæ eſt ſita in territorio Barolitano extra muros terræ Baroli conſtructa juxta dictam Eccleſiam per dies novem, quatuor dies ante feſtum Annunciationis B. Mariæ Virginis, & quinque immediate ſequentes poſt feſtum prædictum celebrentur in perpetuum nundinæ rerum venalium generales, liberæ & immunes, eo tamen modo, & forma, quibus nundinæ aliæ concedi, & indulgeri ſolitæ ſunt: concedentes eidem Archiepiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus prædictum officium magiſtri nundinarum cum omnibus illis honoribus francbitiis, præeminentiis, juriſdictionibus, prærogativis, & gratiis, obventionibus, lucris, emolumẽtis, bannorum impoſitionib. ac omnibus aliis quæ ad di-*

*ctum officium ſpectant, & pertinent, & ſpectare poſſunt de conſuetudine, vel de jure; & tandem omnia & ſingula, quæ in nundinis concedendis ſunt ſolita concedi.. Cum poteſtate quod ipſe Archiepiſcopus, & Epiſcopus, & deinde dicti ſui ſucceſſores in prædicto Archiepiſcopatu poſſint, & liberè valeant creare, ordinare, & facere magiſtrum nundinarum ad vitam, ſeu ad tempus, aut anno quolibet ad cuſtodiam, & pro cuſtodia dictarum nundinarum, & cum adminiſtratione juſtitiæ durante termino nundinarum ipſarum omnibus & ſingulis confluentibus, & venientibus ad nundinas ipſas in omnibus & ſingulis cauſis civilibus, & aliis quibuſcumq; extra pęnam ſanguinis, & omnibus emergentibus, dependentibus, & connexis in officio antedicto. Nec non judicem, aſſeſſorem, & actorum notarios, idoneos quidem & ſufficientes penes eundem magiſtrum nundinarum, de quibus fit mentio conſidendum, & de eorum exceſſibus, & delictis Archiepiſcopus ipſe, & Epiſcopus, dictique ſui ſucceſſores, in Archiepiſcopatu prædicto noſtræ curiæ principaliter teneantur. Illuſtriſſimo propterea, & cariſſimo filio primogenito, & locumtenenti noſtro generali Alfonſo de Aragonia Principi Capuæ voluntatem noſtram declaramus magiſtro quoque Juſtitiario Regni hujus, ſeu ejus Locumtenenti, & Regenti magnam curiam vicariæ, judicibus ejuſdem curiæ magno Camer. & ejus Locumtenenti Præſidentibus, & rationalibus Cameræ noſtræ ſummariæ perceptoribus & exactoribus gabellarum, & aliorum quorumcunque jurium noſtrorum in dicta terra noſtra Baroli, Vicerigiis, Juſtitiariis, Gubernatoribus Provinciæ terræ Bari, & univerſitati, & hominibus terræ prædictæ Baroli, & aliis omnibus undique confluentibus, cæteriſque aliis capitaneis, officialibus, & ſubditis noſtris, majoribus, & minoribus quocunque nomine nuncupatis, ac officio, & juriſdictione fungentibus, & præcipuè dictæ terræ Baroli, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectare poterit, eorumque Locumtenentibus præſentibus, & futuris harum ſerie de dicta certa noſtra ſcientia damus expreſſius in mandatis, quatenus forma præſentis noſtræ, & privilegii per eos & unumquemq; ipſorum diligenter attentare illam eandem Eccleſ. S. Mariæ de Nazareth, & d. Archiepiſcopo nomine, & pro parte ejuſdem Eccleſiæ, & ſuis exinde in dicta Eccl. ſucceſſive omni futuro tempore firmiter teneant, & obſervent, tenereque & obſervare faciant inviolabiliter per quoſcunque, & etiam Archiepiſcopo prædicto, & ſuis ſucceſſoribur, necnon dicto Magiſtro nundinarum per eum ordinando, & creando, tanquam magiſtro nundinarum ipſarum in omnibus, quæ ad officium ipſum pertinent devotè pareant, & obediant, & mandent de palatio lucrorum, emolumentis, & cęteris ſupradictis ad dictum officium ſpectantibus, & pertinentibus reſpondeant, ſatisfaciant, ac reſpondere, & ſatisfacere faciant, atque mandent ope, & opere opportunis faveant, & aſſiſtant ſi & quoties per ipſum Archiepiſcopum, ſive per ſe ordinandum magiſtrum nundinarum fuerint quomodolibet requiſiti, nec contraveniant, ſi dictus Illuſtriſſimus filius noſter nobis obedire cupit; alii vero prædicti gratiam noſtram caram habent, iramque & indignationem, ac pœnam ducatorum mille noſtro fiſco applicandam cupiunt evitare, in cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus, & magno majeſtatis noſtræ pendenti ſigillo muniri. Datum in caſtello terræ noſtræ Bari per ſpectabilem, & magnum virum Honoratum Baytanum militem, Fundorum Comitem Logothetam, & Protbonotarium ....hujus Collateralem Conſiliarium fidelem nobis plurimum dilectum die quinta Februar. 7. ind. M.CCCCLVIIII. Regnorum noſtrorum ann. 2. &c.*

Anno vero 1461. idem Ferdinandus Rex Jacobo Archiepiſcopo, ac ſucceſſoribus ſuis in perpetuum dedit facultatem condiendi, & faciendi ducentos currus ſalis in ſalinis Baruli. Donationem hanc feciſse pius Rex ob præcipuam devot onem erga Beatiſſimam Virginem Mariam, & ad expiationem noxiorum Alfonſi Regis genitoris explicuit in donationis inſtrumento ex eodem Archivio.

*Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ, univerſis & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus quam futuris.*

*Ob innumerabiles, & maximas gratias, quas accepimus ab omnipotenti Deo, & ejus Matre glorioſa Virgine Maria, & ob præcipuam devotionem, quam B. Virgini Matri gerimus, & ad remiſſionem peccatorum Terres Regis Alfonſi patris, & Domini noſtri colendiſſimi tenore præſentis, noſtri proprii motus inſtinctu, de certa noſtra ſcientia, ſpeciali gratia deliberatè, & conſultò liberam facultatem, amplam licentiam, & plenum poſſe concedimus venerabili in Chriſto Patri, & dilecto Conſiliario noſtro D. Archiepiſcopo Nazareno, & Epiſcopo Cannenſi, & aliis Epiſcopis in Epiſcopio, & Epiſcopatu Cannenſi ſucceſſivè futuris. In perpetuum conficiendi, ſeu confici faciendi ducentos currus ſalis in ſalinis noſtris terræ noſtrę Baroli in quocunque loco dictarum ſalinarum ipſi Epiſcopi elegerint, & voluerint, ipſumque ſal vendendi tam intus, quam extra hoc Regnum quibuſcunque hominibus, & perſonis, præterquam nobis inimicis pretio quo potuerint meliori, francum, liberum, & exemptum ab omni, & quacunque ſolutione & jure nobis, & noſtræ Curiæ quomodolibet pertinente, &c. Ita quod pro dicto ſale nullum jus noſtræ Curiæ ſolvere teneantur præfati Epiſcopi, volentes, & decernentes expreſſè, quod ſi præfati Epiſcopi in uno anno dictam quantitatem præfati ſalis, ſeu aliquam partem ipſius conficere, ſeu vendere non poterint, illud, ſeu illam partem, quam vendiderint, in alio ſequenti anno conficere, & vendere poſſint, & valeant, inveſtientes propterea præfatos Epiſcopos de præſenti noſtra gratia per expeditionem prę́ſentium, ut moris eſt, quam Inveſtituram, vim, robur, & efficaciam veræ, & realis poſſeſſionis, ſeu quaſi volumus, & decernimus obtinere; quapropter Illuſtriſſimis Iſabellæ Reginæ conſorti, & Alonſo de Aragonia Duci Calabriæ primogenito chariſſimis, & noſtris generalibus Locatenentibus, intentum noſtrum declarantes, mandamus magno hujus Regni Camerario, ejuſque locumtenenti, præſidentibus, & rationalibus camerę noſtrę ſummariè magiſtro Port. magiſtro Tent. magiſtro ſalis dictarum ſalinarum credentieriis, eorumque Locatenentibus, præſentibus, & futuris quibuſvis, præfatis Epiſcopis dictæ Eccleſiæ Cannarum in perpetuum purè, ſimpliciter, & bona fide teneant firmiter, & obſervent, tenerique, & obſervari faciant inviolabiliter per quoſcunque, neque ipſos Epiſcopos in confectione, & venditione dictorum ducentorum curruum ſalis turbent, ſeu moleſtent, & contrarium non faciant, ſi dicti Illuſtriſſimi Regina, & Dux nobis obedire cupiunt, alii vero officiales gratiam noſtram caram habent, iramq; & indignationem, ac pœnam ducatorum mille cupiunt evitare, in cujus rei teſtimonium præſens exinde fieri fecimus, magnoque majeſtatis noſtrę ſigillo impendente juſſimus communiri. Datum in noſtris felicibus caſtris apud flumen Aufidum per nobilem, & egregium virum Maurum Tomacellum Locumtenentem ſpectabilis, & magnifici viri Honorati Gattani Fundorum, Trirentique Comitis hujus Regni Locumtenente, & Protbonotarii, Collateralis, Conſiliarii, & fidelis nobis plurimum dilecti, die ultimo menſis Julii, Indictione 9. Anno à Nativitate Domini 1461. Regnorum noſtrorum anno quarto.*

Jacobus verò bonus Archiepiſcopus cum per annos triginta ſex, & amplius vitæ, & morum decore enituiſſet è mœſto mortalitatis ſtudio ad beatam pia morte tranſiliit vitam anno ſalutis 1491. cui illud Mantuani erat in votis.

*Ferre per antiquos Patrum veſtigia greſſus,*
*Et veteres ſervare vias, revocare vagantes*
*Per valles, & ſaxa greges, per luſtra ferarum,*
*Figere in antiquis iterum magalia campis.*

21 JOANNES MARIA Podericus a nobiliſſimus Neapolitanus Patritius ad Nazarenam, & Cannensẽ Eccleſias evectus eſt ab Innocentio VIII. anno 1491. die 15. Aprilis. Decem & novem omnino XVI

a De eo ejuſque familia citatus de: ella par. 1.



p. 141. & Toppius in Bibl. Neap. p. 248. Mando f. ninò annos ſumma animi virtute eas moderatus fuit,& ad Tarentinum Sacerdotium tranſitum fecit ann. 1510. a de quo in ea Eccleſia redibit ſermo. Tamen haud prætereundum duxi hic referre Innocentii VIII. Pontificis veterum privilegiorum Eccleſię Nazarenæ à ſuis prædeceſsoribus, & Regibus in gratiam Jo. Mariæ conceſsorum confirmationem.

a Die 24. Aprilis.

*Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Joanni Mariæ Archiepiſcopo Nazareno ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter venerabilis frater tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, vel alia indulta tibi, & Archiepiſcopis Nazarenis pro tempore exiſtentibus, ac menſæ Archiepiſcopali Nazarenæ, nec non Eccleſiæ ſanctæ Marię de Nazareth extra muros terrę Baroli Tranen. diœceſis eidem menſæ canonicè annexæ conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus tibi, & eiſdem Archiepiſcopis pro tempore exiſtentibus, & menſæ, ac Eccleſiæ rationabiliter indultas, ſicut eas juſtè, & pacificè poſſides, Tibi, & pro te Archiepiſcopis pro tempore exiſtentibus menſæ, & Eccleſiæ prædictis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Inc. D. 1492. ſexto Kal. Maii Pont. noſtri an. VIII.*




XXII. 22 ORLANDVS de Ruvere a Julio II. conſanguineo Archiepiſcopus Tarentinus declaratus, poſt paucos menſes die 24. Aprilis 1510. ad hanc Nazarenam Eccleſiam translatus eſt.

23 Fr. GREGORIVS b Benigninus Siculus Syracuſanus Ordinis Minorum inſignis Theologus, Callienſis Epiſcopus, ad Nazarenum Archiepiſcopatum translatus eſt anno 1513. de quo vide quæ de ipſo ſcripſimus in Epiſcopis Callienſibus tom. 2. de quo etiam doctus Vvaddingus noſter tom. 8. Annal. Minorum. XXIII

b Al. Gregius.

24 LEONARDVS Buccutus Barolitanus ſucceſſit Gregorio in Nazarena, Cannenſique Eccleſiis: anno verò 1520. die 6. Februarii a Leone X. coadjutorem accepit cum ſpe futuræ ſucceſsionis Petrum de Albis. Obiit ſub Clemente VII. anno 1525. jacet in monumento, quod ſibi paraverat in Eccleſia Nazarena ante majus altare, ubi hæc inſcriptio legitur. XXIV

*Leonardus Buccutus Archiepiſcopus Nazarenus, & Epiſcopus Cannenſis Romanam Curiam diu ſequutus Romæque mortuus xi. menſis Septembr. M. D. XXV.*
*Hoc monumentum ſibi faciendum curavit anno. . Pontificatus Clementis VII.*

25 PETRVS de Albis Raguſinus Clericus Leonardi coadjutor eodem defuncto ſucceſſit: ſtatimque nedum conſecratus, ſed tantum electus onere ſe exſolvit eodem an. 1526. 19. Martii, quas Eccleſias in adminiſtrationem dedit Clemens VII HERCULI Card. Rangonio; is vero Card. LAURENTIO Campegio c reſignavit, qui poſt paucos menſes paulo antequam Nazarenæ Eccleſiæ nuncium remiſiſset, ab eodem Clemente Pontifice benigne exauditus, omnium privilegiorum, & exemptionum a Pontificibus, & Regibus eidem Eccleſiæ conceſsorum obtinuit confirmationem in hunc modum. XXV XXVI XX VII

c De Rangonio, & Campegio fuse Ciaconius Oldoini to. 3. col. 384. & 409.

*Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri noſtro Petro Archiepiſcopo Nazareno ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter venerab. frater tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſeu per privilegia, vel alia indulta, tibi, & prædeceſſoribus tuis Archiepiſcopis Nazarenis, qui fuerunt pro tempore, ac menſæ Archiepiſcopali, & Eccleſiæ Nazarenæ conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus tibi, & eiſdem prædeceſſoribus tuis, ac menſæ, & Eccleſiæ præfatis rationabiliter indultas, ſicut eas juſte, & pacificè poſſides tibi, & ſucceſſoribus tuis Archiepiſcopis Nazarenis, qui erunt pro tempore, ac menſæ, & Eccleſiæ præfatis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*


*Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1525. Kal. Martii Pontificatus noſtri ann. 3.*

26 PETRUS FRANCISCUS Ferrus electus Archiepiſcopus Nazarenus, & Cannenſis Epiſcopus die 20. Apr. 1526. Obiit extremis diebus d ann. 1528. XX VIII.

d Ipſius anni 1526.

27 JO. FRANCISCUS de Potentia Epiſcopus Samorenſis e ad hanc Eccleſiam translatus die 13. Januarii 1528. f quo die Dominicus Archidiaconus Potentinus ejus ex fratre nepos Larinenſis Epiſcopus electus eſt. Brevi tempore Nazarenam rexit Eccleſiam, cum vix ad eam acceſſiſset; mortalitatem explevit Julio menſe. XX XIX

e Larenenſis.
f 1527.



XXX 28 PHILIPPUS junior Maynardi filius Adimaria apud Florentinos, Etruſcoſque familia nobili, ac vetuſta; ſeptingentis quodque ſuperat annis viris illuſtribus claruit, inter quos, pr.ęter multos, tum armis, tum politicis virtutibus egregios viros, quatuor dedit Præſules, qui eximiè Dei exornarunt Eccleſiam, Adimarium inquam, Robertumque Volaterranenſes Epiſcopos, Alemanum illum Archiepiſcopum Piſanum, ac S. R. E. Presb. Cardinalem in Conſtantienſi Concilio variis legationibus clarum, & Philippum hunc juniorem Nazarenum Archiepiſcopum virtute, prudentia ſenioris haud imparem domi, foriſque inclytum, ad eam dignitatem vocatum a Clemente VII. anno 1528. die 7. Auguſti, qui cum per annos octo, abſens per Vicarios rexiſſet, charus Clementi, charuſque Paulo III. magni viri gloriam adeptus, adepturus & purpuram ni invida mors præclaræ virtutis, & florentis ætatis virum ademiſſet. Romæ febre correptus abſumptus eſt ann. 1536. menſe Novembri, in Æde D. Honuphrii conditus, nulla ad tanti viri tumulum proloquente inſcriptione, ejus tamen virtutes Alexander Adimarius vir clariſſimus, noſtri ævi inſignis Etruſci carminis poeta expreſſit in lib. 1.

Cæterum Adimariæ gentis genealogiam texuit Florius Brunus Florentinus Monachus Ciſtercienſis qui extat m.ſ. in Bibliotheca cœnobii Ciſtercienſium Monachorum Florentiæ, noſque dabimus in noſtro de vetuſta Italica Chriſtiana nobilitate libro. Teglii, ac Forenſis Adimariæ familiæ illuſtrium equeſtris ordinis virorum elogia more ſuo eruditiſſimè ſcripſit eruditorum noſtri ſeculi facilè princeps Jacobus Gaddus Patritius Florentinus lib. , Elogio . . .

XXXI 29 HIERONYMUS de Caro Barolitanus Epiſcopus Montis Viridis ſucceſſit Adimario an. 1536. Is anno 1531. die 3. Julii Epiſcopatum Cannenſem, accedente conſenſu Adimarii, ab Eccleſia Nazarena avulſum a Clemente VII. accepit, hac tamen conditione, ut alterutro defuncto, ſuperſtes in tribus iis Eccleſiis ſuccederet, perpetuoque deinceps Cannenſis, Montiſque Viridis Epiſcopatus Nazarenæ Eccleſiæ uniti permanerent. Unionem ſuo diplomate confirmavit Paulus III. anno primo ſui Pontificatus, Chriſti vero 1534 die 3. Non. Novembris Adimario ſuperſtite in hunc modum.

*Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

*Æquum reputamus, & rationi conſonum, ut ea, quæ de Romani Pontificis proviſione proceſſerint, licet ejus ſupervenienie obitu litteræ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem felicis record. Clemens Papa VII. prædeceſſor noſter, Eccleſiæ Cannen. quæ Eccleſiæ Nazaren. cui vener. frater noſter, tunc ſuus, Philippus de Adimaris Archiepiſcopus Nazaren. etiam tunc præerat, Apoſtolica auctoritate perpetuo unita erat quique civitate, diœceſi, capitulo, clero, populo carebat ſeu ex eo quod noſter prædeceſſor unionem hujus-*

A *modi ad vitam venerab. fratris noſtri, tunc ſui, Hieronymi Epiſcopi Cannen. tunc Montis Viridis duntaxat de fratrum ſuorum, de quorum numero tunc eramus, conſilio eadem auctoritate diſſolvit, per diſſolutionem hujuſmodi Paſtoris ſolatio, de perſona ipſiu. Hieronymi Epiſcopi deſumpto conſilio dicta auctoritate ſine præjudicio litis pendentis ſuper validitate, ſeu invaliditate unionis ipſius Eccleſiæ Cannen. & Eccleſiæ Tranen. unitæ, ut aſſerebatur, providit præficiendo ipſum illius Epiſcopum, & Paſtorem, ac præfato Philippo Archiepiſcopo decedente etiam apud ſedem Apoſtolicam ex tunc, prout ex ea die, & econtra, dictæ Eccleſiæ Nazaren de eadem perſona ipſius Hieronymi Epiſcopi ſimilibus conſilio, & auctoritate providit præficiendo ipſum illius Archiepiſcopum, & Paſtorem, præfatus prædeceſſor, qui antea inter alia voluerat, quod præſentantes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem exiſtimationem etiam beneficii, cum aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis, quorum intereſſet, quique* B *acta ſtatuum Eccleſiarum quarumlibet proſperè dirigen. & ut Paſtoribus illis pro tempore præſidentibus juxta Pontificalis dignitatis decentiam facultates reſponderent, opportunis ſtudiis invigilabat indefeſſis, & propterea ex eis nonnullas, quarum Prælatis ſingulis majores, ſuppetebant facultates aliis Eccleſiis uniebat, & annectebat, & quæ ob id invicem perpetuò unitæ, & ad tempus poſtmodum ſeparatæ fuerant, ad priſtinum unionis ſtatum reducebat, prout temporum qualitate penſata conſpiciebat in Domino ſalubriter expedire, menſarum Eccleſiarum Cannen. & Montis Viridis fructuum, redditunm & proventuum veros annuos valores pro expreſſis habens, ipſumque Hieronymum Epiſcopum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat ad effectum infraſcriptorum duntaxat conſequen. abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, habita deſuper cum ejuſdem fratribus matura deliberatione ſub Datum videlicet quarto nonas Julii Pontificatus ſui anno octavo,* C *Eccleſiam Montis Viridis, cui idem Hieronymus tunc præerat, eidem Eccleſiæ Cannen. ipſius Hieronymi Epiſcopi ad id expreſſo accedente conſenſu, de ſimili conſilio auctoritate prædicta perpetuo univit, annexuit, & incorporavit ita, quod liceret eidem Hieronymo; ac pro tempore exiſten. Epiſcopo Cannen. per ſe, vel alium, ſeu alios Eccleſiæ Montis-Viridis, ac illius civitatis, & diœceſis, nec non regiminis, ac bonorum poſſeſſionem, ſeu quaſi propria auctoritate libere continuare, ſeu de novo apprehendere, & perpetuo retinere, illiuſque fructus, redditus & proventus, ac jura, obventiones, & emolumenta, ac alia quæcunque ad ipſius Eccleſiam Montis Viridis, & illius menſam Epiſcopalem pertinentia percipere, & retinere, ac in ſuos, ac dictarum Eccleſiarum Cannen. & Montis Viridis uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita: necnon voluit, & de ſimili conſilio eadem auctoritate decrevit In eventum dicti deceſſur ipſius Philippi Archiepiſcopi, unionem, annexionem, & incorporationem Eccleſiæ Cannen hujuſmodi in priſtinum, & eum, in quo ante illius diſſolutionem quomodolibet exiſtant ſtatum libere retinere, ac dictam Eccleſiam Cannen. eidem Eccleſiæ Nazarenæ, ut prius cum illi perpetuo unita Eccleſia Montis Viridis prædicta unita, annexa, & incorporata exiſtere, licereque eidem Hieronymo, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Nazareno, eam prædictarum unionis, annexionis, & incorporationis prædictarum, quam litterarum ipſius prædeceſſoris, ſi deſuper confectæ fuiſſent, vigore Cannen. & Montis Viridis Eccleſiarum prædictarum regiminis, & adminiſtrationis, ac bonorum poſſeſſionem, ſeu quaſi continuare, ſeu de novo libere apprehendere, & perpetuo retinere abſque aliis deſuper faciendis unione, annexione, & incorporatione, illarumque menſarum Eccleſiarum fructus, redditus, & proventus percipere, exigere, & levare cum ſine licentia deſuper minimè requiſita: & ſimili modo dicto Hieronymo Epiſcopo decedenti ex tunc pro ex eadem die, & econtra eaſdem unionem, annexionem, & incorporationem dictæ Eccleſiæ Cannen in priſtinum ſtatum reſtitutas, & Eccleſiam ipſum Cannen eidem Eccleſiæ Na-*

*zarenæ, ut prius, cum illi unita Eccleſia Montis-Viridis hujuſmodi unitam, annexam, & incorporatam exiſtere, & cenſeri, licereque præfato Philippo, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Nazareno per ſe, vel alium, ſeu alios, poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis, ac bonorum Cannenſis. & Montis Viridis Eccleſiarum hujuſmodi propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere abſque aliis deſuper de novo ... annexione, & incorporatione, illarumque menſarum fructus, redditus, & proventus prædictorum percipere, exigere, & levare in omnibus, & per omnia perinde ac ſi diſſolutio hujuſmodi minimè facta, & dicta Eccleſia Montis Viridis eidem Eccleſiæ Cannen. antea perpetuo unita fuiſſet, ipſumque Hieronymum Epiſcopum, ad debita, & conſueta obſequia ratione Archiepiſcopi Baren & ratione unitæ Montis-Viridis Eccleſiarum hujuſmodi pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Conſanen cujus ipſa Eccleſia Montis Viridis ſuffraganea exiſtebat, præſtari, ac teneri, ac etiam voluit præfatus prædeceſſor, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, dicta Eccleſia Montis-Viridis in ſpiritualibus non læderetur, & in temporalibus detrimentum non ſubſtineret, ſed ejus congruè ſuportarentur onera conſueta. Non obſtantibus priori voluntate ſua præfata, & Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictarum Eccleſiarum juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque. Ut autem de abſolutione, unione, annexione, & incorporatione, voluntate, & decreto prædictis pro eo, quod ſuper illis dicti prædeceſſores, ejus ſuperveniente obitu litteræ confectæ non fuerint valeat quomodolibet hæſitare, ac Hieronymus, & Philippus, ac pro tempore exiſtentes Cannen. Epiſcopi, & Nazareni Archiepiſcopi præfati illarum fruſtrentur effectu, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod abſolutio, unio, annexio, incorporatio, voluntas, & decretum prædeceſſoris hujuſmodi proinde à dicta die quinta Non. Julii ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius prædeceſſoris litteræ ſub ejuſdem diei Dat. confectæ fuiſſent, prout ſuper eis ennarratur, quodque præſentes litteræ ad probandum plene abſolutionem, unionem, connexionem, incorporationem, voluntatem, & decretum prædeceſſoris hujuſmodi ubique ſufficiant. nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Quocirca dilectis filiis Capitulo, & univerſis vaſſallis ipſius Eccleſiæ Montis Viridis, necnon populo, & clero civitatis, & diœceſis Montis Viridis hujuſmodi diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ut Capitulum eidem Hieronymo, ac pro tempore exiſtenti Epiſcopo Cannen tanquam Patri, & Paſtori animarum ſuarum humiliter intendentes exhibeant eidem Hieronymo, & pro eo tempore exiſtenti Epiſcopo Cannen. obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas. Ac Clerus eundem Hieronymum ac pro tempore exiſtentem Epiſcopum Cannenſem pro noſtra, & dictæ Sedis reverentia benignè recipientes, ac honorificè pertractantes ipſius Hieronymi, ac pro tempore exiſtentis Epiſcopi Cannen ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, ac efficaciter adimplere procurent. Populus verò eundem Hieronymum, ac pro tempore exiſtentem Epiſcopum Cannenſem tanquam Patrem, & Paſtorem animarum ſuarum devotè ſuſcipientes, & debita honorificentia proſequentes, illius monitis, & mandatis ſalubribus intendant, ita quod dictus Hieronymus, ac pro tempore exiſtentes Epiſc Cannen. in eos devotionis filios, & ipſi in d. Hieronymum ac pro tempore exiſtentem Epiſc Cannen. Patrem inveniſſe benevolum gaudeant. Vaſſalli autem præfati eundem Hieronymum, ac pro tempore exiſtentem Epiſcopum Cannen debito honore proſequentur, ſibi fidelitatem ſolitam, nec non conſueta ſervitia, & jura eidem Hieronymo, ac pro tempore exiſtenti Epiſcopo Cannen ab eis debita integrè exhibere procurent. Alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam ipſe Hieronymus, ac pro tempore exiſtens Epiſcopus Cannen reſpective in rebelles ritè tulerit, ſeu ſtatuerit ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Rogamus quoque chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Roman Imperatorem ſemper Auguſtum, & Regiam, ac chariſmam in Chriſto filiam Joannam Siciliæ Reginam Catholicam, necnon venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Baren. ac eidem Archiepiſcopo per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Hieronymum, ac pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Cannen. ac præfatam Eccleſiam Montis Viridis ſuffraganeam ſuam habentes pro noſtra, & dictæ Sedis reverentia propenſius commendatos in ampliandis, & conſervandis juribus Hieronymi, ac pro tempore exiſtentis Epiſcopi Cannen & Eccleſiæ Montis Viridis hujuſmodi ſic eundem Hieronymum, ac pro tempore exiſtentem Epiſcopum Cannen benigni favoris præſidio proſequantur, quod dictus Hieronymus, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Cannen. eorum fultus præſidio in commiſſo ſibi ejuſdem Eccleſiæ Montis Viridis regimine poſſit Deo propitio proſperari, ac eidem Carolo Imperatori, ac Regi, ac Joannæ Reginæ à Deo perennetur vitæ præmium, & à nobis condigna proveniat actio gratiarum, ultimus exercere, ipſeque Archiepiſcopus Baren. divinam miſericordiam, ac noſtram, & ejuſdem Sedis benedictionem valeat exinde uberius promereri.*

*Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn Dom. 1534. tertio Nonas Novembris Pontificatus noſtri ann 1.*

Poſt hæc Hieronymus has rexit Eccleſias annis 16. ſenioque affectus liberè nuncium remiſit anno 1552. 16. Febr. protraxitque ætatem ad annum uſque 1560. quo die 8. Novembris Baruli in patria viam univerſæ carnis ingreſſus, in Eccleſia ſancti Franciſci terræ mandatus eſt.

30 BERNARDINUS de Figueora Hiſpanus nobilibus parentibus in Granatenſi Regno natus, XXXII. Regis Hiſpaniarum major Capellanus, Nazarenus Archiepiſcopus, Cannarum, ac Montis Viridis Epiſcopus declaratus eſt anno 1553. die 1. Martii. Qui ann. 1567. urgente Barulenſis oppidi munitione, dirutam Nazarenam Archiepiſcopalem Eccleſiam proprio labore, proprio ære, fidelibuſque eleemoſynis reædificare aggreſſus in ipſo oppido in Eccleſia S. Bartholomæi, ubi Pius V. Pont. Max. Archiepiſcopalem ſedem, & jura tranſtulerat, Eccleſiam abſolvit à fundamentis ann. 1572. ut ex marmorea inſcriptione in choro ejuſdem templi.

*Bernardinus Figueora Archiepiſcopus Nazarenus hanc Eccleſiam ædificare fecit à fundamentis ad gloriam Dei, & Glorioſiſſimæ Mariæ anno Domini*
*MDLXXII.*

Eo ipſo anno Bernardinus translatus eſt ad Archiepiſcopalem ſedem Brunduſinam.

Porro diploma translationis Eccleſiæ Nazarenæ per Pium V. cuſum, eſt hujuſmodi tenoris.

*Pius Quintus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Regimini univerſalis Eccleſiæ, meritis licet imparibus, diſponente Domino, præſidentes, ad ea per quæ Cathedralium, & aliarum inſignium Eccleſiarum, præſertim bellorum injuria dirutarum inſtaurationi earum quo ad loca magis opportuna, translatione, & divini cultus augumento conſulitur, libenter intendimus, atque propterea concorditer inter partes geſta fuiſſe dicuntur, &c. ut firmiora perdurent, cum à nobis petitur, Apoſtolica munimine roboramus, ac alias in his diſponimus, prout ſalubriter in Domino conſpicimus expedire. Sanè exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris noſtri Bernardini Archiepiſcopi Nazareni, ac dilecti filii Col' Antonii Friſarii Rectoris, Abbatis nuncupati, Eccleſiæ Abbatiæ nuncupatæ ſancti Bartholomæi Terræ Baruli Tranen. diœceſis petitio continebat, quod cum Eccleſia Archiepiſcopalis Nazarena olim ad quendam locum prope extra muros dictæ Terræ cum ſuis ſede, titulo, & dignitate Archiepiſcopalibus ritè translata, ibique ex privilegio Apoſtolico conſtituta, & ædificata propter bellorum in partibus ipſis retroactis annis certorum injuria, Terræque præfatæ ab hoſtili obſidione defenſæ, & fortificatæ, penitus diruta, & ſolo æquata fuerit, nec ſpes ulla ſit, illam reſtaurare poſſe, partim ob facultatum ipſius Eccleſiæ Nazareth tenuitatem, partim ob miniſtrorum Regiorum hoc ipſum fieri auctoritate Regia exhibentium impedimentum, ac propterea diebus præteritis Bernardinus Archiepiſcopus Eccleſiam*

ſuam præfutam utcumque reædiſi:are deſideruns ex unu, & Col'Antonius præfati partibus ex altera; Proinde conſiderantes Eccleſiam Nazorenam, & ſedem prædictam cum ſuo Capitulo ad ipſam Eccleſiam ſancti Barsbolomæi ſatis commodè teansferri poſſe, ſpontè ad infraſcripta . . . verbalem ſuper hujuſmodi translatione faciendu, ſub ſedis Apoſtolicæ beneplacito devenerunt conventionem, videlicet, quod ipſe Col'Antonius, ut ſupru, corpus, & habitationem ipſius Eccleſiæ ſancti Bartbolomæi, quæ ſine cura eſt, eodem Aecbiepiſcopo, & Capitulo Nazareno ad hoc, ut ipſi illa tunquam Eccleſiu ſuu Archiepiſcopaliuti, Miſſas, & alia diviuu officia ibi celebrare, verbum Dei prædicare, Confeſſiones audiee, cæteraque in Eccleſiis Arcbiepiſcopalibus fieri ſolita facere, & exequi poſſent ſalvis tamen, & ut prius integrè eemanentibus eiſdem Col'Antonio, & ſucceſſoribus ſuis dictam Eccleſiam ſancti Bartbolomæi pretempore in perpetuum nomiue, & titulo Rectoris, alias Abbatis ſancti Bartbolomæi, omnibuſque & ſingulis illius fructibus, redditsbus, & proventionibus tam in dicta terea, ejuſque diſtrictu, quam in univeeſo Neapolitano Regno provenientibus, etiamſi illos in poſterum adaugeri contigeris per eoſdem Col'Antonium, & ejus ſucceſſores aut aliorum, ſeu alios nomine ſuo propria auctoritate habentes recipiendis, exigendis, arrendandis, & locundis, & inſuper eegimen, adminiſtrationem, ac ſervitium ejuſdem Eccleſiæ, nec non celebeationem Miſſurum, aliorum divinorum officiorum diurnorum, & nocturnorum in ipſius beneficium, & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Nazoreai favore dimitteret illis, cederet, & renunciaret, dictuſque Col'Antonius, & ſucceſſores pręfati quando, & quoties ibi eeſiderent, ſtallum in choro, & vocem in Capitulo dictæ Eccleſiæ Nazarenæ cum plenitudine Juris canonici ad inſtantiam unius ex eis, qui dignitates, & actu prabendatas ibi obtinerent, baberent. Quæ omnia dictus Beenardinus Archiepiſcopus tam ſuo, quam dictorum ſueceſſorum ſuorum nomine acceptauit, quodque in eventum, in quem Ecclrſia ipſa reſtauratione indigeret, vel ruinam in toto, vel in parte minaretur, Archiepiſcopus pro tempore exiſtens, ſumptibus ſuis illam pront opus foret, eeſtaurure, & reparare, omneſque, & ſingulas expenſas pro præmiſſorum ex conventione, ac litteris, & proceſſu, inſtrumentiſque tam Romæ, quam in partibus deſuper faciendas ſuper reſervatione hujuſmodi Col'Antonio, & ſucceſſoribue præfatis in perpetuum obſervare, peæſtare, ac obſervaci facere, tenerique, &c. alias, &c. convenerunt, prout in inſtrumente prædicto deſupee confecto plenius dicitur contineri; quare pro parte Bernardini Arcbiepiſcopi, & Col'Antonii prædictorum aſſcetentium conventionē hujuſmodi in divini cultus uugmentum, & non modicum Nazareth, ſicut præfertur, dirutæ ſublevationem, illiuſque, & ſancti Bartholomæi Eccleſiarum, ac ſuarum perſonarum præfatarum commodum crdere, ac præfatam dirutam Eccleſiam Nazareth aatiquitus per diverſos Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros variis immunitutibus, & exēptionibus, & à quibuſvis locorum Ordinariis, libertatibus, facultatibus, prærogativis, Iadulgentiis etiam plenariis in diverſis temporibus Chriſti fidelibus ipſam Eccleſiam viſituntibus conceſſis, ac pcivilegiis, indultis, ac aliis gratiis tam ſpiritualibus, quam temporalibus ornatam, ac decoratam fuiſſe, quateaus eiſdem conventioni, ac immunitatibus, exemptionibus, privilegiis, ac aliis gratiis Eccleſiæ Nazareth conceſſis pro illorum firmiori ſubſiſtentia robur Apoſtolicę confirmationis adiicere, ac alius in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui honeſtis perſonarum Eccleſiaſticarum, præſertim Præſulum votis, ac divini cultus in augmentum tendentib. quantum cum Deo poſſumus faveeabilitee . . . eoſdem Bernardinum Archiepiſcopum, & Col'Antonium, ac utrumque eorum, &c. à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad

A

effectum præſentium duntaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon omnium, & ſingulorum privilegiorum, prærogativarum, immunitatum, exemptionum, indulgentiarum, facultatum, indultorum, aliarumque gratiarum eidem Eccleſiæ Nazareth conceſſorum, Apoſtolicarum, aliarumque litterarum deſuper confectarum, ſuorumque tranſumptorum, & exemplarium, necnon conventionis, ac inſtrumenti prædictorum aliorumq; documentorum ſuper præmiſſis confectorum, & inde ſequutorum quorumcunque tenores preſentibus pro ſufficientee expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conventionem, ac omnia, & ſingula, immunitates, exemptiones, libertates, autelationes, prærogativas, facultates, Indulgentias, cæteraque privilegia, indulta, & alias gratias ſpirituales, & temporales prædictas, licitu tamen, & honeſta, & ſacris Canonibus non contraria Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis immunitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos facti, & juris, ſolemnitatumque forſan omiſſarum defectus, ſi qui forſan intervenerunt, in eiſdem ſupplemus, nec

B

non Eccleſiam Nazareth, eiuſque Sedem Archiepiſcopalem, ac Archiepiſcopum, Capitulum, & ſingulares perſonas præfatus cum omnibus, & ſingulis eorum privilegiis, pærogativis, immunitatibus, exemptionibus, Indulgentiis, etiam plenariis, indultis, & tum Apoſtolicis, quam Regiis, aliiſq; fundationibus, largitionibus, & donationibus illis hactenus quomodolibet conceſſis, necnon fructibus, & redditibus, proventibus, obventionibus, & emolumentis, ac jocalibus, ornamentis, eebus, & bonis mobilibus, & immobilibus quibuſcunq; ad Ecclrſiam S. Barsbolomæi præd. ſpectan. Ita quod illa deinceps Eccl. Nazarena vocetur, & intituletur, exemptionibus, & aliis pcivilegiis, & gratiis prædictis, prout antiqua Eccl. diruta gaudebat, frui, & gaudere debeat, eiſdem auctoritate, & tenore transferimus, necnon Archiepiſcopum, & Capitulum præfatis ſe cum ſuis eebus, & bonis hu-

C

juſmodi illuc tranſferendi, & tranſeundi plenam, & liberum veniam, & facultatem concedimus, ac ipſi Eccleſiæ Nazarenæ eandem Eccleſiam S. Bartholomæi, ejuſq; ſitum, & divinum in ea cultus exercitium omnimodum, & perpetuo applicamus, & appropriamus, necnon eidem Bernardino, & pro tempore exiſtenti Archiepiſc. Nazareno pro ſalubri directione, & proſpero ſtatu, feliciq; ſucceſſu translatæ Eccl. hujuſmodi, quod ipſe in ea tot Canonicatus, & pręhendas, quot ſibi videbitur, vel quæcunque ſimplicia beneficia Eccleſiaſticu in olim Eccleſia Nazareth inſtituta, in Canonicatus, & præbendas ſine alicujus præjudicio ceeare, & erigere, necnon pro dictæ Eccl., & illius perſonarum gubernio, & regimine, divinorumque officiorum in illa celebratione, ac fructuum, redditum, & proventuum inter ejus miniſtros diſtributione, & quibuſvis aliis rebus, & occurrentiis ſuis quæcunque ſtatuta, & ordinationes rationabilia, & honeſta ac ſacris Canonibus non contraria, numerum etiam præbendatorum ibidem augendo, vel minuendo toties

D

quoties ſibi videbitur, condere, & condita quoties opportuna fuerint immutare, limitare, corrigere, & interpretari ſecundum eerum, & temporum qualitates, ac quaſcunque pęnas in contrafacientes apponere, illaſque debitæ executioni demandare, necnon eidem Col'Antonio, & pro tempore exiſtenti Rectori dictæ Eccleſ. S. Bartholomæi quandiu ibi reſederit vocem in choro, & locum in Capitulo, ac plenitudinem juris Canonici ac ſi unus eſſet ex iis, qui dignitates ibidem obtinerent habere libere, & licitè . . . . eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuò de ſpeciali gratia indulgemus, necnon confirmationem, approbationem, adjectionem, ſupplicationem, translationem, conceſſionem, applicationem, appropriationem, indultum & alia præmiſſa, præſenteſque litteras ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus ſimilium gratiarum, & per regulas Cancellariæ Apoſtolicæ quavis occaſione,

vel

*vel cauſa pro tempore emanatis nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis omnino excepta, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta, reintegrata, & de novo etiam ſublata per ipſum Archiepiſcopum elargita & conceſſa fore, & censeri, ac illa nullo unquam tempore quovis quæſito colore, vel ingenio etiam dictorum ſucceſſorum, &c. inſtantiam de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari poſſe, ſed illa omnia ſi Conſiſtorialiter de forma noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio facta fuiſſent, valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari, ac partibus ipſis, eorumq; ſucceſſoribus ſuffragari debere, nec ipſas partes ab eis ullo unquam tempore reſilire poſſe, ſed ad illorum omnium obſervationem teneri & efficaciter obligatas forè, cenſuriſque, & pęnis Eccleſiaſticis ad id compelli, & ſic in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quavis auctoritate judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere, & quicquid ſecus à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac Provincialibus, & ſynodalibus conſiliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon dictarum Eccleſiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis, approbationis, adjectionis, & ſuppletionis, translationis, conceſſionis, applicationis, appropriationis, indulti, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum an. Incarnationis Dominicæ 1567. tertio Kal. Maii, Pontificatus noſtri an. I. Cæſar Glorierius.*

XXX III. 31 FABIUS Mirtus Frangipanius Parthenopeus nobili genere natus excelluit maxima vitæ integritate, & ingenio, à Cajacenſi Eccleſia ad Nazarenam transferri meruit an. 1572. die *a* 18. Octobris, à Gregorio XIII. ex Pii V. deſignatione, quorum imperio bis legatione functus in Gallia, ad Carolum IX. Regem, addidit & tertiam ſub Sixto V. ad Henricum III. Hic verè magnus Præſul inter æquales excelluit priſcis Patribus conferendus ob abſolutam Eccleſiaſticę dignitatis peritiam, & pietatem, ob auctoritatem ſummam apud Pontifices Maximos, Regeſque Chriſtiani orbis, ob exantlatos labores pro Catholica Religione, pro Romana Eccleſia, quarum virtutum illuſtria documenta in Italia, Hiſpania, Galliaque reliquit, ubi Pariſiis poſt navatam diu Eccleſiæ, & Religioni operam innovatores, ad felices in Deo manſiones commigrans, ingens ſui deſiderium poſteris reliquit an. 1587. 16. Kal. Aprilis. Gaſpar Rencius ſororis filius ſepulchrum ejus in Eccleſia Cœleſtinorum pręclaro inſignivit opere, & decore, piis ſcilicet oſſibus pietatis exhibens officiorum munus, atque hoc epitaphium auratis litter.s inſcribi fecit.

*a* Die 5. Novemb.

*Fabio Mirto Francipanio Neapolitano, Archiepiſcopo Nazareno antiquæ virtutis, & ſapientiæ viro, qui bis civitatem Bononiam, bis Umbriam, & Picenum Provincias bonis legibus rexit. Qui dudum à Pio V. deinde à Gregorio XIII. ad Carolum IX. nuper à Sixto V. ad Henricum III. bellorum civilium componendorum, & Religionis Catholicæ toto Regno retinendæ cauſa Legatus. Demum Lutetiæ Pariſiorum in ſexta ſua legatione anno ætatis lxxiii. vitam exercitam, ac laborioſam placida tandem, & quieta in Chriſto pace mutavit. Gaſparius Rentius ſororis filius benè merenti, benèmerens P. xvi. Kalend. Aprilis M. D. LXXXVII.*

32 Fr. FRANCISCUS Spera Firmanus Ordinis S. Franciſci Conventualium ſacræ Theologiæ Doctor penè capularis ſenex à Sixto V. Pontifice veteris amicitiæ ergò Nazareno Archiepiſcopatu donatus die 11. Maii 1587. Vix poſſeſsionem adeptus ibidem obiit die 28. Octobris 1587. ætatis ſuæ 75. in Nazarena Eccleſia ſepultus. XX XIV.

33 Fr. HIERONYMUS Bilacqua de Hiſpello Ordinis Minorum Diſtrictrioris Obſervantiæ Sixti V. a ſacris Confeſsionibus 2. die Decembris 1587. Nazarenus Archiepiſcopus renunciatus eſt. Litem aliquando exercuit cum Archiepiſcopo Tranenſi, qui pro viribus contendebat, non potuiſſe Nazarenum in propria Eccleſia Pontificalia munia exercere; ſacra Congregatio Epiſcoporum die 22. Junii 1594. ad eundem Nazarenum ſcribens aſſeruit, poſſe in poſſeſſorio Pii V. fultum privilegio munia ad libitum exercere. Eximiè Hieronymus hanc Eccleſiam rexit annis ferè 17. Baruli obiit die 4. menſis Septembris 1604. Jacet in Eccleſia Nazarena ante altare majus, ubi extat inſcriptio. XXX V.

*Fr. Hieronymus Bilacqua de Hiſpello Ordin. Minorum Archiepiſcopus Nazarenus Epiſcopus Cannarum, & Montis-Viridis pavimentum hoc fieri fecit ſumptibus ſuis anno ſui Archiepiſcopatus ix. M. D. LXXXXII.*




34 MAPHEUS Barberinus *b* Florentinus vetuſto genere, rebuſque geſtis longè clariſſimus, cum eſset Apoſtolicæ Cameræ Clericus, & apud Henricum IV. Galliæ Regem Apoſtolicus Nuncius a Clemente VIII. Pontifice Nazarenus Archiepiſcopus renunciatus eſt an. 1604. *c* a Paulo V. S. R.E. Cardinalis anno 1608. & ab eodem ad Spoletanam Eccleſiam translatus eodem anno. Summus tandem evaſit Chriſtiani orbis Pontifex ſub Urbani VIII. nomine anno 1623. inſigne civilis diſciplinæ decus, integritatis, eloquentiæ, eruditionis, ac moderationis exemplar, qui minimè contentus divinam ſapientiam, ſuo divino ingenio in rivulis delibaſſe, fontem vivum, & inexhauſtum petens in montes æternitatis aſcendit, anno reparatæ ſalutis 1644. menſ. Julii 29. Pontificatus ſui anno 21. menſ. 11. d. 23. Elogia calamo Urbani famæ elaborata, & res ab ipſo præclariſſimè geſtas paſſim leges apud noſtri ævi illuſtres ſcriptores, noſque in Epiſcopis Spoletinis tom. 1. pauca in tanti Pontificis memoriam delibavimus. XXX VI.

*b* De quo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 401. & 491.

*c* Die 10. Octob.

35 MICHAEL ANGELUS Tontus Cæſenas Nazarenus evaſit Archiepiſcopus die *d* 5. Dec. 1608. pauloque poſt S. R. E. Presbyter Cardinalis a Paulo V. creatus & ad Cæſenatenſem Eccl. ab eodem translatus anno 1609. die 22. Februarii. De quo vide quę diximus in Epiſcopis Cæſenatenſibus, & plura invenies tanto Præſule digna. XXX VII.

*d* Die 5. Novemb.

36 DOMINICUS Rivarola *e* Januenſis Epiſcopus Alerienſis in Corſica, ſucceſſit Tonto in Eccleſia Nazarena die 20. *f* Martii 1609. ad purpuram evocatus an. 1611. ſub titulo S. Martini in Montibus. Hanc rexit Eccleſiam ad mortem uſque, quæ Romæ incidit anno 1627. die 3. Januarii ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Victoria in Quirinali XXX VIII.

*e* De eo citatus Ciaconius tom. 4. col. 421.

*f* Die 30. Martii.

mon-



monte. Vitam ejus ſcripſimus brevi elogio in Epiſcopis Alerienſibus tom. 3.

XX XIX. 37 ANTONIUS Lambardus Etruſcus è Caſtellione Florentino, vir doctus, genere, & probitate vitæ ſpectabilis, ex Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario Nazarenus Archiepiſcopus electus eſt ab Vrbano VIII. an. 1627. die 22. menſis Martii. Duodecim annis, omnibus virtutibus Prælato dignis egregiè præfuit. Exceſſit anno 1636. apud Montem-Viridem ſui Epiſcopatus, ſepultus ibidem in Cathedrali ante maximam aram.

XL 38 ANTONIUS Severolus Faventinus ex vetuſta, & nobili progenie natus, cujus proceres, & geſta per ſexcentos ipſos annos non minus patriam, quam Italiam illuſtrarunt, ſibique, ac ſuis immortalem gloriam pepererunt: is juris utriuſque laureatus, eximia fama virtutum Romæ claruit, ab Vrbano VIII. Raguſinorum Archiepiſcopus creatus, quinque in ea Cathedra exegit annos, & ad hanc Eccleſiam Nazarenam ab eodem translatus eſt anno 1639. 3. Octob cui hoc tempore, quando hæc ſcribo, laudabiliter præſidet; vir omni laude digniſſimus, omnibus charus, dignus ut diu vivat, qui diu, & infracto animo Nazarenæ Eccleſiæ jura ſubſtinuit, & gloriam auxit. Porrò Severola familia in omni memoria viros egregios protulit, quorum meminit in ſuo ſacri Conſiſtorii Advocatorum ſyllabo egregius doctuſque vir, ac diligens rerum antiquarum cultor Carolus Chartarius ejuſdem Advocatorum Decanus, Archigymnaſii Vrbis Rector, & Archivii Apoſtolici molis Adrianæ Præfectus in Nicolao Severolo Conſiſtorialis aulæ Advocato, qui ob ſpectatiſſimam juris civilis ſcientiam, cæterarumq; eruditionum genera, & morum lenitate ab Innocentio X. Pont. Max. promeruit eo faſtigii promoveri, cujus germanus frater Leonardus ab eodem Pont. Epiſcopatu ſancti Severi donatus eſt.

### A D D I T I O.

(„ *In ſais nedum paſcendis ovibus egregiæ laudis,*
„ *ſed alienis etiam perluſtrandis ovibus de mandato ſedis Apoſtolicæ adhibitus, Cerintholæ, Preneſte, ac Tuſculani, nec non Regularis D. Baſilii familiæ viſitator fuit. Dum ad majora properaret, diutino diſtentus morbo ad cœleſtes manſiones evolavit an. 1666. In ipſa Nazarena Eccleſia terræ commendato ſepulchrum extrui juſſit, inſcripſitq; mortuali epigrapha Julius Cæſar ejus frater.*

XLI „ *FRANCISCUS Antonius de Luca, nobilis Melphitenſis, Epiſcopus Anglonæ, ad has infulas gradum fecit 7. Febr. 1667. Per decennium ſumma cum laude huic præfuit Eccleſiæ.*

XLII. „ *Fr. MARTIALIS Pellegrinus, nobilis Caſſanenſis, Ordinis Minorum Conventualium, magiſter in Theologia, & ſui Ordinis miniſter generalis his præficitur ovibus 1677. 4. Maii. Obiit Neapoli circa finem anni 1684. De eo videndus Franchinus in Biblioſophia p. 429.*

XLIII „ *PHILIPPUS Condulmarius, nobilis Recanatenſis, I. V. D. creatus eſt Archiepiſcopus Nazarenus ab Innocentio XI. die 14. Maii 1685. cum apud Cardinalem Caracciolum Archiepiſcopum Neapolitanum Auditoris munere perfunctus fuiſſet. Ejus eam laude meminit Didacus Calcagni in memoriis hiſtoricis Recineti p. 221.*

XLIV „ *JOSEPH Roſa, è Terra Rocchæ Bernardi, J. U. D. & Vicarius generalis Militenſis Epiſcopi, quod Vicarii munus ſtrenuè extruxerat etiam apud Strangulenſem, Abellinenſem, ac Squillacenſem Antiſtites, ad Nazarenam Cathedram evectus eſt 11. Januarii 1690. Interiit menſe Novembri 1694.*

XLV. „ *DOMINICUS Folgori, nobilis Neapolitanus, in utraque Signatura Referendarius, Ariminum, & S. Severinam civitates cum Gubernator rexiſſet, huic præfectus eſt Eccleſiæ 7. Februarii 1695. Deceſſit in patria menſe Auguſti 1706.*

XLVI „ *JULIUS Piazza, Forolivienſis, ex Archiepiſcopo Rhodienſi ad hanc ſedem translatus eſt 13. Septem. 1706. Pro ſancta Apoſtolica ſede apud Poloniæ Regem, mox apud Imperatorem Nuncii munus egregie cum adimpleſſet, à regnante feliciter Clemente XI. inter ſacros Eccleſiæ principes cooptatus eſt 18. Maji 1712. cum antea à Nazarena ad Faventinam illum ſedem tranſtuliſſet 21. Julii 1710.*

XLVII. „ *HIERONYMUS Matthæjus, Romanus, Nicomedienſis Archiepiſcopus, Nazarenus dictus eſt 1. Octobris 1710. translatus deinde ad Archiepiſcopatum Firmanum 21. Novembris 1712.*

XLVIII. „ *SALVATOR Mirobellus, Neapolitanus, J. U. D. & patriæ Metropolitanæ Canonicus hac infula redimitus eſt 20. Decembris 1717.)*

# CANNENSES
## EPISCOPI,
### Nunc uniti Archiepiſcopatui Nazareno.

CANNÆ olim Apulorum vetuſtiſſima civitas, Romanorum ſtrage ab Annibale Pœno accepta memorabilis, qua Romanorum peditum 40. millia, equitum 2700. ſociorum totidem peremptì ſub Terentio Varone, & Paulo Æmilio Conſulibus: media inter Canoſinum ex ruinis ipſius, indèque ædificatum & Barulum, hodie rudera tantùm cum vulgari vocabulo Cannæ ad ripam Aufidi fluminis dexteram extant. Noſtro ſæculo in ejuſdem ruinis inventus eſt lapis marmoreus, ſub quo Annibale mandante, corpus Pauli Æmilii alterius Romanorum Conſulis in Cannenſi pugna occiſi depoſitum hoc titulo erat inſcriptus: cum in ſe habeat præclara virtus, ut vel in hoſte ſit admirabilis.

*Annibal Pauli Æmilii Romanorum Conſulis apud Cannas trucidati, conquiſitum corpus inhumatum jacere paſſus non eſt ſummo cum honore Romanis Militibus mandavit ſub hoc marmore reponendum & oſſa ejus ad Urbem deportanda.*

Anno Domini in diſtributione civitatum Apuliæ inter Normannos victores Cannæ Rodulpho obvenerunt. Robertus verò Guiſcardus Dux Cannas obſedit an. 1083. ſuæque ſubjecit poteſtati menſe Julio teſte Lupo Prothoſpata, iſque idem Robertus funditus delevit, ut tradit Guill. Apul. lib. 4.

*Obſidet, obſeſſas evertit hamo tenus illas*
*Dux poſtquam Cannas ſibi comperit eſſe rebelles.*

Poſt miſeram Cannarum deſolationem populus Barulum tranſmigravit; ejus verò Epiſcopus propè ſuam ſemidirutam cathedralem per quadringentos fere annos permanſit, nomen & dignitatem vetuſtiſſimæ Eccleſiæ ſuſtinuit, donec Martinus V. Pontifex anno 1425. Tranenſi Eccleſiæ primum univit. Calixtus verò III. an. 1455. unionem fruſtra tentatam diſſolvit, perpetuoque cenſuit cum

Nazarena Eccleſia Cannenſem Eccleſiam uniendam fore, quam hactenus Nazarenus Archiepiſcopus poſſidet, tituloque etiam Cannenſis Epiſcopi decoratur. Cannenſis Epiſcopatus antiquitas ante annos 1163. conſtat; etenim anno 493. noſtræ ſalutis S. Rogerius ejus Eccleſiæ Epiſcopus conſecrationi Eccleſiæ S. Michaelis in monte Gargano celebratæ interfuit; erat autem Cannenſis Epiſcopus ſuffraganeus Barenſis Archiepiſcopi, cujus menſa taxata habetur in libris fiſci Apoſtolici ad florenos 37. Eo in loco, ubi Cathedralis extabat, ædicula eſt beatæ Mariæ Virgini dicata, quæ ſemel in anno ab univerſo clero Nazareno ſolemni ritu excolitur. Diœceſis Cannenſis agrum continet Cannenſem, cujus antiqui termini oſtenduntur in ipſo oppido Baruleuſi intra mœnia. Epiſcopi, qui in ea floruerunt ad unionem uſque cum Nazareno Archiepiſcopo, ſequentes ſunt à nobis ex diverſis monumentis expiſcati.

I. („ *N. . . . primus Cannarum Epiſcopus ſedit „ Apoſtolorum principe Romam contendente his po- „ pulis Evangelio edoctis an. ſal. 44. ex tabulario Ec- „ cleſiæ Syponting.*

II. „ *S. LIBERALIS ſecundo loco præfuit Cannenſi- „ bus, qui paſtorale munus laurea martyrii decoravit „ circa an. 112. de quo agitur in tabulis Eccleſiæ Sy- „ pontinæ, deque eodem meminit Sarnellius in Chro- „ nologia Epiſcopali Sypontina.*)

III. 1. (1) S. ROGERIUS Cannenſis Epiſcopus, & patronus Barolitani oppidi, cujus corpus ex veteri cathedrali Cannenſi anno Domini 1276. Barulum relatum in Eccleſia Monialium S. Stephani Ordinis S. Benedicti honorificè requieſcit. Feſtus dies celebratur 15. Octob. Acta ejus vetuſta excerpta ſunt ex iis, quæ in membranis extant in Eccleſia Nazarena, hujus tenoris.

*Summus Polorum rector, produxit Jubar lucidum, candidum, & decorum, beatum videlicet Rugerium ſanctæ matris Eccleſiæ ſydus pulcherrimum & ſplendidiſſimum ornamentum, fideique Chriſtianæ monile decorum, ſed Barolitanæ præſertim civitatis nunc auxilium, & interceſſorem ſufficientiſſimum, & devotum, qui velut rogus ingens totus ferbuit caritate, micuit honeſtate, & clarus ſanctitate. Hic oriundus de civitate olim Cannarum vel de vico, qui dicitur Petra, floruit anno Domini quingenteſimo, & factus à parentibus clericus in Eccleſia cathedrali Cannarum cœpit indolis puer laudabilis ſectari monita, & documenta proborum. Et tandem præcurrens decimum octavum annum, omnium morum ſpiritualium fragrantia redolere cœpit, itaut carus eſſet omnibus, & acceptus. Nec abiit in conſilio impiorum, nec ſecutus eſt vanitates, & inſanias falſas tabidæ carnis noſtræ: ſed inter ſpinas, & mores perverſos hominum floruit, ut candens lilium puritatis Angelicæ, & ut roſa rubens caritatis Seraphicæ. Accidit autem ut Eccleſia Cannenſis careret Præſule, & ſciſcitarentur de idoneo Præſule: omnes unanimiter tam ſacerdotes, quam laici eum in Præſulem elegerunt: ubi patenter apparet, quanta erat virtutum ſuarum exuberantia, quantaque gratia Domini ſuper eum. Sed ipſe verus humilis cum nondum fuiſſet ſacerdos, nec ætatis perfectæ pluries renunciavit electioni, & moleſtatus pærſepè fugit à civitate Cannarum, & demum cum aliquibus paſtoribus proceſſit ad alium locum. Sed quia non eſt conſilium contra Dominum, tam electio ſacerdotum, quam acclamatio populorum utriuſque ætatis & ſexus ſtetit firma ſuper ſanctum Rugerium, adeo quod cives occurrerent omnes ad locum, ubi morabatur ſanctus Rugerius cum illis paſtoribus & videns ipſe præſentiam tam ſacerdotum quàm reliqui populi, & Domini præcipuè voluntatem, acceptavit, & factus ſimul Sacerdos, & Epiſcopus, ſtatim mutatus eſt in alium virum, utpote ſublimem humilitate, & divitem paupertate. Omnes enim de Eccleſia majores, & minores modeſto venerabatur affectu, ut ipſe videretur minimus de Eccleſia, & quilibet minimus major ipſo: in veſtibus vilitatem, in ciliciis aſperitatem, in cibo & potu durìſſimam ſobrietatem obſervabat, paupertatem, omniumque penurias pio conſiderabat affectu, & ipſorum præſentiam magno venerabatur applauſu, & cui non poterat beneficium impendere, conſolabatur caritatis ardore, infirmorum domos viſitabat, afflictos confortabat, pupillorum cauſas, & viduarum neceſſitates pietate paterna ſuſcipiebat, & ſtatim ut pervenit ad apicem tam perfectæ virtutis, cœpit coruſcare miraculis, & prodigiis clareſcere ſanctitatis. Nam quidam inter alios, Paſchalis nomine, oculorum, & aurium longa infirmitate gravatus ad ſanctum Rugerium ſupplex venit, ut dignaretur Deum pro eo miſericorditer ſupplicare; cui petitioni aſſentiens Rugerius vere pius, facta oratione devota, mox ſanitatem oculorum & beneficium audiendi, quod perdiderat diù homo ille, recuperavit ad plenum. Domus inſuper Epiſcopalis erat publicum pauperum hoſpitale, nulli unquam vocatus verbo, vel animo durus erat, n ſi fortè culpam ſcelerato ob deteſtationem facinorum, & correptionem fraternam, cunctis beneficiis & exemplis ſtudebat in Chriſto placere, tanta animi ſinceritate, ac rectitudine mentis erat, ut putares, in eo fuiſſe naturam ſinceram, voluntatem immaculatam, & originalem juſtitiam reſervatam, quod favente Deo non exiguum extitit declaratum, & ſic virtutibus, & miraculis clarus vitam finivit in Domino.* Hactenus acta. Ejus meminit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ſed male refert natum anno 500. cum ſatis conſtet Rugerium ſub Gelaſio I. Papa vixiſse; Gelaſius ſedere cœpit an. 492. obiit verò 496. cujus juſsu una cum Richardo Andrenſi, Pelagio Salpenſi, ac Laurentio Sipontino Epiſcopis interfuerat dedicationi templi S. Michaelis Archangeli in monte Gargano anno 493. Sunt qui ſcribant, hanc dedicationem factam fuiſse anno 536. ſed veriori calculo peractam anno 493. Gelaſii Pontificis temporibus aſserere oportet. Ejuſdem Sancti vitam vernacula lingua ſcripſit Jo. Paulus Grimaldus Neapolitanus ſocietatis Jeſu Baruli typis excuſam.

(„ *FELIX Sypontinus Epiſcopus, & hujus Eccle- IV.
„ ſiæ Commendatarius ex inſtitutione M. Gregorii ut „ in Epiſt. 51. l. 1.*)

2 PETRUS (2) Cannenſis Epiſcopus ann. 867. V.
3 LUCIDUS Cannenſis Epiſcopus, cujus meminit Baronius ad annum 963. VI.

4 JOANNES Epiſcopus Cannenſis præſens VII.
fuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis anno 1071. ab Alexandro II. Papa celebratæ apud Anonymum Caſinenſem.

5. N . . . . cujus nomen ignoratur anno 1105. VIII.
a Goffredo Cannarum Comite & Imperiali ſenatore amplum pro ſua Eccleſia obtinuit privilegium, ubi plura bona, & Eccleſiæ, Cannenſi Eccleſiæ obnoxiæ recenſentur, cujus tenor eſt hujuſmodi.

*Nos Goffredus Dei gratia Comes Cannarum, & Imperialis ſenator Antici Comitis hæres, & filius.*

*Juſſione D. Alexii ſereniſſimi Imperatoris noſtri, & noſtro beneplacito, ac remedio animæ noſtræ noſtrorumque parentum coram Riccardo judice, aut auguſtali*

(1) Antipater, quem Carolus à S. Paulo in Geographia ſacra profert, veluti qui quintæ Synodo Romanæ ſub Symmacho poſt Conſulatum Avieni junioris an. Chriſti 507. ſubſcripſerit, hujus ſedis Epiſcopus non fuit: nec verò illhic Cannenſis, ſed *Cannenus* appellatur, idemque eſt, qui Concilio Chalcedonenſi interfuiſſe legitur, *Cauni civitatis Lyciæ Epiſcopus*, atque ab eodem Carolo alibi refertur. Sed non animadvertit vir doctiſſimus, inter eos, qui illi Romanæ Synodo ſub Symmacho leguntur ſubſcripti, ferè 150. Orientales Epiſcopos eſſe, quorum plurimi Concilio Chalcedonenſi 52. annis ante hoc Romanum celebrato, interfuerunt; ut appareat (quod Baronius t. 6. ad an. 503. n. 9. atque ex eo Severinus Binius annotavit) alterius Concilii in Oriente haud longo tempore poſt Chalcedonenſe habiti, quod tamen modo non extet, has eſſe ſubſcriptiones, temere à librario ad Romanum illud adjectas. *Bollandus in Actis SS. Febr. tom. 2. p. 100.*

(2) Hic tamen vel nullus in hac ſerie eſt, vel alter ab eo, quem Cannenſem opinatur idem Ughellus in deſcriptione ſtatus Eccleſiæ Gravinenſis, quem dum repellit è Gravinenſium Catalogo, in hunc Cannenſium rejicit, ex varia librariorum lectione deceptus. Eum Petrum nos adnumerabimus inter Gabienſes Latii tom. x. hujus operis, quem Gavenſem, ſive Gabenſem, uſurpata litera V pro B legimus inter conterminos Epiſcopos connumeratum in Rom. Concilio an. 869.

*ſtali diſſipato, & Joanne imperiali patricio filio Raduſii, & aliis bonis hominibus ſubnotatis concedimus S. matrici Eccleſiæ civitatis Cannarum, ut ipſa matrix Eccleſia Cannarum quietè, & liberè cum omni franca jure poſſideat, & dominetur totum Caſale S. Caſſiani & homines ipſius caſalis cum tenimentis ſuis & omnibus rationibus, & pertinentiis ſuis, & cum omni jure ſuo, & totum quod ipſi caſali attinet, cum tranſitis & exitibus ſuis, medietatem caſalis S. Euſtachii, in qua eſt ſita ipſa Eccleſia S. Euſtachii, & homines ipſius caſalis cum tenimentis ſuis, & rationibus omnibus, & pertinentiis ſuis, & cum omni jure ſuo, & quod ipſi caſali attinet, & totum etiam caſale S. Mariæ de Salinis, & homines ipſius caſalis cum tenimentis, & pertinentiis ſuis & cum omni jure ſuo. Totum etiam caſale S. Mercurii & S. Nicolai in Baldetta, & homines eorundem caſalium cum tenimentis, pertinentiis, & rationibus ſuis, & cum omni jure ſuo, & portiones, quas habet in caſali S. Mariæ de Mari, & in caſale pontis Aufidi, & homines ipſorum caſalium cum tenimentis, pertinentiis, & rationibus ſuis, & cum omni jure ſuo, maria, ſalinas, terras, vineas, agros, domos, caſalia, & omnes alias poſſeſſiones, & quodcunque mobile tunc habeat ipſa matrix Eccleſia Cannarum & habitura eſt in perpetuum poſſidere concedimus tam in civitate Cannarum quam extra. Concedimus etiam ipſi matrici Eccleſiæ, & Epiſcopis civitatis Cannarum, ut ipſa quietè, & liberè abſque ulla exceptione cum omni franco jure poſſideat omnes homines ſuos, tam clericos, quàm laicos, quos habet in civitate Cannarum, & extra abſque turbatione, moleſtia, angaria, & inquiſitione, & habeat plenarium facultatem, & liberam poteſtatem affidandi, & recipiendi in dominio ſuo, & in juriſdictione ſua omnes homines, qui voluerunt recipere dominium ipſius matricis Eccleſiæ Epiſcopis civitatis Cannarum, & eſſe in juriſdictione ſua, & cum fuerint, non aliam dominationem præter dominationem ipſius matricis Eccleſiæ Epiſcopis civitatis Cannarum præſumant enquirere, quod ſi fecerint graviter puniantur, & poteſtatem habeat plenariam faciendi furnos, molendina in civitate Cannarum, rada in flumine Aufidi, & ſi habuerint ee[?]ia piſcari faciat per flumen Aufidi uſque ad mare, & faciendi tabernae in ponte Aufidi, & in S. Maria de mari, & de S. Nicolao de Petra. Concedimus etiam, ut præfata Eccleſia & Epiſcopi Cannarum cum omnibus hominibus ſuis, rebus, & beſtiis eorum, & ſuis liberè & quietè utatur terris, herbis, aquis, lignis, petris, & omnibus, quæ infra Cannarum tenimenta habentur utendis ſine calzeo, & affidatura, & omni jure tributario. Concedimus itaque, ut præfata Eccleſia Epiſcopi Cannarum ſit immunis, & libera cum omnibus hominibus ſuis ab omni jure tributario, & utatur ut ſupra caſalia, tenimenta & homines ſuos rationibus & omni jure ſuo perpetue ſine aliqua occaſione. Concedimus etiam, ut nemo ex hominibus ipſius Eccleſiæ matricis Epiſcopi Cannarum conſtringatur ullo tempore ad faciendam Bajulationem, vel aliquam ſervitutem nobis, vel noſtris hæredibus, vel ſucceſſoribus, vel exactoribus. Concedimus, ut ſi aliquis ex hominibus ut ſupra dictæ matricis Eccleſiæ ubicunque inteſtatus deceſſerit abſque liberis, aliiſque legitimis deſcendentibus, quodcunque mobile, vel ſtabile reliquerit ubicunque ad dominium ipſius matricis Eccleſiæ Cannenſis abſque aliqua quæſtione, vel moleſtia deveniat. Concedimus itaque ut ſi aliquis ex hominibus noſtris cum rebus ſuis prædictæ matrici Eccleſiæ Epiſcopii Cannarum ſe offerre voluerit, prout ſibi placuerit ſe offeret ſine contrarietate, licentia, ac requiſitione liberè, & quietè: Quicunque etiam optat fieri clericus, abſque noſtra, & noſtrorum ſucceſſorum licentia fiat liberè, & quietè. Concedimus iterum ut eadem matrix Eccleſia Cannarum plenam poſſideat omnium rerum ſuarum, & ſuorum hominum vendentium, & ementium tam in Cannis, quàm de foris, & in caſalibus ubicunque poſſideat etiam omnium ſuorum hominum artagium ſutrum terrarum, calnarum venientium ad laborandum*

A *cum ſua adfidatura. Ita tamen ſi non laboraverint de terris noſtris, ſed ſi de noſtris, & de ſuis laboraverint eidem Cann. matrici Eccl. affidaturæ detur medietas, & medietas reliqua nobis tribui, poſſideat etiam ſutrum petitionum ſalacium ſua maria piſcantium volo. Concedimus itaque, ut quicunque voluerit habitare, ſi non fuerit de noſtro demanio in caſalibus ejuſdem matricis Cannenſis Eccleſiæ fiant homines ejuſdem Eccleſiæ. Concedimus iterum, ut eadem matrix Eccleſia Cannarum ponat bandum ſuum in ſuis caſalibus, & ſi aliquis ex noſtris hominibus aliquem de hominibus ſupradictæ matricis pro cauſa aliqua appellaverit in noſtra curia per noſtros ſupradictos judices cauſa terminetur exiſtente tam cum ipſo, ipſumque juſtè, juvante Catapano ejuſdem matricis Eccleſiæ. Concedimus iterum ut eadem Cannen. matrix Eccleſia poſſideat diurnos redditus ſuorum meſſorum, & ſuorum hominum, ſuaſque terras laborantium per tenimenta Cannen. & habeat totum dominium quodcunque habere potuit in*
B *caſalibus, & hominibus ſuis, & in Eccleſiis cum tenimentis ſuis, quæ ſitæ ſunt per tenimenta Cannen. Concedimus itaque, ut nos, noſtrique hæredes, vel ſucceſſores, ſeu exactores non habeamus poteſtatem minuendi, exigendi, inquietandi, auferendi, vel imponendi aliquod ſervitium, tributum, collectam, decimam, adjutorium, redditus, vel aliquod onus ſervitutis ſuper caſalia, & homines, & res eorum & ſuas, nec agendi, vel movendi quæſtionem adverſus immunitates, & libertates adverſus homines Cannen. matricis Eccleſiæ, nec ſubtrahendi homines à dominio, & juriſdictione ejuſdem Eccleſiæ, nec ponendi eos ſub noſtro dominio pro aliqua occaſione, placito, quæſtione, reatu, vel controverſia niſi ſiat publici homicidæ, vel noſtri proditores in Curia ipſius matricis Eccleſiæ Cannarum, & teſtes idonei comprobati capiantur, eorum verò bona, & ſtabile, vel mobile quod habuerint in dominio ipſius matricis Eccleſiæ deveniant. Concedimus etiam ipſi matrici Cannen. Eccleſ. ut ſui homines, quoſcunque redditus, quodcunque tributum, vel ſervi-*
C *tium debent reddere ipſi matrici Cannen. Eccleſiæ perſolvant, & non alii dominationi in perpetuum reſpondentes. Concedimus etiam, volumus, ſtabilimus, confirmamus, atque corroboramus omnia ſcripta, omnia jura, ſigilla, privilegia, bonos mores, longos uſus, vetuſtas conſuetudines, antiquas leges quas habet, & habitura eſt, amodo & uſque in ſempiternum ipſa Cannen. matrix Eccleſia, ipſam quoque non offendentes, neque moleſtantes in aliquo, ſed miſericordiæ, & pietatis intuitu, ac peccatorum noſtrorum remedio eum in omnibus adjuvantes, ſibique pro poſſe noſtro juvan. & præſidia impendentes nullumque dominium in caſalibus, & in ſuis hominibus habentes ullo temporum, vel exigentes, ſed adverſus omnes homines, qui præfatam matricem Cannen. Eccleſiam de ſupradictis moleſtare, vel perturbare tentaverint ſibi exiſtimamus in omnibus perpetuo defenſores. Quod ſi omnia prædicta eidem matrici Eccleſiæ Epiſcopii Cannen. ſicut ſupradictum eſt, adimplere noluerimus, & in aliquo videbimur contemptores, ju-*
D *rati obligamus nos, noſtroſque hæredes, vel ſucceſſores, ſeu exactores eidem matrici eccleſiæ Epiſcopii civitatis Cannarum ducentas libras auri, & totidem Imperiali curiæ dare, & poſtea omnia prædicta integre adimpleamus, Non equidem ad ejuſdem matricis Eccleſiæ Epiſcopii Cannen. firmitatem, memoriam, & maiorem cautelam, ut eadem Eccleſia omni gaudeat libertate hoc noſtræ conceſſionis, confirmationis, & corroborationis ſcriptum, juſſimuſque ſcribi per manum Roberti Prothonotarii noſtri, & plumbea bulla noſtri parii bullarum, in quo etiam nos grege proprio manu ſubnotavimus. Anno ab Incarn. Domini noſtri Jeſu Chriſti 1105. atque Imperii Alexii Urſanio quarto menſe Januarii tertia decima Indictione hoc ſignum . . quam ſcriptum eſt per manum Guglielmi Dom. Goffredi Cannarum comitis, Penricca teſtis ſum.*

† *Ego Nuſtuſius.*

† *Ego Gaddus R. ſinis teſtis ſum.*

† *Ego Julianus teſtis ſum.*
† *Ego Gregorius teſtis ſum.*

IX. 6 JOANNES Epiſcopus Cannenſis interfuit Panormi coronationi Rogerii Regis ann. 1129. apud Pyrrhum in Chronologia Regum Siciliæ ex Mſ. chronica.

X. 7 JOANNES forte idem cum ſuperiori hujus Eccleſiæ Præſul fuit anno 1158. ut in veteri cartula Archivii Caprenſis.

*Anno Domini 1258. regnante D. Conrado magnifico Rege ſemper Auguſto 8. Novembris Dom. Vener. Mag. fr. Dalmatius ſacræ domus templi, &c. oſtendit quadam cartula dicta domus templi in an. 1158. an. 8. Regni D. noſtri Guillelmi excellentiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Ego Joannes Cannarum Eccleſiæ humilis Epiſcopus confiteor prędeceſſores noſtros ejuſdem Eccleſię Rectores à longo tempore litem habuiſſe cum fratribus templi de quadam Eccleſia in territorio prædictæ Urbis antedictæ S. Mariæ de Salinis, cujus lis longa fuit. Ego autem præſentibus D. Vuillelmo Trojano Epiſcopo, D.* B *Rogerio Flandrorum, & D. Petro caſtri Maris magnifico Capitaneo, Angoſto de Archis Domino urbis Canarum prædictam Eccleſiam vobis fratribus templi in capitulo Baroletti aſſignavi, &c.*

XI. („ *JOANNES IV. ni forte ſit idem cum ſuperiori,*
„ *Concilio Lateranenſi generali poſt Raynaldum*
„ *ſuum Archiepiſcopum ſubſcripſit an. 1179. Hic in-*
„ *verſo ordine in ſerie Ughelliana poſt Bonifacium*
„ *ſequentem enumeratur, cujus etiam mentio habe-*
„ *tur an. 1178.)*

XII. a 1185. 8 BONIFACIUS Cannenſis Præſul, anno 1158. *a* conceſſit magno Magiſtro Templariorum militum Maſſam S. Mariæ de Salina Cannenſis ditionis cum omnibus ſuis pertinentiis, ac viribus perpetuo obtinendam cum annua recognitione trium librarum incenſi. Donationi ſubſcripſit Epiſcopus Trojanus tunc præſens. Anno vero 1186. ab Urbano III. Papa pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus ſequens obtinuit privilegium exſcriptum ex authentico copiali Archivii Nazareni Archiepiſc. in hũc modũ. C

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Bonifacio Cannen. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.*

*Ex injuncto nobis Apoſtolatus officio fratres, & Coepiſcopos noſtros . . debemus caritatis affectu diligere, & Eccleſiis, in quibus militant ſuam dignitatem, & jura integrè conſervare. Eapropter venerabilis in Chriſto frater tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam Cannenſem, cui auctore Domino præeſſe dignoſceris ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & pacificè poſſidet, vel in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam S. Jacobi in civitate Cannen. cum pertinentiis* D *ſuis, Eccleſiam S. Luciæ, Eccleſiam S. Salvatoris in Caſtello, Eccleſiam S. Georgii. Eccleſiam S. Mercurii, Eccleſiam S. Mariæ in mari cum caſali, & tenimentis ſuis, Eccleſiam S. Mariæ in Pecto, Eccleſiam S. Mariæ in Campo graſſo juxta caſale S. Caſſiani poſitam, Eccleſiam ſanctæ Mariæ in Burgo de Ponte, Eccleſiam S. Nicolai in Baldetta, Eccleſiam ſancti Clerici, Eccleſiam S. Petri in Ancello, Eccleſiam S. Anaſtaſiæ, Eccleſiam S. Felicis, Eccleſiam S. Apollinaris, Eccleſiam S. Panti, Eccleſiam S. Mariæ de Salinis, Eccleſiam s. Stephani, Eccleſiam s. Trinitatis, Eccleſiam s. Viti, Eccleſiam s. Nicolai de Petra, homines etiam, quos habent in Cannis. Caſale ſancti Caſſiani una cum tenimentis & poſſeſſionibus ſuis. Caſale s. Euſtachii cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis. Prohibemus autem, ut infra fines tui Epiſcopatus nullus ſine aſſenſu tuo, Capellam ſive Oratoriũ ſalvis privilegiis Romanorum Pontificũ*

A *conſtruere de novo præſumat. Statuimus inſuper, ut hi, qui Parochianorum tuorum apud aliquam Religioſorum Eccleſiam voluntate ultima elegerit ſepulturam, canonica Eccleſiæ tuæ portio teſtamenti conſervetur. Inhibemus autem, ne interdictos, aut excommunicatos tuos ad officium, vel communem Eccleſiam recipere quiſquam præſumat, niſi forte periculum mortis immineat, ut dum præſentiam tuam habere nequiverit per aliam formam Eccleſiæ ſatisfactione præmiſſa oporteat abſolvere. Conſuetudines etiam antiquas, libertates, & immunitates eidem Eccl. rationabiliter conceſſas, & hactenus obſervatas ratas habemus, & futuris temporibus illibatas permanere cenſemus. Decernimus ergo ut nullus omnino hominum poſſit præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Barenſis Eccleſiæ debita reverentia.* B *Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundò, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus hic, & fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

*Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
*Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.*
*Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus.*
*Ego Theobaldus Oſtien. & Velletren. Epiſcopus.*
*Ego Joannes Presbyter Cardinalis tit. S. Marci.*
*Ego Petrus presb. Cardinalis tit. S. Suſannæ.*
C *Ego Laborans presbyter Cardinalis S. Marię Transtyberim tit. Calliſti.*
*Ego Pandolfus presb. Card. tt. XII. Apoſt.*
*Ego Albinus presb. Card. tit. S. Crucis in Jeruſalem.*
*Ego Melior presbyter Cardinalis ſanctorum Joannis, & Pauli tit. Pammachii.*
*Ego Jacobus S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis.*
*Ego Gratianus SS. Coſmi, & Damiani Diaconus Card.*
*Ego Bobo S. Angeli Diaconus Cardinalis.*
*Ego Octavianus Ss. Sergii, & Bachi Diac. Card.*

*Datum Veronæ per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii 2. Kalend. Junii, Indict. 4. Incarnationis Dominicæ an. 1187. Pontificatus vero Urbani Papæ tertii, anno primo.*

9 JOANNES *b* proximè ſucceſſit Bonifacio, cujus prima mentio extat an. 1188. *c* ſequenti verò anno interſuit Lateranenſi Concilio ab Alexandro III. celebrato, cui ſubſcripſit poſt Barenſem Archie- D piſcopum ſuum Metropolitanum. b Hunc ante Bonifacium retulimus. c 1178.

10 PASCHALIS vixit anno 1209. ex monumentis Caprenſis Carthuſiæ. XIII.

11 PETRUS de Cidonila electus Minerbinenſis, transfertur ad Cannenſem Eccleſiam ab Alexandro IV. cum eſſet ad eam Eccleſiam poſtulatus ann. 1256. extat epiſtola ejuſdem Papę ad Barenſem Archiepiſcopum de hac re Dat. Later. an. 1. ep. num. 154. 187. XIV.

12 THEOBALDUS Epiſcopus Cannarum, cujus Præſulatus tempore è Cannenſi Cathedrali furtim ſublatum eſt corpus ſancti Rogerii Epiſcopi à quibuſdam Clericis, ac laicis Barolitanis ann. 1276. Cannenſis epiſcopus de audaci Barolitanenſium devotione apud Innocentium V. Papam conqueſtus, totis viribus ſtuduit patroni ſui exuvias ſacras recuperare, accepitque à Pontifice diploma ad Bricianum Minerbinum Epiſcopum directum ad inquirendum facinus, juſtitiamque fa- XV.

ciendam. Convocatis igitur Apoſtolica auctoritate Barolitanis Clericis judicium inſtituit, furtum invenit, eorumque devotionem hoc monumento declaravit.

*Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1276. regnante D. noſtro Karolo Dei gratia magnifico Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, almæ Urbis Senatore Andegaviæ provinciæ & Fulchalquerii comite, ac Romani Imperii in Tuſcia per S.R. Eccleſiam Vicario generali, Regni vero ejus anno XI. menſe Junii 18. die ejuſdem 4. Ind. apud Barolum.*

*Nos Robertus de Argintera Regalis Baroli Judex, Nicolaus Raynerius publicus ejuſdem terræ Notarius, & ſubſcripti teſtes litterati de eadem terra ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, præſenti publico ſcripto fatemur, vener. virum D. Bivianum Minerbenſem Epiſcopum in noſtra præſentia conſtitutum intus in maiori eccleſia Baroli oſtendiſſe nobis mandatum ſanctiſſimi Patris D. Papæ, cujus mandati tenor per omnia talis eſt. Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, &c. Vener. fratri Epiſcopo Minerbenſi, &c. Expoſuit nobis venerabilis frater noſter Epiſcopus Cannen. quod Clerici caſtri de Barolo adjunctis ſibi quibuſdam laicis, eorum in hac parte ſequacibus Tranen. diœceſis ad Eccleſiam Cannenſem armata manu nequiter accedentes majus altare ipſius Eccleſiæ auſu ſacrilego violare, ac quaſdam reliquias Sanctorum, &c. Quæ in eodem altari, & corpus B. Rogerii, quod in quadam ſepulchro juxta ipſum altare recondita fuerunt, necnon & lapidem ſuperpoſitum eidem altari violenter auferre, illaque cum pluribus aliis rebus ejuſdem Eccleſiæ ibidem inventis ad prædictum caſtrum.. exindè aſportare non ſine multæ temeritatis audacia præſumpſerunt, iidem quoque Clerici, & laici, tam corpus, reliquias, & res prædictas, quam nonnullas poſſeſſiones ad eoſdem Epiſcopum, & Eccleſiam pertinentes contra juſtitiam detinent, & ipſi Eccleſiæ reſtituere indebitè contradicunt; Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de hujuſmodi ſacrilegio.. conſtiterit, prædictos Clericos, & laicos tandiu appellatione remota excommunicatos publicè nuncies, & facias ab omnibus arctius evitari, donec ſuper hujuſmodi violatione dicti altaris, & ablatione, & aſportatione corporis, reliquiarum, & lapidis prædictorum ſatisfecerint, & cum tuarum teſtimonio litterarum ad ſedem venerint Apoſtolicam abſolvendi, ipſiſque nihilominus corpus, reliquias, lapidem & poſſeſſiones prædictas memorato Epiſcopo, & Eccleſiæ reſtituant, ut tenentur, monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compeſcas. Datum Laterani 15 Kalen. Maii, Pontificatus noſtri anno 1. Volens igitur idem D. Epiſcopus Minerbini ad ipſius executionem mandati reverenter procedere cum ea qua expedit diligentia, & cautela in teſtimonio noſtro juxta ipſius mandati tenorem cum omni diligentia inquiſivis per plures, & diverſos homines Baroli ſufficientes, & .. & omni exceptione majores, ſi de h juſmodi ſacrilegio ad eorum aliquam notitiam deveniſſet; qui corporaliter juramento affecti, ſeriatim dixerunt, & confeſſi ſunt in præſentia noſtra nihil ad eorum perveniſſe notitiam de prædictis. Cujus quidem inquiſitioni fama cum ſubito perveniſſet ad notitium venerabilis viri Archipresbyteri Baroli, & aliorum Clericorum, & ſociorum ejus, ipſi unanimiter, & voluntariè, & tanquam obedientiæ filii ad præſentiam prædicti Epiſcopi Minerbini nobis ibidem præſentibus ſe perſonaliter cum omni reverentia contulerunt exponentes, quod quidam Clericus ſocius eorum Andreas nomine, Archipresbyter, & Canonicus ejuſdem Cannen. Eccleſiæ, & Angelus ſpecialis civis Baroli ipſius Eccleſiæ Procurator venerunt ad eundem Archipresbyterum, & ejus ſocios ſupradictos requirentes ipſos, ut ob Dei reverentiam, & honoris intuitum ejuſdem Cannen. Epiſcopi, & eorum deberent una cum eis ad eandem Cannen. Eccleſiam ſe conferre ad deferendas, & ſalvandas ad opus Cannen. Eccleſiæ quaſdam res de omnibus ſupradictis, ne res ipſæ fuiſſent furtivè noctis tempore ab inde aſportatæ, prout plura, & diverſa de rebus ipſius Eccleſiæ per malos homines ab eadem Eccleſia furtivè aſportata fuerunt, & ſubtracta. Verum quia idem Archipresbyter, & ejus ſocii ſupradicti petitionem, & requiſitionem prædicti Andreæ Archipresbyteri, & Angeli Procuratoris præfati cum omni devotione, ac ſollicitudine efficaciter admittentes; quia opus Dei, & ipſius Cannen. Eccleſiæ ſatis utile, & neceſſarium videbatur fore, ſi prædictæ res per eos ad opus ipſius Cannen. Eccleſiæ ſalvarentur, idem Archipresbyter, & ejus ſocii ſupradicti unanimiter, & concorditer miſerunt quoſdam Clericos de ſociis eorum, &c. ſimul cum prædicto Andrea, & Angelo Procuratore ad eandem Cannen. Eccleſiam credentes ad hoc benefacere, & ſub expenſis eorum, quia prænominati Archipresbyter Cannenſis, & Procurator promiſerunt eidem Archipresbytero Baroli, & ſociis expenſas ipſas reſtituere, feceruntque infraſcriptas res de rebus ipſius Cannen. Eccleſiæ apud Barolum deferre, ibidem conſervari, & deponi ſub cuſtodia prædicti Cannen. Archipresbyteri, & Angeli Procuratoris prædicti, videlicet mappas duas de altari de lapidibus marmoreis, campanam unam, & alias planeas de lapidibus marmoreis, quas quidem res omnes delatas per eos, prout ſupra diſtinguitur, incontinenti, & ſine aliqua diminutione ad mandatum prædicti D. Minerbinen. Epiſcopi eidem Andreæ Archipresbytero, & præd. Angelo Procuratori in præſentia præfati D. Epiſcopi, ac in noſtro teſtimonio tam voluntariè, quam libenter aſſignaverunt, & fecerunt integrè reſignari quanquam fuiſſent ſub cuſtodia dicti Cannen. Archipresbyteri, & Procuratoris ipſius ea omnia deputata; nos verò qui ſupra Bivianus Minerbinen. Epiſcopus per præſens prædictum ſcriptum fatemur prædicta omnia qualiter perleguntur, fuiſſe in noſtra præſentia plenariè exequuta pariter, & completa, & per hoc non oportuit nos ad excommunicationem nunciandam procedere, quia minimè nobis conſtare potuit de ſacrilegio ſupradicto. Et nos qui ſupra Andreas Archipresbyter, & Angelus procurator in præſentia prædictorum Judicis, Notarii, & teſtium ſubſcriptorum prædicta omnia, quæ ſupra diſtinguuntur, vera eſſe fatemur, & res prædictas nobis, ut prædicitur, reſignatas præſentis ſcripti ſerie aſſerimus recepiſſe. Unde ad futuram memoriam, & ipſius Archipresbyteri Baroli, & ſociorum ejus cautelam præſens prædictum teſtimoniale ſcriptum ſicut exindè factum eſt, per manus mei prædicti Notarii proprio Baroli Notarii ſigno meo ſolito, ſubſcriptione præfati Judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum, &c. extat ſignum, &c.*

*Robertus FF. Baroli Judex.*
*Paſqualis Uturberlongus teſtatur.*
*Nicolaus de Caroangelo teſtis, &c.*
*Ambroſius de Amicis teſtis, &c.*

Anno ſequenti 1277. Theobaldus Epiſcopus furtum à Barolitanis factum recepit præter corpus S. Rogerii, ut in monumento ab eodem ſcripto apparet, quod vulgari ſermone recitat Joannes Paulus Grimaldus in vita ejuſdem. Ab eo tempore uſque nunc ſanctiſſimi Præſulis corpus, pio furto apud Barolitanos manet, eximioque cultu colitur. („*Præerat Theobaldus adhuc an. 1295. quo præſens fuit „ conſecrationi Vigilienſis Eccleſiæ, & ibi prænota- „ tur cum Fr. Theobaldus.*)

13 PETRUS, gratus Carolo III. Siciliæ Regi, à quo anno 1384. retulit gratias unciarum trium auri ſuper juribus gabellæ bajulationis civitatis Cannarum ſingulis annis Eccleſiæ Cannenſi perſolvendas. Quod ut planius eluceſcat, libet ſequentes tabulas ex genuino authographo hìc tranſcribere. XVI.

*Carolus III. Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ Provinciæ, & Forcbalquerii, ac Pedemontis comes magnifico viro magno Regni Siciliæ Camerario, vel ejus Locumtenentibus.*

*Dilectis Conſiliariis ſecretis quoque, ac mag. Portulanis, ac Præſidentibus partium Apuleæ, necnon Bajulis, ac quibuſcunque perceptoribus jurium, red-*

di-

*dituum, & proventuum gabellæ Bajulationis civitatis Cannarum, ac Gabellotis, ſeu Credentieriis præſentibus, & futuris fidelibus noſtris gratiam & bonam voluntatem.*

*Venerabilis Pater Petrus Cannen. Epiſcopus fidelis, & devotus orator noſter majeſtati noſtræ ſupplicavit humiliter, ut cum prædeceſſores ſui Cannen. Epiſcopi, qui fuerunt ad litteras claræ memoriæ Hieruſalem, & Siciliæ Regum Illuſt. prædeceſſorum noſtrorum conſueverunt nomine, ac vice, & pro parte ſuæ majoris Cannen. Eccleſiæ anno quolibet percipere pro decima ipſi Eccleſiæ debita uncias auri tres ponderis generalis ſuper juribus gabellæ bajulationis jam dictæ, mandans exhiberi illas ſibi tam pro præſenti octava Indictione, quam deinde in antea ſingulis videlicet annis per noſtras litteras dignaremur. Nos verò attendentes, quod in exhibendis decimis venerandis Eccleſiis, quarum preſtatio ex divinæ, & humanę legis inſtituto morali pro tẽpore noſcitur in perpetuum rationi naturæ in dictam mentem noſtram excitat, & effectus invitat, eidem Epiſcopo in hac parte ſupplicationibus juſtis, utpotè benignè inclinati volumus, & fidelitati veſtræ de certa ſcientia noſtra, harum ſeriæ mandamus expreſſe, quatenus vos prædicti Baruli, ac præceptores, gabellotti, ſeu credentierii præſentes videlicet, & futuri eidem Epiſcopo, vel ipſius adhoc procuratori, ſeu nuncio nomine, ac vice ipſa parte dictæ ſuæ majoris Cannen. Eccleſ. præfatas uncias tres dicti ponderis generalis per annum ſibi, ſeu d. ſuæ Eccleſiæ debitas pro decima ſupradicta, tam pro dicto præſenti anno octavæ Indictionis, pro quo, ut aſſerit, ſatisfaciendum eſt ei ſiquidem dicto Epiſcopo, vel alii pro eodem de hujuſmodi decima pro præſenti anno prędicto in totum, vel in parte ſatisfactum non ſit, de quo vos tam informemini diligenter, quam deinde in antea, ſingulis videlicet annis uſq; ſcilicet ad noſtrum beneplacitum de pecunia jurium, & reddituum, & proventuum dictę gabellæ bajulationis ipſius civitatis Cannarum. . & futura per manus veſtras officiorum veſtrorum temporibus, prout ad vos ſpectaverit, & conſuetum eſt hactenus integrè, & ſine diminutione qualibet vigore præſentium perſolvatis, & recipiatis ab eodem Epiſcopo, ſeu præfato ipſius ad hoc Procuratore, vel Nuncio de his, quam ſibi ſolverit exinde ſuis juribus debitam apodixam, quam vobis plenè, & ſufficienter volumus ad cautelam, illamque una cum ſolutione hujuſmodi in veſtro computo acceptari pariter, & admitti nullis cautelis, aliis, quam præſentibus noſtris litteris cum apodixa jam d. à vobis propterea quomodolibet requiren. Voſq; primæ magnæ Cameræ, vel Locatenentes, ac ſecreti Mag. Port. & Procuratores dd. Apuleæ pręſentes ſimul, & futuri non impediatis in aliquo ſolutionem eandem; imo jam dictos Bajulos, & Pręceptores, Gabellotos, ſeu Credentierios ad illam, ſicut predicitur facien. ſi & prout opus fuerit arctius compellatis pręſentes, aut litteras per opportunam inſpectionem earum, tranſumpto ipſarum per vos prędictos Bajulos, ac Pręceptores, ac Gabellottos, ſeu Credentierios publica forma recepto pro cautela reſtitui volumus pręſentanti pręmiſſo modo efficaciter antea valiturus. Datum Barolo in Camera noſtra anno Domini 1384. die 27. Novembris octavę Indictionis Regnorum noſrrorum anno quarto.*

Petri verò Epiſcopi mentionem habemus in regeſt. Bonifacii IX. ann. 1390. ni fortè diverſus ſit à Petro ſuperiori.

XVII 14 JOANNES Cannenſis, teſtis adeſt certo inſtrumento coram Gregorio XII. Cajetæ anno 1412. Anno 1424. 3. Id. Decembris Martinus V. Cannenſem Eccleſiam univit cum Tranenſi, hac tamen conditione, ut decedente Cannenſi Epiſcopo, vel Archiepiſcopo Tranenſi, qui ſuperſtes eſſet, utriuſque Eccleſiæ Præſul maneret; non habuit tamen effectum unio iſta.

XVIII 15 NICOLAUS Reginæ Joannæ II. conſiliarius Cannenſis Epiſcopus, an. 1429. confirmationem donationis comitis Goffridi, & alia plura ab eadem accepit, ubi & inſerta habetur eadem donatio.

A Porrò Joannæ litteræ; ſic exſcriptæ fuerunt.

*Joanna ſecunda Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Danię, Lodomeriæ, Comattiæ, Bulgariæque Regina, Provinciæ etiam Furchalquerii, ac Pedemontis Comitiſſa.*

*Univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus, quam futuris.*

*Etſi in confirmandis noſtris benemerentibus gratiis pronæ debemus exiſtere, multò magis in iis, quæ Eccleſiarum & perſonarum Eccleſiaſticarum favorem & cauſam reſpiciunt, debemus Nos gratioſas, favorabiles, & benignas præbere. Sanè R. in Chriſto P. Nic. R. Epiſcopus civitatis Cannarum conſiliarius, & fidelis noſter tam ſuo proprio nomine, quam nomine & pro parte ſuæ majoris Cannarum Eccleſiæ cum poteſtate nobis nuper expoſuit, quod olim claræ memoriæ Goffredus Dei gratia comes Cannarum, & Imperialis Senator, dum ageret in humanis diſponens, & intendens,*
B *quia mater Eccleſia Cannenſis, & Epiſcopus tunc civitatis Cannarum, & ejus ſucceſſores quietè, & liberè cum omni franco jure ſubſcripta poſſideret, & dominaretur, pro remedio ſuæ animæ, & parentum ſuorum ob Dei reverentiam quaſdam litteras, ſeu privilegium dictæ majori Cannenſi Eccleſiæ, & ſuis Præſulibus conceſſit ſubſcripti tenoris. Nos Goffredus Dei gratia comes Cannarum, & Imperialis Senator Antici comitis hæres, & filius ratione Domini Alexii Sereniſſimi Imp. noſtri, &c. ut ſuperius. Supplicavit itaque dictus Epiſcopus, ejus & dictę ſuę Cannen. Eccleſię nomine Culmini noſtrę devotionis, ut cum dicta Cannen. Eccleſia, & illius Pręſules, qui fuerunt pro tempore fuerint, ipſeque ſupradictus fuerit, & ad pręſens exiſtat tam ejus proprio nomine, quam nomine, & pro parte ejuſdem ſuę Eccleſiæ in poſſeſſione, ſeu quaſi præſcripti privilegii, ſeu litterarum, ac libertatum, immunitatum, & gratiarum in eo ſecurius diſtinctarum ſibi, & dictæ ſuæ majori Cannen. Eccleſiæ, ac futuris Præſulibus in eadem privilegium, ſeu litteras ipſar,*
C *& contenta quælibet in eiſdem ad ulteriorem præmiſſorum cautelam confirmare, & illud, ſeu illas obſervari jubere benignius dignaremur. Nos igitur, quæ ad Eccloſias, & perſonas Eccleſiaſticas, & ſignanter ad dictam majorem Cannen. Eccleſiam ob Dei reverentiam, à quo cuncta recognoſcimus, quæ habemus ſpecialiter geſſimus, & gerimus caritatis, & benignitatis effectum, quæ ipſis ſint accommoda ſinceris deſideriis exquirentes. Et volentes cum ipſius quondam Goffredi Cannarum comitis votis commendabilibus concurrere ſpecialiter in prędictis, ut in his, quæ ipſe laudabiliter eget noſtræ gratificationis ſuffragium quoquo modo non deſit, præmiſſiſque nihilominus per ipſum Epiſcopum ejus, & dictæ Eccleſiæ ſuæ nomine nobis in hac parte porrectis ſupplicationibus inclinatæ, eidem Epiſcopo Cannen. ſuo, & d. ejus Eccleſiæ nomine, & præfatæ ſimiliter Eccleſiæ, & futuris Præſulibus in eadem præſcriptum privilegium, ſive litteras per dictum Goffredum comitem præfatæ majori Eccleſiæ Cannen. ut præfertur*
D *conceſſum, ſeu conceſſas cum omnibus & ſingulis, quæ ordinentur in illo, ſive illis juxta ipſius privilegii, ſeu litterarum continentiam, prout illi, ſeu illis dicta Eccleſia, ſive ejus Pręſules fuerunt, & quemadmodum in illius, ſeu illarum ſunt poſſeſſione, ſeu quaſi de noſtra certa ſcientia tenore præſentium gratificamus, acceptamus, approbamus, & etiam confirmamus noſtræq; gratificationis, acceptationis, & confirmationis munimine validamus, dictoque Epiſcopo, ac præfatę ſuæ Eccleſiæ, & futuris ejus Præſulibus præſcriptum privilegium, ſeu litteras prænominati quondam Goffredi comitis ſtabiles, fructuoſas, & inviolabiles, ſeu ſtabile, fructuoſum, inviolabile prædicto modo in perpetuum eſſe volumus, & firmiter, & intranſgreſſibiliter obſervari. Et ecce viro Mag. Magiſtro Juſtitiario Regni noſtri Siciliæ Collaterali, & ejus Locumtenenti, ſeu cuicunque Regenti curiam Vicariæ, & Judicibus magnæ & ipſius Vicariæ curialium, Vicemgerentibus quoque noſtris, & Juſtitiariis provinciæ terrę Ba-*

*coli, ac Capitaneis noſtra eumera Commiſſariis, & officialibus, ac ſubditis noſtris aliis, ad quos ſpectet, & ſpectare poterit quocunque præſidatu funguntur, vel officio, ac titulo, & denominatione noteutur per dictam provinciam, vel partes alias conſtitutis præſentibus, & futuris ipſarum præſentium tenore de dicta certa ſcientia noſtra præcipimus, quatenus præſcripti privilegii, ſeu litterarum dicti quondam Goffredi comitis, & noſtrarum præſentium confirmatorialium litterarum tenoribus, ſive formis per eos diligenter attentis, illas, & contenta qualibet in eiſdem ipſi, & eorum cuilibet tam præſentes, quam futuri jam dicto Epiſcopo Cannen. ſuo & prædictæ Eccleſiæ ſuę nomine, ac ipſi etiam Eccleſiæ, & futuris Præſulibus in eadem, ac prędictis ſimiliter vaſſallis, & hominibus eccleſiæ prælibatæ, quatenus, ut prædicitur illis, officiorum eorum temporibus obſervent efficaciter, & ab aliis obſervari quantum in eis fuerit teneantur, & inviolabiliter faciant, atq; mandent, prout in præſcripto privilegio, ſive litteris particulariter continetur. Nihilque in contrarium faciant, innovent, vel attentent, ſicut habent gratiam noſtram caram, & indignationem cupiunt evitare; quinimò revocent & revocare faciant prorſus in irritū quicquid per eos, aut alium, vel alios ipſorum, ſive quoſvis alios adverſus dictum Epiſcopum, ſeu præfatam majorem Cannen. Eccleſiam, aut ejus futuros Præſules, ſive prædictos ejus homines, & vaſſallos, alium, vel alios eorundem, aut ipſorum res, & bona fieri, vel attentari propterea contiget in poſterum contra præſcripti privilegii, ſeu litterarum dicti quondam comitis Goffredi, & præſentium confirmatorialium noſtrarum litterarum ſeriem, & tenores. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras exinde fieri, & magno pendenti majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Quas pro earum validiori robore, & ex certis etiam nos cauſis moventibus ſubſcripſimus, & dedimus propria manu noſtra, ritu vel ordine, & obſervantia noſtrę Curiæ, ac aliis quibuſcunque contrariis nullatenus obſtitaris. Datum in caſtro noſtro Capuæ, per manus noſtræ præfatæ Joannæ in &c. Anno D. 1429. Die 20. m Maji 7. Ind. Regnor. noſtror. an. 15.*

XIX. 16 RICHARDUS Epiſcopus Cannenſis obiit anno Domini 1439 ex Act. Conſiſt.

XX 17 JOACHIMUS Epiſcopus Suanenſis in Tuſcia translatus ad hanc Eccleſiam Cannenſem ab Eugenio IV. anno 1439. die a 8. Januarii, & anno 1440. ab eodem Pontifice iterum translatus eſt ad eccleſiam Caſsanen. prid. Idus Decemb.

a Die 8. Junii.

XXI. 18 MARINUS de Urſinis Prothonotarius Apoſtolicus, Cannenſis Eccl. Commendatarius an. 1445. ex Regio regeſt. Neapol. ſub Alphonſo I. Rege.



XXII. 19 ASTORGIUS Agneſius b Archiepiſcopus Beneventanus, Cannenſis Eccleſiæ commendatarius anno 1447. ab Alphonſo Rege Neapolitano pro Eccleſia Cannenſi decimam ſalis eidem Eccleſiæ debitam renovatam ſuſcepit. Hæ ſunt Regis literæ, in quibus ejuſdem fit mentio, tanquam Cannenſis Eccleſiæ Commendatarii.


b De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. col. 970.

*Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra forum Valentiæ, Hieruſalem, Hungariæ, Majoricarum, Sardineæ & Corſicæ, Comes Barcellonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis, ac Ceritaneæ.*

*Magiſtro Port. ac Credenſiero Apuliæ Regni præſcripti Siciliæ citra forum, ac eorum loca tenentibus, doaneriis inſuper miniſtris, & officialibus ſalinarum terræ Baroli, ac illius diſtrictus, & aliis in illis ſervientibus, ac cæteris officialibus, & ſubditis noſtris, ad quos ſpectet quovis titulo, & denominatione diſtinctis gratiam & bonam voluntatem.*

*Decimum ſalis, quod in ipſis ſalinis ſit Epiſcopatui Cannarum, quem optime in commendam à ſede Apoſtolica Reverendus in Chriſto Pater, Conſiliarius, ac Orator noſter dilectus Archiepiſcopus Beneventanus tenet ac poſſidet, pro cujus decimi ſolutione, & ſatisfactione, ut omnis quæſtionis tolleretur occaſio per cameram noſtram ſummariè ad beneplacitum noſtrum, & donec per nos proviſum aliter in his ſit, ipſi Archiepiſcopo anno quolibet decem currus ſalis adjudicati fiat de menſe Auguſti ſingulis annis aſſignandi nos adjudicationem hanc cenſentes noſtræ curiæ & ipſius juribus non modicum afferre præjudicium decernimus ipſi Archiepiſcopo in emendam prędictorum decem curruum ſalis, uncias viginti monetæ ſolidorum dicti Regni in menſe Auguſti prædicto annis ſingulis per vos debere perſolvi, vobis propterea, & veſtrum cuique dicimus, & præcipimus ſcienter & expreſſe ſubire, & ſub indignationis noſtræ incurſu, ac quantò fortius dici poteſt, quivis de quibuſvis pecuniis noſtræ curiæ ex dictis ſalinis, ſeu illarum juribus, proventis, &c. proventuris anno quolibet in dicto menſe Auguſti ipſas uncias viginti ipſi Archiepiſcopo, aut cui ipſe voluerit tradatis, liberetis, & exſolvatis tam pro anno præſentis indictionis decimę, quàm pro aliis ſucceſſivè futuris alio à vobis ſuper his non requiſito mandato, omnique conſultatione ceſſante recipientur ex inde ſingulis vicibus opportunas apochas de ſoluto, in quarum prima tenor hujuſmodi totaliter ſit inſertus, in aliis autem ſolum fiat ſpecialis mentio de eodem, quoniam nos die hac eadem mandamus de ipſa certa noſtra ſcientia, & expreſſè magno dicti Regni Camerario ejus Præſidentibus, locumtenentibus, & rationalibus cameræ noſtræ ſummariæ prædictæ, & aliis quibuſcunque, & a vobis computum auditturis, quatenus ratiociniis, veſtro tempore vobis, ſeu veſtrum altero ponente in exitu anno quolibet dictas uncias viginti, & oſtituente apochas ſupradictas, eaſdem anno quolibet in veſtris recipiant computis, & admittant dubio, & difficultate ceſſantibus quibuſcunque. Datum Tibure die 4. Auguſti X. Indict. an. à nat. Dom. 1447. &c. Rex Alfonſus D. Rex mandat mihi Rinaldo Fonobleda, &c. Valentinus locum tenens magni camerarii &c. hunc locum. Locus † ſigilli &c.*

Eo ipſo anno Aſtorgius creatus eſt S. R. E. Presbyter Cardinalis a Nicolao V. Papa, pauloque poſt Cannenſi Eccleſiæ commendam dimiſit, de quo infra in Beneventanis Archiepiſcopis plura.



20 Fr. JACOBUS Aurilla, ex præcipua nobilitate XXIII

bilitate Neapolitana natus, Ordinis Minorum egregius alumnus intuitu Alfonſi Regis, Cannenſis Epiſcopus renunciatus eſt à Nicolao V. anno 1449. 4. Kal. Julii, cujus promotionis meminit idem Alfonſus Rex in privilegio, quo eidem gratiam aſſeruit quam antea Aſtorgio commendatario Cannenſis Eccl. aſſeruerat in hunc modum.

*Alfonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra & ultra Pharum, Valentiæ, Hieruſalem, Ungariæ, Majoricarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſiglionis & Ceritaniæ,*

*Nobilibus viris Simoni de Chacheta militi Magiſtro portulano, ſecreto, ac magiſtro ſalis partium Apuliæ, vel ejus ſubſtituto, & quibuſcunque Arendatariis, & perceptoribus jurium, redditnum, & proventuum fundici, ſeu doanæ ſalis terræ Baroli, ſeu Cannarum, ac officialibus, & perſonis aliis quibuſcunque, ad quos infraſcripta ſpectant, ſeu ſpectabunt, præſentibus & futuris, eorumque locatenentibus, ſeu ſubſtitutis, familiaribus, & fidelibus noſtris dilectis gratiam & bonam voluntatem.*

*Notum vobis eſſe volumus, quod olim dum Epiſcopatus Cannarum eſſet ſub commenda Reverendiſſimi Domini Cardinalis tunc Archiepiſcopi Beneventani com fuiſſet nobis, & noſtræ cameræ ſummarie porrecta petitio quædam continens in effectu, quod dicta Eccleſia Cannarum & Præſules eam gubernantes conſueverant in noſtris ſalinis præſcriptis Baroli, ſive Cannarum decimam en ſale, quod illic fieri pro tempore contingebat annuatim habere, & in effecta percipere, & propterea fuiſſet petitum, quod nos dictæ Eccleſiæ de dicta decima parte ſalis en noſtra gratia ſatisfaceremus, nos de prædictis rebus plenam notitiam habentes, ſcilicet, quod dictæ Eccleſiæ Cannarum quantitas prædicta ſalis fuiſſet ſolita à noſtra camera tradi, commiſimus officialibus noſtræ cameræ ſummariè, ut dictam decimam annuam ſalis ad certam annuam diſcretam quantitatem taxarent; quæ quidem exinde camera ſummarie ex certa commiſſione & de mandato declaravit, taxavit, & judicavit dictæ Eccleſiæ Cannarum, ſeu dicto ejuſdem Archiepiſcopo ejus commendatario loco, & nomine dictæ decimæ ſalis carrus ſalis decem annis ſingulis debere tradi, quam quidem taxationem & judicium dum nos approbaviſſemus, inde ad certum tempus pro majore commoditate noſtræ curiæ, & pro expeditione, & utilitate dictæ Eccleſiæ præfatos currus ſalis annuos decem, ad uncias viginti in pecuniis annis ſingulis dictæ Eccleſiæ Cannenſi, ſeu ejus prædicto Commendatario ſolvendas ſuper pecunia, & proventibus dicti fundici, & dohanæ ſalis reduximus ut in pluribus noſtris literis inde confectis ſignatue in quadam noſtra litera data in noſtris felicibus caſtris prope Gavurram die 12. menſis Junii X. Indictionis an. Domini 1448. prædicta latius vidimus contineri. In præſentiarum autem quia dictus Cardinalis Beneventanus ſuperioribus diebus ad noſtras maximas preces dictam Eccleſiam, & Epiſcopatum Cannarum ceſſit, & renunciavit, & inde venerabili in Chriſto fratri Jacobo Ordinis B. Franciſci ad noſtras preces fuit de dicto Epiſcopatu & dicta Eccleſia Cannarum à ſede Apoſtolica canonicè proviſum, & ſic ipſe frater Jacobus dictum Epiſcopatum & Eccleſiam ut ejus legitimus Epiſcopus de præſenti pacificè tenet, ac poſſidet: volentes propterea & honeſtum cenſentes, quod dicto Jacobo Epiſcopo Cannarum, qui ſuccedere debet in juribus omnibus, quæ dictus Cardinalis Archiepiſcopus Beneventanus in dicta Cannenſi Eccleſia percipiebat, & habebat de dictis unciis viginti annis ſingulis, ſimili modo, ut dicto Archiepiſcopo Beneventano fiebat, reſpondeatur, & licet in ſolutione dictarum unciarum viginti debitarum dicto Archiepiſcopo Beneventano per noſtros officiales tam veſtros prædeceſſores, quam per vos difficultas hactenus facta fuerit, & per dilationes, & retardationes ductus ipſe, & ſui prædeceſſores tunc tamen habentes reſpectum ad ſervitia nobis præſtita per dictum fratrem Jacobum Epiſcopum Cannarum, & conſiderantes, quod noſtra curia dictæ Eccleſiæ Cannenſi in majore quantitate, quæ ſunt dictæ unciæ viginti anno quolibet teneretur, prædictis & aliis conſiderationibus digne motis, vobis prædicto Simoni præſenti magiſtro portulano ſecreto, & magiſtro ſalis dictarum Apuliæ partium, & aliis ſucceſſione futuris præſentium tenore mandamus ſub pœna unciarum centum quatenus ſtatim receptis præſentibus, eidem fratri Jacobo Epiſcopo, aut legitimæ perſonæ pro eo de pecunia jurium, redditnum, feudorum, & proventuum proventuum, & provenientium en ſale de dicto reddende in quibuſcunque fundicis, & ſalis dictarum Apuliæ partium ſolvatis, tradatis, & aſſignetis annis ſingulis uncias viginti de carolenis argenteis ponderis, incipiendo ſiquidem facere prædictam annuam ſolutionem dictarum unciarum viginti ab eo quo idem frater Jacobus fuit creatus Epiſcopus Eccleſiæ prædictæ Cannenſis & deinde in antea anno quolibet in futurum donec dicto Epiſcopatui præfuerit quibuſcunque ordinationibus, pragmaticis, capitulis, ritibus, & obſervantiis, quæ præſenti noſtro mandato obſtarent, & in contrarium facerent nullatenus obſtituris, cum de noſtra mente & intentione . . . . recepturi ob aliae circa id cautè obſervaturi, quæ pro cautela noſtra cunctæ fieri debent, vel conſueverint quibuſcunque proviſionibus, literis & mandatis noſtris in contrarium factis nullatenus obſtituris; nos enim per præſentes mandamus magno camerario, ſeu ejus locumtenenti, & præſidentibus, ac rationalibus &c. à vobis computum audituris, quatenus vobis ponentibus in exitu dictas uncias viginti annis ſingulis Epiſcopo prædicto Cannenſi fratri Jacobo, ut præfertur ſolutas à tempore quo noſtræ majeſtatis ſigillo munitas vobis in præmiſſorum teſtimonium duximus dirigendas, quas poſt opportunam inſpectionem pro cautela reſtitutas volumus vicibus ſingulis præſentari. Datum in Turri die 23. menſis Decembris 13. Indictionis anno à nativitate Domini 1449. &c. Rex Alphonſus &c. Locus ſigilli cum alio ſigillo pendente &c. D. Rex mandavit mihi Rinaldo Fovelleda, & vidit Nicolaus Antonius de montibus locumtenens magni Camerarii P. de Copedcula Theſaurarius, & mag. Liſius per Conſ. General. Regii Patrimonii.*

Præfuit deindè Jacobus Cannenſi Eccleſiæ clara ſui nominis fama, adeo ut meruerit ad Nazarenum Archiepiſcopatum ſublimari anno 1455. ſimulque Nazarenus Archipræſul, & Cannenſis Epiſcopus fuit declaratus, cum Calliſtus III. perpetuo Cannenſem Eccleſiam cum Nazarena eo ipſo anno conjunxerit, ut ſupra in Nazarenis retulimus Archiepiſcopis, ſicque Cannenſis Eccleſia unita extat, hac tamen memoria, ut Nazarenus titulo etiam Cannenſis Epiſcopi decoretur.

# MONTIS VIRIDIS EPISCOPI.

CIVITAS Montis-Viridis in Provincia Apuliæ à Barulo oppido 45. millia paſſuum diſtans ſemidiruta centum fermè familiis habitatur: nullam ego hujus civitatis apud veteres, aut neotericos geographos mentionem invenio. Epiſcopatus Montis Viridis antiquus eſt, & ſuffraganeus fuit Compſani Archiepiſcopi. Clemens VII. Pontifex anno 1531. cum Nazarena Eccleſia perpetuò illum univit, adeo ut Nazarenus Archiepiſcopus Cannenſis, & Montis Viridis Epiſcopus nuncupetur. In libris Cameræ Apoſtolicæ Eccleſia Montis Viridis taxabatur ad florenos 80. Cathedralis Eccleſia vetuſta ſtructura venerabilis Beatiſs. Virgini dicata eſt; ſacris in ea miniſtrant Canonici quinque, è quibus unica dignitate eminet Archipresbyter ſecundus ab Antiſtite. In civitate Parochialis Eccleſia præter Cathedralem nulla. Eccleſiæ

ſimplices in ſuburbiis tres. Diœceſis complectitur oppidum Carbonariæ habitatum familiis 180. in quo Eccleſia Collegiata, par numerus miniſtrorum cum Cathedrali, & præterea quatuor aliæ Eccleſiæ. Porrò Epiſcopi, qui in ea Eccleſia floruerunt uſq; ad unionem cum Nazareno Archipræſule ii tantum à nobis ex variis monumentis ſunt obſervati.

I. 1 MARIUS Montis Viridis Epiſcopus an. 1175. cum Goffrido Comite Andrienſi, & Montis-Viridis Domino quandam commutationem fecit, à quo etiam plura jura & privilegia habuit, ut in veteri monumento habetur quod hic inſeruimus ex authentico copiali Archivii Nazarenæ Eccleſiæ.

*In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen.*

*Anno glorioſiſſimi Domini Guglielmi Regis Siciliæ, Apuliæ, & Principatus Capuæ.*

*Nos Goffredus divina gratia Comes Andrius, & Dominus Montis-Viridis Ciſterneti, ante præſentiam Prælatorum, & nobilium hominum ſubſcriptorum Vicariam cum Mario venerab. Epiſcopo Montis-Viridis, furnum quod habes in civitate Montis-Viridis, cum omni utilitate propria, & redditu ſicut accepi à Domino Rege ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & inde quod ſolveritis faciendum ſine mea, meorumque hæredum contradictione cum tali conditione, & pacto, quod nullus audeat, ſeu poſſit facere furnum in dicta civitate Montis-Viridis, nec intus, nec extra, nec publicum, nec privatum, nec ad uſum ſui, nec ego, qui ſum dominus, nec hæredes, & ſucceſſores mei, nec etiam portare panem in ſuo territorio ad pœnam librarum auri quinquaginta, ſi aliquis tentaverit facere furnum, vel etiam portare panem in ſuo territorio incidat in dictam pœnam, & medietas dictæ pœnæ ſit curiæ Regali, & alia medietas ſit Eccleſiæ, & ſi ego, qui ſum dominus, vel hæredes, & ſucceſſores mei tentaverint, incidant in dictam pœnam, quam Vicariationem conceſſit mihi Dominus Rex per litteras ſigillatas magno ſigillo, quam litteram vidimus, legimus coram omnibus Prælatis, & nobilibus viris ſubſcriptis, videlicet Mario Epiſcopo Montis-Viridis, Matthæo Epiſcopo Andrio, Jacobo Epiſcopo Lavelli, Andrea Epiſcopo Rapollæ, Baſilio Epiſcopo Biſantii, Joanne Epiſcopo Laquedoniæ, Nicolao Epiſcopo ſancti Angeli, Ricciardo de Balbano Barone, Aſindeo de Rapolla Barone, Rinaldo de Lavello Barone, Ricciardo de Biſantiis Barone, Sinibaldo milite de Monte Viridi, Magaldo de Monte-Viridi milite, Ægidio milite de Rocca, quæ littera continet in ſubſtantiis. Guglielmus Rex Siciliæ, &c. Concedimus tibi Goffredo comiti Andriæ, quod poſſis donare, commutare, excambiare bona tua Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Monte Viridi, & poſſis pœnam ad tuum arbitrium ponere, quam donationem, & commutationem, & cambiationem ad pœnam per te poſitam, ratam, & firmam habemus, & quod nullus præſumat contravenire quantum noſtram indignationem evitare cupiunt, & gratiam noſtram caram habent, & cum hoc concedo dictum furnum, pro qua conceſſione, & vicariatione fateor me recepiſſe à dicto Mario Epiſcopo Eccleſiam majorem, quæ eſt propè caſtrum dict. civitatis, & dictus Marius obtinuit licentiam de dicta Vicariatione, & conceſſione dictæ Eccleſiæ à Reverendiſſimo Domino Bernardo Epiſc. Præneſtino, & Apoſt. Sedis Legato à latere, quæ conceſſio eſt ejuſmodi. Bernardus miſeratione divina Epiſc. Præneſtin. Apoſtolicæ Sedis Legatus ſalutem in Domino. Ea quæ noſtræ Legationis auctoritate interveniente judicio, vel concordia terminantur firma debent, & illibata perſiſtere, & ne in reordine contentionis ſcrupulum. . . . . . convenit præſidio commutari. Sanè petitio coram nobis exhibita continebat, quod excellens D. Goffredus Andrinus petit conceſſionem de Eccleſia, quæ eſt prope caſtrum, & ipſe intendit conducere intus caſtrum, & reſpectu hujus conceſſionis donat tibi, & ſucceſſoribus tuis furnum quod habet in civitate Montis-Viridis, & quoniam juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, authoritate nobis conceſſa tibi relaxamus, ut poſſis ponere pœnam excommunicationis, & concedere dictam Eccleſiam, itaque . . . . dicta Eccleſia, & propterea concedimus dictam Eccleſiam, & quod nullus de ſucceſſoribus meis poſſit contravenire ad pœnam excommunicationis, & in iſta vicariatione nullus præſumat contravenire ad pœnam ſupradictam, & ego, qui ſum dominus, hæredes, & ſucceſſores mei defendamus prædictum Epiſcopum, & ſucceſſoribus prædictum furnum ad pœnam ſupradictam, & quod iſta vicariatio ſemper ſit firma, & robuſta, & quod nullus tentet facere furnum, vel portare panem in ſuo territorio, & qui tentaverit incidat in dictam pœnam, necnon in pœnam excommunicationis mihi conceſſam per Reverendiſſimum D. Legatum, à qua excommunicatione non poſſit abſolvi niſi à Papa, & hoc confirmamus tam Dominus comes, quam ego Marius Epiſcopus, & ita juſſimus ſcribere Leonem Notarium Regalem, & Apoſtolicum omnia acta, & ſtipulationes ſupradictas peractas ab anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, menſis Junii die ſecunda, Indictionis octavæ. Ego Leo Regalis, & Apoſtolicus Notarius ſcripſi, & publicavi de mandato D. Comitis, & D. Marii Epiſcopi Montis-Viridis, cui ad cautelam ſuæ Eccleſiæ Montis-Viridis coram teſtibus ſubſcriptis, unde ad futuram rei memoriam ſcripſi, publicavi, & ſigno ſolito meo ſignavi, &c.*

*Locus † ſigni.*

*Nos Goffredus dictus Comes ſuprascripta fateor, & teſtis fuimus, &c.*

*Ego Marius Epiſcopus Montis-Viridis ſupraſcriptus interfui, &c.*

*Ego Matthæus Epiſcopus teſtis interfui, &c.*

*Ego Jacobus Epiſcopus Lavelli teſtis interfui, &c.*

*Ego Andreas Epiſcopus Rapollæ teſtis interfui, &c.*

*Ego Baſilius Epiſcopus Biſantii teſtis interfui, &c.*

*Ego Joannes Epiſc. Laquedoniæ teſtis interf. &c.*

*Ego Nicolaus Epiſc. S. Angeli teſtis interfui, &c.*

*Ego Riccardus de Ripa candida Baro interfui, &c.*

*Ego Rinaldus de Lavello Baro teſtis interfui, &c.*

*Ego Riccardus de Biſantiis Baro teſtis interf. &c.*

*Ego Sinibaldus miles de Monte Viridi tt. interf. &c.*

*Ego Magalottus miles de Monte-Vir. tt. interf. &c.*

*Ego Ægidius de Rocca miles interfui, &c.*

Aliud etiam ab eodem Goffrido Comite idem Marius Epiſcopus ann. 1177. retulit privilegium tenoris ſequentis.

*In Dei nomine Amen.*

*Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, regnante Domino noſtro Carolo Excellentiſſimo Siciliæ Rege, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Andegaviæ Provinciæ, & Forcbalquerii Comite, Regni verò ejus anno quinto feliciter. Amen. Menſis Novembris tertiædecimæ Indictionis, die vero quinto apud Conſiam.*

*Nos Nicolaus Regalis ejuſdem civitatis Conſiæ Judex, & teſtes ſubſcripti ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati preſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod diſcretus vir Fr. Petrus honorabilis D. Epiſcopus Montis-Viridis veniens apud Conſiam prædicto die in noſtri præſentia conſtitutus oſtendit nobis quoddam privilegium, ſive inſtrumentum Illuſtriſſimi viri D. Goffridi Comitis Andriæ, quod vidimus, & legimus de verbo ad verbum diligenter non abolitum, non cancellatum, non abraſum, nec in aliqua parte ſui vitiatum, ſed erat ſigillo ceræ ejuſdem Domini Comitis ſigillatum omni vitio, & ſuſpicione carens, & erat per omnia continentia talis.*

*In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.*

*Anno nono glorioſiſſimi Domini Gulielmi Regis Siciliæ, Apuliæ, & Principatus Capuæ.*

*Nos Goffridus Comes Andrianus animadvertens calamitatem hujus ſeculi, & inenarrabilem gloriam æternæ vitæ deliberavi in animo meo cum Dei adjutorio æternas pœnas evitare, & ineffabilem gloriam adipiſci per Genitricis Dei auxilium, gratiam conſequi valeamus in præſenti, & gloriam in futurum ad præſens legitimam, & pu-*

*publicam donationem facio in præſentia venerabilium Prælatorum & nobilium ſubſcriptorum Epiſcopo Mario Montis Viridis, Proepiſcopo S. Mariæ ſupradicti ejuſdem Montis-Viridis vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum ſicut accepi à D. Rege de bonis, quæ habeo in Monte Viridi trado vobis, dono & concedo pro anima mea, & parentum meorum in Eccleſia S. Mariæ Epiſcopo homines Montis Viridis per anuli noſtri inveſtimentum, videlicet Joannem Dovem Navidum, & filium ejus, Biſoaem filium Nardi, Bonitium filium Joannis Rufi, Nicolaum filium Alfei, Salonem filium Vrſonis de Balſano, Joannem filium Petri Mauritii Gerardini, filium Riſardi, Lammum filium Joannis Coridii, Griſonem Golforani Petri Serapii, Leonem filium Falconis, Andream filium Serapii Georgium filium Gadei de Rocca S. Antonii, Simonem filium Riccardi de Balſano, Binum hominem filium Matthæi della Rocca S. Agathæ, Nieſſam de Brunelin cum fratribus filiis, & hæredibus eorum. Inſuper dono, & concedo duo molendina in fluvio Aufidi in territorio Ciſternæ, & quinque quarteria de terra juxta molendinum cum omni utilitate propria, quæ expedient pro neceſſitate molendini, & ſi fuerint ibi habitatores liberi habeant paſcula, & ligna recipiant ibi per totam terram noſtram, terra culta, & inculta ipſi recipiant neceſſaria, & ſi molendina aliqua fortuna fuerint in ſe rupta, liceat ubicunque melius viſum fuerit per totam Giſcam reædificare abſque alia contrarietate, capientes in circuitu homines venientes ad molendinum habeant liberum introitum, & exitum venire, & redire per terram noſtram. Reſervo nobis, & ſucceſſoribus noſtris, quod gratis macinare poſſimus. Concedo, ut Epiſcopus Plateam recipiat de hominibus ſupradictis, concedo, & do decimam de omnibus bonis, quæ habeo in Monte-Viridi, volo, & concedo, quod habeat herbaggium de terra Eccleſiæ, & poſſint vendi ligna de nemoribus, & Montibus Eccleſiæ quibuſcunque hominibus voluerint. Concedo Judicia hominum de Eccleſia faciat Epiſcopus, præter criminalia, quæ mortem inducunt, illa verò reſerventur Curiæ noſtræ. Homines & mulieres de Monte-Viridi liberam habeant poteſtatem donandi, commutandi, vendendi, locandi bona ſua Eccleſiæ mobilia, & immobilia; concedo omnes præſentes Eccleſiæ, & futuros habere in terra noſtra ſemper paſcua, ligna, aquam, & omnes utilitates neceſſarias intus, & extra civitatem per totam noſtram terram ire, & redire abſque ulla contrarietate: Volo quod Clerici, ſi vixerint honeſtè, quod ſint liberi ab omni ſervitio à præſenti pro parte prædicti Epiſcopi eos, ut legi habeant Eccleſias, & poſſideant ad ſuam procurationem. In perpetuum cum omni perſonali ſervitio, quod nobis facere ſoliti fuerant intus, & extra civitatem meſtrinis, & opere campi ſine omni mea, meorumque hæredum, & ſucceſſorum. . . . . . . vitare fidelium moleſtare, & inquietare nullus præſumat. Et ego qui ſum Comes, & hæredes ſucceſſores noſtri defendemus præd. Epiſcopo, nominatos homines cum omnibus rebus eorum omni tempore ab omnib. hominibus, qui aliquid contrarii, vel impedimenti eidem Epiſcopo facere voluerint, adque ſtabiliendum, totaliterq; confirmandum hoc conceſſionis noſtræ præceptum juſſimus ſcribere Leonem Notarium Regalem, & noſtrum, & omnes donationes, poſſeſſiones, & libertates, quas habet Eccleſia ab anteceſſoribus noſtris concedimus, & ratum habemus pro utilitate S. Eccleſiæ ab anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti 1107. menſis Maii die 7. Indictionis X.*

*Ego Leoregalis Notarius ſcripſi, & publicavi de mandato D. Comitis Goffredi coram teſtib. hanc legitimam donationem, & ſignum feci.*

*Ego Goffredus Comes Andrianus ſignum feci.*
*Ego Riccardus Balbano Baro ſignum feci.*
*Ego Riccardus de Ripa candida Baro ſignum feci.*
*Ego Aſmodeus de Rapolla Baro ſignum feci.*
*Ego Rinaldus de Lavello Baro ſignum feci.*
*Ego Riccardus de Biſaccio Baro ſignum feci.*
*Ego Smaraldus miles de Monte Virido ſignum feci.*
*Ego Magulottus miles de Monte Virido ſignum feci.*
*Ego Aegidius miles de Rocca ſignum feci.*
*Ego Stephanus miles ſignum feci.*
*Ego Marius Epiſc. Montis Viridis ſignum prop. feci.*
*Ego Matthæus Epiſc. Andrius propriè feci.*
*Ego Jacobus Epiſcopus Avellinus propriè feci.*
*Ego Andreas Epiſc. de Rapolla ſignum propriè feci.*
*Ego Baſilius Epiſc. de Biſantia ſignum propriè feci.*
*Ego Joannes Epiſc. Laguedoniæ ſignum propriè feci.*
*Ego Nicolaus Epiſc. S. Angeli Lombardi ſignum feci.*
*Ego Lazarus Cantor Montis Viridis ſignum feci.*
*Ego Paſchalis Surdus Montis Viridis ſignum feci.*
*Ego Presb. Riccardus de Carbonaria ſignum feci.*

II. 2 NICOLAUS Montis-Viridis Epiſc ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato ann. 1179.

III. 3 URSINUS Epiſcopus Montis Viridis 1265. ex Reg. Neap. Regeſt. ( „ *Anno 1261. interfuit „ conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ Vallis Viridis Bovinæ Diœceſis, ut tom. 8. in Bovinen.*)

IV. 4 Fr. PETRUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1269. die quinta Novemb. 13. Indict. ſupra relata Goffridi comitis documenta à Nicolao Regali Conſiæ Judice authenticari petiit.

V. 5 GOBERTUS Montis-Viridis Epiſc. Judex delegatus Berardi Epiſcopi Præneſtini Apoſtolicæ Sedis Legati in Regno Neapolitano declaratus in cauſa, quæ vertebat inter Sinibaldum Epiſcopum Melphienſem, & Robertum de Juriaco Lavelli Domino anno 1280. ad favorem Epiſcopi ſententiam tulit. Idem memoratur in regeſt. Regio Caroli II. anno 1291.

VI. 6 LEONARDUS obiit anno 1348.

VII. 7 MATTHÆUS ex Archidiacono Epiſcopus evaſit defuncto Leonardo an. 1348. 3. Kal. Martii ad hanc dignitatem vocatus à Clemente VI. anno Pontif. 6. ut in reg. Vatic. ep. 108. fol. 115. ( „ *An. „ 1367. interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Audeni, „ de qua in Vigilienſibus.*)

VIII. 8 FRANCISCUS de Bellantibus nobilis Senenſis Juriſconſultus ſui temporis clarus, Montis-Viridis evaſit Epiſcopus, ab hac Eccleſia tranſlatus eſt ad Verulanam, deinde ad Narnienſem, tandem mortuus eſt Groſſetanus Epiſc. in patria anno 1417. Sepultus ſuit in Eccleſia S. Dominici, non in Cathedrali, ut 3. tom. in Epiſcopis Groſſetanis dicebamus, de quo in Verulanis Epiſcopis altum ſilentium tenuimus, ibi de eo debet fieri mentio ſuo in loco. Vitam ejus ſubſarcinavit quidam ejus ſynchronus, quæ extat in emortuali libro Eccleſiæ S. Dominici Senenſis, hanc ab erudito viro Iſidoro Ugurgerio lib. 7. virorum Illuſt. Senenſium hic exſcribamus.

*Reverendiſſ.* inquit, *D. D. Franciſcus Joannis de Bellantibus quondam Epiſcopus Groſſetanus, qui ſemper extitit Catholicus plurimum, & devotus, etiam dum fuit in matrimonio conſtitutus, qui etiam ſtudio litterarum maximè ſacrarum jugiter mancipatus, converſatione regulari, & moribus exemplaris fuit, ut non ſæcularis, ſed quaſi Carthuſienſis ab omnibus reputaretur, ſanè omni reprehenſione egreſſus ſuos continuè gubernavit, & rexit. In civitate enim noſtra Senarum omnibus affectionibus fuit ſingulariter acceptus, & gratus, & ab omnibus miro venerabatur affectu. Quem ego vidi in Palatio de prioribus unum, & officia plurima laudabiliter geſſit. Fuit etiam Orator per Dominium, ad grandia deputatus frequenter, in quo fuit excellentia ſpeciali inſignitus, & aptus, ut potè quia eloquentia dulciſſima rutilabat, & Rhetoricæ ſuadela dulcedinis Auditorum cunctorum mentes in non parvam convertebat admirationem, & de ſua legatione Orator rediens ſemper honorificentiam peroptatam ad ſuam reportabat civitatem nutricem. Tandem uxore ſua ſolvente debitum univerſæ carnis cum filio (de quo ſupra fecimus mentionem fol. . . ) videlicet Dominum Joannem, quem de legitimo ſuſceperat matrimonio, aliis neglectis curæ familiaris negotiis, ſe Bononiam tranſtulit. Ubi litterarum ſtudio una cum filio diligenter intendens, quem verbo, & opere animabat; tandem meritis poſcentibus præd. Dom. fuit in utroque jure honorabiliter doctoratus, ejuſque genitus, videlicet D. Joannes in civilibus tantù Cathedram doctoralem aſcendit. Reverſus vero de Bononia utriuſq; juris Doctor decrevit ordinem clericalem gra-*

dua-

Digitized by Google

*duatim aſcendere, prout egit. Et quia erat exemplaris converſationis dono inſignitus, ſcientia clarus, ſcientia venuſtiſſimus, fama tam vitæ, quam ſcientiæ aures implevit omnium in Romana Curia exiſtentium. Quibus currentibus per Romanos Pontifices variis temporibus ad quatuor fuit promotus Eccleſias. Nam primo fuit Epiſcopus ſanctæ Mariæ Montis-Viridis; ſecundo fuit Epiſcopus Verulanus, tertio fuit Epiſcopus Narnienſis, quarto & ultimo fuit Epiſcopus Groſſetanus. In quibus Epiſcopatibus egenorum miſeriam corde, & opere ſemper tulit. Nam multis pauperibus puellis nuptiæ, & matrimonium procuravit, & ego fui eius miniſter in pluribus. Egentis alimenta affectuoſa miſeratione conceſſit, maxime in tempore cariſtiæ. Quis queat verbo narrare veſtimenta, quæ pauperibus diſpenſavit? Non enim aliquo modo poterat egentium miſerias intueri (tanto pietatis premebatur affectu): pudicitiam ſemper & honeſtatem imitatus eſt. Finaliter confectus ſenio plurimum veneranda, ætatis videlicet 86. annorum, nulla alia corporali paſſione gravatus, quibus illa ætas venari ſuevit, omnia ſua, & ſuorum nepotum prudenter ordinans, quæ maxime ſui corporis funeralia cernebant, munitus devotiſſime Sacramentis Eccleſiæ ſacroſanctæ, jocunde nimis horam clauſit extremam die 6. Julii 1417 Die vero 8. dicti menſis traditus fuit Eccleſiaſticæ ſepulturæ a toto Clero, & populo noſtræ civitatis concomitante, & lugente tranſitum tanti Patris. Sepultus fuit ex oppoſito ad capellam Crucifixi in Eccleſia Fratrum Prædicatorum de Senis, quam capellam ſui antenati conſtrui fecerunt. Quam ipſe D. Epiſcopus præfatus dotavit uno perpetuo die ſex florenis, quorum tres expendi debent 3. die Maii in feſto Inventionis ſanctiſſimæ Crucis, alii vero tres 14. die Septembris in feſto Exaltationis ſanctæ Crucis præfatæ in pietantia Fratribus fienda. Conventus vero obligatur dictis feſtivitatibus in præfata Capella ſolemniter Miſſam cantare, luminaribus adhibitis conſuetis, & paramentis ſolemnibus, quæ ipſe Epiſcopus dictæ capellæ donavit. Pro cujus ſalute, & omnium ſuorum confidentis beneficiis, & ſuæ intenſæ dilectionis affectu apud divinam Majeſtatem continue preces fratres devote, & frequenter effundere debent. Requieſcat in pace. Amen.*

A

9 LAURENTIUS in vivis erat an. 1384. Urbano VI. ſedente obiit anno 1390. IX.

10 Fr. PETRUS de Rocca argenti Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini in demortui Laurentii locum eligitur Epiſcopus annu 1390. 18. Kal. Decembris ex lib. Oblig. Prælat. Sedit ſatis laudabiliter annis 28. Exceſſit ſub Martino V. anno 1418. X.

11 THOMAS de Tauratio, defuncto Petro, à Capitulo deſignatur Epiſcopus, quem Martinus V. Pontifex confirmavit 6. Kalend. Auguſt. 1418. Datum Geberi ex lib. Prov. prælat. XI.

12 MATTHÆUS Archipresbyter hujus Eccleſiæ ſucceſſit Thomæ anno 1422. 13. Kal. Januar. Exceſſit anno 1464. XII.

13 VIVIANUS de Vivianis civis Campanienſis, vir doctus, electus an. 1464. obiit anno 1492. („ *De eo Toppius in Bibl. Neapol. p.* 331. Mandoſ.) XIII.

14 FRANCISCUS de Oliveto electus an. 1492. die 10. Decembris. Obiit 1499. XIV.

B

15 Fr. PETRUS Ord. Prædicatorum Regis confeſſor ſucceſſit an. 1499. die 19. Julii. Exceſſit anno 1502. XV.

16 Fr. JOANNES de Salerno Ordinis Minorum præficitur hujus Eccleſiæ Pontifex die 18. Decembris 1503. obiir 1506. XVI.

17 BARTHOLOMÆUS de Capiteferro Melphienſis vocatus eſt ad Epiſcopatum Montis-Viridis anno 1506 die 14. Octobris à Julio II. Pontifice. Interfuit Lateranenſi Concilio ſob Leone X. anno 1515. Mortalitate vero exceſſit anno 152I. XVII.

18 HIERONYMUS de Caro Barolitanus creatus eſt Epiſcopus Montis-Viridis anno 1521. die 13. Martii. Anno vero 1531. 3. Julii habuit Eccleſiam Cannenſem, fuitque ultimus hujus Eccleſiæ Epiſcopus, cum eadem die Clemens VII. eam perpetuo univerit cum Nazarena de conſenſu Philippi Adimari Nazareni Archiepiſcopi. Hieronymus itaque per obitum Philippi Nazarenus fuit Archiepiſcopus, & Epiſcopus Montis-Viridis, ac Cannenſis, ut ſupra narravimus. XVIII

C

# METROPOLIS SIPONTINA,

## Cujus ſuffraganeus eſt unicus Epiſcopus Veſtanus.



SIPONTUM, vulgo *Siponto*, Sipus Straboni Plinioque à Sepiis piſcibus capiendis, Sypio Pomponio Melæ, & Ptolomæo, vetuſta erat civitas prope littus maris, Diomedis ędificium in ſaxoſa rupe ad Gargani montis radices, nunc veſtigia duntaxat antiquæ magnificentiæ oſtendens, & Baſilicam ſemirutam, fontemque, unde in civitatis forum aqua derivabat. Hæc Romanorum tempore habitatoribus vacua, deducta eò Colonia reſtituta eſt, Junio Bruto, M. Bebio, & M. Helvio an. ab Urbe condita DLXIV. ut ſcribit Livius lib. 34. Poſt Rom. ruinam Imperii a Sarracenis tempore Caroli Magni occupata, florentibus eorum rebus, & ipſa floruit, abſcedentibus iis direpta, & incenſa, civeſque omnes ad internecionem cæſi, & opes in Africam ablatæ. Narraut alii deſertæ civitatis cauſam fuiſse frequentes terræ motus, quibus ædificia quaſsata, civeſque metu in fugam acti.

Manſredonia, ſeu novum Sipontum ſolo ſitu, & loco pauliſper ab antiquo Siponto diverſa a Manfredo Rege an. MCCLVI. ad Septentrionale Gargani montis latus ſaxoſo in littore maris, in ipſo ſcilicet Sipontino portu ſuburbano (cujus Arx antiqua in caſtro Manſredoniæ adhuc extat) ſub clementiori cœlo, inque opportuniore loco ædificata ex ruinis veteris Siponti, Capitanatæ portus prius nuncupata, ut Collenuccius ſcribit. Sunt qui dicant hic fuiſſe antiquam urbem Apeneſtæ, ſed hoc Ptolomęi tabulæ non admittunt; nunc portus cauſa frequentatur. Hæc urbs habitatur familiis plus minus ſeptingentis, circuitus duorum circiter milliariorum, quatuor ſere millia nunc continet animarum. Hæc Lautrechio Franciſci I. Francorum Regis Duci oppugnanti ſua cum acie fortiter reſtitit, fidemque ſuam Carolo V. Auguſto egregiè probavit: extra urbem portus munitus eſt, cujus in ſcalarum gradibus, quibus ad naves deſcenditur, Bonæ Poloniæ Reginæ pedum veſtigia ſignantur. Elegans ſatis civitas eſt pluribus nobilibus familiis inhabitata, in quam ſedes Metropolitana Sipontina translata eſt in Baſilica S. Laurentio Sipontino Epiſcopo dicata, extructaque a Manſredo Rege urbis conditore, una cum magnifico, & regio templo Archiepiſcopali Cathedræ deſtinato (quam Tribunam incolæ vocant & a longè, eminet) nondum completo, & Campana, quæ præ magnitudine agitari non poſſit, ut Villanus in Chronica auctor eſt, quæ tamen campana hodie non extat. Multis Sanctorum reliquiis exornatur, præcipuè vero corporibus SS. martyrum Alexandri, Manri, Flaviani, & Aureliæ, ac brachio ejuſdem S. Laurentii, & in ea ſacris miniſtrant Canonici xvi. è quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus, Archipresbyter, & duo Primicerii, qui ex Apoſtolico privilegio uſum mitræ habent. Seminarium Clericorum olim à Turcis fuit devaſtatum. In hac civitate Parochiales Eccleſiæ pręter Cathedralem nullæ ſunt, nec Collegiata alia Eccleſia; virorum cœnobia quinque ſunt, unum Cœleſtinorum Monachorum, cæteri quatuor Mendicantium, unum nempe Ord. Prædicatorum regio extructo templo Divæ Magdalenæ à Carolo II. reliqui tres Franciſcanorum ſcilicet de Obſervantia, Conventualium, & Capuccinorum: Sanctimonialium duo ſunt monaſteria, quorum alterum eſt ſub titulo D. Annunciatæ Ordinis S. Benedicti, alterum S. Claræ. Hoſpitalis domus una, laicorum ſodalitia quatuor. In ſummitate Gargani montis ſexto à Manſredonia milliario poſitum eſt oppidum S. Angeli, ejuſdem Sipontinæ diœceſis, unde mons ipſe aliquando S. Angeli nuncupatur. Locus eſt natura munitus, & rerum ad humanum victum neceſſariarum copia abundans, præcipue vino rubro pretioſiſſimo. Hoc olim oppidum ab Angeli Michaelis apparitione nuncupatum Sarraceni diu habitarunt, nec quicquam repugnantibus Chriſtianis, multaque adhuc extant Sarracenorum ſepulchra ſaxo excavata. In hoc S. Angeli oppido viſitur ſacrum antrum, ſive Eccl. toto orbi celeberrima tit. S. Michaelis Arch. nō manu facta, non humana induſtria, aut labore excitata, ſed divina virtute, ut loci traditio habet in rupe Gargani montis ad templi cujuſdam ſimilitudinem conformata eſt. Aditus in eam patet per portam a Principibus ſtructam, unde Septemtrionem verſus per gradus quinquagintaquinque eſt deſcenſus, aperturis ſupernè factis illuſtris; in imo ſcalarum eſt Cœmeterium aperto ſub cœlo, indeque per portam æneam patet ingreſsus in ſacram ſpeluncam, antrum horrendum umbroſum ſolido in lapide humorem ſtillante excavatum, in cujus conſpectu chorus eſt quatuor gradibus, reliquo antro ſublimior, in cryptæ extremo eſt ara maxima manu facta, ubi quotidiana ſacrificia peraguntur, nec longè hinc abeſt fons aquas leviter ſtillans ſanandis mortalium corporibus Michaelis Archangeli virtute præſtantes. Sunt & duo alia altaria, & oratoria. Pavimentum antri totius candidis, & purpureis è marmore tabulis conſtructum eſt, ſupra

ipſum

ipſum vero antrum locus eſt altiſſimus arboribus vernans, ſingulari loci ornamento, cum circum rectæ omnes rupes nudæ, ac ne gramine quidem ipſo veſtitæ ſpectentur. Arburum ramis ſaxa pendent plutima, votivo piórum labore illuc comportata.

Hic ille eſt locus Michaelis Archangeli apparitioni conſecratus, turumque per orbem miraculi cauſa celebratus, ubi fuit illuſtris illa ipſius Michaelis Archangeli apparitio Gelaſio I. Pontifice anno ſalutis CCCCLXXXXIII. cujus memoriam Romana & Catholica per totum orbem Eccleſia anniverſaria ſolemnitate concelebrat octavo Idus Maii. Qua die cum in Taurum eo ſugientem conjecta à Paſtore ſagitta in ipſum recidit ſagittarium, quo miraculo perterritis Sipontinis poſt tridui jejunium, & orationem ab Epiſcopo Sipontino S. Laurentio indictam, Archangelus Michael admonuit, in ſua tutela eſſe eum locum, eoque indicio demonſtraſſe, velle ſe ibi cultum Deo ſui, & Angelorum memoriam adhiberi. Quare Epiſcopus una cum civibus in ſpeluncam pergens, locum illum divinis officiis celebrare cœpit, ad quem multis ſubinde miraculis illuſtratum frequentiſſima ex tempore eſſe cœpit Chriſtianorum peregrinatio: ſiquidem ut cætera interim ſileamus, Othonem II. Auguſtum in Creſcentio contra fidem interpoſitam occidendo ad crimen admiſſum præſenti jam multo ante Archangeli expiandum Roma ad montem Garganum Michaelis numine celebrem nudis pedibus ſancto Romualdo admonente peregiſſe, Petri Damiani Cardinalis Epiſcopi Oſtienſis, & gravis eorum temporum ſcriptor memoriæ prodit, quod in annum Dom. 1001. incidiſſe Signnius ſcribit. Leo etiam IX. Pont. Max. anno MXL:X. Garganum montem celebrata religionis ſama commotus viſitavit. Aureum Archangeli Michaelis Patroni ſimulachrum hoc in loco fuiſſe olim narrant, cujus loco argenteum collocatum, eoque detracto marmoreum pulchertimum à Michaele Angelo Bonarota celeberrimo ſculptore elaboratum appoſitum, quod adhuc ſpectatur. Divinum penſum exolvunt in hoc ſacro loco Canonici XVI quos Garganicos vocant, è quibus quatuor dignitate ſunt exornati, & Archipresbyter una cum Canonicis animarum curam gerit. Cæterum Garganici Canonici, & incolæ vano prætextu, quod Sipontini Archiepiſcopi, ſive bellorum fugiendorum cauſa, ſive amœnitate loci oppidum illud aliquando inhabitaſſent, Archiepiſcopali titulo exornati conati ſunt, adeoque ita eorum exarſit deſiderium, ut Sipontinum Archipræſulem temere Garganicum appellarent, duaſque Sedes ad invicem ſimul unitas deprædicarent; in caſſum tamen laboraſse à primo eorum conatu docet Alexandri III. Pontificis Max. ſententia, quam in Garganicos ipſos jure merito tulit, cum eorum retexiſſet conatum, abraſum ſcilicet, vitiatumque ab ipſis Garganicis Eugenii III. privilegium propriis uſurpaſſet oculis. Alexandri judicium Lucius, Cœleſtinus, Innocentiuſque III. aliique Pontifices confirmarunt, ſicque Eccleſiam Sipontinam tantum Archiepiſcopalem ſedem, eumque eſse Sipontinum Archiepiſcopum, Garganicos verò Sipontinis ſubjectos eſſe Romani cenſuerunt Pontifices. De qua re mox in ipſa Sipontinorum Archipræſulum ſerie plura hauriet prudens lector. Cæterum in hac terra S. Angeli una alia parochialis Eccleſia eſt, Virorum cœnobia tria, Sanctimonialium unum divæ Claræ, xenodochium, & aliqua laicorum ſodalitia, familiæ in eo quingentæ, animarum fer nè tria millia cenſentur. Ignoraſse Sipontinos Chriſti fidem, quouſque Princeps Apoſtolorum Petrus Romam petens Sipontum appuliſset, Summontes p. 1. lib. narrat, ideoque Eccleſiam Sipontinam antiquiſſimam eſſe opus eſt aſſerere, & conſtat ex Concilio Romano ſub Hilario Papa celebrato circa annum Dom. CCCCLXV. cui ſubſcripſit Felix Epiſcopus Sipontinus. Et Felix alter Sipontinus Epiſcopus vixit Gregorii Magni temporibus, ad quem ejuſdem extant epiſtolæ, ut videre eſt in ipſius operibus. Interea poſt aliquot annos à Felicis interitu, cum Longobardi, & Græci inter ſe ad Garganum montem pro ejus loci poſſeſſione decertarent, Longobardi victoria potiti ſacram Michaelis ſpecum, & circumcirca regionem diripuerunt anno DCLVII. Conſtantius verò Conſtantinopolitanus Imperator anno DCLXIII cum in Longobardos bellum moviſſet, Apuliam totam ſuo ſubjugavit imperio, eamque penè depopulatus fuit; Vitellianus verò Papa anno DCLXVIII. ipſam Sipontinam Eccleſiam S. Barbato Beneventano Epiſcopo, ſuiſque ſucceſsoribus conceſſit, ut in Actis ejuſdem Barbati, tum in litteris Vitelliani ad Barbatum datis legitur, quas recitat Marius Vipera in lib. de Beneventanis Epiſcopis. Per quadringentos ferè annos Sipontinam Eccleſiam Beneventanis Præſulibus commendatam manſiſse docent aliquot Summorum Pontificum diplomata apud eundem Marium, & Anonymi Chronica cœnobii Beneventani S. Sophiæ, qua inter cætera extant donationes Joannis, qui ſe inſcribit Beneventanum, & Sipontinum Epiſcopum, & Landulphi, qui primus fuit Beneventanus Archiepiſcopus, pari modo ſe intitulat Beneventanum, & Sipontinum Archiepiſcopum. Ab anno igitur DCLXVIII. noſtræ ſalutis ad Benedicti IX. Papæ, qui in Cathedra Petri ſedere cœpit anno MXXXIV. qui Beneventanæ Eccleſiæ præfuerunt, Sipontini jure merito Præſules cenſendi ſunt. Cæterum Sipontinam Eccleſiam ſui juris factam Archiepiſcopali dignitate exornaſse ipſum eundem Benedictum IX. Pontificem, ac Metropolitanam conſtituiſse Paſchalem II. dum Veſtanum Epiſcopatum Eccleſiæ Sipontinæ conceſſit teſtatur Innocentius III. in bulla ad Sipontinum Capitulum data infra recenſenda. Conſtat ob Siponti interitum translatam in novam civitatem Manſtedoniæ Archiepiſcopi Sipontini ſedem. Unde Sipontini Antiſtitis nomen hodieque manet, & Manfredoniani.

De Archiepiſcopo Sipontino habetur in c. Te referente de celebrat. Miſs. in c. 2. de adult. in c. Si juſtus 27. quæſt. 2. ubi Gregorius ſcribit Viteliano Epiſcopo Sipontino. In libr. Cameræ Apoſtolicæ quingentorum vigintiocto florenorum Archiepiſcopo Sipontino præfixa taxa eſt, annuus verò cenſus Archiepiſcopalis menſæ bis mille, ac quingentorum ducatorum monetæ illarum partium cenſetur. Binas domos Archiepiſcopales habet Archipræſul, quarum altera olim per Cardinalem Comenſem Archiepiſcopum in civitate Manſtedonia propè Metropolitanam condita, altera ad delitias in terra Montis S. Angeli Garganica antiquitus nuncupata, ſita eſt. Diœceſis Sipontina eſt circuitu circiter milliariorum nonaginta. Decem oppidis conſtat, quibus totidem præſunt Archipresbyteri. Erant in hac diœceſi virorum cœnobia decem, & octo, Sanctimonialium duo, Abbatiæ verò commendari ſolitæ tres, nimirum S. Leonardi Ord. Theutonicorum ditiſſima annui redditus vigintimillium aureorum, S. Mariæ de Puiſano S. Benedicti inſtituti, tertia S. Joannis in Lamis Ord. Ciſtercienſis, cui ſubeſt in temporalibus oppidum S. Marci. Clerus totius diœceſis conſtat Archipresbyteris undecim; populus animabus 25. M. Provincia quinque Epiſcopales ſedes olim complectebatur, nempe Melphien. Monopolitaneo. Rapollanen. Trojanan. Veſtanen. à quibus præter Veſtanam exemptio prætenditur, ut propterea ſynodus Provincialis celebrari non poſsit. De Epiſcopis Trojanen. Melphien. Monopolitanen. egimus in primo tomo, de Rapollanis ibi non egimus ex lapſu memoriæ, agemus hic poſt Veſtanos, ut ſuo aliquando reſtituantur loco, nempè poſt Melphienſes in primo eodem tomo. Porrò hujus Eccleſiæ Præſules à nobis ex variis monumentis collecti ſequentes ſunt.

*A D D I T I O.*

(„ *Sedes Metropolitana Sipontina in novam ci-*
„ *vitatem* ( Manfredonia vulgò ) *translata S. Lau-*

,, rentio Sipantino Epiſcopo, & Sipontinorum præcipuo patrono ſacra eſt: eique inſerviunt 4. dignitates cum privilegio utendi mitra, annulo, & podiis; Archipresbyter inſuper Crocciæ uſum habet. His adduntur 12. Canonici, 4. Manſionarii, unus Oſtiarius, qui Abbas intitulatur, aliique presbyteri, inferioreſque Clerici. Præbendæ Theologalis, & Pęnitentiaria adhuc deſiderantur, quas Eminentiſs. Card. Urſinus ſupplevit inducto regulari viro, pro eodem annuo attributo ſtipendio 30. ducatorum. Ejuſdemque opera pro ipſius primarii templi fabricæ reparatione aſſignatus eſt cenſus annuatim ſolvendus Duc. 202. Archipresbyter totius civitatis animarum curam habet, quæ omnes computantur ferè bis mille ſexcentæ, ex familiis 735. coaleſcentes. Intra męnia Virorum cęnobia quatuor ſunt, & duo ſanctimonialium. Extra civitatem extant Capuccini, & Obſervantes. Seminarium clericorum poſtrema Turcarum invaſione ſublatum reſtitutum fuit omninò ab Eminentiſſ. Urſino, & in eo adnumerati fuere 24. alumni, cujus pariter ſolertia emerſit Xenodochium pro infirmis, & peregrinis, mons Pietatis, & Mons frumentarius. Diœceſis eſt circuitus fere milliariorum 90. & hæc oppida, ſeu terras comprehendit, in quibus omnibus Archipresbyteri ſunt: Monte Gargano, Iſchitella, Peſchici, Rodi, Rignano, Carpino, Vico, Cagnano, S. Gio. Rotondo: & in his connumerantur animæ circiter 15. mille. Archipresbyteri omnes die 7. qualibet anniverſaria Februarii S. Laurentio ſacra coram ſe ſiſtunt Archiepiſcopo in Metropolitana Eccleſia, eique publicè obſequium præſtant, & obedientiam, ſuatque 33. præter eum Cathedralis, quorum plurimi titulares ſunt. Hujus menſæ redditus annui computantur ejus monetæ duc. 3500. in lib. Rom. Cancel. taxantur fl. 520. De Sipontinis Epiſcopis noviſſime ſcripſit Pompejus Sarnellius, nunc meritiſſimus Vigiliarum Antiſtes, è quo emendatiorem hanc ſeriem damus.

I. ,, S. JUSTINUS Siponti nobilis civis, & ſeptimus Dux Tiberio Claudio Imperium orbis occupante. Hic tum Græcis, tum Latinis litteris ſcientiſſimus, veluti alter Areopagita Dionyſius, ex ſolis defectu offuſum tenebris conſpiciens orbem, terramque tremore ingenti concuſſam, ex quo diſciſſi etiam ſunt lapides ipſius Garganici montis, animo irrequietus perpendens, quid hoc portenderet, intellexit tandem à D. Petro, cum Sipontum advenit Romam progreſſurus, id præter omnem naturæ ordinem evenisse, quia tunc temporis momento Author naturæ dei filius factus homo paſſus fuiſſet. Edoctus igitur à tanto Magiſtro ſe mancipium Crucis dixit, & ſacris lymphis conſperſus primus Sipontinis Epiſcopus attributus eſt ab eodem Petro an. Chriſti 44. Juſtinus igitur, ſignato ovili ſuo divini Salvatoris teſſera, opus coadjuvante S. Orontio Lyciensi in eadem ſorte primo Epiſcopo, & martyre, ſacellum ſtatuit Deo, ejuſque parenti Virgini prope ipſam urbem, cujus excolendam adhuc in terris converſantem ſacram imaginem penicillo, ut fertur, S. Lucæ expreſſam fideli populo expoſuit. Hanc devotiſſimam ædem nuncuparunt Fideles S. Mariam Majorem; temporum turbine quaſſatam innovarunt poſteri in proximiori loco erecto templo eidem, quod Archiepiſcopus Card. Gymnaſius ornavit tabula ipſa SS. Virginis decentiſſimè ibidem collocata, & vocatur nunc S. Maria de Siponto, accedente demum ſolemni conſecratione per manus Fr. Vincentii Mariæ Cardinalis Urſini Archiepiſcopi Juſtinus verò quievit in pace die poſtrema Decemb. an. C. 111. ſepultus in ſua Eccleſia, ubi in plumbea capſula ejus aſſervantur reliquiæ. De eo ſacræ Sipontinæ tabulæ, Ferrarius in Catalogo Sr. Italiæ ad eam diem. Acta periere, cum ceſſerunt Turcarum prædæ pretioſiora Siponti. Sarnellius.

II. ,, N. . . . cujus nomen in cœlo deſcribitur huic gregi immediate poſt Juſtinum præfuit, ſuumque populum collectis eleemoſynis plurimum juvit pro militaribus, aliiſque ſtipendiis ſolvendis. Ipſe verò ad cœlos rapitur circa an. 132. de quo agunt hujus Eccleſiæ monumenta. Vacavit hæc ſedes annos ſex. Sarnellius.

III. ,, N. . . . . civis, & Epiſcopus Sipontinus an. 138. urgente perſecutione dum ſacri libri flammis traduntur, ipſe viva Spiritus S. Bibliotheca publica, & privata concione oves inſtruit, & ſanguine effuſo doctrinæ ſuæ teſtimonium dedit an. 194. Annorum deinceps ſpatio 72. vel in orbitate manſit paſtorum grex iſte, vel eorum periit omnis memoria. Sarnellius.)

IV. 1 N. (1) . . . Epiſcopus erat Sipontinus ſub Maximiliani ſæviſſima perſecutione: nomen tamen ignoratur. Is præceptor fuit S. Juſtini Sipontini Presbyteri, qui una cum fratribus ſuis Florentio, & Felice, cum Juſta virgine pro Chriſto in Aprutio vitam conſumpſerunt, quorum Acta in Epiſcopis Theatinis retulimus.

V. (,, S. EUSANIUS nobilis Sipontinus, qui furente adhuc in Chriſtianos perſecutione ſacro baptiſmate conſperſus, & ſacerdos ordinatus in abditiori montium ſpelunca ſeptennium eremiticam vitam duxit, cujus fama cum divulgata eſſet ob vitam mortuo reſtitutam, cleri, populique conclamantibus votis Leoni ſuffectus ſtatim eſt. Sed cœleſti ductus impulſu comitantibus Theodoro presbytero, ejuſque fratre germano, atque Gratula ſorore cum Theodoſia collactanea, & Domitiano diſcipulo, quem à mortuis ſuſcitaverat, in Samnium abiit, Furconiumque pervenit ad excolendam in iis populis fidem, concivium recenti ſanguine purpuratam. Ibi Theodoſia, & Gratula in Virginitatis cœleſti vinculo relictis Romam ad ſummum Pontificem cum ſociis venit, ubi Apoſtolica expeditione munitus, & Apoſtolorum principis monitu omnes ſuffulti, ipſe Furconium rediit, Theodorus Cajetæ ſubſtitit. Gratula, adſtante Euſanio, ſanctiſſimè obiit, quam & ipſe ad æthera ſecutus eſt die 9. Julii, an. 300. de quo agit Ferrarius ad eam diem, quem etiam martyrii laureola in notis dignum dicit. Theodorum Epiſcopali infula, & effuſione ſanguinis decoratum in ſede Cajetana ſcribit Sarnellius. Conſulat lector, quæ enunciavimus de Epiſcopis Cajetanis: hos nonniſi poſterioribus ſeculis emerſiſſe arbitramur, neque de hoc Theodoro in tabulis illius Eccleſiæ aliqua mentio habetur: quod ſi in ejus regimine martyrii gloria purpuratus fulſiſſet, noctem ignorantiæ non tranſigeret in ejus diptycis. Sed & Euſanius, de quo egimus, ita acclamatus ab univerſo fidelium cœtu, abſens ſemper, & nunquam inauguratus nomen tantum geſſit Epiſcopi Sipontini, & hos inter Antiſtites cooptandus ob ſummam in eum gregis venerationem, qui ab alterius electione abſtinuit, donec ipſe vixit.

VI. ,, N. . . . . . delato nuncio obitus Euſanii an. 300. alter adlectus, cujus nomen ignoratur. Hic ſtatim plurimis ex clero, & populo comitantibus Furconium adiit, corpus inde S. Evaſii Sipontum delaturus die 25. Junii 301. Sed Furconienſi plebe reſiſtente, ab ipſo etiam S. Euſanio in ſomnis admonitus fuit, quo vellet apud Furconienſes recondi, cœleſtis flammæ radio locum indicans; ubi ſacra illicò emerſit ædicula, & in ea devotiſſimè à Sipontino Præſule reclinatum: & his peractis ad ſuum rediit ovile. Exinde propè Furconium Domitianus Euſanii diſcipulus, Theodoſia Collactanea ejuſdem, & Agia virgo Furconienſis poſt multa pro Chriſti nomine tormenta martyrii coronam accepèrunt: quorum corpora ſecus illud S. Euſanii depoſita ſunt, & innumeris inde miraculis prodeuntibus, ſupplici advenienti populo ut locus conquieſcendi eſſet, oppidulum ibi ſubſtructum fuit,

quod

(1) Leo ille eſt Sipontinorum Pontifex, à quo ſuam exorditur ſeriem Ughellus ejuſdem tamen ignorato nomine, quod ſe decerpſiſſe inquit laudatus Sarnellius ex antiquo membranaceo Mſ. Bovinenſis Eccleſiæ ſanctitatis titulo prænotatum. Hac ſede fulgebat an. 266. quievit in Domino an. 293. ut enarrat idem Sarnellius.

„ quod S. Euſanii appellarunt, vulgò S.Sano. Nec
„ minor erga ipſum apud Sipontinos religio fuit,
„ eodem tempore, ejuſdemque in honorem templo
„ excitato ab Epiſcopo, qui in pace quievit an.333.
VII. „ N.....cujus & nomen in tenebris latet, dignus
„ ſucceſſor adſcitus eſt an. 333. Oratorium ſubſtruxit
„ in valle Daunia, quæ nunc S. Orontii nuncupatur,
„ in obſequium ipſius S. Orontii Epiſcopi, & m. Ly-
„ cienſis. Plenus meritis deceſſit an. 380. vacavitq;
„ hæc ſedes annis 5.
VIII. „ N.... ſubſequitur an. 385. Sipontinæ Cathe-
„ dralis presbyterum & Archidiaconum ordinavit
„ Felicem Felicis Sipontini Ducis filium: in Epiſco-
„ pali honore ſanctè, & diutiſſimè traducta vita ad
„ cœlos evolavit, incertum quo anno. Sarnellius.)
IX. 2 FELIX Sipontinus Epiſcopus primus cujus
nomen extet, qui interfuit Romano Conc. ſub Hi-
lario Papa an. D. 465.
(„ S. Felix deceſſoris diſcipulus, & Archidiaco-
„ nus, ejuſque ſucceſſor Rom.Conc. interfuit an.465.
„ & proxime ſequenti eſſe deſiit, de cujus obitu le-
„ gitur in Breviario hujus Eccleſiæ: Felix Siponti-
„ næ Eccleſiæ ſanctiſsimus obiit Epiſcopus: & diu
„ populus Sipontinus abſque Paſtore fuit. Ea inte-
„ rim Fauſtus Archidiaconus Vicarius à Clero ele-
„ ctus ſacrorum curam geſſit. Ea enim erat hiſce tem-
„ poribus rerum confuſio exterarum Gentium barba-
„ rico irruente furore, ut irruptioni Oſtrogothorum
„ ceſſerit Sipontum, atque prævalente Arianorum
„ potentia abſtinuit Clerus iſte ab Epiſcopi electione,
„ rei Catholicæ injurioſa ne eveniret. Demum Ze-
„ nonis imperium cum in Oriente illuxiſſet, ejus à
„ Sipontinis implorato auxilio per ipſum Archidiaco-
„ num Fauſtum Oratorem ad eumdem ablegatum
„ Laurentium, quem mox enumerabimus, agnove-
„ re Paſtorem Sarnellius.)
X. 3 S. LAURENTIUS a Sipontinus Epiſcopus
Zenonis Imperatoris conſanguineus, virtute cla-
rus, ſanctitate conſpicuus ſub Gelaſio I. Papa cla-
ruit an. 493. quando S. Michael Archangelus in
monte Gargano apparuit, ac altaria templi eidem
Archangelo dicati cum aliis Epiſcopis conſecravit.
Ejus dies feſtus celebratur à Sipontinis 7. Idus Fe-
bruarii, ejuſque lipſana à veteri Siponto in novam
Metropolitanam ejus nomini dicatam tranſtule-
runt. De eo legitur in veteri Mſ. Sipontinæ Ec-
cleſiæ breviario, cum è Conſtantinopoli ad ſedem
ſuam veniſset ſecum multa Sanctorum lipſana de-
tuliſse, & in Cathedrali recondidiſse, inter quæ
celebrantur Mamilla S. Agathæ martyris, & os
brachii S. Stephani Protomartyris, unde hymnus
in ejus honore.

*Laurentius Bizantio*
*Pius recedens, munera*
*Petit, peroptat, impetrat,*
*Ductique ſacra Martyrum,*
*Mamilla fertur Agathæ,*
*Divique Prothomartyris*
*Os Brachii.*

Laurentius ipſe Sipontinorum piis adjutus eleemo
ſynis, in honorem S. Petri Apoſtoli, qui Siponti-
nam civitatem ad Chriſti fidem convertit, tem-
plum ædificavit, altaria duo, unum in Beatiſſi-
mæ Virginis Mariæ, alterum S. Joannis Baptiſtæ
honorem conſecravit, aſſiſtentibus ſanctis Epiſco
pis Richardo Andrienſi, Pelagio Salpenſi, Eu-
tychio Tranenſi, Joanne Rubenſi, Sabino Can-
nuſino, Auſterio Venuſino, & Rogerio Cannen
ſi, in cujus vita legitur, quo cum omnes iſti ſancti
Præſules pedibus Garganum montem aſcenderent,
præ nimio calore, ne fatigarentur benigniſſimus
Deus, intercedente Michaele Archangelo, miſit
quatuor Aquilas eximię magnitudinis, e quibus duæ
expanſis alis velut umbraculum ſanctis epiſcopis
ſerviebant, alteræ duæ iactu alarum ſuaviſſimam
excitabant auram ante eos: at ubi ventum fuit ad
faſtigium montis, diſparuerunt non ſine ipſorum
ſanctorum magna conſolatione. Pauca hæc de
Laurentio habent acta, præter ea, quæ de ipſo

a De quo Acta SS. Februarii tom. 2 p. 5?. & fuſius Sarnellius de Epiſcopis Sipont. p. 37.

A memorantur in legenda apparitionis S. Michaelis
Archangeli. Hanc placuit hic ex Codice Bibliothe-
cæ Vaticanæ deſumptam verbatim recitare, tamet-
ſi nuper Neapoli impreſſa legatur.

*Legenda Principis Angelorum.*

Memoriam B. Michaelis Archangeli toto orbe veneran-
dam, ipſius & ope condita, & conſecrata nomine demon-
ſtrat Eccleſia, quæ non metallorum fulgore, ſed privile-
gio commendata ſignorum, vili facta ſchemate, ſed cœle-
ſti prædita virtute, utpotè, quia fragilitatis humanæ me-
mor Archangelus è cœlo veniens, ad promerendam ibi mor-
talibus, ſupernorum ſocietatem propria ſibi manu conde-
re dignatus eſt, vertice ſiquidem montis excelſi poſita de
corpore ejuſdem ſaxo ſpeluncæ inſtar præcavata oſtendi-
tur. Eſt autem locus in Apuliæ finibus, ubi inter ſinum
Adriaticum, & montem Garganum civitas Sipontus ſita
eſt, qui à mœnibus civitatis ad duodecim millia paſſuum
erectus in cacumine ſupremo Beati Archangeli, quam præ-
fatus ſum geſtat Eccleſiam. Hanc mortalibus hoc modo
cognitam.
B Erat in eadem civitate vir prædives quidam nomine
Garganus, qui ex eventu ſuo Montis ſibi vocabulum indi-
dit, hujus dum pecora quorum infinita multitudine polle-
bat: paſſim per diverſa montis latera paſcerentur. Con-
tigit Taurum armenti gregis conſortia ſpernentem, ſingu-
larem incedere ſolitum, ad extremum redeuntibus pecori-
bus domum non eſſe reverſum, quem dominus collecta ſer-
vorum multitudine, per devia quæque requirens, inve-
nit tandem in vertice montis foribus cujuſdam aſſiſtere ſpe-
luncæ. Itaque permotus, cur ſolivagus incederet, arrepto
arcu, appetit illum ſagitta toxicata, quæ velut venti fla-
mine retorta, eum, à quo jacta eſt, mox reverſa percuſ-
ſit. Turbati cives, & ſtupefacti qualiter res fuerit effecta,
non enim accedere propiùs audebant, conſulunt Epiſco-
pum Laurentium, quid facto opus ſit, qui indicto jejunio
triduano, à Deo, monuit eſſe quærendum.
Quo peracto S. D Archangelus Epiſcopum per viſionem
alloquitur dicens. Jam bene feciſti, quod homines late-
bat, à Deo quærendum decernens miſterium, cauſam vi-
delicet hominis ſuo telo percuſſi Sciatis autem hoc mea ge-
C ſtum voluntate, ego enim ſum Michael Archangelus, qui
in conſpectu Domini ſemper aſſiſto, locumque hunc in ter-
ris incolere, tutumque ſervare inſtituens, hoc volui pro-
bare indicio omnium, quæ ibi geruntur, ipſiuſque me loci
inſpectorem eſſe, atque cuſtodem. His revelationibu com-
pertis conſuetudinem fecere cives, hic Dominum precibus,
ſanctumque depoſcere Michaelem, duas ibi quidem januas
cernentes, quarum una auſtralis, quæ & major erat ali-
quot gradibus in Occaſum vergentibus adiri poterat. Sed
ne ultra cryptam intrare auſi, præ foribus quotidie oratio-
ni vacabant.
Inter hæc Neapolitani paganis adhuc ritibus oberran-
tes, Sipontinos, & Beneventanos. qui circiter quinqua-
ginta millibus à Siponto diſtant, bello laceſſere tentant,
qui Antiſtitis ſui monitis edocti triduo petunt inducias, ut
triduano jejunio liceret, quaſi fidele patrocinium ſancti Mi-
chaelis implorare præſidium quo tempore Pagani ludis
cerritis falſorum invitant auxilia Deorum. Ecce autem
nocte ipſa, quæ belli præcederet diem, adeſt in viſione
ſanctus Michael Antiſtiti, PRECES DIXIT EXAU
D DITAS, VICTORIAM SPOPONDIT AFFUTURAM,
ET QUARTA DIEI HORA BELLO PRAEMONET
HOSTIBUS OCCURRENDUM. Læti ergo mane, & de
Angelica certi victoria dominico redacti ſpiritu, obviant
Chriſtiani paganis. At in primo belli apparatu, Garga
nus immenſo tremore concutitur. Fulgura crebra volant,
& caligo tenebroſa totum montis cacumen obduxit. Imple-
ta prophetia, quæ Dominum laudans ait. Qui facit An-
gelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.
Fugiunt itaque Pagani partim ferro hoſtium, partim
igniferis impulſi ſagittis: & Neapolim uſque ſequentibus,
atque extrema quæque cædentibus adverſariis, mœnia
tandem ſuæ urbis moribundi ſubintrant Qui autem eva-
ſere periculum: comperto quod Angelus Dei in adjutorium
venerit Chriſtianis (nam & ſexcentos ferè ſuorum fulmi-
ne videbant interemptos) Regi Regum Chriſto continuò
colla ſubmittentes, armis induuntur fidei, cumque domum
reverſi victores vota Domino grattiarum ad templum refe-
runt Archangeli, vident mare juxta januam Septemtrio-

Nai-

*nalem, quam prædixi, juxta poſtevulam puſillam, quaſi hominis veſtigia marmori arctius impreſſa, agnoſcuntque Beatum Michaelem hoc præſentiæ ſuæ ſignum voluiſſe monſtrare. Ubi poſtea culmen appoſitum, & altare impoſitum, ipſaque Eccleſia ob ſigna veſtigiorum Apedanea eſt vocata.*

*Multa namque dubitatio erat inter eos, quid de loco agerent, & ſintoare, vel dedicare Eccleſiam deberent, unde collatione facta, ad Meridiem loci illius B. Petri Apoſtolorum Principis nomine condunt Eccleſiam & dedicant, in qua etiam Beatæ ſemper Virginis Mariæ, ſanctiq; Joannis Baptiſtæ altaria ſtatuunt. Tandem Antiſtes ſalubri reperto conſilio, Gelaſium Romanum Epiſcopum, quid de his agendum ſit per nuncios ſciſcitatur. Qui tunc fortè erat in Monte-Soceatc quinquageſimo ferè milliario à Romana Urbe diſtante, quem incolæ ſancti Silveſtri cognomine vocant, eoque & ipſe ibi quondam exulans pro fidei perſecutione delituerat talia mandata remittit. Si hominis eſt illam dedicare Baſilicam eo maximè die, quo victoria data eſt, fieri oportet: ſin autem ſancto proviſori loci placuerit, eodem præcipuè die illius in hoc voluntas eſt quærenda. Hoc ergo tempore imminente agamus ambo triduanum cum civibus noſtris jejunium, ſanctam Trinitatem rogantes, ut munera, quæ per ſummum ſuæ Sedis miniſtrum conferre dignatus eſt, ad certum uſque finem perducat. Factum eſt, ut dixerat Antiſtes.*

*In nocte vero conſtitutis jejunii ſuprema Angelus Domini Michael Epiſcopo per viſionem apparens ait. Non eſt, inquit, vobis hanc, quam ego ædificavi dedicare Baſilicam, ipſe enim qui condidi, etiam dedicavi. Ubi ſaxa panduntur, ibi peccata hominum dimittuntur, hæc eſt enim domus ſpecialis, ubi quæque noxialis actio diluitur. Vos tantum intrate, & me aſſiſtente patrono, precibus locum frequentate, & te quidem cras ibidem Miſſas celebrante juxta morem populus communicetur. Meum autem erit oſtendere quomodo per memet locum ſacraverim illum. Advenium manè cum oblationibus, & magna inſtantia precum intrant Regiam Auſtralem. Et ecce longa porticus in Aquilonem porrecta, atque illam attingens poſterulam, extra quam veſtigia marmori ut diximus, impreſſa. Sed priuſquam huc perveniant, apparet ad Orientem baſilica pergrandis, ad quam per gradus aſcenditur: hæc cum ipſa porticu ſuo, quingentos fere homines capere videtur. Altare venerandum, rubroque contectum palliolo prope medium parietis Meridianum oſtenditur. Erat autem ipſa domus anguloſa, non in more operis humani parietibus erectis, ſed inſtar ſpeluncæ prœrupte, & ſæpius eminentibus aſperata ſcopulis. Culmine quoque diverſæ altitudinis, quod hic vertice tangi, alibi manu vix poſſit attingi. Credo docente Archangelo Deum, non ornatum lapidem, ſed cordis quærere, & diligere puritatem. Vertex verò Montis extrinſecus partim quercea ſilva tegitur, partim virenti planitie dilatatur. Miſſarum itaque celebratione completa, magno attoniti gaudio, quique redierunt in ſua. Epiſcopus autem delegato miniſtrorum, cantorum, ſacerdotumque officio, & manſione conſtructa omnem ibidem quotidie Pſalmorum, Miſſarumque curſum, congrua præcepit ordine celebrari. Nullus autem illuc nocturno eſt tempore auſus ingredi; ſed aurora tranſacta matutinum ibidem decantant & hymnos.*

*Ex ipſo autem ſaxo, quo ſacra contegitur ædes ad Aquilonem altaris, dulcis, & nimium lucida guttatim aqua dilabitur, quam incolæ ſtillam vocant. Ob hoc, & vitreum vas ejuſdem receptui præparatum argentea pendet catena ſuſpenſum, moriſque eſt populo communicato, ſingulos ad hoc vaſculum aſcendere per gradus, donumque cœleſtis deguſtare liquoris, nam & guſtu ſuavis eſt, & tactu ſalubris. Denique nonnulli poſt longas febrium flammas, hac hauſta ſtilla, celeri conſeſtim refrigerio potiuntur ſalutis. Innumeris quoque, & aliis modis ibi, & crebro ſanantur ægroti, & multa, quæ Angelicæ licet poteſtati gerere miracula comprobantur, maximè tamen ejuſdem diei natalis, cum & de provinciis circumpoſitis plus ſolito confluens turba recurrat, & angelicę virtutis major quodammodo credatur adeſſe frequentia, & quod ſpiritualiter dixit Apoſtolus, corporaliter agi videatur, quod Angeli ſunt*

Italia Sacra Tom. VII.

A *adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis in Chriſto Jeſu Domino noſtro, qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit & regnat per immenſa ſæculorum ſæcula. Amen.*

*Anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti quadringenteſimo nonageſimo tertio; octavo die menſis Maii, Indictione decimaquarta facta eſt inventio cœleſtis Baſilicæ mirifici, & glorioſiſſimi Principis Michaelis Archangeli in monte Gargano ſedente Gelaſio I Beatiſſimo Romano Pontifice, ac Imperatore Zenone piiſſimo Imp. Conſtantinopolitano.*

Annus, quo ad cęlum evolavit Laurentius deſideratur, a quemadmodum qui pręfuerint poſt ipſum in Sipontina Eccleſia ſpatio centum annorum prorſus latent.

a Deceſſit Felix 545 ex tabul. hujus Eccleſiæ.

(„ *FELIX II. ſedit ann. 546. quo præſule Gothorum, & Longobardorum ſævitiam ſenſit Sipontum. Longiori tempore hanc rexit Eccleſiam, & deſolatam Canuſinam à M. Gregorio ſibi commendatam habuit, ut ex lib. 1. Epiſt. currente Indict.* XI.
B „ *9. ſeveriori dignum cenſura eundem corripuit idem Gregorius, quod ejus nepos ſtuprum commiſiſſet, patrui quaſi potentia ſuffultus: quod inſuper non redimeret ſuę Eccleſ. Clericum ab hoſtibus captum, & detentum, & Eccleſiæ bona dilapidaret: quare duobus miſſis tabellionibus res omnes mobiles fecit deſcribere, ut ex 2. par. lib. 2. epiſt. 40. 41. 42. & l. 3. epiſt. 17. Obiit Felix bonus paſtor, & ſanctè emendatus an. 594. humatus in ſua Cathedrali.* „ Sarnellius.)

4 VITELIANUS (1) Sipontinus fuit Antiſtes an. 597. ad quem ſcripſit Gregorius lib. 7. epiſt. 9. Indict. 1. ipſe verò ſubſcripſit privilegio ejuſdem Pontificis Eccleſiæ S. Medardi Sueſſionenſis elargito. XII.

5 FELIX b Epiſcopus Sipontinus vixit eodem Gregorio Papa ſedente an. 596. qui Cannenſem eidem commendavit Eccl. ut in ep. 51. lib. 1.

b De quo ſupra ante Vitalianum.

(„ *RUFINUS huic gregi præerat an. 649. quo Lateranenſi Concilio præſens fuit. Poſt Rufinum nulla ulterior habetur Sipontini Epiſcopi memoria. Iis* XIII.
C „ *ſiquidem temporibus nonniſi miſerandus erat Sipontinorum ſtatus Slavis, Sarracenis, Longobardis, & ipſo demum impio Conſtante Imperatore irruentibus, & deprędantibus, quid niſi militaris furor, & rerum confuſio prævalebat? Everſa civitas, cives ſui diſperſi, ſeu gladio necati, profugi Sacerdotes, & in cavernis deliteſcentes. Quare ne diſperſæ oves ſine Paſtore errarent, Sipontinam Eccleſiam Beneventanæ univit Vitalianus Papa: & perduravit hæc unio tertium uſque in quartum ſe convolvens ſæculum. Præſulum nomina, & Præſulatus annos hic indicabimus numerandi ordine ſervato Sipontinorum: præclariora verò eorum geſta expendemus in magis pura, & emendata Beneventanorum ſerie.* Lucentius.)

6 S. BARBATUS 33. Epiſcopus Beneventanus à Vitaliano Papa curam Eccl. Sipontinæ ſuſcepit ann. 668. præfuitque huic Eccleſiæ ad mortem uſque, ut Beneventanus Antiſtes, & Sipontinus dictus ſit, de quo in Beneventanis Præſulibus plura ex Mario Vipera Beneventano, ubi diploma Vitaliani leges, quo Vitalianus Sipontinum Epiſcopatum cum Eccleſia Beneventana univit. („ *Obiit an. 682. 19. Febr.*) XIV.
D
7 ADERICUS Epiſcopus Beneventanus, & Sipontinus anno Dom. 700. XV.

(„ *TOTO præerat an. 733.* Lucentius.) XVI.

8 AMBROSIUS, Beneventanus Epiſcopus, & Sipontinus an. 748. XVII.

(„ *Cæſarius (errat Ughellus dum hunc Ambroſium appellat) jura dicebat anno 743. quo anno (non autem 748.) Concilio Romano ſub Zacharia Papa habito interfuit.* Sarnellius.)

9 JOANNES Beneventanus Epiſcopus & Sipontinus 751. c XVIII

c 748.

Mm 10 DA-

(1) Hujus Vitaliani obitum adjicit in laudata Chronologia Sarnellius in an. 598. & alterum immediate annumerat Vitalianum, quem etiam Vitalianum dicit ex ſubſcriptione privilegii S. Medardi Sueſſionenſis, quod conditiones ut fictitiam amplodunt, atque attribuit longiſſimos regiminis annos 64. & poſt ipſum 5. nonnulli ſecuto intuſregno S. Barbatum enunciat Sipontinum ſimul, & Beneventanum Archiepiſcopum. Sed pace tanti viri nil eſt, quod nos urgeat in plures Vitalianos abire, & alterum tam longo annorum decurſu huic ſedi affigere, cum ex Concilio Lateranen. contra Monothelites à Martino I. condunato an. 649. Epiſcopis an. 649. Rufinus Sipontinæ Eccleſiæ Epiſcopus unus fuerit ex patribus, qui proximè poſt Joannem Tarentinum eam hæreſim damnavit. Æquibus igitur medius poſt unicum Vitalianum ipſe Rufinus in hac ſede effulgeat. *Lucentius.*

XIX. 10 DAVID Epiſcopus Beneventanus, & Sipontinus 764. *a* anno 14. ſui Epiſcopatus, Abbatiſſæ Auſtodæ monaſterii S. Mariæ de Locoſano in Monte-Marrano Eccleſiam S. Felicitatis conceſſit, cujus documenti Initium eſt in Chron. S. Sophiæ Beneventi. *Ego David Epiſc. ſervus ſervorum Epiſcopus ſanctæ Beneventanæ, & Sipontinæ Eccleſiæ anno Epiſcopatus noſtri quartodecimo. Epiſcopali auctoritate, &c.* Integrum damus in Beneventanis Præſulibus.

11 DANS *b* earundem Sedium Epiſcopus fuit 780.

XX 12 GUINUS *c* an. 825. Beneventanam, & Sipontinam regebat Eccleſiam. („*Obiit* 832.)

XXI. 13 URSUS electus ſub Gregorio IV. Papa, („*an.* 833. *deſiit* 845.)

XXII. 14 JOANNES hujus nominis III. fuit Epiſcopus Beneventanus, & Sipontinus an. 845. („ *Fato* „ *ceſſit* 852.)

XXIII 15 CAROLUS poſt Joannem creditur has Eccleſias rexiſſe [„*ab an.* 852. *ad* 868.)

XXIV 16 JOANNES IV. Beneventanam, & Sipontinam regebat Eccleſias an. 868. („ *exceſſit* 875.)

XXV 17 AYO vivebat ann. 875.

XXVI 18 CONSERVATUS Eccleſiis Beneventanę, & Sipontinæ præerat an. 886.

XXVII. 19 PETRUS anno 894.

XXVIII. 20 VALDEFRIDUS poſt Petrum ajunt præfuiſſe iis Eccleſiis. („ *ab an.* 908. *ad* 911.)

XXIX. 21 JOANNES V. Epiſcopus Beneventanus, & Sipontinus creatus eſt 914. *d* ann. prodit Idem Anonymus auctor Chron. cęnobii ſanctæ Sophię Beneventi, cujus exemplar m. ſ. habemus excerptum è veteri codice Bibliothecæ Vat. ita in cap. 1. 6. partis de Eccleſia ſancti Martini in civitate Bivini condita, quam intuitu Petri Clerici conditoris immunem declaravit ab Epiſcopali juriſdictione. *In nomine*, inquit, *Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno XV. Imperii divorum noſtrorum Romanorum Conſtantini, ac Chriſtophori magnorum Imperatorum, & XI. anno D. Landolphi Antipati Patritii, & Principis, & D. Atenulphi eximii Principis menſe Februario, prima Indictione, necnon XII. anno Joannis vener. Epiſcopi quando favente Deo Beneventanæ, & Sipontinæ Eccleſiæ Antiſtes conſecratus eſt. Nos Joannes in præfatæ ſanctæ Dei Genitricis Mariæ ſede, &c.*

Annus 12. Landulphi Principis, & ordinationis Joannis Epiſcopi eſt annus ſalutis 914. Atenulphus primus, teſte Herimperto, obiit anno 924. cui ſucceſſit Athenulphus II. & Landulphus ejus filii in Principatu Beneventano anno primo Joannis Epiſcopi.

XXX 22 VINCENTIUS ſucceſſor Joannis ann. 954.

XXXI 23 LANDULPHUS anno 957. cui Otho Imp. ann. 967. donavit caſtrum S. Angeli in Gargano, eamque Eccleſiam eidem confirmavit Id. Febr. Ind. 6. Privilegium indicat Vipera, ſed non recitat. („ *Obiit an.* 983.)

24 MALDEFRID *e* ultimus Beneventanus, & Sipontinus Epiſcopus anno 967. ſucceſſor Landulphi.

*a* Poſt an. 969. Vide Ughellum in Beneventanis t. 8.

*b* Hic idem cum ſuperiori.

*c* Al. Gerſus.

*d* 911.

*e* Hic ſictitius eſt, ut dicitur in Beneventanis.

# ARCHIEPISCOPI BENEVENTANI, ET SIPONTINI SIMUL.

1 LANDULPHUS *f* anno 969. à Joanne Papa XIII. Beneventanæ, & Sipontinæ Eccleſiæ ordinatus eſt primus Archiepiſcopus ſcripto diplomate, cujus initium: *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectiſſimo nobis Landulpho venerabili Beneventanenſis, & Sipontinæ S. Eccleſiæ, & modo per noſtræ auctorit. Apoſtolicæ conceſſionem Archiepiſcopo, Cum certum ſit, &c. Dat. 7. Kalend. Junii an. 969.* Integrum documentum habetur in Beneventana Epiſcoporum ſerie apud eundem Viperam. Ejus ordinationis anni meminit Chron. ſanctæ Sophiæ par. 6. capit. 2. in hunc modum. *In nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, anno 32. Principatus D. Pandulphi eximii Principis, & 16. anno Principatus Dom. Landulphi glorioſi Principis filii menſe Martio, 3. Indictione, necnon & 6. anno Domini Landulphi venerabilis Epiſcopi, quo, Domino favente, Beneventanæ, & Sipontinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus ordinatus eſt. Nos Landulphus, &c.* Annus ſextus Archipræſulatus Landulphi incidit in annum ſal. 975. Indict. 3. qui fuit trigeſimus ſecundus Pandulphi Beneventani Principis.

*f* Hic idem cum Landulpho ſupra relato.

2 ALON *g*, aliis AZON fuit Beneventanus, & Sipontinus Archiepiſcopus anno 984. XXXII.

3 ALFANUS anno 998.

4 ALIX *h* ſub Sylveſtro II. anno 1000. quo Præſule anno 1001. Otho Imper. montem Garganum adiit, & ſacrum ſpecum Michaelis inviſit. XXXIII.

5 MUNDUS anno 1009. XXXIV

6 ALFANUS II. vixit anno 1012. XXXV.

(„ *Alfanus alter, ſuperioris nepos Alfani, & poſt* „ *Mundum ſucceſſor an.* 1011. *dum utriuſque gregis* „ *habenas moderaretur, placuit Romano Pontifici* „ *Benedicto IX. ſeù VIII. proprium Sipontinis Ar-* „ *chipræſulem tribuere in obſequium S. Michaelis Ar-* „ *changeli attributis eidem ſuffraganeis Melphienſi,* „ *Trojano, Monopolitano, Rapollano, & Veſtano;* „ *poſtmodum adiecto à Paſchali II. Sed hic ſolus per-* „ *ſtitit in ſubjectione Sipontini Deſiit igitur Alpha-* „ *nus iſte à regimine hujus Eccleſiæ, & de plenitu-* „ *dine Apoſtolicæ poteſtatis Sipontinus Archiepiſco-* „ *pus Leo adlectus eſt.* Lucentius.)

7 URSUS *i* an. 1015. harum Eccleſiarum Archiepiſcopus fuit. Hic Henricum ſanctum Imperatorem anno 1022. excepit hoſpitio ad montem Garganum devotionis gratia dum peregrè proficiſceretur, qui cum pernoctare in ſacra illa D. Michaelis ſpelunca voluiſſet; & dum oraret ex quodam Angeli attactu ita femur emarcuiſſe ſcribunt. ut veluti alter Jacob perpetuo claudicaverit, & Claudus dictus ſit, ut in notis vitæ ejus in lib. de Divis Bambergenſibus cap. 22. habetur in hunc modum.

*Si quis ſcire deſiderat, quare glorioſus Imperator Henricus claudicaverit, cum primum corpore toto ſanus fuerit, hanc cauſam noverit. Cum ipſe quodam tempore veniſſet in Apuliam pro diſponendis Reipublicæ negotiis, pervenit in Montem Garganum, in cujus crepidine ſita eſt levitas, & in latere montis in rupe concava eſt Baſilica, non ab hominibus fabricata, neque per hominem dedicata; ſed operatione divina, vel virtute extructa: mirabiliter etenim divina benedictione venerabiliter conſecrata eſt. Hujus Baſilicæ extat Patronus Michael Archangelus; in hac etenim Eccleſia qualibet hebdomada cantus angelicus ab his, qui digni ſunt audiri perhibetur. Hanc itaque Baſilicam, orationis cauſa cum cæteris Chriſti fidelibus vir Deo devotus eſt ingreſſus.*

*Cumque laudes divinas inibi celebraſſent, & vota precum ſuarum cum multa devotione Deo reddidiſſent, tempus jam aderat, quo cœleſtis exercitus ad laudes Deo perſolvendas templum hoc ſacrum fuerat ingreſſus. Itaque cum omnes egrederentur, & qui moram facerent, compellerentur exire, vir ſanctus poſtulabat, ut ei intus remanendi facultas concederetur.*

*Igitur omnibus egreſſis, ſolus ipſe, ſperans in miſericordia Dei, inibi manere præſumpſit, & preces precibus continuavit, & genuum flexiones iteravit, in quo multis lacbrymis divinæ ſe commiſit clementię, & animam ſuam B. Michaeli Archangelo, cum multa ſupplicatione ſtuduit commendare.*

*g* Seù Alfa.

*h* Hic idem cum Alone ſupradicto.

*i* Hic ſupereſt, ut ex ſerie Beneventanorum.

eum-

*Cumque pii Regis incenſum aſcenderet coram Domino, Deus Iſrael, qui in Sanctis ſuis ſemper eſt mirabilis, mirabilem & dignatus eſt oſtendere viſionem. Vidit enim Angelorum multitudinem copioſam ad inſtar ſolis ſplendidam Templum ſanctum ingredientem, ex quibus duo principale ſolemniter adornabant altare.*

*Deinde vidit alias cœleſtium virtutum cohortes innumeras in ſimilitudinem fulguris coruſcantis fulgentes, & quaſi Primatem ſuum cum gloria maxima deducentes: nec dubium, hunc fuiſſe cœleſtis Militiæ ſigniferum.*

*Noviſſimè verò meruit videre ipſum Regem Angelorum venientem cum poteſtate magna, & virtute; in cujus obſequio cœleſtis exercitus innumerabilis, & ſplendor ejus incomparabilis: cujus enim nutu reguntur omnia cœleſtia, & terreſtria. Denique obortus novæ Hieruſalem in præd. collectus Baſilica Divinum ſolemniter celebravit obſequium. Quo tandem completo unus ex præcipuis Angelis ſacrum Evangelii textum cum maxima reverentia detulit perſonæ, quo illum deoſculato, innuit Angelo, ut eundem deoſculandum deferret Imperatori in angulo. Angelo verò juſſa ſibi complente, prædictus Chriſti famulus ad inſolitam tantæ majeſtatis, & gloriæ viſionem, cœpit animo paveſcere, & omnibus membris contremiſcere, tanquam diceret cum Propheta, contritum eſt cor meum in medio mei, contremuerunt omnia oſſa mea. Hæc Angelus ille videns, modeſtè femur ejus tetigit inquiens: Ne timeas Electe Dei, ſurge velociter, ſignū pacis divinitas tibi tranſmiſſum ſuſcipiens alacriter, Ex templo, & ſtatim femur ejus emarcuit, & exinde omni tempore vitæ ſuæ claudicavit. Similis per omnia eventus de Beato Jacob loquitur, cujus femur ad tactum Angeli ſecum luctantis emarcuit.*

*Porrò illud eſt in hac Baſilica planè mirandum (ut narrat Apparitionis legenda) quod interdiu quidem, hoc eſt à prima luce ad veſperam pſalmodia, Miſſarum ſacris, ac precibus à Clero, & populo celebratur, quo tempore patet cunctis oſtium, aditu nulli adeuntium intercluſo; ſub ipſam vero veſperam, veteri memoria, ac ſcriptorum monumentis conſtat, in cœleſtium Choros una cum Angelorum Rege ac Domino convenire, divinaſque laudes totam noctem ad auroram uſque concinere: qui quidem cantus, ac hymni ab iis aliquando audiri, quibus Dei benignitas indulſerit. Soli autem, ac remotis arbitris, id obſequium Angeli perſolvunt, nec ſinunt quemquam mortalium inibi per id tempus impunè morari. Quocirca diligenti perquiſitione curant æditui, ut receſſant omnes, & ſi quis permanere præſumpſerit, expellunt.*

*Dedit ejuſmodi religioſæ temeritatis pœnas inter alios Henricus pius Imperator, ſanctimonia, ac conjugali virginitate clarus cum ſancta Ghunegunde Imperatrice uxore. Hactenus hiſtoria.*

8 GUARMUNDUS *a* octavus Archiepiſcopus Beneventanus, & Sipontinus anno 1032. ſub quo Sipontina Eccleſia à Beneventana disjuncta per Benedictum IX. Papam Archiepiſcopali dignitate ornata proprium habuit Archipræſulem uſque ad noſtra tempora.

*a* Hic idem cum Maurdo ſupra memorato.

# ARCHIEPISCOPI SIPONTINI

## SEORSIM.

XX XVI. 1 LEO primus Sipontinæ ſedis Archiepiſcopus factus ex Epiſcopo à Benedicto IX. Papa, qui ſedere cœpit anno 1034. uſque ad annum 1044. hoc itaque tempore ſedes Sipontina Archiepiſcopali dignitate exornata eſt. Privilegium & inſtitutionis documentum Benedicti non habemus; memoratur tamen in alio ejuſdem confirmationis privilegio, quod dedit Innocentius III. & infra exhibemus.

Ajunt Benedictum attribuiſse ei ſuffraganeos quatuor, Trojanum, Melphienſem, Monopolitanum, & Rapollanum; quintum Veſtanum addidiſſe Paſchalem II. De Veſtano nulli dubium eſt, cum clarè in Innocentii III. privilegio id exprimatur: de aliis vero quatuor Epiſcopatibus dicendum eſt, vel nunquam, vel pauco quidem tempore Sipontini ſuffraganeos fuiſse: etenim in Concilio Lateranenſi ann. 1179. ſub Alexandro III. celebrato Melphienſis, & Monopolitanus Epiſcopi ſubſcripſerunt, cum Romanæ Provinciæ Epiſcopis S. Sedi immediatè ſubjectis, Trojanus & Rapollanus abſuerunt, & in vetuſto codice Provincialis Romani ante annos quadringentos conſcripto, ſupra relati Epiſcopi ad Romanam Provinciam ſpectare dicuntur, ſolus Veſtanus recenſetur Sipontini Archipræſulis ſuffraganeus, & in eo Concilio Lateranenſi ſub Alexandro ſubſcribitur ex Provincia Sipontina Gerardus Archiepiſcopus, & Simeon Veſtanus.

(„ *Leo Eccleſiæ S. Michaelis Garganici ſpecus inculpatæ vitæ Sacerdos Sipontinus Archiepiſcopus pronunciatus eſt à Benedicto IX. an. 1034. Hujus inſtitutionis documentum excidit, ejus tamen meminit Innocentius III. Cum enim Leo iſte ſedem teneret in montis Garganici Eccleſia, & ea ſola in Archangelum devotione inſcriberetur Archiepiſcopus Sipontinus, & Garganicus, factum eſt quod Garganici jura Archiepiſcopalia vel contenderent Sipontinis, vel cum ipſis æquè principaliter prætenderent: quare Innocentius III. vanum hunc titulum abrogavit emanato diplomate, inquiens de Benedicto Papa, ejuſque factu Archiepiſcopi hujus promotione:* Benedictus Leonem quemdam Archiepiſcopum Sipontinum, non in Sipontinum, & Garganicum, ſed in Sipontinum tantum (licet obtentu Angeli) ſe aſſerit promoviſſe. *At Leo cum in Gargano reſideret quatuor in ea Eccleſia dignitates inſtituit: eodemque Præſule Leo IX. Romanus Pontifex ineunte quadrageſimali tempore an. 1049. ad Garganum montem citiſſimam peregit peregrinationem. Proxime vero adveniente anno Leo cum ſediſſet annis fere 16. in Montis Gargani Epiſcopio mortales depoſuit exuvias.*

„ *De novo eligendo Paſtore graviſſimas ſubortas lites inter Garganicos, & Sipontinos Canonicos enarrat doctus eruditus Sarnellius. Prætendebant enim Garganici ex reſidentia Leonis ad eos devolutum fuiſſe Metropoliticum jus; & ſedem vacaſſe inquit annos tres: & deinde nova facta unione cum Beneventana Uldaricum Archiepiſcopum Beneventanum Sipontinum ſimul fuiſſe uſque ad an. 1066. quo facta receſſione Gerardum proprium habuit Antiſtitem, cujus ſucceſſorem deinde pronunciat idem Sarnellius Joannem Archiepiſcopum Tranenſem, & ſimul Sipontinum, illum cui Anonymus Syncellus inſcripſit hiſtoriam S. Leucii, & de quo Ughellus agit in Tranenſibus, & ſilet in Sipontinis his. Supplendus igitur hic eſt Ughellus, & obſequendum Sarnellio in hac ſerie præfatum enumerando Joannem Tranenſem, non poſt Gerardum, ſed ante Uldaricum infra recitandum, & immediatè poſt jam nunc memoratum Leonem. Joannem enim in Tranenſium Catalogo deceſſiſſe jam an. 1053 habemus, cum eo anno Joannes alter ex ea cathedra jus ſacrum diceret, nec alius deinceps hujus ævi decurſu ibi memoretur Joannes, nec locus ullus ſuperſit in hac ſerie. Quonam verò jure Sipontinum regimen ſuſceperit, & ſuſtinuerit, nobis ignotum eſt. Contendentibus hiſce Capitulis Romanus Pontifex plurimis diſtractus extra Italiam negotiis, forſan permiſit per Joannem Tranenſem hanc interim adminiſtrari Sipontinam Eccleſiam, qui Tranenſis ſimul, Sipontinenſis, & Garganenſis appellatus eſt.* Lucentius.)

a Hujus nomen LEO I & idem cum ſuperiori. b 1049.

a N. a . . . . . ſub Leone IX. cujus nomen ignoramus, quo ſedente Leo idem, ut Anonymus Barenſis ſcribit, anno 1050. b Sipontum venit, & ſynodum habuit.

XXXVII. (,, *JOANNES Tranenſis Archiepiſcopus hujus*
,, *etiam ovilis curam geſſit in eo contendentium Ca-*
,, *nonicorum diſſidio ſine jurium læſione, donec ſum-*
,, *mus Pontifex provideret; quare Sipontinus, &*
,, *Garganicus ſimul intitulatus eſt. Obierat jam an-*
,, *no 1053. quo Tranenſi alter præerat, & Siponti-*
,, *næ pariter de alio proviſum fuit. Anonymus Sin-*
,, *kellus in hiſtoria translationis S. Leucii, quam ipſi*
,, *inſcripſit, dum per apoſtrophen ad Sanctum ſer-*
,, *monem convertit, inquit:* Memento Chriſtiano-
,, rum omnium Joannis Tranenſis Sipontini etiam
,, Archiepiſcopi, nec non Pontificalis, & Augu-
,, ſtalis SynKelli &c. *Et ubi ſepelitur in Tranenſi*
,, *ſua civitate, hæc preſtat ad ejus ſepulchrum in-*
,, *ſcriptio:*

,, Hic requieſcit Joannes præclarus Ar-
,, chiepiſcopus Tranenſis, Sipontinenſis,
,, Garganenſis Eccleſiæ, atque Imperialis
,, SynKellus. Vos, qui legitis, dicite om-
,, nes: S. Dei genetrix ſemper Virgo Ma-
,, ria memor eſto Archipręſulis Joannis.

B

,, *De quo, deque ejus Syncellatus dignitate dicemus*
,, *infra in Tranenſibus.*

XXXVIII. ,, *ULDARICUS, ſeu Valdericus, Beneventanus,*
,, *& Sipontinus ſimul creatus eſt Archiepiſcopus à*
,, *Leone IX. Beneventi commorante 4. Id. Julii*
,, *1053. quo tempore Joannes jam exceſſerat, & Ca-*
,, *nonicorum Garganenſium recrudure jurgia contra*
,, *Sipontinos pro Archiepiſcopi electione. Hinc Ro-*
,, *manus Pontifex ad unionem cum Beneventana*
,, *ſede Sipontinam redire decrevit; id ipſum confir-*
,, *mavit deinde Stephanus X. dictus IX. poſt Victo-*
,, *rem Leonis ſucceſſorem cuſo diplomate 9. Kalend.*
,, *Febr. 1058. Vitam produxit Uldaricus ad an. 1071.*
,, *cum jam an. 1066. Alexander II à Beneventani*
,, *Archiepiſcopi jure Archiepiſcopatum Sipontinum*
,, *disjunxiſſet, & proprio deinceps decrevisset re-*
,, *gendum eſſe Paſtore.* Lucentius.)

C

XXXIX. 3 GERARDUS Monachus Caſinas, natione Theutonicus, vir doctiſſimus teſte Leone Oſtienſi lib. 3. cap. 26. Sipontinam Eccleſiam regendam ſuſcepit ab Alexandro II. circa ann. Domini 1066. ſub eodem Caſinenſi Eccleſiæ conſecrationi interfuit Kal. Octob. 1071. apud Anonymum Caſinenſem. Defuncto Alexandro, qui ei ſucceſſit Gregorius VII. Gerardum in Dalmatiam Apoſtolicæ Sedis Legatum miſit, ut Thomas Archidiaconus Spalatenſis in Chronicis ſcribit poſt enarratam condemnationem cujuſdam Ulfi Presbyteri à Joanne Cardinale Legato factam.

*Alexander*, inquit, *Papa de hac luce migravit, cui ſubſtitutus eſt D. Gregorius VII. Hic ergo miſit legatum ad partes Dalmatiæ venerabilem virum Gerardum Archiepiſcopum Sipontinum, qui Spalatum accedens, cum magno gaudio, & honore à Laurentio Archiepiſcopo ſuſceptus eſt; miſit ergo, & convocavit ſuffraganeos, Salonitanæ Metropolis univerſos, qui cum conveniſſent, Provincialem ſynodum apud Salonam debita maturitate celebravit; interfuerunt autem iſti ſuffraganei Eccleſiæ Spalatinæ, primo Laurentius Archiepiſcopus, ſecundus poſt eum Stephanus Epiſcopus Jaden. Joannes Traguren. Forminus Nonen. Gregorius Arben. Theodoſius Belgraden. Gregorius Croaten. & alii quidam. In hac ſynodo reſtauratus eſt Epiſcopatus Nonenſis, cujus Epiſcopus Gregorius multas olim moleſtias Joannem Spalatenſem Archiepiſcopum ſuſtinere fecit, debitam ei ſubtrahendo obedientiam, & ſibi jus Metropoliticum indebite vendicando. Interea venerabilis Gerardus Legatus Spalati poſitus, invenit ibi ſuper memoratum Ulfum Presbyterum, cui Golfancus agnomen erat, ab annis jam duodecim Papali juſſu graviſſimis compedibus alligatum propter ſchiſmatis nefarium ſcelus, quod cum Renda exercuerat in regionibus Dalmatiæ,*

A

*atque Croatiæ. Hunc ergo fecit abſolvi dicens, quia Dominus Alexander felicis memoriæ univerſos ſuo juſſu incarceratos abſolvit. Prius autem fecit eum ſuper Evangelium, & ſuper corpus beati Domnii ſubire corporaliter juramentum, ne in abjuratam hæreſim numquam relabi deberet, & de iis partibus egrediens nunquam redire, ſed cum eo Romam adiens Apoſtolico ſe conſpectui permitteret exhiberi.*

Hiſtoriam, & facinora Ulfi Presbyteri ſupra refert citatus Archidiaconus in Chr. Porro Gerardum noſtrum Legatum Gregorii VII. in Dalmatia fuiſſe anno 1075. conſtat etiam ex privilegio monaſterii ſancti Chryſoſtomi Jaderenſis Benedictini Ordinis, quod ex tabulario ejuſdem exſcripſit Joannes Lucius nobilis Traguriensis eruditus amicus meus, qui vitam Beati Joannis Traguriensis Epiſcopi una cum notis emiſit in lucem. Privilegii exemplar hic ad Gerardi memoriam, tempuſque legationis indicandum.

B

*In anno MLXXV. ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti menſe Novembris, & tempeſtate, qua Comes amicus Regem Croatiæ cepit. Ego Girardus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Apocriſarius, Sipontinæque ſedis gratia Dei Archipræſul miſſus à Dom. Gregorio Papa partes iſtas ſtatim ſanctam ſynodum Spalatina urbe ſedens in Univerſo, cum cœtu firmans vera, execrans illicita, reſpuens falſa. Tum in hora Petrus venerab. Abbas ſancti Chryſogoni conqueſtus eſt de cella ſancti Joannis, quæ vulgo Telagus nominatur, quod ſuus Epiſcopus videlicet Stephanus illam ſibi abſtulerat, unde Abbas nobis chartulam porrexit, in qua invenimus, quod Corbina, qui olim ſupradictam cellam ſua ſponte donarat poſt ſuggerente ſibi inimico ſtudebat auferre.*

*Hoc geſtum eſt tempore Acuzonis Legati D. Nicolai Papæ. Sed dictus Apocriſarius videns hoc arte diabolica machinari, audax, ut ſcriptura teſtatur, Juſtus confidit, ut Leo: inveſtivit Abbatem per baculum quem geſtabat manu eodem Priore concedente cum ſuo populo, & inſuper æternas maledictiones futuris uſurpatoribus dedit. Ego autem videns ſibi juſte fieri, & omne Concilium mecum curſum præcipimus ſuo Præſuli inveſtire Abbatem ſuo illo cœnobio per pedum, quod manu portabat, contradicentibus autem noſtra verba hæc, & auferre volentibus poſt nonia verba illius miſſi Petoris collaudamus, & noſtra inſuper ponimus Laurentius Archipræſul collaudat, & roborat Joannes Traguriaus Epiſcopus collaudavit, Prementius Caſtilanus Epiſcopus collaudavit & omnis ſynodus collaudat, & roborat.*

C

Cæterum annus, dieſque obitus Gerardi obſcurus eſt, niſi divinare velimus illum exceſſiſſe ſub Urbani II. Pontificatu circa annum ſalutis 1096 eidemque immediatè ſucceſsiſſe Albertum in Sipontino ſacerdotio.

(,, *De Gerardo habentur literæ Gregorii VII. ad*
,, *Dominicum Gradenſem Patriarcham l. 3. Ep. 14.*
,, *in reg. Epiſt. Greg. VII. & ibi appellatur Giraldus.*
,, Lucentius.)

D

(,, *BONHOMO è gente Normanna à Victore III.* XL.
,, *hujus ſedis ordinatus Antiſtes 1087 Conciliis in-*
,, *terfuit Trojano 1089. & Melphitenſi 1090. Teſtis*
,, *fuit donationis factæ Eccleſiæ S. Mariæ Melphii à*
,, *Rogerio Apuliæ Duce 1093. ejuſque poſſeſſionem*
,, *iniit una cum Trojano Epiſcopo, & Clericis ejuſ-*
,, *dem Eccleſiæ, cum ea tunc per obitum Balduini*
,, *paſtore ſuo deſtituta eſſet. Diploma exſcripſit in*
,, *Melphienſibus Ughellus, in quo exprimitur Bon-*
,, *homini Sipontino Archiepiſcopo inveſtituram fa-*
,, *ctam fuiſſe. Urbanus II. pro conciliandis Græcis*
,, *cum Eccleſia Latina Concilium Barii celebravit,*
,, *concurrentibus eò 98. Epiſcopis, quos inter Bon-*
,, *homo fuit an. 1097. qui cum excitaſſet ſuos Siponti-*
,, *nos, ſacellum ut ſtatuerent S. Myrenſi pontifici Ni-*
,, *colao, deceſſit duodecimo ſui regiminis anno.* Sar-
,, nellius.)

4 ALBERTUS ex Monacho S. Savini de Placentia Ord. ſancti Benedicti, Presbyter Cardinalis ab Urbano II. creatus anno 1097. c deinde evaſit XLI

c Auctarii Ciaconii jamdiu an. ad

*Cardinalatum aſſumptum falſo Albertum aſſerunt.*

Archiepiſcopus Sipontinus teſte Ciaconio. Vixit tamen Paſchalis II. temporibus, à quo confirmationem privilegii Benedicti IX. accepit una cum Veſtani Epiſcopi ſubjectione, alterumque ab eodem privilegium habuit, per quod eidem Sipontino Archiepiſcopo oblationes Eccleſiæ B. Michaelis ſunt confirmatæ, quas ei, Eccleſiæque ſuæ ſæculares viri reddiderant, a quibus fuerant occupatæ, ut atteſtatur Innocentius III. ſuis in litteris infra recitandis. Subſcripſit Albertus privilegio Paſchalis II. Papæ conceſſo Stephano Epiſcopo Mazarienſi anno 1110. Datum Melphiæ Id. Octob. Ind. 8. Pont. 2. in hunc modum; Ego *Albertus Sipontinus Archiepiſco. ſubſc.* Privilegium affert Rocchus Pyrrhus notitia 6. Ec Mazzarienſis. Obiit anno 1116. ut in veteri Kalendario monaſterii S. Savini de Placentia legitur in hæc verba. *MCXVI. Indictione nona, pridie Idus Januarii obiit domnus Albertus venerabilis Archiepiſcopus Sipontinæ Eccleſiæ ſancti Savini Monachus de Placentia.*

XLII 4 GREGORIUS Monachus Montis-Caſini Sipontinus Archiepiſcopus *a* putatur iis temporibus vixiſſe, cujus obitus dies in veteri Caſinenſi menologio *b* 10. Kalen. Octobris, annus vero non exprimitur. (,, *Deceſſit 21. Septemb. 1117.*)

*a Electus 1116.*

*b Necrologio.*

XLIII. 5 L. *c* ſorte LAURENTIUS Sipontinus Archiepiſcopus interfuit Cajetæ conſecrationi Gelaſii II. Papæ anno 1118. cum pluribus aliis Apuliæ Epiſcopis, ut ſcribit Pandulphus Piſanus in vita Gelaſii. (,, *Leo Archidiaconus Sipontinus, & Gregorii Vicarius generalis, ejus obitus audito Nuncio, ſtatim à capitulo electus eſt & à Paſchali Papa conſecratus ineunte an. 1118. fato conceſſit an.* ,, 1130. Sarnellius.)

*c Leo.*



XLIV. 6 SERGIUS Freccia Ravellenſis Rogerii Regis à ſecretis hanc ſedem regebat anno 1130. memoratur in tabula marmorea Neapoli in Eccleſia S. Dominici.

*Sergii Frecci à ſecretis Rogerii Siciliæ Regis Archiepiſcopi Sipontini Jacobi Caroli II. & poſt Roberti à latere Conſil. Alberii Epiſcopi Cajetani.*

(,, *Deceſſit an. 1139.*)

XLV. 7 VILLELMUS anno 1140 memoratur in monumentis Eccleſiæ S. Jacobi de Barulo. Hujus Villelmi *d* Præſulatu obiit S. Joannes Materienſis Abbas primus S. Mariæ de Pulſano, quod cœnobium primo ab urbe Siponto lapide ipſe fundaverat, ubi & requievit. Incidit ejus mors in annum 1139. 12. Kalen. Julii. Ejus vitam ex vetuſto codice M. ſ. eruttam typis mandavit Jo. Jacobus Jordanus Abbas Montis-Virginis.

*d Superioris Leonis.*

(,, *Willelmus è Normannorum ſtirpe ordinatus* ,, *ab Innocentio II. an. 1140. Huic Sipontinæ Eccleſiæ privilegia confirmavit Eugenius III. & declaravit Garganenſem Eccleſiam Sipontinæ diœceſani juris eſſe, & ad Sipontinum ſpectare Veſtani Epiſcopi ordinationem. De eo agit Sipontinum tabularium. Exceſſit, cum præfuiſſet annis 25.* ,, Sarnellius.

A 8 GIFREDUS, ſeu SIFREDUS, vel SIGIFREDUS *e* vixit temporibus Alexandri III. ille idem, qui Marandum Veſtanum electum in eadem Eccleſia conſecravit, de quo in bulla Innocentii III. An vero ille ſit Sipontinus Archipræſul, qui ſuppreſſo nomine reperitur ſubſcriptus privilegio Guillelmi Regis Siciliæ, Eccleſiæ Panormitanæ conceſſo an. 1157. incompertum mihi eſt, neque etiam, an Giſredo Præſule an. 1158. Adrianus IV. monaſterium de Monte-ſacro Sipontinæ diœceſis ſub Apoſtolica tuitione ſuſceperit; conſtat tamen hoc ipſo anno ſcriptum fuiſſe hoc ſub tenore ex authentico exemplari deſumptum; quod hic exhibemus, cum hocce cœnobium Archipiſcopali menſæ perpetuo ſit unitum.

XLVI *e Ex Archidiacono Sipont. electus 1155.*

*Adrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*Dilectis filiis Abbati monaſterii S. Trinitatis de Monte ſacro, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris monaſticam vitam profeſſis R. P. M.*

*Religioſam vitam eligent Apoſtolicum conceſſit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat; Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium S. Trinitatis de Monte-ſacro, in quo divino mancipati eſtis obſequio ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum venerabilis memoriæ Honorii, Innocentii, & Eugenii Romanorum Pontificum præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque loca, idem monaſterium in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum largitate Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, ſive aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata maneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Eccleſiam videlicet S. Mariæ in loco ſitam, qui dicitur S. Quirici, cum ſuis pertinentiis, Raiuiariam, & terram, quas in territorio Riniani habetis: Eccleſiam S. Matthiæ Apoſtoli infra mœnia civitatis Montis S. Angeli, & Eccleſiam S. Simeonis extra portam civitatis, Eccleſiam S. Vincentii ſitam in pertinentiis ipſius civitatis in loco, qui dicitur Vota cum rebus ſuis. Quicquid habetis in Eccl. S. Lucæ, & rebus ad eam pertinentibus, petiæ, vineæ, & aliæ poſſeſſiones, quæ fuerunt ſcilicet ipſius civitatis Montis S. Angeli, & omnes res tam infra dictam civitatem, quam in ejus finibus, veſtro monaſterio pertinentes; Eccleſiam S. Georgii in pede ipſius Montis S. Angeli, cum pertinentiis ſuis, ſalinas, & maria, quæ in partibus Siponti habetis, Eccleſiam S. Martini de Porcarezza, cum ſuo territorio, Eccl. S. Mariæ de Matinata, cum omnibus ad eam pertinentibus, & omnes alias poſſeſſiones quas in eadem Matinata habetis. Præterea concedimus eidem monaſterio fundum, qui dicitur Matinatella, & Eccleſiam in eodem loco conſtitutam, petias terrarum, & curtes, quas habetis in loco de Avanto. In Epiſcopatu Veſtano Eccleſiam S. Teclæ, Eccleſiam s. Eugeniæ, & Eccleſiam s. Lucæ, cum pertinentiis earum, & omnes res in præfato Epiſcopatu veſtro monaſterio pertinentes. Eccleſiam s. Petri, & s. Mariæ prope caſtellum Caprelis, cum pertinentiis ſuis, Piſcarias, & piſcatores, quas habetis in Barano, Molendina, quæ ſunt in valle Montis Nigri, Eccleſiam s. Pancratii Iſchitellæ, cum caſale, & territoriis ſuis, Eccleſiam s. Viti, & terras quas apud Cannas habetis, Eccl. s. Jacobi extra portas Baroli, cum pertinent. ſuis, & omnibus tam infra eandem civitatem, quam in ejus Epiſcopatu, veſtro monaſterio pertinentibus, Eccleſiam St. Georgii, & Bacchi ſitam ſuper portam Trani, cum pertinentiis ſuis, & omnes res tam infra eandem civitatem, quam in ejus Epiſcopatu veſtro monaſterio pertinentes. Eccleſiam Omnium Sanctorum ſitam in loco, qui dicitur Patiano, donationem omnium infraſcriptarum rerum factam ab Immetaticbo de civitate Vigiliarum veſtro monaſterio, Eccleſiam s. Fortunati, & Eccleſiam s. Thomæ Apoſtoli ſitas prope eandem civitatem cum rebus ſibi pertinentibus; Eccleſiam*

*SS. Philippi, & Jacobi, cum pertinentiis ſuis ſitam prope civitatem Melphitam, & omnes alias res tam infra eandem civitatem, quam in ejus Epiſcopatu, veſtro monaſterio pertinen. Eccleſiam ſancti Procopii ſitam in civitatem Barenſi, & omnes alias eos, tam infra eandem civitatem, quam in Epiſcopatu veſtro monaſterio pertinentes, poſſeſſiones, & domum, quas habetis in civitate Rubi, & in Epiſcopatu ejus, Eccleſiam s. Angeli, & s. Nicolai ſubtus Iſchitellam, cum pertinentiis ſuis, & quicquid in territorio ipſius habetis. Obeunte vero te ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quomodolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia apponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars concilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam providerint eligendum; electus autem ad Romanum Pontificem benedicendus accedat; qui nimirum liberas perſonas ad id monaſterium ad converſionem venire volentes ſuſcipiendi, & ſecundum ipſius veſtri P. Benedicti Regulam monachandi habeat facultatem. Conſtituimus etiam de cetero in eodem loco perpetuis futuris temporibus ſedes Abbatiæ conſiſtat, nec alicui Archiepiſcopo, vel Abbati, ſeu quomodolibet hominum liceat veſtrum monaſterium temere perturbare, interdicere, ſeu aliqua ei gravamina, vexationes inferre, vel ipſius poſſeſſiones adimere, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt profutura. Salvo nimirum cenſu duorum ſolidorum Caſinenſi monaſterio à vobis annualiter perſolvendo. Addimus inſuper, ut conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes monachorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi ſeu qualibet Eccleſiæ ſacramenta à diœceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſi quidem aptus fuerit locus & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, eaque vobis ſine pravitate, & exactione, ipſa à quocunque malueritis Catholico Epiſcopo poſtulare, qui noſtræ ſedis auctoritate quod poſtulatur indulgeat, ad indicium autem hujus perceptæ à Romana Eccleſia libertatis, dimidiam unciam auri ſingulis annis nobis, noſtriſque ſucceſſoribus perſolvetis; Si qua igitur in futurum Eccleſiaſt. ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco ejus ſervientibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.*

*Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
*Ego Vimarius Tuſculanenſis Epiſcopus.*
*Ego Gregorius Sabinenſis Epiſcopus.*
*Ego Ubaldus Oſtienſis Epiſcopus.*
*Ego Julius Prænestinus Epiſcopus.*
*Ego Ubaldus Presb. Card. tit. s. Crucis in Hieruſ.*
*Ego Aſtaldus Presbyter Card. tit. s. Priſcæ.*
*Ego Jo. Presb. Card. s. Jo. & Pauli tit. Pammachii.*
*Ego Jo. Presb. Card. tit. s. Sylveſtri, & Martini.*
*Ego Odo Diac. Card. s. Nicolai in Carc. Tull.*
*Ego Bozo Diaconus Card. ss. Coſmæ & Damiani.*

*Datum Lateran. per manum Rolandi S.R.E. Presbyteri Card., & Cancellarii Kal. Januar. Indict. tertia Incarn. Dominicæ Anno MCLVIII. Pontificatus verò D. Adriani Papæ IV. anno ejus V.*

(„ *Deceſſit autem Gifredus an. 1166. quo defuncto ſuborta eſt rerum confuſio. Rogerius enim, honorarius Dominus M. S. Angeli, Guillelmi regis auctoritate ſuffultus, Garganenſes Canonicos excitare ſtuduit, & ſimul fovere pro nova Archiepiſcopi electione, & Cathedralis ſibi Eccleſiæ jus tueri contra Sipontinos. Delata controverſia eſt ad Alexandrum III. Beneventi commorantem, & lite definita fuit ad favorem Sipontinorum, caſtigatis literis Eugenii Papæ III. veluti nequiter ab impoſtore aliquo vitiatis, quæ Garganicis auram præbere videbantur.* Sarnellius.)

A

9 GERARDUS Veronenſis Archiepiſcopus Spalatrenſis ab Alexandro III. factus eſt Sipontinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus cum retentione adminiſtrationis Spalatinæ Eccleſiæ, in eaque mortuus eſt circa annum Dom. 1175. nam Raynerius Callienſis Epiſcopus poſt Gerardi obitum per Alexandrum ad eandem Spalatrenſem Eccleſiam translatus, pro defenſione jurium Eccleſiæ ſuæ occubuit anno 1180. 4. Non. Auguſti, Præſulatus ſui anno quinto. Narrationem noſtram confirmavit hiſtoria vetus Mſ. Salonitarum Pontificum auctore Thoma Archidiacono Spalatrenſi, qui floruit circa annum Domini 1266. cujus hæc ſunt verba. *Tempore Alexandri Papæ III. miſerunt ad eum Spalatrenſes clerici humiliter poſtulantes, ut paſtorem eis concedere dignaretur; qui eorum petitioni benigne annuens direxit eis Gerardum patria Veronenſem & ſuum Capellanum, qui ab eodem ſummo Pontifice conſecratus valde honeſte decenterque acceſſit ad regimen Eccleſiæ Spalatenſis. Eo tempore Spalatenſes & pene tota Dalmatia ſubjecerunt ſe Conſtantinopolitano Imperio, quamobrem Spalatini cives ceperunt cogere Gerardum Archiepiſcopum, ut ad urbem regiam proficiſceretur fidem pro ſe, & pro civibus imperatoriæ celſitudini jure jurando firmaret. Sed cum nollet acquieſcere præter mandatum Papale, civeſque inſtando quaſi vim facerent, Vener. Gerardus ad Alexandrum Papam ſe contulit petens ab eo conſilium quod ſuper facto hujuſmodi ſibi foret agendum. D. vero Papa ipſius indebitæ moleſtationi compatiens præfecit eum Eccleſiæ Sipontinæ retenta nihilominus adminiſtratione Eccleſiæ Spalatinæ.* XLVII.

B

10 GERARDUS III. ſucceſsit Gerardo Veronenſi circa annum ſalutis 1175. Hic una cum ſuffraganeo ſuo Simeone Veſtano interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. celebrato an. 1179. XLVIII.

C

11. JOANNES („ *electus an. 1184.*) hujus ſedis Archiepiſcopus teſtis fuit donationi Henrici VI. Imperatoris factæ Berardo Archidiacono Aſculano anno 1195. 4. Idus Aprilis, datum Trani. Diploma retulimus in I. tomo in Aſculanis Epiſcopis. Porro Berardus paulo poſt evaſit Archiepiſcopus Meſſanenſis, ut diximus. Joannes verò Sipontinus obiit circa annum 1195. cum ſequenti reperiatur hujus ſedis Archipræſul. XLIX.

12 HUGO Canonicus, & civis Trojanus, à Cœleſtino III. Papa, cuius erat familiariſsimus, evehitur ad Sipontinum Thronum anno 1195. quo ejus intuitu idem Cœleſtinus Archidiacono, Archipresbytero, ac duobus Primiceriis Sipontinæ Eccleſiæ privilegium dedit Mitris, Podiis, & Anulis utendi. Tenor privilegii ex authentico copiali eſt hujuſmodi. L.

D

*Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ven. Fr. Hugoni Archiepiſcopo, & dilecto filio Capitulo Sipontino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum tu frater Epiſcope à longè retroactis temporibus in ſervitio noſtro fueris laudabiliter converſatus, dignum duximus ad inſtantiam tuam, conceſſam tibi Sipontinam Eccleſiam honorare. Inde eſt, quod pagina præſenti concedimus ut ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerii, & ſucceſſores eorum, Mitris deinceps, Podiis, & Anulis decorentur. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

*Datum Laterani 5. Idus Julii Pontif. noſtri anno 5.*

Hujuſmodi Cœleſtini privilegii declaratio anno 1208. facta eſt a Gregorio Diacono Cardinale ſancti Theodori ſedis Apoſtolicæ Legato, Siponti in

hunc

A hunc modum ex authentico exemplari deſumpta.

*Gregorius miſeratione divina S. Theodori Diaconi Cardinalis Apoſtolicæ ſedis Legatus.*

*Venerabili in Chriſto P. Hugoni, Dei gratia Archiep. & dilectis fratribus capitulo Sipontino, in vero ſalutari ſalutem.*

*Cum ex legationis officio nobis injuncto pro exequendis negotiis Romanæ Eccleſiæ contingeret nos deveniſſe Sipontum, vos D.P. Cæleſtini beatæ mem. nobis literas oſtendiſtis, per quas Apoſtolica benignitate indulſerat, ut Archidiac. Archipresb. & Primicerius Eccleſiæ Sipontinæ, eorumque ſucceſſoribus Mitris, Podiis, & Anulis uti liceret. Verum quia in iiſdem litteris non continebatur expreſsè, utrum haberentur in Mitris ornamenta friſorum, vos ſuppliciter poſtulaſtis, ut prædictis perſonis uti friſo in Mitris concedere deberemus. Nos igitur, grato petitionibus veſtris concurrentes aſſenſu, auctoritate legationis, qua fungimur, eis, & eorum ſucceſſoribus concedimus, ut deinceps in Mitris friſo, ad eorum ornatum, liberè poſſint uti.* B *Nulli ergo omnino hominis liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, & S. R. E. tramſe noverit incurſurum. Datum Siponti 16. Kal. Januarii, Pontif. D. Innocentii Papæ Tertio an. 10.*

Hugone Archipræſule, contendentibus inter ſe vehementer Garganicis, Sipontiniſque populis, tametſi ab Alexandro III. antea in favorem Sipontinorum lis conteſtata fuiſſet, num eæ Eccleſiæ ſingulæ Archiepiſcopalis ſedis dignitate eſſent inſignitæ an verò ambæ, an vero ſola Eccleſia Sipontina exiſteret, Innocentius III. diligenter perſpectis antecesſorum Romanorum Pontificum privilegiis, unum eſse Sipontinum Archiepiſcopum, Garganicos vero Sipontino ſubjectos aſseruit anno 1200. Diploma egomet fideliter, & accurate exſcripſi ex ſecreto archivio Vaticano lib. 3. regeſtrorum Innocentii epiſt. 42. fol. 10. quod exhibeo. C

*Innocentius Papa Tertius, &c. Capitulo Sipontino, &c.*

*In litteris bo. mem. Alexandri prædeceſſoris noſtri perſpeximus contineri: quod olim Garganici canonici ſuam ad eum querimoniam detulerunt aſſerentes, quod cum in privilegiis prædeceſſorum ipſius, Sipontinæ & Garganicæ Eccleſiæ Archiepiſcopo ſcriberetur, ipſe, Garganica Eccleſia de privilegio ſuo ſubtracta, ſcripſerat Archiepiſcopo tantùm Eccleſiæ Sipontinæ. Inſuper ad ſuggeſtionem veſtram in privilegio ipſo quædam ſubtrahi fecerat, & quædam apponi, quæ prædeceſſorum ejus Privilegia minimè continebant. Præterea poſtulabant ab eo, ut cum Sipontina, & Garganica Eccleſia duæ ſedes Archiepiſcopales exiſterent, in Cœna Domini Chriſma confici faceret in utraque, ac eis, qui præficerentur Eccleſiæ Veſtanæ Paſtores, unum in Sipontina, & alium in Garganica præciperet conſecrari. Cumque idem prædeceſſor noſter tam Sipontinis Canonicis, qui tunc erant, quam Garganicis, mandaviſſet, ut* D *cum privilegiis prædeceſſorum ipſius, & præſertim fel. rec. Eugenii Papæ, cui Garganici multum videbantur inniti, ejus ſe conſpectui præſentarent, utraque partium ſuos propter hoc ad eum nuncios deſtinavit. Eis ergo in ipſius præſentia conſtitutis, felicis recordationis Benedicti, Paſchalis, & Eugenii privilegia diligenter inſpexit, ex quorum tenore manifeſtè cognovit, Eccleſiam Sipontinam tantummodò ſedem Archiepiſcopalem exiſtere, cum eoſdem prædeceſſores noſtros non niſi Archiepiſcopum Eccleſiæ Sipontinæ in eiſdem privilegiis nominaſſe conſtaret.*

*Privilegium verò ejuſdem Eugenii Papæ abraſum & corruptum in quadam ſui parte liquidò deprehendit; quia cum in titulo ejuſdem privilegii fuiſſet tantummodo poſitum, Archiepiſcopo Eccleſiæ Sipontinæ, ultima ſyllaba dictionis ipſius abraſa fuerat cum præcedente vocali, & duabus præcedentibus* A *ſyllabis dictionis ejuſdem remanentibus integris, & ſ, litteræ ſuppoſita linea titulari, loco ejus quod abraſum fuerat, hæc dictio Garganico erat ſub brevitate notata. En ſequentibus etiā manifeſte perpendit, privilegium ipſum, in prædicto tantummodò fuiſſe per ſe falſatum: cum licet in titulo ipſius privilegii hæc dictio Garganico quocunque modo fuiſſet vitio falſitatis inſerta, inferius tamen non recipiebatur ſub protectione Apoſtolicæ ſedis, niſi Eccleſia Sipontina, Garganica & tanquam ſubdita confirmata.*

*Inſpexit quoque ſcriptum B. M. Benedicti Papæ cujus tempore Eccleſia veſtra ſedes Archiepiſcopalis fuerat conſtituta, & ex tenore ipſius (quem Garganici pro ſe facere reputabant) comperit manifeſtè, tantùm Eccleſiam veſtram Archiepiſcopalem ſedem fuiſſe conſtitutam ab ipſo cum ipſe Leonem quondam Sipontinum Archiepiſcopum, non in Sipontinum & Garganicum, ſed in Sipontinum tantum, licet obtentu Angeli ſe aſſerat promoviſſe.*

*In privilegio quoque prædicti Paſchalis reperit* B *contineri, quod ipſe inter alia, Veſtanam Epiſcopatum Eccleſiæ Sipontinæ conceſſit, de Garganica non habita mentione. In alio etiam privilegio ejuſdem Paſchalis habebatur expreſſum, quod ipſe oblationes Eccleſiæ beati Michaelis Alberto quondam Sipontino Archiepiſcopo confirmavit. Idem igitur Alexander prædeceſſorum ſuorum inhærens veſtigiis, cum Garganici nihil penitus probaviſſent in privilegio ejus poſitum fuiſſe, vel demptum, niſi quod ſupradicti Eugenii Papæ privilegium continebat, tam ipſum, quam dictorum prædeceſſorum ſuorum privilegia confirmavit: ſtatuens, de conſilio fratrum ſuorum, non duas, ſed unam tantum Archiepiſcopalem ſedem exiſtere, videlicet Eccleſiam Sipontinam: & ne de cætero Sipontinus, & Garganicus, ſed Sipontinus Archiepiſcopus ſolummodò diceretur: chriſmaque confici, & Veſtanum electum per Archiepiſcopum conſecrari in Eccleſia Sipontina decrevit, ſicut b. m. Gargan. Archiepiſ. Sipontinus Marandam Veſtanum electum in eadem Eccleſia conſecravit. Subjunxit autem, ne* C *ſcriptum ſuum in Archidiaconatu, & aliis dignitatibus, ſi quę olim canonicè conceſſę fuerant Eccl. Garganicę ſępius nominatę aliquod ei prejudiciū generaret.*

*Et licet B. M. Lucius prædeceſſor noſter prædeceſſoris ſui ſententiam confirmaſſet; Garganici tamen ſententiæ non parentes, tempore fel. rec. Urbani Papę prædeceſſoris noſtri ſopitam controverſiam ſuſcitarunt, dicentes, quod vos veram privilegium ſupradicti Eugenii Papæ præſumpſeratis infringere, ac aliud falſum confingere in Eccleſiæ Garganicæ detrimentum: & ut non per vos, ſed per eos videretur falſitas procurata, tres literas ultimas hujus dictionis, Sipontino, de privilegio falſo feceratis abradi, & hanc dictionem Garganico, loco earum apponi. Verùm idem Urbanus b. m. Barenſi Archiepiſcopo, & Melfienſi, & Trojano Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandavit; ut à Canonicis ſancti Angeli requiſiti, ab iis, quos ipſi exprimerent nominatim, veritatem diligenter inveſtigare curarent ſuper privilegiis, quæ vos dicebamini, vel falſaſſe, vel inciſiſſe, in Eccleſiæ Garganicæ detrimentum.* D *Verum quamvis Archiepiſcopus, & Epiſcopi memorati quamplures teſtes receperint productos ab eis, interveniente tamen obitu tam ejuſdem Urbani, quam ſanct. me. Gregorii ſucceſſores ipſius, & guerris in Siciliæ Regno ſubortis, non fuit amplius tunc proceſſum.*

*Deinde cum Garganici depoſitiones teſtium receptorum bon. me. Cæleſtino Papæ prædeceſſori noſtro præſentare curaſſent, ipſe illas recipere noluit, ſed potius latam à ſupradicto Alexandro Papa ſententiam confirmavit, & Garganicis ſuper prædictis omnibus perpetuum duxit ſilentium imponendum. Tandem cum partes ad noſtram præſentiam acceſſiſſent, exhibitas nobis depoſitiones teſtium prædictorum fecimus publicari, ſed poſt diſceptationem longam hinc tamen præmiſſam veſter propoſuit procurator, quod in perſonas teſtium à parte altera productorum vellet opponere, ac eas objectu quorundam criminum reprobare. Quare nos partium parcentes laboribus, &*

expen-

*expenſis, bon. mem. Melphienſi, & venerabilibus Fratribus noſtris Vigilenſi Epiſcopi dedimus in mandatis, ut cum neutra partium ante publicationem teſtium ſe velle in perſonas eorum excipere prędixiſſet, ab iis juramento recepto, quod hoc malitiosè non fecerint, audirent, & in ſcriptis redigerent, quæ ſuper objectis criminibus pars veſtra contra teſtes prædictos, vel pars altera contra veſtros duceret proponenda., & ea nobis mitterent ſub ſuarum teſtimonio litterarum: feſtum Omnium Sanctorum pro edicto peremptorio pertinentibus aſſignantes; quo recepturæ ſententiam noſtro ſe conſpectui pręſentarent. Ad quod ſi qua partium venire contemneret; nos nihilominus procederemus in eam, quantum juſtitia pateretur. Mandavimus etiam eiſdem Epiſcopis, ut privilegia Paſchalis, Eugenii, & Alexandri, & alia communia documenta, quæ Garganici requirebant, ſibi facerent per cenſuras Eccleſiaſticas exhiberi, & ea nobis dirigere non differrent. Iidem ergo Epiſcopi juxta mandatum Apoſtolicum procedentes, receperunt teſtes ab utraque parte productos, & tam depoſitiones eorum, quam privilegia, quæ ipſis fuerant à Sipontinis exhibita, Nobis ſuper ſigillis ſuis dirigere procurarunt. Licet autem ad pręfixum vobis terminum pars veſtra non venerit, immo nec poſt terminum etiam diutius expectata; quia tamen terminus ipſe peremptoriè vobis fuerat aſſignatus, & abſentia veſtra divina præſentia ſupplebatur, dicta teſtium examinavimus diligenter, & omnibus, quæ utrinque propoſita fuerant, plenius intellectis, cognovimus manifeſtè, quod nihil à Garganicis fuerat ſufficienter oſtenſum, per quod ejuſdem Alexãdri deberet ſententia retractari. Quare ipſam, de Fratrum conſilio, in Conſiſtorio noſtro, per diffinitivam ſententiam, viva voce, & nunc etiam auctoritate Apoſtolica confirmamus, &c. uſq; cõmunimus, &c. Nulli, &c. Dat. Lateran. 8. Kal. Junias an. 5.*

Ad eundem Hugonem Sipontinum Archiepiſcopum idem Innocentius ſcripſit epiſtolas, quæ extant lib. 1. & 2. Decret. qui tamen Hugo poſt plurima annorum curricula cum benè Sipontinam Eccleſiam rexiſſet, mortuus eſt ſub Honorio III. Papa ann. 1216. à quo in litteris Sipontino Capitulo datis 12. Kal. Aprilis ann. 1. in reg. Vatic. fol. 88. dicitur bonę memorię; quo etiam ſedente S. Franciſcus Michaelis Archangeli in monte Gargano ędem inviſit, ac præcipua veneratione coluit, ita ut, quæ ejus erat humilitas, eo ingredi minime auderet, indignum ſe reputans, qui pedem Angelorum ſacrario inſerret, impreſſitque ſua manu rudi in ſpeluncæ lapide Crucis ſignum in modum Gręci characteris Tau, quod uſque hodie peregrini vident, ac ſumma pietate venerantur. Hugonis Trojani civis, & Canonici, poſtea Archiep. Sipontini, mentio habetur in documento Eccleſiæ Bivinenſis, de qua in 8. to. ubi monumentum proferemus in Petrum Epiſ.

LI. ALBERTUS. 13 N. *a* nomen non extat, in calce tamen reg. Vat. conſtat Honorium III. illum conſecraſse in Sipontinum Archiep. anno ſui Pontif. 3. noſtræ ſal. 1219. ſub quo Garganici ferè eand. controverſiam ſuſcitarunt; prætendebant enim, ut die Cœnæ Domini duas Archiepiſcopus miſsas celebraret, unam in eorum Eccl. ob peregrinorum receptionem, qui Garganicam ipſam Eccl. adire conſueverant, ita ut ipſomet inſtante Archiep. decretalem Honorius ediderit ep. quæ habetur c. *Te referente, de celeb. miſſ.* Ubi reſcripſit in hæc verba.

*Honorius III. &c. Archiep. Sipontino, &c.*

*Te referente didicimus, quod in die Cœnæ Domini, de antiqua teneris conſuetudine, Chriſma conficere in Eccleſia Sipontina: ſed cum manè diei ejuſdem ad Garganicam accedas Eccleſiam, ut ibi, prout moris eſt, recipias Peregrinos; ipſius loci Clerus, & populus celebrare Miſſam in eadem Eccleſia Garganica, priuſquam ad Sipontinam redeas, te compellunt: ſuper quo noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis conſilium implorasti. Cum autem chriſma eo die intra Miſſarum conficiatur ſolemnia, & cuilibet Sacerdoti, quacunque dignitate præfulgeat, unam in die celebrare Miſſam ſufficiat; nam & felix valdè eſt, qui celebrat dignè unam; fraternitati tuæ mandamus, quatenus die præd. in Eccl. Sipontina duntaxat, in qua teneris chriſma conficere, Miſſarum ſtudeas ſolemnia celebrare.* Ex ep. Decr. Honor. III. Toloſæ impreſſis, apud Petrum Boſc. 1645.

Super eodem Capitulo *Te referente*. legenda Rubrica, Gloſsa, Hoſtienſis, & alii, qui notant, quod Archiepiſcopus tenetur reſidere in ſua Eccleſia, & ibidem diebus ordinatis celebrare. Et in Cœna Domini Epiſcopus tenetur in Cathedrali Eccleſia, cujus eſt ſponſus, Chriſma conficere, & Miſsarum ſolemnia celebrare, ut in text. & cap. Omni, de conſecrat. diſt. 4. Quinimmo & quolibet die Dominico debet Epiſcopus eſse præſens in Eccleſia Cathedrali, niſi juſtum impedimentum occurrat. Hoſtien. ſuper eodem cap. *Te referente*.

Hoc eodem Præſule ſedente in Sipontina ſede, Federicus II. Imperator omnes immunitates, ac privilegia à Rogerio, & Guillelmo Siciliæ Regibus, cœnobio S. Mariæ de Pulſano Ordinis S. Benedicti Sipontinę diœceſis conceſsa confirmavit anno 1225. cujus diplomatis exemplar ab authographo exſcripſimus, quod extat in Archivio cœnobii S. Mariæ de Caſa-nova Ordinis Ciſtercienſis, Peunenſis diœceſis, cui Pulſanenſe hoc aliquando monaſterium unitum perpetuo fuerat; ſatis enim facit ad loca, ac diœceſis Sipontinæ confinia agnoſcenda. Situm eſt hoc cœnobium (ut ſupra diximus) in monte, qui dicitur Pulſanus, non longe ab ipſa Sipontina urbe; celebre fuit virorum Illuſtrium receptaculum, ac religionis fama conſpicuum. Porrò Federici confir. talis eſt.

*Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Siciliæ, &c.*

*In eminenti dignitate Imperialis ſolii conſtituitur tanto diligentiori cura intendere debemus ad protegendas Dei Eccleſias, & fovendas, & præcipuè loca religioſa, in quibus Dei cultores, qui pro noſtra, omniumque fidelium ſalute quotidie militant Creatori, quanto Nos divina clementia præ aliis orbis Principibus exaltavit, inde eſt, quod nos attendentes honeſtam vitam, & laudabilem converſationem venerab. Abbatis monaſterii ſanctæ Mariæ de Pulſano fidelium noſtrorum, & ingens orationis obſequium, quod in ipſo monaſterio Domino jugiter exhibetur, intuitu Dei, & pro ſalute noſtra, ac pro remedio animarum Divorum Auguſtorum parentum noſtrorum, monaſterium ipſum, Abbatem, & Conventum prædictos, & ſucceſſores eorum cum omnibus obedientiis, oblationibus, & oblatis poſſeſſionibus, & aliis bonis omnibus, quæ in præſenti rationabiliter poſſident, aut in futurum juſto titulo poterint adipiſci, ſub protectione noſtræ celſitudinis recipimus ſpeciali, de abundantiori quoque gratia Celſitudinis noſtræ confirmamus eidem monaſterio in perpetuum omnia privilegia, & poſſeſſiones, conceſſiones, nec non & omnes libertates, & tenimenta omnia quæ ipſum monaſterium à temporibus Regis Rogerii, & Guglielmi I. & II. Regum Siciliæ. A tempore Henrici Imperatoris fel. mem. genitoris noſtri tenuit, & poſſidet, aut poſſedit, videlicet omnes terras, quas dictus quond. fel. mem. Guglielmus Rex II. in loco ſine ulla exactione terratici, vel herbatici noſtri bajuli aliquando tribuendi ipſi monaſterio donavit Eccleſiam S. Jacobi apud fogiam cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, monaſterium S. Nicolai in territorio ejuſdem terræ, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, monaſterium ſancti Petri de Uccellaria in territorio caſtri Calvelli cum omnibus Eccleſiis, juribus, & pertinentiis ſuis; Monaſterium S. Barsholomæi de Carbonaria, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis; Monaſterium S. Chriſtophori, quod in Matinata conſiſtit, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. Monaſterium S. Petri Vallis-bonæ in territorio Moncipelli, cum omnibus Eccleſiis, juribus, ac pertinentiis ſuis; Monaſterium S. Pauli Civitaten. cũ omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Joannis de Vento in territorio caſtri Plietri, quam q. Maſtolius Troiſii Dei, & Regis gratia Dominus caſtri Plietri eidem monaſterio donavit. Mo-*

*naſte-*

*naſterium S. Cæciliæ Monialium extra caſtrum Fogiæ, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis; Eccleſiam S. Mariæ Fuſtiferi, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis; Eccleſiam S. Joannis Barani, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis; Monaſterium S. Petri Opinæ novæ in Iſchitella, quod quon. D. Paulus Dei, & Regis gratia Dominus caſtri Iſchitellæ donavit dicto monaſterio cum Eccleſiis, terris, vineis, ſylvis, molendino, & omnibus juribus, ac pertinentiis ſuis. Terras, quas D. Rao, Dominus Deviæ, cum flumine Lauti, & molendino ſito in ipſo flumine, & flumine Faloniæ eidem monaſterio vendidit, & omnes domos, vineas, terras, & ſylvas, quas habet in dicto caſtro Deviæ, & caſtro B. Nicandri duas petias terrarum, quas q. Jonathas Dei & Regis gratia civitatis Comes in territorio prædictæ terræ Civitatis dicto monaſterio donavit, unam videlicet in partib. Orientis juxta vallonum, quod dicitur Radicoſa. Alteram in partibus Occidentis, quod dicitur Iſola juxta flumen Fortorius. Eccleſiam S. Ægidii in territorio Juvenatii, cum terris, vineis, olivetis, domibus, & omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, omnes terras, ac tenimenta in territorio Caſale-novo, & Rineani. Terras in territorio Candelarui, quas q. Leonardus Dominus caſtri Candelarui eidem monaſterio vendidit infra fines hujuſmodi conſiſtentes à capite, pergit via publica, quæ dicitur via de Cancellaro Carromellaro, quæ etiam venit à Bado Ternaricis, & pergit Sipontum, & finit in via, quæ venit à foreſta Riniani, & finit in aliam viam quæ vadit ad puteum de ſale, & finit à flumine Candelarui, alio verò latere eſt ipſum flumen, & aſcendit à latere ejuſdem fluvii uſque ad ſervitam, quæ eſt inter eandem terram Monteſacci, & revolvit per eandem ſervitam, & pergit uſque ad eandem viam publicam. Omnes terras in loco, qui dicitur Turris Silveſtri, primus finis eſt quædam vallis juxta Caſtellucium, & deinde deſcendit recta linea à flumine Candelarii. Secundus finis eſt iſtud flumen. Tertius finis eſt, ſic prætendit; . . . . per quas itur à Candelario ad Sipontum, & ab ipſis viis aſcendit ad cavam veterem, & deinde ad montem Aquilonem. Quartus finis eſt murices, ſicut aqua pendet ab ipſo monte Aquilonis uſque ad dictam vallem Caſtellucii. Omnes terras in Moderano juxta* la via mezzana, Monte Pertuſo, *& S. Reſtituta, quæ terræ per hos fines eſſe videntur. Primus finis eſt rivus, qui deſcendit à prædicto Moderano uſque ad littus maris. Secundus finis ſunt murices, ſicut aqua dependet. Tertius finis à Canalus planca, & deſcendit in via, quæ venit à ſancto Joanne Rotundo, & deinde venit, & ferit in ſtrada, quæ venit ad ſanctum Portium, & venit per iſtam ſtradam uſque ad mare, omnes prædictas terras cum olivis, & vineis in loco Maulis petiam unam terræ prope Pantanum S. Ægidii, quæ terra hos fines habet, videlicet, primus finis eſt quoddam limes, quod eſt juxta puteum intus ipſas terras, & terras S. Nicolai de Pantano; ſecundus finis eſt via publica, per quam itur à monte ad S. Joannem Rotundum; tertius finis eſt terra S. Joannis in Lamis, & via per quam itur à dicto Pantano uſque ad Campum latum; quartus finis ſunt murices omnes alias terras circa ipſum pantanum exiſtentes cū aqua in ipſo pantano . . . . omnes alias ipſi monaſterio. Omnes terras, quæ ſunt in campolato prædicto monaſterio pertinentes uſque ad diſtrictum Reguli ab omni parte, ſicut aqua dependet, omnes domos, vineas, & terras in caſtro Caveravi, & caſtro Cuprelis eidem monaſterio pertinentes: omnes domos, vineas, & terras in civitate Siponti, & civitate Montis S. Angeli dicto monaſterio pertinentes, & omnes alias domos, & poſſeſſiones, loca, & tenimenta, vineas, oliveta, ſylvas, & nemora, nec non ſalinas, & piſcationes, quæ ubique per Regnum noſtrum juſto titulo dictum Monaſterium noſcitur poſſidere, atque inantea juxta per civitates, caſtra, villas, & oppida emptione, oblatione, donatione, aut quocunque modo dante Domino poterit adipiſci dicto Monaſterio confirmamus, atque concedimus. Volumus inſuper, ut per totum dominium noſtrum, ubi poſſeſſiones, & tenimenta dictum Monaſterium habuerit poſſit affidare, & diffidare, & ubique Monachi, vel homines præfati Monaſterii poſſint liberè emere, & vendere quæcunque voluerint, & nullum jus, actionem, ſeu plateaticum aliquid ſolvere teneantur, ac cum omnibus aliis locis, & tenimentis dicti monaſterii pro ſuis animalibus defenſas facere, & abſque licentia Abbatis nullus præſumat intrare ibidem. Confirmantes, atque concedentes, dicto monaſterio per totum . . . . non tamen Montis S. Angeli, & Vaſti poſſit pro animalibus ſuis, ſine damno alicujus paſcua, & aquas recipere, prohibentes iterum in piſcationibus, quas idem Monaſterium habet in mare Siponti, & Sancti Leonis, atque in Pantano Barani nullus abſque licentia Abbatis Pulſanenſis audeat venari, vel piſcari. Ad extremum namque talem franchitiam, & libertatem dicto Monaſterio Pulſano confirmamus, atq; concedimus, & omnes oblatos, qui ſe & bona ſua dicto monaſt. dedicaverint ab omni collecta, exactione, ſervitio, ſeu gravamine liberos eſſe volumus, & abſolutos, & ſi aliquis homo aliquid malefactum perpetraverit quo malefacto Monaſterio adjudicare debeat, & ipſe quomodolibet inde evaſerit, & ad monaſterium ipſum confugium fecerit, nemo eum apprehendat, vel in eum manum mittat, ſtatuentes, & Imper. auctoritate ſancientes, quod nullus Dux, nullus Marchio, nulla deniq; perſona, humilis, vel alta, ſæcularis, ſeu Eccleſiaſtica contra prædict. monaſterium, Abbates, Fratres, & ſucceſſores eorum in perſonis Eccleſiaſticis, hominibus, animalibus, ſeu quibuslibet bonis ſuis audeat moleſtare, vel indebitis exactionibus aggravare præſumat. Quicunque autem contra hanc confirmationis, & conceſſionis paginam auſu temerario ire præſumpſerit, iram noſtræ majeſtatis incurrat, & centum libras auri puriſſimi pœnæ ſubjaceat; ad hujus autem protectionis, confirmationis, & conceſſionis noſtræ memoriam, & perpetuam firmitatem præſens ſcriptum inde fieri, & noſtræ majeſtatis ſigillo juſſimus communiri anno, menſe, & Indictione ſuprascriptis. Datum Fogiæ anno Dominicæ Incarnationis 1225. menſe Maii, 13. Indict. &c.*

Anno 1227. die 3. Aprilis Rogerus Abbas Caſænovæ coram Guiſenulpho Sipontinæ civitatis Judice, & teſtibus conceſsit domum cœnobio ſuo obnoxiam quibuſdam Petro Piezolo, & Bellæ conjugibus, eorumque deſcendentibus uſque in tertium gradum cum prohibitione alienationis, ac onere cenſus annui trium ſolidorum. Documentum penes me eſt, in quo plures Sipontini cives cum ipſo Guiſenulpho Judice ſubſcripti ſunt, & viæ civitatis recenſentur.

*(„ Hujus Epiſcopi tempore Sipontum horribili terræmotu concuſſum, concidit, & omnino deletum eſt.)*



14 ROGERIUS (1) de Anglone, ſive Borrellus (bina enim illa nomina ejuſdem familiæ ſunt) Sipontinum Archiepiſcopatum tenuit Gregorii IX. Innocentii IV. & Alexandri item IV. Summorum Pon- LII.

(1) Gabriel Tontulus, qui noviſſimè Epiſcopus Rubenſis fuit, in editis memoriis Sipontinis huic Rogerio attribuit Decretalem illam, quæ habetur c.2. de Adult. & Rup. c.3. Pervenit ad nos &c. exiſtimans eam eſſe Gregorii IX. quæ eſt Gregorii I. ad Felicem Sipontinum, ut ſuo loco adnotavimus, Sarnellius.

Pontificum tempeſtate. Vir fuit eximiæ nobilitatis, quippe natus eſt parentibus Borrello Anglonis Comite. & Caratenuta illuſtriſſima Comitiſsa. Ejus porrò ſingularem virtutem, & pietatem paſſim prædicant monumenta cœnobii Caſænuvæ in agro Pennenſi mei Ordinis Ciſtercienſis, è quibus authographa duo, quæ ad me delata ſunt, & apud me in præſentia aſſervantur, hic exſcribere nun piget; cum Rogerii genitores, ac fratres memorent, ſimulque etiam Borrellæ, Anglonæque familiæ complures viros præclaros recenſeant. Et in priori quidem authographo continetur donatio, qua idem Rogerius, ejuſque mater Comitiſsa Caratenuta anno 1231. medietatem tenimenti Sparpaliæ memorato Caſænovæ cœnobio elargiti ſunt. Appenſa ſunt in hoc exemplari ſigilla duo cerea, quorum unum præſert effigiem Archiepiſcopi cum litteris: *Rogerius Dei gratia Sipontinus Archiepiſcopus*. Alterum verò exhibet inſignia Comitiſsæ Caratenutæ, ut ipſemet litteræ per circuitum ſculptæ teſtantur, nimirum S. (quod interpretor) *Sigillum Karatenutæ D. GRA. Comitiſſe*. Secundum authographum continet aliam ejuſdem Rogerii donationem, qua anno 1255. reliquam partem tenimenti Sparpaliæ in idem Caſænovæ cœnobium contulit.

Ne autem nullo niſi me teſte aſseruiſse videar Anglones, & Borrellos in unam eandemque coaluiſſe familiam, operæ pretium duco lectorem meum commonefacere familiarum quamplurium, quarum ſingulæ ſua ſumpſere cognomina ab iis, quibus præerant feudis, & oppidis, & ne longius abeamus ut in Ferdinando de Marra Duce Guardiæ, & Scipione Ammirato, eruditiſſimis familiarum ſcriptoribus legitur, antiquiſſimi illi Dynaſtæ, qui Summuculæ dicebantur, ob adeptionem Comitatus Aquinenſis, ac Baroniæ Cryptæ Mainardæ de Aquino, & de Crypta appellati ſunt. Hanc cognomentorum rationem ſecutos eſſe Borrellos aperte dignoſcitur. Etenim Guilielmus ille Borrellus, qui anno 1187. dominabatur in oppido Anglonæ, atque in agro Dragonariæ Eccleſiam Divo Matthæo Apoſtolo ædificandam curaverat, ut teſtatur liber inſtrumentorum monaſterii S. Mariæ de Gualdo apud Abbatem ſanctæ Sophiæ de Benevento pag. 78. poſtmodum omiſſo, quod antea profitebatur, Borrelli cognomento, dici cœptus eſt de Anglone, eoque cognomine appellatur paſſim in regeſt. Neapolitani Archivii 1322. littera A. fol. 49. à tergo, & 62. à tergo, in cenſu illo Baronum, qui ſub Guillelmo II. Rege expeditioni Terræ ſanctæ ſubſidio venerunt, & in regeſt. Imper. Federici II. ann. 1239. fol. 10. 12. 16. 25. aliiſque plurimis. Nihilominus tamen tennere conſtanter Anglonis Toparchæ, quam ab ſuis majoribus acceperunt, conſuetudinem ſuis imponendi liberis gentilitium Borrelli nomen. Quare litterarum monumenta teſtatum nobis reliquerunt, præter Borrellum Comitem Rogerii Archiepiſcopi patrem in dominatu Anglonis præfuiſse ann. 1198. Borrellum Oderiſii, & Odonis germanum fratrem. Ex authog. tabularii S. Mariæ Anglonis Ord. Cæleſt ſignatu N. 88. Borrellum Comitem Aleſinæ, ac Honorii Montis S. Angeli dominum, ex Anonymo Regis Manfredi; Borrellum alium ſub Carolo I. Rege, ex faſciculo ſignato N. 70. fol. 76. ac denique Borrellum Roberti Borrelii filium ſub Rege Carolo II. ex faſciculo 1. fol. 81. conſervabatur ab Joſepho de Fuſco inſignium familiarum nobilium perquam ſtudioſo, atque erudito numiſma utraque ex facie Anglonenſium procerum ſtemmata repræſentans. Sed proferamus ſchedas, quæ Rogerii genus, ac pietatem produnt.

*In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

*Anno ab Incarnatione ejus 1231. primo m. Octobr. 5. Ind. Regnante D. noſtro Frederico Dei gratia Romanorum Imper. ſemper Auguſto, Jeruſalem, & Siciliæ Rege, Imperii ejus anno XI. Regni Hieruſalem ſexto, Regni verò Siciliæ 34. feliciter. Amen.*

*Ego Caratenuta uxor q. Comitis Burrelli de Anglone, & nos Rogerius miſeratione divina Sipontinus Archiepiſcopus, & Benedictus de Anglone fratres filii q. Comitis Burrelli de Anglone, & prædictæ Comitiſſæ Caratenutæ, & ego Riccardus filius q. D. Riccardi de Anglone filii q. Comitis Burrelli, & Comitiſſæ prædictæ cum voluntate, & conſenſu jam dictorum Comitiſſæ Caratenutæ, venerab. Patris D. Rogerii Archiepiſcopi Sipontini, & D. Benedicti de Anglone tutoris noſtri, brevitatem hujus vitæ attendentes, ſimulque conſiderantes terribilem illam ſententiam Apoſtoli dicentis; omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis ſui, ſive bonum, ſive malum: ubi unuſquiſque tanta ſecurior apparebit, quanto dum vivit in carne bonis operibus amplius abundavit. Quę bona opera, & ſi multa ſint, in iis tamen, qui communem vitam ducunt, eleemoſynarum elargitio nobile principatum obtinere videtur; hanc enim ſacra Scriptura frequenter, excellenterque commendat; ſed, & ipſe Dominus proprio ore collaudat dicens: Verumtamen, quod ſupereſt vobis, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Itemq; facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Hæc igitur ſollicitè penſantes, cupienteſque ęterna vitę, ad quam non niſi bonis operibus pervenitur, participes inveniri, pro redemptione animarum noſtrarum, noſtrorumque parentum præ noſtris etiam heredibus, & ſucceſſoribus damus, tradimus, concedimus, & offerimus monaſterio Caſænovæ Ciſtercienſis Ordinis, poſito in Pennenſi diœceſi partem tenimenti noſtri, quod habemus in Sparpalia, quę iis finibus terminatur. Ab uno latere habet vallonem de Martorella, ab alio latere eſt flumen Sonellæ, alius verò finis pariter cum tenimento Giſii, & mittit unum caput in principium vallonis Martorellæ, aliud vero caput in prædictum flumen Sonellæ. Hanc igitur poſſeſſionem cum introitibus, & exitibus ſuis, & cum omni habilitate ſua, & quicquid infra prædictæ poſſeſſionis fines continetur ab omni ſervitio, & exactione liberam, & abſolutam ſecundum conſuetudinem, & libertatem Ciſtercienſis Ordinis damus, tradimus, concedimus, & offerimus tibi Donno David Monacho ſupradicti monaſterii, recipienti pro ipſo monaſterio, atque te de ipſa per fuſtem inveſtimus, ut ipſum prædictum monaſterium habeat, teneat, & poſſideat in perpetuum. Promittentes pro nobis, noſtris heredibus, & ſucceſſoribus contra hanc noſtram donationem, traditionem, conceſſionem, & oblationem in perpetuum aliquatenus non venire. Et ſi aliquo caſu nos, vel noſtri heredes, vel ſucceſſores contra hanc noſtram donationem, traditionem, conceſſionem, & oblationem venire præſumpſerimus, obligamus nos, noſtroſque heredes, & ſucceſſores ad pœnam centum unciarum auri, ita quod medietas jam prædicto monaſterio perſolvatur, donatione, ſeu oblatione jam præmiſſa penes monaſterium nihilominus in ſuo robore duratura. Promittimus inſuper hanc noſtram donationem, conceſſionem, traditionem, & oblationem ad opus monaſterii ſupradicti defendere, & anteſtare ab omni homine, omnique perſona ſecundum quod poſtulat ordo juris. Renunciamus etiam omni exceptioni, & legum auxilio, necnon & omni Conſtitutioni Capuæ, vel alibi promulgatæ, vel promulgandæ, ſi qua competit, vel competere poterit in antea, per quam nos, noſtri heredes, vel ſucceſſores jam ſæpè dictam donationem, ſeu oblationem poſſemus infringere, vel modo aliquo revocare; ſed omnia firma, & illibata monaſterio in perpetuum perſeverent, & quia Judicem non habemus in terra, ad majoris ſecuritatis indicium præſens Inſtrumentum ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari; quæ omnia ſupraſcripta Ego Thomas Curiæ Domini Benedicti, & publicus Notarius de Anglone de mandato Dominorum prædictorum, & ad preces utriuſque partis ſcripſi, quia interfui, & ſignum meum feci. Interlineatum eſt ſupra, Anni. Actum in Anglone.*

† *Ego*

† *Egofrater Petrus de Mariano converſus Caſæ novæ teſtis ſum.*
† *Ego Tancredus Buddonis rogatus teſtis ſum.*
† *Ego Aniba de Anglone rogatus teſtis ſum.*
† *Ego Gualterius de Andravana rogat. teſtis ſum.*
† *Ego Raynaldus de Caſtello rogatus teſtis ſum.*
† *Ego Diac. Nicolaus de Aylano rogatus teſtis ſum.*
† *Ego Gualterius de Caſtello Subd. rogatus te. ſum.*
† *Ego Rao filius q. D. Riccardi de Anglone rog. te. ſũ.*
† *Ego Benedictus Cellararius rogatus teſtis ſum.*



*In Chriſti nomine. Amen.*

*Anno ab Incarnatione ejuſdem 1255. Die Jovis, 25. Novembris, 14. Indict. tempore D. noſtri Alexandri Papæ IV. Pontific. ſui anno 1. feliciter. Amen.*

*Nos Magiſter Stephanus de Ortona civis Pennæ de luce in eadem terra contractuum Judex, & Bellius publicus ejuſdem terræ Notarius præſenti ſcripto publico declaramus, quod vir nobilis D. Jacobus Berardi Jonathæ de Anglone Caſtellanus Biſarzii oſtendit publicè quaſdam litteras proprio ſigillo venerabilis viri D. Rogerii de Anglone Rev. Archiepiſcopi Sipontini ſigillatas, quas vidimus in prima ſui figura ſive vituperatione, & vitio non abolitas, non raſas, vel cancellatas, quarum tenor per omnia talis erat. Rogerius de Anglone Dei gratia humilis Archiepiſcopus Sipontinus D. Jacobo Berardi Jonathæ dilecto fideli ſuo, &c. Cum ex plurimis jam retroactis temporibus nobilis mater noſtra bonæ memoriæ Comitiſſa Caratenuta, uxor q. nobiliſſimi patris noſtri felicis memoriæ Comitis Borrelli de Anglone, & Nos, nec non nobiles fratres noſtri Benedictus, & Riccardus filii prædictorum Comitis, & Comitiſſæ, bona noſtra gratuita voluntate pro animabus noſtris, & omnium parentum noſtrorum ſecundum libertatem Ciſtercienſis Ordinis dederimus, obtulerimus, & tradiderimus venerabili monaſterio Caſænovæ ejuſdem Ordinis Pennenſis diœceſis quandam partem tenimenti noſtræ Sparpaliæ, quæ nobis pertinebat jure materno, & nunc ipſam partem, ſeu poſſeſſionem integram, & ſine moleſtia alicujus dictum monaſterium tenet, & poſſidet, de conſueta benignitate noſtra. Nunc nos ſupradictus Rogerius bona, & gratuita voluntate noſtra primam iſtam donationem, quamcum prædictis fecimus monaſterio nominato, in manus venerab. viri D. Andreæ Prioris Caſænovæ pro parte ipſius monaſterii confirmamus, & reliquum totum tenimentum dictæ Sparpaliæ ſine diminutione aliqua, quod nobis ab ipſa prima donatione, quam fecimus monaſterio ſæpe dicto remanſit ſecundum libertatem Ciſtercienſis Ordinis dedimus, conceſſimus, obtulimus, & in per fuſtem tradidimus dicto Priori recipienti pro parte, & nomine dicti monaſterii coram idoneis teſtibus, videlicet D. Ægidio, D. Paulo Monachis Caſænovæ, fr. Marco, & fr. Andrea ejuſdem monaſterii converſis; D. Pandulpho Archipresbytero Montis S. Angeli, D. Joanne de Monteferrando Capellano noſtro, & nobilibus viris D. Gentili de Tavenna, D. Griſochono de Tavenna, Dom. Jacobo de Anglone, D. Odiriſio de Pilis, D. Tho-*

A *maſio de Paulo, & aliis pluribus ad hoc ſpecialiter convocatis. Undè cum ad inducendum dictum D. Andream Priorem in corporalem poſſeſſionem iſtius ultimæ donationis noſtræ, quam fecimus de dicto tenimento ſæpe dicto Priori, non poſſimus perſonaliter intereſſe, præſumentes de fidelitatè tua, tibi præcipimus firmiter, & mandamus, quatenus perſonaliter accedens ad locum dictæ Sparpaliæ auctoritate præſentium, loco, & vice noſtra totum tenimentum dictæ Sparpaliæ integrum, & ſine diminutione aliqua quod remanſit nobis, ut ſupra dictum eſt, à prima donatione, quam dicto monaſterio fecimus ipſi D. Andreæ Priori, vel alicui alii Fratrum ipſius monaſterii recipienti pro parte, & nomine dicti monaſterii debeas aſſignaſſe, & eundem D. Andream, vel aliquem alium Fratrem dicti monaſterii in corporalem poſſeſſionem ſupradicti tenimenti fideliter inducas, & determinando omnes fines ipſius reliqui tenimenti Sparpaliæ, quod nuper dedimus monaſterio nominato per manus dicti D. Andreæ ipſi, vel alicui*
B *alii de Fratribus ejuſdem monaſterii recipienti dictum tenimentum deſignes, & aſſignes totaliter, & particulariter cum licentia noſtra, & plenario poteſtate addendi, & adhibendi omnem ſolemnitatem, & cautelam ſuper premiſſis, quam quilibet pro parte ipſius monaſterii recipiens, vel ſuſcipiens reputaverit opportunam, ut nulla de cætero de toto tenimento Sparpaliæ, vel ejus parte poſſit dicto monaſterio controverſia aliqua, ſeu occaſio ſuboriri. Mandatum noſtrum ſic prudenter, & efficaciter compleas, ut de fidelitate tua, atque induſtria apud nos tanquam vir ſtrenuus commenderis. Et ad cautelam dicti monaſterii de iis omnibus, & ſingulis eidem monaſterio fieri facias publicum inſtrumentum. Datum apud Anglon. 20. Novembris 14. Indict. Quibus litteris diligenter inſpectis, auditis ſolemniter, & perlectis de verbo ad verbum expoſitis, tam in noſtri præſentia, quam ſubſcriptorum teſtium litteratorum, & aliorum ad hoc ſpecialiter rogatorum dictus D. Jacobus conſentiens in nos Judicem, & Notarium, tanquam*
C *in ſuos Judicem, & Notarium, cum ſe ſciret, de noſtra juriſdictione non eſſe, auctoritate præſcriptarum litterarum, & mandati ſibi ab eodem D. Archiepiſcopo facti præſenti ſiquidem die perſonaliter accepit per manum religioſum virum D. Nicolaum de Siniſio majorem Cellararium Caſænovæ, & induxit eum nomine, & pro parte ipſius monaſterii in corporalem poſſeſſionem dicti tenimenti Sparpaliæ, & deſignando, ac perambulando totum prædictum tenimentum, ſeu territorium, & ſingulas partes ejus, determinavit illud per certos, & antiquos fines inferius declaratos, & eidem majori Cellarario pro parte ipſius monaſterii recipienti tradidit, & aſſignavit caſtellarium Sparpaliæ diſmaſatum, & ipſius Sparpaliæ tenimentum, ſeu territorium totum, cum Eccleſia S. Mariæ de Sparpalia, & aliis Eccleſiis conſtructis, & deſtructis, & cum juribus earumdem cum terris cultis, & incultis, cum ſylvis, paſcuis, aquis, & aquarum decurſibus cum ſediis molendinorum, & eorũ habitatibus, cum ſuperioribus, & inferioribus finibus, cum*
D *acceſſibus, & egreſſibus ſuis uſque in vias publicas, & cum omnib. & ſingulis ſupra ſe, & intra ſe, vel infra prædictum tenimentum Sparpaliæ habitis in integrum, & contentis, & cum omni jure, uſu, actione, & requiſitione eidem D. Archiepiſcopo pertinente, ſive ſpectante, ad habendum, tenendum, & perpetuo poſſidendum in integrum. Cujus tenimenti, ſeu territorii confines ſunt iſti. Incipit enim ejus determinatio à Monteacuto, & deſcendit per quandam voraginem, quæ determinat inter aliam partem Sparpaliæ ab eodem Monte ab antiquo poſſeſſam, & nuper ſibi ab eodem Archiepiſcopo confirmatam, & deſcendit per ipſam voraginem uſque in vallonem Martorellæ, & per eundem vallonem decurrit uſque in fluvium Sonelle, & per ipſum fluvium etiam curſis uſque ad locum, ubi prædictum tenimentum Sparpaliæ conjungitur territorio Ruyceti, & vadit per quendam limitem antiquum, qui eſt pro confine, & aſcendit per quandam coſtam, ſeu clivium juxta eund. limitem uſq; ad calcariũ*

de

A *de Scernio, & confinat cum territorio Scernii, & vadit uſque in viam cavam, & per eam uſque ad locum, ubi conjungitur territorio Guaſti Planiſii, & protenditur poſtmodum ipſa determinatio in diectum uſque in Montem-acutum, & regreditur in eandem voraginem, quæ intrat in vallonem Maſtorellæ prædictum, & ſi qui alii ſunt, vel fuerant tenimento prædicto confines. Ad hujus igitur rei evidentiam, futuram memoriam, & dicti monaſt. Caſænovæ cautelam præſens publicum inſtrumentum prædictus D. Jacobus juxta præſcriptum D. Archiepiſcopi præfati mandatum exindè fieri rogavit per manus mei, qui ſupra Notarii meo ſigno ſignatum, & mei qui ſupra Judicis, & litteratorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Pro aliis teſtibus, qui ſubſcribere neſciebant, idem Notarius ſubſcripſit rogatus ab eis ipſis ſupponentibus ſigna ſua. Quod inſtrumentum ego Bellinus, qui ſupra publicus Pennæ de luce Notarius rogatus interfui, ſcripſi, & ſubſcripſi, & mei nominis ſolitum ſignum feci †.*

B *Actum ſuper eodem tenimento, & territorio Sparpaliæ anno menſe, die, & Indictione prædictis.*

*† Ego Stephanus de Ortona, qui ſupra Juden in contractibus in Pennu de Lucis bis interfui, & ſignum feci.*

*† Ego Fr. Paulus Caſænovæ ttdinterf. & me ſſ.*

*† Ego Fr. Clericus Monachus Caſænovæ rog. teſtis interfui, & me ſubſcripſi.*

*† Ego Fr. Simeon Monachus Caſænovæ eog teſtis interfui ſignum feci.*

*† Ego Fr. Thomaſius Jaconus Caſænovæ rog. teſtis ſignum feci.*

*† Ego Jacobus di Manopello teſtis rog. manoplam feci.*

*† Ego Bonajutus de Piſcaria hujus rei tt. ſum.*

*† Ego Notarius Angelus Thom. de Penna lucis teſtis rog. interfui, & ſſ. & ſignum feci.*

*† Ego Blaſius Bernardi de Penna lucis teſtis rog. & ſignum feci.*

*† Ego Brunettus de Pennu lucis teſtis ſum, & ſignum feci.*

C *† Ego Jaconus Gualt. filius Judicis Bellini Pennæ lucis rog. teſtis feci.*

*† Signum quod Fr. Ber. Caldararius Grangerius Caſtelli magni rog. teſtis fecit.*

*† Signum quod Fr. Guilielmus de Marchia Grangerius Sparpaliæ rog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Andreas de Picenſa Grangerius Luparii rogatus teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Gualterius de Atiſſa converſus ejuſdem monaſterii rog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Bern. de Caſalanguida Converſus d. monaſt. eog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Ber. de Galitano dicti monaſterii conveſſus rogatus teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Robertus de Monte Azulo dict. monaſt. converſus rog. teſtis fecit.*

*† Signum quod Fr. Philippus de Cauuſio dict. mon. converſus rog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Joannes de Ferris d. mon. conv. rog. teſtis fecit.*

D *† Signum, quod Fr. Bartholomæus de Carpineto d. mon. conver. rog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Petrus de Berton. d. monaſt. conv. rog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Barthol. de Loureto d. mon. conv. rog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Rao de Carpineto d. monaſt. conv. rog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Petrus de Roſello d. monaſt. conv. rog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Fr. Ber. de Felecto d. mon. conv. rog. teſtis fecit.*

*† Signum Girardi Bonihominis de Scernio, quod ipſo eog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Gull. Bonihominis de Scernio frater ejus rog. teſtis fecit.*

A *† Signum, quod Benedictus Montanarius de Monte-Oderiſii rogatus teſtis fecit.*

*† Signum, quod Gualt. de Jannacio de Monte Oderiſii rog. teſtis fecit.*

*† Signum, quod Guill. de Cipagatto de Monte Oderiſii rog. teſtis fecit.*

(„ *Rogerius iſte inter eos Epiſcopos fuit, qui juſſu „ Feedinandi Imperatoris ab Entio rege Sardiniæ, „ dum ad Lugdunenſe Concilium proficiſcerentur, capti ſunt, & in vincula conjecti: Manfredus deinde, „ Federici filius nothus, occupator in his regni partibus paterni dominii, ſolo jam proſtratam Sipontum excitavit ad mille paſſus cemoriori in loco, novamque civitatem de ſuo nomine Manfredoniam dixit (alii appellarunt novum Sipontum) & inchoatum opus an. 1256. perfecit citiſſime; anno ſiquidem 1258. menſe Martio, die Dominico, compulit antiquati Siponti ſuperſtitem gentem, & Civitatenſem Apuliæ Manfredoniæ ſubſiſtere: & ipſe „ Rogorius delato ſecum S. Laurentii Pontificis cor-* B *„ pore Sipontum novum cum ſuo Clero ſolemniter ingreſſus eſt: qui poſtea piiſſimè obiit an. 1265.* Sarnellius. )

14 JOANNES Sipontinus Archiepiſcopus Joanni proximè ſucceſſit, qui anno Domini 1277. Salernitana ſede vacante Eccleſiam S. Pauli de Palenrea tunc S. Mariæ in ſuburbiis Salernitanis Ord. Prædicatorum una cum Luca Acernen. & Joanne Sarnenſi Epiſcopis conſecravit. Joannis Archiepiſcopi obitus memoratur in regeſt. Vatic. an. 4. Pontificatus Nicolai IV. ſalutis 1290. in epiſt. ad Andream ſucceſſorem. Hunc ex nobili Freczia familia apud Ravellenſes antiquiſſimæ volunt natum, de quo habemus in Ravellenſi Archivio memoriam. LIII. a Anno 1265. *Anno 1297. menſe Julio primo die ejuſdem, x. Indictionis apud Barulum nobilis vir Reginaldus Freczia de Ravello habitator Baruli, filius q. Bartholomæi Frecziæ de Ravello coram n. v. Andrea de Faſco Ravellenſium, Scalenſium, & Amalphitanorum in Barulo morantium Judice, conſtituit procuratorem ſuum* C *Jacobum Piroutum de Ravello ad pesmutandum cum domino Stephano Freczia de Ravello poſſeſſionē unam ſui ipſius conſtituentis exiſtentem in terra Minoris in loco, qui dicitur Villamena, & ad recipiendum ab eodem domino Stephano loco dict. permutationis tertiam partem ſuam quarundam domorum, jardeni, oliveti, vinearum, & terræ exiſten. in dicta terra Minoris in loco qui dicitur Taſcarana, quæ fuerunt quondam domini Joannis Archiepiſcopi Sipontini, quę bona d. Stephanus cum ipſo conſtituente communiter, & pro indiviſo poſſidebat, &c.*

Quando autem Joannes ad hoc faſtigium evectus fuerit, non habemus, nec quicquam aliud præter hęc pauca de ipſo invenire potuimus. Etenim hujus Eccleſiæ omnia monumenta anno 1620. à Turcis cremata fuerunt, cum urbem Manfredoniam dolo malo cepiſſent, ac ferè diripuiſſent.

(„ *B. Latinus Malobranca Frangipanus Urſinus „ Romana primaria nobilitate clarus, & clariſſimum „ Ord. Prædicatorum ſydus, cum apud Romanam* D *„ curiam nunciatum fuiſſet Joannem Archiepiſc. qui „ in perniicioſam inciderat valetudinem, jam abiiſſe ab his humanis, ipſe a Nicolao III. avunculo „ ſuo huic urbi attributus eſt an. 1278. ut docent Eccleſiæ hujus monumenta. Sed cum adhuc temporaria hac luce frueretur Joannes, ut certior monuit „ fama, Latinus receſſit à paſtorali munere, & illud protectoris Sipontinæ Eccleſię à Pontifice ſuſcepit, quod geſſit beneficentiſſime, obiitque Epiſcopus Card. Oſtienſis.* Sarnellius. )

15 ANDREAS („ *Canonicus, & civis Sipontinus*) per obitum Joannis hanc Eccleſ. regendam ſuſcepit à Nicolao IV. an. 1290. Non. Decemb. ut in epiſt. reg. Vat. n. 614. fol. 127. an. 4. memoratur in reg. Regio Neap. an. 1298. Obiit an. 1301. LIV.

16 GREGORIUS de Monte Longo Gregorii Card. hujus cognominis nepos [1], ex Veronenſi Archi- LV.

(1) Gregorium fuiſſe ſcribit Ughellus nepotem Gregorii hujus cognominis Cardinalis, qui mihi indaganti non occurrit Cinconiano ex opere, & Ughello conſentit laudatus Sarnellius. De Monte Longo Hugonem habemus inter presbyteros Cardinales à Gregorio IX. cooptatum an. 1273. cujus nepos ne haud eſſe

chidiacono utriuſque juris Doctore celeberrimo ex delectu Bonifacii VIII. ad hanc ſedem aſcendit ann. 1301. Kal. Septembris, ut in reg. Vatic. ep. 191. fol. 49. ſcriptum eſt, & in ea legitur à Capitulo Sipontino poſt Andreæ obitum cùm Ran Arianenſis Epiſcopus in Archiepiſcopum poſtulatus fuiſset, abrogata electione, Bonifacius VIII. Gregorium hunc virum utique doctum, & moribus præclarum ex plenitudine poteſtatis Eccleſiæ Sipontinæ præfecit. Hanc ille Eccleſiam optimè rexit annum unum, & menſes aliquot, deceſſit enim ſub initio anni 1302. & in Cathedrali humatus eſt.

LVI. 17 LEONARDUS Mancinus nobilis civis, & Epiſcopus Urbevetanus ann. 1302. 5. Id Feb. (1) translatus eſt ad hanc Sipontinam Eccleſiam à Bonifacio VIII. Id clarè conſtat ex regeſt. Vat. epiſt. 9. fol. 148. anno 8. ejuſdem Pontificis. Errat Filidius Marabottinus in Catalogo Urbevetanorum Præſulum nuper typis edito, dum ſcribit, Leonardum Urbevetanum obiiſse Epiſcopum, cum ſatis conſtet ex reg. Vat. illum ad Sipontinum ſacerdotium tranſlatum fuiſse, in quo diù deinceps vixiſse opus eſt; tametſi præcisè tempus obitus ejus ignoretur, ſi conjecturare licet, perveniſse ad annum 1326. aſſerendum eſt. cum nullus alius reperiatur hujus ſedis Archipræſul ab anno 1302. uſque ad hunc annum 1326. his temporibus Clemens V. Pontifex zelo Dei, & amori religionis intentus Monaſterium S. Joannis in Lamis à vetuſta prima inſtitutione, & monaſtica diſciplina penè collapſum, Abbati, & Monachis Caſænovæ Ordinis Ciſtercienſis Pennenſis Diœceſis reformandum tradidit perpetuoque illud ſupponens & uniens Ordini Ciſtercienſi, iis litteris Apoſtolicis datis, quæ cum multa alia de hoc monaſterio exponant, huc afferre conſilium eſt ex ipſis autographis archivii Caſænovæ.

*Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Caſænovæ Ciſtercien. Ord. Pennen. Diœceſis ſalutem, & Apoſtol. benedict.*

*Præſignis Ordinis veſtri religio fœcunditate referta, virtutum, & meritorum conſpicua ſanctitate, nec non & devotionis ſinceritas, quam reverenter & ſedulo erga nos, & Romanam habetis Eccleſiam, promerentur, ut nos Apoſtolicæ favoris plenitudine proſequentes vobis reddamur aſſiduè ad gratiam liberales, & tunc præcipuè, dum per hujuſmodi noſtræ liberalitatis opus, officii debitum; quo circa directionem locorum Religioſorum invigilare tenemur, laudabiliter adimplemus. Cum enim inter noſtræ ſollicitudinis ſtudia illud dignoſcamus eſſe non minimum, ut in locis ſub religionis ſpecie divino cultui dedicatis providentibus nobis obſervantia vigeat regularis, & deformata pro tempore reformentur, honeſtas delectat Nos admodum locis ipſis, ac perſonis in eis degentibus felicem ſtatum, & proſperum procurare. Cum igitur in Monaſterio S. Joannis in Lamis ad Romanam Eccleſiam nullo medio . . . . Ordinis S. Benedicti Sipontinæ Diœceſis plurimum, ſicut accepimus teneat obſervantia regularis, Nos tam veſtri, quam ejuſdem S. Joannis Monaſterii profectibus intendentes, monaſterium ipſum S. Joannis unà cum caſtris & villis, & omnibus bonis, mobilibus, & immobilibus, ac juribus ad ipſum ſpectantibus Monaſterio veſtro de fratrum noſtrorum conſilio authoritate Apoſtolica counimus, ipſumque incorporamus Ciſtercien. Ordini de illius pulchritudine hujus deformatum . . . . ita quod utrumque monaſterium de cætero ſit unum corpus ſub tuo fili Abbas, & ſucceſſorum tuorum regimine, caſtris, villis & cæteris bonis ejuſdem Monaſterii S. Joannis in ipſius . . . . tibus gubernandum. Et quod cupimus, ut in dicto Monaſterio S. Joannis cultui divini nominis intendatur, eadem auctoritate præcipimus ut perpetuò ſerviatur inibi per competentem conventum Monachorum Ciſtercien. Ordinis ſub*



A *tua fili Abbas, & eorundem ſucceſſorum obedientia permanſurum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ unionis, & incorporationis, & præcepti infringere, aut ei auſu temerario contraire, ſi quis tam hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum in Avenione decimo Kal. Februarii.*

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilectis filiis Abbati, & conventui Monaſterii Caſænovæ Ciſtercien Ordinis Pennen. Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.


*De univerſis Orbis Eccleſiis & Monaſteriis pro eorum ſtatu ſalubriter dirigendo juxta paſtoralis officii debitum ſollicitè cogitantes ad ea præſertim conſiderationis noſtræ retorquemus intuitum, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere nullo medio dignoſcuntur, ad quorum reformationem, cum illa in ſpiritualibus, aut temporalibus collapſa ſentimus, libenter inten-* B *dimus, ac opem & operam quantum nobis ex alto permittitur adhibemus, ne irreparabiliter collabantur; dudum quidem intimantibus nobis dilectis filiis Abbate & Conventu Monaſterii S. Joannis in Lamis ad dictam Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti Sipontinæ Diœceſis, quod Monaſterium ipſum conſuetum hactenus florere in ſpiritualibus, & temporalibus abundare, per nonnullos nobiles, & potentes circumpoſitæ regionis, qui tremendi Judicis iram incurrere non formidant, erat in ſuis bonis, & juribus non modicum diminutum, ipſique Abbas, & Conventus ab eiſdem adeo damnis opprimebantur gravibus, & affligebantur injuriis continuis, contumeliis, & jacturis, quod Monaſterium ipſum, in quo vigere conſueverat copioſus numerus Monachorum, ad quinque duntaxat monachos erat reductum, nec de creandis ibidem aliis ſpes ex veriſimili ob eorundem malignantium impetus habebatur, nobiſque ſupplicantibus, ut cum ipſi ſperarent dictum eorum Monaſterium in recuperatione perdito-* C *rum, & conſervatione ſuorum exiſtentium jurium per vos, quos, tum in Monachorum, & converſorum multitudine, quam ſecularibus divitiis, & favoribus aliis valde in illis partibus potentes aſſerunt firmiter relevari, & contra prædictorum violentium defenſari prædictum eorum Monaſterium incorporare veſtro Ordini, ipſumque cum Caſalibus, poſſeſſionibus, & omnibus aliis bonis, juribus, & pertinentiis ſol. veſtro monaſterio unire miſericorditer dignaremur. Nos volentes de his plenius informari, prædictorum Abbatis, & Conventus, ac veſtris ſuper hoc ſupplicationibus inclinati, venerabilibus fratribus noſtris conſilio Archiepiſcopo Conſan. & Joanni Epiſcopo Civitaten. noſtris mandavimus litteris, ut ipſi, vel eorum alter ad d. monaſterium S. Joannis perſonaliter accedentes, ac habentes præ oculis ſolum Deum inquirerent ſuper præmiſſis, & etiam, ſi hujuſmodi incorporatio, & unio dicto S. Joannis monaſterio expediret, & an poſſet de perſonis dicti Ordinis S. Benedicti commodè reformari diligentius veritatem & quæ invenirentur* D *in ſcriptis redacta nobis fideliter deſtinarent. Cumque dictus Epiſcopus Civitaten. eodem Archiepiſcopo tunc in remotis agente ſuper his omnibus juxta dictarum literarum tenorem, earum auctoritate diligenter inquirens, inquiſitionem hujuſmodi ad noſtram præſentiam tranſmiſiſſet. Nos dilecto filio noſtro Guillelmo S. Nicolai in carcere Tulliano Diacono Cardinali mandavimus oraculo vivæ vocis, ut ipſe ſuper inquiſitione hujuſmodi ſe informans, quæ ſuper præmiſſis reperiret, nobis referre curaret. Quia igitur facta nobis per eundem Cardinalem ſuper hoc relatione fideli conſtat per inquiſitionem eandem, prædicta omnia, quæ per dictos Abbatem & Conventum, ut præmittitur nobis inſinuata fuerant, vera eſſe, ac incorporationem hujuſmodi non ſolum expedire,*

Nn *ſed*

eſſe potuit Gregorius iſte. Accuratiori indagine id alii perquirant. Idem Ughellius, pariterque Sarnellius inquiunt Gregorium hunc in ſolio Sipontino ſediſſe annum, & menſes aliquot, videlicet quatuor ex Sarnellio. Sed uterque, cum ex Vaticano regeſto ejus electionem rejiciat in an. 1301. & diem primam Septembris, & ejus obitus contigerit anni 1302. initio, nonniſi quintum menſem in ea dignitate attigiſſe aſſerendum eſt. *Lucentius.*

(1) Exeunte menſe Januario, cum pridie Kal. Febr. ejus anni ſucceſſorem habuerit in ſede Urbevetana. Nec obſtat, quod ex regeſto Vaticano Epiſtola Bonifacii expedita fuerit die 9. Febr. cum in ea de proviſione jam facta ſermo ſit. *Lucentius.*

*ſed utilem, & neceſſariam fore Monaſterio prædicto S. Joannis, ne ad deſolationem irreparabilem reducatur. Nos præmiſſa omnia paterna conſideratione penſantes, ac volentes ipſius Monaſterii S. Joannis periculis imminentibus quantum in Deo poſſumus præcavere, Monaſterium ipſum auctoritate Apoſtolica de fratrum noſtrorum conſilio prædicto, veſtro incorporamus Ordini, illudque cum Caſtris, Caſalibus, & Villis, poſſeſſionibus, & omnibus bonis, juribus, & pertinentiis ſuis vobis, & Monaſterio veſtro prædicto ſubjicimus; eadem ſtatuentes auctoritate, quod Monaſterium ipſum per vos de perſonis dicti veſtri Monaſterii ſalubriter reformetur, in quo Abbas & Conventus ejuſdem Ordinis veſtri perpetuis futuris temporibus habeantur, et vivant, & ſe gerant in omnibus ſecundum ipſius Ordinis morem & regularia inſtituta, quodque vobis, ac dicto veſtro Monaſterio perpetuis futuris temporibus, tanquam illius filia ſit ſubjectum, ita quod in ſibi Abbas, et ſucceſſores tui Abbates ejuſdem tui Monaſterii, qui pro tempore fuerint, illam poteſtatem, & juriſdictionem in dicto Monaſterio S. Joannis & perſonas ejuſdem per omnia habeatis, & exerceatis, quam alii Patres, Abbates dicti veſtri Ordinis in filiabus ſuis habere, & exercere ſecundum ipſius Ordinis inſtituta, & privilegia dignoſcuntur. Abbas verò, & Monachi, qui nunc ſunt dicti Monaſterii S. Joannis, ſi ad veſtrum prædictum voluerint Ordinem ſe transferre, per vos recipiantur in illo, & ſincera in Domino caritate tractentur, alioquin ſi potius velint in Ordine ſuo perſiſtere, ipſis quoad vixerint, & in dicto eorum Monaſterio remanere voluerint, de ipſius Monaſterii proventibus vitæ neceſſaria congrue miniſtrentur. Abbati quoque, & Conventui dicti Monaſterii S. Joannis, qui pro tempore fuerint auctoritate præſentium nihilominus indulgemus, ut omnibus privilegiis, & indulgentiis eidem Ordini Ciſtercien. ab Apoſtolica Sede conceſſis, & inpoſterum concedendis, liberè gaudeant, & utantur. Non obſtantibus conſtitutionibus, aut ſtatutis, vel conſuetudinibus contrariis Monaſteriorum, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſeu quibuſcunque privilegiis, litteris & indulgentiis apoſtolicis quorumcumque tenorum exiſtant, de quibus forſan in præſentibus oporteret mentionem fieri ſpecialem. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ incorporationis, ſubjectionis, ſtatuti, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avenione x. Kalendas Martii Pontificatus noſtri anno ſexto.*



18 Fr. MATTHÆUS a Franciſci Neapoleonis
LVII. Urſini Cardinalis fratris filius de Campo Flore Ordinis Prædicatorum, qui ut narrat Ciaconius, cum eſſet Canonicus in Eccleſia S. Stephani in Galliis, juriſque Pontificio operam daret, Ordinem Prædicatorum iniit, in quo in divinas Scripturas ſolerter incumbens, primò Baccalaureus Bononienſis, mox Pariſienſis, deinde Sac. Theologiæ magiſter factus publicè Lutetiæ Pariſiorum, & Florentiæ multis annis ſacras litteras interpretatus eſt. Interfuit pluribus Capitulis generalibus, & Provincialibus Definitor, & a cunctis Patribus in Comitiis Urbeveteri coactis, Romanæ Provinciæ præfectus eſt anno 1322. quam integrè adminiſtravit. Dum hoc munere fungeretur (teſte Oderico noſtro clariſſimo Annal. Eccleſ. continuatore tom. 15.) a Romanis concivibus Avenionem ad Joannem XXII. Pontificem orator miſſus eſt anno 1325. ut cum in Urbem alliceret, a quo benignè ſuſceptus, ſe opportuno tempore in Urbem acceſſurum reſpondit, & Matthæum doctrina, pietate, rebus agendis, & genere illuſtrem Agrigentinum in Sicilia creavit Epiſcopum eodem anno 1326. ut in libro ſolutionum Prælat. ſcriptum inveni ſub die 24. Octobris, quo ſolitum ſubſidium ſacro Collegio idem Matthæus jam Epiſcopus Agrigentinus conſecratus, & poſt menſes plus minus ſex ad Sipontinam Eccleſiam translatus eſt, quam vacuam reliquerat Leonardus anno ſcilicet 1327. 22. Aprilis, pro hac ipſa Sipontina ſubſidium ſolvit, eodemque anno menſis Decembris S. R. E. Presbyter Card. SS. Joannis & Pauli titulo Pamachii creatus eſt. Ex ejus promotione vacavit Sipon. Metropolis. Avenione obiit ſub Benedicto XII. Epiſcopus Cardinalis Sabinus 15. Kal. Septembris anno 1341. Corpus Romam relatum in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam ſepultum eſt in ſacello S. Catherinæ a ſe conſtructo, una cum oſſibus Latini Card. Urſini Nicolai III. nepotis, ejuſdemque inſtituti clariſſimi viri. Sepulchrum marmoreum pluries variis in locis in eadem Eccleſia translatum, nunc viſitur in propatulo Eccleſiæ ingredientibus ad partem meridionalem è regione tumuli Michaelis Bonelii Card. Alexandrini. Cæterum Matthæum noſtrum inter Beatos numerant patres Dominicani: de quo legendus Bzovius tom. 14. Annal. Eccleſ. cæterique Præd. Ord. Hiſt.

a De eo Mandoſius in Bibl. Rom. cent. 3. n. marg. 9. & Ciaconius Oldoini t. 3. col. 416.

19 BARTHOLOMÆUS de Eccleſia Tranenſi ad Sipontinam traducitur 3. Id. Januarii 1328. LVIII
ut in Reg. Vatic. Succeſſit Matthæo jam ad purpuram evecto. Duobus annis in ea ſede vixit.

20 SAXUS („ *Civis, & Canonicus Sipontinus*) LIX.
ſucceſſit Bartholomæo an. 1330. & die 24. Sept. ſubſidium ſolvit ex lib. oblig. Exceſſit initio anni 1343.

21 Fr. PETRUS („ *Gallus Natione*). Ordi- LX.
nis Minorum in demortui Saxi locum ſubrogatur a Clemente VI. anno 1343. 5. id. Feb. irrita, & nulla priùs declarata electione, quam fecerat Capitulum Sipontinum de perſona cujuſdam Leonis Archidiaconi Eccleſiæ S. Angeli de monte Gargano Sipontinæ diœceſis, ut in Regeſt. Vatic. Clementis ann. p. lib. 6. commun. epiſt. 101. fol. 177. Obiit Petrus poſt ſedem annorum decem, ſalutis verò 1352.

22 Fr. FRANCISCUM Criſpum nobilem Si- LXI.
culum, patria Meſſanenſem, (1) origine Piſanum, Ord. Eremitarum S. Auguſtini probum, doctum, religioſum, Clemens VI. ad hanc ſedem traduxit defuncto Petro anno 1352. Kal. Maii, ut in Regiſt. Vat. ann. 10. epiſt. 11. fol. 5. Tempus ſedis, obituſque, annus & dies ignoratur

23 MARINUS prædeceſſor immediate Philip- LXII.
pi ſequentis enunciatur in quodam inſtrumento Eccleſiæ S. Angeli de Monte Gargano. At de iſto Marino, atque de ſucceſſore Philippo altum tenuere ſilentium Vatic. Regeſta, & libri oblig. ſolutionumque Prælatorum.

(„ *Marinus hic ille Saxi Archiepiſc. propior aſſiat à*
„ *Pontifice Joanne XXII. Archidiaconatu Sipontino donatus.*

(1) Hunc nobilem Siculum, patria Meſſanenſem, & origine Piſanum dicit Ughellus. Sed patria Neapolitanum fuiſſe ſcribunt alii, Guilielmi nobilis Neapolitani filium, & germanum fratrem Petri militis, & commenſalis Joannæ I. reginæ, Bernabis Collemedii, & Bartholomæi militis Logothetæ, & Antonii militis. Quare legendi ſunt pro hac familia Criſpa Benedictus Lentinus in vita S. Benedicti Criſpi Archiep. Mediolanen. & [illegible] Bernardus Juſtinianus in collectaneis genealogicis ejuſdem familiæ, qui aſſerit præfatum Franciſcum è Criſpo nepote Neapolitano e [illegible]. Sunt & nobiles Criſpi Siculi, de quibus agit Mugnos in ſuo Theatro Genealogico Siculo, & de hoc Franciſco non meminit. Inquit vero ex hac Neapolitana Criſpa nonnullos Piſas, & in Siciliam profugos abiiſſe [illegible] rebellionibus temporibus Caroli I. Andegavenſis; & hinc fortaſſe pronunciatum ab Ughello profiſſe Franciſcum ex Siculis & Piſanis. Exceſſit autem 1356. Ejus gentiles uſque nunc Neapoli ſervant Franciſci effigiem. Vide Summontium.

,, *donatus: ſuadente Archiepiſcopo Franciſco Ave-*
,, *nionem abiit Pontificem Clementem IV. veneratu-*
,, *rus. Contigit, ut eo in curia præſente Franciſcus*
,, *Sipontinus decederet, quare & à Pontifice Marinus*
,, *illicò ſuffectus eſt* 1358. *ut docent bujus Eccleſiæ*
,, *monimenta. Dum Avenione Supontum contende-*
,, *ret, Neapolim tranſiit, ibiq; Joannam reginam in-*
,, *viſit, eiq; S. Archangeli Michaelis flagrantiſſimę de-*
,, *votionis cultum ſuaſit, pro cujus baſilica opes obti-*
,, *nuit, & ad pauperes excipiendos annuos cenſus in*
,, *eo Garganenſi ſolo, quod Monachis ceſſit Cœleſtinis,*
,, *xenodochio ędificato. Interiit deinde ann.* 1364. *cum*
,, *ritum ſervaſſet benedicendi peregrinos in aurrora*
,, *corã Angelicã Gargani arã, & deinde ſacrũ chriſ-*
,, *ma cõficiẽdi in Sipõtina Metropolitana.* Sarnellius.)
LXIII 24 PHILIPPUS memoratur in quodam docu-
mento, ut diximus, Eccleſiæ S. Angeli anno 1364.
tanquam nuper electus ad eam dignitatem. Docu-
menti tenorem non exhibeo, cum mihi vel ſupposi-
tum, vel ſaltem illud valde depravatum videatur;
nec authographum viderim, ſed exemplar exſcri-
ptum ab alio exemplato ex altera copia, ejuſdem-
que farinæ eſſe videtur, cujuſdam Bullæ Alexan-
dri ſatis depravatæ, quæ in tabella legitur in Eccle-
ſia S. Angeli. Hanc, pleraque alia documenta vi-
tiaſſe eos, qui in Garganica Eccleſia Archiepiſco-
palem dignitatem aſtruere conati ſunt, conſtans fa-
ma eſt, & Innocentius III. in Bulla Capitulo Sipon-
tino ſcripta, & ſupra relata ſatis expreſſit.
LXIV. 25 PETRUS (,, *natione Gallus.* ) ex lib. oblig.
Prælatorum videtur ad hanc dignitatem aſcendiſſe
anno 1375. Gregorio XI. Papa, cum ſecunda die exo-
rientis Januarii ſequentis anni ſolitum ſubſidium
ſacro Collegio ſoluturum ſpondeat. Is anno 1378.
cum Clementi VII. Antipapæ adhęſiſſet, juſſu Ur-
bani VI. tentus, Romam vectus, in carcerem tru-
ſus eſt, omnibuſque honoribus ſpoliatus miserè
periit, cujus inſauſta memoria habetur in regeſto
primo Urbani.
LXV 26 JOANNES in privati Petri locum eligitur
ab eodem Urbano anno 4. Pontificatus, ſalutis 1382.
5. Non. Julii in regeſto ejuſdem electus dicitur.
Verum cum & ipſe paulo poſt in ſuſpicionem ejuſ-
dem Urbani veniſſet, ab eodem adminiſtratione &
regimine Eccleſiæ Sipontinæ privatus eſt, cujus
deinde fortunæ commiſeratus Bonifacius IX. Urba-
ni ſucceſſor illum Archiepiſcopum Hydruntinum
pronunciavit, 9. Kal. Februarii 1390. Pontificatus
ſui anno primo, ut in lib. de diverſis formis pag.
184. ſcriptum inveni.
LXVI 27 JOANNES alter, Joanni ſucceſſit ad hanc
dignitatem vocatus ab eodem Urbano VI. circa an-
num Domini 1386. ut ex lib. ſolutionum Bonifacii
notatur in Nicolao ſucceſsore, qui ſacrum Colle-
gium recognovit pro Joanne prædeceſsore, altero-
que Joanne anteprædeceſsore ſuo. Obiiſse videtur
Joannes iſte in fine anni 1397.
LXVII. 28 NICOLAUS de Sacchis Januenſis demortuo
Joanne Archiepiſcopus ſalutatus eſt anno 1398. 27.
Februarii à Bonifacio IX. ab eodem poſt annos ſui
regiminis tres ad Raguſinam Eccleſiam translatus
eſt 1401. Inter hæc Bonifacius anno tertio Nicolai
præſulatus, ſui verò Pontificatus 12. ſalutis 1401.
à Garganicis clanculum, inſciiſque Sipontinis vi-
tio ineruditus quandam bullam Garganicis dedit,
qua Terram S. Angeli Sipontinæ Diœceſis in ci-
vitatem Garganicam perpetuò nuncupandam, &
Eccleſiam B. Michaelis in Cathedralem, & Me-
tropolitanam erexit, ipſaſque Eccleſias Siponti-
nam, & Garganicam ſimul univit, cenſuitque in
poſterum gemino Sipontini, & Garganici titulo
Archipræſules exornandos fore. Hanc bullam vi-
tio extortam, nullam, irritamque declaravit ipſe-
met Bonifacius IX. an. 1403. in generali bulla revo-
catoria omnium unionum perpetuarum exemptio-
num quibuſcunque Eccleſiis Cathedralibus vel Col-
legiatis Capitulis, tenoris, ut infra. Quam Bul-
lam partim adducit Card. Zabarella Papæ ejuſdem
contemporaneus conſil. 147. in fine Themat. & ci-

A tat etiam Card. Tuſcus concluſ. 326. liter. R. Re-
vocantur (inter cætera) in ea, Motu proprio, om-
nes exemptiones perpetuæ, conceſsæ quibuſcunque
Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, Capitu-
lis, Univerſitatibus Terrarum, &c. Et ideò omni-
nò corruit exemptio, quam prætendunt Garganici,
vigore alterius Bullæ magnificè jactatæ ejuſdem
Bonifacii Datæ Anno 1401. Item revocantur om-
nes uniones Eccleſiarum; pręcipuè illæ, quæ factę
fuerunt ſine magna neceſſitate; vel ex falſis aut nul-
lis cauſis. *Bonifacius, &c. Ad perpetuam rei memo-*
*riam. Intenta ſalutis operibus Apoſtolicæ Sedis cir-*
*cumſpecta benignitas, indulta ſibi deſuper plenitudi-*
*ne poteſtatis, ſicut in Deo conſpicit expedire, provi-*
*dens interdum aliqua per importunam petentium in-*
*ſtantiam, quædam autem per ſurreptionis malitiam,*
*vel fraudem, ſeu quemvis modum illicitum impetra-*
*ta, ſtatuit, vel indulget. Demum verò in ejus notitiam*
*iis deductis, ac utilitate publica ſuadente, ea reformat*
*in melius, pro ſalutari ſubditorum regimine: prout ad*
B *regimen publicum, & tranquillum bujuſmodi ſubdi-*
*torum, per Apoſtolicæ proviſionis remedia, ſalubrius*
*noverit convenire. Hodie ſiquidem, videlicet XI.*
*Kal. Januar. Pontificat. Noſtri anno 14. præmiſſis, ac*
*ex certis aliis rationabilibus cauſis animum Noſtrum*
*moventibus, ex certa ſcientia, Apoſtolica auctoritate,*
*præſentium tenore volumus, ſtatuimus, & ordinamus,*
*& mandamus omnia, & ſingula infraſcripta: videlicet.*
*In primis, quod ſi deinceps reperiantur aliquæ lit-*
*teræ Apoſtolicæ bulla noſtra bullatæ, babentes* Da-
tum *poſt dictam diem* 11. *Kalend. Januar. anni præ-*
*dicti, & gratiam, vel juſtitiam concernentes, ſub*
*quavis forma, vel expreſſione verborum conceptæ;*
*quæ non fuerint expeditæ per Cancellariam noſtram,*
*& quæ non babeant ſigna conſueta Cancellariæ;*
*tales litteræ reputentur, & cenſeantur nullæ, &*
*nullius exiſtant roboris, vel momenti: nec eis in*
*judicio. vel extra aliqua fides adhibeatur: etiamſi*
*in eis contineretur clauſula,* Non obſtantibus iſta
ordinatione, & regulis quibuſcunque Cancellariæ
D noſtræ; *vel quacunque alia clauſula derogativa quo-*
*rumcumque verborum: exceptis duntaxat litteris*
*de Curia, & Secretis; quæ factæ fuerunt de manda-*
*to noſtro.*
*Item revocamus, caſſamus, & irritamus genera-*
*liter omnes, & ſingulas gratias expectativas factas*
*per nos, ſub quacumque forma ſpeciali, vel generali,*
*quibuſvis perſonis; etiam cum clauſulis* anteferri; &
antelationis: *necnon indulta, & facultates; etiam qui-*
*buſcunque Prælatis conceſſa, ſuper conferendis etiam*
*Beneficiis impoſterum vacaturis: & earum prærogati-*
*vis, quę nondum ſunt ſortitę effectum, & intelligantur*
*ſortitæ eſſe effectum, ſi illis quibus factæ fuerunt tales*
*gratię, vigore ipſarum acceptaverunt beneficia caden-*
*tia ſub talibus gratiis, & de illis ſibi fecerunt provide-*
*ri; etiamſi ſuper eis in quacunq; inſtantia lis penderet*
*indeciſa: non obſtante etiamſi in bujuſmodi gratiis,*
*aut earum aliqua, contineretur clauſula,* Quod ſi con-
tingeret per nos tales gratias, aut aliquam earũdem
quomodolibet revocare, quod hujuſmodi gratiæ non
D comprehendantur in genere, vel in ſpecie in revoca-
tione hujuſmodi; niſi de verbo ad verbum de talibus
gratiis plena, & expreſsa mentio habeatur: *vel ſub*
*ſimilibus verbis derogatoriis, vel aliis quibuſcunque.*
*Item volumus, & ordinamus, quod omnes illi, qui*
*bactenus impetrarunt à Nobis gratias quaſcunque,*
*teneantur à* Datum *præſentium, infra unum annum*
*facere confici ſuper eiſdem gratiis litteras Apoſtolicas;*
*& expedire eas uſque ad Regiſtrum incluſivè: alio-*
*quin, lapſo anno, dictæ gratiæ expirent, & babean-*
*tur pro non factis: & ex tunc litteræ ſuper eis non*
*expediantur.*
*Item volumus, & ordinamus, quod illi, qui deinceps*
*quaſcunque gratias à nobis impetrabunt, ſimiliter*
*infra unum annum, à* Datum *ipſarum gratiarum com-*
*putandum, teneantur ſuper eis facere confici litteras*
*Apoſtolicas, uſque ad Regiſtrum, ut ſupra: alioquin*
*gratiæ ipſæ ipſo facto expirent: & lapſo dicto anno*
*nullatenus litteræ expediantur ſuper ipſis.*

*Item caſſamus, irritamus, & annullamus omnes uniones Eccleſiarum Parochialium, monaſteriorum, etiam Monialium, ac dignitatum, perſonatuum, præbendarum, & officiorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac piorum locorum quorumlibet, hactenus ſive per nos, ſive per prædeceſſorem noſtrum immediatum, aut etiam per quoſvis Ordinarios factas, quibuſcunque Eccleſiis, monaſteriis, vel aliis locis Eccleſiaſticis, vel menſis Epiſcopalibus, aut Capitularibus, vel Abbatialib. ſeu Collegiis, officiis, dignitatibus, aut præbendis, ſeu quibuſvis aliis locis, aut hoſpitalibus; quæ nondum ſunt ſortitæ effectum: ac etiam illas, quæ ſunt ſortitæ effectum alias, quam per obitus illorum, qui dicta beneficia unita obtinebant tempore unionum de illis factarum: etiamſi eſſent factæ motu proprio: ac etiam illas, quæ factæ fuerunt ſine magna neceſſitate, vel ex falſis, aut nullis cauſis: etiamſi ſuper ipſis unionibus lis pendeat indeciſa; in quacunque inſtantia fuerit. Et ſimiliter caſſamus, irritamus, & annullamus quaſcunque confirmationes per nos factas de unionibus per Ordinarios factis; etiamſi in litteris Apoſtolicis ſuper dictis unionibus, & confirmationibus confectis contineretur talis clauſula, videlicet*, Etſi contingeret revocari per nos uniones in genere, vel in ſpecie, quod uniones ipſæ, per eaſdem litteras factæ, non intelligantur revocatæ.

*Item, quia nonnullis Prælatis Eccleſiarum Regularium, ac monaſteriorum, etiam Monialium, ac Prioratuum, olim dicitur eſſe conceſſum per Nos, quod Prelati, & Capitula, vel Conventus Eccleſiarum, monaſteriorum, aut Prioratuum, vel locorum prædictorum, poſſent parochiales Eccleſias, & Beneficia Curata, ſeu perpetuas Vicarias prædicta eis unita, facere regi per Monachos ſuos, etiam removibiles ad nutum ipſorum, vel alias qualitercumque, decernimus, & declaramus, quod, prætextu talium conceſſionum, nulla Parochialis Eccleſia, ac perpetua Vicaria Parochialis Eccleſię, vel aliud Curatum Beneficium, quæ prius regebantur per ſeculares Clericos, poſſint deinceps regi per Monachos, aut Regulares Canonicos; ſed in eis inſtituantur perpetui Vicarii ſæculares Presbyteri: & ſi ante non fuerint aſſignatæ congruæ portiones, ſicut de jure aſſignandæ ſuns, per locorum Ordinarios aſſignentur: & deinceps tales Eccleſiæ Parochiales, & Curata Beneficia, ſeu Vicariæ perpetuæ, conſueta prius per ſeculares Clericos regi, & gubernari, nullatenus per Monachos, vel Religioſos alios regantur, ſeu etiam gubernentur. Non obſtantibus quibuſcunque conceſſionibus, ſeu indultis, Eccleſiis Regularibus, aut monaſteriis, vel Prioratibus, aut locis aliis Regularibus prædictis, ſub quavis forma, vel expreſſione verborum factis, ſeu conceſſis, quæ ex nunc, totaliter revocamus, caſſamus, & annullamus, & nullius eſſe volumus roboris, vel momenti: ac volumus quod locorum Ordinarii poſſint, & debeant etiam exemptos auctoritate Apoſtolica compellere ad obſervandum premiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia.*

*Item revocamus, & annullamus omnes, & ſingulas Indulgentias, in quibus continetur à pœna, & à culpa, vel Plenaria Indulgentia omnium peccatorum ſuorum; & alias, quæ conceſſæ ſunt ſub formis Indulgentiarum Eccleſiarum Urbis, anni Jubilæi, vel ſancti Sepulchri Dominici; ſancti Michaelis Archangeli de Monte Gargano; ſancti Jacobi in Compoſtella; & S. Marci de Venetiis; ſanctæ Mariæ de Angelis, alias in Portiuncula; S. Mariæ de Collemadio, ac omnes alias, quæ factæ ſunt ad inſtar Indulgentiarum quibuſvis aliis Eccleſiis conceſſarum: & volumus, quod nullius ſint roboris, vel momenti; etiamſi in litteris Apoſtolicis, ſuper dictis Indulgentiis confectis, contineretur talis clauſula, videlicet.* Et ſi contingeret revocari per Nos Indulgẽtias in genere, vel in ſpecie, quod indulgentię ipſæ, per eaſdem litteras conceſſę, non intelligantur revocatæ. *Item, cũ olim fuerint diverſis Eccleſiis, ac monaſteriis, & aliis piis locis conceſſæ diverſæ Indulgentię, cum clauſula*, quod illi, qui pręeſſent Eccleſiis, vel monaſteriis, aut locis prædictis, poſsẽt eligere certos Cõfeſſores, qui audirent cõfeſſiones perſonarũ confluentiũ ad hujuſmodi Indulg. & abſolverent illas, quæ eis confiterentur; etiam in caſibus Epiſcopalibus, ac etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis. *Et quia etiam nonnulli Fratres Ordinum Mendicantium impetrarunt*, quinimò extorſerunt, *à nobis litteras noſtras; per quas conceditur eis, quod poſſint, etiam invitis, & contradicentib. Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, prędicare in ipſorum Eccleſiis, & audire Confeſſiones Parochianorum ſuorum, ipſoſque abſolvere, etiam in caſibus præd. & plura alia contra Decretalem piæ me. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit*, Super Cathedram, *& in Concilio Viennen. per fel. record. Clementem Papam V. prædeceſſorem noſtrum innovatam, temerè facere, & attentare præſumunt: & ad notitiam noſtram pervenerit, ex relationibus fide dignis, quod dicti Fratres, & illi, qui tales poteſtates dicuntur habere, eis mirabiliter abutuntur, & exinde plura ſcandala ſubſequuntur: & propterea omnes tales poteſtates, & litteras, ſub quavis forma, vel expreſſione verborum conceſſas, etiamſi eſſent factæ* Motu proprio, *caſſamus, irritamus, ac nullius volumus eſſe roboris, vel momenti.*

*Item revocamus, caſſamus, & annullamus omnes gratias diſpenſationum per Nos factarum quibuſcunque Fratribus Ordinum Mendicantium, quod poſſint obtinere beneficia Eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, conſueta Clericis ſecularibus aſſignari; ſi eis alias Canonicè conferrentur, ſub quacumque forma, vel expreſſione verborum, quæ omnia ſunt ſortita effectum. Et ſi aliqui vigore talium diſpenſationum eſſent actu aſſequuti plura beneficia ultra unum, dimittant illa, & unum dumtaxat retineant, ſi tamen Curatum exiſtat; aliis in manibus Ordinariorum dimiſſis liberè. Quod ſi infra ſex menſes à publicatione pręſentium illa non dimiſerint, eo ipſo ſint dicto uno, & aliis privati: & diſpenſationes ipſæ omni effectu careant, & reputentur pro non factis. Item volumus, & ordinamus, quod illi cum qiubus eſt per nos hactenus diſpẽſatum, quod poſſint plura Beneficia incompatibilia, videlicet. dignitates, perſonatus, vel curata officia, aut Parochiales Eccleſias inſimul retinere, etiam ultra duo, vel tria, vigore talium diſpenſationum non poſſint aſſequi, vel retinere ultra duo incompatibilia, & ſi qui Magiſtri in Theologia, Doctores Juris Canonici, vel Civilis, ſive Illuſtres eſſent, non ultra duo Beneficia incompatibilia aſſequuti, illa, quę ultra duo ſunt aſſequuti, teneantur infra ſex menſes, à* Datum *præſentium computandos, permutare pro aliis Beneficiis ſimplicibus: & alii, qui ultra duo Beneficia incompatibilia obtinent, teneantur infra dictum terminum illa, quæ ultra duo obtinent, liberè dimittere verbo, & facto in manibus Ordinariorum: alioquin ſi Magiſtri, Doctores, & Illuſtres ipſi, infra dictum terminum illa non permutaverint, & alii prædicti ea non dimiſerint, ut præfertur, eo ipſo ſint privati omnibus incompatibilibus, quæ obtinent: exceptis venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Card. Notariis noſtris, Correctore litterarũ Apoſtolicarum, Subdiacono noſtro, Auditoribus cauſarum, Palatii Apoſtolici Cubiculariis, & Acolythis noſtris, Clericis Camerę Apoſtolicę, & Secretariis noſtris; qui ſub hac regula nullatenus includantur.*

*Item revocamus, & annullamus omnes Exemptiones perpetuas per Nos factas, quibuſcunque monaſteriis, vel Eccleſiis, aut Capitulis, vel Prælatis, aut Conventibus quorumcunque Ordinum, ſive Religionum, & ſæcularium Eccleſiarum, Cathedralium, vel Collegiatarum, Univerſitatibus quorumlibet Caſtrorum, Terrarum & Villarum: & literas noſtras ſuper illis confectas decernimus eſſe irritas, & inanes, nulliuſque roboris, vel momenti.*

*Item, cum multi Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſeculares, vel Regulares, etiam Ordinum Mendicantium, & parvi ſtatus hactenus recepti fuerint in Capellanos noſtros honoris, & Sedis Apoſtolicæ; & ſuper hujuſmodi receptionibus, & litteris Apoſtolicis inde confectis fecerint fieri proceſſus pœnales per Camerarium noſtrum; & propterea aſſerunt ſe fore exemptos à juriſdictione ſuorum Superiorum, & Ordinariorum: ex quo multa ſcandala ſæpè oriuntur, & tales*

*Capellani putant ſe minimè poſſe propter peccata, & delicta per ipſos commiſſa, vel committenda per ſuos Superiores corrigi, vel puniri; Volumus, & ordinamus, quod tales Capellani prætextu litterarum, & proceſſuum prædictorum nullatenus ſint exempti à juriſdictione Superiorum, & Ordinariorum prædictorum; ſed liberè per eos poſſint, & debeant corrigi, & puniri, juxta Canonicas ſanctiones: non obſtantibus litteris, & proceſſibus prædictis eis conceſſis, quorumcunque tenorum exiſtant: Magiſtris, & Baccalaureis formatis in Theologia, ac Doctoribus juris Canonici, vel Civilis dumtaxat exceptis.*

*Item cum fel. record. Vrbanus Papa VI. prædeceſſor noſter, ex certis rationabilibus cauſis conceſſerit quibuſdam Prælatis, quod in eorum civitatibus, & diœceſibus non poſſet fieri exequutio aliquorum litterarum Apoſtolicarum, niſi prius ipſæ litteræ exhiberentur eiſdem Prælatis, vel eorum officialibus, & per ipſos eſſent approbatæ, ipſique Prælati, ſeu Officiales deduxerint in conſuetudinem, & aliqui prætextu ſtatutorum Provincialium, ſeu ſynodalium ſimiliter ſervent, & faciant, quod tales litteras nullus audeat exequi, niſi poſtquam Prælati, ſeu Officiales ipſi per ſuas litteras, quas nuncupant Vidimus, mandent, & concedant, quod dictæ litteræ Apoſtolicæ poſſint exequi per Judices in eis deputatos: & propter tales litteras, Vidimus nuncupatas, ſæpius impetrantes ipſi earumdem litterarum nequeant conſequi effectum: Propterea hujuſmodi conceſſionem dictis Prælatis factam, & litteras Apoſtolicas ſuper ea confectas (providè attendentes, quod tendunt ad noxam) ac ſtatuta quæcunque ſuper iis facta, revocamus, caſſamus, & annullamus: ac volumus, & decernimus, quod Judices, & Exequutores quicunque in litteris Apoſtolicis deputati, & deputandi, ac Notarii, et Tabelliones ſuper iis requiſiti, et requirendi, abſq; hujuſmodi litteris Vidimus nuncupatis, et abſque licentia, ſeu conſenſu quorumcunque Prælatorum, ſeu Superiorum, aut Officialium, liberè hujuſmodi litteras Apoſtolicas exequi poſſint, et debeant: ac omnes, et ſingulas ſententias, quas Prælati, vel Superiores, aut eorum Officiales hujuſmodi contra Judices, vel Exequutores prædictos, propter exequutiones ipſas hujuſmodi per eos faciendas, infligerent, ſeu promulgarent, decernimus irritas, et inanes, nulliuſque exiſtere roboris, vel momenti.*

*Item, cum dudum Nos ad importunam nonnullorum inſtantiam conceſſerimus pluribus perſonis litteras familiaritatis noſtræ; in quibus continetur, quod ipſi poſſent, et debeant gaudere privilegiis, quibus gaudent familiares noſtri continui, et domeſtici Commenſales, volumus, et declaramus, quod prætextu talium litterarum quibuſvis conceſſarum ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum, etiamſi eſſent factæ Motu proprio, illi, qui tales litteras obtinuerunt nullo modo gaudeant dictis privilegiis: niſi dumtaxat illi, qui revera ſunt familiares noſtri continui, et domeſtici Commenſales.*

*Item revocamus, caſſamus, et annullamus omnes, & ſingulas conceſſiones, & donationes per nos factas ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum quibuſcunque laicalibus perſonis, de quibuslibet bonis immobilibus, ſeu ſtabilibus quarumcunque Eccleſiarum, aut monaſteriorum, vel menſarum Epiſcopalium, ſeu Abbatialium, aut aliorum quorumlibet piorum locorum: etiamſi eſſent Caſtra, Terræ, aut Villæ. Et volumus, quod hujuſmodi conceſſiones, & donationes ex nunc habeantur pro non factis: & talia bona ad hujuſmodi Eccleſias, & monaſteria, & alia pia loca, eo ipſo liberè revertantur.*

*Item caſſamus, irritamus, & annullamus omnes, & ſingulas facultates hactenus per nos conceſſas quibuſvis perſonis, etiam Fratribus Ordinum Mendicantium, & quibuslibet aliis, ſuper prædicando verbum Crucis, ſub quacunque forma, vel conceptione verborum, etiamſi in litteris noſtris eis ſuper hoc conceſſis contineretur, quod perſonæ ipſæ poſſent abſolvere perſonas eis confitentes ſua peccata in quibuſcunque caſibus, & eis aliquas Indulgentias auctoritate Apoſtolica concedere: quas quidem conceſſiones, & litteras noſtras, ſuper eis confectas, nullius eſſe volumus roboris, vel momenti.*

*Nulli ergo, &c. noſtrorum Voluntatis, Statuti, Ordinationis, Mandati, Revocationis, Caſſationis, Irritationis, Conſtitutionis, Declarationis, & Annullationis infringere, &c. Si quis autem, &c.*

*Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, 11. Kal. Januar. anno 14.*

Cæterum Joannes XXIII. & Martinus V. Bonifacii ſucceſſores, hanc bullam veluti ſcandaloſum fomitem revocarunt, & annihilarunt. Placuit modo Joannis diploma hic exhibere ex ipſo reg. Vatic. alterum Martini paulo poſt dabimus ſub Laurentii Præſulatu.

*JOANNES, &c. Ad perpetuam rei memoriam. Inter ſollicitudines varias, quibus Nos Paſtoralis officii cura, & debitum Apoſtolicæ ſervitutis aſtringunt, illa potiſſimum pulſat, & excitat mentem noſtram, ut inter Chriſti fideles pacem facere, ſedare diſcordias, removere ſcandala, & amputare jurgiorum materiam, quantum Nobis ex alto permittitur, ſtudeamus.*

*Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ Sipontinæ petitio continebat; Quod olim Bonifacius IX. tunc in ſua obedientia nominatus, attentè conſiderans, quod civitas Sipontina, quæ Cathedralis, & Metropolitana in Apuliæ finibus ſita, malitia temporum faciente, multarum calamitatum concuſſa turbinibus, adeò diruta, & neglecta, ac deſolata jacebat, quod à multis annorum circulis nullus in ea moram traxerat, nec ſperabatur quod in futurum eſſent aliqui permanſuri: & in diœceſi Sipontina Mons-Garganus à dicta civitate non longe diſtans ſitus eſt, in cujus ſupremo vertice in honorem B. Michaelis Archangeli veneranda habetur Eccleſia; ac ibidem Terra Montis S. Angeli dictæ diœceſis, benedicente Domino, perſonarum numero, & aliis Domini muneribus, ultra civitates quamplurimas illarum partium fœcunda exiſteret: & Archiepiſc. Sipontinus pro tempore exiſtens, in dicta Terra, & ejus diſtrictu, & perſonis degentibus, & exiſtentib. in eiſdem, quantum ad ſpirituale forum pertinebat, ordinariam juriſdictionem exercebat: eandem Terram in civitatem erexit, & civitatis titulo, & inſigniis inſignivit: ipſamq; civitatem Garganicam perpetuo voluit nuncupari: & eandem B. Michaelis Eccleſiam in Cathedralem, & Metropolitanam erexit, & conſtituit, ipſaſque ambas Sipontinam, & Garganicam Eccleſias ſimul univit, annexuit, & incorporavit: prout in litteris ejuſdem Bonifacii (quarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus) plenius continetur.*

*Cum autem, ſicuti eadem petitio ſubjungebat, & multorum fide digna relatione percepimus, ex erectione hujuſmodi, inter Capitulum, & Canonic. prædictos, & dilectos filios Clerum, & populum civitatis Sipontinæ prædictæ, & Terræ, Manfredoniæ ex una, necnon Terræ Montis S. Angeli prædicti ex alia parte, turbationes, lites, & ſcandala plurima ſint exorta, & in futurum formidantur ampliùs exoriri, niſi per Apoſtolicæ Sedis remedium occurratur; pro parte Capituli, & Canonicorum prædictorum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut nomen civitatis Garganicæ perpetuò extinguere, & ad eam terram Montis S. Angeli reducere; & litteras prædictas, & omnia in eis contenta, auctoritate Apoſtolica revocare, & alias in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.*

*Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac volentes turbationibus, litibus, & ſcandalis hujuſmodi, quantum cum Deo poſſumus, obviare, nomen civitatis Garganicæ in dicta terra Montis S. Angeli perpetuo extinguimus: & eandem Eccleſiam Garganicam ad dictam Eccleſiam B. Michaelis reducimus: ipſaſque litteras ejuſdem Bonifacii, & earum tenorem penitus revocamus, & eas haberi volumus pro infectis. Ac etiã, nonnullorum RR. Pontificũ prędeceſſorũ noſtrorum veſtigiis inhęrentes ſtatuimus, de cętero, ut Sipontina Eccleſia, & non Garganica, & modernus, & qui pro tempore erit Archiepiſcopus Sipontinus, &*

*non-Garganicus, nuncupentur; necnon Chriſma, & oleum Sanctum confici debeat duntaxat in Sipontina Eccleſia ſupradicta. Et inſuper omnes immunitates, Indulgentias, & privilegia quæcunque à quibuſvis Romanis Pontificib. prædeceſſoribus noſtris eidem Sipontinæ Eccl. conceſſas, & conceſſa, auctoritate præd. tenore præſentium confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ita quòd Capitulum, Canonici, & Eccleſia Sipontina præd. illis in poſterum potiantur, & gaudeant, ſicut ante erectionem hujuſmodi potiebantur, & potiri ſolita fuerant, & gaudere. Tenor verò dictarum litterarum talis eſt. Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

*Rerum omnium ſummi, & providi ordinatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benemeritum ad convivium Dominicum in ultimis incumbentem ſuperius jubet aſcendere, ut ſibi ſit gloria, vices, quanquam inſufficientibus meritis, gerentes in terris, exemplo Dominico invitamur, ut de ſupremæ Apoſtolicæ dignitatis ſpeculo ad ſingulas orbis partes profundæ conſiderationis aciem extendentes, ſi locum inſignem minus decore exaltatum, & neglectum videamus, pro rei qualitate ſuperius elevemus, & dignitatum titulis fulciamus. Per hoc enim cum Dei gratia boni Præſidis partes implemus, ſi noſtro miniſterio ſingulis locis pro temporum qualitate correſpondeant inſignia dignitatum. Cum itaque, ſicut ipſa veritas, & facti evidentia manifeſtant, civitas Sipontina, quæ Cathedralis, & Metropolitana in Apuliæ finibus ſita, malitia temporum faciente, multarum calamitatum concuſſa turbinibus, adeò diruta, & neglecta, ac deſolata jaceat, quod à multis annorum circulis nullus in ea moram traxit; nec ſperatur quod in futurum aliqui ſint manſuri: & in diœceſi Sipontina Mons-Garganus à dicta civitate non longe diſtans ſitus eſt; in cujus Montis vertice ſupremo in honorem B. Michaelis Archangeli toto orbe terrarum veneranda habetur Eccleſia, cœleſti quidem virtute prædita; ac ibidem terra Montis S. Angeli nuncupata, dictæ diœceſis, benedicente Domino perſonarum numeroſitate, aliiſque Domini muneribus ultra civitates quamplurimas illarum partium ſiet fœcunda: in qua perſonæ utriuſque ſexus degunt in multitudine copioſa: Archiepiſcopus quoque Sipontinus pro tempore exiſtens, in ejuſmodi terra, & ejus diſtrictu, ac perſonis degētibus, & rebus exiſtentibus in eiſdem, quantum ad ſpirituale forum pertinet, ordinariam juriſdictionem exercet: & prædicta Eccleſia ultra multas, & Cathedrales Ecc. partium earumdem opulenta, & ſufficienter ornata exiſtat: proventus etiam, bona, & jura dictæ Eccleſiæ in Archiepiſcopum prædictum, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ communiter, & indiſtinctè pertinere noſcuntur: quorum medietatem Archiepiſcopus, aliam Capitulum prædictum percipere conſueverunt. Si ergo terra in civitatem, & Eccleſia prædicta in Cathedralem, & Metropolitanam Eccleſiam erigantur, meritò cenſeri poterit laude dignum, & opus ſingulariter commendandum. Nos igitur attendentes, quod fel. record. Benedictus Papa IX. prædeceſſor noſter Sipontinam Eccleſiam, quæ tunc duntaxat Cathedralis erat, poſt miraculoſam inventionem ejuſdem Michaelis Archangeli, ipſiuſque reverentiam, in Metropolitanam erexerat, & multis honoribus decoraverat: ac cupientes præterea eandem Eccleſiam prædicti glorioſiſſimi Principis Michaelis Archangeli, qui de hoſte humani generis triumphans, militiæ cœleſtis exercitus obtinet providentia Divina primatum, amplius honorare; ac præmiſſa attenta meditatione penſantes, & onus erectionis hujuſmodi ad effectum deducere cum maturitate volentes; ex quibuſdā aliis rationabilibus ſuadentibus cauſis ad id animum noſtrū moventibus, & ex noſtra ſcientia, & de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad honorem omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & ejuſdem glorioſiſſimi Principis Michaelis Archangeli laudem, & gloriam, & exaltationem Eccleſiæ ſanctæ ſuæ, divini cultus augmentum, fideliumq; ſalutē, & earumdem Terræ, & Eccleſiæ ſtatum honorificum, & tranquillum; Terram prædictam in civitatem erigimus, & civitatis titulo, & inſignis decoramus: ipſamque in memoriam indelebilem eorum, quæ cura noſtra in hac parte geruntur, civitatem Garganicam perpetuis futuris temporibus volumus nuncupari. Et inſuper eamdem Eccleſiam (cui venerabilem fratrem noſtrum Nicolaum Archiepiſcopum Sipontinum, prout Sipontinæ Eccleſiæ præeſſe dignoſcitur, præſidere volumus, & jubemus) in Cathedralem, & Metrop. Eccleſiam ſimiliter erigimus, & conſtituimus de conſilio, & poteſtate prædicta. Ipſaſque ambas Eccleſias Sipontinam, & Garganicam, ſimul unimus, annectimus, & incorporamus. Perpetuo per præſentes decernentes, ut prædictus Nicolaus Archiepiſcopus, ex nunc Archiepiſcopus Sipontinus, & Garganicus nuncupetur; & ſubſequenter ſui impoſterum ſucceſſores. Statuentes, & de ipſis conſilio, & poteſtate decernentes, ut Archidiaconus, qui eſt in dicta Eccleſia Garganica, majorem poſt Pontificalem dignitatem obtineat; reliquas autem dignitates, perſonatus, & officia ſi quæ, ſi qui, aut ſi qua forſan ſub aliis vocabulis ibidem hactenus extiterint, alias non intendimus removere: & tam Archidiaconatus, dignitates, perſonatus, & officia hujuſmodi, necnon duodecim Canonicorum, & præbendarum, & tot perpetuorum Beneficiorum Servientium nuncupatorum numerus ejuſdem novæ Eccleſiæ, ac collationes, & proviſiones, necnon conſuetudines, & ſtatuta, in ſuo eſſe remaneant, ſicut prius. Quæ quidem numerus, & conſuetudines, & ſtatuta, de conſilio, & poteſtate prædicta, harum ſerie confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Proventus, & bona, & jura ipſius novæ Eccleſiæ, quoad Archiepiſcopalem menſam ad Archiepiſcopum, quo verò ad Capitulum prædictum pertinent, juxta conſuetudinem hactenus obſervatam, & alias juxta juris formam percipiantur, & liberè dividantur. Cæterum de conſilio, & poteſtate prædicta ſtatuimus, & ordinamus, quod perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſeculares ſexus utriuſque in eadem civitate degentes, præſentes, & poſteri, prædicto Archiepiſcopo, ejuſque poſteris ſubjecti remaneant, & pareant in omnibus ſicut ante. In eadem Eccleſia nova prædicta divina Officia peragantur juxta ritum, modum, & conſuetudinem ibidem hactenus uſitatos. Quodque ipſa nova Eccleſia omnibus privilegiis, juribus, & juriſdictionibus potiatur, & gaudeat; quibus eadem Sipontina Eccleſia gaudet, & gaudere etiam conſuevit hujuſmodi, necnon aliis privilegiis, indultis, & conceſſionibus Apoſtolicis eidem Sipontinæ Eccleſiæ conceſſis, quæ poſſent præſentibus obviare, non obſtantibus quibuſcunque. Decernimus inſuper ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, decorationis, juſſionis, voluntatis, unionis, & annexionis, incorporationis, ſtatuti, confirmationis, communitionis, ordinationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.*

*Datum Romæ, apud S. Petrum, nonis Decembris, Pontificatus noſtri anno duodecimo.*

*Nulli ergo, &c. Noſtræ extinctionis, reductionis, revocationis, voluntatis, ſtatuti, confirmationis, & commutationis infringere, &c. Si quis autem, &c.*

*Datum Romæ apud ſanctum Petrum, 15. Kal. Jan. ann. 3.*

Vide lector, quibus artibus circumventus ſit Bonifacius, & quam falsè ſuppoſuiſſent Garganici Sipontinam civitatem prorſus dirutam abſque habitatore, ac miſerabilem inter ruinas jacere, quæ tamen Manfredi Regis munificentia inter præclaras Regni Neapolitani urbes ante annos ferè centum quadraginta quinque non procul a primo ſitu loco reſtaurata florebat, quam novum Sipontum vulgo Manfredoniam vocavere.

LX VIII 29 NICOLAUS a de Imola Nicolao ſucceſſit

a E familia Orta Imolenſi.

tra-

traductus a Raguſina Eccleſia, ubi ſederat ann. 8. commutatione facta eadem die & ann. 1401. Sedit pacificè Nicolaus aliquot annos, & à Gregorio XII. deturbatus de ſede, cum Laurentio non ſemel decertavit; tandem circa annum Dom. 1415. mortuus eſt, ut conjicere licet ex lib. 1. Proviſ. Rom. 23. Fuit aliquando ſub Bonifacio in Alemania Apoſtolicæ ſedis Nuncius, interfuitque Piſano Concilio anno 1409.

LXIX. 30 LAURENTIUS de Urbe, Gregorii XII. familiaris in remoti Nicolai locum Sipontinus Archiepiſcopus conſecratus eſt anno 1407. per aliquot annorum diſſidia in illo diri ſchiſmatis tempore verſatus, ac veluti Gregorii aſsecla aliquando à Nicolao de ſede dejectus, poſt cujus obitum cum Joannes XXIII. quendam Paulum Epiſc. Segineoſem ad hanc Sipontinam Eccleſiam tranſtuliſset anno 1414. 16. Kalen. Januarii, iterum Laurentio pro ſua Eccleſia decretandum fuit, quo ſublato, pacificè ſub aureo ſæculo Martini V. ſibi creditam Eccleſiam eximie rexit, ac ſucceſsori Eugenio in paucis charus, benè de ſua Eccleſia meritus deceſſit poſt ſedem annorum 29. ſalutis vero 1436. Eo Præſule cum inter Garganicos, Sipontinoſque Clericos iterum lis æſtuaſset, Martinus V. ad preces Laurentii commiſit Raynaldo S. Viti Diacono Card. per ſuas litteras Dat. Florentiæ 8. Id. Apr. ann. Pontiſ. 2. ſal. vero 1419. ut diſsenſionum finem daret, qui cum cauſam ritè diſcuſsiſset, in favorem Sipontinorum ſtatuit, ſententiam Alexandri III. quam Innocentius III. aſseruit, confirmandam fore, unamque ſedem Archiepiſcopalem, Sipontinam videlicet Eccleſiam, & non duas eſse cenſendas, unumque Archiepiſcopum Sipontinum, non Sipontinum, & Garganicum de cœtero nuncupandum: chriſma in ipſa Eccleſia Sipontina conficiendum. Hæc omnia ſuo diplomate confirmavit Martinus, 2. Idus Junii, Datum Florentiæ ann Pontiſ. 2. Domini vero 1419. ut in eiſdem lib. de diverſis formis inſinuatur, juxta tenorem ſupplicationis Laurentii, quam hic exhibemus ſumptam ex regeſtro ſupplicationum Apoſtolicarum lib. 6. fol. 190. an. 2. Martini V.

*Beatiſſime Pater.*

*Pro parte dev. Oratoris veſtri R. P. D. Laurentii Archiepiſcopi Sipontini, necnon Capituli ejuſdem, ac Univerſitatis civitatis Manfredoniæ exponitur S. V. quod tempore fel. record. D. Alexandri Papæ III. prædeceſſoris veſtri, Canonici Garganicæ Eccleſiæ ſæpius fuerunt eidem Dom. Alexandro conqueſti, quod cum in privilegiis prædeceſſorum ſuorum, quæ habebant, poſitum eſſet Sipontinæ, & Garganicæ Eccleſiæ Archiepiſcopo, in privilegio ejuſdem Alexandri Sipontinæ Eccleſiæ Archiepiſcopo tantummodo, Garganica Eccleſia ſubtracta, poſuiſſet, & ad ſuggeſtionem Canonicorum Eccleſiæ Sipontinæ, feciſſet in eodem privilegio, in præjudicium juris, & dignitatis Eccleſiæ ſuæ Garganicæ, alia quædam ſubtrahi, & quædam apponi, quæ non continebantur in privilegiis prædeceſſorum ſuorum Eccleſiæ Sipontinæ. Indultum poſtulabant etiam ab eodem Alexandro, ut, cum duæ ſedes Epiſcopales eſſent, ſicuti ajebant (Sipontina videlicet, & Garganica) chriſma in Cœna Domini fieret in utraque Eccleſia confici; & ex his, qui pro tempore eligerentur in Veſtanu Eccleſia, unum in Sipontina, & alterum in Garganica Eccleſia conſecraretur.*

*Cum autem idem D. Alexander tam dictis Canonicis Sipontinæ Eccleſiæ, quam prædictis Canonicis Garganicæ mandaſſet, ut cum privilegiis prædeceſſorum ejuſdem Alexandri, & præſertim ſan. record. D. Eugenii Papæ (cui Canonici Garganici præfati multum nitebantur) ad præſentiam ejuſdem Alexandri venirent: ipſi Canonici Sipontini per quendam Meliam Canonicum Sipontinum, & per Abdenago Canonicum S. Leonardi; & præfati Canonici Garganici per Magiſtrum Melem de Cippis, & Philippum Caſſelegardi Canonicos Garganicos ad præſentiam ejuſdem D. Alexandri acceſſiſſent. Quibus in conſpectu ſuo præſentibus privilegia prædeceſſorum ſuorum piæ rec. Benedicti, Paſchalis, & Eugenii Romanorum Pontificum diligenter inſpexit ipſe Dominus Alexander. Ex quorum tenore manifeſte ſibi innotuit Eccleſiam Sipontinam tantum ſedem Archiepiſcopalem exiſtere, cum eoſdem prædeceſſores ſuos non niſi Archiepiſcopum Sipontinæ Eccleſiæ conſtet in eiſdem privilegiis nominaſſe.*

*Privilegium verò ejuſdem Dom. Eugenii Papæ in quadam parte fui abraſum, & corruptum fuiſſe liquidò deprehendit; quia cum in titulo ejuſdem privilegii fuiſſet tantummodo poſitum Sipontinæ Eccleſiæ Archiepiſcopo, ultima ſillaba illius dictionis (Sipontinæ videlicet) & quædam littera eidem ſyllabæ propria fuit abraſa, & duabus præcedentibus ſyllabis ejuſdem dictionis, cum titulo ſuppoſito integrè remanentibus in eo, quod abraſum fuerat (Garganicę) quoquomodo ſub brevitate notatum. Ex ſuppoſitis etiam manifeſtè ſibi innotuit in eadem parte tantum idem privilegium falſatum fuiſſe; quia licet in titulo privilegii quoquo modo prædicto (Garganicæ) poſitum fuit, inferius tamen non niſi Eccleſia Sipontina exiſtat ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcepta, & de Garganica Eccleſia, ſicut de Eccleſiis ſibi ſubditis eſt confirmatio facta.*

*Vidit quoque idem Alexander ſcriptum bon. mem. Benedicti prædeceſs. ſui, cujus tempore in Eccleſia Sipontina Archiepiſcopalis ſedes fuerat conſtituta, & ex continentia ipſius ſcripti (quod Canonici Garganicæ Eccleſię pro ſe facere arbitrabantur) manifeſtè comperit, Eccleſiam Sipontinam tantum Archiepiſcopalem ſedem ab eo conſtitutam fuiſſe, cum ipſe Leonem quondam Sipontinum Epiſcopum non in Sipontinum, & Garganicum (ſcilicet tantum in Sipontinum Archiepiſcopum) ſe aſſerat promoviſſe.*

*In privilegio quoque dicti Paſchalis Papæ continebatur, quod ipſe inter alia Veſtanum Epiſcopatum Eccleſiæ Sipontinæ conceſſit, nulla facta de Garganica Eccleſia mentione. Et in altero privilegio ſuo poſitum eſſe comperit, quod ipſe oblationes Eccleſiæ B. Michaelis Alberto Sipontino Archiepiſcopo confirmavit, quas eidem Archiepiſcopo & Eccleſiæ ſuæ, ſeculares viri reddiderant, à quibus fuerunt occupatæ.*

*Idem vero Alexander privilegiis, & aliis antedictis ſcripturis prædeceſſ. ſuorum inhærens, & præſertim Paſchalis, & Eugenii RR. PP. privilegia, & ſuum confirmans, de communi conſilio Fratrum ſuorum, unam tantum Archiepiſcopalem ſedem (Sipontinam videlicet Eccleſiam) non duas eſſe cenſuit, auctoritate Apoſtolica ſtatuens, ut omnimodo non Sipontinę, & Garganicę Eccleſię Archiepiſcopus, ſed Sipontinę Eccleſię tantum nominari deberet, & Chriſma in Eccleſia Sipontina ſolummodo confici, & Epiſcopus Veſtanus in Sipontina Eccleſia conſecraretur, ſicut bon. mem. Siffridus quondam Sipontinus Archiepiſcop. Marandum Veſtanum electum in Eccleſia Sipontina noſcitur conſecraſſe.*

*Et licet, Pater ſancte, Bonifacius tunc ſic in ſua obedientia Papa IX. nuncupatus Eccleſiam Garganicam in Cathedralem, & Metropolitanam creaverit, univeritque dictas Sipontinam, & Garganicam Eccleſias, ac voluit, & ordinavit, quod deinceps dictæ Eccleſiæ Archiepiſcopus vocaretur, & nominaretur Archiepiſcopus Sipontinus, & Garganicus, nihilominus tamen Joannes olim PP. XXIII. tunc ſic in ſua obedientia nuncupatus, informatus quod ex nominatione, & erectione hujuſmodi inter habitatores civitatis Manfredoniæ, & dictæ terræ Montis S. Angeli turbationes, lites & ſcandola forent exorta, & timerentur in futurum amplius exoriri, dictam unionem revocavit, & dictam Eccleſiam Sipontinam in priſtinum ſtatum reduxit, prout in litteris inde confectis plenius continetur.*

*Sed a nonnullis vertitur in dubium, an litteræ Joannis prædicti ex eo quod aliquando in præſentibus illis non obediebatur, debitum ſortiantur effectum, ſeu aliis admittantur, & inde ſumpta dicta occaſione Capitulum, & Univerſitas terræ Montis S.*

An-

*Angeli en eo quia dictus Archiepiſcopus ſe ſolum Sipontinum nominat, omnes proventus, quos pro tempore Archiepiſcopi conſueverunt in dicta terra percipere, adminiſtrare recuſant eidem. Cum autem Pater ſancte in litteris dictæ prætenſæ unionis per dictum Dominum Bonifacium, ut præmittitur factæ, nulla fuerit facta mentio de privilegiis dictorum Paſchalis, & Eugenii, ac ordinationis Aleaandri III. & reſtitutio facta per dictum Dom. Joannem attentis privilegiis prædictis; & ordinationibus dicti Alexaadri fuerit juſta, & ſancta. Supplicat igitur E. S. V. pro parte dictorum eaponentium, quatenus ad tollendum tuebiaes, & diſſenſiones hujuſmodi, dignetur eadem S. V. mandare ſervandam dictam reſtitutionem factam per d. Ioannem, & ejus litteras: attento quod litteræ hujuſmodi poſt obedientiam eidem Ioaani per quondam Ladislaum Regem, & Dominum partium illaeam, præſtitam emanaverint, in contraeium editis non obſtantibus quibuſcuaque, &c.*

*Fiat quod obſerventur privilegia, & aliæ Conſtitutiones Romanorum Pontificum, qui fuerunt ante ſchiſma; niſi infra tempus ſex menſium, pro parte adverſa fuerit rationabiliter oſtenſum, quod aliter nunc fieri debeat. Datum Floreatiæ, octavo Idus Aprilis anno a.*

Hac noſtra tempeſtate, cum iterum Capitulum Eccleſiæ S. Angeli Montis Gargani litem inſtauraſset adverſus Capitulum Sipontinum., diuque inter ſe in Romana Curia decertaſsent, tandem pro Sipontino hoc decretum a ſacra Congregatione Epiſcoporum emanavit.

*In cauſa verteute iater Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ S. Laurentii Sipontinæ diœceſis, ex uaa, & Capitulum Eccleſiæ S. Michalis Montis S. Angeli, ſeu Garganai, ex altera; ſuper nonnullis differentiis inter prædictas Eccleſias, ac earam jurisdictione, ſeu ſubjectioae.*

*Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium ſuper negotiis, & conſultation. Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, auditis partibus, & re mature diſcuſsa, referente Emin. D. Cardinali Franciotto, ceaſuit: non conſtare de Cathedralitate Eccleſiæ S. Michaelis Montis s. Angeli, ſeu Garganai: ac proiade noa eſſe locum electioni Vicarii Capitularis à Capitulo Garganico, ſede Archiepiſcopali Sipontina vacante, quæ hodie vulgo Maafredonia dicitur. Romæ 6. Apeil. 1656.*

*M. Card. Gineitus.*

*Loco † ſigilli.*

*C. Archiepiſcopus Capuæ Secr.*

LXX 31 PAULUS Epiſcopus Seginenſis ad hanc Eccleſiam tranſlatus à Joanne XXIII. 16. Kalend. Januar 1414. poſt aliquot annos ſub Martino V. evaſit Epiſcopus Hieracenſis, deinde factus Rheginus Archiepiſcopus in Calabria, de quo ibi. („ *Paulus Hieracenſis evaſit 28. Julii 1419. cum antea „ hanc vacuam Eccleſiam dimiſiſſet Laurentio ſuperius memorato, ita jubente Martino V. quod factum aſſeritur an. 1417.*)



LXXI 32 MATTHIAS de Fuſcis, Romanus, Cameræ Apoſtol. Clericus, Angelotti de Fuſcis Card. frater, ſedere cœpit in hac ſede 8. Kalen. Junii 1436. prudentia, inſignique ſcientia præſtans, rexit annum unum, menſes aliquot, & ab Eugenio IV. cujus fuerat charus ad Reatinam deinde Eccleſiam tranſlatus eſt 6. Idus Martii 1438. Vide quæ de ipſo diximus in Epiſcopis Reatinis tom. prim.



33 ANGELUS Capranica *a* Romanæ Urbis decus, Dominici Cardinalis germanus frater, Matthiæ ſuffectus eſt 16. Kal. Apr. 1438. vita integer, doctrina, ac rerum agendarum peritia inſignis, qui ex actis in hac ſede annis omnino novem Aſculani Epiſcopi munus cepit 3. Non. Maii 1447. translatus deinde ad Reatinam Eccleſiam 1450 purpuram promeruit ad titulum ſanctæ Crucis in Hieruſalem anno 1460. De ipſo vide quæ ſcripſimus in Epiſcopis Aſculanis, & Reatinis tom. 1. LXXII. *a De quo Ciaconius Oldoini tom. 2. col. 1025.*

34 BESSARION *b* tit. XII. Ss. Apoſtolorum Presb. Card. ob ſingularem doctrinam toti orbi celeberrimus, Sipontinam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit die 10. Maii 1447. quam deinceps volens dimiſit anno 1449. de quo egimus in pr. noſtro tomo, ubi plura in Epiſcopis Sabinenſibus. LXXIII. *b De eo idem Ciacon. ibid. col. 905.*

35 JOANNES Burgius Siculus Calatajeronenſis, de quo Joannes Jacobus de Adria in typographia Mazariæ, princeps medicorum ſuo tempore fuit, quem propter ejus ſingularem doctrinam Rex Alphonſus Parthenopæus fecit Epiſcopum Salentinum, qui ſanavit ipſum; inde Romam progreſsus Summum Pontificem à periculoſo morbo liberum fecit, qui eum renunciavit Archiepiſcopum Panormitanum. Verum Alphonſi Regis opera Burgius non Salentinus tantum, ſed Sipontinus Archiepiſcopus creatus ad eam dignitatem vocatus 12. Apr. 1449. à Nicolao V. Abbas Novælucis erat, ac præfectus rebus Beſsarionis Card. Mazarienſis Epiſcopi, Archimandritæ Meſsanenſis, ac Abbatis S. Baſilii in Sicilia, ex cujus ceſsione Sipontinus Archiepiſcopus evaſerat, cui Calixtus III. facultatem conceſsit è Manfredonia civitate, cui præerat, plurimas reliquias, ac præſertim oſsis fruſtum è manu S. Jacobi Majoris Apoſtoli in patriam tranſmittendi, quas indè tulit Nicolaus Monteoneus Archidiaconus Garganicus, & Canonicus Syracuſanus, ut ex diplomate ſcripto Manfredoniæ 8. Februarii. Sipontinæ Eccleſiæ nuncium remiſit anno 1458. factus deinde Mazarienſis Epiſcopus & Abbas S. Annæ de Portella, ſive de Scalis Montis-regalenſia pro Regni Siciliæ Capitulia in Hiſpaniam Orator tranſmittitur, Panormitanus Archiepiſcopus renunciatur anno 1467. 16. Kalen. Decembris. Exceſſit 16. Januarii 1469. Calatajeronæ, ibi ſepelitur in maximo templo a Joanne Vega Prorege, cum ejus cadaver effoſsum integrum reperiſsent, honeſtiori tumulo exornato, & inſcriptione. LXXIV.

*Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Joanni Buegio Epiſcopo Mazarenenſi, Sipontino, & tandem Archiepiſc. Panormitano ſuorum tempoeum toto ferè orbe celeberrimo Calatabyeroneaſi ornamento D. Veſpaſianus Bonanno, Franciſcus Rizzari, Franciſcue Monte Leone, ac Nicolaus de Monardo an-*

*no*

A

*no MDXXXXIII. Civitatis patrer antiquitatum non immemorer tumbam hanc inſtaurare fecerant. Natura ceſſit anno MCCCCXLVI.*

Scribendum MCCCCLXIX. ut notat Rocchus Pyrrhus in notitia Panormitanæ Eccleſiæ, qui plura de Joanne ibi, tum & in Mazarenenſi notitia refert. („ *Apud Franciſcum Falabolla S. Severinæ* „ *Archiepiſcopum Romæ olim degentem vidi ego opus* „ *ingens Mſ. Joannis Burgir, cujus titulus:* Secreta „ veriſſima ad varios curãdos morbos, *in cujus calce* „ *ſummarium vitæ Joannis ab anonymo enarratum,* „ *ut in Theatro Medicorum Pontificum p. 118. ſcripſi tractans de hoc Præſule, de quo etiam Mongi-* „ *torius in Bibl. Sicula tom. 1. p.* 341. Mandoſius.)

B



LX XV.

a De quo Oldoinus in Athen. Aug. Jacobillus in Bibl. Umbriæ, Trithemius de Script. Eccl. Voſſius de Hiſt. Lat. Nicodemus in Addit. ad Bibl. Neapol. Toppii pag. Mandoſ.

36 NICOLAUS Perottus aSaxoſerratenſis claro ortus genere egregius Theologus, & Rhetor diſertiſſimus proximè Joannem excepit anno 1458. die 17. Octobris. Juvenis Polybium latinitate donavit, alia ex Græcis fontibus ad Latinos tranſmiſit, nonnulla in divinis laude digna compoſuit, ſed & ad puerorum eruditionem commode, breviterque libellum edidit perpulchrum, Martialem ſcholiis illuſtravit, aliaque plurima ſcripſit, Patrimonium B. Petri, & Peruſiam gubernavit, Fridericum III. Imperatorem, cujus fuerat Conſiliarius, Bononiæ laudavit, extatque digniſſima Oratio, laudibus digna, poſtquam Imperator laurea corona eum donavit, ſtatim ipſe his verſibus rem explicavit.

*Cinxiſti viridi Cæſar mea tempora lauro,*
*Ecce meas ornat ſacra corona comas:*
*Non mea me virtus tali nunc munere dignam,*
*Sed dulce effecit Principis ingenium.*

Vixit in Sipontina dignitate annis 23. ceſſit è vita anno 1480. Laudatur Perottus à Jovio in elogiis, aliiſque viris clariſſimis. Extat Perotti muſeum in patrio ſolo elogiis, & ad vivum depictis illuſtrium virorum imaginibus exornatum, cujus memoriam honorario tumulo, & elogio revocavit in patria, maximoque in templo amicus meus bon. mem. Torquatus Perottus Amerinæ Eccleſiæ digniſſimus Epiſcopus, olim Urbani VIII. Pont. Max. intimus cubicularius.

C

D. O. M.

*Nicolao Perotto Saxoferratenſi ob reconditam eruditionem, linguarum principum peritiam, ſingularemque facundiam, necnon illuſtria rei litterariæ monumenta Beſſarioni in primis Card. ſapientiſſ. eximie charo, tum Friderico III. Imp. Auguſto à Conſiliis; & ab eodem Poetica lauro*

D

*Bononiæ ornato; tum Eugenio IV. Nicolao V. Calixto III. & Pio II. Max. Pontiff. præcipuè ob egregiè in Orientali Eccleſia cum Romana tempore Ferrarien. & Florentini Concilii unienda navatam operam longè clariſſ. Umbriæ, Tuſciæq; Præſidi, Archiepiſcopo Sipontino, de Chriſtiana Repub. univerſa, Italia, Patriaque opt. mer. cujus iſta majoribus tyrannide extincta libertatem, ac felicitatem debet, Torquatus Perottus Urbani Papæ VIII. à Cubiculo intimo gentili ſuo L. M. P. Anno Domini M. DCXXIV.*



37 TIBERIUS de Nardinis Forolivienſis, Stephani Nardini Cardinalis fratris filius, ſublato è vivis Perotto ſuffectus eſt die 12. Januarii anno 1481. de quo habetur in Diariis Innocentii VIII. quod Pontifice mandante carceri mancipatus fuerit in mole Adriana anno 1489. 23. Novembr. Præter hæc pauca ab actis Conſiſt. & Diariis accepta, nil aliud de ipſo invenimus. LX XVI.

(„ *E mole Adriana liber evaſit Tiberius, cum Alexander VI. rerum dominio potitus eſt an. 1492.* „ *Obiit in Garganenſi monte an. 1498. & humatus* „ *fuit in oſſuario Perucciæ gentis ad gradus S. Michaelis, ſicut ipſe mandaverat.*)

Cæterum Fr. Martinus de Lignano Bononienſis Ord. Prædicatorum Archiepiſcopus Sipontinus temporibus Alexandri VI. inſtituitur à Nicolao Paſqualino, Alidoſio, cæteriſque Dominicani Ord. ſcriptoribus, quorum mihi ſuſpecta narratio eſt, quem volunt anno 1499. translatum ad Cuſentinam ibid. exceſſiſſe 1505. ſed hæc gratis affingunt cum in Conſiſt. Actis (1) nullum quidem verbum de hoc Martino reperiatur, fides apud illos eſto.



38 AGAPITUS Gerardinus, Amerinus, ſummo LX XVII.

(1) Licet Acta Conſiſt. Martini non meminerint, hæc ſuppleri poſſunt Pontificis auctoritate, qui in Camera, & per viam Brevis extra Conſiſtorium hujuſmodi proviſiones expedire ſolet aliquando, ſi ita ipſi placuerit. Quod potiſſimum refragatur aſſerentibus hunc Archiepiſcopatum Martino ad, quod nulla de eo in Sipontino tabulario memoria habetur ſcriptoribus iis temporibus. Et falſum omnino eſt, quod ulterius adſcitur eum translatum fuiſſe ad Cuſentinam ſedem an. 1499. Nec in exordiente ſuo Pontificatu hunc elegiſſet Alexander VI. ad hanc Sipontinam, cum tunc temporis vinctum de carcere eduxiſſet ſolutum Tiberium, qui vitam protraxit deinde ad an. 1498. Nec ad Cuſentinam evaſit an. 1499. & in ea obiiſſe an. 1505. cum in ea ſerie certo certius habeatur ex actis Conſiſt. Ludovico Agnello ſucceſſorem datum fuiſſe Franciſcum Borgiam an. 1499. in ea defunctum an. 1511. Quare ab ea, & ab hac ſerie Martinus iſte expungendus eſt omninò, & delendus ab illa etiam Chronologia, quam texuit Sarnellius. Pontificibus tamen locum deferendus eſt huic Martino, ſed in Geruntinenſi throno. Et miror, quod Fontana ſicco calamo illum ibi attigerit non advertens hunc illum eſſe, quem per errorem alienum Sipontinum dixerat, Cuſentinum non invenerat, & in modico Geruntinenſi ovili egregium paſtorem habebat. *Laurentius.*

mo loco patre Bernardino magnæ Curiæ Neapolitanæ Regente natus, plurimis certè corporis, & animi bonis ornatus, politioribuſque litteris apprimè eruditus, ex Archidiacono Amerino, & Alexandri VI. à ſecretis, Archiepiſcopus Sipontinus deſignatus ann. 1500. die 4. Maii; variis item ſub eodem functus muneribus, cum eſſet Valentini Ducis conſiliorum conſcius, intimuſque familiaris, proſperæ adverſæque fortunæ ipſius particeps, obſcuro ſui obitus die, & loco deſiiſſe dicitur an. 1506. Ex hac nobili, vetuſtaque gente recenſentur Angelus Sveſſanus, Joannes, Angelus II. Sfortia, Aſcanius Cathacenſes, & Alexander Vulturarienſis Epiſcopi, de quibus ſuis in locis plura.



LXXVIII. 39 ANTONIUS MARIA de Monte *a* S. Sabini Etruſcus, Romanæ Rotæ duodecimvir, legum peritia illuſtris, Sipontinam evaſit ad ſedem defuncto Agapito anno 1506. die 6. Febr. creatus deinde S. R. E. Cardinalis, tranſlatuſque ad Papienſem Eccleſiam anno 1511. de quo plura leges in primo noſtro tomo in Epiſcopis Papien. ac Portuen.

*a* De quo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 281.



LXXIX. 40 JOANNES MARIA de Monte, *b* Antonii nepos, ex dimiſſione patrui Sipontinus delectus eſt Archiepiſcopus die 12. Novembris 1512. hanc Eccleſiam ſimul cum Papienſi, quam anno 1520. regendam ſuſceperat per annos triginta duos abſens adminiſtravit, eamque, Cardinalis a Paulo III creatus, libere dimiſit 1544. Papienſi retenta, ac deinceps anno 1550. ſub nomine Julii III. ad Pontificatum aſcendit, nec primæ ſuæ ſponſæ immemor, gratiis, ac privilegiis exornavit. De eo qui plura deſiderat, legat noſtram Papienſium Epiſc. ſeriem in pr. noſtro to. concinnatam.

*b* De quo idem Ciacon. tom. 3. col. 600. & 741.

LXXX. 41 (1) JOANNES Riccius Politianus Etruſcus vir clariſſimus Eccleſiæ Sipontinæ præficitur die 25. Junii 1544. Hanc Eccleſiam per octo omnino menſes rexit, tranſlatuſque eſt ad Cluſinam in Etruria, è qua ad purpuram evocatus a Julio III. & ad Piſanum Sacerdotium tranſlatus, in eo mortalitatem explevit. Vide 3 tom. noſtrum in Epiſc. Cluſinis, Piſaniſque Archiepiſcopis, ubi plura de digniſſimo Cardinale.



42 JOANNES ANDREAS Mercurius *c* Meſſanenſis humili loco natus, propria virtute ad Eccleſiaſticos honores ſibi aditum fecit. Romam veniens Joanni Mariæ Card. Montio familiaritate conjunctus, cujus favore eo evectus eſt, ut ex Decano Rhegienſis Eccleſiæ Archiepiſcopatu Sipontino cohoneſtaretur anno 1544. *d* die 25. Junii. Octo omnino menſes hanc tenuit Eccleſiam, & ex delectu Caroli V. Imper. Meſſanenſi præficitur à Paulo III. anno 1540. *e* a Julio III. cujus erat a ſecretis anno 1551. S. R. E. Presb. Card. titulo S. Balbinæ creatus, poſt S. Cyriaci in Thermis, demum ſub Paulo IV. tit. SS. Quirici, & Julittæ. Romæ obiit in Palatio Apoſtolico 4. Nonas Februarii 1561. corpus in D. Marcelli humatum. De quo legendus Rocchus Pyrrhus in notitia Eccleſiæ Meſſanenſis. LXXXI.

*c* De eo Bonfilius in hiſt. Sicula par. 2. p. 512. & 515. Maurol. & citatus Ciaconius tom. 3. col. 775.

*d* Die 20. Febr. 1545. ex Schedis Conſiſt.

*e* an. 1540 ex Actis.

43 SEBASTIANUS Pighinus, Regienſis, Epiſcopus Aliſanus, mox Ferentinas, Romanæ Rotæ Auditor egregia virtute, ac juris prudentia eximiè exornatus ad Sipontinam Eccleſiam tranſlatus eſt die 30. Maii 1550. ſequenti purpura exornatus, & anno 1553. ad Adrienſem *f* Eccleſiam tranſlatus, eodem anno Romæ mortuus eſt, in Eccleſia S. Mariæ de Populo humatus, ubi epitaphium extat. Vide noſtram Adrienſium Epiſc. ſeriem in 2. tom. ubi de eo plura. LXXXII.

*f* Non in Aprutio, ut ait Sarnellius, ſed in Tranſpadana Æmilia.

44 Fr. DIONYSIUS de Robertis Etruſcus è Burgo S. Sepulchri Ord. Servorum, Theologus inſignis, Julii III. Papæ intimus, poſt varia munera apud ſuos egregiè patrata, Epiſcopatu Ferentino, mox anno 1554. die 30. Martii, Sipontino Sacerdotio decoratus, cum annos ſex in hac benè regenda Eccleſia deſudaſſet, fato functus eſt anno 1560. Ejus, præter acta Conſiſtor. meminit Gianius in Annal. Ord. Servorum libro, & nos de eo mentionem fecimus in Epiſcopis Ferentinis tom. 1. LXXXIII.

45 (2) BARTHOLOMÆUS de la Cueva *g* Hiſpanus nobiliſſima Ducum de Alburquerque familia ortus 1499. 9. Kalend. Septembris Epiſcopus Cordubenſis Regni Neapolitani pro Philippo II. Prorex anno 1544. Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem creatus, Sipontinæ Eccleſiæ adminiſtrator adlectus anno 1560. die 13. Septembris. Eam rexit per ſuum Epiſcopum ſuffraganeum annis ferè duobus; vir paternæ nobilitatis ſplendore, atque omni virtutum genere, pietate in primis, & liberalitate in pauperes clariſſimus. Romæ exceſſit pridie Kal. Julii 1562. in Eccleſia S. Jacobi Hiſpaniarum ſepultus eſt ad limen templi, inciſaque ſepulchrali lapide inſcriptio hæc proſtat legentibus. LXXXIV.

*g* De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 691.


D. O. M.

*Bartholomæus Cueva ab Illuſtriſſimis Ducibus de Alburquerque ortus ſanctæ Crucis in Hieruſalem Presbyt. Cardin. hunc locum ſibi ad ipſa templi limina optavit. Dominus propitius eſt mihi peccatori. vix. ann. lxii.*

(1) Julium Paternum, Cremonenſem, Ordinis Minorum Conventualium circa hæc tempora floruiſſe, & Sipontinam Cathedram tenuiſſe docet Ariſius in Cremona liter. tom. 2. p. 100. Sed de ejus Archipræſulatu Sipontino nulla in Actis Conſiſt. nulla in hujus Eccleſiæ tabulario extat memoria.

(2) Virgilium deinde Card. Roſarium tantum ex Epiſcopo Iſclano Archiepiſcopum Sipontinum, & Adrienſem etiam obtinuiſſe Cathedram perperam ſcripſit Ughellus in Iſclanis.

*Iuli. menſ. x. D. vi. obiit ann. ſal. MDL-XII. Pridie Kalend. Julii.*



LX XXV — a De eo idem Ciaconius to. 3. col. 947.

45 PTOLOMÆUS Gallius a Novocomenſis, ex Epiſcopo Martoranenſi, Archiepiſcopi Sipontini dignitatem aſſequitur defuncto Cueva an. 1562. die 6. Julii. Creatur Card. anno 1565. Pontificium munus in Sipontina Eccleſia geſſit feliciter annis 11. Synodum ibidem habuit 1567. & Conſtitutiones edidit, deinde nuncium remiſit. Plura in ea Eccleſia extant pietatis ſuæ monumenta ad divinum cultum neceſſaria, binas domus Archiepiſcopales, unam in ipſa nova Siponto, alteram in ipſa terra Montis S. Angeli conſtruxit. Hujus elogium edidi in noſtris ad Ciaconium de Vitis Pontificum, & Cardinalium, quod iterum hic non pigebit referre. Ptolomæus (ajo) Juvenis acuti ingenii, magnæ induſtriæ, pariſque pietatis Romam petens à Card. Antonio Trivultio, mox eo decedente, à Thadeo Gaddio receptus eſt in contubernium, & à ſecretis fuit; inde Joanni Angelo Medicæo, qui & Pius Quartus fuit, fidem, ſingulari integritate, ac prudentia operam ſuam præbuit, à quo ſtatim ac Pontifex renunciatus eſt, Martoranenſis Epiſcopus Sipontinus Archiepiſcopus, & Cardinalis electus eſt. Sub Gregorio XIII. S. Concilii Congregat. Præfectus, Ordinis Camaldulenſium, ac Germanici Collegii in Urbe Protector. Sancti Abundii Comenſis Abbatiæ Commendatarius factus, illius Eccleſiam vetuſtate collabentem fere a fundamentis reſtauravit, ubi & multorum ſanctorum Cumanæ Eccleſiæ Epiſcoporum corpora ibidem quieſcentium, quæ reperit, honeſtiori loco recondidit. Collegium Gallium in eadem civitate extruxit. Centum millia aureorum ad pauperculas virgines matrimonio jungendas, communitati Comenſi largitus eſt. Sacellum pulcherrimum in Eccleſia ſancti Joannis de Pedemonte ædificavit, ut corpus ſuum poſt diem vitę ſuæ noviſſimum ibidem terræ mandaretur. Ducatum trium plebium in Mediolanenſi juriſdictione a Philippo II. Hiſpaniarum Rege emptum familiæ ſuæ dono dedit. Tandem Epiſcopus Card. Oſtienſis Collegii ſacri Princeps die 3. Febr. 1607. feria 5. noctis ſequentis Romæ occubuit ætatis ſuæ 82. cadaver in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Scala ſepulturæ mandatum. Scripſit Ptolomæus, ut refert Nomenclator, conſtitutiones ſynodi 1567. habitæ, aliaſque conſtitutiones, dum Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis eſſet.

LX XXVI

46 JOSEPH Sepia nobilis Comenſis per ceſſionem Card. Galii Sipontinam Eccleſiam regendam ſuſcepit a Gregorio XIII. ann. 1573. die 8. Aprilis 13. omnino annis ſedit laudabiliter, exceſſitque anno 1586. in ſua cathedrali ſepultus.

LXX XVII. — b De eo Ciaconius tom. 4. col. 346.

47 DOMINICUS b nobili Gymnaſiorum ſtirpe caſtri Bononienſis in Æmilia oriundus Romæ natus, utriuſque Signaturæ Referendarius a Sixto V. [non a Clemente VIII. ut alibi diximus] Archiepiſcopus Sipontinus die 17. Decemb. 1586. electus Campaniæ, & Firmi Prolegatus, a Clemente VIII. in Etruriam ad magnum Duc. Ferdinandum, mox in Hiſpaniam ad Philippum Regem Nuncius miſſus, & in numerum Cardinalium relatus



anno 1604. Sipontinum paulo poſt dimiſit Eccleſiam, & cum annos ferè ſexaginta Eccleſiæ inſerviendo, meritis clarus, pietate clariſſimus Romę mortalitatem explevit 12. Martii 1639. ætatis ſuæ 89. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & ſacri Senatus Decanus ſepultus in Eccleſia ſanctæ Luciæ a ſe condita, ubi nobile ſepulchrum, & cœnotaphium legitur, quod leges in Append. noſtri tom. 3. & elogium in prim. noſtro tomo in Epiſcopis Oſtienſibus. In Eccleſia ſanctæ Mariæ ſuper Minervam genitoribus, & fratribus ſuis Dominicus cœnotaphium poſuit, dum Sipontinus Archiepiſcopus eſſet in marmore ſic exaratum.

D. O. M.

*Franciſco nobili Gymnaſiorum ſtirpe Caſtro Bononienſi in Æmilia nato Philoſopho, & Medico clariſſimo, quas facultates Bononiæ primum Alexandro fratri ſubrogatus, deinde Romæ à Pio IV. Pont. Max. accitus plauſu maximo publice docuit, qui cum in Urbe per an. xxx. Principum, & Illuſtrium virorum gratia floruiſſet, pari tandem omnium mærore deceſſit Anno ætatis ſuæ lxxii. menſ. viii. poſt Chriſtum natum MDLXXXVII.*

*Et Catharinæ Palenteriæ ejus uxori concordi eximiæ, quæ vix. ann. lvii.*

*Et earum liberis Joanni I. V. D. variis publicis muneribus laudabiliter perfuncto, qui vix. ann. xxvii. MD.*

*Alexandro in medicinæ, & ſtudiis, paterna veſtigia feliciter æmulato, qui vix ann. xliv. M.D.*

*Achilli juris periti ſſimo Proton. Apoſtol. ad magna negotia a Summis Pontiff. adhibito Carpentoracte in magiſtratu extincto, qui vixit ann. xli. M. D. Dyoniſio I. C. eximio Illuſtr. Columnenſis familiæ Auditori probatiſſimo, qui vix. ann. xxxviii. M.D. Dominicus Gymnaſius Archiepiſcopus Sipontinus parentibus, & fratribus unice dilectis P.*



48 ANNIBAL Serugus c de Gymnaſiis, Car- LXX XVIII — c De eo

dina-

Garavinus de viris illuſt. Caſtri Bonon. p. 19. Mandoſ.

dinalis ſuperioris ex ſorore nepos ex ejus dimiſſione evaſit Archiepiſcopus Sipontinus anno 1607. die 5. Novembris, cujus Præſulatus tempore ſcilicet an. 1620. à Turcis capta eſt Manfredonia, à quibus pendè tota civitas, ac præſertim Cathedrale templum incendio, diruptione, rapinis periere, itaut ſoli parietes relicti ſint, ſed quod magis dolendum, omnia vetuſta monumenta, & chartophylacia, magno Eccleſiæ Sipontinæ damno igne conſumpta ſunt: iis calamitatibus Annibal quantum potuit occurrit, & cum ea in miſerabili ruina duos annos conſumpſiſset, poſt ſedem annorum quindecim mortuus eſt anno 1622.

LXXXIX 49 JOANNES Joanninus *a* è caſtro Mathelicæ, Epiſcopus Camertinus, ad Sipontinam Eccleſiam translatus eſt anno 1622. die *b* 21. Februarii; ibidem poſt paucos menſes deceſſit, ubi & tumulatus jacet: de quo vide tom. prim. noſtrum in Epiſcopis Camertinis.

*a* De Severinis. *b* Die 14. Martii.



XC. 50 BERNARDUS Burattus Romanus, Epiſcopus Vulturarienſis, Sipontinæ Eccleſiæ præficitur à Gregorio XV. Pont. Max. anno 1623. die *c* 29. Junii; Romæ obiit anno 1628. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ ad Victoriam propè Thermas Diocletiani: in pavimento ex marmore habet hoc epitaphium.

*c* Die 9. Januarii.

D. O. M.
*Bernardino Buratto Romano*
*Archiepiſcopo Sipontino*
*vitæ innocentia, ac morum*
*integritate perpetua*
*laudatiſſimo.*
*Julius Burattus fratri amantiſſimo*
*monumentum poſuit.*
*Obiit Romæ anno MDCXXVIII.*



XCI. 51 ANDREAS Caracciolus Piſquitius Neapolitanus hujus ſedis Archipræſul declaratus eſt ab Urbano VIII. anno 1628. 20. *d* Maii; non niſi ad annum cum dimidio ſedit, defunctus eſt an. 1629.

*d* Die 19. Maii.



52 HORATIUS Annibaldenſis de Molaria, Romanus, nobili gente natus, ex Canonico s. Mariæ Transtyberim ſucceſsit Caracciolo die *d* 28. Januarii 1630. Obiit anno 1643. XCII.

*d* Die 11. Februarii.



53 ANTONIUS Marullus, Siculus, utriuſque Signaturæ Referendarius, factus eſt Archiepiſcopus die 31. Auguſt. 1643. vir clariſsimus genere, doctrina, & pietate in pauperes. Sedit plus minus ann. ſex, exceſsit 1649. omnibus cujuſvis ordinis hominibus charus, ac dilectus; jacet in Cathedrali. („ *Huic ad ſuam Eccleſiam proficiſcenti* „ *tota ſupellex una cum Pallio fuit deprædiata. Inſtitit ſedi Apoſtolicæ pro novo Pallio, & à Papa* „ *Urbano VIII. tunc regnante obtinuit teſte M. Paulo Leone in libro de Auctoritate, & uſu Pallii p.* „ 83. Mandoſius.) XCIII

54 PAULUS Theutonicus *e* Apulus, de Mola Barenſi in Urbe cauſarum patronus die 12. Aprilis 1649. evaſit hujus ſedis Archiepiſcopus, cujus fuerat olim generalis Vicarius ſub Andrea Caracciolo. Non diu Pontifex fuit; obiitque paulo poſt ab adepta dignitate *f*, & ſepultus in Cathedrali. XCIV

*e* an. 1651. menſe Novembris. *f* De eo Toppius in Bibl. Neapol.

55 JOANNES ALPHONSUS Puccinellius, Lucenſis, olim Canonicorum Regularium s. Auguſtini Congregationis D. Salvatoris emeritus Generalis, inſignis verbi Dei declamator, s. Officii Qualificator, ac Congregationis Rituum ſacrorum Conſultor, fit Archiepiſcopus hujus ſedis ab Innocentio X. Pont. Max. die 13. Maii 1653. cum eſſet Abbas s. Petri ad Vincula de Urbe: incredibilem de ſe excitavit expectationem. * Obiit hoc ipſo menſe Octobris 1658. ſepultus in ſua Cathedrali. XCV.

* Ex Add. tom. 9.

A D D I T I O.

(„ *BENEDICTUS Capellettus, Patritius Reatinus, Dominus Caſtri Belvederis, & ex Baronibus S. Mariæ ad Pontem, J.U.D. & S. Theologiæ* „ *Magiſter, Avenionenſis Legationis generalis Auditor, & in Romana curia Cauſarum patronus, ad* „ *hujus Eccleſiæ apicem vocatus eſt 22. Sept. 1659.* „ *Pauperum amantiſſimus proprio ære fundavit in* „ *Gargano Montem frumentarium, qui potiſſimum* XCVI

,, *ils præfuit innumerabili ad perdendos hominum, bovumque labores adveniente locuſta, & bruco an. 1663. Synodum diœceſanam in ſua Cathedrali celebravit 7. Febr. 1666. Sacram ſupellectilem auxit, ædificia inſtauravit, & ornavit, & ſacræ turri alteram poſt majorem campanam adjunxit. Anno 1670. Neapolim abiit Inquiſitoris implens ibidem munus contra hæreticam pravitatem. Denique ultro à paſtorali hoc onere receſſit 27. Januarii 1675.*

XCVII. ,, *Fr. VINCENTIUS Maria Urſinus Romanus Ordinis Prædicatorum, S. R. Eccleſiæ presbyter Cardinalis, cedenti Capelletto ſucceſſor datus eſt 28. Januarii 1675. Princeps, & pietate, & eruditione clariſſimus non deſtitit commiſſas oves & verbo, & exemplo inſtituere, donec ad Ceſenatenſem Eccleſiam translatus eſt 22. Januarii 1680. Vivit nunc Beneventanus Archipræſul, vivatque diu ad totius Eccleſiæ decus, ac ornamentum.*

XCVIII. ,, *TIBERIUS Muſcettola, Patritius Neapolitanus, Oratorii presbyter ſecularis, deinde Sipontinus Antiſtes declaratus eſt ab Innocentio XI. 9. Martii 1680. qui cum optimè præfuiſſet ad annum 1708 onere tandem ſe ſpoliavit die 25. Februarii.*

XCIX. ,, *JOANNES de Lerma nobilis Tricaricenſis, J. U. D. Deputatus Congregationis Neophitorum de urbe, & Eminentiſſ. Cardinalis Sacripanti Datarii Auditor, hac infula inſignitus eſt 12. Martii 1708.* )

# VESTANI EPISCOPI.



VESTA, ſeu Veſtix, vulgo Beſtis, littoralis, & regia Apuliæ civitas ad Gargani montis radices ex parte Orientis poſita, parva civitas eſt, terræmotu, ac Turcarum furore ſæpius vaſtata, & ante annos LXXXX. ita miſerabiliter afflicta, ut ſeptem ferè millia animarum utriuſque ſexus in captivitatem abacta fuerint; nunc familiæ fidelium in ea degentium 300. animæ vero plus minus 1000. Razanus Veſtam dictam putat a vetuſto Veſtæ templo, quod hìc olim fuerit. Sigonius Veſticem vocat, ſed Leander Veſticem oppidum à Veſtana civitate facit, & intervallo diſtinctum. Hanc civitatem ſua præſentia nobilitaſſe ſcribunt Alexandrum III. Pontificem, cum ille Venetias peteret ad pacem cum Friderico Imperatore conſtituendam, hic navem conſcendit comitante Guillelmo Siciliæ Rege. Epiſcopatus iſte antiquus inter recentiores recenſetur, inſtitutus, inquam ex auctoritate Paſchalis II. Pontificis ab Archiepiſcopo Sipontino, cujus hactenus ſuffraganeus eſt. Cathedralis Baſilica Veſtana titulo Beatiſſimæ Virginis Aſſumptæ, rebus ad divinum cultum neceſſariis mediocriter inſtructa eſt, ſacriſque in ea miniſtrant Canonici 16. è quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite. Archipresbyter, cui incumbit animarum cura (cum nulla alia ſit Eccleſia curata,) & duo Primicerii. Eccleſiæ ſimplices quatuor, unum virorum cœnobium, xenodochium unum, & aliqua laicorum ſodalitia ſunt intra mœnia. Et cum parva, ac fere

A deſolata ſit civitas, diœceſis correſpondet, cum nulla ſit extra civitatem. Menſæ Epiſcopalis redditus tenuiſſimi, cum pene ad trecenta ſcuta monetæ illarum partium aſcendant; taxatur vero in veterib. lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 166. Epiſcopi, qui in ea floruerunt, ſequentes ſunt a nobis ex variis monumentis expiſcati.

I. 1 N. . . . cujus nomen ignoratur, ab Archiepiſcopo Alberto Sipontino juſſu Paſchalis II. conſecratus eſt primus Veſtanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ut Innocentius III. ſuis in litteris ad Sipontinum Capitulum datis inſinuat, quarum tenor ſupra habetur; nomen tamen illius non exprimitur.

II. 2 MARAGDUS Veſtanus Epiſcopus conſecratus dicitur in iiſdem litteris Innocentii III. ab Siffredo Sipontino Archiepiſcopo Alexandri III. temporibus, vel paulo ante; annus enim non exprimitur, nec quicquam aliud de eo reperire potuimus. (,, *Præſens fuit Vigiliis translatione corporum ,, SS. Mauri, & Sociorum.*)

B III. 3 N. . . . nomen excidit, Veſtanus Epiſcopus de Simonia convictus, ab Alexandro III. circa annum Dom. 1168. deponitur. Ita habet Anonymus auctor vitæ ejuſdem Pontificis, qui m. ſ. in Bibliotheca Aniciana bon. mem. Abbati Conſtantini Cajetani aſſervabatur.

IV. 4 SIMON Veſtanus Epiſcopus interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro Tertio celebrato anno 1179. ſubſcripſitque poſt Gerardum Archiepiſcopum Sipontinum ſuum Metropolitanum.

V. 5 N. . . . . . Epiſcopus Veſtanus à Cœleſtino III. ob varia crimina ab adminiſtratione ſuſpenſus, cujus meminit Innocentius III. in epiſt. ad Tranenſem Archiepiſc. & ad ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconum. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

VI. 6 ANGELUS, hujus Eccleſiæ Pontifex memoratur in regio regeſto Caroli II. anno 1296. cujus obitus memoratur in Vaticano reg. ann. 1302.

VII. 7 GABRIEL Abbas de Pulſano Ord. ſancti Benedicti Sipontinæ diœceſis in emortui Angeli locum Epiſcopus renunciatus eſt ann. 1301. C exceſſit antequam munus conſecrationis accepiſſet, ut habetur in Reg. Vaticano.

VIII. 8 Fr. JOANNES Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini à Landulpho Card. Legato hujus Eccleſiæ Epiſcopus eligitur defuncto Gabriele, & à Benedicto XI. confirmatur 14. Kalen. Martii 1303. ex Reg. Vatic. epiſt. 445.

IX. 9 Fr. ELIAS Saguini Ord. Prædicatorum evaſit Veſtanus Epiſcopus ann. 1344. 6. Kalen. Novemb. ex cit. reg. obiit vero anno 1349.

X. 10 Fr. NICOLAUS Ord. Minorum ſucceſſit Eliæ ex Epiſcopo Kiſemenſi in Creta 14. Kal. Julii ann. 1380.

XI. 11 SAMPERINUS Veſtanus Epiſcopus, cujus mentio habetur in Regeſt. Vrbani VI. an. 1387. menſe Julio, quo in vivis erat. Paulo poſt cum Clementi VII. Antipapæ adhæſiſſet, ab eodem Vrbano VI. Epiſcopatu privatus, iterumque à Bonifacio IX. Veſtanæ Eccleſiæ præficitur ann. 1390. fato D ceſſit anno 1403. de quo in lib. Oblig. mentio habetur.

XII. 12 ANTONIUS per privationem Samperini Veſtanus electus eſt Epiſcopus ab Vrbano VI. inde à Bonifacio Nono translatus eſt ad Rubenſem Eccleſiam 1390. ex lib. Oblig

XIII. 13 LAURENTIUS de Giliotto Canonicus Eccleſiæ Fogianæ Trojanæ diœceſis ſucceſsor datus eſt Samperino defuncto anno 1403. 3. Kalen. Auguſti, translatus ad Puteolanam anno 1405. ex eodem lib.

XIV. 14 FRANCISCUM Tricaricenſem Archidiaconum ad Veſtanam Eccleſiam ſublimavit Innocentius VII. an. 1405. 3. Kal. Octobris, quo anno exceſserit, ignoratur, neque aliud de eo in lib. oblig. habetur.

XV. 15 GUILLELMUS olim per Clementem VII. Antipapam in hanc Eccleſiam intruſus, ad cor rediens, abjurata Clementis propenſione, Bonifacio

IX. ſummo Pontifici, Romanæque Eccleſiæ adhæſit, ac liberè Epiſcopatum dimiſit, proviſuſque fuit de quibuſdam beneficiis, & cum à Petro de Luna deputatus fuiſset ad munia pontificalia exercenda in Eccleſiis Biterenſi, & Eccleſiæ ſancti Pontii Thomercarium commendatarius, additis penſionibus ad vitam ſuſtentandam, Alexander V. confirmavit, donec poſseſſionem Veſtanæ Eccleſiæ pacificè fuiſset aſsecutus, vel aliter de eo per Apoſtolicam ſedem proviſum. Hæc narrant lib. oblig. Quid vero de eo actum ſit ignoramus.

XVI. 16 JOANNES electus die 15. Martii 1420.

XVII. 17 BERNARDUS, Ordinis Prædicatorum, anno 1477. 10. Kal. Octobr. obiit, 1495.

XVIII 18 CAROLUS Buſconus *a* Parmenſis, Cardinalis Parmenſis à ſecretis, omnibus ſcientiis eximiè cultus, & eruditione ornatus ad Veſtanum ſacerdotium aſcendit Sixto IV. donante anno 1495. die 23. Octobris. Triginta omnino annos cum laude hanc rexit Eccleſiam, mortalitatem exuit ann. 1505. in patria ibidem in Cathedrali, ubi ex marmore hoc legi epitaphium.

*a* De quo mentio in Bordoni Theſauro Eccl. Parmen. p. 188. *Mandoſ.*

*Caroli Buſconii Parmen.*
*Epiſcopi Veſtani,*
*qui tanta auctus dignitate,*
*indeque omni laude cumulatus*
*hominibus gratus,*
*gratior Deo lætus in Cœlum,*
*quò vocatus eſt commigravit.*
*MDV.*

XIX. 19 LATINUS Pius ſucceſſit in locum Caroli anno 1505. die 5. Decembris: Interfuit Concilio Lateranenſi ſub Julio II. anno 1512. Mortalitatem explevit anno 1514.

XX. 20 FRANCISCUS Epiſcopus Liparenſis huc translatus die 4. Auguſti. („ *Præſens fuit Concilio* „ *Lateranen.* 1515. *& in eo ſubſcribitur Jo. Franciſcus, ut etiam notatur in actis Conſiſtor. Obiit circa finem an.* 1517. *vel exordiente an.* 1518. Lucen.)

XXI. 21 Fr. HIERONYMUS (1) Magnanus, Patavinus, Ord. Minorum, Epiſcopus Veſtanus aſſeritur a Scardeoneo lib. 2. de claris Theologis Patavinis. *Is*, ait ille, *inter Minoritam paupertatem Franciſcanam profeſſus eſt, ubi ſtudiis litterarum intendens evaſit eximius Theologus, qui aliquando per univerſam Italiam præclarus divini Verbi concionator, non ſine magnæ probitatis opinione refulſit, à Julio II. Romam accitus in Epiſcopum Veſtanum deligitur, qui poſtea intermiſſo concionandi officio, Roma diſcedens in patriam rediit, & deinceps ſibi potius quam gregi ſuo complaciturus, in otio litterarum domi, & in patria vixit. Hujus meminit Leonius in ſuis Dialogis, ubi de precibus agit. Fuit is perquam familiaris Jacobo Sadoleto nondum Cardinali, ſed inſigni eloquentia prædito. Scripſit, ut audio, quamplura, èdidit autem unicam, quod ſciam, ſatis elegantem epiſtolam ad Adrianum Pontif. Max. excuſam, & appoſitam in fronte operis illius ſub titulo Quodlibeti. Obiit Patavii in bona ſenectute anno ſalutis (ni fallor) MDXXVII.* Hæc ille.

De hoc verò Hieronymo nulla extat in Actis Conſiſtorialibus mentio. Cæterum ſi aliquando hujus Eccleſiæ Præſul fuit, ante Ludovicum, oportet illum geſſiſſe Epiſcopatum, nec à Julio II. ſed à Leone X. vel Clemente VII. ea dignitate exornatum.

XXII. 22 LUDOVICUS obiit 1528.

XXIII 23 LEONARDUS Bonafides, Florentinus, Monachus Carthuſianus, Abbas commendatarius S. Theobaldi Ord. S. Benedicti, Typhernatis diœc. S. Mariæ Novæ xenodochii Florentini Præfectus, ac S. Eligii Abbas, creatur Epiſcopus Veſtanus an. 1528. die 14. Januarii, & Archixenodochii S. Spiritus magnus Commendatarius, ad Cortonenſem Eccleſiam tranſlatus eſt die 29. Maii 1529. de quo vide quæ de ipſo ſcripſimus in 1. noſtro t. in Epiſcopis Cortonenſibus, ubi ex typographi incuria obrepſit error, ut pro ann. 1545. quo defunctus eſt, male poſitus eſt 1543. & ſupra pro anno 1529. quo ad Cortonenſem ſedem tranſlatus aſſeritur inſcriptus ſit 1528. quibus errorib. occurrat prudens lector.

(„ *Modo non levis emergit difficultas ex libro* „ *actuum Conſiſtorialium. Ibi enim deſcribitur ſucceſſio proxime enumerandi Alphonſi, eaque pronunciatur facta per obitum Hieronymi, cum inter eum, & Alphonſum interceſſerint Ludovicus, & Leonardus, & ſcribendum fuiſſet ſive per ceſſionem, ſeù tranſlationem Leonardi ad Cortonenſem, vel quippe ſi ad obitum reſpiciatur, memorandus potius erat Ludovicus. Hos præteriiſſe puto conſiſtoriale monumentum, quia ſuper obtento epiſcopatu Apoſtolicas literas nondum expedierint, cum inde vel per obitum, vel per dimiſſionem, ſeu ad aliam tranſlationem receſſerint. Et cum actum fuit de perſona providenda Leonardi Bonæfidei relegitur in decreto conſiſtoriali hanc Eccleſiam vacare per obitum. Ludovici. ſeu N … qui notatus litera H … Hieronymus eſt, ad quem modo refertur, dum proviſio de perſona mox relegendi Alphonſi facta fuit, quæ ab Ughello omittitur, & à nobis ſuppletur.*

XXIV „ *ALPHONSUS Carrillo de Alarcon, presbyter Conchenſis, nobili genere procreatus, per obitum Hieronymi, ut notatur in actis, præficitur* 3. *Auguſti* 1530. *Vivere deſiit* 1547. Lucentius.)

24 THOMAS (2) Curteſius de Prato Tuſcus inſignis utriuſque Juris Doctor, diu Romæ cauſarum patronus, ordinem Eccleſiaſticum demortua uxore amplectitur, fit utriuſque ſignat. Referen. & Clementis VII. Pontif. Datarius, mox Epiſc. Veſtanus evaſit 1529. ſub cujus Pontificatu cum multis munerib. fuiſset perſunctus, ſub Paulo III. deceſſit Romæ die 16. Febr. 1543. adulatorum hoſtis accerrimus, pauperum vero, ac litteratorum hominum amator. Ex filiis, quos ex uxore ſuſceperat, unus fuit Jacobus patri ſimillimus, qui ſub Paulo III. Papa, cujus erat charus, & familiaris, Epiſcopatu Vaſionenſi anno 1536. die 15. Maii, cedente Card. Salviato deinde Patriarchatu Alexandrino ornatus eſt, defunctuſque anno 1570.

XXV 25 PEREGRINUS FABIUS *b* Bononienſis Philippi filius, genere, & juris prudentia celebris, ſub Paulo III. judicandis libellis duodecim vir, ab eodem Veſtanus pronunciatus Epiſcopus die *c* 19. Martii 1543. Romæ defunctus 14. Septemb. 1551. ſepultus in Eccl. S. Auguſtini cum hoc epitaphio.

*b* De eo Bumaldus in Bibl. Bonon. *Mandoſ.*
*c* Die 1. Julii 1547. ex Actis.

*D. O. M.*

*Pellegrino Fabio civi Bonon. Epiſcopo Veſtano duodecimviro, litibus judicandis.*
*Vix. ann. lv. Anton. Franciſcus, Thomas, ac Julius fratri benemerenti fecere anno*
*poſt Chriſtum natum MDLV.*
*Pelleg. Fabio Bonon. Salern. Neap. Acad. LL. profeſſori, cognoſcendis cauſis Rom. Cur. duodecimviro, Epiſcopo Veſtano, vitæ honeſtiſſ. perſuncto ad majora, concedenti humana conditione, ſublato. Vixit annos lv.*
*Dies xxiii Obiit MDLV.*



XXVI 26 Fr. JULIUS Paveſius, Brixienſis, Ordin. Præ-

(1) Hic Hieronymus Butuenſis primum in Dalmatia creatus eſt Epiſcopus, deinde ad hanc ſedem tranſlatus per obitum Jo. Franciſci vacantem 26. Febr. 1518. ut nobis innotuit ex ſchedis Conſiſt. diligenter inſpectis: quæ Ughello latuere. *Lucentius.*

(2) Succeſſor in hac ſede poſt Leonardum in ſerie Ughelliana deſcribitur Thomas de Prato, qui Geruntinenſis, & Caiatenſis Epiſcopus fuit, inde Vaſionenſis. Expungendus igitur ex hac ſerie tum ex Actis Conſiſt. tum ex ipſa temporum ſucceſſione obſervata. *Lucentius.*

Prædicatorum, Epiſcopus S. Leonis in Calabria, ad Veſtanam Eccleſiam translatus eſt die 2. Octob. 1555. deinde anno 1558. Archiepiſcopus Surrentinus evaſit. de quo ibi. A



XX VII 27 HUGO Boncompagnus *a* Bononienſis Campaniæ Prolegatus Veſtanus Epiſcopus ſublectus eſt die 20. Julii 1558. Tametſi Eccleſiam hanc ſibi commiſſam abſens fere ſemper adminiſtravit, in eam tamen multa contulit monumenta amoris. Tridentino concilio interfuit, cum jam hanc reſignaſſet Eccleſiam, creatuſque eſt Presb. Card. à Pio Quarto, anno 1565. ac tandem Chriſtianæ Reipublicæ bono ſummus Eccleſiæ Pontifex renunciatus eſt, dictuſque Gregorius XIII. B

*a* De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 956. & tom. 14. col. 2.

XX VIII. 28 ANTONIUS *b* Garguſia Vaticanæ Baſilicæ Beneficiatus Hugone cedente, electus fuit Veſtanæ Eccleſiæ Epiſcopus die 20. *c* Octobris 1560. ſibique concreditam Eccleſiam ad annos 14. gubernavit: mortuus eſt anno 1574. die 8. Martii.

*b* Antoninus Ganguzia ex Actis. *c* 23. Octob.

XXIX 29 Fr ANSELMUS de Oliveriis Ordinis Minorum ad hunc Epiſcopatum pervenit die 29. Martii 1574.

XXX 30 JOSEPH Stephanus *d*, patria Valentinus, Segovienſis Canonicus, non minus moribus, vita conſpicuus, quam multiplici rerum ſcientia ornatiſſimus, ad Veſtanum Epiſcopatum aſſumptus eſt die 17. Martii 1586. paulo poſt conſecratus Romæ in Eccleſia ſancti Jacobi Hiſpanorum à Julio Card. Santorino aſſiſtentibus M. Antonio Marſilio Salernitano, & Scipione de Tolſa Tranenſi Archiepiſcopis. Probus & doctus fuit Præſul, qui ſcripſit de oſculatione pedum Romani Pontificis ad Sixtum V. de elevatione, ſeu portatione ejuſdem ad Antonium Cardinalem Carrafam, habuitque orationem ad eundem Sixtum Papam Philippi II. Hiſpaniarum Regis nomine, *e* obiitque ſub eodem Pontifice, & eruditiſſimi viri laudem cumulatiſſime aſſequutus eſt. C

*d* De quo Antonius in Bibl. Hiſp. t. 1. p. 615. Mandoſ.

*e* Ab hoc munere eligere abiit 1586. ex Actis.

XXXI 31 THOMAS („ *Malateſta* ) * de Camerata Ord. Prædic. à Sixto V. electus *f* Epiſcopus Veſtanus poſt paucos menſes Romæ defunctus eſt anno 1589.

* Ex App. tom. 9. *f* 17. Julii 1589.

XX XII. 32 Comes MASCIUS („ *Ferracutus*) Aſculanus ex genere Nicolai IV. Pontificis, in cujus memoria Sixtus V. illum exornavit Veſtano ſacerdotio anno 1589. die 25. *g* Decembris. Romæ deceſſit die 14. *h* Julii 1613. ſedente Paulo V. elatuſque ad templum D. Mariæ de Populo honorificè tumulatus eſt, in nobili tumulo hac inſcriptione exornato. D

*g* 23. Octob. *h* 13. Julii.

*D. O. M.*

*Nicolai IV. Pont. Max. Aſculan. æternæ memoriæ, Comiti Maſcio Aſculano Nicolai IV. Pont. Max. illuſtri ſerie nepoti Sixti V. Pont. Max liberali munificentia ornato Epiſcopatu Veſtanen. dignitate aucto, juris religioſiſſimo, Eccleſiaſticæque libertatis clypeo, virtutum corona ubique conſpicuo, optimo, integerrimo. Vix. ann. lx. deſideratiſſ. die xiii. Julii MDCXIII. moritur.*
*Martius Elephantuccius Patritius Bononienſis, Anaſtaſia Maſcia Patritia Aſcul. neptis conjugis patruo B. M. P. C.*

A 33 MUTIUS Vitalis ſucceſſit Maſcio an. 1613. die 6. Novemb. Duobus annis hanc rexit Eccleſiam; obiit 1615. XXX III.

34 PAULUS Palumbus Neapolitanus Ordinis Clericorum Regularium, qui integritate morum, eruditione, & linguæ officio in omnium commendatione fuit, Veſtanus Epiſcopus declaratus eſt à Paulo V. ann. 1615. die 18. Maii, translatus deinde eſt ad Caſſanenſem Eccleſiam anno 1618. poſtremum ad Arianenſem vocatus de quo alibi. Hujus cum laude meminit Sylos tom. 2. Annal. Clericorum Regularium. XX XIV.

35 Fr. AMBROSIUS Palumbus Neapol. Ord. Prædicatorum per translationem Pauli factus eſt Epiſcopus Veſtanus die *i* 16. Febr. 1618. annos 22. in ea dignitate tranſegit, obiitque anno 1641. ſedente Vrbano VIII. XX XV.

*i* 12. Febr.

36 Fr. PAULUS Ciera *k*, Venetus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, in Academia Romana ſacræ Theologiæ Lector, Veſtanus Epiſc. electus eſt ab Vrbano VIII. an. 1642. die 13. Januar. Poſt duos annos liberè ceſſit, factuſq; eſt Epiſcopi Card. Oſtienſis ſuffraganeus anno 1644. die 27. Maii. Deceſſit Vellitris anno 1648. ſepultus in cathedrali in ſepulchro à ſe parato, tali inſculpta inſcriptione. XX XVI. B

*k* De eo Allatius in Apibus Urb. p. 212. Mandoſ.

*D. O. M.*

*Paulus Ciera Venetus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Epiſcopus Veſtanus, & ſuffraganeus Eccleſiarum Oſtien. & Vellitern. hunc locum ad contegendum corpus ſuum poſt mortem, & ad diem judicii ſervandum ſibi in tumulum vivens elegit.*
*Obiit anno . . . . . . .*
*ætatis ſuæ . . . . .*

37 JACOBUS Accariſius, Bononienſis, honeſta familia natus, Doctor Theologus, & humanioribus litteris, eruditioneque omnibus notus, Mantuæ Rhetoricam publicè profeſſus, eodemque munere in Romano Gymnaſio functus Epiſcopatum deſiderans, Veſtanæ Eccleſiæ ab Vrbanno VIII. Præſul deſignatur, ab Innocentio X. in ea dignitate confirmatur die 17. Octobris 1644. ſtatim atque conſecratus fuit, vel ambitionis, vel dominandi æſtus pœnas luit, & cum eo munere ſe exoluere non ſemel tentaſſet, repulſamque a cordato Pontifice accepiſſet, pauperrimæ Eccl. nolens volens annis ferè decem præfuit, vitam ipſe pauperrimam egit, mortalitatem exuit an. 1654. ſepultuſq; fuit in ſua Cathedrali. Plures orationes ſcripſit, publicique juris fecit, epiſtolas multas, aliaq; ſui ingenii monumenta reliquit, quæ à doctiſſimo amico noſtro Leone Allatio recenſentur in libro, cujus titulus Apes Urbanæ, ſive de Viris illuſtribus, qui Romæ adfuerunt ab anno 1630. uſque ad 1632. XXX VII. C

38 JOANNES Maſtellonus, Neapolitanus, J.U.D. ab Innocentio X Papa Veſtanus adlectus eſt Epiſcopus an. 1654. 19. Octob. Vivit, optimiſq; inſtitutis pergit Eccleſiam ſuam eximie adminiſtrare. XXX VIII.

*A D D I T I O.*

(„ *Joannes patre Andrea Maſtellonio publicis muniis ſumma ſemper cum laude functo, matre Angela de la Mura Matronalibus ferè omnibus conſpicua virtutibus Neapoli natus menſe Junio 1624. quam pietatem in propria domo cum lacte hauſerat, in collegio maximo Neapolitano Societ. Jeſu una cum litteris perfecit. Lauream in utroque jure, quod didicerat ab Joſepho Pulchrarelli, illud mirè ſuis diebus interpretante, conſecutus fuit menſe Majo 1646. Civitatem Maſſæ Lubrenſis anno ſequenti 1647. moderabatur, quo ſanè difficillimo tempore ob Neapolitanæ plebis ſeditionem, cum pro Hiſpano Monarcha, ut debebat, ſtetiſſet, ejuſque rem pro virili ſemper egiſſet, & præcipue ne naves cibariis onuſtæ ab Salernitanis nundinis Neapolim appellentes in manus perduellium pervenirent, ab ipſis ſeditioſis uſque ad ſuæ reſidentiæ locum, ad necem conquiſitus fuit. Prævio autem fidiſſimo nuncio mentitus agricolam Neapolim ignotus inire ſperabat, ſed agnitus Villam propter* D

*Toducianam, ab ipſis ultimo ſupplicio damnatus fuit, à quo liber evaſit, & ſumma peropportunè à proprio genitore erogata pecunia, & favore cujuſdam jureconſulti, qui fovebat plebis amicitiam, ut ſui Regis negocium faceſſeret. Quare vix ſibi credens è tanto naufragio emerſiſſe, Eccleſiaſticæ militiæ nomen illico dedit gaudente genitore, qui lubens primogenitum ſuum Deo litavit. Jam Sacerdos, & diſciplinis omnibus flamine dignis imbutus Romam pro lucro indulgentiarum petiit anno jubilæi 1650., ſed cum eſſet in Neapolit. foro non mediocriter verſatus amicorum hortatibus, & præcipuè curiæ Romanæ procerum coactus fuit in alma urbe cauſarum patronum agere; cui muneri dum præſigni ſui nominis fama faceret ſatis, Eminentiſſ. Petrus Othobonus, qui poſtea obiit ſummus hierarcha Alexander VIII. indolem ipſius ad infulas unicè factam dignoſcens, 30. tunc annos natum, die 15. Julii 1654. ad hujus Eccleſiæ, protunc, regimen promotum voluit. Sacratus fuit eodem anno, ſed die 19. Octobris. Sponſam ſuam primo ingreſſu, omnibus ſacris veſtibus, & ſupellectilibus etiam pretioſis, vaſis aureis, & argenteis, & aliis ad divinum cultum neceſſariis, paſtorali etiam argenteo baculo, quo carebat, exornavit, ditavit. Menſæ fundos incultos proprio ære frugiferos reddidit, quorum poſtea proventus in reſtaurationem, & ornatum ſuæ ædis principis applicuit. Suis etiam ſumptibus quotannis Apoſtolicos miſſionarios à Neapolitano ſodalitio Sacerdotum in collegio maximo Societatis Jeſu ad ſe avocabat, quorum fervidis ſudoribus diœceſim geſtiebat videre madentem. Clerum, qui à laicis, & in veſtibus, & quod ſcelus erat, in moribus etiam minime diſcriminabatur, ſui conſcium muneris, ac propriæ conſonum dignitati, nonniſi ſummo labore, & continua obtinuit ſollicitudine. Ut presbyteri à frequentandis choreis more quidem inveterato, & velut illius provinciæ proprio ſe abſtinerent, ſanguinem pene vomuit, ſed vicit pro cauſa ſui Domini fortiſſimus ſemper athleta. Exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii ipſe perſæpe, aut alii ſuo compares zelo abſe acciti clerum edolarunt, auſim dicere, ſanctificarunt. Cum nullum ſodalitium vel Sacerdotum, vel laicorum in ſua diœceſi reperiſſet, ipſe inſtituit in diruta æde olim D. Joanni Baptiſtæ dicata, cui ipſe, ut fere omnes Eccleſiaſtici, & cultiores cives nomen dederunt. Erga pauperes manum ſemper apertam habuit, & præcipue anno 1656. quo licet peſtis peculiari favore Angelorum principis D. Michaelis ad illa confinia non penetraſſet, caritas ob interdictum ea occaſione commercium ſæviſſime illam provinciam peſſumdedit. Immunitatem qua locorum, qua perſonarum ſacerdotali pectore tutatus fuit, adeo ut anathemate ferire non dubitarit Veſtanæ arcis præfectum acris ingenii virum, à quo ſuus Magiſter actorum vapulaverat. Ab Epiſcopo, à præfecto pro ea re ad regium Neapolitanum collaterale, ut vocant, conſilium delatum fuit, ſed Epiſcopus obtinuit, ut accerſitus Neapolim præfectus ad Veſtam illico rediret, & humilitatem, quam debebat, præſeferens ab Epiſcopo abſolutionem in forma Eccleſiæ conſueta expoſceret, ut evenit Epiſcopalis dignitatis integro decore, & incolumi majeſtate. Sub Archiepiſcopo Neapolitano Philamarino, cui erat in paucis charus, ſemper ac contigerat in patria morari, Epiſcopalia fere omnia munera pro ipſo obibat. Ædem Neapoli PP. Capuccinorum immaculatæ Conceptioni Mariæ ſemper virginis dicatam ſolemniter ſacravit, ut ègemina hac, quæ ibi legitur, inſcriptione. A parte exteriori Eccleſiæ.*

Templum a fratribus olim Capuccinis
immaculato Virginis Conceptui nuncupatum nuper Aſcanii S. R. E. Card.
Philamarini Archiep. Neap. indultu,
ac nutu a Joanne Maſtellonio Epiſcopo Veſtano ſanctiori pompa conſecratum eſt anno Domini 1661.

*A parte interiori.*

Miraris hoſpes Deiparæ orbis reginæ
tam breve templum exſurgere. Pupula etiam illa eſt, vix concepta, cui nuncupatur. Utut congenita, at nondum
genita minorem ędem Minores Capuccini puellæ parvulæ excitarunt. At tu
ſi ſapis, minorem ne dixeris, quam
Domini majeſtas implevit, quam nuper Aſcanii S. R. E. Cardinalis Philamarini Archiep. Neapolit. placito ſimul, & plauſu Joannes Maſtellonius
Epiſcopus Veſtanus ritu auguſtiori conſecravit anno D. 1661.

*Apoſtolica ſedes, à qua ſummo ſemper loco habitus fuit, variis illi, & magni momenti negocia delegavit. S. Rituum Congregatio judicem, & examinatorem dixit in cauſa canonizationis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pactiis, cujus poſtea apotheoſin decrevit Clemens IX. Pontifex Max. an. 1669. In Neapolitano ſodalitio 63. Sacerdotum ſub invocatione, & auſpiciis D. Caroli Borromæi, cui nomen dederat, frequens fuit, illiuſque ſanctionum obſervantiam zelavit ſemper, ut legitur ſub ejus effigie in ejuſdem ſodalitii ſacrario. Cum Epiſcopus palatium non haberet terræ concuſſionibus jamdiu ſolo æquatum, moliri cœpit ipſi ædi contiguum. Carmelitarum conventum jam ſuppreſſum reponere in animo habuit, quare à Neapoli accerſierat germanum ſuum magiſtrum Andream Maſtellonium concionatorem non ſpernendi nominis, vitæ probitate, ac libris editis præclarum adhuc viventem, licet ſenio valde gravatum cum aliquot Carmelitis è Neapolitana provincia Divæ Mariæ de Vita ad devotionem erga B. M. Virginem de Carmelo excitandam, quos in ſuo palatio excepit, eiſque pro victu, & ædificiis dirutis reficiendis quoſdam uberes cenſus aſſignavit. Seminarium, quod in ſua diœceſi ob reddituum tenuitatem numquam fuerat, inſtituere decreverat, jamque pro eo domum condere cęperat, ſed perfectioni palatii, reſtitutioni Carmelitarum, erectioni Seminarii mors obfuit tot bona huic diœceſi invidens. Ultimo tentatus morbo menſe Jul. an. 1668. Sacramentorum illico ſubſidia petiit, & poſt non brevem, fervidumque ſermonem, quem habuit ad Canonicos, Clerumque in ſuo cubiculo adſtantes genibus flexis ſacratiſſimo corpore Domini Noſtri Jeſu Chriſti profelici ad beatam æternitatem itinere tenerrimis liqueſcens lachrymis munitus ſpiritum efflavit ea nominis adhuc perpetua memoria, quam laudatiſſimis vitæ moribus promeruerat. Solemniter ipſi funebria perſoluta fuerunt, ſepultuſque fuit in æde principe ante aram maximam cum hac inſcriptione.*

D. O. M.

Joannes Maſtellonius U. J. D. patria
Neapolitanus ab Innocentio X. creatus Epiſcopus Veſtanus ſponſum ſuæ
Eccleſiæ ſe præbuit ætate triginta annorum, cum ea vixit annos quatuordecim, & dies viginti octo, demum in
ſuis brachiis quievit die vigeſima octava menſis Julii anno Domini 1668. Dominicus Maſtellonius lachrymarum
heres fratri optimo poſuit.

*Cum poſt quatuor annos, opus fuiſſet Epiſcopo ſucceſſori pavimentum Diaconici deprimere, pro locanda aptiore ſitu Epiſcopali ſede, ejus ſepulchralis ara aperta fuit, repertumque fuit cadaver integrum, & etiam integræ veſtes omnes Epiſcopales, ac ſi prorſus die præcedenti in ea depoſitum fuiſſet. Clerus & omnis populus illic accurrere, & uberrimis lachrymis manus, ac pedes ipſius exoſculari, quem viventem diſtinctiſſ. ſemper amoris nota proſecuti fuerant; quare prudentiſſimus Epiſcopus in nova arca extemplo concinnata repo-*

*ni juſſit, & luce ſequenti ſolemniter illi denuo pa-
rentavit.*

XX XIX. *Fr.* RAYMUNDUS *de Puteo, patritius Meſſa-
nenſis, eques ordinis S. Joannis Hieroſolymitani,
ex antiquis Angleriæ Comitibus Joannis Hiſpa-
niæ primæ Claſſis Magnatis, vulgo* Grande di
Spagna di prima riga, *in regno Siciliæ, illiuſque
regiæ Siclæ magni magiſtri, & Mariæ Marquet
ab Aragonia nobiliſſimæ etiam matronæ filius Ma-
ſtelloniosucceſſit anno 1668. 10. Novembris. Præſul
inſignis litteraturæ V. I. D., & omnibus diſciplinis
ad miraculum propè imbutus, typis dedit latino
pereruditio, & eleganti idiomate librum, cui ti-
tulus:* Romana Veritas: *in quo omnia Canonica
Concilia recenſet, & propoſitiones acatholicas
confutat: & alterum, cui titulus:* Sylva varia-
rum quæſtionum Theologalium: *Italica autem
lingua:* il Circolo Tuſculano: la Politica Cri-
ſtiana &c.: *Pluraque item ſui feracis ingenii mo-
numenta in lucem edere meditabatur, ſed morte B
præventus non potuit. Peculiari devotionis af-
fectu proſecutus fuit D. Petrum ab Alcantara,
quare in ejus honorem propriis impenſis in Eccle-
ſia noſocomii Sacellum excitavit, in quo etiam
ſuum ſibi ſepulcrum paravit. Sedit ann. circiter
26., demque ſupremum obiit die 30. Octobris
1694. Pauperiem ſuo ære ſemper, propriiſque ma-
nibus juvit, egenorum pudori ſemper conſulens.
Supremis tabulis ſponſam ſuam hæredem dixit
ea lege, ut ara maxima ſuæ Eccleſiæ, in qua
tunc ſervabatur auguſtiſſimum altaris Sacramen-
tum, nulla habita ratione impendii baſilice perfi-
ceretur: & ſua omnis ſacra, & pretioſa ſupellex
cum domeſtica raris codicibus referta bibliotheca
ſuorum ſucceſſorum Præſulum uſui, & commodo
cederet. Epiſcopalis palatii conſtructionem à ſuo
prædeceſſore inchoatam imperfectam & ipſe morte
reliquit. Sepultus fuit, non ut ipſe caverat, ſed
in æde principe in peculiari oſſuario Epiſcoporum.
Cum poſt aliquot annos occaſione alterius defuncti C
Antiſtitis, ejus arca recluſa fuiſſet, repertum
fuit Cadaver intactum, illæſum, integrum, ac
ſi recens ab illo anima evolaſſet, quod patuit omni
clero, & populo; & ſi viventem eum magna ſem-
per veneratione, majori poſt mortem, maxima
denique poſt hanc ſuæ incorruptionis ſignificatio-
nem habuerunt.. Innocentius XI. Archiepiſcopa-
lis Nazarenæ Eccleſiæ ſponſum dixerat, ſed ipſe
ſuam primam ſponſam licet pauperem, omnique
prærogativa deſtitutam dimittere noluit, imo &
ob id maxima ſemper charitate dilexerat.*

XL *ANDREAS Ludovici Tontuli, & Caterinæ
Aprilis nobilium Sipontinorum filius per mortem
Epiſcopi de Puteo à cathedra Alexani ad hanc
Veſtanam die 7. Februarii 1695. transfertur.
Studiis omnibus Neapoli vacarat, in cujus acade-
mia ſub an. 1647. in utroque jure lauream adeptus
fuerat. Patriam regreſſus ab ſuo Archiepiſcopo
Paulo Theutonico, conſultor ſui Vicarii generalis,
per cujus Archiepiſcopi obitum ann. 1651. Vicarius D
capitularis, & generalis ab Archiepiſcopo ſucceſ-
ſore Alphonſo Puccinelli, an. 1655. Archidiaconus,
quæ prima dignitas eſt in Metropolitana æde ſuæ
patriæ, iterum per mortem Puccinelli Vicarius
capitularis, & generalis ſucceſſoris Archiepiſcopi
Cappelletti renunciatus fuit. Anno 1666. Alexani
Eccleſiam obtinuit; atque deinde hanc Veſtanam:
in qua, breviſſimi ſuæ ſedis tempore, ſuo mune-
ri fecit ſatis, pietatis, & charitatis exercitio
gregem ſuum ad paſcua ſalutis deducens. Epiſco-
pale palatium novis auxit ædificiis. Mortalem ho-
minem exuit die 21. Octobris 1696.*

XLI *FRANCISCUS Antonius Vulturale Michaelis,
& Conſtantiæ Apicellæ filius hoc Sacerdotio hone-
ſtatur die 14. Januarii 1697. In patria ſua
Neapoli ſcientiis omnibus vacarat, ac in utroque
jure lauream meruerat. In Neapolitano foro diu
ſumma integritate cauſarum patronum egerat,
ſed ut omnia in lubrico poſita proprio novit experi-
mento, mundo, ejuſque ſecularibus pompis abre-
nuncians clericum induit. Multis Sodalitiis no-
men dedit, ſed illud Apoſtolicarum miſſionum in
æde principe Neapolitana omnes ejus amores ve-
natum fuerat. In illo ſacerdotales partes omnes
implevit verbum Dei annuntians, & in ipſa pa-
tria, & etiam extra innumeros peccatores gratiæ
reſtituens. Ab eleemoſynis fuit Antonii Cardina-
lis Pignatelli, ad cujus poſtea Innocentii XII. pe-
des exoſculandos cum ſe Romam duxiſſet, ab eo-
dem ultro nil tale cogitans huc infula ornatus fuit.
Menſe Majo ejuſdem Anni 1697. ad ſuæ ſponſæ
amplexus cucurrit illico, fervidis concionibus,
familiaribus ſermonibus, opportunis conſiliis,
regiminis lenitate, quia à vigore ſemper abhor-
ruit, & quod caput eſt, vitæ exemplaritate Cle-
rum, omnemque populum Deo verè dilectum red-
didit. Quolibet die feſto poſt veſperas in ſuo prin-
cipe templo Marianum roſarium cum omni populo B
canebat, multas in eo conciunculas interſerebat.
Quotidie in ſuo oratorio ſacris operatus fuit, fe-
ſtis autem diebus in Eccleſia, & continuis lachry-
mis ſacra lina ad conficiendum ſacrificium neceſſa-
ria humectabat, quæ idcirco ſæpius immutare
opus erat. Ut ſanctiſſime vixerat, ita ſupremum
obiit diem poſt paucos menſes ſedis die 18. Octobris
ejuſdem anni 1697 annos natus 54.*

*LAURENTIUS Rreaytter de Corvinis Roma-* XLII.
*nus, Monachus Ordinis S. Benedicti Congregatio-
nis Sylveſtrinorum, ac Prior S. Stephani de urbe,
inſignis Concionator, quamplurimis ſcientiis orna-
tus ab Innocentio XII. huic Eccleſiæ præficitur,
21. Novemb. 1697. cujus poſſeſſionem iniit die 12.
Jan. 1698 Ædem principem, in qua aram maxi-
mam Romano more conſtruxit, & illam PP. Ca-
puccinorum extra mœnia ſacravit. Synodum diœ-
ceſanam habuit an. 1699. una cum tanaſori, quæ
typis edita Romanis omnium Sacerdotum manibus
teritur. Pluries in ſua cathedrali, & in aliis Ec-
C cleſiis concionatus fuit magna doctrinæ profundi-
tate, ac miro modo dicendi, quo auditorum ani-
mos rapuit ſemper. Epiſcopale palatium prolata-
vit, & refecit. Quinquennio ſuæ ſedis non pera-
cto an. natus 42. die 14. Jul. 1701. humanis rebus
exemptus fuit. Quinam verò ipſe fuerit, ex hac
patet epigraphe in Epiſcopali palatio.*

D. O. M.

Laurentius Rreaytter de Corvinis ſa-
cri Romani Imperii Comes &c. cui pa-
tria Roma, origo Germania, ſtirps
Reges Hungariæ, tertio vix expleto
luſtro Eremitarum S. Auguſtini ſtri-
ctioris obſervantiæ religionem ingreſ-
ſus, in ea Lectoris, Commiſſarii gene-
ralis, ac ejuſdem totius religionis primi
Provincialis officia ſubſtinuit laborum
inde, regiminum, & auſteritatis vitæ
cauſa ſpaſmatico lethali morbo oppreſ-
ſus in trigeſimo quinto ætatis ſuæ an-
D no, Sanctiſs. Domino noſtro Papa In-
nocentio XII. jubente, ad Monachos
Sylveſtrinos Ordinis S. Benedicti tranſ-
latus Prioris Abbatiæ S. Stephani ſupra
Caccum urbis officium etiam rexit. Un-
decim libror. volumina dedit vid. unum
ſacrum Theatrum Bibliorum tom qua-
tuor ſuper Geneſim, Apocaliſſe diſci-
frata tom. unum in fol., Faſtus Maria-
les tom. unum in fol.. Theologiæ Scho-
laſticæ: l'Idea del Monachiſmo tom.
unum in 4. Convito del divino amore
tom. unum in 4. Il faſto delle glorie
Grimane tom. unum in 4., Li ſacri mo-
menti dell'anima tom. unum in 4. Lo
ſtudente reſo prattico in ogni materia
di ſcienza tom. unum in 4. Sexdecim
quadrageſimas primis in Europæ civi-
tatibus concionavit, nempè in Cathe-
dralibus Patavii, Ravennæ, Bergo-

mi, Januæ, Firmi in Piceno, Spoleti in Umbria, Parmæ. urbis veteris, Florentiæ, Brixiæ, Mediolani, Laurini, bis Venetiis, & in Baſilicis Tranſtyberina, ac Liberiana Romæ; ſed cum publicus ſacræ ſcripturæ interpres S. Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis, ac Magiſtri Sacri Apoſtolici Palatii librorum cenſor, nec non Sereniſs. Coſmi III. Magni Ducis Hetruriæ actualis Theologus fuiſſet, & licet Hebraicæ, Arabicæ, Græcæ, aliarumque linguarum peritiam adeptus fuiſſet, tandem ad hanc ſacroſanctam Veſtanam Eccleſiam in fine trigeſiminoni ſuæ ætatis anni à ſanctiſſimo Domino Noſtro Papa Innocentio XII. vi præcepti ſanctæ obedientiæ per breve ſub decima octava Novembris die anni 1697. expliciti, evectus die quarta ejuſdem, & 24. ipſiuſmet menſis in ſua Eccleſia S. Stephani ſupra Caccum de Urbe conſecratus ſuam ſponſam regere, ara ſuperiore decorare, palatiumque hoc Epiſcopale nobilitare, & in hanc formam ſuis ſumptibus redigere conatus eſt anno Domini 1698. die 28. menſis Maji.

XLIII. *JOANNES Antonius Rogerius, patria Neapolitanus, origine autem Salernitanus, huic Eccleſiæ ſponſus aſſignatur ab regnante feliciter Clemente XI. die 14. Martii 1703. In pietatis ſinu educatus fuit, adeo ut in utroque jure jam doctor, & cauſarum patronum agens in Neapolitano foro, togas, quas ſibi in ea gymnade promereri potuerat, aſpernatus ſub directione V. P. Hieronymi à Baſilica Petri congregationis Neapolit. oratorii integerrimæ vitæ Sacerdotis, & ad ducendas animas ad perfectionis penitralia unice facti clericalem vitam elegerit. Sacra Theologia, ut erat acer ad diſcendum ingenio, imbutus illico, jam Sacerdos, & celeberrimo ſodalitio Apoſtolicarum miſſionum in principe templo Neapolitano adſcriptus ad excipiendas pœnitentium confeſſiones fuit expoſitus; miſſionum intra, & extra Neapolim labores omnes in ſe uno ſemper ſuſcipere, etiam noctu indefeſſus benigniſſimas aures pœnitentibus præbere, eaque omnia exequi, quæ ſuus zelus fræno digniſſimus dictitare jam poterat. Perditiſſimum quemdam virum, ſit ſatis dicere, qui animam ſuam diabolo ſyngrapha propria exarata ſanguine vendiderat, & cui qualibet feria V. immolabat, ipſe gratiæ conciliavit. In tanti autem momenti negotio incredibiles labores ſubſtinuit, & permittente Deo dira, & diu perpeſſus fuit ab ipſo dæmone uſque ad femoris perfractionem ſuper alia damna, quæ ipſe ſiluit, levia quippe, imo leviſſima omnia ſemper ratus, ut ſibi, & aliis Chriſtum lucrifaceret. In peſte Caperſani ſe infectorum obtulit ſervitio; timens autem Archiepiſcopus Neapolitanus tunc Eminentiſſimus Antonius Pignatellus, ne morbus in ipſam civitatem Neapolim ſe inſinuaret, nullimode, ut illuc ſe conferret, permittere voluit, id generis operarios apud ſe velle retinere teſtatus. Apoſtolicam ut vere erat fervore præditus miſſionem ad infideles, nonniſi tamen prius conſulto ſuo ſpirituali directore, animo ſorbuit: quare S. Congregationi de Propaganda fide ſe obtulit, quæ & zelum commendavit, & donec daretur tranſitus occaſio ad terras Paganorum, in ipſa alma urbe, ſuæ vocationi, quoad poterat, faceret ſatis, indulſit. Idcirco pro miniſtrando pœnitentiæ Sacramento rigoroſe examinatus, & pluſquam idoneus repertus in expiationis ſubſelliis ſemper adſtitit, & præcipue in D. Mariæ de Rotunda, in qua teneriſſimam devotionem ergà ſanctum patriarcham Joſephum mire excitare, in ejus honorem ipſe primus ibi quaſdam preces, ſtataſque orationes qualibet feria IV. in ſeptem hebdomadis ante ejus feſtum 19. Martii inſtituere; quæ obſequia numquam poſtea interrupta adhuc perennant, & frequentantium ſpirituali emolumento, & ſanctæ urbis decore immortali. Quamobrem ſummo ſemper loco ipſe Joannes Antonius habitus fuit à curiæ Romanæ Prælatis, & ab ipſo Cardinalium Senatu, quorum etiam ſolebat confeſſiones excipere. Moniales è primis clauſtris almæ urbis ſemper etiam ejus auribus uſæ fuerunt maximo ſingularum ſpirituali profectu. Nihilominus ſemper ipſe alter veluti D. Philippus Nerius, quem ſemper peculiari obſequio veneratus fuerat, ad Barbarorum plagas expediri anhelabat; quare ſemper pro hujuſmodi effectu Secretarium de Propaganda fide Congregationis urgebat. In academia dogmatica in Sapientiæ archigymnaſio, & in illa poſtea recenti Eccleſiaſticorum, cui in alma urbe præerat Antonius Sanfelicius Vitæ ſanctimonia, ſacrarum litterarum cognitione, omnique Virtutum genere exornatus, tunc majoris Neapolitanæ Eccleſiæ Canonicus, nunc Neritonenſis Antiſtes, ſemper ipſe intererat, & primas ſemper obtinebat in quacumque materia Eccleſiaſtica in illis differi contingebat. Nobiliſſ. archiſodalitio Romano S. Stigmatum D. Franciſci, in quo Viri principes, Cardinales, & ipſe nunc regnans feliciter Clemens XI. reperiuntur adſcripti, nomen & ipſe lubens dederat, ejuſque ſemper exercitiis vacavit, ab eoque ſemper magni habitus fuit. In ſacris miſſionibus ſupremi hierarchæ juſſu in eadem alma urbe cauſa terræmotus ſuum verè Apoſtolicum zelum mire prorſus exercuit, cujus mentio ſit in hiſtoria terræmotuum Romæ, quæ typis de Cracas publica luce fruitur. Clemens XI. invitum, ac reluctantem, quia oblatas ſpecioſiores Eccleſias ab Hiſpano Monarcha humilitatis ergo reſpuerat, Epiſcopum ultro hujus Veſtanæ dixit, cujus poſſeſſionem iniit die 6. Jul. 1703. Gregem ſibi commiſſum continuis concionibus, ſed ſuæ potius vitæ irreprehenſibilis tenore ad meliorem frugem adduxit. In conventu PP. Capuccinorum ſibi domicilium ſtatuit, cum quibus unam cellulam, ut unus ex ipſis, communem etiam pauperem victum voluit. Brevi tamen ſanctiſſimo Præſule frui valuit diœceſis, quia febrili calore correptus, omnibus munitus Eccleſiaſticis Sacramentis, crucifixi imaginem amplectens, & lachrymis madefaciens os verbis, oculos mundo claudens in vulnere lateris Salvatoris noſtri placidiſſime quaſi obdormiens expiravit die 8. Octobris 1704. ann. Circiter natus 44. Ejus funus publicis lachrymis curatum fuit, & ſepultus in æde ejuſdem conventus in cornu Evangelii ſub hac inſcriptione.*

D. O. M.

Veſtarum pius hic Præſul jacet aſper, & una
Qui ſævus placuit, ſtravit iniqua pius.
Veſtanis merito comitatus ad aſtra Joannes
Rogerius lachrymis qui legis, eſto memor.

XLIV *CAMILLUS Thomæ Caravitæ Neapolitani patritii regii Conſiliarii, & Aloyſiæ Serſalis patritiæ item Neapolitanæ filius, germanus frater Compſani, & Amalphitani Archiepiſcoporum, in ſeminario Neapolitano Nobilium, quod Societas Jeſu regit, pietate, ac litteris imbutus fuit; à quo ad Romanum ab eadem S. J. procuratum tranſiit. Egregiam adeò in utroque jure navavit operam, ut ante ætatem in ſapientiæ Archigymnaſio laureari meruerit. Decem & octo annorum ſpatio Vicarium Amalphitanum egit; Præpoſitus poſteà inſignis Collegiatæ Eccleſiæ oppidi majoris, cum ſe Romam ad exoſculandos Clementis XI. pedes, cum quo convictor fuerat in ſeminario Romano, geſſiſſet, ab eodem benigniſſimè exceptus fuit, & illicò hac mitra, cum nulla tunc inſignior vacaret, in veteris neceſſitudinis, & pontificiæ benevolentiæ pignus fuit exornatus. Poſſeſſionem iniit die 18. Februarii 1705. ſummo zelo, & charitate*

*ſuam*

„ *ſuam diœceſim gubernavit. In oratione mentali, & vocali aſſiduus ſemper Deum præ oculis babuit; erga paupceres miſcricordiſſimus fuit. Ædem prin cipem non mediocriter refecit, & exornavit. Anno 1713. cum continuis, fervidiſque motus precibus Præfectorum oppidi S. Marci in Lamis, quod eſt nullius, ſe illuc contuliſſet pro ſacramento confirmationis miniſtrando, ibi aliquot moratus menſes febri correptus ſpiritum Creatori reddidit magna ſanctimoniæ opinione, ac etiam perpetuę virginitatis, ut è ſchedula patuit in ſuis veſtibus reperta voti, quod de hac virtute beatiſſimæ Virgini nuncuparat tertio ſuæ ætatis luſtro, à quo tempo re divinum penſum ſempee recitavit. Parem itaque vitæ ſortitus exitum die 24. Septemb. 1713. Divæ Mariæ de mercede, quam à teneris ſempee coluerat, dicatu, ſepultuſque fuit omni qua potuit Eccleſiaſtica pompa in majore Eccleſia ejuſdem oppidi.*

XLV. „ *JOSEPH Vincentii Griſconii, & Liviæ item Griſconiæ filius V. J. D. ſub diſciplina venerab. P. Antonii Torres ſanctiſſ. congregat. Piorum Operariorum Sacerdotis clericalem vitam elegit. Philoſophiæ, ac Theologiæ in Collegio Max. Neapol. S. J. operam dedit, inde continuo, & adſcriptus apoſtolicarum miſſionum inclyto Sudalitio in principe templo Neapolitano, eo æſtuavit zelo, ut ad Indicam miſſionem deſtinari flagraverit. Curſus quadrageſimalium concionum permultos confecit. Catheeheſin chriſtianam in miſſionibus mira claritate explicare, Marianum roſarium cum populo recitare, illiuſque myſteria enucleare, erga communem Dominam, tenerrimam devotionem confirmare, prolatare, & has omnes ſui operoſiſſimi fervoris partes etiam Romæ conſuevit explere. Epiſcopus Montis Phyſconis ſuo ſeminario in ſpiritualibus præfectum voluit maximo illius juventutis emolumento, quia diu illi præfuit, donec Regnans feliciter Clemens XI. huic Eccleſiæ peæfecit 24. Januarii 1718. Poſſeſſionem iniit die 13. April. ejuſdem anni. Præſul majori quidem ævo dignus, quia brevi, quorum venit tempore, Anteceſſoris veſtigia pro virili calcavit ſemper. Marianum roſarium quolibet die Dominico poſt veſperas cum omni populo in ſua Eccleſia concinebat, & conciuncalas in eo interſerebat. Sodalitio Sacerdotum adſcriptus in æde Noſocomii ſuæ diœceſis, qui morientibus ſpiritualiſemper adſtant ope, qualibet feria VI. coronulam ibi quinque vulnerum Redemptoris noſtri cum devoto populo recitabat, plurimque ſermonem de ejuſdem Domini noſtri cruciatibus nonniſi cum uberrimis lacbrymis, & ſingultibus habebat. Infirma demum utens valetudine Neapolim petiit ſuis morbis aliquid levaminis laturus, ſed ibi die 16. Septembris 1719. mortalitatem laudatiſſime explevit, terræque mandatus fuit in DD. Apoſtolorum Clericorum Regularium Theatinorum.*

XLVI „ *M. ANTONIUS de Marco Griſconio ſucceſſit 13. Aprilis 1720. Quinam vero ipſe ſit, ſi generis nobilitatem ſpectes, patritius eſt Hydruntinus; ejus genitor fuit Philippus de Marco oppidorum Dominus è ſanguine illius Ladiſlai de Marco, qui ut primus civium pro ſua Hydruntina patria à Turcis capta copiarum ductor acerrime ſtetit: mater verò Maximilla Saracina Neapolitana Patritia in ſeſſione, ut ibi dicunt, Nili, ſoror inclyti voluntarii militis Alphonſi Saracini equitis aureę clavis, qui in obſidione Budę ſtrenuam navavit operam. Si indolem velis attendere, ab ipſa pietate educatam diceris; ſi ſcientiam, à teneris, in patria litteris imbutus, Neapoli poſtea gravioribus diſciplinis, Romę demum in ipſis conſummatus in utroque jure in Sapientię Archigymnaſio lauream meruit, qua exornatus patriam repetens Canonicatum in ea obtinuit. Epiſcopo primum Trojano quatuor annos, Archiepiſcopo Sipontino ſeptem vicariam operam præſtitit ſui ſemper nominis integra fama, donec huic Eccleſiæ ſponſus fuit aſſignatus. Poſſeſſionem iniit per procuratorem die 24. Maii 1720: publicum ingreſſum fecit eodem anno, die 30. Junii, excepturſque fuit ab omni clero, & populo incredibili plauſu, mira veneratione. Vnanimis autem illa omnium ordinum ſua ſponte conſenſio erga novum Præſulem, quem aut omnino non noverant, aut nomine tenus, de felici ejuſdem gubernio quamdã tacitã arguit, ſed infallibilem præſenſionem, & reapſe nec unum de tanto Præſule concepta ſpes adhuc fefellit, ut nec deinceps, propitio ſemper numine, quod unum novus Epiſcopus præ oculis ſemper habet. Suam ſponſam prænobili argentea ſphæra, ut æditui vocant, pro expoſitione auguſtiſſ. altaris Sacramenti publicæ fidelium adorationi, & pyxide ex eodem metallo fabrefacta donavit. Collaterales ædis principis naves opere concamerato, ut etiam Epiſcopale palatium ſuis propriis ſumptibus contegi curat. Pluraque meditatur pro ſuæ Eccleſiæ qua ſpirituali, qua materiali bono, quæ primo veluti oris hiatu, ut ipſe pro ſuo zelo vellet, confici nequeunt. Utinam ſuperi, quam negarunt ſuis ultimis Anteceſſoribus ætatem, ipſi concedant pro Epiſcopalis dignitatis decore, & hujus cathedræ perenni emolumento.)*

---

# EPISCOPI RAPOLLANI,

## Olim Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjecti, nunc cum Melphienſi uniti.

CIVITAS Rapolli, ſeu Rapollana mediterranea eſt Provinciæ Baſilicatæ, uno tantum milliario a Melphia, triginta vero paſſ. millib ab Adriatico diſtans mari, ſita eſt in Apennini dorſo, familiis ferè 200. habitata, animæ in ea recenſentur 400. De hac civitate nulla mentio extat apud veteres ſcriptores; latet ejus origo, tametſi non deſint, qui ſcribant una cum ipſa Melphia Normannorum gentis ædificium, & coloniam Gręcis oppoſitam eſſe. Nam cum anno Domini 1042. Exaugnſto Conſtantini Monomachi imperatoris Græcanici Duce ad Montem-Piloſum cum exercitu profligato Normanni Apuliam de Græcorum poteſtate, imperioque ſubtractam ſibi ſubjeciſſent, reliquas ejus civitates inter ſe partiti, Melphim, & Rapollam in montis Apennini arduo, & natura munito loco poſitam in communi omnium poſſeſſione reliquerant, ut dum ipſi ad bella gerenda foris militarent, has communes ſedes haberent, in quibus mulieres, liberos, impedimentaque tuta conſervarent. Ex quo tempore Melphia, Rapollaque celebrari cœperunt. Has poſtea Rogerio ademptas, Rodulphus homo Germanus Lothario imperatore, & Innocentio II. Pontifice faventibus obtinuit anno 1137. ſed Rogerius expugnatas ſequenti anno recuperavit. At cum deinceps Rapollani cum Melphienſibus de gloria certarent, Melphienſes Rapollam deſtruxerunt anno 1183. Hanc tamen priſcis temporibus ante Normannorum adventum in Italiam ædificatam fuiſſe opus eſt aſſerere, cum dignitas Epiſcopalis in ea antiqua ſit inter recentiores, quippe ante Normannos ipſos inſtituta, olim nemini ſubjecta, ſed ſolum Romanos Pontifices adora

bat,

bat, quibus immediatè ſubjiciebatur, nunc ab anno 1528. ad noſtra uſque tempora cum Melphienſi perpetuo unita manet. Hanc ex lapſu memoriæ inter eas Eccleſias Romanæ Sedi immediatè ſubjectas in primo noſtro tomo poſt Melphienſem, cui eſt unita, haud repoſuimus. In hac igitur Provincia Apuliæ, non quod illa Sipontino Archipræſuli obnoxia ſit, ſed ubi ſita eſt, de ea agemus. Cathedralis Eccleſia Rapollen. Deiparæ Virginis Aſſumptæ nomini ſacra in editiſſimo civitatis loco conſtructa eſt, & ſacra ſupellectili mediocriter inſtructa. Tribus dignitatibus fulget, Archidiaconatu, Cantoratu, & Primiceriatu cum decem Canonicis. His accedunt alii Presbyteri, & Clerici, qui una cum Canonicis divina Officia quotidie perſolvunt. Singulorum autem canonicorum præbendæ tenuiſsimæ ſunt, ſed cum diſtributionibus quotidianis centum ferè annuos ducatos illarum partium efficiunt. Unicum virorum cœnobium in hac civitate erat. Diœceſis Rapollana per decem ferè paſs. millia porrigitur uſque ad Muranam. Sunt in ea duo caſtella, & tres pagi. Caſtra ſunt Atella, & Ripa candida Latinorum. Atella ſita eſt in quadam planitie ſupra montem Apenninum, ubi curata Eccleſia eſt, cui quindecim Presbyteri, & Clerici ſuo cum Archipresbytero quotidie inſerviunt, & divina recitant officia. Eſt ibidem monaſterium Monialium. Fidelium animæ in hoc caſtro degentium 1500. Ripa candida ſuam pariter habet curatam Eccleſiam, ubi Archipresbyter cum ſeptem Clericis. Animæ cenſentur fere 500. Pagi ſunt caſale de Baſile, & caſale de Gineſtra, ubi incolunt familiæ 250. animæ 1200. Epirotæ omnes, & Crotonenſes, quorum cum plerique artem militarem exerceant, rarò domi agunt, plerumque foris. His igitur tres Presbyteri Græci Græca lingua, & ritu ſacra adminiſtrabant, ſublatis tamen erroribus ad præſcriptum Concilii Florentini, emendatis Miſſalibus, & Breviariis utentes, Doctrina etiam Chriſtiana Romæ Græco ſermone impreſsa pueris traditur; ipſi vero ſacerdotes laicorum eleemoſynis ſubſtentantur. In hac diœceſi celebris eſt Abbatia S. Joannis in Vultu redditus ſex mille aureorum, alteraque ſanctæ Mariæ de Perno in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis valoris mille aureorum. Porrò Eccleſia hæc ante unionem cum Melphienſi taxata erat in lib. Cameræ Apoſtolicæ floren. 150. Epiſcopi vero, qui in ea floruerunt, ſequentes tantum, quos noſtra indagavit induſtria.

## ADDITIO.

(„ *Rapolla modici circuitus eſt, & vix ſeptingenta* „ *complectitur mortalium capita; ipſique dominatur* „ *Princeps Torellæ è Caracciola inclyta apud Neapolitanos progenie. Suam habet Cathedralem D.* „ *Virgini Aſſumptæ dicatam: & hæc inſignitur quatuor dignitatibus, quæ ſunt etiam Canonicatus,* „ *Archidiaconus, Cantor, Theſaurarius, Vicecantor,* „ *& alii quatuor his adduntur Canonici, qui pro ſuis redditibus 25. Scuta percipiunt. Archidiaconus, cui ineſt animarum cura, ducenta; cæteræ dignitates 90; certis fructibus accedunt incertæ diſtributiones. Præter Cathedralem altera extat Eccleſia cum animarum cura. Unico decoratur Regularium cœnobio, Hoſpitale, Monte Pietatis, Laicorum confraternitate: caret Seminario, & præbendis Theologali, & Pœnitentiaria. Epiſcopale domicilium ſatis decens inibi eſt*, Lucentius.)

I. 1 URSUS Rapollanus Epiſcopus erat anno 1079. menſe Julio, eum à Canonicis Barenſis Capituli, Barenſis Archiepiſcopus poſtulatus ad eam Eccleſiam concedente Pontifice Gregorio VII. translatus eſt, in eaque dignitate aliquot annos conſumpſit. Cæterum Urſus non quidem primus hujus Eccleſiæ fuit Epiſcopus, ſed primus quorum ad poſteros perennavit memoria. Quis vero poſt Urſum Rapollanum ſederit ad clavum ad annum uſque 1200. non conſtat; conſtat tamen Innocentium Tertium ad Rapollanum Epiſcopum (nomen non exprimitur) ſcripſiſſe epiſtolam, quæ extat in lib. epiſt. ejuſdem.

„ JOANNES *Epiſcopus Rapollanus Urbano II. Salerni adfuit, cum privilegiis munivit Cavenſe Monaſterium an. 1092. ex Margherino Bull. Caſin. t. 1. Conſtit. 8.* Lucentius. II.

„ *N. . . . interfuit Trani an. 1143. translationi reliquiarum S. Nicolai peregrini, ut patet ex ejuſdem translationis hiſtoria relata ab Ughello in Tranenſibus.)* III.

„ *N. . . Rapollano Epiſcopo ſcribit Innocentius III.* Lucentius.) IV.

2 JOANNES *a* Canonicus Rapollanus contra formam Concilii a Capitulo in locum alterius defuncti Epiſcopi, Præſul electus, a Gregorio IX. reprobatus anno 1237. de qua re ſcribit Gregorius Melphienſi & Ravellenſi Epiſcopis, ut capitulum monerent, ut alterum ſibi deſignare: Epiſcopum, alioquin ipſi eidem Eccleſiæ providerent de Paſtore. Epiſtola data eſt 7. Kalend. Decembris ann. 11. Pontificatus num. 302. fol. 337. regeſt. Vatic, An idem deinceps confirmatus fuerit, incertum.

*a* Hic omittendus, utpote a Pontifice reprobatus.

3 JOANNES interfuit quando primus lapis impoſitus eſt in ædificatione Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Montis Viridis diœc. Bovinæ anno 1265. pauloque poſt mortem oppetiit. V.

4. BARTHOLOMÆUS in defuncti Joannis locum eligitur a Capitulo, pro cujus confirmatione ſcribit Clemens IV. Epiſcopo Cardin. Albanenſi Apoſtolicæ ſedis Legato 4. idus Junii, pontif. 2. qui fuit ſalutis 1266. ut in epiſt. 74. fol. 80. regeſt. Vatic Obiit ſub Gregorio Decimo. VI.

5. ROGERIUS Epiſcopus Laquedonenſis, a Rapollano Canonicorum ſenatu expoſtulatus transfertur a Gregorio X. anno 1275. 7 Kalend. Septembris, ut in ep. 48. fol. 23. ann. 4 reg vat. exceſſit anno 1280. VII

6 ROGERUS Rogero ſucceſſit ex Epiſcopo Strangulenſi ad eam dignitatem poſtulatus a Capitulo a Nicolao III. transfertur (1) 3. Idus Decemb. 1280. cujus confirmatio habetur in epiſt. 52. fol. 208. anni 3. Hic Caroli II. Regis charus fuit, & conſiliarius, pro quo claſſis parandæ in inſula Siciliæ commiſſarius delectus eſt anno 1296. Fato ceſſit Clemente V. Pontifice anno 1305. VIII

7 Fr. PETRUS Ord Minorum alumnus a Clemente V. ad hanc inſulam evehitur 8. Kal. Febr. 1305. ei datur facultas teſtandi ab eodem Pontifice ann 4. pontif. 6. Kalend. Feb ut patet ex reg. Vatic. Confeſſorem, conſiliarium, & familiarem Roberti Ducis Calabriæ Caroli II. Neapol Regis filii in reg. Reg o vocatum invenio anno 1308. ſub eodem Clemente migravit è ſæculo. IX.

8 BERNARDUS *b* de Palma Canonicus Aſculanus ſucceſſit Petro, cujus prima mentio an. 1316. in Regio regeſt. Neapolitano unus ex teſtamenti executoribus Caroli quondam Ducis Calabriæ Regis Neapolit. primogeniti anno 1338. mortuus eſt anno 1342. ex reg vatic. X.

*b* Berardus vocatur à Carolo de Lellis de fam. 1. Neapol. par. 2. n. 98. ubi de eo, ejuſque familia. *Mandeſ.*

9 JOANNES Lavellenſis Epiſcopus Bernardum inſecutus eſt, ad hanc Eccleſiam translatus per Clementem VI. anno 1342. 12. Kalen. Decemb. cum antea a Rapollano capitulo fuiſſet expoſtulatus ex reg. vatic. epiſt. 114. fol. 184. Quarto ſui præſulatus anno mortalitatem explevit. XI.

10 Fr. GERARDUS Ord. Prædicatorum. Vicanus antea Epiſcopus, translatus eſt ad Rapollanam Eccleſiam ab eodem Clemente VI. anno 1346. 5. Id Maii ex eodem reg. epiſt. 51. ann. 4. tres annos ad clavum ſedit, & fato conceſſit. XII.

Fr.

(1) Hujus translationi non ſe concordat Ughellus in Strangulenſibus, a ſta Nicolai III. rejiciens in Nicolaum IV. Sed h.c anno, quo deceſſiſſe fertur 1280. Rogerius ſuperior, hunc Rogerum ſubrogatum fuiſſe cenſemus. *Lucentius.*

XIII. 11 Fr. NICOLAUS de Crypta Raynaldi Ordinis Minorum ex Epiſcopo Nicomedienſi Rapollanam ſuſcepit Eccleſiam 4. Id. Novembr. 1349. eodem Clemente VI. transferente, ut in epiſt. 68. fol. 54. regeſt. Vatic. ann. 7.



B

XIV. 12 BENEDICTUS de Cavalcantibus Etruſcus ex primaria nobilitate Florentina; & ex eodem pulvere Minoritanę Religionis inſignis Theologus, Nicolao ſucceſſit anno 1370. Florentiæ ex diſpenſatione Apoſtolica, munus conſecrationis accepit à Divo Andrea Corſino Epiſcopo Feſulano anno ſequenti 1371. die 6. Aprilis, aſſiſtentibus Lucio Ceſenatenſi, & Paulo Calcedonenſi Epiſcopis. Vixit in ea dignitate ad paucos annos, de quo in monumentis Florent. hæc pauca invenimus, cujus memoria extat Florentiæ in Eccleſ. S. Crucis ſui Ord. cujus alumnus fuerat, in qua humatus jacet, iis verbis concepta.

*Sepulchrum Reverendiſſ. Patris, & Domini Fratris Benedicti de Cavalcantibus ſacræ Theologiæ Magiſt. Ord. Minorum Dei gratia Epiſcopi Rapollani, & Rodulphi, & Guidonis fratrum ejus, & deſcendentium anno Dom. MCCCLI Renovatum à Franciſco Matthæi de Cavalcantibus anno Domini MDLXX.*

Annus hic recenſitus 1351. longè diſtat à Benedicti electione, & obitus anno, cum illum clarè conſtet ex Mſ ordinationum libro Archivi Feſulani Epiſcopatus, à ſancto Andrea Corſino Feſulano Epiſcopo conſecratum fuiſſe in Rapollanum Epiſcopum anno 1371. ac defunctum circa ann. 1374. oportet aſſerere ex incuria gentilium Benedicti, qui poſt tot ſæcula ſepulchrum reſtaurarunt, in numeratione annorum irrepſiſſe errorem, vel ad annum obitus Rodulphi, aut Guidonis Benedicti fratrum id referendum erit.

XV. 13 NICOLAUS ſucceſſor Benedicti parumper Pontifex fuit.

XVI. 14 ANGELUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus paulo ante conſecratus ſubſidium ſolvit ſacro Collegio ann. 1376. die 27. Januar. ut in libr. ſolut. Prælat. memoratur in regeſt. Regio Neapolitano anno 1382. Regis familiaris.

D

XVII. 15 ANTONIUS Clementis VII. Antipapæ aſſecla memoratur die 5. Martii 1387. in lib. oblig. ejuſdem.

XVIII 16 THOMAS immediatè prædeceſſor Lucæ notatur in lib. ſolut. Prælat. defunctus videtur circa ann Dom. 1398. ſub Bonifacio Pontifice.

XIX. 17 LUCAS electus à Bonifacio IX. ann. 1398. die 15. Januar. promiſit ſubſidium pro ſe, & recognovit pro Domino Thoma prædeceſſore ſuo Angelo antepradeceſſore, & Nicolao præanteprędeceſſore ſuo, ita in oblig. lib. fol. 95. Bonifacii. quinquaginta propè annos hanc rexit Eccleſiam, defunctuſque eſt ſub Nicolao V. Pontifice anno 1446.

XX. 18 FRANCISCUS de Oliveto Epiſcopus Valvenſis ad hanc Eccleſiam Rapollanam translatus eſt à Nicolao V. ann. 1. Pontif. die 25. Junii, ſalu-

A

tis 1446. Corrige noſtram Valvenſium Epiſcoporum ſeriem tom. 1. num. 47. ubi diximus, eum ad hanc Eccleſiam translatum fuiſſe eodem anno ſcilicet 1443. quo ad Valvenſem fuerat evocatus, cum ſatis conſtet in Actis Conſiſt. Lucæ ſucceſſiſſe anno 1446. die 25. Junii. Succeſſit is in Valvenſi Epiſcopatu Bartholomæo de Vincio Bertini filio: Vincium verò eſt agri Florentini in Etruria oppidum, in quo natus eſt Leonardus Vincius pictor ſui ſæculi facile Princeps. Franciſcus vero obiit 1455.



19 PETRUS Minutulus [a] Canonicus Neapolitanus genere, & prudentia illuſtris à Calixto III. vocatur ad inſulam Rapollanam anno 1455. die 2. Julii. Sedit omni cum laude ann. 22. XXI.

[a] De hac familia Campanilis de Nobilium inſignibus p. 51. Mandaſ.

20 VINCENTIUS Galeota Neapolitanus à Sixto IV. promotus anno 1477. 3. Nonas Jan tranſacto quadriennio ad Squillacenſem Eccl. ab eod. translatus eſt 1481. XXII.

C

21 COLANTONIUS Lentulus Clericus Sulmonenſis electus eſt Rapollanus Epiſcopus die 30. Jan. 1481. vix an. elapſo à ſua promotione diem clauſit extremum. XXIII




22 MALITIAM de Geſualdo Neapolitanum Sixtus IV. Rapollanam evexit ad ſedem die 9. Auguſti 1482 quod & nobilitate generis, juris ſcientia, & rerum gerendarum ſapientia præſtaret: Innocentio Octavo ſumme dilectus, cujus a ſecretis erat, ſerie continuata feliciter ſex annorum hanc rexit Eccleſiam, rebus humanis Romæ eximitur anno 1488. ad Minervam ſepultus hoc epitaphio. XXIV

*Malitiæ Geſualdo Epiſcopo Rapollano Innocentii VIII. Pont. Max. Secretario. Fide, integritate, modeſtia, conſpicuo. Qui morum manſuetudine, animique ingenuitate benevolentiam hominum nactus, magnum mortalibus de ſe deſiderium reliquit. Oliverius Carrafa Card.*

Neap.

*Neap. conſobrino cariſſ. piè faciendum cur. Vixit an. xl. menſes vi. D. xv. Obiit anno ſalutis Chriſtianæ MCCCC. LXXXVIII.*



XXV 23 TROILUS Carraſa Malitiæ filius; nepos Oliverii Carrafæ Malitiæ Epiſcopo ſuffectus eſt die 17. Septemb. 1488. deinde translatus eſt ad Hieracenſem in Calabria Epiſcopatum anno 1497. die 29. Septemb. de quo ibi.

XXVI 24 ALOYSIUS eadem die, qua Troilus ad Hieracenſem translatus eſt Rapollanus electus eſt Epiſcopus an. 1497.

XX VII. 25 FRANCISCUS Repollanus Epiſcopus ad Liparenſem Eccleſiam translatus eſt 26. Septem. 1506. deinde fuit Epiſcopus Veſtanus 1514. Hujus meminit Rocchus Pyrrhus in notitia Eccleſiæ Liparitanæ. Vide in Appendice 2. noſtri tomi.

XX VIII. 26 GIBERTUS Senilis de Montefalco Umber homo doctus, vitaque ſevera, Epiſcopali infula donatur a Julio II. anno 1506. die 26. Septemb. Interfuit Lateranenſi Conc. ſub eodem, cum ſediſset an. 14. faſtidio affectus onus dimiſit cum regreſſu ad favorem nepotis anno 1520. defunctoque præter votum, nepote iterum hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit anno 1528. die 24. Januarii paulo poſt, hoc eſt menſe Martio ejuſdem anni, mortuus eſt Urbeveteri, ibidem ſepultus.

27 RAYMUNDUS Senilis Giberti nepos electus 1520. die 23. Julii mortem oppetiit ann. 1528. XXIX.



28 ANTONIUS Card. Puccius a Florentinus die 16. Maii. 1528. perpetuus Rapollanæ Eccleſiæ adminiſtrator factus, eodem die illam ceſſit ad favorem Jannotii Puccii nepotis, cui etiam Melphienſem diu antea Laurentius Card. Patruus reſignaverat. Tunc perpetuo ſub Jannotio unita eſt Rapollana Eccl. cum Melphienſi anno 1528. hoc pacto, ut inde Epiſcopus Melphienſis, & Rapollanus enunciaretur publicis in tabulis. Deceſſit Jannotius Romæ anno 1537. Cæteri Epiſcopi, qui cum Melphienſi Rapollanam rexerunt Eccleſiam uſque ad noſtra tempora habentur in noſtro primo tomo. XXX

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 1. col. 322.

# METROPOLIS TRANENSIS, ET SALPENSIS,

## Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopi { Andrenſis, & Vigiliarum.



TRANUM (vulgo *Trani*) maritima eſt civitas ſacra, & profana Japigiæ, hoc eſt Terræ Barii Metropolis inter Barulum oppidum opulentiſſimum, ad oſtia Auphidi, & Vigilias, v. aut vi. m. p. diſſita a Bario, in Occaſum æſtivum xxv. a Manfredonia, ubi Sipontum, in Ortum xl. a Neapoli in Cajetam cxiii. m. p. procedens: quæ licet antiquitate, nobilitate, ædificiorum elegantia primum in ea provincia locum teneat; ſenſim tamen ita habitatoribus vacuatur, ut ex denis ſupra centenas nobilibus familiis, quibus illuſtrabatur, vix jam decem ſuperſint. Hanc Trinium a Plinio vocatam Volaterranus exiſtimat, Trajanopolim dictam. A Tyrreno autem Diomedis filio primum conditam Collenucius affirmat. A Trajano Imperat. reſtauratam, ac Trajanopolim dictam habet inſcriptio ſupra fores civitatis poſita.

### TRANUM A TYRRENO FILIO DIOMEDIS ET A' TRAJANO INSTAURATA.

Anno Domini MXLII. in diſtributione civitatum Apuliæ inter Normannos, qui Exauguſtum ſuperarant, Tranum Petro obvenit. Ante annos quadraginta quatuor ſupra centeſimum a Venetis occupatum fuit, & a Judæis, & Marranis, qui ex Hiſpania profugerant, habitatum; ſed poſtea pulſis à Ferdinando Aragoneo Rege Judæis, minus populoſa eſſe civitas cœpit; habitatur tamen familiis undecim ſupra mille, arcemque habet a Federico II. Imperat. extructum, portum verò ab aggeratione terræ plenè jam oppletum. Celebratur verò a provincialibus propterea quod præſidialis eſt ſedes totius provinciæ Terræ Barii, & Regia hic habetur audientia, ſeu Collegium Judicum provinciæ. Circumpoſitus ager, ut & reliquæ Apuliæ partes, oleis, & amygdalis non minus opacus frequentia, &

A proceritate olearum, & amygdalarum, quam felix fœcunditate. Cæterum haud in poſtremis Apuliæ civitatibus Tranum fuit, quæ Chriſti Evangelii lucem amplexæ ſunt. Quis vero primus diſſeminator fuerit, non ſatis conſtat. Sedes Archiepiſcopalis Tranenſis antiqua eſt inter recentiores: extat epiſtola Innocentii III. ad Archiepiſcopum, & Archidiaconum Tranenſem de lite inter Epiſcopum, & Canonicos Veſtanenſes incipiens, *ſignificantibus*. Extant & aliæ ejuſdem Pontificis ad eundem Archiepiſcopum. Aucta eſt ex ruina Salpenſis civitatis; in illam etenim adverſæ fortunæ malis, cum cæteris ornamentis, ac opibus Epiſcopalem dignitatem Salpenſem perpetua unione Martinus V. Pontif. Max. intulit. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 1500. taxatur in lib. Cameræ flor. 1030. Metropolitana Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ, Beatum Nicolaum Peregrinum Patronum præcipuum habet, cujus ſexto Non. Maii celebratur feſtivitas. Corpus vero in eadem

B Eccleſia quieſcere creditur loculo incognito; ſtructura ipſius magnifica, organum, ſacrarium inſignibus reliquiis refertum eſt, & ſacra turris, cujus ad divinum cultum ſubſellia numeroſus Clerus adimplet, ubi quinque dignitates, quarum prima eſt Archidiaconus, & 24. Canonici *a* præbendati inter cæteros numerantur: rerum Eccleſiaſticarum mobilium atque immobilium curam gerit Archipresbyter, cui credita eſt animarum cura. Primicerii duo, qui chorum alternatim regunt, & Prior, qui Clericos in iis, quæ ad divinum cultum ſpectant, corrigit. Erant etiam olim Canonici ſexaginta parvi nuncupati, qui nunc diminuto civium numero eò uſque decreverunt, ut ad tres, quatuorve redacti ſint. Eccleſia ipſa maximè celebratur diebus feſtis Ss. Nicolai, Peregrini, Leucii, & Jo: Evangeliſtæ, quibus totius diœceſis Curati, & Abbates eò ex veteri confluunt inſtituto.

*a* Eos inter adeſt utraque Præbenda Theologalis, & Pœnitentialis.

(„ *Author nimis jejune de ſacris Trani theſauris,*
„ *cum in eadem civitate, præter corpora SS. Felicis*
C „ *Pontif. & martyris, Fortunati martyr., Hilarionis,*
„ *ad quem frigidis vexati morbis accurrunt & ſtatim*
„ *votis compotes recedunt. Febroniæ, Eutitii Tranēſis*

Epi-

,, *Epiſcopi, & Palladii, vel Pelagii Salpenſis præ-*
,, *ſulis, B. Petri ex ordine Minorum obſervantium,*
,, *colitur ſacra particula, in qua, à perfida Hebrea*
,, *in contemptum noſtræ fidei fricta, revelata nube*
,, *azymorum apparuit vera Chriſti caro, veruſque*
,, *ſanguis; qui in terram uſque defluxit. Imago*
,, *ejuſdem Chriſti Salvatoris, quæ marinas undas*
,, *bajulas ſuas illuminaverat, altera etiam imago*
,, *Salvatoris, ſed cruci affixi, à qua Turcicis petita*
,, *telis vivus cruor effluxerat. Imago lapidea B. Ma-*
,, *riæ Virginis, quæ, ut illa ſui SS. filii, de qua hic*
,, *etiam mentio paulo ante habita fuit, non impoſita*
,, *navi, non fluctuans, ſed velut per pelagus obam-*
,, *bulans Tranum appulit, & nunc venerationem*
,, *exigit in æde PP. Carmelitarum. Fornix ad huc*
,, *videtur, qui divinæ miniſter nemeſis ſua ſponte*
,, *dehiſcens Militem ludentem aleis, ipſique infer-*
,, *no horrorem blaſphemiis inicientem perdidit.*
,, *Per plura ſæcula corpus S. Stephani Papæ in ipſa*
,, *etiam civitate ſervatum fuit, & perpetuo prodi-*
,, *gio ad ejus urnam recurrente ejus die feſtivo 2.*
,, *Auguſti ſine ſemine odori quam maxime flores na-*
,, *ſcebantur, quod piiſſima regia celſitudo Coſmi III.*
,, *Magni Hetruriæ Ducis cum illo D. Fortunati im-*
,, *mutavit, & in Eccleſia equitum S. religionis Mi-*
,, *litaris ſub auſpiciis ejuſdem S. Stephani Piſis in*
,, *prænobili urna perhonorificè recondidit.* )

In civitate Tranenſi præter Metropolitanam, Parochialis Eccleſia nulla; Archipresbyter enim totius civitatis animarum gerit curam. Virorum cœnobia ſex, Sanctimonialium ſex, aut quatuor, xenodochia tria, quæ ad unum redacta fuerunt, id verò Fratres Joannis Dei miniſtrant: laicorum ſodalitia decem, cum propriis ſacris diſtinctè, præter unum ſanctiſſimi Roſarii, frequentiſſima omnium eſt Confraternitas S. Leucii. Fidelium animæ intra mœnia degentium circiter 4000.

Diœceſis Tranenſis tribus oppidis conſtat, Barulo, Corato, & quadam villa, quæ Trinitatis nuncupatur. Barolum, vulgo *Barletta*, ſeptimo a Metropoli Tranenſi milliario, maritimum eſt oppidum Regiæ ditionis inter primaria, non modo Apuliæ, & Regni, ſed vel Italiæ oppida numerandum, quippè habitatum animabus decem & octo millibus, nec modo ædificiis, nobilitate, amœnitate, ſed opibus etiam, & mercatura præclarum, conditum non a Federico II. Imp. ut falsò Razzanus ſcripſit, ſed potius Collenucius exiſtimat ex ruinis veteris Canuſii, ſiquidem Rogerius qui Federicum II. centum ferè annis anteceſſit, oppidum hoc cum Arce a Lothario Imperatore ereptum recepit anno Domini 1157. In foro hujus oppidi eſt ænea ſtatua pedum decem, quam Heraclii Imperatoris eſſe autumant. Hic eſt Eccleſia titulo S. Mariæ de Epiſcopio Collegiata, ut aſſeritur, inſignibus certè reliquiis Sanctorum munita, habens miniſtros ſupra quinquaginta, & amplius Archipreſbyterum, duos Cantores, octodecim Presbyteros, Diaconos tres, & triginta Clericos; curam verò animarum Capitulum per annuos delectos ſacriſtas exercet. Eſt & alia Parochialis Eccleſia titulo S. Jacobi, miniſtros tredecim habens, Parochum nimirum, quatuor Presbyteros, Diaconum, Subdiaconum, & Clericos ſex. Ferunt Eccleſiam S. Andreæ ibidem conſecraſſe Pelagium I. Papam ann. 493. Eutychio Epiſcopo Tranenſi. Hic etiam cœnobia virorum octo, Sanctimonialium quinque, quorum præcipuum S. Stephani Ord. S. Benedicti, ubi jacet S. Rogerius Cannarum Epiſcopus miraculis glorioſus. Collegium Patrum Societatis Jeſu bono omine, tum ad ſalutem animarum, tum vero ad erudiendos in litterarum ſtudiis juvenes cum eximio fructu inſtitutum. Hoſpitale opulentum, amplum ſub cura Fratrum Joannis Dei. Mons pietatis, & laicorum ſodalitia decem: ſed quæ res maximè hoc oppidum illuſtrant, altera eſt Eccleſia S. Sepulchri, cum hoſpitali Priori Ordinis Hieroſolymitani ſubdita annui redditus ducatorum ferè 8000. Altera eſt Eccleſia, in qua perpetuo reſidet Archiepiſcopus Nazarenus. Barulum illuſtravit ortu ſuo Gabriel ex Prædicatorum claſſe, ſub cujus nomine extant conciones vulgo *del Barletta*. Alterum oppidum eſt Coratum Marchionatus Carrafæ gentis, in cujus diſtrictu novem millia animæ cenſentur. Hic eſt Collegiata Eccleſia habens miniſtros 53. quorum duo dignitate eminent, Primicerius, qui chorum regit; quadraginta ſunt Presbyteri, tres Diaconi, totidemque Subdiaconi, & 35. Clerici in minoribus conſtituti. Sunt & hic virorum monaſteria quatuor, unicum Sanctimonialium, Hoſpitale, & laicorum ſodalitia quatuor. Villa Trinitatis ducentos circiter ſuo ſub pago incolas habet: muris cincta eſt; & in temporalibus Priori Hieroſolymitani Ord. ſubiecta. Provincia Tranenſis duos ſine controverſia ſuffraganeos continet Epiſcopos, Andrienſem, & Vigilien. Ad Regis Hiſpaniarum præſentationem Tranenſis Eccleſia eſt ex privilegio Clementis VII. Pont. Max. Tranenſium Archipræſulum ſeriem hanc, quam ſubiectam vides, lector, noſtro labore concinnavimus, poſtquam Salpenſium Epiſcoporum dabimus ante ejuſdem Eccleſiæ unionem cum Tranenſi.

1. REDEMPTUS primus recenſendus occurrit I.
Tranenſis Epiſcopus, ex iis, quorum memoria ad poſteros perennavit. Vir fuit ſanctiſſimus, ut in actis S. Magni ſucceſſoris ſcriptum invenimus, claruitque ante Decii perſecutionem.

2. S. MAGNUS Redempti ſucceſſor ſignis, vir- II.
tutibus, miraculiſque clarus Tranenſem Eccleſiam rexit in ſæva Decii perſecutione, ſub quo penè martyrium conſummavit. Is apud Tranum humili Etruſco patre natus, à puero pietate claruit, & ad ſublevandam patris inopiam oves paſcendas ſuſcepit. Dolens nedum ſacro baptiſmate renatus, ab Angelo iis verbis conſolatur. Cur Magne triſtaris? mœſtitiam depone, ſum enim ad te miſſus ad depellendum abs te mœrorem. Quo dicto, Angelus diſparuit, & Magnus mox libras decem auri invenit, quam parentibus detulit, & partem, eo hortante pauperibus erogarunt, ex altera tot oves emerunt, ex quibus, cum eas Magnus paſceret in montibus, ſe ipſos, pluresque pauperes alebant. Una cum parentibus à Redempto Epiſcopo baptizatus, in fide, diviniſque litteris eruditur, adeoque profecit, virtutibuſque inclaruit, ut defuncto Redempto à Tranenſibus invitus ad Epiſcopalem inſulam traheretur. Ordinatus Epiſcopus exemplo, ac prædicatione plures ad Chriſti fidem perduxit. Ejus famæ invidens diabolus in eum ſuſcitavit Severinum Proconſulem Apuliæ ſeveriſſimum, qui cum Magnum ſuo Tribunali ſiſti juſſiſſet, vel morte mulctandum, vel Idolis ſacrificandum edixit. Ductus ad quoddam Idolorum phanum, in eo januis clauſis relictus eſt ad diem uſque futurum, ut publicè abnegaret Chriſti fidem, Idoliſque ſacrificium offerret. Nocte divinitus ab Angelo, vinculis quibus erat alligatus, ſolutis, foribuſque templi ultro reſeratis juſſus abire, Neapolim profectus, inde Fundum in Latio pervenit, quo in loco, finitimis populis Chriſti Evangelium diſſeminare cœpit, & multos ſacro baptiſmate tinxit; unde apud ſæviſſimum Decium accuſatus, & reus mortis adjudicatus ab apparitoribus tentus in propria cellula, & extractus, ut morti traderent, ab iis Magnus brevi temporis ſpatio impetrato, oratorium ingreſſus, inter orandum expiravit. Quare ſatellites illum diu foris expectantes, oratorium ingrediuntur, ac mortuo caput abſciderunt die 9. Aug. ann. ſalutis 254. Corpus B. Paternus apud Fundos occultè ſepelivit. Illud verò a Platone tribuno, ex Fundana æde Verulos transferendum curavit: multis poſtea tranſactis annis Rex Saracenorum Morea, totam Apuliam, & Campaniam invadens, Anagniam quoque & Verulos in ſuam redegit poteſtatem, atque ut non minus avarus, quam ſævus erat, accepto pretio, corpus B. Magni vendidit Anagninis, qui illud in ædibus ſacris Beatæ Mariæ condiderunt. Hæc ex actis ejuſdem ſancti Eccleſiæ Anagninæ, Baſilicæ

ſancti

ſancti Petri, tum ex vetuſto m. ſ. brevi, ubi acta ejus vocantur, quorum initium:

*Magnus Epiſcopus Tranenſis, cujus famam audientes Imperator, & Præfectus miſerunt milites, qui eum caperent, &c.*

Ejuſdem Magni acta breviter deſcripta legimus in vetuſto codice papyraceo, in bibliotheca Vallicellana, cujus meminit Baronius in notis ad Martyrol. Rom. quæ hic libet referre, cum ex iis ſatis conſtet, Magnum Tranenſem fuiſſe Epiſcopum, non Anagninum, ut nonnulli ſunt arbitrati.

*Temporibus Decii Cæſaris erat quidam pauper, & paganus in civitate Trana, nomine Apollo, qui habebat unicum filium nomine Magnum, quem concedere diſponebat ſuis vicinis pro paſcendis ovibus, ut poſſet inde vivere. Statim poſtquam hoc cognovit puer, triſtis à facie patris valdè, diſceſſit. Deus autem qui conſolatur pauperes ſuos miſit illi puero per Angelum ſuum, decem talenta, quæ omnia feſtinanter detulit patri ſuo dicens; Gratias Domino cœli referamus, qui miſit mihi hoc, ut inde vivamus, & ſemper illi retribuendo pauperibus ſerviamus. Et quia noluit Deus, ut eſſem mercenarius alterius. Eme ergo decem & octo oves, quas cuſtodire volo, ut de fructu earum vivere valeamus. Crevit grex dictarum ovium uſque ad mille, de quarum fructu quotidie pauperibus conferebat.*

*Poſtquam B. Magnus à S. Redempto Epiſcopo fuit baptizatus, patrem ſuum Apollinem convertit ad Dominum, quem & ipſe B. Redemptus baptizavit, & filius ejus de ſacro fonte levavit. Mortuo verò patre, omnem ſubſtantiam ſuam B. Magnus dedit pauperibus: univerſus Tranenſis populus cum cognoviſſet B. Magnum ita eſſe perfectum, quamvis ipſe clamaret ſe indignum tanti ſacerdotii elegerunt eum, ut eſſet Epiſcopus, & paſtor animarum ſuarum. Quorum deſiderium Deus ſanctum, & juſtum complevit, & operatus eſt per eum plurima miracula.*

*Quodam autem die venit ad eum quidam Caſtorius mutus effectus præ nimia ægritudine, quæ illi ante ſex annos evenerat, cui cum ſigno ſanctæ Crucis loquelam reſtituit. Alia verò vice oculos militum, qui eum ad adorandum in templum paganorum violenter miſerant, obumbravit: ubi per noctem omnia Idola confregit; de quo cum Angelus Dei eum abſtraxiſſet, & mulier quædam paupercula ſicut poterat, eundem refocillaſſet, benedixit domum ejus, & ſic ab illo die mulier cum filio ſuo habuit victualia competenter. Dum verò ingreſſus fuiſſet Neapolim, ſuſceptus eſt à S. Januario, qui & ipſe Chriſti victoriam obtinuit.*

*Deinde Angelo comitante, & præcipiente pervenit ad quandam Eccleſiam, in qua S. Paternus per præceptum Angelicum ſibi aſſociatus eſt, ibique mulierem per viginti quinque annos ſterilem, ut filios conciperet ſuis magnis orationibus adjuvit, & ſic in anno illo filium parturivit. Tres filios Præfecti cum oleo Sancto, quod ad eorum parentes miſit, à gravi infirmitate ſanavit. Quandam per triginta annos cæcam cum ſuo ſancto ſputo illuminavit. Alium verò de partibus Pycem à diabolo percuſſum in equo ſua oratione curavit. Juvenem Meſiam de Surano à dæmonio liberavit. Primarium civitatis Aquinatiæ cum uxore, & filio à dæmonio captos ſua virtute exſolvit. Septem latronibus putantibus illum infinitam pecuniam habere divina ultione cæcatis, manus imponendo, & eiſdem indulgendo reſtituit lumen. Poſtquam Imperator, & Præfectus audierunt famam beatiſſimi Magni, & de beata Secundina per ejus prædicationem Chriſtiana effecta, miſerunt triginta milites, qui eos comprehenderent, & ſi Idola adorare noluiſſent, variis cruciatibus affligerent, qui dum irent pro eis, Diabolus in ſpecie hominis ſuaſit, ut nullo modo parceretur Magno Epiſcopo, quia ipſe eſt, qui detrahit omnes à ſacrificio Idolorum. Inventa autem in Anagnia B. Virgo Secundina, & inquiſita, ſi præceptum Imperatoris, & Præfecti obſervare voluiſſet, quod penitus renunciavit, & Chriſtum publicè prædicavit.*

*Venientes autem ad Eccleſiam ejus, omnia illius ſupellectilia igni tradiderunt, & B. Magnum Epiſcopum fortiter laniare voluerunt. Quibus militibus ſupplicans B. Magnus dixit; modicum me ſuſtinete. Et ſic accepta licentia ingreſſus eſt cubiculum, & plorans oravit ad Dominum, ut illorum tormento tranſiret de hoc ſæculo, & ſic migravit ad Regna Cœlorum. Milites autem poſtquam illum per magnam horam expectaverunt, intraverunt cubiculum, & caput ejus abſciderunt. Cujus corpus B. Paternus occultè ſepelivit quarto decimo Kal. Decembris. Milites verò per totam noctem dormientes defecerunt: corpora à canibus, & lupis comeſta ſunt. Cum autem media nocte beatus Paternus orando ploraret, apparens ei Beatus Magnus confortavit eum, & diem mortis ſuæ futurum, ſicut optabat, annunciavit. Hactenus codex ſignat. num. 7. vitæ Sanctorum.*

Fama eſt, & vetuſtiſſima docet inſcriptio marmorea Eccleſiæ S. Michaelis, & Magni de Urbe, non longè à Vaticana Baſilica poſitæ, quam de Portica, & in ſcola Friſonum nuncuparunt: vel totum ipſum Magni corpus, vel maximam ejuſdem partem, ea in Eccleſia, quam Leo III. Papa conſtruxit, à quibuſdam militibus Friſiis imperante Carolo Magno, eodemq; Leone Petri Cathedram tenente, è Fundana civitate ſublatum, divina diſponente gratia, in ea ęde depoſitum, brachii ſacri parte illis conceſſa, quam in patriam detulerunt: manet adhuc inſcriptio ad portas poſita, quæ tamen ſuis abſurdis non caret, ac multum ab iis, quæ ſupra in relatis actis ſcribitur valdè diſtat, quæ tamen facilè conciliari poſſunt, ſi Anagninis partem Magni corporis ex Verulana æde à Saraceno Rege venditam dicimus, partem vel maximam Fundi remanſiſſe, quam inde Friſii milites abſtulerunt. Caput Magni ex ipſa æde ſancti Michaelis in Vaticanam Baſilicam translatum habemus, quod Bernardinus Paulinus Florentinus Clementis VIII. Pont. Max. Datarius, & Vaticanę Baſilicę Canonicus theca argentea incluſit ann. 1602. ut in baſi ejuſdem annotata verba inſinuant. *Caput ſancti Magni Archiepiſcopi* (melius Epiſcopi) *Tranenſis Bernardinus Paulinus Florentinus Clementis Papæ VIII. Datarius hujus ſacroſanctæ Baſilicę Canonicus religione, atq; pietate theca hac argentea ornavit anno Dom. MDCII.* In ea item inſcriptione, quam modo dabimus legitur. *In nomine Domini, tempore Leonis IV. Imperante Carolo Magno Imp. eo tempore, quo Petrea Baſilica à Saracenis capta fuerat, &c.* Hujuſce inſcriptionis initium falſum videtur, cum Leo IV. poſt trigeſimum tertium annum à Caroli Magni obitu ſummus Eccl. Pontifex declaratus fuerit, nempè anno 847. Carolus Magnus mortem obiit 814. tamen nec vitio, neque inſcitiæ ſcriptoris attribuendum, nec falſitatem continere videtur: cum ſępe Leo III. quartus etiam dicatur. Accidit, ne hoc plerique Eccleſiaſtici ſcriptores ſcribunt, cum Leo quidam Romanus, poſt Sergii Primi Papæ deceſſum in Romanam ſe intruſiſſet Eccleſiam anno 698. & Leo Tertius dictus eſt, qui in Catalogo Romanorum Pontificum non ponitur, hinc Leo, qui Caroli temporibus Cathedram Petri rexit, revera ejus nominis Tertius fuit, quamvis non ſemel & quartus denominetur apud ſcriptores, & dilucide apud Carolum Chempium de origine Friſonum lib. 3. c. 10. ait enim, *Cum Romam Saraceni occupaſſent ſub Pontifice Leone IV.* (qui tamen tertius nominatur) *Imperator afflictę Urbi ſubventurus exercitum ingentem ex diverſis dominiis collegit, cui nequaquam defuerunt Friſii.* Extat Caroli Magni privilegium Eccleſiæ ſancti Salvatori, Scholæ Francorum, ſeu de oſſibus conceſſum, quod extat in Archivio Vatic. Baſilicæ, ubi Leo tertius, quartus à Carolo in hunc modum inſcribitur. *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Carolus divina protegente clementia Auguſt. Mag. &c. Cunctis ſane præſentium ſcilicet, ac futurorum, &c. corroboramus, & confirmamus quandam Eccleſiam, quæ noſtræ petitioni jure ſacri Palatii Lateranenſis, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ Dopni Leonis ſancti Pontificis, & univerſalis Quarti Papæ, &c. à Dopno Apoſtol. videlicet Leone IV. Papa &c. Alcuerius*

*Cancellarius ſanctione Imperatoria perfecit, & abſolvit, &c. Datum anno ab Incarn. Domini noſtri Jeſu Chriſti 797. indict. 7. actumque eſt in Palatio juxta Vaticanum à Baſilica ſancti Petri Apoſt. in menſe Decemb. 22. feliciter, Amen.* Porro inſcriptio illa vetuſta Eccleſiæ SS. Michealis Archangali, & Magni eſt hujuſmodi.

✠ *In nomine Domini tempore Leonis IV. Papæ. Imperante Carolo Magno Imperatore eo tempore, quo Petrea Baſilica capta fuerat, tunc denique pro totius mundi capite turbato, totus mundus turbatus, omniſque Gallia cum Rege Carolo ad tuendam illam venerunt, unde contra inimicos Domini bella Domini decernendo, quidam mortui ſunt, & in crypta juxta Neronis Palatium ſepulti.*

*Eodemque tempore à Leone Papa, & Rege Carolo ad honorem Michaelis Archangeli ſuper illos facta eſt Eccleſia. His itaque peractis, Rex Apuliam adiit, eamque beato Petro, & Romæ ſubjugavit. Per idem tempus exercitu in Gallia revertente, tres illorum milites de Friſia, Ilderado de Graviaga, & Leomot de Stavera, & Hiaro, & Celdui ancilla Dei, de Slinga, hi Beati Magni corpus in loco, qui dicitur Fundi invenerunt, quo invento in illorum provincia portare, & condire decreverunt; ſed divina gratia cooperante, poſtquam ad Sutrinas partes ventum eſt, amplius deferre non poſt valuerunt, quam bis, & ter territi, & per ſomnium moniti Romam revertentes, ſanctum corpus ſecum tulerunt. Unde factum eſt, quod illorum devotionis cauſa partem brachii à ſe ſegregari ab illis permiſit, partes autem cæteræ in crypta præfata remanſerunt; ſuper quam, ſicut dictum eſt, Eccleſia jam fuerat facta. Deinde omni anno ſimul beneficium optimum dari ibi decreverunt, ſcilicet trecentas marcas argenti pro illorum, & ubique quieſcentium redemptione, & in perpetuum, ſeu divites, ſive pauperes in eadem ſupradicti Archangeli Baſilica, & Beati Magni Eccleſia juxta eam ab iiſdem conſtructa, hoſpitalia, quando ſuis partibus venirent, agerent. Idcirco noſtrorum, aliorumque omnibus pateat, ipſi, vel quicunque hoc decretum rumpere tempsaverint, ſciant ſe perpetuo damnatos, & maledictos, & prædicti Pontificis anathematis vinculis in Inferno, niſi reſipuerint cum Diabolo colligatos; in hac autem vita miſeros, pauperes, & diſperſos iterum de libro vitæ cæleſtis deletos, & de Regno Chriſti dejectos. Confirmantibus, fautoribus hujus decreti, & gratia ſit benedicti Chriſti, & fruantur utriuſque vitæ gaudiis. Amen.*

Ferrarius Magni geſta in Catalogo Sanctorum Italiæ compendiariè narrat; tamen corruit ejus opinio una cum Baronii aſſertione in notis ad Martyrologium die 19. Aug. aſſerentis, Magnum Anagninum Epiſcopum fuiſſe, cum clarè pateat, illum Tranenſem Præſulem extitiſſe.

III. 3 EUTITIUS, ſeu EUTICHIUS Tranenſis Epiſcopus, interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Andreæ Baruli ſub Gelaſio I. Papa celebrata anno 493. una cum S. Sabino Canuſino, Laurentio Sipontino, Palladio Salpenſi, & Joanne Rubenſi Epiſcopis. Interfuit Eutychius Concilio Romano ſub Symmacho Papa anno 502. ( „ & 501. 503. 504. „ *& hic eſt ille Eutitius qui Sancti titulo Trani colitur ubi ejus corpus requieſcit, ut ſupra adnotavimus.* )

IV. 4 SUTHINIUS Tranenſis Epiſcopus interfuit Concilio Romano ſub Paulo Primo Papa anno 761. apud Baron.

V. 5 LEO Tranenſis Epiſcopus præſens fuit Concilio Nicæno II. anno 787. poſt hunc per annos ferè ducentos deſiderantur Epiſcopi.

VI. 6 JOANNES Tranenſis Archiepiſcopus vixit poſt annum noſtræ ſalutis milleſimum, cui attitulavit vitæ, & translationis S. Leucii Alexandrini Patriarchæ Chorepiſcopi hiſtoriam Anonymus quidam Synkellus ſuus, quam ex codicibus Brunduſinæ, ac Tranenſi Eccleſiæ Joannes Bollandus tom. prim. Sanctorum exſcripſit. Nos hic translationem repetemus ex monumentis Tranenſis Eccleſiæ, quibus ad calcem additur ode ejuſdem SynKelli in laudem S. Leucii ad eundem Joannem Archiepiſcopum, quod non habetur apud Bollandum.. Acta Leucii ſic ille translationis occaſionem ex Brundiſia Tranum refert.

*Glorioſum, & omni devotione venerandum beatiſſimi Leucii Confeſſoris corpus qualiter volente Chriſto Brunduſinis ablatum, & Tranenſibus ſit conceſſum; ſeriatim inſinuare curabo. Igitur poſtquam ſacratiſſimum corpus hujus Confeſſoris apud urbem Brunduſium dignè traditum eſt ſepulturæ; plurimiſq; decurſis temporibus, exigentibus accolarum meritis, divinoque judicio contigit, ut præfata urbs hoſtili manu funditus everteretur. Et quæ quondam fuerat divitiis ſublimis, & gloria, parviſſimi ſub ſpecie oppidi nunc uſque incolitur, ac videtur. Cujus quidem ruina intueri eam volentium oculis patet. Everſa verò, atque diruta urbe, Oratorium ſancti Confeſſoris quod foris conſtructum fuerat, extra oppidum colebatur. Unde factum eſt, ut quidam Tranenſium religioſi viri divinitus inſpirati, ad idem Oratorium, quo pretioſum pignus quieſcebat, devotiſſimè properarent. Cum vero perveniſſent ad locum, ubi glorioſi Antiſtitis admirabile, & præclarum corpus habebatur, nullumque illic reperientes, inito conſilio, abſtulerunt inde ſacratiſſimum corpus, & ſumma cum lætitia repedantes, applicuerunt non longè ab urbe Tranæ quaſi ſtadia ferè duodecim. Illic verò gaudentes, & exultantes, depoſuerunt venerabile pignus. Audito verò hoc, omnis populus de Sancti corporis advectione, cum ingenti lætitia feſtinabat videre, quod deſiderabat habere. Ad hujuſmodi verò ſpectaculum omnis ætas, quæ poterat, uterque ſexus catervatim confluebant; laudantes, & benedicentes Omnipotentis magnalia, qui ſuis famulis tantum, ac talem dignatus eſt deſtinare Patronum.*

*Tandem verò Canuſinus Pontifex cum univerſo Clerorum comitatus, & populorum concurſu præcedentium, ac ſequentium, & cum omni cautela, & devotione ſuſcepit ſacratiſſimum pignus. Et cum lampadibus, & thymiamatibus cum hymnis, & canticis ingreſſus eſt civitatem Tranenſem, ſecum afferens tantum theſaurum uſque in Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis, & perpetuæ Virginis Mariæ. In qua depoſito tanto pignore, nec mora lætanter cives effodientes, magno cum gaudio ibidem Oratorium eo modo, quo idem glorioſus Confeſſor Chriſti apud Brunduſium meruit, conſtruxerunt. Ubi cum omni diligentia honorificè ſacratiſſimum ejus condidit corpus, agentes gratias Domino Jeſu Chriſto. Qui per ſuum Antiſtitem Leucium plurima beneficia, admirandaſque virtutes illic exhibere dignatus eſt.*

*In loco vero, quo prius depoſitum fuerat ſacratum illius corpus, non longè ab urbe eadem, ut præfatus ſum, ædificaverunt baſil. in ejus honore, & nomine conſecratam. In qua devote petentes diverſorum languorum ſuſpirant ſanitatem uſque in hodiernum diem.*

*Accidit autem poſt longa annorum curricula, ut gens Iſmaelitarum propter delicta populorum præfatam invaderet civitatem. Et dirutis mœnibus, paſſimque per loca vicina diſperſis habitatoribus templa Sanctorum deſtrueret, & quod dici nefas eſt, in quibus divina canebantur officia, irrationabilium animalium voces inſonarent. Et ubi Chriſtianus populus vitæ cibum, & potum ſumebat, illic, proh dolor! præſepia facta erant equorum. Oratorium namque beatiſſimi Leucii Confeſſoris in contemptione, & conculcatione ſine reverentia à barbaris habebatur. Audiens itaque hoc vir quidam, illuſtris genere, Beneventi Comes, quia venerabile, & omni honore dignum ſacratiſſimi Leucii corpus ab Iſmaelitis pro nihilo habebetur; protinus eorum Principi ſtuduit nunciare; promittens plurima auri pondera ſe illi daturum, ſi pretioſum pignus cederetur. Illectus verò ille auri cupiditate, tale dedit reſponſum, ut ſi promiſſum aurum deferret, nullatenus contradiceret de ſancti corporis ablatione, & hoc jurejurando fide affirmavit. Tunc verò idem Comes gaviſus gaudio magno, dedit quod promiſe-*

*miſerat munus, & accepit glorioſiſſimum pignus cum omni diligentia, & alacritate Beneventum perducens.*

*Sed Dominus omnipotens nolens urbem Tranenſem tanto fruſtrare Pontifice, ac Patrono, effugatis hoſtibus dedit requiem feſſis, & diu laborantes populos reſpirare permiſit. Et quia tantum theſaurum perdiderant, magna afficiebantur meſtitia; & cum anxiè quærerent, quo pacto adipiſci poſſent admirabile corpus, conſilio habito, Beneventum miſerunt, ut ſi vellet idem Comes datum munus acciperet, & ablatum in neceſſitate tantum corpus, ſibi donaret. Qui cum multum reſiſtens nollet ſatisfacere petentibus, tunc germanus ejus, cum quo æqua lance idem beatum pignus diviſerat, inquit; Si vero dederitis mihi quantum pro toto corpore paganis tribuimus, integram à me habebitis ejuſdem corporis medietatem, ſin alias ſine tanto theſauro ad propria remeabitis. Audientes itaque hoc, qui miſſi fuerant, quamvis triſtes, tamen inter ſe colloqui taliter cœperunt: Melius, inquiunt, nobis eſt participes ſancti corporis effici, & nobiſcum partem afferre, quam cum rubore & confuſione ſine effectu repedare. Datoque auri pondere ſuſceperunt integram diviſi corporis medietatem. Et cum omni lætitia devotè attulerunt ſacratiſſima lypſana beati Leucii Confeſſoris in urbem Tranenſium, ponentes ea per manus religioſorum ſacerdotum eo loco quo prius fuerant cum omni cautela, ac reverentia collocata; glorificantes, & collaudantes clementiam Redemptoris, qui afflictis Tranenſibus populis diuturna hoſtium oppreſſione & abſtulit, & conceſſit benignum tutorem, atque cuſtodem.*

*Vir igitur ille, non ſolum qui ſanctum corpus ſumpto pretio vendiderat; verum etiam qui ex eo propagati ſunt in generatione, & generatione famis penuria cruciantur uſque in hodiernum diem.*

*Interea Theodoſius Oritanę ſedis Antiſtes cum Beneventano Pontifice charitativam inierat amicitiam. In cujus dilectione confiſus petiit ab eo aliquantum partis pretioſi corporis. At ille petitioni ejus ſatisfaciens, ſumma cum diligentia conceſſit quod fraterna devotè charitas poſcebat: ſuſcipienſque tanti theſauri munus magna cum exultatione apud Brunduſium loco priſtino collocavit.*

*Ideoque dilectiſſimi fratres in hujus diei ſolemnitate Beneventum gaudeat, & exultet Tranum, Brunduſium lętetur, quia meruimus tantum, ac talem habere Patronum. Idem enim beatiſſimus Chriſti Confeſſor cunctorum attendat affectum, exaudiat preces; ut ſicut in cœleſtibus Regnis cum Sanctorum agminibus ſine fine jubilat; ita & nos qui ejus colimus celebritatem in terris perpetuæ beatitudinis gaudiis faciat eſſe conſortes: Potens eſt enim glorioſus Antiſtes ſua nos interceſſione ab imminentibus liberare periculis, & à futuris adverſis. Rogemus itaque eum toto cordis affectu, & noſtri Patroni ſuffragia imploremus, ſuppliciter dicentes: Sancte Leuci adjuva nos; miſerere ſupplicantibus te, ſuccurre miſeriis populorum tuorum, ſentiamus patrocinium ſalutis tuæ in tempore noſtræ neceſſitatis: Attende vota, lacbrymas reſpice, ſubveni afflictis, tuere pupillos, ac viduas, protege Abbates, annue Monachis, Præſules dirige, Clericos robora: memento Chriſtianorum omnium, præcipueq; Joannis Tranenſis Sipontini, etiam Archiepiſcopi; necnon Pontificalis, ac Auguſtalis Synkelli, qui tua præ omnibus devotiſſimè feſta venerantur, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat Deus per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.*

*Grandia ſancte jubes Synkelle beate Joannes,*
*Ut famulus reſonet, grandia ſancte jubes.*
*Præſulis Archi piis monitis parere peropto:*
*Cogor & imperiis Præſulis Archi piis.*
*Nitor inire tuas Leuci ſanctiſſime palmas:*
*Odas & meritas nitor inire tuas.*
*Vox tonet odifera, noſtri ſub honore Patroni;*
*Dulce melos reſonans, vox tonet odifera.*
*Viſio ſancta Patris nati pia pectora firmat:*
*Juſſa refert Domini viſio ſancta patris.*

A *Plaude Beate nimis, nomen cui fertur Olympo;*
*Plenus amore Dei plaude Beate nimis.*
*Nulla movent animum fratrũ cogitamina ſanctũ.*
*Regmina perſpicuum nulla movent animum.*
*Horrida membra viri laniantur dæmonis ira:*
*Protinus at inquit horrida membra viri,*
*Cur Draco ſæve fremis? ſpolias dum luce miſſellos:*
*Vita datur cunctis, cur draco ſæve fremis?*
*Igne crematus abiit Caraſon crudelis, & audax:*
*Confeſtim ſociis igne crematus abiit.*
*Pontificale decus, tanto ſub Præſule fulget;*
*Suſcepit ſanctus Pontificale decus.*
*Nil tua jura valent caſu contrite cruento:*
*In Domini plebe, nil tua jura valent,*
*Cœlica vox tonuit juſſis parere tonantis:*
*Auribus in cunctis, cœlica vox tonuit.*
*Te tua facta beant Alexandrina lucerna:*
*Auſoniam properans te tua facta beant.*
*Per freta vaſta pius fertur gradiente carina:*
*Venit Brunduſium per freta vaſta pius.*
B *Lumina quid colitis? miſeri ſplendentia Phœbi:*
*Phœbe fulgentis lumina quid colitis?*
*Abluit unda viros ſalubris baptiſmate ſacro:*
*Purificans cunctos abluit unda viros.*
*Arida rura madent, dimiſſo cęlitus imbre:*
*Roſcida prata virent, arida rura madent.*
*Spiritus aſtra petens ſumpſit nova gaudia vitæ:*
*Præmia digna tenet ſpiritus aſtra petens.*
*Suſcipe noſtra libens Leuci celeberrime vota;*
*Carmina devotè ſuſcipe noſtra libens.*
*Eſto memor famuli Synkelli, ſancte Joannis,*
*Præſulis Archi tui eſto memor famuli;*
*Gloria ſit Domino, colitur qui nomine trino:*
*Semper & ęterno gloria ſit Domino. Amen.*

Sicellus dicitur hujus hiſtoriæ auctor, quaſi ejuſdem cellæ conſors, ſic olim appellabatur, qui Patriarchæ, aut etiam alteri Epiſcopo ſucceſſurus erat, ut multis exemplis docet Gretſerus cap. 14. lib. 3. in Cod Curopalata cap. 20. Fuit & politiæ dignitas. Cœpit deinceps honoris titulus eſſe, & mul- C tis tribui, qui fortè nunquam in patriarchio habitaverant, ut nunc ſunt S. D. N. domeſtici titulo tenus:

7 JOANNES Tranenſis Eccleſiæ Epiſcopus VII.
longè moribus diverſus à Joanne ſuperiore, qui pietate, & virtutibus claruit: hunc verò conviventem cum Græcis ſugillat Baronius ad annum 1053. cum blaſphemam, & mendacem à Michaele Cerulario Patriarcha Conſtantinopolitano epiſtolam contra Latinos, accepit, quem etiam in Concilio à Nicolao II. in Apulia celebrato an 1059. depoſitum throno fuiſſe ex Petri Damiani epiſtola ad S.R.E. Cardinales. *Numquam certè, ait, vidiſſe me memini pontificales baculos tam continuo radiantis metalli nitore contectos, ſicut erant, qui ab Erculano, atque Tranenſi geſtabantur Epiſcopis: uterque tamen, alter in Apulis finibus, Nicolao Præſidente, alter in Lateranenſi Eccleſia, coram Alexandro Papa, Romanis ſcilicet Pontificibus, ſunt dejecti, nec eis profuit, quod Pontifices ligneis auratis uſi ſunt baculis, dum ſacerdotii meritum, non nitor efficiat veſtium, ſed ſpiritualium norma virtutum. Perſtringit deinde illos Epiſcopos, qui ſacerdotali pompa velint ſe æquiparare ſummo Pontifici, vel ſæcularibus principibus, ipſiuſque Imperatoribus.*

8 DELIUS, depoſito Joanni eodem anno 1059. VIII.
ſucceſſit ad Tranenſem dignitatem evocatus à Nicolao, cum quo interfuit conſecrationi Eccl. S. Angeli in Vultu ab eodem Pontifice eo ipſo anno celebratæ, de quo nulla alia eſt memoria.

9 BISANTIUS ſenior, claro genere ortus, fa- IX.
cundior, ac litterarum peritia clarior poſt Delium Tranenſem Eccleſiam ſuſcepit regendam, cujus prima mentio habetur in Anonymo in hiſt. conſecrationis Caſinenſis Eccl. an 1071. ab Alexandro II. ſolemniter celebrata, cui interfuit, ac ſe ſubſcripſit Biſantius. Hic meruit ſanctum virum Nicolaum Peregrinum in Tranenſi civitate ſuſcipere, quem etiam defunctum an. 1098. die 2. Junii, miraculis glorioſum propriis manibus ſepelivit. Vitam,

& miracula ſcripſit quidam Adelſerius, quam ipſi
Biſantio adtitulavit. Hanc cum à Tranenſi Ec-
cleſia accepiſsemus, hic exſcribendam, operæ pre-
tium duximus, cum hactenus inedita ſit: compen-
diario tamen refert Pet. de Natalib. lib. 5. cap. 78. &
Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. Memi-
nit ejuſdem David Romeus in ſuo de Sanctorum
Reg. Neapol. Catal.

*Vita, vel obitus S. Nicolai Peregrini.*

*Fructuoſum, ac poſteris commodum, & proficuum
eſt, cum Sanctorum memoria, litterario tradita ſtu-
dio, legentium, vel audientium corda ad vitæ cæle-
ſtis exemplar informarit. Hoc itaque non paucis per-
neceſſarium fore animadvertens, reverentiſſime Pon-
tifex Biſanti, & divini juris cultor, ac præceptor,
mihi Adelferio, veſtræ ſanctitatis famulo, de vita,
& miraculis beatiſſimi Nicolai, agnomine Peregri-
ni, quæ certiora compererim, præcipis enarrare.
Quod profecto dilectivè proſequerer, niſi ignorantiæ
B conſcientia confunderet mentem. Aſt cum tantæ pro-
funditatis intueor pelagum, in me reverſus, quibus
queam ſuperare remigiis, non invenio, funemque à
portu convellere expaveſco, ne procelloſis quaſſus
fluctibus naufragium patiar, & placidiſſimum æ-
quoris minùs attingam. Cujus rei cauſa in tanta do-
ctiſſimorum copia; cur me potiſſimum, venerabilis
Pater, nullius prærogativa ſolertiæ ſuffragatum ſe-
cernas, mirans ſtupeſco; cui & naturæ, & ætatis
debilitas officit. Sed quoniam divinorum præcepto-
rum non immemor Chriſti Ecclcſiarum atque Sancto-
rum diligentiſſimus procurator exiſtis, juſſis tuis, quia
repugnare nullo modo auſim, non audaciæ temerita-
te, ſed obedientiæ devotione parere conabor. Confido
enim, quod ſi præceptum obedientia, obedientiam quo-
que ſequatur affectus. Miracula igitur beatiſſimi Ni-
colai Peregrini Confeſſoris Chriſti, quibus Archiepi-
ſcopatus, ac Synkellatus tui beata floruerunt tempora,
quæ nullius ſcilicet mihi relatu comperta, ſed propria
oculorum intuitu cognita, carptim explicare aggre-
C dior; indubitanter credens, Præſul inſignis, meritis
tuis, & precibus omnipotentis Dei, Matriſque ejus
& Virginis glorioſiſſimæ Mariæ, hujuſque Sancti,
cujus gero affectum patrocinium obtinere, ut quod
animus fideliter exoptat, exprimat lingua.*

*Cum Romanæ ſedis Secundus Antiſtes glorioſiſſi-
mus Urbanus, opere & doctrina præpotens, & elo-
quentiæ fonte redundans, Apoſtolorum, & Apoſtoli-
corum veſtigia proſequens, ac Paſtorali cura inten-
tus Eccleſiarum feliciter gubernaret regimina; & A-
lexius Imp. excellentiſiſſimus, Catholicæ fidei cultor,
Conſtantinopolitano ſubnixus ſolio Romani Imperii
retineret habenas; adoleſcens quidam, genere Græ-
cus, Nicolaus nomine; qui poſtea peregrinationis
eventu, Peregrinus à nobis cognominatus eſt, ad I-
taliam transfretavit. Hic vero in S. Lucæ monaſterio
Styro, quod in Græciæ partibus ſitum eſt (prout a-
junt) diutius obverſatus, vitam egit angelicam.
Cumque Dominica præcepta, quæ Crucem tollendam,
ſicque Dominum jubent ſequendum, ſollicitus animo
D pertractaret; non modo ſpiritu, ſed carneis manibus
crucem ardenti deſiderio complectens, monaſterio di-
ſceſſit. Et ut Chriſtum ſequi valeret, ſæcularia dam-
nans oblectamenta, peregrè profectus eſt. Qui ubi Hy-
druntum appulit urbem, ibidem paululum commora-
tus populum ſeſe ignorantem deſeruit, arreptoque iti-
nere venit Tarentum; ubi aliquandiu commanens,
quædam (ut perhibent) miranda patravit: ob idque
omni ferè vulgo honori eſt habitus. Sed quia ſumma
deliberarat majeſtas Tranenſem urbem tanto deco-
rare patrono, & pretioſo ditare cadavere, ob juſtorum
merita, Tarento vale dicens, per urbes maritimas in-
cedens, quas enumerare ſupervacaneum ratus ſum,
tertiodecimo Kalendas Junii Tranum demum ad-
ventavit. Ingreſſus itaque civitatem, & Chriſti Cru-
cem, ſicut ei vulgo ſolitum erat bajulans, puerorum ex
more collegit multitudinem, quibus prævius quæque
Urbis loca circumiens, in Dei laudibus ſemper accen-
ſus,* Kyrie eleiſon *clamitare nunquam ceſſabat,*

A *pueroſque conſequentes, ut & ipſi, quod præcinebat,
ſuccinerent, Argiva lingua adhortabatur. Quibus
ne ſe defererent, ſed magis magiſque multi aſſeque-
rentur, pomorum fructibus variorum dulciter blan-
diebatur. Namque ſi quos acceperit eleemoſyna num-
mos, non tenaci illectus ambitione marſupiis poſt-
modum reſervandos anhelabat inferre ſed ex ipſis
poma empta pueris diſpertire. Quod Tranenſes, inſo-
lito perculſi negotio, inſani hominis eſſe arbitraban-
tur, ipſumq; (proh nefas! referens horreſco;) illuſioni,
ac contemptui, velut dementem plerique habebant.
At nonnulli, quibus altior erat ſenſus, hujuſmodi
opera perſpicaciùs contemplantes, meræ ſanctitatis,
& meriti eum eſſe (ſicut paulo poſt in propatulo claruit)
conſtanter aſſerebant, atque eundem tametſi longè
aliter atque decebat, venerabantur. De cujus vita,
& moribus nemini eſt facile cuncta proferre; non ſi
Tullius Orator clariſſimus nunc ab inferis reviviſcat;
& præſens adſit. Quis enim tantæ eſt facundæ loqua-
citatis, ut depromere queat ejus ſpiritum nunquam ab
B oratione laxatum? Quippe & ſi interdum ſilere vide-
batur, in ipſo (ut ita dicam) ſilentio divinæ gratiæ in-
trorſum ſuſurrans vacabat.*

*Tanta inerat ejus abſtinentiæ frugilitas, ut ſingulis
decurſis diebus perduraret jejunus, neque alia hora
niſi veſpertina dumtaxat parumper panis, & aquæ
ſumere conſuevit, non ſaturitatis cauſa, ſed ne longio-
ri jejunio deficeret. Cui (tamen) non, ut aſſolet, ex jeju-
niorum ſedulitate macies; verum, ac ſi nunquam abſti-
neret, pinguedo contigit.*

*Qui cum eſſet primævæ indolis, ac novo lanuginis
flore genas veſtiente continentiæ deditus, nequam ſæ-
culi labem, qua hæc ætas coinquinari ſolet, fugiens
exhorruit. Paupertinis indutus panniculis nudis pe-
dibus ſemper incedebat. In vigiliis vero adeo perno-
ctabat, quod plerumque noctis aſtans oraret. O virum
omnimoda dignum veneratione, cujus vox melliflua
ſuaviſſimis inſonabat eloquiis, qui tantæ ſe oſtendebat
efficaciæ, ut columbinam ſervaret ſimplicitatem, & ſer-
pentis prudentia non careret. Sed ecce dum beatiſſimi
C Nicolai Confeſſoris Chriſti ſingula merita monſtrare
conatus ſum, longe altiùs proceſſi, & ad quantitatem
virtutum ejus penè nihil dixiſſe videor. Nunc ad
narrationis ordinem ſtylum verto. Cum beatiſſimus
Nicolaus officiis inſiſtens divinis puerili agmine urbis
mœnia ſæpius circumiret, Biſantius præclarus Ar-
chiepiſcopus, & litterarum induſtria non mediocriter
præditus, vulgi rumore permotus, quidnam eſſet, ſol-
licitus exquiſivit. Cui cum foret relatum: virum Græ-
cia oriundum in urbe applicuiſſe, neſcium aliud agere,
niſi* Kyrie eleiſon *vocitare, ad ſe eum confeſtim veni-
re jubet. Cumq; vir Dei coram Præſulis præſentia du-
ctus adſtaret: interrogatus ab eo, cur hæc ageret, ſere-
no vultu, mitibus alloquiis tale dedit reſponſum: Do-
mine, ait, quem nulla latent Evangelica juſſa, nequa-
quam tibi occultum eſt, qualiter Dominus noſter Jeſus
Chriſtus præceperit, ut ſi quis poſt eum vellet abire,
crucem tolleret ſuam, ſeque ſequeretur.*

*Ipſiſque diſcipulis iterum dixiſſe noſti, quod niſi
converſi eſſent, & ſicut parvuli efficerentur, in cælo-
D rum regnum non intrarent. His igitur animadverſis
crucis ſignaculum interius, exteriuſquo gerere, & ſub
parvuli forma pergere non erubui, nec hominum illu-
ſiones vitavi. Quod utrum oporteat agere tuo judicio
derelinquo: nam apud vos, niſi tibi diſplicuerit, mihi
velle eſt immorari, ſin aliàs hac ultroneus urbe profici-
ſcar. Cum hæc, & alia ſumma ratione connexa ſermo-
cinantem beatiſſimum Nicolaum ſagaciſſimus Archi-
præſul audiret, intellexit, eum Dei famulum, & magni
meriti eſſe: ac deinde hujuſcemodi protulit verba: Cum
tua, inquit, oratione cognoverim, quod divino præce-
pto tanta ſuſceperis, cur ego te jubeo recedere? Malo
equidem, ut uſque in ſolemnitatem beatiſſimorum
Apoſtolorum Petri, & Pauli hic immoreris, conſue-
tas laudes non deſerens, & quæ victui ſunt neceſſaria,
tibi aſſiduè venienti ultro concedam. Talibus inter ſe
dictis, Chriſti athleta Nicolaus, cœleſti motus inſtin-
ctu, Archiepiſcopum plura dicere volentem, medio ſer-
mone reliquit, eoque ſalutato, ejus aſpectu ocyus*

abſceſ-

abſceſſit. Quem diù expectatum, ubi puerilis cernit frequentia, lætata omnis ad obſequendum ruit. Lętus ergo & ipſe cum vidiſſet pueros, veloci, ut ſolebat, inceſſu, vultu hilari, ſpirituque ferventi præcedens voce canora urbis loca implebat. Nam & pueri ſubſequentes (quos pomorum demulcebat largitione) conſonis reſpondebant vocibus. Plebem videas univerſam jam deſiderare illum videre. Quis enim oris ejus dulcedine non cuperet ſatiari? cujus allocutio Angelis erat comparanda. Sed quia ingenii angor paupertate, non eſt meæ opis omnia, quæ occurrunt, ſeriatim evolvere. Ideo ad rei exitum pergo feſtinus.

Beatiſſimus igitur Nicolaus cum apud urbem Tranenſem triduo degeret, puerisque ſtipatus Dei miſericordiam indeſinenter poſtularet; quarto denique die languore correptus, cujuſdam hoſpitis (Sabinus nomine) lectulo occubuit, & febricitari acriter cœpit. Quod ubi Tranenſibus eſt cognitum, tantus quidem erat concurſus omnium, ſed maximè mulierum, quæ nimio amore flagrantes eum viſere exoptabant, ut domus, qua jacebat, vix eos caperet. Nullus fœmineus prætermiſſus eſt gradus, qui non ad eum viſendi conflueret gratia. Ipſe virginum chorus, quia luce adeſſe nequibat, tenebras tota intentione, & deſiderio præſtolabatur, ut veſpera aſcendente ad ipſum properarent.

Nullo temporis momento domus erat vacua: ſed ex viſitantium copia diurnis plena, nocturnis plenior. ſpatiis populo multiplici frequentabatur circa lectulum aſſiſtentes, quo ſibi benediceret, ſupplices exorabant. Pueros quoque, quos paterno fovebat affectu, conſtat, plurimum doluiſſe, ſtratumq; circundantes, ac ſi parente orbati flebiliter conquerebantur. Quibus vir Dei, manſueti ut erat pectoris, leniter locutus, ſolatii cauſa crucem geſtandam tradidit, ſolitas laudes circumquaque cantaturi. Cum autem omnipotens Deus famulum ſuum in labore poſitum vellet quieſcere, & mundo virtutum ejus merita demonſtrare, ut Tranenſis civitas ejus radiis illuſtrata ſemper luceſceret, ad convivii ſui epulas invitare dignatus eſt. Secundo itaq; die menſis Junii, carnis ſoluto debito, cœlo ſpiritum reddidit. Cujus ſanctimonia quam præcelſa, quamq; fuerit veneranda, hic jam liquidiùs enituit: Nimirum, quaſi angelica tuba clangore intonaret ingenti, ſic velox fama totam repente perculit urbem, ut beati viri nuncia mortis populum omnem replevit. Qui protinus velut cælitus foret inſpiratus, & divino oraculo commonitus ad beata funeris ejus obſequia gratulabundus concurrit. Nemo planè uſquã remanſit in urbe, qui hoc declinaret ſpectaculum; non viri, non mulieres, non defuerunt adoleſcentulæ, non defuerunt infantes. Verum omnis civitas in unum collecta (mirabile viſu!) certatim confluxerunt; neminem opera detinuerunt officialia; ſed mirum in modum omnibus poſthabitis, & parvipenſis, eò concurrebant, quò & honeſtus Clerorum, nunquam alia copioſius, devotiuſque feſtinavit. Quod primum, maximumque miraculorum fuiſſe nemo dubitet; cum in advenæ, & peregrini funere, nec dum per eum ſigno oſtenſo, tanta utriuſque ſexus congregata eſt copioſitas; quod idcircò geſtum reor, ut miraculorum inſignia plures teſtes haberent.

Poſtquam autem funereas explevere exequias, glorioſiſſimum corpus impoſitum feretro populoſa præcedentium, ſequentiumq; frequentia ad Beatæ Mariæ Eccleſiam non ſine divino numine honorificè detulere. Repleta vero Eccleſia, major pars foris adſtabat, quia populo excluſa, ingredi non valebat. Cumque in medio Eccleſiæ B. Nicolaus foret locatus, univerſa plebs manus, pedeſque ejus oſculatum devotiſſimè pergebat. Gaudebant omnes illum cernere, illumque membratim deoſculari. At ſi quis forte quorundam impetu præpeditus Sancti careret oſculo, magna afficiebatur mœſtitia. Quantus equidem deoſculantium fuerit acceſſus, grabati indicat fractio, cujus compages irruente populo minutatim ſoluta eſt.

O inenarranda benignitas Redemptoris! quem nulla viderant prodigia facientem, jam pro ſancto colebant. Quippè, & infirmos quoſque deferentes ſuper Sancti corpus ſpe reſtituendæ ſanitatis ingerebant; neque ea res eos habuit falſos. Ubi enim perfecto feretro, nitidiſſima B. Nicolai membra luculentiſſimus, juſſu Archiepiſcopi, qui ſecus altare eſt, locus contineret, & ex Miſſali officio parum ſupereſſet; innumeræ deinceps per eundem Chriſti famulum virtutes oſtenſæ ſunt, quæ non ſolum hoc temporis, quando beata Chriſtianorum fides eſt florida, ſed in exordio ad Eccleſiæ ædificationem ſufficerent.

Quædam igitur puella Tranenſis indigena, cui Mundellæ vocabulum eſt, lumen, quod annorum trium ſpatio amiſerat, cupiens, ad Eccleſiam, qua ſanctus detinebatur, anxia cum cætera turba convenerat, ſperans ſalutem poſſe adipiſci: tametſi Sancti fama nondum vicina compleverat. Quę ubi ſuper venerandum irruit corpus, nobis adſtantibus, diem clarum proſpexit. Quæ res miraculorum initium, & B. Nicolai vitę teſtis extitit, & infirmantium corda in maximam ſpem arrexit.

Hoc ergo ſignum mulierem aliam, Biſantiam nomine, cominus adſtantem, cujus brachium jam dudum aruerat, propius accedere compulit; quæ circumfuſæ multitudinis denſitatem vix irrumpens ad deſideratum corpus tandem pervenit. Cumque oſculans inhęreret, priſtinæ reſtituta eſt ſaluti; & expectantium animos in Chriſti laudem promovit erumpere.

Mulier etiam quædam, Alva vocabulo, doloris nimietate fatigata, corporis nodoſitatem ab olim fuerat paſſa; cumque ad Eccleſiam ducta, ſuper ſanctum fuiſſet effuſa ſacrum corpus, corporis extemplo nodum abſolvit.

Cum hæc, & alia quamplurima per beatiſſimum Nicolaum efficerentur miracula, jamque dies inclinaretur, Biſantius Tranenſis Archiepiſcopus, & Auguſtalis SynKellus genere clarus, facundia clarior, nulliq; ſecundus, cum omni Clero accedens venerabile corpus reverenter abſtulit, & in quendam ejuſdem Eccleſiæ angulum cum laudibus, & honore debito deducens dignæ tradidit ſepulturæ, glorificans Deum, qui urbem Tranenſem tanto locupletavit theſauro. Recondito itaque ſacro corpore non ſolum virtutum magnalia non ceſſarant, verum uberiora fiebant, ſicut ſubſequens inſinuabit ſermo.

Puer quidam igitur Tranigena, cum ab infanti eſſet contractus, longævo jam ægritudinis labore defecerat. Is ergo B. Nicolai opinione percepta, contractione deſiderans enodari, ad ejus tumulum properè allatus, optato potitus eſt beneficio.

Adoleſcens quidam, Petracca nomine, nobili genere ortus, cujus artus proprio officio deſtitutos continua innodarat contritio, cum juxta venerabile corpus aſſiſteret, quod optanter popoſcit, populo adſtante munus obtinuit.

His ergò peractis beatiſſimi Nicolai fama paſſim diſcurrens non tantum finitimos, verum longinquos, Tranenſem accerſibat ad urbem. Qui inopinato exciti terrore infirmos variis ægritudinib. laborantes ad ſanctum corpus devotiſſime deferebant. Porrò languentium copia numerum ſuperabat, è quibus plurimos reddita ſanitas repatriare conceſſit.

Vigilienſis quidam, nomine Deſigius, cujus membra ſedulo cruciatu detenta, jam dudum nodoſa torpuerant: dum B. Nicolai deprehenderet mirabilia, ad ejus arcam deſideranter acceſſit; qui paulo poſt extentus domum propriis pedibus repedavit.

Interea homo quidam Calabriæ incola, audiens innumeras virtutes, quę per Chriſti famulum Nicolaum in urbe Tranæ jugiter oſtentabantur, ipſius ſarcophagum credula ſpe advenit, reſumendi luminis, quo indigebat, fiducia. Qui poſt puſillum clari viſus adepta gratia, ad propria ovanter diſceſſit.

Paucis interim decurſis diebus, quędam mulier Tellicienſis, quę nuncupabatur Maria, cujus corpus totum erat nexibus colligatum, ut ſingula membra ſuis vacarent officiis, ad Sanctum deducitur tumulum. Hæc autem urbem Tranen. ingreſſa reſpicientium introitum terruit. Quippe quia in aſino ſedere non poterat, in cophino ad inſtar globi allata eſt. Cumque coram Sancti procumberet tumulum, incredibile memoratu

*eſt quam facilè priſtinam receperit ſanitatem.*

*Modico temporis elapſo, cum beatiſſimi Nicolai celebre nomen per totius Italię climata latius increviſſet, contigit quemdam Flandrenſem, Andream nomine, quem, pręter brachii dextri ariditatem, dęmonis manciparat nequitia, Tranenſem profectum ad Eccleſiam Sancti ſuffragium oraturum. Hic itaque prope reverendum corpus aſſiſtens, ſpectanti populo pavorem addidit; nempe ubi ſpiritus immundus moleſtius infeſtarat, ſolo tenus conſternatus ſemianimis palpitabat. Taceo equidem, quod marmorea capite pulſaverit pavimenta; quodq; ſui oris ſpumę ora linierint. Quadam tamen die juxta altare, quo Sanctus prius jacuerat adſtans, ſubito effectus liber, palmas utraſque, multis videntibus, ad Cœlum erexit illæſas, & Dæmonem interventu B. Nicolai abſceſſiſſe gaviſus, omnipotenti gratias egit immenſas. Hoc profecto glorioſum miraculum neminem Tranenſium latuit: nam in Curia benigniſſimi Archiepiſcopi diu permanens ejus denique juſſu, Hieroſolymam adiit lætus.*

*Eodem tempore mulier quædam, Anaſtaſia vocabulo, ex oppido Mutilæ, quam nequiſſimus superirruens ſpiritus crudeliter vexabat, ſanguinolenta crines, oraque lacerata, ad beatiſſimi Nicolai Peregrini refugium acceſſit anhela, quem alacrem illico ſenſit adjutorem; ſiquidem ante ejus obdormiens ſepulturam, dæmonio eſt liberata: quæ expergefacta, interrogantibus ſe, qualiter hoc acciderit, vocem dicentē ſibi audiviſſe: ſurge mulier, quia ſana facta es, &c.*

*Poſt multum temporis cujuſdam noſtri concivis uxor, vernaculo nomine Roſſula, dæmonio tenta, ad Sancti ducitur tumulum. Cumque eam peſſimus dæmon inſtanter fatigaret, pluraque execranda ejuſdem ore loqueretur, nonnulla etiam de B. Nicolao Peregrino proferret, multis præſentibus ab ea diſceſſit, quam ante præclari Archiepiſcopi conſpectum Dominus ejus libertati donavit.*

*Sub ipſo denique tempore puer quidam, Urſo nomine, quem nodoſitas artuum thorum ſervare coegerat, B. Nicolai Peregrini, cujus nomen acceperat, auxilium expetivit, & in præſentiarum ſuæ ſecutus eſt petitiones effectum; ſiquidem eadem hora infirmitate ſolutus, quo Sanctus quieſcebat, plurimis comitantibus, citiſſimis paſſibus properavit.*

*Hoc itaque geſto, mulier quędam, cujus vocabulum erat Gemina, infirmitatis magnitudine enervata, quatuor annorum curſu membrorum officio ita erat deſtituta, ut ſaltem manus neque ad os ducere poſſet. Hæc vero lectulo domi recubans, B. Nicolao, de quo multa, & magna audierat, preces effudit; quæ haud mora, exaudita incolumis aſſurrexit, & ad Sancti tumulum magna comitante caterva velociſſimis inceſſit greſſibus, Deogratias agens, qui per famulum ſuum Nicolaum Peregrinum ſui miſertus eſt.*

*Hæc de beatiſſimi Nicolai Peregrini Confeſſoris Chriſti miraculis paucis dumtaxat, idemque breviter delibatis perſtrinxi; optimum factum ratus prolixitatem vitare: cum nec omnia, nec per omnia, uti geſta ſunt proſequi valuerim, quem tempus deſeret, copia nunquam. Ad notitiæ igitur ſufficientiam ſagaci lectori abunde æſtimo dictum, cui ex his quantus qualiſque beatus extiterit Nicolaus evidenter patebit. Itaque portu, quò mihi erat curſus, contacto, tempeſtivum eſt anchoram jacere, claſſemq; ſtabilire.*

*Gaudeat igitur, & exultet Trane, quæ in fine ſęculorum tot meruit videre miracula; gaudeat, inquam, ſemper, cui beatiſſima Virgo Maria tantum conceſſit Patronum; gaudeat, quæ tantarum virtutum irradiata ſplendore, inter urbes Apuliæ quaſi lampas æterna luce ſplendebit. Committamus ergo nos ejuſdem beatiſſimi Nicolai ſuffragio, quatenus ſuę benignitatis precibus poſcat nobis ſalutare remedium, & continua protectione nos a præſentibus, & futuris muniat adverſitatibus. Quique à nobis digne celebratur, & colitur, pro nobis exiſtat perpetuus interceſſor. Ut ſicut ipſe unus de angelicæ militiæ numero perenniter jubilat in cœleſtibus, ita & nos æterni gaudii concedat eſſe participes. O' beatiſſime Nicolae ſupplicum vota reſpice, preceſque attende: cunctiſque Tranenſibus auxiliare propitius; præcipuè Biſantio Tranenſi præclaro Archiepiſcopo, necnon imperiali Synkello, cum univerſo ſibi Clero commiſſo; qui tuæ celebritatis deſiderantiſſimus inſtitutor mihi Adelferio ſuorum famulorum infimo ad tui nominis laudem hæc præcepit ſcribenda; quatenus te protegente, perpetuo tueatur præceptor, & ſcriptor.*

*Obiit autem beatiſſimus Nicolaus Peregrinus anno Dominicę Incarnationis milleſimo nonageſimo quarto, Indictione ſecunda, menſis Junii ſecundo die, feria ſexta. Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre, & ſancto Spiritu vivit, & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*

*Cum non ſim tanti, Præſul venerande Biſanti;*
*Nec dictare bonus, tu tamen addis onus.*
*Veſtris præceptis parens hortamine mentis*
*Scribere conabor, ſit licet ipſe labor.*
*Advenit partes has, has qui noverat artes*
*Proclamare, meus, tu miſerere, Deus.*
*Dextra crucem geſtat, Chriſti laudamine præſtat;*
*Hunc populus ridet, cum ſua facta videt.*
*Nam loca cum turbis puerorum circuit urbis,*
*Quos pomis placat, non tamen ore vocat.*
*Progreditur lætus; gaudens, ac corde facetus,*
*Spiritus afflatus cœlitus eſtque datus.*
*Clamans quoque foro dum pergeret ore canoro.*
*Junctum languori contigit ecce mori.*
*Educens luctum vulgus ruit undique cunctum;*
*Illum jure petunt: Eccleſiamque ferunt.*
*Hic ſunt oſtenſæ virtutes denique denſæ,*
*Quas plebs miratur, huic ſtupor atque datur.*
*Nam cæci cernunt, & claudi quam bene pergunt.*
*Quot bona dantur eo, non numerare queo.*
*Gaudeat ergo Trane, cui fulſit amabile mane.*
*Quæ meruit donum tam retinere bonum.*
*Te rogo defendes Nicolae beate Tranenſes,*
*Pontificemque tuum, Alferiumque ſuum.*
*Omnia cernenti ſit gloria Cunctipotenti,*
*Qui deitate manet trinus, & unus. Amen.*

10 HUBALDUS Tranenſis Archiepiſcopus Paſchalis II temporibus vixit, interfuitque conſecrationi Gelaſii Papæ II. anno 1118. apud Pandulphum Piſanum in vita Gelaſii. X.

11 VERTERANDUS Archiepiſcopus Tranenſis interfuit Panormi coronationi Rogerii Siciliæ Regis an. 1129. apud Rocchum Pyrrhum Chronol. Reg. Sicil. ex m ſ. Chron. XI.

12 PEREGRINUS Tranenſis Archiepiſcopus fuit anno 1141. pauloque poſt diem ſuum obiit. XII.

13 BISANTIUS Junior, Biſantii ſenioris alumnus, ab eodem à pueritia enutritus, Ordinibus ſacris inſtitutus, ac Eccleſiaſticis doctrinis imbutus, poſt longum temporis intervallum in Tranenſi Eccleſia ſucceſſit circa annum Domini 1142. Is piiſſimi patris pius filius, & Epiſcopalis dignitatis egregius hæres veſtigiis inhærens in ſanctum Nicolaum Peregrinum amorem ſuum, ac devotionem conſecravit, præcipuaque ſollicitudine intendit. ut Eccleſia jam diu à devoto Tranenſi populo ex eleemoſynis in honorem ejuſdem Sancti excitata, abſolveretur: in qua anno 1143. 4. Non. Octob. ſumma celebritate una cum Abajalardo Brunduſino Archiepiſcopo, Aſtunenſi, Arianenſi, Rapollenſi, & Andrienſi Epiſcopis, copioſo quoque Abbatum, ac Clericorum numero corpus ſanctiſſimi viri tranſtulit. Cujus translationis hiſtoriam, ac patrata ea quidem occaſione miracula, ejus juſſu ſcripſit Amandus Diaconus Tranenſis in hunc modum. XIII.

*Hiſtoria translationis ſancti Nicolai Peregrini Confeſſoris Tranenſis.*

*Puræ voluntatis conceptus, ex quo ſancti Spiritus ſemine procreatur, excreſcit, opportuno tempore ad lucem quærit egreſſum, honeſta imitatione nutritur, perficitur, & roboratur. Cum igitur, Biſanti venerabilis Archiepiſcope ſacræ Tranenſis Eccleſiæ, innata benignitate intenderes animum, ut B. Nicolai corpus ſolemniter, & feſtivè ad domum in ſuo nomine conſtructam transferre: non ſolum ad hujus tam honeſti propoſiti executionem, divina*

gra-

*gratia, inſita bonitas, honeſtas negotii, ſancti viri reverentia te armavit; verum etiam prædeceſſoris tui beatæ memoriæ Biſantii Archiepiſcopi, qui te à pueritia Ordinibus ſacris inſtituit, & doctrinis Eccleſiaſticis educavit, ſollicitudo, & ſtudio erga eundem virum beatiſſimum incitavit, ut cordis cogitatum digno effectu perficeres; & („operi), quod ipſe prius magna devotione incœpit, à te perfecto devotius ultimam manum imponeres.*

*Sed quoniam prædicti Archiepiſcopi præceſſoris tui (pietate jubente) litteris eſt commendatum, quod in ejuſdem viri ſanctiſſimi tranſitu, multiplex divinæ virtutis judicium patuit: æque litteris quoque mandari decrevit quædam de multis jam dicti Sancti viri virtutibus, & miris actibus, quæ eo temporis nondum fuerant figuris linearum impreſſa: & qualiter, quanque honorifice ipſius ſacri corporis ſit celebrata tranſlatio. Quippè pii Patris veſtigiis, pius filius, & Epiſcopalis dignitatis hæres egregius, inniti ſtuduiſti. Eodem igitur divinæ charitatis ardore, me Amandum Diaconum, quamvis immeritum tuæ paternitatis famulum, quæ litteris formari quærebant, memoriæ commendare juſſiſti, onus laboris cum honoris munere temperans. Quare quia nunquam juſſionem tuam in quolibet negotio meo exequi officio pro viribus recuſavi: huic tam præclaro deſiderio minimè ſum auſus contradicere: licet res ſit ardua, & exercitatiori pertractanda ingenio; ne ſi aliquatenus à tam pulchro munere declinarem, vel callida ignorantiæ ſimulatio videretur, vel ad inobedientiæ ſimulatione præcipitium laberemur. Vt ergo cujuſdam ſapientis viri utar eloquio, difficillima tuæ juſſionis recuſatio, ſit mihi audacis incœpti excuſatio. Verum quoniam libellus iſte ſcilicet tantæ cenſuræ præſidium confugit, ut eum ab æmulorum morſibus, auctoritatis clypeo tuearis, vehementer efflagitat, Chriſti Confeſſor: officioſus, juſſioni tuæ pronus, compendii ſtudioſus, multis profuturus: hinc ad virtutum profectum, & appetitum cæleſtium, hinc ad vitiorum deteſtationem, & terrenorum contemptum.*

*Divina igitur pietas, ubi B Nicolao Peregrino Confeſſori, liberum ex hac luce ad cælos dedit egreſſum, ſacro ejus corpore in angulo Eccleſiæ collocato, ſigniſque mirificis cæl'itus decorato, viſum eſt dignum fore juſtitia, humilitati congruum, poſteris utile, ſi viri Dei miracula, quæ jam ſacris vivebant apicibus, in Sanctorum numerarentur Catalogo, auctoritatis Apoſtolicæ mandato ſubnixa. Hoc inquam, venerab. Archiepiſcopo, de quo ſupra mentio facta eſt, animo revolvente, eaque propter Clero, populoq; Tranenſi collecto, an, quod ipſe faciendum fore prævideret, communi favore ratum omnium cenſeret aſſenſus, voce modeſta, veneranda gravitate inquiſivit. Vbi quod cunctis placeret, clamatum eſt, quaſi divino firmatus oraculo cum viris egregiis de Clero, & populo, ſynodale concilium petiit, quod eo tempore Romanæ felicis memoriæ Secundus Vrbanus ſummæ Romanæ Eccleſiæ Pontifex celebrabat. Cum autem primum coram ſacro Conventu D. Papæ fandi data eſt copia; poſt ſalutationis affectum, & oſculum, vitam ſancti viri, & eius tranſitum declaratum miraculis, breviter idem Archiepiſcopus (ut erat) ore modeſto expreſſit, reputans hoc quoque ad gloriam Dei, & ſancti viri præconium, & urbis Tranenſis ſucceſſum pertinere. Quæ res à tanto etiam ſacrorum virorum conſeſſu attentè audita eſt, & fidei verba conſequenter accepta; & quod Deus in Sanctis ſuis eſt glorioſus, ſit communiter ab omnibus collaudatus. Mox beati viri miracula, ſicut chartis nuper erant impreſſa, ſacris Domini Papæ manibus ſunt præſentata. Quibus avidè perlectis, communi Fratrum conſilio, Romanus Antiſtes ea (ut erat) lenitate reſpondit, ſe, totumque cætum venerabilem audiſſe, & credere quicquid de viro ſancto, tanto teſtimonio didiciſſee, ciuſque honeſtæ petitioni præbere aſſenſum, totumque ipſius, quod peteret, voluntati committere, à nulla parte geſtorum fidem ſubtrahentes. At Reverendo Archiepiſcopo inſtanter poſtulante ſententiam ore ſacro editam, ſacris Summus Præſul juſſit litteris informari, plumbeoque ſigillo, ne quis ambiguitati locus reſtet, inſigniri; & ne oblivio ſacræ nocere poſſit hiſtoriæ, Apoſtolicæ litteræ in Armario Tranenſis Eccleſ. ſunt repoſitæ, quarum ſententiam omnium exponendam notitiæ hic me juſſiſti Archiepiſcope venerabilis, inſerere.*

*Vrbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Clero, & Ordini, Nobilibus, & Plebi Trani conſiſtentibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

A *Cum, largiente Domino, nuper cum magna Epiſcoporum, Abbatumque frequentia, ſynodale concilium ageremus, venerabilis frater noſter Biſantius veſtræ civitatis Archiepiſcopus, venerabilis viri Nicolai (qui apud vos Peregrinus cognominatur) nonnulla miracula coram univerſo Concilio ſcripta, edita recitavit, & eundem Dei hominem auctoritate noſtra in Sanctorum Catalogo annumerari inſtantiſſimè poſtulavit. Nos igitur cauſam ipſam eidem fratri noſtro commiſimus: de ejus nimirum probitate, ac ſcientia nihil hæſitantes, ut quod ei [revelante Domino] viſum fuerit, maturiori deliberatione inſtituat, ad laudem, & gloriam illius, qui gratuita miſericordia famulos ſuos mirificè glorificare conſuevit.*

*Prædictus autem Archiepiſcopus in ſuam reverſus Eccleſiam, cum miſſione Apoſtolica, & benedictione comitante, in B. Nicolai Peregrini honore incœpit Eccleſiam, tanti viri veneratione dignum exiſtimans, ut qui jam in cœlo à Deo ſedem receperat, ab hominibus quoque in terra Oratorii mereretur honorem, in quo ſuppliciter poſtulantibus mitis adeſſet. In cujus fundamentis primum lapidem cum*

B *benedictione conſtituit, ut & ſuam devotionem oſtenderet, & populi deſideria incitaret. Ex eo autem tempore, quot, quibuſque ſuorum fidelium Deus omnipotens ejuſdem Sancti viri meritis priſtinæ ſalutis ſtatum reddiderit, quotque periculis oppreſſos liberarit, humana lingua enarrare non ſufficit. Ego tamen, Pater colende, tuæ juſſioni obſequens, in ejuſdem Dei viri ope confiſus, de innumeris quædam elegi, plurima id genus intacta relinquens.*

*Quodam itaque tempore, dum ſervus cujuſdam (Petrus nomine) navicula duceretur, piſcationis exercitio deditus, eum Dæmon invaſit, mentemque priorem expulit, atque hominem toto cedere juſſit pectore. Tunc rabiem ſpuma prodidit, & à diro vectore poſſideri, morſus, & concuſſio dentium patefecit. Domum ducitur coarctatus, qui, quos non poteſt manibus, morſibuſve lædere, verbis laceſſit. Ratus tremor videntes occupat; omnes divina ultio ad ſui cognitionem reducit, & ad morum correptionem hortatur. Tandem ſalubri conſilio, quem Dæmon poſſidebat, ut erat manus, collumque innexus, ante tumulum Chriſti Confeſſoris adducitur. Quod ubi hoſtis callidus, dirusque*

C *invaſor perſenſit, velut jam nunc æternis cruciatibus arctaretur damnandus, cum reniti ſummo conamine videres, & eos, quibus conſtrictus nexibus nocere nequibat, voce horribili, oris fremitu volebat terrere. Vbi tandem ſuas inſidias vexator incaſſum vidit procedere, neq; proſpicit aditum evadendi, prædicit, ſe hominis Dei meritis à domo ſua urgendum, & infra noctis vigilias, vas, quod invaſerat, relicturum. Locum, in quo erat ille, quem Dæmon infeſtabat, frequentia civium utriuſque ſexus celebrem fecerat: orationes ad Dominum fundi communi voto, gemitus adſtantium edocebat: omnes una voce virum Dei flagitabant: cum ſubito circa Galli cantum, vir Dei orantibus affuit, immundum ſpiritum ejecit, & Dei creaturam ab invaſore liberam fuiſſe, ſanguinis vomitu patefecit. O quanta tunc fuit hominum exultatio, quanta, & quot Dei ſunt celebrata præconia, qui ſic Sanctum ſuum glorificare voluit, ſic in illius gloria collaudari! Tunc vir ille, quem Sanctus Dei liberaverat, à ſervitutis quoque iure ſolutus, longo tempore ſub S Nicolai ſervitio ſe devovit Poſtea verò ſacræ Religionis habitum ſumpſit, cum-*

D *que religioſam agere vitam, in S. Benedicti monaſterio (quod Salerni eſt) plerique noſtratum videre.*

*Plerique quoque carceribus mancipati, hujus beati viri opem in ſuis miſeriis invenerunt Quidam enim cum arctius præter carcerem ferreis compedibus urgerentur, hujus hominis Dei auxilio ſuppliciter poſtulato, ſeris emotis, ferro pedum (virtute Divina) ſoluto, eum datorem libertatis propitium, & ducem itineris invenerunt. Quoties quoque eius oratorium petentibus depulſis morborum varietatibus integritas ſit reſtituta, plurimæ cerearum ſpecies imaginum, formæque argenteæ indicant, quæ votorum pignora in templi viri Dei faſtigiis ad honorem Dei, & gloriam ſunt ſuſpenſa. Sæpe ubi ſacrum limen tetigere, quorum ventrem, vel brachia, orbes ferrei penitentiæ nomine ambierunt, ad divinæ virtutis teſtimonium, crepante ferro, corporis, animæque ſalutem adepti ſunt.*

*Quanta navibus laborantibus facilè impendant beneficia, nemo dignè ſufficit explicare. Nam cum quædam navis ſanctum Domini Sepulchrum petentibus onerata,*

*alta pelagi jam teneret, hyems horrida æquora movit: puppes ſocias uſq; ad Cautes Dalmatici litoris vexatas ejecit: præter navium naufragia, magna pars naufragorum interiit. At navis illa, quæ à Leonis ſigno Navis Leonis dicebatur, cum pro libitu tempeſtatis, fortunæ commiſſa duceretur, ſcopulo cuidam in medio maris eſt impoſita; hinc inde procellis impugnatur: jam jam invaditur, periculum mortis fluctus inſurgens minatur; rectores enim, & nautas artis ratio, & vires reliquerant; ſalus jam penè erat exhauſta; cum omnes nautæ, atque Peregrini opem Chriſti militis Nicolai Peregrini efflagitant. Tunc Peregrinus Nicolaus ſubvenit Peregrinis, ſe petentibus ſingulare auxilium benignus largitur, adeſt in extremis agentibus. Res mira! ſub ea ſpecie, qua per Urbem incedebat, expeditus in gubernaculo adſtare viſus eſt, navem à ſcopulo, & à periculo liberavit, ad portum quendam per mediam hyemem, & denſas noctis tenebras procellis invitis advexit. Hoc multis narrantibus fidem meruit; & ne quis maligno animo Deo deroget, quia per Sanctos ſuos uſque ad conſummationem ſæculi operatur, ad patratæ rei memoriam Navis cerea cum omnibus ſuis paratibus adhuc in eadem pendet Eccleſia, Confeſſorque Chriſti Nicolaus in ejuſdem Navis gubernaculo (ſicut apparuit) extat: quod quidem navis rector, ut novit, reddidit.*

*Quod autem nunc narro miraculum, oculata fide comperi. Cum navis quædam, palmiferis onerata, rediret à Syria, in qua etiam cum cæteris ego exiſterem, ventus à cardine Auſtrali primo lenis aera movit, paulo poſt vehemens irruit, cœlum tenebris clauſit, vires pelagi ſuſcitavit: navis curſu rapido pellitur, utriuſque veli ſinu tumente inſolita celeritate rapitur. Cum furor venti repente proræ tumida vela in partem oppoſitam ſinu converſo ſupinat, atque circa malum implicuit: nam in modum crucis illa puppis mali utriuſque brachia deducebat. Spem ſalutis, & rationis uſum timor urgens abſtulerat. Navis magis, magiſque interitum minabatur, vis maris, flammiſque creſcebat. Tunc metus inſtans vocis clauſerat iter, & colore plumbeo imminens mors ora cujuſque infecerat. Nova vota timori ſunt inventa novo. Nam votum erat nautis, malum crepare per medium, quatenus leviore incommodo à majori eriperentur periculo. Cum ſubito nautarum quidam à puppe Nicolai Peregrini opem voce maxima invocat dicens: Sancte Nicolae, cujus hodie feſtum agitur, adjuva pereuntes; eo enim die ipſius viri Dei natalitia colebantur. Ad hanc vocem omnium Peregrinorum ora laxata ſunt, dicentium: Sancte Nicolae Peregrine adjuva Peregrinos. Statim vis venti retorta eſt, velumque ad ſtatus rectitudinem (cunctis ſtupentibus) eſt relatum, eoque die cunctis conſtitit interventu viri Dei ab imminenti periculo fuiſſe liberatos, cujus etiam ope Ydronti litus eodem die contigimus.*

*Cum autem jam tempus accederet, in quo B viri reliquias ad domum propriam Divina pietas vellet transferri, idem B Nicolaus quibuſdam religioſis perſonis per ſomnia perſuaſit, quatenus nunciarent, ſe velle ſuas reliquias loco ſibi parato reponi, nec oportere differre ulterius. Veſtræ igitur electionis tempori, Præſul venerabilis, eſt ſervatum, quod præteritis temporibus aliis non eſt conceſſum.*

*Hoc enim prius vehementer optabas, hoc ſatagebas explere, ad hoc exequendum te digniſſimum reddidit longus votorum affectus: quid enim Deo gratius, quid celeſti præmio dignius? quid in hac vita honeſtius, quam Chriſti militibus deſervire, eos digno cultu excolere, atque debitam illis reverentiam exhibere? Cum itaque tempus viſum eſt opportunum, quo & motus Apuliæ fuiſſet ſedatus, & ſi qua divina gratia vellet ad ſuam gratiam, & gloriam, & honorem ſui militis exhibere miracula, multitudo undique collecta eorum fieret teſtis: tuæ prudentiæ placuit, & vicinos, & longinquos Epiſcopos invitare, ut ſacer Epiſcoporum cœtus ſacro corpori ad proprium Oratorium ferendo famulatum impenderet, illudque honorificè collocaret. Abajalardus igitur Brunduſinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, tam generis, quam morum claritate illuſtris, vir magnæ ſcientiæ, cui Tranenſis affuit. Aſtunienſis * Oſtunienſis. Epiſcopus, Arianenſis Eccleſiæ Præſul, Rapollenſis Epiſcopus, Andrienſis Epiſcopus cum aliis Epiſcopis, & denſo Abbatum, & Monachorum collegio convenere. Præterea tota ferè Apulia eſt excitata.*

*In hoc etiam magna Omnipotentis virtus apparuit: nam catervatim quæque Apuliæ urbs, vicus, vel municipium ſuos populos ad Sancti Viri mittebat honorem. Tantus enim fuit concurſus hominum, quod eos ſpatium urbis vix caperet. Quis tunc ferreus, nulla etiam ſancti hominis adhuc ſigna expertus, ex ſola tantæ multitudinis devotione, hunc virtutibus perfectum non judicaret? hunc Deo per omnia placuiſſe non intelligeret? hunc pro ſe non exoraret? ſcilicet hunc verè Sanctum non prædicaret, qui ad ſuæ translationis honorem, tot urbium domos, tot villas, & caſtra exhauriret. Unum omnium votum, unus erat affectus, præſtolantium ſigna celitùs exhiberi: nam diverſorum morborum varietatibus læſos, cum quanta frequentia conveniſſe cernebant. Quis verbis ſufficeret explicare, quanta exultatio, quanta ſpes infirmorum? ut jam eſſet indicium, ſanitate proxima, eos ad ſoſpitatis ſtatum eſſe divina ope redituros. Noctis igitur captato ſilentio, cui dies Dominicus ſuccedebat, cum prima quies animalium artus implicando foveret: locum illum, ubi corpus ſanctiſſimum quieſcebat, paucis religioſis Sacerdotibus comitatus, Archiepiſcope venerande, ingrederis: ad ſacrum tumulum non ſine magno timore accedis; modeſtè aperis. Cum ſubito theſaurum ſacri corporis glorioſo nitore micantem inſpicis, odoris ſuaviſſimi novitatem intraris: oſſa ipſius (ſicut erant) roſeo colore nitentia intentus intueris. Illud corporeum, in quo eius caro ſanctiſſima tranſiit, nec enim ipſum terram, vel pulverem audeo appellare, novitatis ſpecies oculos mirantium tenet infixos. Tunc timor, & reverentia, ne ſacras contingas reliquias, te retardant, quibuſdam tuorum comitum hoc officium ſub obedientiæ jure committis. Quare præcepto coacti faciunt, quod, dum faciunt, expaveſcunt. Theſaurum itaque illum in arca cypreſſina, quæ ad hoc erat parata, cum ſumma reverentia reponunt: ſigillo conſignant: cuſtodibus Eccleſiæ nocte illa ſervandum committunt. Vix dum ſol terras luce luſtraverat, Eccleſiæ ambitum, & atria populoſa multitudo replevit. Chriſti Sacerdotes conveniunt, hymnos concinunt, laudes conſonant, ora omnium ad Chriſti præconia reſolvuntur, oneri ſancto Epiſcopi ſubeunt, qui poſtea referebant, nunquam ſe in re ejuſdem menſuræ tantum pondus fuiſſe expertos: morum enim gravitas, & conſtantia eſt oſſa collecta. Dum autem ſancti Viri reliquiæ (ferentibus Epiſcopis) ad propriam domum portantur: cum nulla ubique nubes ſerenitatem aeris impediret, repentè duæ columnæ nubium ab illius Eccleſiæ culmine ad cœlum erectæ adſtare viſæ ſunt, tota eas multitudine, quæ erat extra Eccleſiam, intuente. Milites etiam templi Domini, qui paulo remotius ab urbe diſtabant, hoc cernentes, dixerunt: illud ſtupendum miraculum ſacri corporis translationem indicare. Erant enim luce quadam perfuſæ, recto ductu æthera contingentes, per quas (ut opinor) celeſtium civium ad ſui concivis honorem erat deſcenſus. Collocato igitur hominis Dei corpore, columnæ illæ nubeæ viſus aciem reliquerunt. De illo autem, quod in tumulo viri Dei per oſſa ſacra remanſerat, quidam Epiſcopi ſecum tulerunt, & per ejus hauſtum variis infirmitatibus ſubvenerunt. Quot autem, & quanta virtutum ſigna oſtenſa ſint, & fiant quotidie, me fateor ad ea ſcribendum deficere. Quæ tamen litteris commendabo, veriſſima ratione cognovi. Hæc enim, quæ præſens ſervat oratio, ab ore Domini Ruſſonis Sacerdotis venerabilis avido pectore hauſi, qui eſt ejuſdem ſacri corporis Cuſtos, & noſtræ Eccl. Primicerius, ideoque multa de ſancto Viro perſpicacius eſt expertus; quædam magno ſtudio quæſita inveni.*

*Quidam Cornitanus videndi officio ſic privatus, ut ei nox continua rerum differentias premeret, inter populi frequentiam ante aram Chriſti Confeſſoris eſt ductus, & cuidam columnarum innixus, ne aliquo impetu populi (dimoveretur) cum lachrymis opem Viri Dei rogabat, ſperabat; cum improviſum viri Dei ſenſit auxilium, nube remota, viſum promeruit. Mirabile dictu, quod erat mirabilius factu Inſpecta luce, per ſe ad altare accedit, Sacerdotib. ſe præſentat, gratias Deo agit innumeras: B. Nicolaum Peregrinum magna devotione collaudat, ad celebres laudes ora populi laxat, in ore omnium nil reſonat, niſi Dei, & B. Nicolai præconium.*

*Haud diſſimiliter Salpitanum quendam longo tempore lucis ademptæ incommodo infelicem divina pietas reſpexit; nam cum ad B. Viri Eccleſiam cum cæteris conveniret, ſubita viſitatione cœlitus illuſtratur, videt, & ſine duce ambulat, quem ductor ſecum ad tam ſancta traxit ſpectacula.*

Galle-

*Gallorum quidam dives, & nobilis, dum Syriam peteret, caſu lumen oculorum prorſus amiſit, ut nec rerum colores, & lucis, & tenebrarum vices aliquatenus valeret diſcernere; qui reverſus famam beati Viri audivit, turbæ ſe inſeruit, famulorum ductu ad Eccleſiam venit, lampades duas utraq; manu coram ſacro Altari prætendit: præce continua manantibus lachrymis B. ſupplicat Nicolao, corde, ore clamat ad Deum. Cum tandem vultus hominum, jam diù deſuetos, divina clementia conſpicit, grates Deo debitas reddit, beatum Virum laudib. extollit ad cœlum. Poſtremò converſus ad turbam mirantium, & Deum in tanta virtute laudantium, cordis votum manifeſtat ſermone dicens: Deo, & B. Nicolao devotè promitto, mox ubi rediero, me fundaturum Eccl. in honorem B. Nicolai Peregrini, eamque tot prædiis, & redditibus dotaturum, quæ ad trium Clericorum uſum ſufficiant. Quis tunc præ gaudio lachrymis non manaret? quis Deo non benediceret? quis divinæ virtutis potentiam ſatis admirari valeret? in cujus ore nomen S. Nicolai non reſonaret? virtus rebus exhibita ſpem præbet miſeris, invalidis, triſtibus optatam potiendi ſalutem. Puer igitur quidam Eſculanus, cum dira paralyſis valetudine teneretur, ad domum viri Dei ductus, ad incolumitatis ſtatum rediit, itemq; quidam vir Pontentianus, qui ſimili laborabat periculo, ſimili ope viri Dei evaſit.*

*Puella quædam Trani degebat, quæ ſic erat movendi officio à pectore deorſum deſtituta, ut membrorum majori parte præmortua, ſolo uſu capitis & brachiorum vivere videretur. Quæ ſimul ac juxta ſacram viri Dei aram, ſub cujuſdam globi ſpecie propinquorum manibus eſt depoſita, interveatu B. Viri Divina virtus eam reſpexit; multis videntibus, ſurrexit, ſtetit, & ambulavit. Quod miraculum, ubi per populum eſt vulgatum, concurſus omnium replet Eccleſ.*

*Res mira! vident in ea membra vivere, quæ prius mortua fuiſſe didicerant, perſpiciunt, nervis ad uſum movendi laxatis, ambulantem, quam ſolam corpore nodoſo, & penè lapideo preſſiſſe cognoverant. Quis igitur dignè poſſit exprimere quanta laudum frequentia Eccleſiæ ambitum opplevere, quot vocibus æthera pulſavere? Meritò enim in Sanctorum beneficiis Deus eſt extollendus, qui facit mirabilia magna ſolus.*

*Haud ſecus quædam Rubenſis Puella, membrorum motu ab humeris deorſum privata, haud diſſimilem B. Nicolai opem promeruit. Similis eventus de ſimili periculo, in quodam Vigilienſi puero viri Dei ope multis innotuit.*

*Puppis quædam à Syria rediens, fere jam vota tenebat, Leucada viſam, & cognitam jam tranſibat: cum Circeæ procellæ ſubito motu maris, & aeris, terræ proſpectum auferunt; navis vi venti ducitur, ars eam rectoris deſtituit: bis duobus diebus, & noctibus amiſſo gubernaculo ventis quaſſatur, & fluctibus; omnes opem flagitant Nicolai; ejus auxiliare, ſolitumq; præſidium corde petunt, & voce. Cum vir Dei orantibus affuit; eam formam, & habitum, qua per noſtram urbem ſolebat incedere, aſſumpſit; Rectori, & palmigeris oſtenſus, navem munit, laudiaata ordinat. Mox paulatim navis illa minas pelagi, quæ prius vincebatur, enſuperat. Cum Rector à Peregrinis requirit, an illum adoleſcentem ſic Græcè veſtitum unquam aliàs fuiſſent intuiti. Qui ſe nunquam, niſi modò eum vidiſſe, ipſius etiam ope, ſe à periculo eripi credere. Mox nec veli, nec remigii arte, ſed ſola viri Dei ope Trinacriam ſunt advecti, portum Syracuſanum tenentes. Hoc ultimum, hoc inſigne miraculum ab ejuſdem Rectoris ore audivi.*

*Sed quoniam libellus iſte jam pertingit ad metum, finem votis, & precibus omnes communiter exoremus.*

*O B. Nicolae Peregrine, cujus opem infirma, & laborantia corpora ſentiunt, medere animabus, morbos vitiorum tuo interventu repelle, motus carnalis concupiſcentiæ ſeda, ſtatum mentis robora, ſer opem miſeris, adſis invocantibus, nautas rege, peregrinos Peregrine guberna, urbem Tranum tuere, Archiepiſcopum Biſantium prorſus tuo cultui devotum ab omni nocivo incurſu defende, Clerum, & Tranenſem populum protege, neque humillimum tuum famulum in tua ope confiſum cuſtodi, omneſque, quos tuo feſto per annum bis lætos efficis, ad æterna gaudia, & feſta continua exemplo, & imitatione levato: donante mediatore Domino Jeſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.*

*Sancti autem, & beatiſſimi Nicolai Peregrini traslatio celebrata eſt, ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti anno milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio, ſextæ Indictionis, quarto nonas Octobris, totius Catholicæ Eccleſiæ jura tenente Innocentio Secundo Apoſtolicæ Eccleſiæ Antiſtite. Rogerio vero magnifico Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, ſedis potentiam pacificè obtinente, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

XIV. 14 AMANTIUS, vel AMANDUS, fortè ille, (1) qui translationis S. Nicolai Peregrini ſcripſit hiſtoriam, in Tranenſi throno conſtituitur, cujus nulla alia habetur memoria, niſi illa in actis Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. celebrati anno 1179. cui idem ſubſcripſit Amantius.

XV. 15 SANMARUS Tranenſis Archiepiſcopus anno 1194. cum Nicolao Archiepiſcopo Salernitano, & Oſtunenſi Epiſc. aliiſque Regni Siciliæ ſummis viris una cum Villelmo puero Rege ab Henrico VI. Imp. captus in Germania carceribus eſt mancipatus, è quibus ſolutus anno 1187. ſubſcriptus reperitur in quibuſdam conceſſionibus ejuſdem Henrici VI. Imperatoris.

XVI. 16 G. Caſinenſis Ord. Abbas Tranenſis Eccleſiæ à Capitulo Archiepiſcopus electus anno 1202. pro qua electione examinanda ſcribit Innocentius III. Bituntino Epiſcopo, ac Martiano Subdiacono anno ſui Pontificatus 5. Dat. Later. 8. Kalend. Junii in regeſt. Vatic. ep. 69. an confirmatus in ea dignitate fuerit, me latet.

XVII. 17 BARTHOLOMÆUS Innocentii III. familiaris, eo mandante, Tranenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus conſecratur circa annum Domini 1206. de quo in vita ejuſdem Pontificis m. ſ. Vat. Biblioth. mentio habetur, ad quem etiam idem ſcribit Innocentina Nonis Julii anno 8. epiſt. 116 fol. 36.

XVIII. 18 *Fr. JACOBUS Ord. Prædicatorum ſacræ Theologiæ inſignis lector in Conventu Urbevetano aſſumptus eſt ad Eccleſiam Tranenſem circa ann. 1257. a ut Dominicani ſcriptores ſcribunt, de quo in Regeſt. Vaticanis nullam offendimus mentionem.

* Ex Arg. tom. 9. a Seu 1264. ut vult Fontana in Theatro Domin.

XIX. 19 NICOLAUM ex Apoſt. Capellano, ac Remenſi Canonico Clemens IV. ad Tranenſem ſedem ſublimavit, ſuiſque manibus ſacravit anno 1268. ut in ep. 38. fol. 148. ann. 3 regeſt. Vatic. Dat. Viterbii 6. Kalend Junii. Hunc Carolus I. Rex Neapolitanus Legatum miſit ad Pannoniæ Regem ad matrimonium contrahendum inter Carolum II. filium, & Mariam ejuſdem Regis filiam ann. 1271.

XX. 20 OTHOBONUS Antiochenus Patriarcha, factus eſt hujus Sedis adminiſtrator à Nicolao III. anno 1280. Kalend. Aprilis, cum electionem prius vitio factam cujuſdam Thomaſii de Foſſa Præpoſiti Eccleſiæ S. Antonii Aquilanæ diœc. declaraſſet. Epiſt. eſt nu. 34 fol. 28. anni tertii in reg. Vat.

XXI. 21 PHILIPPUS Abbas ſæcularis S. Hieronymi Verulanæ diœc. Tranenſi Eccleſiæ præficitur à Nicolao IV. an. 1288. Non. Novemb. ex eodem reg. ep. 342. fol. 19. ann. 1. fuit Caroli II. Regis Neapol. à conſiliis, cui ab eodem datum eſt Monaſterium ſancti Nicolai de Troja Ord. Militum Calatravenſium in commendam anno 1295. & poſſeſſio domus Urſatæ, quam à Bonifacio VIII. acceperat eodem anno, pauloque poſt exceſſit è vivis.

XXII. 22 Fr. JOANNES Ord. Minorum Archiepiſcopus Jadrenſis ad hanc ſedem translatus eſt defuncto Philippo an. 1297. 15. Kalend. Junii, jubente Bonifacio VIII. ex litteris ejuſdem datis Urbeveteri an. 3. reg. Vat. ep. 219. fol. 246. Exceſſit ann. 1298.

XXIII 23 ODDO, vel ODONUS Romanus nobili familia

(1) Non fuit iſte Amantius, qui mox relatam Translationis S. Nicolai ſcripſit hiſtoriam, ut ſuſpicatur Ughellus, ſed qui eidem [illegible]cilio Lateranenſi interfuit cum titulo Epiſcopi Vigilienſis, eo nomine ſecundus. Hic enim in prologo ad Translationem Ss. Sergii, Mauri, & Pa[illegible]leonis, XVII. Julii Bluſtandam, teſtatur ſe ſcribere, *ſicut*, inquit, *laududum*, *apud nobiliſſimam urbem Tranenſem*, *nos ſcripſiſſe B. Nicolai* [illegible]*rini*, *Confeſſoris Chriſti translationem recolimus*. Papebrochius in Actis Ss. Junii. t. 3. p. 236.

A familia Arceonea natus, Juris utriuſque conſultiſſimus, ac præcipua morum integritate vir clariſſimus in demortui Joannis loco, ex Archipresbytero Tyenſis Eccleſiæ, Archiepiſcopus renunciatus eſt à Bonifacio VIII. anno 1298. Id. Novemb. ex Reg. Vat. epiſt. 590. fol. 123. an. 5. memoratur in regeſt. Neapol. ad annum uſque 1314. extrema clauſit Joanne XXII. Pontifice ſedente. De Arceonea familia veteri ac illuſtri apud Romanos legendus bo. me. eruditus ac primarius in Urbe cauſarum patronus Theodotus Amydenas in lib. de familiis nobilibus Urbis, de qua etiam nos agimus in noſtro de priſca Chriſtiana nobilitate.

XXIV 24 BARTHOLOMÆUS ſucceſſor Odonis an. 1317. die 17. Septemb. ſolitum ſubſidium ſacro Collegio adpromiſit in lib. Oblig. Translatus ad Sipontinam Eccleſiam ab Joanne XXII. Idib. Januar. ann. 1327. a ex reg. Vatic. Poſt hunc Tranenſis Eccleſia commendata eſt O... PATRIARCHÆ Antiochiæ.

a 1328.
XXV

B



XXVI 25 BARTHOLOMÆUS Brancaccius b Neapolitanus priſcæ nobilitatis vir clariſſimus, ac Juriſconſultus longè illuſtris ad Archiepiſcopalem thronum Eccl. Tranenſis admotus eſt, translato Bartholomæo ad Sipontinam Eccleſiam ann. 1328. Hujus meminit Benedictus XII. in ep. ad Regem Robertum, cujus fuerat Orator ad obedientiam præſtandam ipſius Regis nomine, una cum Bertrando Montis Cavoſi, & Carolo Clarimontis Comitibus ann. 1335. cujus induſtria uſus eſt in Regni negotiis Robertus Rex, Regnique Vice-Cancellarium conſtituit, eoque in munere diem ſuum obiit Neapoli anno 1341. die 24. Novemb. ſepultus in Eccleſia ſancti Dominici, ubi adhuc ſpectatur tumulus cum hoc epitaphio. C

b De eo Toppius in Bibl. Neap. p. 37. Mandoſ.

*Hic jacet Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus Dominus Bartholomæus Brancaccius Archiepiſcopus Tranenſis, & Regni Siciliæ Vicecancellarius, juris civilis Profeſſor, qui obiit anno Domini MCCCXLI. die xiv. Novembr. x. Indict.*

XXVII. 26 ANDREAS civis, & Canonicus Verulanus, Nonis Martii ann. 1342. à Benedicto XII. creatus eſt Tranenſis Archiepiſcopus: brevis Præſul fuit, defunctuſque eſt Avenione, cujus extat electio in ep. 51. ann. 8. Benedicti in reg. Vat. D

XXVIII. 27 GUILLELMUS (natione Gallus) SS. Sergii, & Bacchi Andegavenſis diœc. Abbas Ord. S. Benedicti poſt Andream evaſit Tranenſis Archipræſul, Clemente VI. concedente a. Non. Aprilis anno 1343. poſt undecimum menſem à ſua electione ad Brundaſinam Eccleſiam translatus eſt, ut idem Vat. regeſt. notat ep. 99. an. 1. & epiſt. 59 an. 2 Clementis.

Porrò Abbatia SS. Sergii & Bacchi ſuper Meduanam fluvium fundatur à Neomenio Britanniæ Principe. Chopinus tamen ait hanc agnoſcere Clodoveum Galliæ Regem ſuum conditorem lib. 3. Politiæ tit. num. 8. De Guillelmo autem vide infra in Archiepiſcopis Brundaſinis, de quo etiam ſupra egimus in Epiſc. Caſinenſibus tom. 1. fuit enim ex Brunduſina Eccleſia ad Caſinenſem, & ex illa ad Tarbenſem in Gallia ſedem translatus, ubi extrema clauſit.

28 PHILIPPUM Epiſcopum Lavellinum ad hanc Tranenſem Eccleſiam transtulit idem Clemens VI. anno 1343. c 7. Kalend. Apr. Obiit verò ſub eodem Pontifice anno 1348. de quo in regeſt. Vatic. ep. 59. ann. 2. XXIX

c 1344. 5. Non. Maii.

29 Fr. MAGNESIUS (Ordo d & patria ignoratur) olim Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis evaſit Tranen. Archipræſul Non. Novemb. an. 1348. cui ſubrogatus fuit in Lubenſi Sacerdotio Fr. Paulus Zuccharus Florentinus Ord. Prædicat. Magneſius autem laudabiliter ſedit in hac ſede annis 4. mortuuſque eſt anno 1352. & in ſua Eccleſia ſepultus, cujus meminit Vatic reg. ep. 176. fol. 78. an. 7. Clemen. & an. 11. epiſt. 35. fol. 37. XXX

d Ordinis Prædicatorum.



30 Fr. JACOBUS Turæ Scottini e Turæ del Campanaro, & Catharinæ filius, Senenſis, Ord. Prædicatorum, vir conſpicua ſanctimonia clarus, defuncto Magneſio Archiepiſcopus Tranenſis renunciatus eſt à Clemente VI. Pontifice Non. Novembr. 1352. ita in reg. Vatic. ann. 11. Pontificatus ejuſdem ep. 31. fol. 39. legimus. Quanto tempore in ea dignitate vixerit, vel quo anno ad Lunenſem fuerit translatus me latet; tamen cum in Actis Conſiſt. Clementis VII. Antipapæ, cujuſdam Matthæi electi Tranenſis anno 1379. notam inciderim, videtur mihi ante illum annum, vel hoc ipſo anno Jacobus ad Lunenſem Eccleſiam translatus, cujus meminit vetus liber emortualis Eccleſiæ ſancti Dominici Senenſis in hæc verba: *Domina Katarina uxor olim Turæ Campanæ, & mater Domini Fr. Jacobi Turæ Campanæ Epiſcopi Lunenſis obiit prima Junii 1383. & ſepulta fuit in ſepulchro eorum juxta murum communem ex parte horti magni*. Hunc Jacobum illum eundem puto quem in noſtra Lunenſium Præſulum ſerie n. 43. Piccolomineum ſcripſimus, decepti à quodam moderno ſcriptore. Migraſſe vero Jacobum in Epiſcopatu Lunenſi ante annum 1386. docet Franciſci ſucceſſoris electio, quæ incidit eo anno. XXXI

e De eo Ugurgerius in Pompis Senen. Fontana in Rom. Prov. p. 318. & in Theat. Dom. p. 100. Mandoſ.

In eodem emortuali lib. fol. 7. S. Dominici hæc de Jacobo leguntur. *R. Pater Fr. Jacobus Campana, qui ſuæ adoleſcentiæ annos conſumpſit in ordine laudabiliter, multis ornatus promotionibus, & competenti litteratura inſignis; Juvenis factus per Papam Archiepiſcopus Tranenſis, quem multo tempore laudabiliter gubernavit, intendens ſanctis operibus, ut decet Epiſcopum juxta doctrinam Apoſtolicam, ſchiſmate vero Eccleſiæ jam incepto factus eſt Epiſcopus Lunenſis; in utraque vero Eccleſia cunctis fuit mirabiliter gratioſus; in ſecunda vero Eccleſia paucis annis conſumptis beato fine quievit.*

Hunc beati titulo inſignivere ob ejus pias, præclaraſque virtutes Prædicatorii Ord. Annaliſtæ, aſſeruntque, non tamen ſine errore, hunc Jacobum Turam nepotem fuiſſe alterius Fr. Jacobi Campanæ ejuſdem inſtituti alumni, & Tranenſis Archiepiſcopi, ex cujus translatione ad Lunenſem Eccleſiam,

illam

illum ad Cathedram Tranenſem evectum: cum ſatis conſtet in regeſt. Vatic. Fr. Jacobum Turam Tranenſem evaſiſſe ad ſedem defuncto Fr. Magneſio an. 1352. nullaque mentio in iis habeatur de alio Fr. Jacobo Campana; idem certè, & unus fuit Jacobus Tura, & Jacobus Campana, in duos perpudiosè diſſectus. Jacobus verò noſter Tranenſis Archiepiſcopus, & Epiſcopus Lunenſis fratrem habuit Angelum, cui cognomen adhæſit ab avo Scottino, unde poſteri ejuſde Scottinis cognomen indiderunt, ut me monuit Beliſarius Bulgarinus Senenſis vir nobilis, & antiquarum rerum peritiſſimus.

XX XII. 31 ANTONIUS de Lamberto *a* Neapolitanus Juris Civilis inſignis Doctor ab Urbano VI. poſt Fratrem Jacobum Turam Tranenſi infula decoratur, eximiè ſatis in tanta rerum perturbatione, deceſſitque in patria anno 1383. ſepultus in Eccleſia S. Dominici, ubi adhuc ad tumulum extat epitaphium.

*Hic jacet Rever. in Chriſto Pater, & D. D. Antonius de Lamberto de Neap. Juris Civilis Profeſſor, & Apoſt. Sedis gratia Archiepiſcopus Tranenſis, qui obiit an. D. MCCCLXXXIII. die xxiv. menſis Januar. vi. Ind.*

*a* Hujus meminit Toppius in Bibl. Neap. p. 28 & an. 2141. defunctum aſſerit ex ejus Epitaphio, quod corruptum, ut credo, profert.

32 MATTHÆUS *b* ſucceſſor datus eſt Jacobo à Clemente VII. Antipapa anno 1379. quo die ultima Januarii ſolitum ſacro Senatui ſubſidium ſolvit, ut in lib. oblig. actiſque Conſiſt. ejuſdem Clementis ſcriptum invenimus.

*b* Hi duo omittuntur ut intruſi.

33 JOANNES, fortè Joannes Baptiſta Aquilanus, in hac Tranenſi Eccleſia intruſus à Clemente VII. poſt Matthæum, cujus mentio tantum reperitur in libr. oblig.

XX XIII. 34 HENRICUS Tranenſis Archiepiſcopus fuit ab Urb. VI. poſt Antonium ad eam dignitatem vocatus, ante ann. 1390. defunctus ex iiſdem oblig. lib.

XXX IV. 35 RICCARDUS de Sylveſtris Tranenſis civis ſub Urbano VI. ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Capellanus, ac ſacri Palatii cauſarum Auditor, vir legali ſcientia clarus à Bonifacio IX. Tranenſis Archiepiſcopus delectus eſt anno 1390. die 24. Decemb. ex lib. Proviſ. Prælat.


XX XV. 36 JACOBUS ſucceſſit Riccardo anno 1393. ex eodem Oblig. lib. in quo notatur die 7. Novemb. ſolitum ſolviſſe ſubſidium.

XX XVI. 37 CUBELLUS Archiepiſcopus Tranenſis mortem obiit anno 1418. Martino V. ſedente, ex Actis Conſiſt.

XXX VII. 38 FRANCISCUS Caroſius nobilis Capuanus Epiſcopus Melphienſis ad Tranenſem Archiepiſcopalem ſedem translatus eſt à Martino V. an. 1418. 19. Kalend. Febr. cujus eximiam animi pietatem, egregiaque facinora breviter delibavimus in primo noſtro tomo in Catalogo Epiſcoporum Melphienſium, ubi & epitaphium ad ejus tumulum in Cathedrali Tranenſi exaratum, cum ille obiiſſet ann. 1427. die 27. Aprilis. („ *Eo præſule Tranenſi unita* „ *eſt Salpenſis Eccleſia, & utramque rexit Caroſius.*)

XXX VIII. 39 JACOBUS de Banchis Neapolitanus poſt Franciſcum hanc ſuſcepit Eccleſiam à Martino V. ann. 1427. die *c* 23. Julii. Sedit annis duodecim. („ *Obiit* 1438.)

*c* 16. Kal. Julii.



XXX IX. 40 LATINUS Urſinus *d*, Domicellus Romanus, paulo ante Archiepiſcopus Compſanus, ad Tranenſem Eccleſiam translatus eſt die 21. Novemb. 1439. *f* Hanc cum ille egregia animi virtute ſuſtineret Eccleſiam, à Nicolao V. renunciatus eſt Presb. Cardinalis anno 1449. exactoque anno ad Urbinatenſem Eccleſiam translatus, è qua ad Barenſem Archiepiſcopatum aſcendit. Princeps ſanguine, & virtutum magnitudine inter veteres illius ævi Romanæ Eccleſiæ Purpuratos clariſſimus, de quo vide ſupra in Archiepiſcopis Barenſib.

*d* e quo Ciaconius. Oldoini t. 2. col. 970.

*f* 1418.

41 JOANNES Urſinus, Abbas Farfenſis, Tranenſis Archiepiſcop. declaratus eſt 19. Kalend. Januarii anno 1450. hanc Eccleſiam rexit decem & novem omnino annos, antequam ex hac vita diſcederet, pallium, & pluviale aureum magni valoris Vatic. Baſilicæ dono dedit. XL.

42 COSMAS de Melioratis *g* Urſinus Innocentii VII. Pontificis Maximi gentilis, ex matre Romana Urſina, & ideo Urſinus nominatus; ab ea enim cognomen accepit, Monachus & Abbas Farfenſis Archiepiſcopus Tranenſis factus à Sixto IV. anno 1479. Kal. April. Mox Presb. Card. SS. Nerei, & Achillei creatus anno 1480. apud Brachianum Virginii Urſini oppidum, mortuus eſt die Mercurii 11. Kal. Decemb. 1481. ſepultus in Mauſoleo marmoreo in monaſterio Farfenſi. XLI

*g* De eo idem Ciaconius to. 3. col. 71.

43 JOANNES Attaldus Neapolitanus ſummus Piloſophus præficitur Eccleſiæ Tranenſi die 17. Decemb. 1481. Exceſſit anno 149,. Nolæ, ibique opertus tumulo, cujus cum laude meminit Ambroſius Leo lib 3. de Nola. XLII

44 JOANNES Caſtellar *h* Hiſpanus nobiliſſima familia natus, Canonicus Hiſpalenſis, Neapolitanus, Burgenſis, ex Peruſii Præfecto Tranenſis evaſit Archiepiſcopus anno 1493. die 23. Auguſti, deinde anno 1503. ab Alexandro VI. Presb. Card. ad titulum S. Mariæ Transtyberim renunciatus eſt, Pii III. ac Julii II. electioni ſuffragium tulit; Valentiæ ex calculo obiit anno 1505. die prim. Januarii cum jam Tranenſem cum Montis Regalis opimo Sacerdotio in Sicilia commutaſſet, corpus ibidem in Capitulo Fratrum S. Auguſtini in ſepulchro Patrum ſuorum ex ejus voluntate humatum fuit. XLIII

*h* De hoc pariter Ciaconius tom 3. col. 201.

45 FRANCISCUS Floris Valentinus, Hiſpanus Alexandri VI. Generalis Theſaurarius ab eodem Tranenſem Eccleſiam ſuſcepit regendam anno 1503. die *i* 4. Auguſti. Sequenti anno *k* ex electo Elvenſi S. R. E. Diac. Card. S. Mariæ Novæ renunciatus eſt, tum & Patriarcha Conſtantinopolitanus. Theſaurarius erat, cum ab Alexandro aliis multis aſſociatus ad condolendum de morte Caroli VIII. ad Ludovicum II Gallorum Regem, & ad alia deputatur an. 1497. qui fortiſſimi animi fuit in tot calamitatibus, quæ illi obvenerunt, præter exilium à patria, è quibus tamen omnibus emerſit. Romæ mortuus eſt die 2. Julii anno 1505. & in Baſilica S. Petri ſepultus. XLIV

*i* Die 9. Auguſti.

*k* Diu ante jam fuerat Diaconus Card. renunciatus ab Alexandro VI.

46 * CÆSAR Lambertinus Archiepiſcopus Tranenſis translatus eſt ad Inſulanam Eccleſiam die 23. Febr. 1509 ut tradit Ferdinandus Dux Guardiæ in deſcriptione Materæ familiæ. XLV.

* Ex App. tom. 9.

47 HIEREMIAS Archiepiſcopus Tranenſis reperitur inter Patres Concilii Lateranenſis ſub Julio II. celebrati anno 1512. XLVI

48 JOANNES DOMINICUS de Cupis, *l* Romanus, è Monte-Falcone oriundus, vir ſumma eruditione, ac præclaris virtutibus illuſtris, Tranenſis Archiepiſcop. creatus eſt à Leone X. Pontifice, à quo anno 1517. inter Cardinales cooptatus ad titulum S. Joannis ante portam Latinam. Quatuor & triginta annos abſens hanc rexit Eccleſiam, quam libens jam ſacri Senatus Decanus dimiſit anno 1551. Romæ è vita migravit Epiſcopus Card. Oſtienſis anno 1553. 4. Idus ... ſepultus ad S. Auguſtinum. De quo cum fuiſſent Andrienſis, Montis-Peluſii, Camerienſis, Maceratenſis, & Recanatenſis Epiſcopus, alibi loquuti ſumus. XL VII.

*l* De eo Angelus in hiſt. Parmienſi. p. 520. *Mandoſ.* & fuſè Ciaconius Oldoini tom. 3.



XL VIII. 49 BARTHOLOMÆUS Serriſtorus, Averardi filius, nobilis Patritius, ac Canonicus Florentinus, virtute, politiciſque negotiis domi foriſque clarus, digous repertua eſt qui Cardinali de Cupis ſucceſſor eſſet, ad haoc dignitatem vocatus à Julio III. Pontifice an. 1551. die a 15. Julii ex præſentatione Philippi Hiſpaniarum Regis. Cum pietatis haud vulgari laude quatuor omnino annos illam admioiſtraſſet, deſiit eſſe ioter homines anno 1555. cujus item temporibus vixit Ludovicus ejus affinis Biterenſis Epiſcopus; ex qua gente in Etruria Ludovicus alter Serriſtorius Cortoneoſis Epiſcopus nuper Romæ defunctus, humatuſque in Eccleſia S. Joaonis Baptiſtæ Floreotinorum; protulitque familia hæc nobiliſſima, tum in Repub. Florentina, tum ſub Mediceis Principibus plures viros omni laude digniſſimos, de qua gente alibi redibir ſermo in noſtro de vetuſta Chriſtiana nobilitate tractatu.

a Die 15. Julii.

Porro Bartholomæus cum Romæ mortalitatem expleſſet in veteri S. Joan. Baptiſtæ Eccleſia Florentinorum ſepulchrum accepit, & in marmore hocce epitaphio una cum Camillo fratre Averardo pareote exornatus.

*Bartholomæo Serriſtorio Archiepiſcopo Tranenſi, utriuſque ſignat. Referend. ingenio, doctrina, moribuſque præſtanti. Vix. ann. xxxi. menſ. x. d. xi. Camillo Serriſtorio optimæ ſpei juveni: vix. ann. xx vii. menſ. ii. Averardus Serriſtorius apud Paulum III. Julium III. Marcellum II. Paulum IV. Coſmi Reip. Florentinæ Ducis Secundi Orator, filiis optimis fecit.*

XLIX. 50 JOANNES BERNARDINUS Scotus, b Sabinus, Clericus Regularis Theatinus, puritate vitæ, ac litterarum ſcieotia notus, ſucceſſit Bartholomæo die 20. Decembr. 1555. eodem die S. R. E. Card. creatus a Paulo IV. ab eodem Placentino in Loogobardia Epiſcopatui præficitur anno 1559. Extrema clauſit anno 1568. de quo vide quę ſcripſimus io Epiſc. Placentinis.

b De quo Chartarius in Syllabo Advocat. Conſiſt. p. 101. Mandoſ.

L. 51 JOANNES BAPTISTA de Hoxeda de Herrera, Hiſpanus, ad hanc dignitatem promotus eſt die 26. Jan. 1560. translatus eſt ad Eccleſiam Agrigentinam in Sicilia anno 1571. die 27. Auguſti. Obiit anno 1573.

LI. 52 Fr. ANGELUS („Orabonus) de Averſa, Ordin. S. Franciſci, Epiſcopus Cathacenſis, ad haoc Traoenſem Eccleſiam translatus eſt die 17. Martii 1572. c ubi obiit ann. 1576. („ *Anno 1575. VI. Idus* „ *Maii deceſſit Angelus ex ejus epitaphio relato à* „ *Toppio in Bibl. Neapol. ubi plura de eo.*)

c 1581.

LII. 53 SCIPIO de Tolſa Neapolitanus Pauli filius ex vetuſta ęque ac oobiliſſima Frangipaoia Romana familia, Tolſæ olim domina, matre Alvina de Tuſo natus, à Gregorio XIII. Tranenſis Archiepiſcopus eligitur an. 1577. d die 10. Dec. Præfuit ferè annis 16. Romæ anno 1592. in Aracœlana

d 1576.



Eccleſia in Sacello ſuæ familiæ marmoreum addidit ornamentum, ut inſcriptio indicat.

*Scipio ex Phrigiis penatibus de Tolſa Pauli filius Archiepiſc. Tranenſis, utriuſque nepos marmoreum hunc lapidem exornavit, & ei æque conſpicuum reſtitui curavit anno Domini MDLXXXXII.*

Fuit deinceps Scipio translatus ad Archiepiſcopalem ſedem Acheruntinam auo. 1593. Obiit Materæ die 24. Februarii anno 1595.



54 JULIUS Caracciolus Neapolitanus generis nobilitate, & prudentia ootus Tranenſi Archiepiſcopatu donatus eſt die ultima Martii ann. 1593. per ceſſionem Scipionis. Sedit ann. 3. & ad Caſtreoſem e Eccleſiam translatus eſt. LIII.

e Ad Caſtrenſem.

(„ *Julius Caracciolus primariæ nobilitatis vir* „ *qua pietate, qua litteris à teneris imbutus, philoſophicis, theologicis, ac legalibus facultatibus,* „ *cum eſſet acri dotatus ingenio, operam dedit, & in* „ *utroque jure lauream aſſecutus fuit. Primo nutu* „ *ſanctiſſimi viri conſanguinei ſui Decii Caraccioli,* „ *qui obiit poſtea meritiſſimus Barii Archimiſta, ſodalitio SS. Trinitatis peregrinorum, & convaleſcentium an. 1581. nomen dedit, quod tanc omnium* „ *indigum, quia recens excitatum, continuato uſque* „ *ad obitum ſemper juvit ſubſidio, & cunctarum virtutum exemplis cumulatiſſimum reddidit. Sub celeberrimis illis primis heroibus Societ. Jeſu, qui illud* „ *principe ſtudio tanc procurabant, in utriuſque miſericordiæ palæſtra, qua ſpirituali, qua corporali,* „ *una cum Horatio Spinula ſibi in paucis charo ſodali,* „ *poſtea Archiepiſcopo Genuenſi, & æternæ famæ* „ *Cardinali, de quo in 4. tom. loquuti ſumus, pro viribus ſe exercuit communi ſpirituali lucro, & publico pietatis emolumento. Fuit ipſe e primis, qui cum* „ *eodem, Decii Carrafæ alterius conſodalis Archiepiſcopi poſtea Neapolit., & S. R. E. ſanctimoniæ fama præſignis purpurati veſtigiis inhærens in quibuſdam cellis in eadem ſacra domo ſui ſodalitii ſe*

quo-

„ quotannis ſemel, & quandoque bis recipiebat, ut
„ ibi directione alicujus è Societ. Jeſu vitæ ſanctita-
„ te præclari longe à ſæcularibus curis, & tumulti-
„ bus ſoli Deo per exercitia ſpiritualia S. Ignatii va-
„ carent liberius, & negotium propriæ ſalutis tra-
„ ctarent impenſius. Ann. 1584. nobiliſſimo ſodali-
„ tio vulgo de Bianchi, cui Diva Maria ſuccurre
„ miſeris titulum facit, nomen etiam dedit, cujus
„ omnibus ſanctiſſimis ſanctionibus voto velut obæ-
„ ratus morem geſſit. Epiſcopus demum renuncia-
„ tus, ut ad almam pervenit urbem illico ad Valli-
„ cellanas ędes ad patrem ſuum D. Philippum Neriũ
„ tunc in humanis agentem ſe contulit, rationem vitę
„ ſuę expoſuit, ejuſq; ſemper auribus tempore Roma-
„ ni incolatus, uſus fuit, continuo cum ipſo erat,
„ ſodalitii Neapol. SS. Trinitatis progreſſus eum do-
„ cuit, methodumque bene regendæ Eccleſiæ ab eo
„ comparavit. Salutaribus demum monitis, ſan-
„ ctaque per eum inſtitutione formatus non prius ab
„ eo diſceſſit, quàm paterna benedictione pro ſe,
„ ſuiſq; Neapolitanis conſodalibus acquiſita: qua ſor-
„ te ſat, ſuperque contentus ad patriam rediens ad
„ ſacram domum SS. Trinitatis greſſus illico direxit,
„ & frequentiſſimo ſodalitio Divi Philippi nomine,
„ ac velut ipſius Vicarius à Deo Opt. Max. trino, &
„ uno, à quo bona cuncta procedunt, virtutum
„ omnium incrementum auſpicatus fuit. Quare,
„ & ob propria merita, & ob grandia, quæ ſecum
„ attulerat patriarchæ Philippi munera, amoris ę-
„ que, ac venerationis ſignificatione prorſus mira
„ exceptus fuit. Diœceſim paterna ſollicitudine per-
„ luſtravit, & quod caput eſt, in clero ſanctimoniam
„ factus illi in exemplum verus Divi Philippi Ne-
„ rii filius requiſivit, ſuaque ſagaci induſtria voti
„ compos perbrevi evaſit. Sodalitium SS. Trinitatis
„ licet abſens ſemper animo præſens habuit, illiuſq;
„ memoria ſemper jucundabatur, & proprio ære ſuo
„ patrimoniali ſemper illi præſentiſſimus adſtitit.
„ Pauperibus ſemper opitulatus fuit, & maxime ve-
„ recundis. De ipſo rurſus in Caſſan. Præſulum ſerie
„ redibit ſermo. )



LIV. 55 ANDREAS de Franchis, Neapolitanus, Vincentii Philippi II. Hiſpaniarum Regis Conſilii Italiæ Præſidentis, utriuſque Juris oraculi, & Antoniæ Cœliæ heroinæ illuſtris filius ſecundo genitus, fratres habuit Lucam Ugentinum Epiſcopum, & Hieronymum Capuanum Archiepiſcopum viros longè clariſſimos: ſub Clemente VIII. Pontifice Max. Andreas variis muneribus egregiè functus, Archiepiſcopus Tranenſis renunciatus eſt die 4. Martii 1597. In ea dignitate vixit ad an. 1603. tunc à Catholico Rege in Archiepiſc. Acheruntinum, & Materanum deſignatus. Ejus mem. extat Neapoli in Eccl. Nominis Jeſu, in qua altare B. Mariæ, ac ſeptem Angelorum an. 1601. cenſecravit, ut in marmore liquet.

*Auno Domini MDCI. die vii. menſis Octobris Andreas de Franchis Archiepiſcopus Tranenſis hoc altare Dei Matri, ſeptem-*



A *que Angelorum nomini conſecravit, idemque SS. Joan. Baptiſtæ, Bartholomæi Apoſtoli, Vincentii, Anaſtaſii, Viti, Chriſtophori, Secundini, Pantaleonis, Coſmæ & Damiani, Hippolyti, & aliorum Martyrum, & Virginum reliquias in ara incluſit.*

De hac gente Francha legendus Dux Ferrantes della Marra de familiis Neapolitanis; cujus initium à Gothorum, vel Longobardorum ſtirpe aſtruit, longaque ſerie ad noſtram uſque ætatem producit. Poſt Andreæ obitum à Catholico Rege deſignatum fuiſse Tranenſem Archiepiſcopum fratrem Franciſcum Mendoza comitis Carunenſis filium Ord. Prædicatorum, ſcribit Alphonſus Fernandez in converſatione Prædicatoria, & obiiſse ait in Hiſpania, antequam à Summo Pontifice eligeretur die 20. Aprilis 1604. apud ſuos Dominicanos humatum in civitate Placentiæ.

56 Fr. JOANNES Rada, *a* Hiſpanus Ordinis Minorum Diſtrictioris Obſervantiæ Generalis LV.
B Procurator, Tranenſis Archiepiſcopus evaſit die 17. Aug. 1605. quinto poſt nondum exacto menſe ad Pactenſem in Sicilia Eccleſ. ex Philippi III. Regis Hiſpaniarium præſentatione translatus eſt. Sed dum in Siciliam Roma tranſmearet, mortuus eſt in Calabria in cœnobio S. Franciſci de Paula ibique tumulatur 6. die Januar. 1608. vir eximia doctrina illuſtris Salamantinæ Academiæ alumnus.

*a* De eo Antonius in Bibl. Hiſp. t. 1. p. 986. & Vvaddingus de Script. Ord. Min. p. 212. Mandoſ.

Nec ſilentio hic prætereundum puto, quod in demortui Joannis locum Catholicus Rex ad infulam Fratrem Marcum Antonium de Camos Barcinonenſem Ord. Eremitarum S. Auguſtini deſtinaverat, virum, qua doctrina, qua nobilitate generis clariſſimum, qui dum Romam peteret, ut à Paulo V. Pontifice in ea infula confirmaretur. Neapoli præpropero fato mortalitatem explevit in ſui Ord. cœnobio Deiparę Virginis De ſpe. 5. Non. Martii 1606. ſepultus ib. hoc habet ad tumulum epitaph.

*D. O. M.*

*Fr. Marco Antonio, ex nobiliſſima & antiqua familia de Camos, Requeſenes, Barchino equiti; Egleſiæ altarumque Sardiniæ urbium cum bellica poteſtate Præfecto. Is deinde xxx. annum agens uxore demortua mundi fragilitatem inſpiciens, familię Divi Auguſtini Ord. Erem. nomen dedit, brevi ſacræ Theologiæ Doctor, & Magiſter, divinique verbi concionator non vulgaris, Microcoſmium, y govierno univerſal para todos los eſtados alioſq; libros inſignes edidit. Pręter horas neceſſarias numquam otio vacavit. Archiepiſcopus Tranenſis à Rege Philippo III. Auſtriaco (illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Comite de Benevente hujus Regni Prorege intercedente) creatus, dum ſe profectioni parat Romã, ſancte ſicut vixit obiit in hoc Cœnobio v. Non. Martii MDCVI. Ætatis ſuæ ann. lxiii. men. iv. diei unius. Fr. Fulgentius de Alegria Cantaber ejuſdem Ord. ac voti ſocius cum lachrymis P.*

D 57 Fr. DIDACUS Alvarez *b* Hiſpanus Ord. Prædicatorum inſignis Theologus, ab Hiſpania LVI.
Romam accerſitur, ut in celebri illa de auxiliis controverſia ſub Clemente VIII. inter Dominicanos, Societatiſque Jeſu Patres excitata Conſultor adeſſet, qua de re acutiſſimè, & ſolidè ſcripſit, quæ Mſ. circumferuntur, ediditq; deinde de eadem materia ad mentem D. Thomę inſigne volumen, cujus promptum in divinis ſcientiis acumen admiratus Paulus V. Pontifex Maximus illum libenter ad Archiepiſcopalem Tranenſem cathedralem ſublimavit anno 1606. *c* die 19. Martii. Decem & novem omnino annos in hac dignitate in ſtudiis, Chriſtianiſque virtutibus conſumpſit, pluraque alia ſui ingenii monumenta poſteris reliquit, deceſſitque penè capularis ſenex anno ſalutis 1635. *d* jacet in ſua Eccleſia.

*b* De hoc pariter citatus Nicolaus t. 2. p. 303. Mandoſ.

*c* 1607.

*d* 1614.

58 THOMAS Arichonius, (1) Clericus Regularis Thea- LVII.



(1) Anchora dicitur in Actis, De eo conſulendus Silos in hiſtoria Clericorum Regularium par. 3. p. 94.

Theatinus, Epiſcopus Motulanus, ad hanc Tranentem Eccleſiam translatus die *a* 21. Auguſti 1635. Neapoli mortalitatem explevit anno 1655.

*a* Die 8. Jan.

LVIII 59. Fr. THOMAS de Sacria religioſus Ord. Prędicatorum, doctiſſimus S. Theologiæ candidatus, & præcipua dexteritate in rebus agendis præditus, variis pro Catholica Majeſtate apud Chriſtianos Principes functus muneribus, ad nominationem ejuſdem Regis Tranenſis electus eſt Archiepiſcopus die 15. *b* Oct. 1656. Romæ conſecratus, hujus Eccleſiæ ornamentum futurus conſultè peegit onus adimplere, charus Regi, charus omnibus, cui Deus Optim. Max. Neſtoreos concedat annos.

*b* Die 16. Octob.

## *A D D I T I O.*

,, *Chriſtianam doctrinam plebem ſuam ipſe perdocuit, non ſolum in Eccleſia, ſed etiam in publicis plateis, pro qua facillime explicanda libellum compoſuit. Pro eleemoſynis manum ſemper apertam habuit, proprioque ære bis quotannis pauperes omnes diœceſanos veſtire ſolitus fuit. Seminarium, quod jamdiu ob tenues redditus clauſum fuerat, conſtituta dote recluſit, pietate, & doctrina præſignibus aſſignatis Præceptoribus. Peramplum ſacrarium vaſtitate ædis principis dignum proprio etiam cenſu conſtruxit, quod fabrefacto thuribulo argenteo pondo, cui par non habent primariæ regni Neap. Eccleſiæ, veſtibus ſacris, pretioſa ſupellectili, aliiſque ad divinum cultum neceſſariis ditavit. Anno demum 1665. 13. Aprilis ad Tarentinam cathedram tranſiit.*

LIX. ,, *Fr. JOANNES Baptiſta del Tinto, Neap. ex ordine PP. Carmelitarum, in quo fuerat in divinitate laureatus, Sacriam incepit die 13. Januarii 1666. Aeam maximam cathedralis nobili archetypo in recentiorem formam reædificavit. Sacrarium eadem ſui anteceſſoris generoſitate proſecutus fuit. Palatium pro Archiepiſcopis ſumma elegantia condere cœpit, quod imperfectum reliquit, quia an. 1676. 19. Octob. ad Caſſanenſem Eccleſiam translatus fuit.*

LX. ,, *PAULUS Ximenez ab Alexandro anno 1677. 14. Martii del Tinto ſucceſſit nobiliſſimus Hiſpanus, eloquens concionator, cathedraticus in divinitate Salmaticenſis, Canonicus ſacri montis Illiberis, Generalis Vicarius Balearum, Viſitator, & Generalis Vicarius portionis vaſtiſſimæ archidiœceſis Toletanæ, ab Carolo II. glor. mem. Hiſp. Monarcha ad ſummum Pontificem extra Ordinem Legatus, ordinariam tunc legationem implente Gaſpare de Haro, & Guzman inclyto Carpii Marchione, atque unus è Prælatis Pontificio ſolio adſiſtentibus. Immunitatem, libertatemque Eccleſiaſticam ſacerdotali pectore, & Hiſpana ſemper conſtantia tutatus fuit. Cum pauperibus ſuum ſemper cenſum communem habuit. Idem qui ſupra Marchio Carpii Neap. regias implens vices ultima infirmitate laborans, nonniſi Paulum, cujus pietatis longo periculo bene conſcius erat, donec ſpiritum creatori redderet, ſuo lateri ſemper voluit. Die tandem 11. Decembris 1693. ad mortalis vitæ exitum venit & ipſe Paulus omnib. ſui deſiderium relinquens. Præſul quippe fuit, non minus regio majorum ſtemmate, quàm propria virtute clariſſimus.*

LXI. ,, *PETRUS è familia de Torres una è duodecim primariæ nobilitatis civitatis Soriæ in Hiſpaniis, è domo Marchionum Pizol aggregata etiam cœtui nobilium ipſius civitatis Trani, Archiepiſcopus antea Epidaurienſis, præſul poſtea Potentinus Paulum Ximenez excepit anno 1695. die 24. Januarii, cujus ſollemni funeri interfuerat, cujuſque virtutes in ſe expreſſit omnes adeo feliciter, ut quod de ſuo anteceſſore jam dictum fuit, de ipſo ſucceſſore etiam dici poſſit. Hæc tantummodo addenda ſunt; perluſtrata diœceſi anno 1704. ſynodum celebravit, cathedrale templum picturis exornavit, Eccleſiam Patrum S. Jeſu Baruli ſacravit. Mortem tandem oppetiit die 29. Octobris 1709.*

,, *JOSEPH, filius Laurentii Davanzati Boſtichi primariæ pariter nobilitatis, ſed in urbe Florentiæ Eques Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, Archiepiſcopus renunciatus die 25. Februarii 1717. poſſeſſionem iniit die 12. Februarii 1718. Canonicus Theſaurarius antea fuerat regalis templi Divi Nicolai de Bario, & cùm eſſet mira in rebus agendis etiam arduis dexteritate præditus à Cæſarea, & Catholica majeſtate Caroli VI. ad ſummum Pontif. Clem. XI. pro magni momenti negotiis fuit ablegatus, quod munus utriuſque gratia cumulatiſſime ad plures annos implevit, donec ex præſentatione ejuſd. Aug. Cæſaris ad hanc Eccleſiam evectus fuit. Sollemniter in ipſam ingreſſum fecit, exceptuſque fuit communi plauſu, & unanimi conſenſione à cunctis ordinibus etiam finitimorum locorum, Epiſcopis Andrienſi, & Lacedonienſi illum diem ſua præſentia cohoneſtantibus. Vix clavo manum admovit, ut illico reformationem cleri voluerit, varios abuſus, qui diu ſede vacante per omnem fere jam diœceſim irrepſerant, dulcis pater monendo, æquus judex mulctando abolevit. Cùm ſit omnibus diſciplinis, quæ ſuo muneri, quà ornatui neceſſariis perabunde inſtructus, in omnibus anni ſollemnitatibus, & fere etiam omnibus diebus feſtis ad populum concionatur; qualibet hebdomada ſuper ſacra ſcriptura erudiſſimum ſermonem habet, quem licet directè ad clerum, ea tamen claritate comitatur, ut rudiora etiam ingenia perſæpe illum medullitus hauriant. Catechiſmum ſemper ipſe enucleat mira cunctorum ordinum frequentia. Per publicas plateas diſperſos pueros ipſe perquirens chriſtianam edocet doctrinam, quod quidem munus valde ſibi laborioſum licet, magna tamen exequitur animi alacritate, quia omnes hac nempe induſtria Evangelii luce colluſtrat. Ut parochi ſuo miniſterio faciant ſatis, verbo inſtat, & exemplo. Pro ſacra immunitate tuenda nulli parcit labori, & impendio, quod Cæſaris Cæſari, quod Dei Deo pro virili reddi ſatagens. Cathedralem ædem vetuſtate pene collabentem, non modo reparavit, ſed ad recentem architectonicæ methodon reconcinnatis, feneſtris explicatis, aliiſque de novo adapertis, integro pavimento teſſellato multorum aureorum millium impendio nobilitavit. Epiſcopale palatium, cujus pars jam erat diruta, & altera ultimæ ruinæ jam proxima nedum reædificavit, ſed capacius, & magnificentius reddidit undecim additis cubiculis, & exornatis, prout ſua archiepiſcopalis dignitas requirit, & duobus etiam inſtructis pomariis exhilaravit. Seminarii ædem anguſtiſſimam, & penè deciduam jam à fundamentis moliri cœpit area latius explicata, ut & alumnorum numero, & Tranenſibus infulis digna conſurgat, inſtatque ſemper, ut quàm citiſſimè perficiatur. Xenodochium jam ſolo æquatum, brevi iterum, & baſilicè excitatum voluit, ut ex hac inſcriptione:*

> Totum hoc, quod viator intueris pietas, ac munificentia eſt Ill. D. Antiſtitis Davanzati Religionis ſacræ Hieroſolymitanæ Equitis, qui inter plurima ſuæ charitatis officia Xenodochium hoc è culmine collapſum ad pauperum, ac peregrinorum commodum reficiendum curavit anno Dom.
>
> MDCCXX.

LXII. ,, *Monialium clauſtra, & in ipſa civitate Trani, & in omni ſua diœceſi ob vetuſtatem anguſta, & deformia, & ſæcularium etiam obtutui in aliqua ſui parte obnoxia reparavit, prolatavit, exornavit, ac muris undique ſæcularium domos altitudine excedentibus circumcluſit. In oppido Corati ſuæ ditionis novum etiam Sanctimonialium cœnobium aperuit. Cùm in hiſce, aut reparationibus, aut novis ædificiis verè magnificis, quamplurima aureorum millia proprii cenſus, cùm de ſuo ſit ditiſſimus, erogarit, non idcirco paupe-*

rum

*„ rum oblitus eſt, imo illos adeo, & continuo juvat, „ ac ſi nullis aliis, & tanti momenti impenſis foret „ implicitus. Magnam auri vim publice ipſis largi- „ tur, clam autem majorem, & vere maximam, „ qua honeſtis familiis mendicare erubeſcentibus, „ infirmis, aut in carcere detentis opitulatur. Cum „ ſuæ menſæ redditus temporum vitio exiles adeo „ ſint, ut nec ipſas ſuas æquent eleemoſynas, illos au- „ gere omni niſu deſudat, frugiferumque reddere „ magnum terræ tractum jamdiu ſterilem meditatur. „ Si qua ſupereſt ſibi hora, illam in ſua domeſtica bi- „ bliotheca libris cujuſcumque generis, ac diſciplinæ „ inſtructiſſima conſumit, quam ſemper patentem vult „ omnibus, qui aut pietati, aut ſcientiis operam „ dant. Pyliam tranſcendat ſenectam Præſul ſan- „ guine, ingenio, prudentia, conſilio, integritate, re- „ ligione, atque omni virtute vere inclytus.)* A

# EPISCOPI B
## SALPENSES,
### Nunc uniti cum Tranenſi Metropoli.

SALPIÆ Ptolomæo, Salapia Plinio, oppidum maritimum Apuliæ Dauniorum prope Sipontum, nunc vulgo *Saperi*, ſeu *Salpe*, Appianus Alexandrinus Salpiam vocat. Varro à Diomede conditam ſcribit; celebrata eſt bello Punico, quod hìc Annibalis ſcortum eſset, ut Plinius refert. Hanc vetuſtam civitatem M. Oſtilianus Senatu Rom permittente ab ora maritima ob cœli gravitatem in mediterraneis tranſtulit ad 4. milliarium. Epiſcopalem hìc ſedem antiquiſſimam fuiſse patet ex Concilio Arelatenſi 1. ſub Sylveſtro 1. Papa celebrato anno 326. ubi Pardus Epiſcopus Apienſium ex provincia Apuliæ fuit; pro Apienſi Salpienſis legendus; & in Romano Concilio ſub Hilario an. 467. Palladius Salpenſis Epiſcopus interfuit. In codice fiſci Apoſtolici ponitur inter ſuffraganeos Archiepiſcopi Barenſis, & taxatur ad flor. 30. In regiſtro Innocentii III habetur exemplar litterarum ad Epiſcopum, Clerum milites & populum Salpen. quibus eos hortatur, ut Cardinali Legato à ſe miſſo obedirent. Eccleſiam Salpenſem ferè ad nihilum redactam Martinus V. Tranenſi perpetua unione obnoxiam fecit, quæ uſque nunc unita extat, & Tranẽſis Archipręſul etiam Salpenſis Archiepiſcopus attitulatur. Epiſcopi verò, qui in ea Eccleſia floruerunt, tantum ſequentes a nobis fuerũt obſervari. C

I. 1 PARDUS, ut diximus, Arelatenſi Concilio interfuit Sylveſtro I. Papa ſedente anno ſal. 326.

II. 2 PALLADIUS in Romano Concilio ſub Hilario Papa ano. 467. *a* Idem interfuit conſecrationi
a 465. Eccleſiæ ſancti Andreę de Barulo anno 493. niſi fortè diverſus ſit ab illo, qui ſub Hilario vixit. D

III. 3 RAYNALDUS Salpenſis Epiſcopus fuit anno 1059. quo conſecrationi Eccleſiæ ſancti Angeli in Vultu præſens extitit.

IV. (*„ GUILLELMUS interfuit conſecrationi Canuſinæ Eccleſiæ S. Sabini habitæ à Paſchali III. an. „ 1102. ut ibi ex lapidea inſcriptione.*)

V. 4 STEPHANUS anno 1150.

VI. 5 PAULUS anno 1174. Adfuit etiam Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. celebrato anno 1179. ubi ſe ſubſcripſit poſt Barenſem Archiepiſcopum, cujus erat ſuffraganeus, cujus etiam Præſulatus tempore Salparum Dominus fuit quidam Tagliacozzius.

VII. 6 PAGANUS Epiſcopus Salpenſis 1207. in Regeſt. Neapol. memoratur.

VIII. 7 ODDO de Marcellinis Salpenſis fertur Epiſcopus vivente Honorio III. Pont. Patria ejus, & acta ignorantur. Opinio mea eſt illum potuiſse eſ-



ſe Romanum ex nobili Marcellina gente procreatum, quæ adhuc in Urbe floret, cum inter hujus familię viros familiare obſervaverim Oddonis nomen. Oddo enim Marcellinus Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, patruus Conradi Tarracinenſis Epiſcopi, ſub Pio II. diem ſuum obiit anno 1460. ſepultus cum Paulo fratre Senatore clariſſimo ad S. Marcelli in ſacello S. Sebaſtiani ab ipſo condito, & Oddo alius ſub Vrbano VI. inſignis vir Protulit familia hæc in omni ætate viros foris domiq; illuſtres. Nicolaus Marcellinus unus fuit à Joanne XXII. adlectus anno 1414 ad Senatum Capitulinum moderandum: Paulus ab Eugenio IV. ob ſingulares animi dotes ſummè dilectus: Mutius ſub eodem Pontifice doctus Liberianæ Baſilicæ Canonicus: Petrus Aſtallæ, Buccabeliæ, Theobaldeque familiis ſanguine conjunctus; Joannes Sixto IV. in paucis charus, & familiaris; Laurentius Capitum Regionum Prior, & Joannes Auguſtinus unus fuit ex Senatoribus Vrbis ſub Clemente VII. qui filias duas genuit, Fulviam ſcilicet Joannis Cardelli viri nobilis uxorem, & Claricem, quæ matrimonio juncta fuit Scipioni Palumbariæ Mariconis Dynaſtæ; horum germani fratres fuere Laurentius, Quintius ſub Pio V. utriuſque ſignaturæ Referendarius, & Stephanus qui ex Vrbe in montem Politianum Etruriæ civitatem Marcellinam familiam traduxit, ex quo natus eſt Petrus multis Præfecturis in Eccleſiaſtica ditione clarus, cujus filius Attilius Camillam ſororem Franciſci Mariæ Tauſii Cardinalis uxorem habuit, ex qua genuit Petrum, qui fere exacto ſæculo gentem ſuam in Vrbem reduxit, in qua diu cauſarum patronus cum laude vixit, elatus poſt mortem in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum, inque ſepulchro majorum olim à Conrado Tarracinenſi Epiſcopo ſibi, & Petro fratri excitato. Ex Petri filiis hodie ſuperſunt Attilius *b* utriuſq; ſignat. Referendarius, Flaminius digniſſimus Ceſenæ in Flaminia Epiſcopus, & Joannes Franciſcus olim Capitum regionum vacante Sede Urbani VIII. Prior, Marcellinæ gentis unica ſpes; de hac gente fuſius Theodorus Amydenus in m. ſ. lib de nobilibus familiis Urbis. Sed ad Salpenſes Epiſcopos redeamus.

*b* Attilius nihil ad Oddonis familiam pertinet, quæ jam defecit. Vide Juſtinianum de Gubernatoribus Tiburtinis p. 103. 1 Mando ſ.

8 Fr. PETRUS Salpitanus erat Epiſcopus anno 1236. 13. Kal. Octob. Indict. 10. à Gregorio IX. IX.
conſtitutus commiſſarius ad reformandum Tremitanum monaſterium Ord. S. Benedicti, ut in proceſſu notatur in membranis apud me. Cujus Ordinis, vel Patriæ fuerit ignoratur; in ejus litteris ad G. Archipresbyterum Sipontinum ipſe ſe religioſum eſſe fatetur in hæc verba; *Frater Petrus, Dei gratia humilis Epiſcopus Salpitanus ſalutem in Domino, &c.* Hic anno 1243. Bucelani Teatinæ diœceſis in majori Eccleſia repoſuit ſub altari ab eo conſecrato, corpus S. Urbani, quem putant fuiſſe Theatinum Epiſcopum, ut indicant verſus leonini inciſi ad rei memoriam in una columnarum ſuſtinentium ciborium ejuſdem altaris.

*Præſul Salpenſis Petrus hoc altare dicavit,*
*Quo Patris illuſtris Urbani corpus humavit,*
*Annos ſi relegas Domini ſunt mille treceni*
*Quadragintaque tres, iſtud denuncio genti.*

X. 9 G. Epiſcopus Salpenſis, ſic notatur in Regio
regeſt. Neapol.an. 1293.
XI. 10 AIMANDUS Epiſcopus S. Mariæ *a* transla-
*a Ideſt Luceriæ Sarracenorum.* tus ad Salpenſem Eccleſiam à Bonifacio VIII. ann,
8. Pontif. ſui 5. Id. Junii, ut in regeſt. Vat. habetur,
XII. 11 GALGANUS ad hanc ſedem promotus die
13. Auguſti 1317. obiit 1346.
XIII. 12 Fr. DONATUS de Taurato Ord. Mino-
rum ſucceſſit Galgano ann. 1346. 8. Id Martii, ex-
ceſſit anno 1350. ut in regeſt. Vatic.
XIV. 13 Fr. NICOLAUS ejuſdem Ordinis alumnus
Salpenſi Eccleſiæ præficitur à Clemente VI. anno
1350. 5. Kal. Junii ex eodem regeſt.
XV. 14 JOANNES ab Innocentio VI. anno 1358.
hujus Eccleſiæ Epiſcopus electus, juſsu ejuſdem
conſecratus; ſed cum poſtea innotuiſset falſum fuiſ-
ſe nuncium de morte Salpenſis Epiſcopi, illum Hi-
ronenſem Epiſcopum in Creta pronunciavit Kal.
Decembris ejuſdem anni 1358. ut legitur in epiſt.
59. fol. 46. regeſt. Vatic. Pont. 7.
XVI. 15 JOANNES alius anteceſsor Salvii,
XVII. 16 Fr. SALVIUS („ *de Bario Ordinis Prædi-*
„ *catorum*,) anno 1364. 26. Decembris commune
ſervitium ſolvit pro Joanne præceſsore in lib. Obl.
XVIII 17 COLELLUS ſedit poſt Salvium.
XIX. 18 NICOLAUS ſucceſſit Colello.
XX 19 ANGELUS, de quo mentio in lib. Oblig.
ann. 1380. die ultim. Apr.
XXI. („ Fr. ANTONIUS *Pizzamanus Ord. Prædic.*
„ *præerat 1395. de quo Fontana in Theatro Dom.*)
XXII. 20 MELILEUS anno 1400. In eiiſdem Oblig.
lib. mentio extat. Obiit an. 1413.
XXIII 21 Fr. FRANCISCUS de Nigris Ord. Minor.
*b an. 1418. 2. Id. Auguſti ex Actis.* Melillo ſuffectus eſt an. 1413. 4. Non. Januarii tranſ-
latus ad Adriẽſem Eccleſiam an: 1422. *b* in eod. lib.
XXIV 22 NICOLAUS ANTONIUS de Lucerina
Eccleſia ad Salpenſem translatus à Martino V. die
29. Julii 1421. forte ille ſub quo Salpenſis Epiſco-
patus per Martinum V. perpetuo unitus fuit Ar-
chiepiſcopali ſedi Tranenſi, hac quidem conditio-
ne, ut quis ex iis duobus Præſulibus tunc viventi-
bus Nicolaus ſcilicet Salpenſis & Franciſcus Caro-
ſius Tranen. Archiepiſc. ſuperſtes fuiſset, utriuſque
Eccleſię Archiepiſcopus eſset. Nicolaus ante Fran-
ciſcum diem obiit, ſicque Tranenſis Salpenſem e-
tiam Eccleſiam regendam ſuſcepit, & poſt ipſum
XXV (excipio quendam MATTHÆUM, qui electus
Salpenſis ſubſcriptus reperitur in Concilio Floren-
tino anno 1439.) plures uſque ad ann. 1523. quo,
die 6. Maii ex libera voluntate Jo. Dominici Card.
de Cupis tunc Archiepiſcopi, Salpenſis Eccl. à Tra-
nenſi avulſa proprium habuit Præſuſem, qui fuit.
XXVI 23 MARIUS, *c* natione Hiſpanus, Cardina-
*c De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 147.* lis de Cupis Capellanus die 6. Maii 1523. Adriano
VI. concedente, Salpenſis Epiſcopus renunciatus
eſt, hoc quidem pacto, ut hujus Eccleſiæ ſoluta
à Tranenſi tandiu permaneret, quandiu ipſe Ma-
rius vitam traduceret, deinde iterum Tranenſi u-
niretur. Mortem obiit Marius ante annum 1532.
& ad priorem unionem acceſſit Salpenſis Eccleſia.
XXVII. 24 GASPAR Flores die 19. Novemb. 1532.
cum denuo ex permiſſione Cardinalis de Cupis à
Clemente VII. fuerit Salpenſis hęc Eccleſia à Tra-
nenſi ſoluta. Salpenſis Epiſcopus creatus eſt iiſdem
omnino pactis, quibus Mario tradita fuit. Ante
ipſum Cardinalem mortem oppetiit Gaſpar, & per
regreſſum iterum unita eſt Tranenſi.
XXVIII. 25 Fr. THOMAS Stella, Venetus, Ord. Præ-
dicatorum Salpenſis Epiſcopus evaſit per diſſolu-
tionem factam ejuſdem Eccleſiæ à Tranenſi, ac-
cedente conſenſu Archiepiſc. Tranenſi die 9. Mar-
tii 1544. ita quod eo cedente unio prędicta in priſti-
num ſtatum revertatur, & Eccleſia ipſa Salpenſis
eidem Eccleſ. Tranenſi, ut prius unita ſit eo ipſo.
Hanc rexit Eccleſiam Thomas uſque ad annum
1547. quo die 22. Aprilis translatus eſt ad Lavelli-
nam, mox ad Juſtinopolitanam, ſicque Salpenſis
Eccleſia unitam iterum fuit Tranenſi uſque in ho-
diernum diem.

A

# ANDRIENSES EPISCOPI.



ANDRIA (vulgo *Andri*) mediterranea eſt ci-
vitas Peuceriorum in Provincia Terræ Barii,
B octavo à mari milliario, media inter Tranum, &
Rubum ad ſex m paſſ. diſtans, à Barulo 8. à Ca-
nuſio 12. Carraſæ familiæ Ducatus titulo ſubjecta,
habitata familiis 4000. celebris ſigularia arte, va-
ſa ſiquidem hic elaborantur longè pulcherrima.
Andrienſes cives mercaturæ admodum dediti ſunt,
nec minus ager oleo, vino, amygdalis, citriſque
hortorum pomariorum amœnitate commendatur.
Latet ipſius exordium, vel ex antiquitate, vel ex
ſcriptorum ſilentio; cum nullus reperiatur ex an-
tiquis, qui ejus memoriam rejecerint in commen-
tariis. Compulit tamen quendam modernum aucto-
rem, ut forte fabulas divinaret, cum ſcribat, Dio-
medis temporibus in Apulia regnantis à Græcis ab
Inſula Ægei maris Andriam progreſſis illam condi-
tam fuiſſe, cui in memoriam relictæ patriæ Andrię
nomen inditum. Gaufridus Malateſta in Norman-
norum Chronica à Petro Normando Tranenſi Co-
mite, poſterioribus ſæculis vult ædificatam. Con-
ſtat tamen in Actis S. Riccardi hujus civitatis pri-
C mi Epiſcopi, S. Petrum Apoſtolorum Principem
prima Chriſtianæ fidei fundamenta jeciſſe, quod
accidiſſe opus eſt aſſerere poſt annum à Chriſto re-
ſurgente 44. in ſecundo, vel in tertio itinere, cum
Apulos inveniſset, poſtquam (ut eruditus Antonius
Caracciolus in luculento tractatu de Petri Neapo-
lim adventu in ſacris Neapolitanæ Eccleſię monu-
mentis) fixa jam Romæ Cathedra ab Urbe diſceſ-
ſit, diverſas orbis partes peragratus. Eo in loco,
ubi Petrus ſacrum feciſse aſseritur apud Andriam,
pii fideles ad Chriſtum converſi, in ejus memo-
riam ex ejus nomine ædificarunt Eccleſiam. Igitur
inter primas hujus regionis civitates Andria recen-
ſenda eſt, quæ lucem Evangelii auxerunt. Epiſ-
copatus Andrienſis antiquus eſt inter recentiores,
à Gelaſio I. Papa inſtitutus, primumque Epiſ-
copum conſtituit S. Riccardum circa annum ſalu-
tis 492. Andrianenſem ſedem antiqui Pontifices,
atque Reges indultis, privilegiiſque niſi ſunt me-
ritò exornare, quorum exemplaria bellorum, in-
D cendiorumque injuria vel ad unum quidem perie-
re. Cathedralis Baſilica titulo Deiparæ Virginis
Aſſumptæ, ac S. Andreæ Apoſtoli mediocris eſt
ſtructuræ, choro, organo, ſacrario, ſacraque
turri, & ſextuplici ære campana inſignis, ſacris
præterea ornamentis ad divina neceſſariis abunde
inſtructa, Sanctorum reliquiis mille trecentis,
quæ variis in thecis argenteis, vitreis, aut ligneis
aſservantur ornata, præ cæteris vero peculiari ci-
vium veneratione colitur corpus ſupra memorati S.
Riccardi Epiſcopi, quem Andrienſis civitas pa-
tronum, ac tutelarem agnovit. Sacris in ea mini-
ſtrant Pesbyteri, Diaconi, & ſubdiaconi ſexagin-
ta carentes præbenda, & diſtributiones quotidia-
nas tantum habentes, è quibus quinque dignitates
eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite,
Archipresbyter, Cantor, Primicerius, & Prior S.
Riccardi, reliqui clerici gratis ſerviunt, & in lo-
cum ſuperiorum ſuccedunt. In civitate hac pręter

Ca-

Cathedralem, in qua curam animarum Archipresb. aliis adjuvantibus ſacerdotibus exercet, & parochial. Eccl. una S. Nicolai Trimodieni, in qua tres dignitates, atq; alii presbyteri clerici ſine præbenda; qui tamen illi inſerviunt, & horas recitant, ut fit in Cathedrali. Curam verò animarum dictæ Eccleſiæ Præpoſitus exercet. Eccleſiæ, in quibus doctrina Chriſtiana traditur ſex in civitate ſunt. Virorum cœnobia ſex, quinque mendicantium, & ſextum monachorum Caſinenſium ad Eccleſiam S. Mariæ miraculorum ſanctimonialium monaſterium unum; hoſpitale unum annui redditus 600. aureorum, Mons Pietatis, laicorum ſodalitia undecim. Animæ fidelium intra mœnia degentium quatuordecim millia, & quadringenta. Diœceſis Andrienſis extra civitatem ferè nulla more reliquarum Apuliæ Eccleſiarum. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus aureorum mille quingentorum, qui colliguntur ex territoriis, & exactionibus cenſuum taxatur in lib. Cameræ Apoſtolicæ fol. 116. Andrienſi Eccleſiæ aliquandiu unitus fuit Montis Peluſii Epiſcopatus, ut ſupra retulimus 1. Tomo. Epiſcopus Andriæ ſuffraganeus eſt Archiepiſ. Tranen. Præſulum ſeries, qui in ea floruerant, præſens eſt, quam ex variis ſcripturis & monumentis ex fide eruimus, aliqua ex parte jejunam.

I. 1 S. RICCARDUS a Anglus eo tempore, quo ab Attila Italia vexabatur, à S. Petro monitus, Italiam petiit, benigneque à Gelaſio I. Papa exceptus, Epiſcopus Andrianenſis eſt ordinatus anno 492. Andriam profectus virtutibus & miraculis coruſcans, diu eam Eccleſiam ſanctiſſimè rexit. In pace quievit 5. Idus Junii, cujus ſepulchrum miraculis multis illuſtratum fuit. Corpus inde Joannæ Reginæ tempore è loco, ubi primo poſitum fuerat, ſublatum, ne à militibus Pannoniæ Regis, qui Andriam diripiebant, ſurriperetur; in tutiori Eccleſiæ parte abſconditum fuit, diuque cum latuiſſet, anno ſalutis 1438. Eugenio IV. ſedente repertum eſt, & in priſtinum locum reſtitutum fuit. Inventionis hiſtoriam Franciſcus de Balzo Andriæ Dux ſcripſit. Nuper juſſu Urbani VIII. Pontificis Riccardus Romano Martyrologio adſcriptus eſt. Sancti hujus geſta ab Anonymo ſcripta, & per lectiones diſtincta, Romæ examinata & probata, tanquam è puriſſimo fonte deducta, hic exſcribenda ſunt.

a De quo Acta SS. Junii tom. 2. p. 465.

*Riccardus natione Anglus, nobilis, nobiliſſimis parentibus ortus eſt. Anno ſalutis Domini noſtri Jeſu Chriſti, quadringenteſimo quadrageſimo quinto, quo tempore ipſe præerat Eccleſiæ Dei Leo I. & Martianus Imperio Romano, Attila Italiam infeſtante. Qui Riccardus cum omnibus pueritiæ & adoleſcentiæ temporibus ſacris literis, & divino cultui operam daret, non ſe luxui, aut cæteris vitiis, quorum ea ætas plurimum abundare ſolet, corrumpendum dederat; ſed ſumma cum pietate parentes, & majores ſuos colendo ac obſervando; quam futuræ ſanctitatis ſpem vultu oſtendebat, ita operibus comprobabat; & in tantam claritatem, auctoritatemque brevi pervenit, ut non ſolum à parentibus ſummè diligeretur ſed etiam ab omnibus veneraretur. Erat enim ejus ſermo ſuavis non quidem de inanibus, & laſcivis verbis, ſed de virtutibus, cultu divino, fide, atque charitate plurima: ejus converſatio in Eccleſiis cum honeſtis & doctiſſimis viris erat, attenteque eos audiens lectionibus inſudabat, in animumque ſibi induxerat, divinis officiis, & ſacris literis operam dare, memorque fragilitatis humanæ, & quam facilè natura hominum prona ad malum in vitia corruat, niſi benignitas Salvatoris ſubveniat, omnem ſuam ſpem in Domino collocaverat. His artibus cum adoleſcentiæ annos tranſiverit, non ſibi conjugii cura, non paternorum bonorum, quibus plurimum affluebat, non dominandi ambitione detentus, non denique ſobolis procreandæ, ſed cunctis mundanis deſideriis renuncians, ſacros ſuſcepit ordines, ſacerdoſque, & ſacræ Theologiæ profeſſor factus, publicè audientibus legebat; orans quotidie genibus flexis, pia mente, cum ſumma lacbrymarum effuſione, & corde contrito devotiſſimè profe, & cuncto populo Chriſtiano Deum orabat; ita ut ne diem quidem unum prætermitteret, quin omnes canonicas horas ad Dei omnipotentis laudem, & ſuorum peccatorum remiſſionem diceret. Erant enim venerabiles oculi his fletibus tumefacti, caro ejus diſciplinis afflicta, jejuniis totum corpus extenuatum. Cor ejus in quo pietatis fons uberrimus videbatur, in charitate proximi, & Dei cultu ita accenſus, ut ſemper ea faceret, & loqueretur, quæ ſibi convenientia, & ad aliorum hominum eruditionem ſpectare, & pertinere viderentur. Quæ omnia cum non laterent eum, qui ex nihilo cuncta creavit, & omnium corda ſcrutatur, his B. Richardi operibus motus, quæ ſibi acceptiſſima erant, ſtatuit eum ad majora promovere, ut per talem ſuum ſervum, ejus opera hominibus, ac ſua miracula innoteſcerent.*

*Erat ea tempeſtate Italia fermè omnis ab infidelibus Gothis oppreſſa, & præſertim Apuliæ partes. Nam cum Zeno Romanorum imperio præeſſet . . . . potenti barbarorum manu ſe & ſua tutari non poſſet, evenerat, ut plurimæ civitates Italiæ, maximeque Apuliæ variis erroribus implicitæ à ſanctiſſima fide Chriſti Jeſu, & veri Dei cultu alienarentur, & in errore gentilium perſeverarent. Placuerat itaque Creatori ob eas cauſas tales homines tantis calamitatibus eſſe vexatos; ſed tandem aliquorum fidelium precibus motus, miſertus plebis ſuæ, ut quod alias per beatum Apoſtolum ſuum Petrum inchoatum fuerat, per B. Riccardum perficeretur. Fuerat olim S. Petrus cum S. Andrea ejus fratre in civitate Tarenti, ubi cum verbum Dei prædicaſſet, conſecraſſetque Chriſti corpus in eo altari, ubi præcedente tempore per Tarentinos ſacellum in honorem B. Andreæ conſtructum eſt, ubi dicitur. B. autem Petrus remiſſo in Aſiam S. Andrea, Andriam inde perrexit; qua in civitate cum ſimiliter verbum Dei enunciaſſet, fidemque Chriſti Jeſu aperuiſſet, multos ad cognitionem veri Dei illexit, quoſdamque baptizavit, celebratiſque miſſarum ſolemniis, in loco, ubi dicitur, receſſit, Romamque pervenit. Sed ab Andrianis poſtea eo in loco ob beati Apoſtoli reverentiam Eccleſia ſui nominis conſtructa fuit.*

*Cæterum cum B. Riccardus aſſiduis orationibus eſſet intentus, per quietem apparuit ſibi S. Jeſu Apoſtolus Petrus, præcepitque ſibi ex parte omnipotentis Dei, ut in Apuliam pergeret, & Andrianis verbum Dei enunciaret, nec timeret viæ longitudinem, aut Infidelium minas: quoniam Deus eſſet cum eo. Hiſque dictis evanuit. B. Riccardus ſomno excitatus, illicò ante figuram Crucifixi procidit, gratias agens Deo omnipotenti, & beato Apoſtolo; mane que conſurgens, relictis Fratribus in dominatu, patriaque, & ſibi chariſſimis, itineri ſe accinxit: quem circumfuſa undique multitudo lacbrymis deprecabatur, ne orbatam ſuo diſceſſu patriam derelinqueret. At ille in propoſito perſeverans, poſtquam eos conſolatus eſt, Romam petiit. Ibi adiens Gelaſium Pontificem Maximum, ei, quæ per quietem ſibi ab Apoſtolo mandata fuerant, exponit; petiitque ab eo, ut ſua benedictione liceret Andriam pergere, & miniſterium ſibi commiſſum adimplere. Gelaſius audiens hoc, apprimè lætatus eſt, & videns venerabilem B. Riccardi faciem, morumque gravitatem conſiderans, illum Eccleſiæ Andrienſis Epiſcopum ordinavit, præcepitq; ei, ut quocunq; pergeret, Evangelium Jeſu Chriſti enunciaret; deinde deoſculans hominem, eum benedixit.*

*Quibus peractis, B. Riccardus ardens in Chriſti amore, plenuſque charitate, in Illyrium, quod iter tutius videbatur, primò penetravit, ibique navicula impoſitus ſatis felici vento in Apuliam delatus eſt, & quocunque incedebat, verbum Dei prædicabat, & in virtute miraculorum, & Dei potentia, multos languentes ſanabat, multoſq; ad cultum veri Dei, & fidem Chriſti convertebat, qui tandem Andriam pervenit. Ibi cum ante civitatis januam, quendam cæcum, & mulierem contractam reperiret, eleemoſynamq; poſcentes, cœpit eis exponere verbum Dei, & uti erat ſacræ Theologiæ profeſſor, & eloquentiæ ſingularis, attentè ab iis audiebatur. Quem cæcũ ita devotè audientem B*

*Riccardus cernens, dixit ei: Si in Chriſtum Jeſum credere vellet, & baptizari, quod viſum reciperet; qui reſpondit, credo in Jeſum Chriſtum, quem prædicas, & à te baptizari peto. Quo dicto, Crucis charactere ſua manu ſuper ejus oculos facto, illico viſum recepit, projectoque baculo, cujus auxilio, dum cæcus fuerat, incedebat, debitas Deo gratias egit, ac etiam B. Riccardo, cujus opera illuminatus fuerat. Mulier verò illa, quam diximus, viſo miraculo, ſe convertit B. Riccardo; qui videns ejus fidem, manu eam apprehendit, & ambulans clamavit alta voce; unus eſt Altiſſimus, per quem à Riccardo ſervo ejus optimo ſana facta ſum. Cujus mulieris clamoribus univerſus populus eò cucurrit: & videntes cuncti vera eſſe talia miracula, utpotè quæ omnibus nota erant, quotquot languentes, & infirmi in ea civitate erant, coram eo attulerunt, orantes ut manus ſuas ſacratiſſimas ad ſingulos imponeret: at illis, qui optabant ſanitatem concedere dignaretur.*

*Tunc B. Riccardus exponens eis Jeſu Chriſti Evangelium, & fidem Catholicam, declaravit omnibus, ſe illius civitatis conſtitutum eſſe à Summo Pontifice Epiſcopum, miſſumque ſe ab omnipotenti Deo ad ſalutem eorum tam animarum, quam corporum, in quem ſi crederent, conſequerentur eam, quam optaverant, ſanitatem. Tunc una voce omnes clamaverunt, ſe credere in Deum, quemadmodum eis prædicaverat. Quorum fidem B. Riccardus animadvertens, ſancta genua ſua in terram flexit, mentemque, & oculos ad cœlum elevans, in hæc verba orans prorupit: O Creator cœli, & terræ quanta maxima poſſum devotione humiliter te deprecor, ac inſtantiſſimè oro, ut digneris his hominibus, & huic populo gratias facere, qui pro eorum erroribus implicati, non ſe noſcebant: nunc verò tua gratia parati redire ad fidem, & tui cognitionem, quæ jam inſerta eſt in eorum cordibus, converſi ſunt ad te unicum & verum Deum: oro ut tuæ pietatis oculos in hos convertas. Qua oratione facta, omnipotens & Creator omnium Deus ſervi ſui Riccardi preces exaudivit: & illicò omnes illi infirmi, & languentes ſani facti ſunt, & ab omnibus priſtinis infirmitatibus liberati. O rem admirandum, ò rem ſtupendam, ò rem dignam memoria hominum ſempiterna! videre lachrymas, audire gratiarum actiones, quas univerſi cives Andriæ unanimiter egerunt, & profuderunt omnipotenti Deo, & B. Riccardo ex tot hominibus liberatis, aliiſque beneficiis, quæ receperant: quamvis ille admoneret, uti eas Creatori omnium, & factori Deo, & non ſibi referrent, à quo tot, tantaque bona receperant. Ingreſſuſque deinde cum univerſo populo civitatem, intravit Eccleſiam, quam invenit immundis Idolorum ſacrificiis pollutam, ac omnis nefariæ adorationis plenam. Qua purgata, juſſit populo, omnia illa vaſa, quibus Idolis immolabatur, ſub terram mergi: ordinavitque deinde ſacratiſſimum fontem baptiſmatis. Porrò cum pluribus diebus expoſuiſſet Evangelium Dei, fidemq; Catholicam enunciaſſet, & ea, in quibus credere eos oportebat, uti cernebat firmos in fide, ita catervatim ſuis ſacratiſſimis manibus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizabat: Admonens quotidie eos, ut in fide, quam ſuſceperant, perſeverarent, & ſanctis operibus operam darent. Ingens erat viri labor ad hæc facienda, ſed maxima ejus cura, illos in fide, & ſanctis operibus detinere.*

*Interea dum hæc Andriæ ita fiebant, undique ex finitimis locis infirmi ad eum deferebantur, quos ipſe in Dei virtute ſanitatis compotes faciebat. His rebus intentus, cum aliquot in illa civitate homines inveniſſet, qui nec barbarorum quidem minis deterriti in fide Chriſtiana perſeverarent, ob eamque rem multa adverſa perpeſſi fuiſſent, ſtatuit ex his Clerum conſtituere, & ſicut per Spiritum ſanctum ei revelabatur, ita quoſdam Diaconos, nonnullos Subdiaconos, aliosque Sacerdotes conſtituebat, impartiens ſingulis officia, uti quiſque idoneus ad ea exequenda ſibi videbatur. Erat in his agendis valde mirabilis ſancti Viri cura, ſollicitudoq; vehementior, quam ſuarum ovium uti bonus Paſtor ſuſcipiebat, quibus faciliùs fides, & bona opera innoteſcerent, una cum Clero, quem ordinaverat, populus Andrienſis, tanquam fluctuans navicula hujus vitæ, & ſancto gubernaculo inhærebat, ne Diaboli inſidiis deperiret, & à cupiditatibus mundanis ſubmergeretur: propterque ejus eximia opera, & miracula, quæ in dies fiebant, finitimæ civitates, populique commoti, oratores ad eum mittebant oratum, ut dignaretur ad eos accedere, ac Dei Evangelium prædicare. Quorum preces ſanctus Riccardus benigne audiens eos in charitate Dei conſolatus eſt, eorum infirmos ſanando, Evangeliumque eis exponendo, omni charitate plenus, atque abundans, rem gratiſſimam cunctis faciebat. Nec tamen interea Andriæ populum commiſſum ſuæ prudentiæ relinquebat, ſed maxima diligentia curabat, ne in minima quidem re, Dei omnipotentis mandata tranſgrederetur, neve fidem, quam Andrienſes ſuſceperant, derelinquerent: partiens præterea eas cum pauperibus facultates, quæ ad eum conferebantur: & hoſpitalem quemquam ſuſcipiendo, quæ poterat, erogabat.*

*Cæterum ipſe in jejuniis plurimis, abſtinentia cibi, & potus duriter vitam agebat. Nam & veſtimentis, & ſtrato perhumili utebatur, ſemper orationi inſtans: cor verò ejus contemplationi deditum erat. Itaque quæcunq; agebat, non niſi ad ſuæ animę ſalutem, & populi eruditionem acta eſſe videbantur. Qui cum pluribus annis in tam ſanctis operibus perſeveraſſet, placuit B. Michaeli Archangelo univerſali Eccleſiæ Principi, animarumq; receptori, Oratorium in Monte Gargano, quod à ſuo nomine appellatur, conſtituere, factaque tauri apparitione illa mirabili, ut in ſua hiſtoria continetur, conceſſaque victoria ejus rei populo Sipontino per eorum Epiſcopum B. Laurentium, miſſum ad Gelaſium Pontificem ſciſcitatum, quid fieri deberet in loco à ſancto Michaele Archangelo electo. Reſponſum accepit ab eodem Pontifice, & ſi ſancto Dei Archangelo placeret, Eccleſia fundaretur in laudem S. Michaelis, ubi ſuæ voluntatis eſſet: idque exequeretur per ſanctos Dei Epiſcopos Laurentium Sipontinum, Sabinum, Canuſinum, Pelagium Salapitinum, Rogerium Cannenſem, & Riccardum Andrienſem. Cui poſtquam hæc nunciata fuerunt, ad tale myſterium exercendum accerſitus, pedibus Cannas pervenit, & una cum B. Rogerio, uti pedites erant, ita itineri ſe commiſerunt, ut Sipontum pergerent. Qui quoniam aſſiduis jejuniis, laboribuſq; aſſiduis confecti erant, ac Solis ardoribus (erat enim Septembris menſis) premerentur, cum iter illud ſit, uti eſt ea regio arboribus denudata, Solis caloribus expoſitum, ſummum Deum oraverunt, ut tanto æſtui aliquid levis auræ eos refrigerantis concedere dignaretur. O rem miram, & antea inauditam! O Dei potentiam admirabilem! hinc manifeſte apparuit, quam ſit propitius Deus diligentibus ſe. Nam non prius finita eſt ſervorum Dei oratio, cum ſubitò Aquila una immenſæ magnitudinis ſuper eorum capita volitans apparuit, & duplex illis ſanctis viris obſequium exhibens: namque ſub umbra alarum Aquilæ ambulantes nihil æſtivi illius caloris priſtini ſentiebant, & eorum feſſa corpora levis aura, quæ ex motu alarum oriebatur refrigerans, promptiores ad iter perficiendum reddebant. Quod tandem factum eſt, quoad Sipontum ad beatum Laurentium pervenirent, ubi divino officio in veſperis celebrato, quieti reliquum diei, & noctis ſequentis tempus dedere. Ea nocte Archangelus Michael B. Laurentio Sipontino per quietem apparuit, dixitque non eſſe hominis officium Eccleſiam, quam ſuo nomine ipſe dicaſſet, conſecrare: ſed ad ſectandum qui id oratorium ſibi elegerat, attinere, quam ipſe ſuo adventu ſacraverat; quod ut eſſet omnibus notius, ait, reliquiſſe ſe ad tantæ rei fidem ſuper ſuo venerando altari ſuorum pedum plantarum veſtigia marmoreo lapidi impreſſa, ac etiam ante Oratorii januam imaginem lapideam ſculptam, & figuram ejus Archangeli, quæ poſtea pingeretur. Hæc B. Laurentius, ſicut per viſum acceperat, ita ſanctis Dei Epiſcopis patefecit. Qui læti tanta, taliſque viſione, atque intellectis S. Archangeli miniſteriis, & quantum indulgen-*

*tiæ à Deo omnipotente, interceſſione B. Archangeli Michaelis illi Eccleſiæ conceſſum eſt: exhilarati gaudio, gratias Deo immortali, & B. Michaeli egerunt, per quem ea ſuſceperant. Sed cum præ omnium concurſu Eccleſiam illam viſitantium, unum altare in peragendis divinis Myſteriis non eſſet ſufficiens, tria ibi altaria conſecraverunt: primum in honorem B. & glorioſæ Mariæ Virginis propè aquam ſacram, quæ vocatur ſtilla: aliud in honorem B. Jo. Baptiſtæ: tertium verò in honorem BB. Apoſtol. Petri, & Pauli. Quibus rebus peractis, omnium rerum illi Eccleſię attinentium curam B. Laurentio Epiſcopo Sipontino demandaverunt, ac etiam totius Cleri ordinationem.*

*Hoc facto, B. Riccardus cum B. Rogerio ad ſuas Eccleſias redierunt; hic Cannas, B. vero Riccardus Andriam pervenit; cui univerſus populus, & Clerus obviam proceſſit cum ingenti gaudio, & aliis ſpiritualibus canticis, quos non tam multorum dierum B. Riccardi abſceſſus perturbavit, quam ejus reditus conſolatus eſt. Ob quorum devotionem, & fidem confirmandam preces Deo immortali effunduntur, ut longiorem vitæ terminum B. Riccardo concedere dignaretur. Qui intentus prædicationibus, & ad erudiendum populum, totum ſe ad contemplationem illius majeſtatis æternæ dederat: nihil propterea ex divinis Officiis, & pęnitentiis remittendo, ita quod per ejus preces, & interceſſiones ad Dominum factas, ultra centum miracula antequam è vita decederet, facta reperiantur. Cujus vitæ finis cum ſibi ab omnipotenti Deo revelaretur, accerſito coram ſe (nam decrepita erat ætate) Clero, & populo univerſo, his verbis eos admonuit: primo ut perſeverarent in fide Chriſtiana, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſervarentque Dei pręcepta, & ſacra omnia cuſtodirent illæſa, & Apoſtolorum dicta, ac etiam omnia, quæ per ſanctam Eccleſiam conſtituta erant, inviolabiliter obſervarent: neve alter alteri noceret, hortatus eſt. Quę, ſi facerent, ſcire ſe eos vitam ęternam conſecuturos. Deinde verſus ad Clerum, præcepit eis, ut conſervarent illi populo ſemen, quod ab eo ſparſum fuerat, rebuſque Eccleſiæ, & divino cultui eſſent intenti. Deinde ſumptis Eccleſiæ ſacramentis, humi procumbens, oculos ad cęlum elevans, dixit: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, & per manus Angelorum tradidit ſpiritum Domino. Hunc Riccardi beatiſſimi exitum totius populi, & Cleri lachrymæ conſecutæ ſunt, qui fletibus ſua ora rigantes, venerabile S. Riccardi corpus amplexi, cum ſummo honore, & devotè illud tractantes, ſepulchro collocaverunt. A quo ſancto Dei viro cum alias, tamen etiam ad ejus ſepulchrum uſque in præſentem diem multa miracula facta ſunt: ejuſque cor, uti erat in charitate Dei, & proximi ardens, poſt ejus mortem cum ſui capitis pericranio, odore ſuaviſſimo, uti manifeſtè apparet, ab omnipotente Deo ſervatum eſt, cui ſit gratiarum actio, laus, honor, & gloria per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.*

Poſt S. Riccardi obitum uſque ad annum 781. nulla Andrienſium Epiſcoporum extat memoria, nomina, actaque eorum perierunt, nec hactenus ad noſtram devenerunt notitiam.

2 CHRISTOPHORUS (1) poſt multa ſæcula in Concilio Nicæno ſubſcriptus reperitur ann. 781. poſt quem etiam per trecentos ipſos annos jejuna erit hæc noſtra narratio.

II. 3 N. . . . . Epiſcopus Andrienſis interfuit translationi S. Nicolai Peregrini apud Tranum anno 1143. nomen non exprimitur.

III. 4 RICCARDUS hujus ſedis Epiſcopus præſens fuit Lateranenſi Concilio an. 1179. ab Alexandro III. celebrato. Vixit in ea dignitate plures annos, ſanctorum Eraſmi, & Pontiani lipſana in Eccleſiam ſancti Bartholomæi tranſtulit anno ſalutis 1196. Translationis monumentum in membranis ſcriptum aſſervatur in Epiſcopali Archivio iis verbis. (2)

*Ex quo Verbum Patris, ſacris ſui cordis penetralibus exiens, per Angelicum divinum præconium auribus fuit Virginis inſtillatum: unde virga Jeſſe viruit, floruit, germinavit, & Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis; milleni centeni nonageni ſexti anni curriculus volvitur, & terminatur, uſque dum præſens Eccleſia SS. Martyrum Eraſmi, & Pontiani glorioſis fuit reliquiis ex divinæ voluntatis beneplacito adornata. Quas quidem reliquias per diligentiam perfecti ſtudii D. Manerii Sacerdotis, & D. Joannis hujus Eccl. Abbatis à Civitella, huc Deo concedente translatas Dom. Richardus venerandus Epiſc. Andrienſis mente hilari, & devoto genu ſuſcepit, & ordinato proceſſionis ordine, cum omni qua decet reverentia, & exultatione gaudiorum, cum univerſo cętu Andrienſis populi huic Eccleſię collocavit. Ad quorum SS. Martyrum laudem præſens altare conditum, idem Epiſcopus ſacroſanctis induit indulgentiis, relaxans perpetuo omnibus Catholicis Deum colentibus de criminalium contagiis peccatorum annum unum, & dies quadriginta, qui ad anniverſarium hujus conſecrationis ad hanc Eccleſiam S. Bartholomæi accelerare ex ardore bonæ intentionis, & manus adjutrices porrigere ſtuduerint: Actum anno inſtante tertio die menſis Aprilis, Indict. 14.*

5 N. . . . . (cujus nomen non exprimitur) in regeſt. Innocentii III. Papæ memoratur, ubi in litteris ad Epiſcopum, Clerum, & populum Andrienſem hortatur eos, ut ab ſe miſſo pareant. IV.

6 Fr. PLACIDUS (Ordo, & patria ignorantur) Andrienſis Epiſcopus pro decimis translationis Andriæ inſtat apud Regem Carolum II. anno 1290. in regeſt. Neapol. („ *Adfuit conſecrationi Cathedralis Vigilienſis an. 1295.*) V.

7 JOANNES, de quo mentio anno 1318. pauloque poſt, mortem obiit. VI.

8 DOMINICUS ſucceſſor Joannis anno 1319. de quo in monumento ejuſdem Eccleſiæ mentio extat. VII.

9 JOANNES hujus Eccleſiæ Epiſcopus ſub Clemente VI. diem obiit ann. 1349. ex reg. Vatic. („ *Fr. Joannes de Alexandria, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ab Acernenſi Clero electus ejus Eccleſiæ Epiſcopus, & conſecratus ab Archiepiſcopo Salernitano, cum ejus electionem caſſaſſet Clemens VI. Adminiſtrator aliquando fuit Acernenſis, deinde ab eodem Pontifice factus eſt Andrienſis Præſul 4. Id. Decembr. 1348. ut ex reg. Vatic. Epiſt. 190. qua in ſede paulo poſt obiit.* Lucentius.) VIII.

10 Fr. ANDREAS Ord. Eremitarum S. Auguſtini in demortui Joannis locum, Andrienſis dictus eſt Epiſcopus à Clemente VI. an. 1349. 2. Id. Martii ex eodem regeſt. Epiſt. 106. fol 16. ann. 8. IX.

11 JOANNES Andrienſis erat Epiſcopus anno 1356. X.

12 NICOLAUS obiit anno 1376. XI.

13 Fr. BENEDICTUS de Nigroponte Ordin. Minorum ſucceſſit Nicolao anno 1376. XII.

14 LUCIDUS, Benedicti ſucceſſor memoratur in lib. oblig. XIII.

15 FRANCISCUS Surrentinus, ejus mentio habetur in monumentis ejuſdem Eccleſiæ anno 1385. XIV.

16 Fr. MELILLUS Sabanicæ de Andria Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini ſubſtituitur Franciſco XV.

(1) Hic Chriſtophorus, quem inter Nicæni II. Patres an. 787. enumerat Ughellus, non fuit Andrienſis ex Italia (unde nemo, uti neque ex toto Occidente ullus ibi comparuit) ſed Andrianenſis ex Thracia Epiſcopus. *Papebrochius in Actis SS. Junii t. 1. pag. 245.*

(2) Nihil eſſe cauſæ apparet, cur S. Richardus, Andrienſium Epiſcopus, ut patronus, qui hoc die colitur, non fuerit idem ipſe, de quo memoria in hoc monumento, ab Hadriano IV. itidem ut ipſe, natione Anglico, cui vel ante, vel in Pontificatu miniſtraverit, promotus, & ordinatus, intra annos MCLIV. & LIX. quibus ille univerſalem Eccleſiam rexit. Neque refert ſi longe alia, vetuſtioraque narrant Lectiones officii proprii, quibus Eccleſia Andrienſis per duo fortaſſis ſæcula nunc utitur: hæ enim non extabant, cum corpus S. Richardi inveniebatur; imo nec ſciebatur vulgo dies obitus, quia (ut ait ſcriptor hiſt. inventionis) *Legenda non erat inventa.* Hæc verò cum nec poſtea inventa ſit, conſequens eſt nullam poſtea ſcribi potuiſſe, niſi per meras conjecturas. Adde, quod Andria non videtur urbs tantæ antiquitatis: nec ſæculo V. Angloſaxones converti cęperant. Fortaſſis Andria Epiſcopali dignitate donata fuit à Gelaſio Papa II. tum cum Tarracinæ morabatur. *Papebrochius in Actis SS. Junii tom. 2.*

ciſco anno 1390. 8. Kal. Octobris à Bonifacio VIII. Vixit in hac dignitate ann. 18. ex lib. oblig. tum ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ, in quibus uſque ad annum 1418. die 25. Februarii. Extat memoria, pauloque poſt ex hac mortali vita diſceſſit, Matthæum germanum fratrem diu antea condiderat in Cathedrali propè altare majus in cornu epiſtolæ, hoc addito epitaphio.

*Hic jacet*
*Pat. Matth. frat. fratris Milili*
*de Andria*
*Ordinis S. Auguſtini,*
*Epiſcopi ejuſdem civitatis*
*orate pro eo.*
*Ann. Dom. MCCCCI.*

XVI. 17 FRANCISCUS („ *de Nigris, Ordinis Mi-* „ *norum*) Epiſcopus Salpenſis huc translatus per obitum Malilli à Martino V. anno 1418. 2. Id. Auguſt. ex bulla translationis, Datum Gebennis eodem anno.

XVII („ *Fr. ANDREAS de Aurea Ord. Prędicat. electus* „ *eſt 5. April. 1427. ut liquet ex Actis Conſiſt.*)

XVIII 18 JOANNES Dondeus Monachus Cœleſtinorum, Epiſcopus Andrienſis creatus eſt anno 1435. 18. Kalend. Decemb. Fr. Franciſco *a* ſucceſſit. Interfuit Concilio Florentino ſub Eugenio IV. celebrato an. 1439. ſedit vir ſanè iſto munere digniſſimus. annis ferè 17. obiitque an. 1451. cujus Præſulatu inventum eſt corpus S. Richardi Epiſcopi urbis Patroni, poſtquam diu in Cathedrali Eccleſia obſcuro in loco jacuerat. Inventionis hiſtoriam ſcripſit Franciſcus del Balzo, ejus ævi Andriæ Dux, quam hic damus ab exemplari Bibliothecæ Vallicellanæ.

*a* Andreæ.

*Incipit hiſtoria inventionis, & translationis glorioſi corporis ſancti Richardi Anglici Confeſſoris, & Epiſcopi Andrienſis.*

*Eſiſtantæ hujus rei teſtimonium perbibendi ignarus ſum, quam ego ipſe meis ſenſibus intellexi, qui omnibus adfui; rectè tamen hæc ſcientibus irreprehenſibilis inveniri cupio. Ambitio in me nulla eſt, nec eruditio diſertæ linguæ me poſſidet: ſed ad hæc articulos ſimul, & calamum movit, ut veritas ſuper candelabrum obtineat, & ſuper mentes exiſtat formata. Hæc nempè deſcribens, ſicut mihi in mentem veniunt, dilucidabo. Andria centum ferè milliaribus à Neapolitana urbe Campanorum ad Septentrionem diſtat, ſitaque eſt in Etbolis oris Peucetiorum prope pedes lapidoſorum montium ad Auſtrum jacentium: quinque millia paſſuum Mediterranea ab Jonio pelago poſita eſt, & verſus Occaſum Aufidi fluminis per ſeptem lapides tranſiens, Ducali titulo decorata eſt, in cujus quidem regimine civitatis, & jertam, & vicem gero. Erat in ea olim vir nomine Taſſus, de cujus vita, atque moribus cùm à civibus cunctis quæſiviſſem, bonus, ſimplex, neminem offendẽs, Deo devotus, ab omnibus uno ore laudatus eſt, & tam ſe, quam ſuas facultates Deo dicaſſe reſponderunt. Unde poſt pauca æva factum eſt, quod omnia ſua, in morte, fabricæ Templi B. Marię Veteris nuncupatæ reliquit. Ipſo namq; ſæpenumero ad locum audientię mera cupiditate atque deſiderio illectus profectus eſt, & quidem curioſè ſciſcitans hęc ab eo accepi. Inquit enim, neſcis, quod Deus antiquæ miſerationis viſitans ſervum ſuum fidelem Richardum Pontificem hujus civitatis tam ſublimem in Cœli ſede collocavit, & ejus corpus in majori Eccleſia noſtræ civitatis eſt collocatum. Quæ audiens, admiratus ſum, hæc meeum tacitus reputabam. Et poſt puſillum adortus ſum hominem, qui hæc, quę ipſe diceret, auribus meis numquam percepiſſem. At ille quidem: Jam luſtris ferè viginti elapſis in Regno iſto bellum ortum eſt inter Regem Ungariæ, & Reginam Joannam Primam, & hoc propter necem Regis Andreæ jam d. Reginæ mariti, & huic Regi Ungariæ germani. Accidit autem uno dierum, exercitum regis prælibati iter agere propè hanc civitatem, qui legatos miſerunt, quatenus cives in caſtra munitiones mitterent. Erat autem in arce præaltis cuſtos nomine & re Malus Spiritus, qui & ipſe cohortes aſſecutus eſt, & tradidit civitatem, à quibus ne dum expoliata, verum etiam omnibus bonis nudata*

A *eſt. Et nunc eſt opinio, Beatum corpus ablatum fuiſſe tunc, quæ opinio penitus eſt falſa. Quoniam Sacriſta prudens, timens in iſta vaſtatione urbis, ne illum arriperent, clam tranſtulit; & illud ſubtus altari, quod erat in Eccleſia inſtar adyti intus in antro deductu, ubi prius poſitum fuerat, collocavit: & propter hoc à quibuſdam arreptum eſſe creditur, ubi etiam tota Eccleſię bibliotheca fuit amiſſa; unde in oblivionem ductum clerici, ut dicebat, non venerabantur, cives verò aliquali devotione locum illum frequentabant. Ex qua re mirum in modum præfatus Taſſus ad dilatandum nomen, & rem ipſius ſancti, me, ut ego ejus comes eſſem, ſæpiſſimè flagitaverat, & ut feſtinus accingerer ad beatum præfatum corpus inveniendum. At ego rurſus ab eo, quomodo iſtud ſciebat, quæritabam, & qualiter ibidem collocatum fuiſſet. Qui quidem ait: Dominus Guillielmus Dux pater tuus, & præſes Milillus ad hoc inquirendum iverunt, atq; ibi eſſe corpus benè ſciverunt, ſed minimè auſi ſunt attrectare. Ego verò hæc, & alia conſiderans, mente contemplabar; ancipitemque inveniens, inducias pertuli: & cum à*

B *multis hæc poſcerem, nomen adfuit pervagatum. Et vero nomine antiquo contento annuere mihi, ſicut viſum eſt cum plumbeo pede tranſire, huic rei paulatim ſuperſtiti. Sed cum Taſſus ad me opportune pervenerit, profectus ſum in Eccleſiam. Ara major in medio tribunæ poſita erat; poſt tergum ipſius, juxta parietem, altare ſub parva, pulchraque forma manebat; baſis ejus inſtar particulæ perſiſtebat, quantum cervix hominum cum habilitate ingerere ſe videretur. Poſt illam quoque particulam, ſicut pavimentum lapidea laſtra fuiſſet, continebatur, in qua Crux in ipſo lapide aperta manebat; ita, quod mirum in modum ipſius beatiſſimi corporis ſumma cum ſuavitate fragantia reciperetur. Satis congruè, ut honorari poſſet, eminebat altare: necnon juxta illud, picturam in ſua effigie, atque nomine Græco, manu tinctam conſpexi, quaſi per vetuſtatem conſumptam. Picturæ quoque multæ aliæ Pontificum adhærebant beatorum, & ſanctorum: & propè januam ipſius Eccleſię, ſimul alia, quę*

D *cum Clero hinc, & hinc imminebant; adfueratque titulus, qui ipſius civitatis Præſulem indicabat. Vas inſuper ibid. poſitum erat, & ſuperſcriptio ſtilo ferreo legebatur: Joannes Epiſcopus, Cathedram qui tunc regebat, omnibus adfuit. Et ſimul ſuper hoc comitia tenentes, ſtatuimus, alia quoque perſpicua adminicula cum ævo carpere. Sed jam prænominatus Taſſus mihi verſus in hoſtem (hoſtem ſcribo propter ſuam importunitatem) quia de hoc quaſi per debitum ſibi à me promiſſum de me quotidie conquerebatur, jugiter, & frequenter aſſiſtens, ubi ubi me conveniſſet. Itaque ſuper his cum curioſè cum habitantibus colloquerer, atq; ibidem concurſus creber fuiſſet, propterea quod loco illo ſancto tanquam ſacrario Presbyteri abuterentur, odor, atque fragrantia ceſſavit. Tandem quid in baſe illa foret, clam videre decrevimus ſub hac ſpe, ſcripturam ut ibi aliquam inveniremus. Tertia verò & vigeſima die menſis Aprilis anno Incarnationis Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, ſummo regnante Pontifice in Eccleſia Dei Eugenio Papa IV. atque*

D *Inclyto Alfonſo Rege Aragonum, Epiſcopus, & Presbyter Joannes, ego, puer meus, ac Taſſus ipſe in Eccleſia congregati ſumus; & fores erant clauſæ propè Meridiem, quando ſomnus homines, aut negotia occupantur. Ex latere ipſius baſis Taſſus lapidem traxit: cumque intueremur, apertè capſulam tectam palliolo ſerico rubeo cum ſummitate acuta perſpeximus. Erat in circuitu ejus cœnum quaſi ſemipedis altum, quod ibidem per viginti annos extiterat projectum, cum ablutione ſacrarum rerum; & fracta vaſa, & cineres rerum urendarum per annos ibi etiam reponi oportebat, ubi talem locum elegerant. Sed tamen palliolum, & capſula intacta apparebant. Presbyter ille juſſu Epiſcopi illam cum vellet extrahere: tabula quæ erat ex parte trahentis, ad manus ejus devenit: erat quippe longitudo capſulæ unius cubiti, latitudo ejus, & altitudo medii, locus in quo erat, parum plus majoritatis habebat. Oſſa erant compoſita, & inſuper omnibus ſandalia Epiſcopalia de pelle nigra jacebant; deſuper in eis*

cor

cor & caput adſtabant, cujue oſſa rubeo colore luſtrabantur: Cuncta quæ idem venerabiliter colligens, & ea ſerico panno involuta in altari majori repoſuit. Jamq; præparatus erat alius locus per dies plurimos in ſacrario, ſed ibi cęnum inadvertens Presbyter ille ponebat. Inter hæc ego, atque Epiſcopus colloquebamur ambulantes, & regredientes per ipſius Eccleſiæ alam, & jam perveneramus ad angulum noviſſimum, ubi concluſum fuit, clam reverenter illud reponi, ubi jam perſiſtebat. Antiphona ad magnificat ad ſpectabamus; & Presbyter jam candelam accendit in honorem prefati Sancti; & ſubitò tantus de corpore odor emanavit, quod nos aſtantes inſuper, & totam Eccleſiam replevit. Presbyter ille ad nos conciter venit in angulum, ubi eramus, hæc nobis annuncians. Subito cum illuc reverteremur, vehementiorem ſenſimus odorem, quaſi alienati manentes, alter in alterius faciem aſpiciebamus. Demum collaudantes Deũ, ac ſanctum Riccardum gaviſi ſumus gaudio magno valdè, præſertimque nobis ſpem maximam contulit, quando ſemet miraculosè manifeſtavit. Et ecce repente factus eſt ad oſtium ipſius Eccleſiæ ſtrepitus maximus. Presbyter ille, qui jam, ut videret quid fieret, perrexerat ad oſtium: per ipſius oſtii rimulam intuens mulierum, ac virorum turbam: & quidnam quęrerent, illos interrogans, eorum dicta, & voluntates tali modo percepit. Dicas Epiſcopo, ac Domino, niſi nobis ſtatim hæ januæ pateſiant, quatenus beatiſſimi Patris noſtri Riccardi corpus honorifice veneremur, lignum ſuper lignum non relinquetur. Reveniens Presbyter inquit nobis audita: Vade, dic eis, dicit Epiſcopus; recedite, nullo enim modo intrare poteſtis. Quamobrem his auditis, tumultus incœperat jam fieri in populo. Quo audito, diximus, non eſſe bonum Deo reſiſtere. Ego tamen clam me inde ſubtraxi, & hoc onus Epiſcopo, quod me petierat, dimiſi. Fragrantia continuè exhalabat: multitudo populorum crebro concurſu occurrit, & ex devotione palliolum illud laceraverunt, quod unuſquiſq; particulam, quam poterat, abſtulerat. Tres quoque menſes nondum pluerat ſuper terram, & aer ſereniſſimus videbatur, & ſtatim in eadem hora ſuæ Inventionis nubes denſiſſimę in aere factæ ſunt: quapropter magna pluvia de cœlo deſcendit. Fide, ac interceſſione ipſius Sancti plura miracula jugiter coruſcabant: ſed ubi & quomodo fiebant miracula, legendam de his factam legas, & ibi invenies. Poſt vero dies octo, facta prius proceſſione cum magna reverentia ibi, ubi prius ſteterat, poſitum fuit: caput autem ejus, atque cor in veſtibulo detenta ſunt, & poſtmodum argento clauſa perſiſtunt. Cor quidem in vaſe vitreo manet, & parum liquoris videtur ſcaturire maximè redolentis, ſed de eo colligi non præbetur facultas. Alioqui perverſi animi oblocuti ſunt: quod malum videtur eis hunc ſanctum colere: quia jam Idololatria cauſabatur. Quot, & quantis modis ille auctor prævaricationis nutitantes uſurpat, & raro ad intelligentes audet aperta fronte ſe prodere, & plerumq; ſub ſpecie boni decipit paſſionatos! Non in mentem eorum venerat, quod honorare Chriſtianos oſſa parentum fas eſſet, quantò magis talem ſanctiſſimum Patrem, qui tantis cum ſignis apud Chriſtum Dominum apparuit, & ejus nos continua interceſſione fulcimur. Quamplures rationes ad confundendam eorum opinionem falſam, & ſublimandam veritatem de hoc dici poſſent, ſed non eget iſta ſcriptura amplius hoc fari. Presbyter erat quidam, è numero cleri hujus Eccleſiæ, Angelus de Leone nuncupatus, qui de hoc ſancto mirabilem in ſuo corde devotionem affixam habebat, & de hujuſmodi ſuſurrationibus valde contriſtabatur. Accedit, quod Archipresbyter hujus minoris Eccleſiæ nomine Guillelmus mortuus eſt, qui arcam hujus Eccleſiæ in cuſtodiam retinebat: ubi inventi ſunt tres Calendarii, non conſueto modo ſcripti, ſed pro qualibet parte folii octo, vel decem litteræ ſunt diſtantes, ita quod facile ſcribi poſſet inter medium omnium dies obitus; & hic inventum eſt ſcriptum, quando ſanctus ipſe migravit è ſeculo; eſt quippe nona dies Junii, quod antea ignorabatur, exiſtimo cauſam fuiſſe, quod legenda non erat inventa. Hos Calendarios in ſuo poſſe retinebat, neque (puto) ſciebat, neque alicui promulgavit. De libris etiam, qui in Eccleſia fuerant, tegmina quaternorum operiebantur. Miraculum exiſtimo certum etiam, quod eodem die novæ Inventionis, tranſlatio ſuæ canonizationis erat, & in uno Calendariorum ſubjungebatur. Sanctiſſimus, & beatiſſimus Pater noſter Riccardus Anglicus Epiſcopus hujus Andriæ civitatis, qui beatus. Pontifex antè obitum ſuum centum miracula fecit, cujus corpus collocatum eſt in Confeſſione iſtius Eccleſiæ. Littera iſta Longobardorum more ſcripta extitit, ſed per obitus mortuorum, qui illic ſcripti ſunt, hoc abſumptum eſt, manifeſtante etiam numero Incarnationis annorum eſſe trecentorum, & tantum addi poſſet, quanto ſcripta prius erat manifeſtatio ſui nominis ex antiquitate litteræ. Poſt paululum autem iterum inventum eſt in veſtibulo folium Miſſalis, ubi oratio, & ſecreta propria & poſt communio ipſius ſancti legebatur, reſiduum verò ſcripturæ, propter ſenium conſumptum erat. Intervallo autem facto, iterum murmur prævaluit. Tegebant ſe, qui hoc excitabant, ex quo non inventa legenda erat, ceſſare debuerat ipſius Sancti veneratio. Vir autem ille bonus Presb. Angelus, qui numeratus eſt, zelo compulſus, in orationem ſe dedit, Deum, ac S. Riccardum poſtulavit, quod ſilentium ſuper murmure illo fieret: qui ſurgens de oratione, ad capſulam indagandam perrexit, qua Sanctorum reliquias præſervabat. Quæ quidem reliquiæ ad altaria conſecranda cuſtodiebantur, & ibidem Clerica hujus glorioſiſſimi Sancti reperta eſt cum chartula apicibus Longobardorum exarata tali modo. Hæc eſt Clerica S. Riccardi, quæ jam non inventa erat cum corpore, & cum ea cor appoſitum eſt. Attamen ara major, quæ jam dicta eſt, pro eo, quod in medio tribunæ non ſatis commodè ad devotionem ſiſtebat, in eminentiorem locum verſus Orientem, ubi prius erat altare illud majus, tranſlata eſt, ſub qua uſque in hodiernum diem præfatum jam corpus manet devotiùs honoratum. Inventa ſunt etiam per vicinas, & finitimas civitates, atq; provincias apud breviaria priſca ipſius feſti dies inſcripti. Presbyteri quoque multi ejus legendam legiſſe affirmabant. Ex qua re ego Archipresbyterum Rubenſem cum omnibus, quæ ſupraſcripta ſunt, ad ſanctiſſimum Eugenium olim Papam tranſmiſi, ut indicaret, quid de hoc facturi eſſemus. Qui hæc poſtquam viderat, & audiverat, nihil aliud oportere fieri dixit, niſi ad augmentandam devotionem fidelium, feſtivitates ejus indulgentiis fulciri. Quod ex relatu dicti Archipresbyteri intellexi, & privilegium bullatum ad me portavit. Sed antequam prædictum Archipresbyterum ad univerſalis Eccleſiæ Epiſcopum, & Paſtorem deſtinaſſem, quendam Petrellum Ordin. Minorum profeſſorem ad eundem Epiſcopum miſi (non tamen omnia ſupradicta inventa extiterant) ſecum ferentem tantum Calendarium, quod plus loquebatur, quam alia, & folium Miſſalis jam dicti, ubi orationes extiterant ſcriptæ, atque partem miraculorum, & teſtimonia inſtrumento approbata, ac fama maxima pervulgata. Qui Papa hæc Dom. Joanni Epiſc. Prænestino, qui Cardinalis Tarentinus vulgariter appellabatur, commiſit, ut de hac re veritatem cognoſceret: qui ad me ſchedulam remittens ait; quod ei videbatur, canonizationem ipſius Sancti non eſſe quęrendam. Et ſubjungens dixit; ſi ſibi canonizatio S. Cataldi Archiepiſcopi Tarentini quæſita fuiſſet, oſtendere non poterat: ſed & devotionem noſtram identidem aſſequeremur, & per hos mordentes more ſurdorum tranſiremus. Qui frater jam dictus, vel negligentia, vel alio modo omnia jam, quæ per eundem miſi, perdidit, tantum Domini Cardinalis litteras mihi reddidit. Unde volens ego Franciſcus de Bancio Dux Andriæ de hoc verum teſtimonium perhibere, hanc legendam propria manu, & proprio dictatu primo ſcripſi anno Dom. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, quinto decimo die menſis Septembris, quintæ decimæ Indictionis. Ad laudem, & honorem Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

19 Fr. ANTONELLUS Ord. Minorum antea Epiſcopus Gallipolitanus ad hanc Eccl. translatus XIX.

A 15. Kal. Octobris anno 1452. ſimulque fuit Montis Peluſii Epiſcopus, qui primus illius ſedis Præſul numerandus eſt, in ſerie ſupra relata to. 1.

XX 20 Fr. ANTONIUS *a* de Joannocto Andrienſis, & Montis Peluſii Epiſcopus anno 1460. mortem oppetiit anno 1463. Jacet in Eccl. Cathedrali Andrienſi cujus in tumulo hec proſtat inſcriptio.

*a* Forte idem cum ſuperiori,

*Hic jacet*
*Fr. Antonius de Joannocto*
*nobilis civis Andrienſis,*
*ejuſdemque Epiſcopus, ac Montis Piloſii,*
*cujus induſtria*
*hæc Eccleſia refecta eſt.*
*MCCCCLXIII.*

XXI 21 ROGERIUS de Atella harum Eccleſiarum Andrienſis, & Montis-Peluſii Epiſcopi munus adiit anno 1463. ad cujus tumulum in Cathedrali Andrienſi propè altare majus in cornu Evangelii extat hujuſmodi inſcriptio,

*Hoc tua ſub tumulo defuncta Rogerius oſſa*
*Duxit Atellana, qui genus urbe trahit.*
B *Pontificis titulum cui Græca ſalubria quondam*
*Tradidit, & tanto dignus honore fuit.*

XXII, 22 MARTINUS de Soto majore Hiſpanus ad hoc Eccleſiaſticum faſtigium evectus eſt defuncto Rogerio: plura Sanctorum lipſana in Cathedrali Andrienſi tranſtulit, quod indicat ſaxum in pariete ſacrarii.

*Martinus de Soto major Epiſcopus olim*
*Plurima in hoc templum Sanctorum tranſtulit oſſa.*

Ipſe vero vir egregiis moribus ornatus vale dixit huic mortali ſæculo anno 1477. Andriæ jacet in Cathedrali juxta majus altare in cornu epiſtolę hoc ad tumulum inciſo epitaphio.

*Martinus tumulo, quem reddunt ſtemmata ...*
*Sibiliæ genitus contigit Auſoniæ.*
*Parthenope vati Fran. . . ſidera notum.*
*Concilia B.urium Andria magna Ducem,*
*Andriæ & effectus Præſul, Montiſque Peloſi*
C *Condidit in templo plura ſacella, latus*
*Campanilis, & arcem hinc exit providus ære,*
*Atque humum ſuperans extruit ſacrarium,*
*Majoris pius aræ prætextum opus & . . .*
*Quippe animam ſuperis occulto . . . .*
*MCCCCLXXVII.*

XXIII 23 ANGELUS Florus, nobilis Andrienſis, patriæ Epiſcopus ob eximiam animi ſui pietatem, excellentemque doctrinam, erat enim Juris utriuſque Doctor longè clariſſimus, electus eſt anno 1477. cujus virtutes, & egregia facta in marmore exarata leguntur ad ejus tumulum in Cathedrali, quam ſpleodidè exornavit, variis ſuorum proventuum redditibus locupletavit, cũ obiiſſet an. 1495.

*Andrius Antiſtes hanc Florius Angelus ędem*
*Ornavit donis, muneribus que ſuis.*
*Optima Præſulibus tradens exempla futuris*
*Divino culta quos decet uſque frui.*
*Hic Chriſtum in medii ſuſpendit culmine templi,*
*Sanguine qui lavit crimina noſtra ſuo.*
D *Ipſe etiam multa præſepia finxit in auro,*
*Nata Redemptoris, quæ pia membra fovent,*
*Condidit, atque chori numeroſa ſedilia; nec non*
*Struxit Epiſcopii diruta tecta ſui.*
*Iſque libros plures ſericoque auro quoque tecta*
*Qualia ſacra decent pallia multa dedit.*
*Addidit is Divi Riccardi in honore ſacellum,*
*Corpus ubi, atque oſſa condita ſancta jacent.*
*Hoc quoque de niveo monumentum marmore facta*
*Erexit ſub quo conditus ipſe jacet.*
*Eſt tamen in Patrio Paſtor bonus actus ovili,*
*Cuique datum eſt merito Pontificale decus.*
*Sentiat ergo Deum ſibi fauſtum, propitiumque*
*Tot bona qui templo donat habere Dei.*
*MCCCCLXXXXV.*

In pariete prope ſacrarium de eodem ſic legitur.

*Florius unde ſuum duxit genus, Angelus urbi*
*Præfuit Antiſtes templi, patriæque levamen.*

A 24 HIERONYMUS de Porcariis Romanus genere, & virtute nobilis ab Alexandro VI. Andriæ Epiſcopus declaratus eſt anno 1495. die *b* 31. Martii, Sedit annos octo. Romæ defunctus eſt ann. 1503. ſepultus in ſepulchro patrum ſuorum ad Minervam. XXIV

*b* Die 18. Aprilis.

25 Fr. ANTONIUS de Roccamoro Hiſpanus Ord. Minorum die 22. Decembris 1503. ſucceſſit Hieronymo; præfuit ann. 12. ultroque dignitatis ſuæ nuncium remiſit. XXV.

26 ANDREAS Paſtor civis Andrienſis ſequutus eſt Antonium ad hanc dignitatem, provectus à Leone X. anno 1515. die 3. Martii, & vix anno elapſo à ſua inauguratione, ſuis exigentibus demeritis ab eodem Leone Papa publico in conſiſtorio Epiſcopatu, omnibuſque dignitatibus ſpoliatus, privatuſque eſt. XXVI

27 SIMON de Nor Andrienſe ſuſcepit Sacerdotium anno 1516. 5. die Decembr. Brevis Præſul fuit; vale dixit enim huic mortali ſæculo ann. 1517. XX VII.

B 28 NICOLAUS de Fliſco *c* ex Lavaniæ Comitibus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis hujus Eccleſiæ adminiſtrator fuit 1517. poſt deceſſum Simonis, quam paulo poſt ad favorem Joannis Franciſci nepotis reſignavit. XX VIII.

*c* De quo Ciaconius Oldoini tom. 1. col. 1[illegible].

29 JOANNES FRANCISCUS de Fliſco, patruo Card. cedente Andrienſem obtinuit dignitatem die 13. Novemb. 1517 longo tempore hanc rexit Eccleſiam, fuitque in Concilio Tridentino; exceſſit *d* vero anno 1565. XXIX.

*d* Ultro reſignavit ex Actis.

30 LUCAS de Fliſco evaſit Andrienſis Epiſcopus *e* die 30. Januarii anno 1566. ſedit an. 16. & ad Albinganenſem in Liguria Eccleſiam translatus eſt 1582. XXX

*e* Per liberam ceſſionem Jo. Franciſci ex Actis.

31 LUCAS ANTONIUS Reſta *f* de Montagnana Hydruntinæ diœceſis, à Gregorio XIII. translatus à Nicoterenſi Eccleſia ad hanc Andrienſem die 30. Aprilis 1582. mortuus eſt bonæ famæ Præſul anno 1597. XXXI

*f* De quo Toppius in Bibl. Neap. p. 194. Mandoſ.

C 32 VINCENTIUS Baſſus nobilis Cremenſis, Epiſcopus Sebinicenſis huc translatus anno 1597. *g* obiit annò 1603 cum antea Joannem Franciſcum fratrem germanum in ſua Cathedrali ſuoeraſſet io medio ſacelli S. Riccardi hoc ad tumulum exarato epitaphio. XX XII.

*g* 1598. die 25. Maii.

*D. O. M.*
*Joannes Franciſcus Baſſus Cremenſis Patritius Romanus, vir mirè probus, qui vixit an. xlvi. menſ. iii. d. x. Flagrans deſiderio poſt aliquot luſtra videndi Vincentium Baſſum Epiſcopum Andrienſem fratrem, Andriam venit, fratrem vidit, & ad Deum iit v. Id. Decembr. anno à partu glorioſæ Virginis MDCVIII. h Vincentius fratri dilecto Poſuit.*

*h* Si Vincentius fratrem, tumulavit, quo modo ante obiit an. 1603. Error eſt exſcribentis.

D




33 ANTONIUS de Franchis *i* nobilis Neapolitanus Joannis filius illuſtris moribus, & varia litteratura, cum prudentia clarus, Epiſcopus („ olim Ravellenſis) Andrienſis evaſit ſub Clemente VIII. anno 1604. die 23. Januarii. Præfuit laudabiliter annois ferè 21. Mortem obiit anno 1625. Jacet in ſua Cathedrali. ejus meminit Ferrantes Dux Marræ in tractatu de familiis Neapol. XX XIII.

*i* De eo Piſellus in memoriis Cleric. Regul. Min. p. 14. Mandoſ.

VIN-

XXXIV 34 VINCENTIUS Caputus de Ruvo, S. Severi antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus anno 1625.*a* Vix anno elapſo exceſſit, & in Cathedrali humatus eſt.

*a* Die 3. Martii.



XXXV. 35 ALEXANDER Strozzius Patritius, & Canonicus Florentinus, Urbano VIII. Pont. Max. ob ejus eximiam virtutem charus, ab ipſo Andrienſi Epiſcopatu donatus eſt die 24. Maii 1626. ſedit annis 6. & ad Miniatenſem Eccleſiam in Etruria translatus fuit 6. *b* Id. Martii 1632. de quo vide in noſtro 3. tom. in Epiſcopis ejus urbis.

*b* 8. Id. Martii.

XXXVI. 36 Fr. FELIX Franciſchinus *c* de Caſſia Ord. Minorum Conventualium Generalis Miniſter, ad hanc Cathedralem ſublimatur anno 1632. 6. Kalen. Maii. Produxit ætatem ad annum uſque 1641. Jacet in ſua Eccleſia.

*c* Ejus meminit Franchinus in Biblioſophia p. 180.

XXXVII. 37 ASCANIUS Caſſianus electus die 19. Novemb. 1641. Obiit 1657.

XXXVIII 38 ALEXANDER Egittius, Minervini civis, & olim Archidiaconus, electus die 16. *d* Novembr. 1657.

*d* Die 17. Decemb.

*A D D I T I O.*

( ,, *Divino cultui, & ſuæ Eccleſiæ decori ſummo-*
,, *pere ſtuduit; pauperibus adcò opitulatus fuit, ut*
,, *prò illis juvandis unico famulo contentus fuerit,*
,, *qui vices omnes implebat; humilitatem quamma-*
,, *xime coluit, noctuque ſuæ cathedralis lampades*
,, *viſus multoties ab æditnis emungere, elychnia pro-*
,, *trahere. Annos 95. natus plenus dierum, ac me-*
,, *ritorum die 2. Aprilis 1689. in iſto miſeriarum Occa-*
,, *no fluctuare deſtitit.*

XXIX. ,, *PETRUS Vecchia, Venetus, Abbas Caſinenſis*
,, *Congregationis, omnigena litteratura præditus,*
,, *unus è primis Italiæ ſacris oratoribus, qui plures*
,, *ſui ingenii partus typis dederat, & præcipue illum,*
,, *cui titulum fecerat,* il Tempio della fama, *hoc*
,, *Sacerdotio honeſtatur ab Alexandro VIII. ann.*
,, *1690. die 6. Martii, ſed poſt breve ſpatium ad Mel-*
,, *phictenſe translatus fuit, de quo jam diximus t. 1.*
,, *in Epiſcopis Melphict. fol. 920.*

XL ,, *FRANCISCUS Antonius Triveri ex oppido*
,, *Biellæ Vercellenſis diœceſis, Ordinis Minorum Con-*
,, *ventualium, cum fidei quæſitor fuiſſet, prius Pa-*
,, *tavii, poſtea Florentiæ, ab Innocentio XII. menſe*
,, *Octobri 1692. die 21. Januarii huic Eccleſiæ præ-*
,, *ficitur, quam integerrime quadriennio rexit, do-*
,, *nec ut ſuus anteceſſor, ad alterius etiam ſponſæ*
,, *tranſiit amplexus, nempe Melphicnſis, ut dictum*
,, *fuit tomo primo in illius Eccleſiæ Epiſcopis fol. 942.*

XLI ,, *ANDREAS Arianus, Caroli filius, qui pieta-*
,, *tem, & litteras hauſerat in ſua patria Neapoli in*
,, *collegio Max. Soc. Jeſu, & in utroque jure laurca-*
,, *tus etiam Neap. fuerat, Romam, ſua licet reni-*
,, *tente omnibus nervis humilitate, accerſitus ab In-*
,, *noc. XII. menſ. Jan. 1697. die 14. Januarii in hac*
,, *cathedra ſedere coactus eſt. In ſanctificatione cleri,*
,, *& reformatione morum populi ſibi commiſſi totus*
,, *fuit, quolibet die dominico ad populum, & quali-*
,, *bet feria IV. ad clerum fervidam habens concio-*
,, *nem. Sodalitatem vulgo* del Sacramento *reſtituit,*
,, *quia ipſe inſtitit, ut ad infirmos communis Domi-*
,, *nus pro viatico ad æternam ſalutem, mira, ut prius*

A ,, *umquam pompa, magno cereorum numero, & mu-*
,, *ſico etiam concentu deferretur, & multoties ipſe*
,, *illum detulit, & ſaltem ſemper comitatus fuit. In-*
,, *firmos dulci, familiarique ſermone ad patientiam,*
,, *& cum divina voluntate uniformationem ſemper*
,, *hortatus, & ſi forſan pauperes, largo etiam ſub-*
,, *ſidio pecuniario ſolabatur, ſupra illam auri ſum-*
,, *mam, qua quotidie pauperibus omnibus palam, ſi*
,, *ita opus fuerat, ſed ſemper clam præſto erat. Mo-*
,, *rientes pontificia benedictione in mortis articulo*
,, *juvabat; immunitatem Eccleſiaſticam ſacerdotali*
,, *pectore ſemper fovit, pro qua, & Romam, &*
,, *Neapolim petere coactus fuit. Cathedrale templum*
,, *novo laqueari picturis, & auro prænobili exorna-*
,, *vit. Palatium illorum de Vulponis emit, in quo*
,, *non mediocri impenſa ſeminarium inſtituit ad im-*
,, *buendam pietate, & litteris pro altari juventu-*
,, *tem. Epiſcopale palatium à fundamentis conſtru-*
,, *xit, cum illud vetuſtum, campeſtre velut tugu-*
,, *rium indignum etiam ultimi ordinis ſacrificulo vi-*
B ,, *debatur. Die 17. Auguſti 1706. corporis exuvias*
,, *reliquit, ſepultuſque fuit in ſua æde principe in ſa-*
,, *cello auguſtiſſimi Sacramenti, in quo clerus obſe-*
,, *quentiſſimus effigiem ipſius cum hac inſcriptione in-*
,, *cidendam curavit.*
,, Hoc monumentum poſitum eſt mihi,
,, imo tibi, qui legis. Ego Andreas Aria-
,, nus Neapolitanus nolens volui Andriæ
,, Præſul conſecrari die 20. Januarii 1697.
,, Seminarium erexi, Epiſcopale pala-
,, tium penè ædificavi, Eccleſiam deco-
,, ravi, divinum cultum auxi, feci om-
,, nia, nihil omiſi pro Dei honore, &
,, ideo coronam cepi gloriæ die 17. Au-
,, guſti 1706. ætatis meæ ann. 55. Hic
,, expecto tubam, & vocem Archan-
,, geli, & reſurgam.
,, *NICOLAUS, Neapolitanus patria, Joannis* XLII
,, *Adinolphi, & Angelæ Coſtæ filius, U. J. D. poſt*
,, *egregiam in Neapolit. ſæculari foro navatam ope-*
C ,, *ram, mundo, ejuſque pompis abrenuncians, ſa-*
,, *cerdotalem amplexatus dignitatem, peragrata fe-*
,, *re omni Italia in viſitatione ſanctuariorum illius,*
,, *Romæ greſſus ſiſtere coactus ab Eminen. inclyti no-*
,, *minis purpurato Thoma Maria Ferrari, qui ipſius*
,, *pietatis, & ingenii bene conſcius Auditoris mu-*
,, *nere apud ſe voluit, & poſtulatoris etiam lauda-*
,, *biliter onus in cauſis canonizationum impleret, ab*
,, *Clemente XI. huic cathedræ aſſignatus die 6. De-*
,, *cembris 1706. poſſeſſionem iniit die 28. Decembris*
,, *ejuſdem anni.*
,, *Epiſcopus vere ad D. Pauli præſcriptum factus*
,, *mira pietate erga Deum ſemper exarſit; quare ma-*
,, *gna ſollicitudine, ut divinus cultus novis in dies*
,, *incrementis excreſceret, ſemper ſtuduit. Cum ſe-*
,, *minarii ædes alumnorum numero anguſta evade-*
,, *ret, contiguas illi quaſdam emit domos cum poma-*
,, *rio, ut juventus amplificato ſpatio, majori alacri-*
,, *tate, & divino ſervitio, & diſciplinis omnibus ope-*
,, *ram daret. Inſuper ut periclitanti pudicitiæ con-*
D ,, *ſuleret, palatium nobilium de Excelſis bis mille*
,, *aureis comparavit, in eoque cœnobium ſub titulo*
,, *immacul. conceptionis B.M.V. inſtituit. Anno 1714.*
,, *die 15. Junii collegiatam Eccleſiam ſub titulo An-*
,, *nunciationis B.M.V. ſacravit. Pauperes omnes ut*
,, *filios adamavit, adeo ut omnem ſuam inter eos di-*
,, *ſtribuens ſubſtantiam, aliquando ita pauper ipſe*
,, *evaderet, ut cum nihil amplius erogandum habe-*
,, *ret, propria, quibus tegebatur, femoralia, ipſaque*
,, *lubens daret calceamenta, maxima ſui jucundi-*
,, *tate, ut numquam alias, quia non modo dabat ſuo*
,, *uſui neceſſaria, ſed pro ſuis pauperibus gravia per-*
,, *petiebatur incommoda. Die tandem 13. Julii 1715.*
,, *ad divinos, ut ſuæ vitæ innocentia nobis ſperare*
,, *ſuadet, tranſiit amplexus. Teſtamentum jamdiu*
,, *condiderat, cum bona utebatur valetudine, quo*
,, *mandavit, ut quotidie pro ſe, ſuiſque ſacrificare-*
,, *tur, ut ſuum cadaver, ſi contigiſſet in diœceſi mor-*
,, *tem oppetere, in cathedrali è regione troni Epi-*

ſco-

,, ſcopalis humaretur ſub hac inſcriptione.
,, Nicolai Adinolphi Neapolitani Epi-
,, ſcopi Andrienſis ter maximi peccato-
,, ris oſsa.
,, Si autem Neapoli in ſuo gentilitio ſacello in Divi
,, Agnelli, corde tamen extracto in perpetuum erga
,, ſuam ſponſam amoris argumentum, in ſua cathe-
,, drali ante aram maximam condendo ſub hac in-
,, ſcriptione.
,, Nicolai Adinolphi Andrienſ. Epiſcopi
,, Cor. An. Domini &c.
,, Expreſſe cavit, ſibi nullus honor balſami præ-
,, ſtaretur, ut Andrienſibus Epiſcopis conſuevit, ut
,, citius mortale ſuum in illum, quo compactum erat,
,, pulverem reſolveretur. Seminario ſuam præſi-
,, gnem bibliothecam, cœnobio immaculatæ Con-
,, ceptionis ab ſe excisato quinque mille aureos le-
,, gavit, multaque alia ad pias cauſas ſancivit. Juſ-
,, ſit inſuper, cum de ſuo eſſes ditiſſimus, ut è ſuis
,, omnibus bonis novum pium opus excitaretur Nea-
,, poli ſub titulo immaculatæ Conceptionis ad mini-
,, ſtrandam dotem illis pellicibus, quæ impuram de-
,, teſtatæ vitam per legitimas nuptias divinam ſibi
,, gratiam conciliare flagrarent, cujus novi operis
,, procurationem commendavit præfectis ſacri mon-
,, tis pauperum verecundorum.
XLIII ,, JOANNES PAULUS, Marci Antonii Torti U.
,, J.D., & Iſabellæ Peparæ filius Congregationis Be-
,, nedictinæ D. Gulielmi de Vercellis, poſtquam de-
,, cennio ſacram Theologiam qua Scholaſticam, qua
,, dogmaticam, & Romæ, & in primariis regni Nea-
,, politani urbibus ſummo auditorum plauſu docue-
,, rat, Abbas renunciatus, quo munere pluribus ſui
,, Ordinis cœnobiis præfuit, Definitor, & Viſitator
,, generalis totius ſuæ religionis, Abbas poſtea Deca-
,, nus regalis cęnobii D. Mariæ in Monte Virgiliano,
,, Vicarius generalis totius Ordinis, Abbas poſtea ſui
,, cęnobii Capuæ, & in illius civitatis Archiepiſco-
,, pali curia S.Off. Conſultor, Procurator demum ge-
,, neralis ejuſdem ſui ordinis in alma urbe, & Emi-
,, nen. Vincentii Urſini Theologus die 11. Maji 1718.
,, in hujus Eccleſiæ Epiſcopum electus fuit. Plebem
,, ſibi commiſſam magna dilectione proſequitur; im-
,, pensè illam docet, paternaque charitate monet;
,, cathedralem novo opere tectorio, magno impendio
,, exornavit, multiſque aliis ſuæ beneficentiæ cumu-
,, lat monimentis. Picturis etiam Epiſcopale pala-
,, tium perpolivit, pauperibus omnibus opportunam
,, ſemper ſtipem præbet, atque in omnibus ipſorum
,, præſto eſt indigentiis. Cum ſanctimoniales SS.Tri-
,, nitatis Caſinenſis familiæ ob loci anguſtiam infir-
,, ma valetudine laborarent, indulſit, ut ſacrum
,, amplificarent gynecæum, noviſque additis ſpa-
,, tioſiore area ædificiis aeris ventilatione frueren
,, tur. Frequenter illud inviſit, inſtatque ſemper,
,, ut & ſuis, & ſacrarum Virginum votis nova
,, moles reſpondeat. Annuas Deus, ut longum pro-
,, trahat regimen ad commiſſi ſibi gregis majus ſem-
,, per in dies ſubſidium.)

# VIGILIENSES

## EPISCOPI.

VIGILIÆ (vulgo *Biſeglia*) littoralis eſt civitas Peucetiorum in Provincia Terræ Barii inter Morphitum, Traniumque ſita, quinto à Tranenſi Metropoli milliario, altis rupibus impoſita, dicta fortaſse à Vigiliis militum, qui oræ maritimæ cuſtodiæ impoſiti fuerant, habitata familiis 1272. animæ recenſentur undecim millia. Civitas ſatis ampla eſt, cujus cives adeo Regulorum imperium exhorrent, ut aliquando

A quatuordecim aureorum millia Carolo V. Imperatori donarint, ne eos cuique Regulo ſubiici pateretur. Hic uvæ genus ſuaviſſimum, quod zebibum vocant, ſaccharo condiunt ſic, ut Orientale zebibum longè multum ſuavitate ſuperet. Ager verò, ut in reliqua Apulia, vini, olei, amygdalarum, reliquorumque pomorum feraciſſimus. Vigiliis fides Chriſtiana (ut ferunt) diſſeminata fuit ab Apoſtolicis uſq; temporibus. Thecla matrona clariſſima fidelis Chriſti Ancilla, in villa ſua non longè ab hac civitate corpora SS. Mauri Bethleemitæ Epiſcopi, Pantaleæmonis, & Sergii Romæ ſub Trajano Imperatore martyrii coronam promeriti, tranſtulit, ac ſepelivit, quorum natalis dies in Martyrologio Romano agitur 27. Julii. Epiſcopatus Vigilienſis antiquiſſimus eſt, & Tranenſis Archiepiſcopi ſuffraganeus. Cathedralis Baſilica SS. Petro, & Paulo dicata poſita eſt in civitate, ſtructura vetuſta, & modica; inſtaurata tamen, atque ornata, & ſacra ſupellectile ſufficienter inſtructa. Hic aſſervantur ſacra
B oſſa SS. Mauri Epiſcopi, & ſociorum Martyrum, quæ ſuperiore ſæculo Franciſco Balzio civitatis hujus Regulo divinitus revelata, liquorem (mannam vocant) fundunt, & miraculis coruſcant. Sacris in hac Baſilica miniſtrant decem, & novem Canonici, ſuntque in ea ſeptem dignitates, Archidiaconatus nempe, Archipresbyteratus, duo Primiceriatus, Pœnitentiariatus, Decanatus, & Prioris, ut vocant. SS. Martyrum. Animarum cura penes eſt Archipresbyterum, nec non in tribus aliis Eccleſiis exercetur per proprios Parochos. Clericorum Seminarium juxta ſacri Concilii Tridentini diſpoſitionem inſtitutum fuit. Quinque virorum monaſteria, & tria Monialium ſepta, hoſpitale, ac plures laicorum Fraternitates recenſentur. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus 1200. ducatorum illarum partium, taxatur verò in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 96. diœceſis vero nulla extra civitatem. Porrò Epiſcopi hujus urbis hi tantum à nobis fuerunt obſervati.

D *A D D I T I O.*

(,, Vigilias fama eſt Diomedem poſt Trojanum
,, bellum cum in Italiam venit, vel Græcos, qui eo re-
,, gnante in Apuliam venerunt, condidiſſe: & Vigi-
,, liarum nomen poſtea ſortitas, cum Apuli Romanis
,, ſervire coacti Coſſ. C. Junio Bubulco, & Q. Æmilio
,, Barbula, regio hæc ut ſecurè cuſtodiretur ab inſi-
,, diis oræ maritimæ, eo in loco præexcelſas turres
,, excitarunt, unde Vigiles proſpicientes noctu flam-
,, meos, die fumiferos efferrent ignes, ſi quæ rates,
,, ſeu inſidæ turbæ apparerent. Illud tamen hiſtori-
,, cæ refragatur enarrationi, quod ſcribitur de Vi-
,, gilienſi hoc loco, inde prodiiſſe ritum novo hoc ſigno
,, portendere hoſtium incurſiones. Scimus enim ex
,, veteribus ſcriptoribus id antea inventum, & uſu
,, fuiſſe receptum. Videſis, quæ ſcitiſſimè Jo. Ludo-
,, vicus de la Cerda ſcripſit in Commentariis Virgi-
,, lianis in Ænead. 6. & 2. Viguit autem hæc civitas
,, vigentibus Romanis, quorum corruente imperio
,, & ipſa elanguit. Modo Regi Catholico immediate
D ,, ſubeſt. Fidem ajunt fuiſſe edoctam ab Apoſtolorum
,, Principe, cui dicatur Cathedralis. Huic inſerviunt
,, 7. dignitates, & 19. Canonici, quos inter adeſt
,, præbenda Pœnitentiaria, aliique minores Clerici.
,, In Cathedrali cura exercetur animarum per Archi-
,, presbyterum, & præter eam tres aliæ ſunt paro-
,, chiales Eccleſiæ, quæ etiam collegiatæ exiſtunt.
,, Ex his omnibus animarum numerus computatur
,, fere 6000, coaleſcens ex 1300. circiter familiis.
,, Aliæ plurimæ numerantur Eccleſiæ, quas inter
,, octo Laicorum confraternitates, 5. virorum cœno-
,, bia, 2. Sanctimonialium: nec deeſt Mons Pietatis,
,, & hoſpitale. Seminarium extabat olim, cujus ti-
,, tulo ſuperſtes eſt Eccleſia S. Crucis. Epiſcopium
,, ſatis commode extructum Cathedrali adiacet. De
,, Vigilienſibus Epiſcopis noviſſime diſſeruit moder-
,, nus Vigiliarum Antiſtes Pompejus Sarnellius, è quo
,, locupletiorem, emendatioremque Ughelli ſeriem
,, exhibemus.)

S.MAU-

I. ( „ *S. MAURUS Epiſcopus, & martyr, quem Epiſcopum Vigilienſem in Apulia aſſerit Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ 27. Julii, & ibidem martyrio coronatum ſub Trajano Imperatore cum Pantaleęmone, & Sergio, quorum corpora Thecla pia matrona ſepelivit in villa ſua, quæ Sagina dicebatur, ubi cum diu ignota latuiſſent, eodem S. Mauro revelante effoſſa ſunt, & demum conquieverunt in Cathedrali. De iiſdem agit Baronius tom. 2. Annal. ad an. 118. n. 7. inquiens:* Sed in Apulia Maurus Epiſcopus cum ſociis ſub eodem Trajano martyrio defunctus eſt. *Et in hiſtoria inventionis SS. corporum, quam deſcripſit Amandus Epiſcopus hujus loci an. 1167. inquit ipſe Amandus ſe accepiſſe à quodam Monacho Pulſanenſis Monaſterii, ſe legiſſe hiſtoriam martyrii prenominatorum Sanctorum, Trajani Imp. tempore Vigiliis contigiſſe eorum martyrium, & eorum corpora à vidua Thecla nomine in ſua villa Sagina fuiſſe occultata. Et ex his Vigilienſis Epiſcopus in novo hujus Eccleſiæ albo deſcribitur à Sarnellio S. hic Maurus. Quod tamen non ita aſſerium velim, quaſi huic opinioni minime liceat refragari. Contrarium enim depromitur ex actis, quæ extant in Vigilienſi ipſa Eccleſia, & recitari conſueverunt in feſto eorumdem SS. inventionis ad matutinum in nocturnis horis loco lectionum, ut teſtatur idem Sarnellius. In ipſis enim clare panditur, movente jam Trajano tertia in Chriſtianos perſecutione comprehenſum eſſe in Bethleem venerabilem Maurum ejuſdem urbis Epiſcopum, Romam adductum, & in cuſtodiam traditum Pantaleęmonis, & Sergii ejuſdem Trajani equitum, ac familiarium, qui ejuſdem præſulis prædicatione ad fidem perducti ſimul omnes per obitam martyrii curſum vitæ conſumarunt 6. Kal. Aug. quorum inhumata corpora feris objecta pia, & religioſa vidua nomine Thecla clam collegit, & in ſuam villam Saginam nuncupatam in agro Vigilienſi in partibus Apuliæ poſitam tranſtulit, & ſepelivit &c. & his adjicitur ex præfato Amando Epiſcopo, quod jam ſecuta SS. corporum inventione, ſanguinea gemma appoſita fuit vertici cujuſdam mulieris à ſpiritibus immundis obſeſſæ, quæ dæmonis impulſu agitata exclamare cœpit, ſe ferre non poſſe incendium ex ſanguine Mauri Bethleemitæ Pontificis: ſubjungit deinde ejus martyrium prodiiſſe à G[illegible]atilibus, & à presbytero quodam cum ipſo ſanguine, annulo, & virga paſtorali in navicula delatum fuiſſe uſque ad ſinum Vigilienſem, & in villa Saginæ juxta SS. martyrum Pantaleæmonis, & Sergii tumulum fuiſſe ſepultum. Baronius certè de Vigilienſi Epiſcopatu nihil pronunciat: ait enim in Martyrologio:* Vigiliis in Apulia SS. Martyrum Mauri Epiſcopi, Pataleæmonis &c. *nec antiſtes cujus loci fuerit indicat, nec quicquam exponit in notis: & in Annal. tom. 2. inquit tantum in Apulia Maurum Epiſcopum cum ſociis ſub Trajano martyrio defunctum fuiſſe, nullo alio innixus fundamento, quod Vigilienſis Eccleſia de iis memoriam agit, & eorumdem corpora honorificè tuetur. Quod autem Ferrarius Maurum Vigilienſem Epiſcopum evulget in ſuo Catalogo, ab eo id nonniſi moderate dictum puto, cum non afferat hujus præſidentiæ certum teſtimonium, & ab exiſtentia corporis in Cathedrali Vigilienſi & Epiſcopali intitulatione opinatus eſt eum eſſe Vigiliarum Epiſcopum. Nec quicquam officit depoſitio Monachi Pulſanenſis facta coram Amando, cum teſtetur ſe legiſſe hiſtoriam martyrii horum Chriſtianæ fidei procerum, & ex ea intellexiſſe eos apud Vigilias ſuum conſumaſſe agonem, & corpora in villa Sagina à vidua Thecla occultata fuiſſe, cum nihil inde habeatur ſacræ Vigilienſis præfecturæ in perſona Mauri: nec novum eſſet plures Epiſcopos extra ſuas ſedes alienis in locis capite pro Chriſto damnatos agnoviſſe. Quod Maurus patria Bethleemites fuerit, non inficiatur Sarnellius: ſed quid vetat ex eodem aſſerto Eccleſiæ Vigilienſis Bethleemitam pariter Epiſcopum confiteri? Quod jamdiu poſtea Bethleemitanus inſtitutus fuerit Epiſcopatus? Verum quis negare audeat ſtatim poſt Domini ad cælum Aſcenſionem, & Spiritum Sanctum datum Bethleem etiam annunciatum Evangelium, cętum inibi fidelium coactum, ut coaleſcenti gregi præpoſitum, qui illum inſtrueret, tueretur, & in fide contineret? Quod quidem ex Vigilienſis Eccleſiæ indicatis monumentis licet confirmare. At Paſchalis II. erexit, non reſtituit Bethleemiticum Epiſcopatum, ut inquit Baronius, & Sarnellius urget. Verum id eo dicitur, quia omnis exciderat Bethleemitæ Epiſcopi memoria, quod idem ſervatum legimus in aliis Italiæ Epiſcopatuum erectionibus in locis, ubi jamdudum in exordiis Eccleſiæ Epiſcopus adsrat. Quas non eſt paſſa injurias bellis, & direptionibus irruentibus Romanorum Bethleem? Quid ipſi, Chriſtianæque rei infauſti ominis non obtigit, Adriano Imperatore omnem inde memoriam filii Dei nati hominis evellere ſatagentis? Nec ultra locum ibi habuere Epiſcopi, & ſi quis populus Chriſtianus Bethleemiticus erat, Hieroſolymitani Epiſcopi duabus leucis diſtantis inde arbitrium agnovit, donec piiſſimo inſtante Balduino Hieroſolymorum rege Epiſcopum obtinuit, qui modo titulum ſuum in Galliis tuetur in Xenodochio apud Clamerium oppidum agri Altiſiodorenſis. Cætera argumenta, quæ Sarnellius affert, anteſignanum ſuæ ſedi ut vendicet hunc S. Maurum, ſacræ hiſtoriæ peritus quiſque vel facile ſolvet, vel ad rem hanc non pertinere agnoſcet. Veluti, ut ipſe inquit, quod Bethleem nuſquam fuerit Epiſcopalis ſedes, quia è ſacris Conciliis nullus prodit præſens Bethleemiticus Antiſtes ante Paſchalis inſtitutionem. Sed & ſi velimus à Mauro Vigilienſium ſeriem deducere, cur uſque ad an. 787. nullus eſt, qui vel umbram ſui nominis præſtet in tot, tantiſque celeberrimis Synodis habitis ad illud uſque tempus ex Vigilienſibus Epiſcopis? De Bethleemitanis Præſulibus obvia occurrit ratio, quia delecto non longe ab Eccleſiæ primordiis Bethleem diſſipatus fuerit ejus grex, antiquatus Paſtor. Hæc tamen dicta ſint, non ut Bethleemitanus Epiſcopus dicatur S. Maurus, ſed ne indubius habeatur Vigilienſis Antiſtes.* )

1 GEORGIUS *a* Epiſcopus Vigilienſis notatur in Conc. II Nicæno ann. 787. II.

*a SERGIUS dicitur in eo Concilio.*

2 MERCURIUS Epiſcopus Vigiliarum ſub Nicolao II. Papa vixit ann. 1059. (1) III.

3 JOANNES interſuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis ſub Alexandro II. an. 1072. IV.

„ *DUMNELLUS ex hujus Eccleſię Archivo prœerat an. 1674 quo Eccleſia S. Adventi in parochialem conceſſit incolis Caſalium Cirigaani, Primiguani, & Zappini, & ibi deſcribitur* Dumnellus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. V.

„ *MANCUSIUS Eccleſiam ſubſtruxit S. Matthæi, cujus meminit Stephanus ejus ſucceſſor.* VI.

„ *STEPHANUS Mancuſio ſuffectus eſt 1099. quo primo anno ſui Præſulatus Eccleſiam S. Matthæi à Mancuſio prædeceſſore conſtructam conceſſit pro Parochiali habitatoribus Caſalium Saginæ, & Giani: ſequenti anno eam S. Nicolai genti ejuſdem nominis caſale attribuit.* Sarnellius. ) VII



(1) Hic reprobatur à Sarnellio hiſtoria, quæ recitari conſueverat Inventionis SS. Martyrum Mauri, & ſociorum, cum hæc evenerit an. 1167. & inſtrumentum conceſſionis officii recitandi in Martyrum annumerum legatur an. 1059. Sed inde non excluditur hujus hiſtoriæ veritas, ſed tantum probari puto à Mercurio Epiſcopo ejus officii conceſſionem non provenire. Alterius principalia ſit, quod ex lectionis antiquis conſuetudine Vigilienſis Eccleſiæ recitabantur à Clero. Anachroniſm hanc peragat qui poteſt, ut reum inveniat, & falſitatis demum in pervertendo temporum ordine in præſappoſito inſtrumento conceſſionis. Quot reprobantur in claſſicis, nec idco falſa omnia? Veritas maximarum Eccleſiæ rerum infirmata nedum, ſed confutata omnino evanabiret, ſi omni vento aliter opinantium loco cedere deberet. Nimius error eſſet in facti materia Eccleſiæ Vigilienſis, quod ea [illegible] longo tempore inter divinam pſalmodiam à canentium multitudine devotiſſimè recitata falſitatis, & diabolici mendacii [illegible], quia error Chronicus ſuppoſitus ab [illegible] improbo, ſeu ignaro in dicto documento apparet.

VIII. *a 1107. Amandus vero electus eſt Epiſcopus an. 1151. Sarnellius.*

4 AMANDUS Vigilienſis Epiſcopus, cujus temporibus ann. 1107. *a* corpora SS. Mauri Epiſcopi, Pantaleemonis, & Sergii inventa in Eccleſia ſancti Joannis intra civitatem translata ſunt: in qua translatione plura, atque inſignia miracula contigere, quæ ipſe Amandus Epiſc. integro volumine deſcripſit. Inventionis vero hiſtoria ſic extat monumentis hujus Eccleſiæ deſcripta. *Cum longo tempore SS. martyrum Mauri, Sergii, & Pantaleemonis corpora in loco, ubi primum à Thecla pia, ac religioſa vidua clam condita fuerant, ob metum gentilium incognita jacuiſſent, Domino revelante, ſic adinventa ſunt. Adeodonato ex oppido Aquævivæ juveni religioſo per viſum S. Maurus Epiſc. Bethleemites, & Martyr alba veſte indutus, gravi, ac venerabili ſpecie viri apparuit, qui quidem, & alios duos viros indicare videbatur, unum Cruci affixum, vetuſtate tabidum, alterum luminaria concinnantem, huncque beatum eſſe Sergium, illum verò beatum Pantaleemonem. Modico autem tempore elapſo cum idem religioſus juvenis Barii in ſanctæ Trinitatis monaſterio Domino deſerviret, ſecundò ei ſanctus Maurus apparuit in ſomnis minaciter illi præcipiens, ut ad villam Saginę in agro Vigilienſi olim diruta à Saracenis quantocyus accederet, locumque, quem ei indicabat, effoderet prope Oratorium S. Joannis Evangeliſtæ, & inventas ſarcophago ſacras in lucem ederet reliquias. Cumque Adeodonatus ſciſcitaretur, quiſnam eum ad locum duceret, oſtenſus eſt ei vir laneis ad carnem indutus, in qua viſione evigilavit, & ſtatim exiliens ad Eccleſiam acceſſit S. Nicolai, ut illius meritis in re tanta opem à Deo obtineret. Et fit ei obviam is, quem in ſomnis viderat, Dionyſius nomine, Rector Eccleſiæ S. Joannis, cui ſe adjungens viſum exponit, & accedentes ad præfatam Eccleſiam ſancti Joannis, alium religioſum Gualterium nomine reperiunt, cui S. Maurus ſimiliter per viſum præceperat, ut in locum, in quo ſæpè ardentes proſpexerat faces, ſacras perquireret reliquias. Tres ergo præfati viri ſimul convenientes ad invicem viſum ſibi exponunt, ad locum feſtinantes accedunt, terram effodiunt, & ſacra corpora ſumma perfuſi lætitia 6. Kalen. Maii invenerunt. Re autem ad Amandum venerabilem, qui tunc præerat Eccleſiæ Vigilienſi delata, ſtatim Clero univerſo convocato, pius Præſul publicas, ac ſolemnes ſupplicationes ad ſacras direxit reliquias. Hanc Deus, qui in ſuis Sanctis eſt mirabilis, dignatus eſt inventionem multis illuſtrare miraculis. Lumen namq; cæcis, auditum ſurdis, Sanctorum meritis reſtituit. Dæmonum turba ab obſeſſis fugata eſt corporibus, nec domum rediit quiſquam vacuus pius orator. Timentes autem Vigilienſes, ne prætereuntis multitudo turbæ ſacras reliquias raptum ire moliretur, eas quoad potuerunt in Eccl. S. Joannis honorificè repoſuerunt. Cum ſacrę reliquiæ ſanctorum martyrum Mauri, Sergii, & Pantaleemonis eſſent divina revelatione inventæ 6. Kal. Maii; & reconditæ in Eccleſia ſancti Joannis: cumque ex eo die ibidem Angelorum pſalmodia quotidie audiretur decantari, & aromatum ſuaviſſimus odor, qui ex arcellis, in quibus ſacræ recondebantur reliquiæ, effluebat, longe, lateque diffundi cœpiſſet, nimio exinde terrore perculſi Vigilienſes, ne prætereuntes oſſa ſacra auferrent, rem ad Amandum Epiſcopum deferunt, unde indicta ſacra, & ſolemni proceſſione translatæ ſunt ſacræ Reliquiæ in humeris Sacerdotum ad Eccleſiam ſancti Fortunati v. Id. Junii. Factum eſt autem, ut dum ſacra oſſa deferrentur, maxima exorta ſit pluvia, cujus ne quidem gutta cecidit, vel ſuper ſacra pignora, vel ſuper eos, qui comitabantur, vel inſequebantur. Repoſitis ergo ſacris reliquiis in præfata Eccl. S. Fortunati, ex oſſibus S. Sergii cœpit oleum deſudare, & ex ejus arca ſuaviſſimus odor effundi, atque lux magna emicare, quæ totam illuſtrabat Eccleſiam. Dionyſius vir ille pius dentes quoſdam Sanctorum in pariete Eccleſiæ ſancti Joannis, unde translata fuerunt ſacra oſſa cum abſcondiſſet, tanta inde odoris fragrantia cœpit manare, ut facile agnoverint omnes, noluiſſe Sanctis ſuis capitibus, neque dentes disjungi. Cumq; autem poſtea* A *ſacra oſſa neque in præfata Eccleſia ſancti Fortunati viderentur tuta conſiſtere, timore in diem creſcente, ne ea, vicinarumque urbium cives ſurriperent, iterum Vigilienſes adeunt Epiſcopum inſtantius rogantes, ut ad Eccleſiam ſancti Bartholomæi in ſuburbio ſacra curaret oſſa deferri: quo peracto tutiùs cuſtodiebantur. Sed cum timor nec dum abſceſſiſſet, decentior ac tutior locus cooptatur. Quapropter in Cathedrali Eccleſia loca pro reponendis reliquiis ſub choro diſponuntur, cujus rei fama undequaque quamplurimis proceribus, ac S. R. E. Prælatis confluentibus, convicinis item Epiſcopis, Archiepiſcopis, & aliis eum eorum Cleris, ac populo innumero concurrentibus, maxima omnium lætitia, ſacra pignora ad præfatam Cathedralem ſolemni iterum ſupplicatione 3. Kalen. Auguſti transferuntur, & in ara media ſancti Pantaleemonis corpus collocatur, in ara verò Septemtrionem verſus, ſancti Mauri, & ad Meridiem ſancti Sergii corpora reponuntur. Quanta autem Deus in hac translatione mirabilia operatus ſit,* B *illorum ordinem texere impoſſibile erit, ideo aptius exiſtimatur ea ſubticeri.*

Hactenus primæ inventionis hiſtoria.

De Mauro agit Baronius in Annal. Eccleſ. tom. prim. in Apulia martyrio coronatum fuiſſe ſcribit ſub Trajano Imp. anno Chriſti 118. Ferrarius in Catal. Sanctorum Italiæ Maurum Vigilienſis Urbis Epiſcopum facit. In actis verò, quæ extant in Vigilienſi Eccleſia, Maurus Bethleemitanus Romæ cum ſociis paſſus legitur.

*Terſiam* (inquiunt Acta) *movente in Chriſtianos perſecutionem Trajano Imperatore comprehenſus eſt in Bethleem venerabilis Maurus ejuſdem urbis Epiſcopus, qui cum publicè prædicaret Chriſtum eſſe verum Deum, conjicitur in vincula: inde eductus Romam vinctus perducitur, & in cuſtodiam traditur Pantaleemonis, & Sergii ejuſdem Trajani equitum, ac familiarium, qui quidem prædicatione prædicti Præſulis ad fidem Chriſti perducti, coram Judice ſimul, cum beato Epiſcopo eandem Chriſti fidem liberè* C *confiteri non erubuerunt, audacter aſſerentes, eſſe inania falſorum Deorum ſimulachra. Et licet ſemel & iterum blanditiis, & promiſſis, deinde terroribus variè tentarentur, ut Chriſto renunciantes Idola venerarentur: Quare variis tormentorum generibus crudeliter diu afflicti, cum nihilominus in confeſſione fidei conſtanter perſeverarent, Sergius ferreis ungulis excarnificatus, & Panteleemon cruci affixus, uterque tandem mucrone trucidantur. Venerabilis vero Maurus, qui præ cæteris miraculorum gloria, & doctrina inſignis erat, capite plectitur. Sicque tres Deo quam gratiſſimæ hoſtiæ uno die de mundo, de carne, & de humani generis hoſte, ac tyrannis triumphantes corona martyrii donati ſunt 6. Kalend. Auguſti, quorum inhumata corpora feris objecta Thecla pia, & religioſa vidua clam collegit, & in ſuam villam nomine Saginam in agro Vigilienſi in partibus Apuliæ poſitam tranſtulit, & in tuto, & abdito loco ob metum Vigilienſium, quoad potuit honorificè ſepelivit unguentis condita, ubi incondita extiterunt donec divinitus* D *longo poſt tempore inventa ſunt.*

Hæc acta aguntur in Eccleſia Vigilienſi horum Sanctorum primæ Inventionis feſta 10. menſis Maii, translationis verò 30. Julii. Secundæ verò Inventionis die 20. Octobris, de qua infra. De Amando verò Epiſcopo nil aliud invenimus, neque quis poſt ipſum Vigilienſem Eccleſiam rexerit ad annum uſque 1179.

5 AMANDUS *b* alter Vigilienſis Epiſcopus habetur interfuiſſe Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato anno 1179. qui longè à priore cenſetur eſſe, de quo etiam præter ſubſcriptionem ejus in eo Concilio factam poſt Amandum Tranenſem Metropolitam ſuum nil habemus, ut de ipſo proferamus, neque poſt hunc nullum ſuppeditarunt monumenta ejus Eccleſiæ per viginti ſupra centum annorum ſpatium. Huic fortè Epiſcopo Vigilienſi ſcribit idem Alexand. III. in c. debitores de jurejur. in c. cum ſit de Simon. in c. ſponſam

*b Hic idem cum ſuperiori.*

de ſponſal. in c. quia de teſt. & in c. ſuper eo de cognat. ſpirit. & Urbanus III. in c. de ſecundis nuptiis.

IX. 6 BISANTIUS Epiſcopus Vigilienſis, cujus unica mentio reperitur in documento donationis Eccleſiæ S. Margaritæ Vigiliarum, quam fecit anno 1197. Falco Imperialis Judex Vigiliarum, qui propriis expenſis eam Eccleſiam condiderat. Donationis exemplar ab ipſo authographo exſcriptum, quod extat penes nobiles viros familiæ Freſariæ, nunc hujus Eccleſiæ patronos, quod nobis contulit nobilis vir Abbas Joan. Baptiſta de Afflicto, tenor talis eſt:

*Ex quo Rex ſummus carnem de Virgine ſumpſit, anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo. Imperii vero Domini noſtri Henrici VI. Dei gratia Sereniſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Regis Siciliæ anno ſexto, Regni vero Siciliæ anno tertio menſ. Januario, duodecima die ejuſdem, Indict. 15.*

*Domum Dei conſtruere fundatori eſſe ſalutiferum perhibetur, ſed longè ſalubrius dotibus ornare, ut in ea poſſint divina Officia celebrari, ipſique quotidie beneficia, ac ſervitia exhiberi cujus nomine fundata cenſetur. Inde eſt quod ego Falco Imperialis Curiæ Judex filius Joannis Judicis civitatis Vigiliarum cupiens dotare Eccleſiam B. Margaritæ Virginis, & pretioſiſſimæ Martyris, quam propriis expenſis propè murum ipſius civitatis ædificari feci, præſentibus D. Biſantio Rev. Epiſcopo, Biſantio Archidiacono, Leone Archipresbytero, Biſantio, & Rodollonio Primiceriis, præſentibus etiam Sarnaro Judice filio Petraccæ, aliiſque quampluribus probis viris inferius ſubſignatis ejuſdem civitatis memoratę in eadem Eccleſia B. Margaritæ per fuſtem obtuli, dedi, ac tradidi D. Dilecterio Presbitero ipſius Eccleſiæ accipienti nominatæ Eccleſiæ ſanctæ Margaritæ curtem in qua ipſa Eccleſia eſt conſtructa cum domibus aliiſque ædificiis in ea exiſtentibus cum introitu, in quo eſt porta magna ipſius curtis, & cum terrula à parte Orientis, & cum horticello, in quo ſunt arbores pomorum juxta eandem curtem à parte Meridiei, & cum ſtrictola à parte Occidentis ejuſdem curtis, quæ curtis cum prædictis omnibus eſt ab Oriente . . .* uſuconſumpta *. . . juxta hortum prædicti Biſantii Archidiaconi, & Joannis fratrum filiorum Thomæ de Buiſando prædictę civitatis, & eorum fortificum à Meridie extra parietem ejuſdem curtis, & parietem nominati horticelli juxta hortum meum magnum ab Occiden. extrà parietem ipſius curtis & nominatam ſtrictolam à medio pariete juxta hortum filiarum Trurrarchæ Notarii à Septemtrione extra domos meas, quæ ſunt juxta ſtratam qua itur Barum, ſimiliter etiam per eundem fuſtem dedi, & tradidi eidem Eccleſię centum & duodecim arbores olivarum, quarum tredecim ſtant in petia terræ mea in loco Camarda, ubi dicitur enſitetum ab Oriente juxta viridarium, quod fuit ſere Mauri filii Simeonis Judicis à Meridie à medio limite juxta terram cum olivis Urſonis filii Jaquinti de Frugella ab Occaſu & Septemtrione juxta terram cum olivis Gualterii fil. Urſonis Percluſi de civit. Trano, ejuſque conſortium, & quatuor alię arbores ſtant in modo d. terra pręd. Urſonis quarum tres ſtant inſimul reliqua propè eaſdem arbores, & una alia arbor eſt non longè à pręnominatis quatuor arboribus, & ſtat in terra Judicis fil. Saraceni de Tauro, & Joan. nepotis ſui, & duę alię arbores ſtant in terra quę eſt à Meridie à medio limite jux. terram & ab Occaſu juxta vicum filiorum Joan. de Pao, & una alia arbor ſtat in Meridionali capite prædiviſa, & duę alię arbores ſtant in Occidentali capite terrę Raudi fil. Nicolai Maniaci propè parietē prędictarū vinearū quarū una eſt tripes, & tres alię arbores ſunt conjūctę, & ſtant in Oriētali capite præd. petiæ terrę modo dicti Raudi, & una alia arbor habens pedem rotundum ſtat in eadem terra à parte Oriētis, & eſt ipſa terra Raudi ab Oriēte à mediis ſignandis juxta terram meam, & ſex alię arbores ſtant in modo dicta terra mea, quarum una eſt troſa quatuor pedes habens, & duæ ſtant in Meridionali parte ejuſdē terrę, reliquę tres ſtant in Septētrionali capite ejuſdē terræ, quæ terra eſt in eodē loco ab Oriente juxta parietem lamæ meæ. A Meridie à medio limite juxta terram cum olivis Eccleſ. ſancti Fortunati ſitæ propè prædictam civitatem Vigilien. & Marceſii filii Simeonis Judicis, & Uranna juxta terram cum olivis quæ dicitur de donna bella. Ab Occidente à mediis ſignandis juxta nominatam terram præfati Raudi in qua ſtant prędictę ſex arbores, quas eidem Eccleſ. obtuli. A Septemtrione à medio limite juxta nominatam terram ſuprad. Judicis, & Joan. nepotis ſui, & duæ aliæ arbores ſtant in modo dicta terra nominata Judicis, & Joannis nepotis ſui, quarum una ſtat prope parietem præd. lamæ meæ, reliqua ſtat propè limitem præd. terræ meæ, & habet pedem latum, & decem & ſeptem aliæ arbores ſtant in terra mea quarum una eſt plantata parva, & eſt ipſa terra in eodem loco. Ab Oriente à mediolimite juxta præd. terram S. Fortunati & Marceſii à Meridie à medio pariete diruto juxta terram cum olivis Joan. filii Biſantii de Dardano ab Occidente & Septemtrione juxta præd. terram cum olivis, quæ dicitur de Donnabella, & tres aliæ arbores ſunt conjunctæ, & ſtant in terra filiorum Jacobi de Garofalo in Orientali capite ejuſdem terræ prope parietem lamæ præd. Marcheſii, & una alia arbor ſtat in terra cum olivis, quæ fuit præfati Sere Mauri in eodem loco propè Eccl. S. Scholaſticæ ſitam ibidem, & una alia arbor ſtat in curticella mea in qua eſt arbor amigdalæ magnæ in eodem loco prope prædictam Eccleſiam S. Scholaſticæ. Et octo aliæ arbores ſtant dic. q. fuit ſæpè nominati Sere Mauri quarum duæ ſtant ſupra parietem lamæ ſæpedicti Marcheſii, & quatuor ſtant in Meridionali pariete ejuſdem terræ, & octo aliæ arbores ſtant in terra pręfati Joannis filii Biſantii de Dardano, quarum quatuor ſunt inſimul, & ſtant in Orientali capite ejuſdem terræ propè viam, aliæ duæ ſunt in Saguſcello, & alia ſtat prope ipſum Saguſcellum, reliqua verò eſt parva & ſtat . . . quæ eſt in eadem terra. Eſt autem ipſa terra ab Oriente juxta cluſum ſæpedicti Joan. à Meridie juxta terram cum arboribus Brancuti militis filii Fracconis Judicis, in qua ſtant duæ arbores, quas eidem Eccleſiæ obtuli ab Occaſu juxta curtes Leuri Joannis filii Falconis de Pitillo à Septemtrione juxta . . . . modo autem dictæ duæ arbores ſunt in Orientali capite ipſius petiæ terræ præd. Brancati juxta parietem cluſi Petronii filii . . . . . in quo ſunt ſex aliæ arbores quas eidem Eccleſiæ obtuli, & ipſæ ſex aliæ arbores ſunt inſimul propè Occidentalem parietem ipſius cluſi præd. Petronii, & propè caſellam, quæ eſt in eodem cluſo, & decem & novem alię arbores de his quas eidem Eccleſiæ obtuli ſunt in loco . . . . prope curtes, quæ fuerunt M. Joannis, quarum undecim ſunt magnæ, reliquæ vero parvæ ſtantes . . . . . in quibus ſunt arbores pomorum, quæ arbores ſunt ab Oriente juxta curtes filiæ Joannis Naccæ. A Meridie extra parietem juxta viam ab Occidente à medio pariete juxta cluſum terræ Petri filii mei à Septemtrione extra parietem juxta cogbelinos ejuſdem Petri, & Manam juxta eaſdem curtes meas & tres aliæ arbores ſtant . . . . . . quæ eſt ab Oriente juxta terram cum olivis Eccleſiæ ſancti Nicolai ſitæ intus in prædicta civitate Vigiliarum à Meridie juxta viam ab Occidente, & Sepsemtrione juxta terram cum olivis ſupradicti, & novem aliæ arbores ſtant in clauſura, quæ dicitur Bajula in terra ſæpedicti Joannis, quatuor quarum ſunt propè Septemtrionalem parietem ejuſdem clauſuræ, quæ omnes prædictæ arbores ſunt ſignatæ ſigno M. Inſuper obtuli eidem Eccleſiæ B. Margaritæ virginis Crucem unam argenteam, calicem unum argenteum, thuribulum unum argenteum, aliam crucem argenteam parvam in qua eſt lignum Domini, Scriniolum unum eboreum, barcellam unam æneam, & ſuperauratam pro incenſo immittendo, duo coclearia unum ex eis argenteum, alterum vero æneum deauratum, duas tabulas æneas ſuperauratas de labore Limogiæ, duo candelabra ænea ſuperaurata, duo candelabra eborea, unum Teſtaevangelium, duos urceolos argenteos pro vino, & aqua ad miniſterium altaris. Quin etiam obtuli eidem Eccleſiæ unam plane-*

*tam de xamito jalino, unum amictum cum friſe magno, unum canuſum cum gramatis, & friſis, unam ſtolam de cata ſittulo, unum manulum de catasſittulo, unam zenam de ſeta rubea, unam planetam de purpurella cum apparatu ſuo, unam planetam de rendato rubeo cum apparatu ſuo, unam planetam cum totis fuſcsi, duos planetas de lino cum apparatu ſuo, quatuor cappas unam ex eis de xamito rubeo, aliam de xamito fuſco, aliam colore cæleſti, reliquam de xamito violato,. quatuor ſindones de ſeta quarum una eſt de . . alia de catablattio, alia de Baldeluno, reliqua vero eſt rotata. duas tunicas de rendato viridi, unum ſacculum de rēdato rubeo in quo reponuntur corporales, unam ſindonem franciſcam diomatam, unam ſindonem cum friſo magno, tres ſindones diomatas, tres ſindones franciſcas factas, unum ſabanum, duos amictus cum gramatis, unam aliam ſindonem de lino, duo mandilia parva ſaracenica, quinque mandilia cum profulis, quatuor alia mandilia, unum amictum factum, novem coperturas iconarum, & crucis. Prȩterea obtuli eidem Eccleſiȩ pſalterios duos novos, bomeliam diviſam in tria volumina, antifonarium unum de nocte, novum antiphonarium parvum de die, quaterniones in quibus continentur expoſitiones Evangeliorum, & geſta quorundam Sanctorum, necnon & librum de geſtis Sanctorum diviſum . . voluminibus, duos libros Prophetarum, unum novum, reliquum vero veterem librum Geneſis, librum Regum, librum Job, & Tobiȩ, Heſter, & Machabeorum, librum de vita patrum, breviarium diviſum in duo volumina, Miſſale unum, lectionarium unum cum epiſtolis, Benedictionarium cum judicio pȩnitentiæ, Orationale unum franciſcum, librum unum in quo eſt . . . lectionarius, & orationalis . . . librum prȩceptorum, pſalterium expoſitum, ſententias Magiſtri Petri Manducatoris, expoſitiones ſuper librum Geneſis.*

*Quatenus à præſenti die tota noſtra præfata oblatio ſit eidem Eccleſiæ, itaut nulli liceat de eiſdem rebus aliquid alienare, & modo quolibet diminuere, ſed omni tempore ſit ejuſdem Eccleſiæ tali modo, ut prænominatæ decem, & ſeptem arbores olivarum. quæ ſunt juxta terram cum olivis prædictæ Eccleſiæ ſancti Fortunati, & Marceſit, & prænominatam terram cum olivis, quæ dicitur de Donnabella . . . . . . . . . . in qua eſt nominata troſa quatuor pedes habens . . . . . . . . . prænominatum Petrum, Simeonem, & Marinum filios noſtros fidejuſſores eidem Dilecterio presbytero dedi ſimiliter accipienti vice ſæpe nominatæ Eccleſiæ, ut ego & mei hæredes omni tempore defendamus parti prædictæ Eccleſiæ beatæ Margaritæ præd. meam oblationem, traditionem, & donationem ab omnibus hominibus, qui eandem Eccleſiam quærere aut modo quolibet infeſtare voluerint. Quæ ſi aliter fecerimus per ſtan. & conven. demus parti ejuſdem Eccleſiȩ centum ſolidos aureos regales bonos præc. obſervat. Nos vero qui ſupra fidejuſſoses tribuimus parti præfatæ Eccleſiæ licen. fin. compellendi nos noſtroſque hæredes pig. per omnes res noſtras pig. leg. & inleg. donec omnia præd. parti ipſi Eccleſiæ adimpleantur. Quod autem ſuperius deletum videtur ſic legitur, obtuli eidem Eccleſiȩ beatȩ Margaritȩ Virginis.*

*Et ex hoc facta ſunt plura ſcripta, quorum quȩdam ſcripſi ego Bartholomȩus Notarius, qui interfui.*

*Ego Biſantio Vigil. Epiſcopus.*
*Ego Biſantio Archidiaconus.*
*Falco Imperialis curiȩ Judex teſtatur.*
*Ego Leo Archipresb.*
*Damarus Regius Judex Vigil. teſtatur.*
*Ego Biſancius presb. & Primicerius.*

( ,, *Biſantius Monachus, & Abbas Monaſterii*
,, *de Columna prope Tranum Ord. S. Benedicti præ-*
,, *ficitur circa an. 1182. quo à ſuo cænobio in ædem S.*
,, *Mariæ Caſalis Giani tranſtulit S. Stephani Papæ*
,, *brachium; deque eo proſtat memoria in citata*
,, *Eccleſia S. Mariæ de Giano ita proloquens ſuper*
,, *ſacrarii fores.*

A ,, Hoc altare conſecratum eſt in honorem
,, Dei, & B. Laurentii Levitæ, & mart.
,, Chriſti; cujus reliquiæ, & B Stepha-
,, ni Papæ, & m. recondita ſunt à Bi-
,, ſantio Vigilienſi Epiſcopo Romano R.
,, A. Baſilio indigno Sacerdote anno ab
,, Incarn. Domini MCLXXXII.

,, *Hoc poſtea brachium in Vigilienſem urbem tranſ-*
,, *latum locatum fuit in confeſſione Cathedralis una*
,, *cum tribus brachiis Mauri, Pantaleæmonis, &*
,, *Sergii. Huic Biſantio Epiſcopo reſcripſit Urbanus*
,, *III. cap. Vir autem de ſecundis nuptiis. Ann. 1222.*
,, *D. Franciſcus Aſſiſias ſua præſentia Vigilias hone-*
,, *ſtavit, & in ſuburbio conventum ſuis Fratribus*
,, *aperuit ſub titulo SS. Annunciationis, qui poſtea*
,, *ſuburbio ſolo æquato pro tutamine mœnium civi-*
,, *tatis, in ipſa civitate reædificatus fuit.*
,, *NICOLAUS claruit 1229. ex monumentis Ab-* X.
,, *batis S. Adueni.*
B ,, *BERTUS vivebat anno 1237. ut ex marmorea* XI.
,, *inſcriptione diruti ambonis Cathedralis colli-*
,, *gitur.*
,, *LEO Præſul erat an. 1292. Ex tabulario Eccle-* XII.
,, *ſiæ S. Nicolai ſuam cathedralem conſecravit die 1.*
,, *Maii 1295. adſtantibus Epiſcopis, ut deſumitur*
,, *ex hujus Epiſcopii archivo* Franciſco Potentino,
,, Marino Bitettenſi, Fr. Theobaldo Cannarum,
,, Guillelmo Polymnianenſi, Joanne Ravellenſi,
,, Fr. Placido Andrienſi, Petro Rubenſi. *Vitam*
,, *produxit Leo ad an. 1297. quo favorabile diploma*
,, *edidit pro Eccleſia S. Matthæi.* Sarnellius.)
7 Fr. MATTHÆUS, cujus Ordinis, & patriæ XIII.
fuerit, ignoratur, Vigilienſis fuit Epiſcopus anno
1298. quo interfuit conſecrationi Eccleſiæ Fontis-
laureati.
( ,, *LEO de Cajeta, cujus marmorea his verbis* XIV.
,, *extabat memoria in antiquo S. Aduení Emicyclo.*
,, Hoc opus ordinavit fieri, & perfici D. Leo na-
,, tione Cajetanus Epiſcopus Vigilienſis an. 1313.
C ,, Ind. XI. *& jam antea ejuſdem literæ cuſæ fuerant*
,, *per Eccleſia S. Aduení an. 1303. & pro certo Cano-*
,, *nicorum ejuſdem Eccleſiæ numero an. 1306.* Sar-
,, nellius.)
8 JOANNES hujus Eccleſiæ Præſul, cuius XV.
mentio habetur ann. 1314. in regeſt. Roberti Reg.
Neapol.
( ,, *JACOBUS vixit an. 1317. de quo nulla ulterior* XVI.
,, *habetur memoria.* Sarnellius.)
9 NICOLAUS anno 1320. in eodem regeſto. XVII.
( ,, *Hic Canonicorum S. Aduení numerum decrevit*
,, *an. 1318.* Sarnellius.)
10 Fr. BARTHOLOMÆUS ( ,, *Ordinis Præ-* XVIII
,, *dicatorum ex Fontana in Theatro,*) Epiſcopus Vigi-
lienſis, & Caroli illuſtris Regis Conſiliarius, & Ca-
pellanus anno 1327. notatur ex reg Regio. ( ,, *Poſt*
,, *Bartholomȩum Florius Vicentinus patriæ delectus*
,, *eſt Epiſcopus, dum Ferrariæ fidei quæſitor eſſet,*
,, *qui dignitate neglecta, in religioſa paupertate, at-*
,, *que aſſumpto ſacrȩ Inquiſitionis miniſterio perſeve-*
B ,, *rans Ferrariæ dormivit in ſomno pacis.* Fontana
,, in Theatro Domin p. 324.)
11 MARTINUS obiit ann. 1348. XIX.
12 SIMEON de Rayano Capuanus Canonicus XX
defuncto Martino ſucceſſit ad hanc dignitatem vo-
catus Nonis Novemb. anno 1348. à Clemente VI.
ex reg. Vatic. epiſt. 52. fol. 40. ( ,, *Deinde an. 1367.*
,, *die 1. Julii conſecravit Eccleſiam S. Aduení opus*
,, *coadjuvantibus Epiſcopis* Nicolao Cathacenſi,
,, Stephano Biſacienſi, Fr. Nicolao Avellinenſi,
,, Matthæo M. viridis, Thomaſio Venuſino, Mat-
,, thæo Lavellenſi. *Deque eo iterum mentio habetur*
,, *in quodam inſtrumento an. 1372.* Sarnellius.)
13 NICOLAUS *a* promotus à Clemente VII. *a Omittendus ut intrusus.*
Antipapa anno 1387. ex lib. oblig. Prælatorum.
14 DOMINICUS (1) ſub Urbano VI. XXI.
15 JOANNES Epiſcopus Vigilienſis translatus XXII.
ad

(1) Non eſt cur ex hac ſerie expungat hic Sarnellius hunc Dominicum, cenſeatque trium annorum decurſu incongruum aſſerere trium, ſeu quatuor Epiſcoporum ſucceſſionem, cum hæc quandoque minori temporum intervallo numeroſior fuerit. Cæterum videtur Dominicus electus à legitimo Pontifice Urbano VI. cum Antipapa Clemens Nicolaum intruſit.

ad Juvenacenſem (1) Eccleſiam an. 1390. ex eod. lib. A

XXIII 16 Fr. JACOBUS Friderici Ord. Carmelitarum electus ann. 1390. 6. Id. Octob. in eod. lib. („ *Ejuſdem* „ *memoria* 1391.)

XXIV („ *FRANCISCUS Falconius, nobili, & vetaſta* „ *Vigilienſi progenitus familia, hac ſede fulſit, incer-* „ *tum quo anno, ex tabulario Eccleſiæ S. Adventi.* „ Sarnellius.)

XXV 17 NICOLAUS defunctus eſt an. 1442. („ *Hic* „ *quoque ex Falconia nobili gente prodiit, ejuſque* „ *mentio habetur in inſtrumento concordiæ inter ip-* „ *ſum, & ejus capitulum an. 1413. itemque in aliis* „ *an. 1416. 1435. Obiit an. 1442. Orlandus autem il-* „ *le, quem à Tappia in Adnotat. ad jus regium Nea-* „ *polit. l. 2. de officio ſacri concilii decepti inter Vigi-* „ *lienſes præſules olim adnumeravimus, non Vigi-* „ *lienſis, ſed Urgellenſis Epiſcopus extitit.* Sar- „ nellius.)

XXVI 18 JACOBUS Petrus de Gravina, Cantor Eccleſiæ Rhegienſis, ab Eugenio IV. Vigilienſi Eccleſiæ præficitur anno 1442. 10. Kalen. Junii: quo ſedente ſecundo inventa ſunt ſacra lipſana Mauri Epiſcopi, & ſociorum martyrum anno 1475. 14. Kal. Novembris, ac decentiori loco collocata in Cathedrali Alphonſo Rege regnante: cujus inventionis hiſtoria ita poſteris mandata eſt. B

*Cum Franciſcus de Bautio Dux Andriæ, & Dominus Vigiliarum ſoleret quotannis Sanctorum ſacra oſſa devotè viſitare, perſpiciens ſepulchrum ſancti Pantaleemonis minus decenter haberi, & loco ab illorum ſanctorum Patronorum ſepulchrum diſtans, cum venerabili Jacobo Gravina Vigilienſi Epiſcopo agit, ut ſanctorum Martyrum corpora honorificentius ſimul in uno loco reponantur. Interim anno Jubilei Jacobus Catelinus vir quidem pius, & timens Deum in viſum audivit, ſanctos Martyres nimis conqueri coram Beata Dei Genitrice: quod longè eſſent disjuncti. Manè autem factorem Catelinus ad Epiſcopum defert, qui ſomno audito propoſitum ſuum adimplere ſtuduit, remque diutius differre noluit, quare cum præfato Domino Vigiliarum agit, ut ſacra oſſa uno loco reponantur. Adhibitis igitur opificibus ad Eccleſiam veniunt, ac primum ara media, ſub qua repoſita erant oſſa beati Pantaleemonis, inventa eſt arcella lapidea damis auſata, ſed vacua, quod omnes admiratione, & nimio dolore complevit. Cumque diu quid facto opus eſſet, ſecum cogitarent, accidit illis conſilium bonum, ſub ipſa nempè arcella vacua adhuc fodiendum, quod ut factum eſt, paulo ſubtus alta lapidea arcella inventa eſt cum reliquiis ſancti Pantaleemonis. Quare quia perfuſi lætitia, aliorum deinde ſanctorum Martyrum ſepulchra perquirentes, eodem modo primum arcellas vacuas, deinde alias cum reliquiis ſanctorum Mauri, & Sergii, eo, quo repoſitæ fuerant loco invenerunt, quas omnes venerabilis Epiſcopus reverenter foris editas populo in conſpicuo loco, & ornato perſpiciendas proponit. Facta eſt autem hæc inventio 14. Kalen. Novemb. anno Jubilei milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, feria 6. paulo ante veſperos. Proxima autem die Dominica cum ſupplicationes publicæ illic fierent, cœperunt oſſa exſudare, & emittere quædam grana mannæ, ut antea erat Dionyſio monſtratum; viderat enim Dionyſius in ſomnis tres è cœlo Angelos deſcendentes, ac tres ad ſanctorum Martyrum corpora argenteos calamos odorifero manna plenos deferentes, ſecumque colloquentes; hoc manna eſt remedio omnibus languoribus, quod & rei eventus probavit. Lella namque puella biennio oculis capta de ſacro manna liniens, viſum illico recepit. Mulier poſt ſeptimum menſem de alto præceps tribus diebus fœtu jam extincto, & ad ima manente cùm doloribus maximis, & intimis teneretur, morti proxima, ſacro manna utero injuncto, fœtus revivиſcit, ſe ſuo loco recipiens, dolor omnis abſceſſit, & lætabunda ſurgit. Ex his, aliiſque miraculis fama in dies crebreſcente Sanctorum, Ferdinandus utriuſque Siciliæ Rex, Al-* C D



*phonſus ejus filius Dux Calabriæ, Legatus item Apoſtolicus Gabriel Cardinalis Agrienſis, aliique multi nobiles ad ſanctorum Martyrum ſacrum acceſſere tumulum. Poſt decimum autem diem Inventionis repoſitæ ſunt præfatæ ſacræ reliquiæ poſt aram mediam in uno eodemque loco, nunc autem ſub ipſa ara media repoſitæ cuſtodiuntur decentius, ac majori cura, & maxima veneratione, ac devotione.*

Hactenus hiſtoria. Jacobus verò Epiſcopus poſtquam Eccleſiam Vigilienſem ſatis benè per annos plurimos rexiſſet, de ſanctis Martyribus benè meritus ſub Sixto IV. vale dixit huic mortali ſæculo a, & in ſua Cathedrali ſepelitur. an. 1476.

19 BERNARDINUS proximè ſucceſſit Jacobo. Tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam Biſacienſem ab Innocentio VIII. anno 1487. die 24. Auguſti. („ *Bernardinus Barbianus ſucceſſit eligente Sixto* „ *IV. pridie Id. Auguſ. 1476. qui an. 1482. publicatis* „ *indulgentiis ab Apoſtolico Legato Cardin. Agrienſi* „ *eleemoſynas coadunavit pro honorificentia novi* „ *conditorii SS. Mauri, & ſociorum. Anno deinde* „ *1485. jus ſibi vendicavit deputandi ſimul cum uni-* „ *verſitate pro parte ſua Magiſtrum nundinarum in* „ *feſto præfatorum Martyrum cum ratione juriſdi-* „ *ctionis in cauſis civilis, & criminalis fori, & di-* „ *videndi proventus pro æquali medietate cum uni-* „ *verſitate civitatis. Documentum tale eſt.* XX VII.

„ PIRRUS de Baucio Princeps Altamuræ, Dux „ Andriæ, & Venuſii, Comes Vigiliarum, Montis- „ Caveoſi, & Cuperſani, Dominuſque Bautii, ac „ Regni Siciliæ Magnus Comeſtabilis, Univerſis, „ & ſingulis præſentes declarationis, & determi- „ nationis literas inſpecturis, tàm præſentibus, „ quàm futuris notificandum duximus, qualiter „ orta differentia, & altercatione inter Rev. in „ Chriſto Patrem Epiſcopum Vigiliarum B. de „ Barbiano ex una, & Sindicum, & homines Uni- „ verſitatis ipſius Civitatis ex altera ſuper exactio- „ ne, & perceptione proventuum, & jurium pro- „ venientium mercimonialiter, & ratione juriſdi- „ ctionis Cauſarum Civilium, & Criminalium fo- „ ri, ſeu Nundinarum *delli Santi*: per partes ipſas „ voluntariè ad Nos cauſa compromiſſa, & redu- „ cta fuit, tandem partibus Univerſitatis, & dicti „ Rev. Epiſcopi, & ejus Cameræ auditis, & om- „ nibus differentiis vertentibus circa dictas Nundi- „ nas, & jura pervenientia ex eiſdem intellectis, „ volentibus, audientibus, & intelligentibus par- „ tibus ipſis, declaravimus, declaramus, & lau- „ damus pariter, & determinamus: quod per Epi- „ ſcopum eligatur unus Magiſter Nundinarum, & „ alius per homines Univerſitatis ſingulis annis, & „ conſtituatur, & nominetur de Sanctis: qui am- „ bo tam in civilibus, quam in criminalibus cauſis „ cognoſcere, & determinare poſſint, & debeant; „ & proventus, & obventus, & obvenientia jura, „ tam ratione pœnarum, quam compoſitionis, vel „ alio modo Cauſarum Civilium, vel Criminalium „ dividantur, & dividi debeant pro æquali portio- „ ne, & medietate; & unam partem conſequatur „ Epiſcopus, & ejus Camera, aliam medietatem „ Magiſter Nundinarum electus per Univerſitatem „ dictæ Civitatis. Reliqui verò introitus, & per- „ ceptiones ratione menſuræ, ponderis, & pepo- „ nis unius pro qualibet ſalma, & alia quæcumque „ honoratica proventuum proveniant, & ſint di- „ cti Epiſcopi, & ejus Cameræ: Declarantes in- „ ſuper, quod Magiſtri fori, qui pro temporibus „ erunt, ut ſupra, electi, non poſſint, nec va- „ leant ad compoſitiones, ſeu condemnationes ve- „ nire ſoli; ſed cum eis ad moderandum condemna- „ tiones, ſeu compoſitiones intereſſe debeant duo „ idonei viri, unus laicus eligendus per univerſita- „ tem, & alius Presbyter eligendus per dictum E- „ piſcopum, & quod per ipſos cum dictis Nundi- „ narum Magiſtris fuerit taxatum in pœnis, & „ compoſitum, concorditer illud exequatur, & di-

 vi-

(1) Hunc ſane conſtat Juvenacenſem ſedem non attigiſſe, & eo ipſo anno illi Franciſco Rolandino Tropejenſi Epiſcopo obvenit, ut ſuis locis idem aſſentitur Ughellus, & nos rem ita expletam fuiſſe ex Vaticanis monumentis agnovimus. *Lucentius.* Hunc fratris nota ſignat Sarnellius, eique eo ordine Prædicatorum deſumptum, ejuſque mentionem haberi in quodam inſtrumento an. 1388.

„ vidatur, ut ſupra. Decernentes quoque quod Magiſter Nundinarum electus per Univerſitatem unà cum dicto Epiſcopo circa proceſsus, & acta conficienda tempore ipſarum nundinarum eligere habeant, poſſint, & debeant idoneum & fidum Actorum Magiſtrum publica auctoritate præditum: & ſi forte dicti Epiſcopus, & Nundinarum Magiſter electus per univerſitatem, in electione ut unus eligeretur per Epiſcopum, alius per magiſtrum Nundinarum diſcordarent, tunc, & eo caſu Capitaneus dictæ Civitatis idoneorem ex illis eligere, & approbare debeat, qui officii Magiſtri actorum exequatur, & exerceat. Hanc noſtram ſententiam, laudum, determinationem, & declarationem partibus ipſis volentibus, laudantibus, & acceptantibus ſcribi fecimus, & annotari in Regeſto noſtræ Cancellariæ, cum ſubſcriptione noſtræ propriæ manus, ac impraſsione noſtri magni ſigilli communiri, cum ſubſcriptione, & approbatione infraſcriptorum Sindici, & electorum dictæ Univerſitatis, & dicti Domini Epiſcopi, & teſtium infra notaturum. Mandamuſque quod de præſenti noſtra ſententia, laudo, & declaratione duæ conſimiles cum ſubſcriptione noſtra, & ſigillo communitæ literæ conficiantur, unæ remanentes penes dictum Dominum Epiſcopum, & ejus Cameram, aliæ penes dictum Sindicum, & Univerſitatem procommuni partium cautela. Datum in Civitate noſtra Andriæ VI. Junii. MCCCCLXXXV. Pyrrhus de Baucio V.C.

Nos Bernardinus de Barbiano Epiſcopus Vigilienſis fatemur omnia ſupradicta eſse vera.

† Primicerius Andreas de Angelis de Vigiliis pro teſte ad ſupradicta omnia, & ſingula interfuit.

† Ego Jacobellus Marullus Miles de Andria pro teſte interfui, & me ſubſcripſi.

† Mathuſalem de Mathuſalem de Vigiliis pro teſte interfuit.

† Notarius Angelus Antonius Spalluccia de Vigiliis pro teſte interfuit.

† Ego Bernardinus de Burdo Syndicus fateor prædicta vera aſſe.

† Ego Florillus Friſari ordinatus fateor prędicta eſſe vera.

† Ego Gaſpar de Marzucco ordinatus fateor prædicta eſſe vera.

† Ego Notarius Petrus de Curtopaſso ordinatus fateor prædicta vera eſse.

† Signum Crucis propriæ manus Octaviani de Flore ordinati . . . .

† Ego Laurentius Staranus ordinatus fateor prædicta eſse vera.

† Ego Notarius Petrus de Mango de Vigiliis ordinatus fateor prædicta eſse vera.

† Notarius Franciſcus Pantaleo electus, & ordinatus Vigiliarum pro præſenti anno ſe ſubſcripſit manu prupria.

† Ego Notarius Donatus Rana ordinatus fateor prædicta eſse vera.

† Aotonius-Berardinus Spalluzza electus, & ordinatus Vigiliarum pro præſenti anno fateor prædicta eſse vera.

*Sarnellius.*)

XXVIII. 20 MARTINUS („ *Madius de Tramonta*, ) Biſacienſis Epiſcopus eodem die, & anno 1487. ad hanc Eccleſiam tranſitum fecit, quam cum per annos viginti rexiſſet, ſenio feſſus miſſionem impetravit à Julio Papa II. anno 1507.

(„ *Fuit hic ex incliyta gente Madia, ſive Maja honoribus ſedilis Montaneæ Neapoli adſcripta. Suo præſulatu Dominicanis PP. conceſſa fuit Eccleſia ſanctæ Mariæ de Muro, ut ex hac inſcriptione ſupra oſtium Cœnaculi ipſorum conveatur.*

„ Die 14. Januarii 1502. conceſſa fuit Religioni Dominicanæ hæc Eccleſia ſanctæ Mariæ per capitulum cathedralis Eccleſiæ, & civitatem Vigilienſem ſub magiſtro Joanne de Antonetto de Vigiliis ejuſdem familiæ Dominicanæ ſub Epiſcopo Martino de Madio.

*Sarnellius.*)

21 ANTONELLUS *a* Lupicinus ſucceſſit anno 1507. die 18. Novemb.

22 DONATUS poſt Lupicinum Vigilienſis fuit Epiſcopus; reſignavit an. 1515. die 14. Martii.

23 NATALIS eligitur eodem die 14. Martii 1515.

24 ANTONIUS Lupicinus, qui proximè Epiſcopatum Vigilienſem geſſit poſt Natalem, ſub Clemente VII. Pontifice ultro ſe abdicavit anno 1524. die 11. Maii. XXIX.

(„ *Antonius Lupicinus de Andria, ex comitibus Canuſii genus trahens eadem die qua Martinus reſignavit, ſubrogatus eſt, ideſt an. 1507. 18. Novemb. cujus nomen exſculptum legitur in ſede pontificali chori Cathedralis, quam ipſe extruxit 1514. eoque indulgente Bernardinus Spalluccia nobilis Vigilienſis fundavit, & dotavit monialium cœnobium S. Ludovici* 1519. Sarnellius. )

25 HIERONYMUS Sipholus, nobilis Tranenſis, Antonii ex ſorore nepos, per reſignationem patruelis *b*, Vigilienſis Epiſcopus declaratus eſt die 11. Martii *c* 1524. Unum & quadraginta omnino annos hanc rexit Eccleſiam, & anno 1565. defunctus eſt. XXX

„ ( *Eo Præſule Eccleſiam D. Laurentii fratrum Minorum Obſervantium extra mœnia ſacrata fuit an. 1532. in qua hæc legitur inſcriptio.*

„ Illuſtriſſimus Antonius Lupicinus Vigilienſis Epiſcopus Templum hoc conſecravit die xxii. Octob.
MDXXXII.

„ *Lupicinus obiit decrepitus 1543. ſepultuſque fuit in D. Laurentii ſub hac Epigraphe.*

D. O. M.

Antonius Lupicinus Andrienſis, Vigilienſis Eccleſiæ Præſul Illuſtriſsimus hic albo tegitur marmore: cujus ſi quæras genus, dedere Canuſii Comites; ſi nomen, pietas; ſi ſceptrum, virtus. Claravit hanc Urbem ſuis, clarandus ipſe cœlo, & ſacer idem ſacravit Laurentio fanum. Dat flores ergo cineri, quia non poteſt vivo præſuli, urnamque ponit videndam poſteris Fr. Vincentius de Falconibus Vigilienſis Provincialis Miniſter Minorum Obſervantiæ. Sedit ann. xxxv. menſ. III., dies xx.

„ *Eremitani pariter Fratres D. Auguſtini vivente Sifolo Eccleſiam D. Joannis obtinuerunt, quam titulo ſui patriarchæ D. Auguſtini readificarunt.* Sarnellius.)

26 JOANNES ANDREAS Lignatus *d* Caſſanenſis ſuffectus eſt anno 1565. die 22. Auguſti, tranſlatus ad Biſinianenſem anno 1575. XXXI

27 LEONARDUS de Bonaccurſiis ad hanc Eccleſiam evehitur anno 1575. die 23. Septemb. Obiit anno 1576. XXXII.

28 JOANNES BAPTISTA Sorianus, (1) Ord. Carmelitani, Vigilienſem evaſit ad ſedem die 22. Auguſti 1576. mortem obiit anno 1583. XXXIII.

„ ( *Sorianus ſuam diœceſim bis ſancta viſitatione perluſtravit, ann. ſcilicet 1577. & 1582. ut ex actis illarum viſitationum in curia Epiſcopali. Monaſterium Capuccinarum ſub titulo S. crucis ſuo præſulatu anno 1581. excitatum fuit. Lite enata circa præcedentiam Magiſtrorum Nundinarum, obtinuit, ut ille ab Epiſcopo conſtitutus, etiam ſi laicus foret, ſemper illum civis præcederet.* Sarn.)

NI-

*a* Hic, & duo ſequentes nuſquam extitere. *Sarnellius.*

*b* avunculi.

*c* Maii.

*d* Lignatius.

(1) Sorianus, Neapolitanus Patria dicitur à Chartario in Athenæo Romano p. 151. quod Mſ. extat apud Cl. Equitem Mandoſium, ubi quoque ex ſpeculo Carmeli afſeritur falli Italam ſacram Auctor Sorianum obiiſſe ſcribens an. 1583. cum obierit an. 1584.

XX XIV. 29 NICOLAUS Secadenarius nobilis Bononien. Achillis filius à Gregorio XIII. deſtinatur Vigilienſis Epiſcopus ann 1583. Obiit antequam inaugurraretur, in patria die 30. Julii ejuſdem anni, ſepultus in Eccleſia S. Franciſci.

XX XV. 30 ALEXANDER Coſpius nobilis Bonnnienſis Antonii filius I. V. D. die 7. Octobris 1583. à Gregorio XIII. ereatur hujus Eccleſiæ Epiſcopus. Præfuit vir omni laude digniſſimus annis 26. naturæ debitum ſolvit anno 1609. die 15. Maii. Jacet in Cathedrali.

( „ *Hic digniſſimus Præſul interfuit concilio provinciali, quod Trani habuit Archiepiſcopus Scipio de la Tolfa an. 1589. ſeque hujuſmodi in illo ſubſcripſit.* Ego Alexander Coſpius Epiſcopus Vigil. ſupradictis omnibus decretis conſentio, & me ſubſcribo. *Nullus eo diligentior in ſacra viſitatione, quam quater habuit ann. ſcilicet 1584. 1588. 1594. & 1595. quo anno aram maximam cathedralis ſacravit, & ita notatum reperitur in tabulario Eccleſiæ.* Die Sabbati xxv. Novembris MDXCV reverendiſsimus Dominus Alexander Coſpius Bononienſis, Epiſcopus Vigilienſis conſecravit altare majus cathedralis Eccleſiæ Vigilienſis in honorem Dei, & S. Catherinæ, cujus ſolemnitas celebratur, & SS. MM. Mauri, Sergii, & Pantaleæmonis, quorum reliquiæ fuerunt in ſepulchro dicti altaris poſitæ, & dictæ civitatis Patronorum. *Fratres Minores Capuccini an. 1606. Eccleſiam S. Michaelis extra mœnia obtinuerunt.* Sarnellius.)



XXX VI 31 ANTONIUS Albergatus Patritius Bononien. Fabii filius Ludovici Ludoviſii Card. Vicecancellarii patruelis, Nicolai Cardinalis Ludoviſii patruus, ex Archidiac. Mediolanenſi, Vigilienſi Epiſcopatu donatus eſt à Paulo V. die 13. *a* Auguſti, anno 1609. Apoſtolicus Nuncius Coloniæ fuit ſub Gregorio XV. & in Luſitania Spoliorum Collector, Bononienſis Eccleſiæ ſuffraganeus nepotem Card. Ludoviſium Archiepiſcopum funeravit. Romæ jamdiu liber ab Eccleſia, quam anno 1627. reſignaverat, mortali ſæculo vale dixit anno 1634. ſepultus in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Scala ante aram maximam, ubi in marmore exarata inſcriptio legitur.

*a* Die 1. Auguſti.

*D. O. M.*
*Sepulchrum Antonii Albergati*
*Bononienſis*
*Epiſcopi Vigiliarum.*
*Vixit anno lxvii. menſ. iii. d. x. viii.*
*Obiit die iv. menſis Januarii*
*MDCXXXIIII.*

( „ *Proceſſum ut dicunt, informativum pro canonizatione S. Caroli Borromæi concinnavit, ut refert Juſſanus in vita ejuſdem S. Archiepiſcopi. Cum Apoſtolicum Nuncium ageret Coloniæ, ſive ad Rhenum tractum, Sodalitium ibi excitavit, quod Acatholicis olim, ſed tandem Orthodoxæ fidei gremio ſociatis opportunam opem ferret. Cum de ſuo eſſet ditiſſimus, ſeminarium alumnorum, & cœnobium puellarum ſub auſpiciis S. Joſephi ab ipſo excitata propriis aluit ſubſtantiis, ſed cum dote carerent, poſt ejus obitum defecere. Leguntur adhuc regulæ in actis ſanctæ viſitationis ab ipſo ſancitæ.*)

XXX VII 32 NICOLAUS Bellolactus, Romanus, Canonicus S. Laurentii in Damaſo ex ceſſione Antonii, Vigilienſis Epiſcopus adlectus eſt die prima *b* Martii 1627. Decem omnino annos perbelle hanc ſuſtinuit provinciam, defunctuſque eſt ann. 1636.

*b* Die 10. Martii.

XXX VIII. 33 BERNARDINUS Scala, Callienſis, probus vir & eruditus; ex Canonico S. Laurentii in Damaſo inſula Vigilienſis Eccleſiæ exornatus eſt ab Urbano VIII. anno 1637. die 12. Januarii. translatus ab eodem ad Feretranam Eccleſiam anno 1642. *c*

*c* 1643. 18. Maii.

( „ *Adhuc vivens ſibi ſepulcrum paraverat in D. Mariæ Gratiarum cum hac inſcriptione.*

Bernardinus Scala Epiſc. Vigilien. ſibi
vivens mortis monimentum, tumulum, & carmen compoſuit.
Hoſce gradus ſcandens, Mitræ redimitus honore
Auxilio fulſi, Virgo beata, tuo.
Ex te Sol nituit, Cœli quæ Scala vocaris,
Sis mihi Sol. oro, ſis mihi Scala polo
Anno D. MDCXLI. Præſulatus V. *Sarnell.*)

XXX IX. 34 GUILLELMUS Godis electus anno 1642. die 31. Auguſti.

*ADDITIO.*

( „ *Guillelmus Gaddius, nobilis Forolivienſis, J. V. D. dum Ariminenſis urbis Prætor eſſet, hac inſula dignatus eſt 31. Auguſti 1643. Admirabili præfuit vigilantia, & probitate, deceſſitque 7. Februarii 1652.*

XL. *JOSEPH Lomellinus Neapolitanus, origine verò Januenſis, Neapoli natus, D. Benedicti ordinem ingreſſus in Congregatione Caſinenſi, humanas, divinaſque literas ad miraculum ebibit, ſummoſque honores facile peragens Abbas, & Viſitator generalis extitit; ad hanc deinde ſedem aſſumptus 26. Aug. 1652. cum jam antea Alerienſis infula ei oblata fuiſſet. Veluti pater gregem ſuum amantiſſime fovit; ſuæque conſulens æternæ ſaluti ſupremum hujus mortalitatis diem meditari nuſquam deſiit, quare ſarcinæ deponendæ ſibi tumulum in Cathedrali paravit, ubi appoſitus fuit decedens 25. Auguſti 1657. ſub hoc Epitaphio.*

D. O. M.
Joſeph Lomellinus Januenſis ex D. Benedicti familia congregationis Caſinenſis, in qua per bis novem annos Abbatis munere functus eſt, ab Innocentio X. ſummo Pontifice ad Alerienſem Epiſcopatum aſſumptus, ab eodem ad hunc Vigilienſem deinde translatus, dum vivens mortem meditaretur ſibi hunc tumulum poſuit an. Dom.
MDCLVI.

XLI *CÆSAR Cancellottus, nobilis Septempedanus in Piceno, I. U. D. Archidiaconus, & Propoſitus ſea patriæ ſuæ, pervigil Vigilienſium Paſtor fuit ab an. 1658. 1. Aprilis uſque ad 1662. 26. Junii, quo ad Eccleſiam Montis Alti evaſit, cum ſynodum ſapientiſſime celebraſſet an. 1659. quæ ſucceſſoribus pro vera forma Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſervandæ inſervit.*

XLII *Fr. IO. BAPTISTA Penna, nobilis Peruſinus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſacræ Theologiæ Magiſter, ingenio candidus, & vita integer ſcripſit S. Thomæ de Villanova præclara geſta, quæ publicam lucem inſpexere auctoris, ut ipſe mandaverat, ſuppreſſo nomine, Epiſcopalem ſarcinam aſſumpſit ferè ſexagenarius 9. Aprilis 1663. Vitæ probatiſſimæ tetigit metam 2. Julii 1664. humatus apud ſuos Fratres Auguſtinianos ad pedes altaris S. Epiſcopi Thomæ de Villanova, quod ipſe ſuis præſulatus compendiis erexerat, & ſacraverat. Laudatur à Gandulpho in diſſertatione de 200. ſcriptoribus Auguſtinianis p. 196. In ipſius autem urna hæc inciſa extat inſcriptio.*

Fr.

D. O. M.

Fr. Joannes Baptiſta Penne Auguſtinianus Epiſcopus Vigilienſis, Nobilis Peruſinus, Theologicis purpuratus virtutibus, pietate, religioneque functus, Gloria dum texebat ad triumphum, ad tumulum palmas erexit. Severitatem doctrinæ, charitatem erga pauperes immortalitatis templo dicavit. Peruſiæ, Vigiliarum Phœnix reviviſcit in cœlo felix, dum honoribus, doloribus, lachrymis editus, perditus, ſepultus hic jacet. Anno Domini MDCLXIV.

XLIII. *Fr. FRANCISCUS Antonius Riccius, nobilis Romanus, Ordinis Minorum arctioris obſervantiæ, ſacræ Theologiæ profeſſor, & Apoſtolicæ Indicis congregationis conſultor, multiplici ornatus litteratura ad hanc ſedem evectus eſt die 15. Septemb. 1664. Synodum habuit diœceſanam menſ. Martio 1667. Eccleſiam D. Michaelis PP. Capuccinorum die 14. Octobr. 1677. ſolemniter ſacravit. Per abſentiam Tranenſis Archiepiſcopi ipſe interfuit die 15. Jul. 1682. extractioni, & donationi corporis S. Stephani Papæ, & Martyris Comiti Elcio ut Procuratori regiæ Celſitudinis Magni Ducis Hetruriæ, qui illud Piſas detulit, ubi inſtitutus fuerat ordo Militaris Equitum ſub invocatione ejuſdem ſancti, & die 17. ejuſdem menſis, & anni ipſe Epiſcopus nomine ipſius Hetruriæ Ducis Magni Magiſtri laudati ordinis grati Animi ergo ejuſdem cruce inſignivit viros Patritios Dominicum de Angelis, & Antonium Poſa, alterum quia tunc ſindicum generalem Tranenſis urbis, alterum utpotè filium Vincentii Poſa, qui prò hac translatione egregiam navavit operam, & nimis eruditò ſcripſit de exiſtentia corporis D. Stephani Pontificis, & Martyris in civitate Trani, & de illius translatione, qui libellus typis Tranenſibus in lucem prodiit. Vixit ſemper integra ſui nominis fama ad annum uſque 1685. quo immortalis vita potitus eſt die 28. Aprilis, terræque mandatus fuit in ſua cathedrali.*

XLIV *JOSEPHUS Criſpinus V.I.D. Eminentiſſ. Archiepiſcopi Neapolitani Caraccioli olim à ſecretis die 10. Septemb. 1685. Ritio ſucceſſit, Præſul ob vitæ integritatem, ſingularem doctrinam, ac eminentem in rebus gerendis prudentiam verè inclytus. Adverſus Gubernatorem Vigilienſem, qui debitos Epiſcopo honoris titulos ab eodem ſibi expetebat, ab Excell. Regni Prorege Comite S. Stephani hac nempè Epiſtola reſcriptum fuit, quam hic inſerere non abs re viſum eſt.* Haviondo viſto, y conſiderado todo, lo que V: S. expreſsa en carta de 12. del paſsado, tocante à la pretenſion, con que ſe hallava el Governador de eſsa Ciudad de querer ſer tratado igualmente con titulo de Illuſtriſsima, ò en caſo contrario no darſele à V. S. en las funziones, que ſe ofreſca. Ha pareſido reſponder à V. S. che con deſpacho de la data deſte mando à eſse Governador, que en todo caſo y ſin replica ninguna correſponda en publico y privado con el riferido titulo de Illuſtriſſima ſin pretender que ſe le reſtituya, &c Napoles a' 13. de Marzo de 1688.

*Anno demùm 1690. ab Alexandro VIII. ad Amerinam Eccleſiam translatus fuit, de quo in tom. 1. in Amerinis Epiſcopis fol. 305. loquuti fuimus.*

XLV. *POMPEJUS Sarnelli Polymnianenſis, patritius autem Beneventanus, V.I. & S. Theologiæ Doctor, Abbas inſignis Beneventani collegii S. Spiritus cum uſu mitræ, baculi, annuli, & pontificalium omnium, more Epiſcoporum ſua vita durante tantùm, Eminent. Archiepiſcopi Fr. Vincentii Urſini generalis Auditor, Examinator ſynodalis, & Viſitator, cujus etiam magna cum laude prudentiæ Vicarius generalis fuit, cum Cæſenatis Eccleſiæ paſtoralem curam geſſit, ab Innocentio XII. die 24. Martii 1692. huic Cathedræ præficitur. Poſſeſſionem iniit per procuratorem die 25. Aprilis: ſacratus fuit Beneventi ab eod. Archiepiſcopo Urſino die 4. Maii, ſolemniter Vigilienſem urbem iniit die 18. ejuſd. menſis. Primùm ſacris pontificaliter operatus fuit die feſto Pentecoſtes 25. ejuſd. menſis, & anni 1692. quo Synodum Diœceſanam habuit diebus 28., & 29. Junii, methodumque ſtatuit pro illa quotannis celebranda. Ædem D. Matthæi ſolemniter ſacravit.*

*Viſitationem generalem aperuit die 9. Novemb. ejuſdem anni 1632. in qua die 11. regulas S. montis pietatis, & die 29. illas Confraternitatum Ss. corporis Chriſti, & Ss. Martyrum tutelarium ſancivit, & congregationem caſuum moralium, & ſacrorum rituum maximo cleri profectu inſtituit.*

*Die 25. Januarii 1693. ædem S Crucis Monialium D. Franciſci ſacravit. In Concilio provinciali Beneventano, quod eod. anno Eminentiſs. Urſinus habuit diebus 11. 13. & 16. Aprilis, ipſe interfuit, admiſſuſque fuit ab illius S. conſeſſus Patribus cum voto deciſivo. Die 17 Maii D. Aloyſii Monialium D. Claræ, & die 7. Junii ejuſdem anni D. Annunciatæ Minorum Conventualium ædes ſolemniter ſacravit. Cum in ſancta viſitatione aram confeſſionis cathedralis, ſub qua lipſana quieſcunt trium ſanctorum martyrum tutelarium à ſuo primæ conſecrationis ſitu motam reperiſſet, iterum ſacravit die 10. Iun. 1693. Et cum in S. Aduceni collegiata Eccleſia ab uſque anno 1367. ſacrata, non ſolum motam, ſed & perfractam offendiſſet, aliam de novo efformatam, die 11. Iunii, ut & Eccleſiam D. Mariæ de Muro PP. Prædicatorum die 14. ejuſdem menſis, & anni ſacravit, quo eodem anno, & menſe, ſed diebus 28. & 29. alteram habuit ſynodum valdè ſalutarem. Totus quippe eſt in ſuæ diœceſis bono procurando, & continuis concionibus, & quod caput eſt, vitæ exemplaritate. Horrea ſuæ menſæ Epiſcopalis ſemper pauperum patent indigentiis, ipſa quin etiam ſua domeſtica ſupellex, ſi aliquando æs in promptu non eſt. Princeps templum vetuſtate penè collabens refecit, & in dies ſemper exornat. De litteraria republica benemeritus plurima typis conſignavit ſui fœcundiſſimi ingenii monimenta. Vivit adhuc omni ſemper commendatione dignus Antiſtes.)*

# INDEX
## CHRONICUS EPISCOPORUM
### In hoc ſeptimo Tomo contentorum.


An. Chr. Column.

**ACHERUNTINORUM.**

300 1 Romanus. col. 13
2 Monocollus. ibid.
3 Petrus. ibid.
4 Sylvius. ibid.
5 Theodoſius. ibid.
6 Aloris. ibid.
7 Stephanus. ibid.
8 Araldus. ibid.
9 Bertus. ibid.
10 Leo. ibid
11 Lupus. ibid.
12 Evalanius. ibid.
13 Azo. ibid.
14 Aſedeus. ibid.
15 Joſeph. ibid.
499 16 Juſtus. ibid.
777 17 Leo. ibid.
18 Rodulphus. 24
880 19 Leo ibid.
20 Andreas. ibid.
21 Joannes. ibid.
22 Joannes. ibid.
1024 23 Stephanus. ibid.
24 Stephanus. ibid.
25 Stephanus. ibid.
26 Goderius. ibid.
27 Goderius. ibid.
1063 28 Geraldus. 25
1066 29 Arnoldus. ibid.
1106 30 Petrus. 29
1142 31 Durandus. 32
1151 32 Robertus. ibid.
1178 33 Richardus, 33
1184 34 Petrus. 34
1194 35 Petrus. ibid.
1198 36 Raynaldus. ibid.
1200 37 Andreas. 36
1252 38 Anſelmus. 43
1268 39 Laurentius. ibid.
1277 40 Petrus de Archia. ibid.
1300 41 Gentilis Urſinus. ibid.
1303 42 Guido. 44
1306 43 Landulphus. ibid
1308 44 Robertus. ibid.
1334 45 Petrus. 45
1343 46 Joannes Contellus. ibid.
1363 47 Bartholomæus Prignanus. ibid.
1377 48 Nicolaus Accrociamuri. ib.
1379 . Jacobus de Sylveſtro intruſ.
1380 49 Biſantius Morellus. ibid.
1392 50 Petrus Joannes de Barabal- lis. 46
1401 51 Stephanus Gobernus. ibid.
1402 52 Richardus de Olibano. ibid.
1407 53 Nicolaus Piſcicellus. ibid.
1414 54 Manfredus. 47
1444 55 Marinus de Paulis. 51
1471 56 Henricus Lunguardus. 54
1483 57 Vincentius Palmerius. 56
1518 58 Andreas Matthæus Palmerius. ibid.
1528 59 Franciſcus Palmerius. 61
1531 60 Joan. Michael Saracenus. 63
1557 61 Sigiſmundus Saracenus. ib.
1586 62 Jo. Antonius Sanctorius. 64
1591 63 Franciſcus de Abillaneda. ib.
1593 64 Scipio de Tolſa. 65
1596 65 Joannes Mirus. ibid.
1605 66 Joſeph Rubeus. ibid.
1611 67 Joannes Spilla. ibid.
1621 68 Fabritius Antinorus. ibid.
1630 69 Dominicus Spinula. 66
1638 70 Simeon Carraſa. 67
1648 71 Jo. Baptiſta Spinula. ibid.
1665 72 Vincentius Lanfrancus. ibid.
1678 73 Antonius Delrio Colminares. ibid.
1703 74 Antonius Maria Brancaccius. ibid.

**ANGLONENSIUM.**

1077 1 Simon. 71
1123 2 Joannes. 73
1167 3 Vvillelmus. 79
1179 4 Roboam. ibid.
1202 5 N. . . 80
1219 6 Petrus. ibid.
1220 7 N. . . . 81
1241 8 Robertus. 83
1254 9 Deodatus. 84
1254 10 Joan. de Monteſuſculo. ibid.
1269 11 Leonardus. ibid.
1299 12 Gualterius. 85
1302 13 Marcus. ibid.
1322 14 Sylveſter Matera. 90
1330 15 Franciſcus della Marra. 90
1330 16 Guillelmus. ibid.
1333 17 Joannes. ibid.
1352 18 Richardus. 93
1363 19 Philippus. 95
1364 20 Philippus Sarluca. ibid.
1399 21 Iacobus. 97
1400 22 Rogerius de Mareſcallis. ib.
1418 23 Ioannes Caracciolus. 98
1439 24 Iacobus. ibid.
1468 25 Ludovicus Flonobler. ibid.
1472 26 Iacobus Chiaſconius. ibid.
1508 27 Iacobus de Capua. 100
1508 28 Fabritius de Capua. ibid.
1512 29 Io. Antonius Scotius. 101
1530 30 Ioan. Vincentius Carraſa. ibid.
1536 31 Oliverius Carraſa. ibid.
1542 32 Guido Aſcanius Sfortia. ib.
1542 33 Bernardinus Helvinus. ibid.
1548 34 Iulius de Grandis. 102
1560 35 Ioan. Paulus Amanius. ibid.
1578 36 Nicolaus Grana. 103
1595 37 Aſcanius Iacobatius. ibid.
1609 38 Bernardus Iuſtinianus. ibid.
1616 39 Innicus Sſcara. 104
1619 40 Alphonſus Gigliolus. ibid.
1630 41 Io. Baptiſta Detus. 105
1631 42 Alexander Detus. 106
1638 43 M. Antonius Coccinus. ib.
1646 44 Flavius Gallettus. ibid.
1654 45 Franciſcus Ant. de Luca. ib.
1667 46 Matthæus Conſentinus. 108
1702 47 Dominicus Sabbatinus. 110

**GRAVINENSIUM.**

1078 1 Leo. 115
1099 2 Guido. 117
1152 3 Urſus. ibid.
1179 4 Robertus. ibid.
1189 5 Thomas. ibid.
1215 6 Samuel. 118
1244 7 Pantaleon. ibid.
1256 8 Iacobus. ibid.
1282 9 Petrus. ibid.
1283 10 Palmerius. ibid.
1286 11 Nicolaus. ibid.
1294 12 Ioannes. 119
1301 13 Iacobus. ibid.
1311 14 Franciſcus. ibid.
1318 15 Nicolaus. ibid.
1343 16 Richardus Caracciolus. 119
1343 17 Andreas. ibid.
1345 18 Tancredus. ibid.
1349 19 Bernardus de Coccio. ibid.
1350 20 Ioannes de Gallinario. 120
21 Lucianus. 120
1388 22 Philippus. ibid.
1395 23 Franciſcus Bonaccurſi. ibid.
1400 24 Antonius de Ruſſis. ibid.
1402 25 Rogerius de Longobardis. ib.
1411 26 Henricus Daſmaris. ibid.
1429 27 Ioannes Robertus. 121
1429 28 Marinus Urſinus. ibid.
1473 29 Iacobus de Appiano. ibid.
1481 30 Matthæus de Aquino. ibid.
1508 31 Antonius Brancatus. ibid.
1518 32 Lucas de Raynaldis. ibid.
1552 33 Io. Angelus Peregrinus. 122
1568 34 Franciſcus Boſſus. ibid.
1574 35 Aſtor Paganellus. ibid.
1575 36 Iulius Riccius. ibid.
1581 37 Antonius Maria Manzolus. ibid.
1593 38 Vincentius Iuſtinianus. ibid.
1614 39 Auguſtinus Caſſandra. 124
1623 40 Iulius Sacchettus. 127
1626 41 Io. Archangel. Baldinus. ib.
1630 42 Arcadius Riccius. 128
1636 43 Philippus Canſacchus. ibid.
1645 44 Dominicus Cennimus. ibid.
1686 45 Dominicus Valvaſorius. 129
1690 46 Marcellus Cavalerius. ibid.
1705 47 Aloyſius Capuanus. 131
1718 48 Cæſar Franciſc. Lucinus. ib.

**POTENTINORUM.**

419 1 Fauſtinus. 133
501 2 Amantius. ibid.
555 3 Petrus. ibid.
826 4 Balas. ibid.
1080 5 N. . . . ibid.
1099 6 Gerardus. ibid.
1111 7 S. Gerardus de Porta. 134
1119 8 Manfredus. 138
1179 9 Ioannes. ibid.

| An. Chr. | | | Columna. |
|---|---|---|---|
| 1197 | 10 | Bartholomæus. | 139 |
| 1221 | 11 | Gratias. | ibid. |
| 1250 | 12 | Obertus. | ibid. |
| 1266 | 13 | N. . . . | ibid. |
| 1272 | 14 | Guillelmus. | ibid. |
| 1289 | 15 | Bonifacius. | ibid. |
| 1302 | 16 | Franciſcus. | ibid. |
| 1314 | 17 | Guillelmus. | ibid. |
| 1343 | 18 | Guillelmus de Turre. | ibid. |
| 1351 | 19 | Ioannes. | 140 |
| 1364 | 20 | Iacobus. | ibid. |
| 1386 | 21 | Marcus. | ibid. |
| 1392 | 22 | Andreas. | ibid. |
| 1402 | 23 | Benedictus de Arpino. | ibid. |
| 1403 | 24 | Andreas Sinraus. | ibid. |
| 1405 | 25 | Benedictus. | ibid |
| 1409 | 26 | Angelus. | ibid |
| 1419 | 27 | Jacobus Squaquera. | ibid. |
| 1450 | 28 | Antonius Angelus. | 141 |
| 1459 | 29 | Io. de Turre Cremata. | ibid. |
| 1463 | 30 | Io. Paulus Vaſſalus. | 141 |
| 1479 | 31 | Ioſolus, vel Luiſius Brancaccius. | ibid. |
| 1482 | 32 | Ioan. Philippus Caſtellioneus. | ibid. |
| 1491 | 33 | Georgius Margera. | ibid. |
| 1592 | 34 | Ioannes Ortega. | ibid. |
| 1503 | 35 | Io. Card. Arborienſis. | ibid. |
| 1506 | 36 | Iacobus Nini. | ibid |
| 1521 | 37 | Pompejus Columna. | 142 |
| 1526 | 38 | Ninus Ninius. | ibid. |
| 1566 | 39 | Tiberius Carrafa. | ibid. |
| 1579 | 40 | Sebaſtianus Barnaba. | ibid. |
| 1606 | 41 | Gaſpar Cardoſus. | ibid. |
| 1616 | 42 | Achilles Caracciolus. | ibid. |
| 1626 | 43 | Didacus de Vargas. | 143 |
| 1634 | 44 | Hieronymus Magneſius. | ib. |
| 1644 | 45 | Michael Torres. | ibid. |
| 1646 | 46 | Bonaventura Claverius | 144 |
| 1677 | 47 | Didacus Lozano. | ibid |
| 1684 | 48 | Aloyſius de Philippis. | ibid. |
| 1686 | 49 | Balthaſſar de Benavente. | ib. |
| 1689 | 50 | Petrus de Torres. | ibid. |
| 1695 | 51 | Agnellus Roſſi. | ibid |
| 1715 | 52 | Carolus Pignatellus. | ibid. |

## TRICARICENSIUM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1068 | 1 | Arnoldus. | 146 |
| 1099 | 2 | Librandus. | 148 |
| 1179 | 3 | Robertus. | ibid |
| 1195 | 4 | Henricus. | ibid. |
| 1237 | 5 | Rogerius. | ibid. |
| 1253 | 6 | Palmerius de Galluſio. | 150 |
| 1284 | 7 | Leonardus. | ibid. |
| 1301 | 8 | Richardus. | 151 |
| 1323 | 9 | Bonacurſus. | ibid. |
| 1326 | 10 | Gotifredus. | ibid. |
| 1348 | 11 | Mattheus. | ibid. |
| 1348 | 12 | Rogerius. | ibid. |
| 1359 | 13 | Angelus. | ibid. |
| 1365 | 14 | Petrus de Serlupis. | ibid. |
| 1374 | 15 | Andreas de S. Hieronymo. | ibid. |
| 1378 | 16 | Martinus. | 152 |
| 1385 | 17 | Thomas. | ibid. |
| 1394 | 18 | Nicolaus. | ibid. |
| 1399 | 19 | Vitus. | ibid. |
| 1405 | 20 | Thomas Brancaccius. | ibid |
| 1417 | 21 | Laurentius. | ibid. |
| 1419 | 22 | Angelus. | ibid |
| 1427 | 23 | Stephanus Carraria. | ibid. |
| 1438 | 24 | Nicolaus. | 153 |
| 1446 | 25 | Sabas de Carbonibus. | 154 |
| 1447 | 26 | Laurentius. | ibid |
| 1448 | 27 | Honuphrius de S. Cruce. | ib |
| 1476 | 28 | Urſus. | 155 |
| 1484 | 29 | Scipio. | ibid. |
| 1497 | 30 | Auguſtinus de Guarino. | ib |
| 1510 | 31 | Oliverius Carrafa | ibid. |
| 1513 | 32 | Ludovicus Canoſſa. | 155 |
| 1529 | 33 | Alexander Spaneolus. | 156 |
| 1535 | 34 | Hieronymus Folengh. | 156 |
| 1539 | 35 | Franciſcus Urſinus. | ibid. |
| 1554 | 36 | Antonius de Capriolis. | 157 |
| 1586 | 37 | Io. Baptiſta Sanctorius. | ibid. |
| 1592 | 38 | Octavius Mirtus. | ibid. |
| 1605 | 39 | Diomedes Carrafa. | ibid. |
| 1609 | 40 | Stephanus Robertus. | 158 |
| 1611 | 41 | Robertus de Robertis. | ibid. |
| 1625 | 42 | Petrus Aloyſius Carrafa. | ib. |
| 1646 | 43 | Petrus Aloyſius junior Carrafa. | ibid |
| 1673 | 44 | Andreas de Aquino. | 159 |
| 1676 | 45 | Gaſpar Toraltus. | 161 |
| 1682 | 46 | Gaſpar Mezomonaco. | ibid |
| 1684 | 47 | Fulvius Cribellus. | ibid. |
| 1685 | 48 | Franciſcus Anton. Leopardus. | ibid. |
| 1718 | 49 | Lucas Trapani. | ibid. |
| 1720 | 50 | Simon Veglinus. | ibid. |

## VENUSINORUM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 238 | 1 | Philippus. | 168 |
| 443 | 2 | Joannes. | ibid. |
| 493 | 3 | Aſterius. | ibid. |
| 498 | 4 | Stephanus. | ibid. |
| 1014 | 5 | Petrus. | ibid. |
| 1053 | 6 | Jaquintus. | ibid. |
| 1058 | 7 | Muiſardus de Villargo. | 169 |
| 1069 | 8 | Rogerius. | ibid. |
| 1071 | 9 | Conſtantinus. | ibid. |
| 1105 | 10 | Robertus. | 172 |
| 1177 | 11 | Petrus. | ibid. |
| 1213 | 12 | Bonus. | ibid. |
| | 13 | Iacobus. | ibid. |
| 1299 | 14 | Guido. | ibid. |
| 1331 | 15 | Petrus. | ibid. |
| 1334 | 16 | Auguſtinus. | ibid. |
| 1360 | 17 | Petrus. | ibid. |
| 1363 | 18 | Gaufridus. | ibid. |
| 1363 | 19 | Thomas. | ibid. |
| 1383 | 20 | Laurentius Ægidii. | ibid. |
| 1385 | 21 | Ioannes. | 173 |
| 1386 | 22 | Franciſcus de Veneraneriis. | ibid. |
| 1395 | 23 | Ioannes. | ibid. |
| 1400 | 24 | Andreas de Fuſco. | ibid. |
| 1419 | 25 | Dionyſius de Monte Leone. | ibid. |
| 1431 | 26 | Robertus de Procopio. | ibid. |
| 1457 | 27 | Nicolaus Solimele. | ibid. |
| 1459 | 28 | Nicolaus Hier. Porfidus. | ib. |
| 1495 | 29 | Sigiſmund Pappacauda. | 174 |
| 1499 | 30 | Antonius Civaleria. | ibid. |
| 1501 | 31 | Bernardinus de Bonjoanne. | ibid. |
| 1510 | 32 | Lambertus Arbaudus. | 175 |
| 1527 | 33 | Guido Medices. | ibid. |
| 1528 | 34 | Ferdinandus Seronus. | ibid |
| 1542 | 35 | Alvarus de la Quadra. | 176 |
| 1551 | 36 | Simon Garrula. | ibid. |
| 1566 | 37 | Franciſcus Ruſticuccius. | ib. |
| 1567 | 38 | Paulus Obertus. | ibid. |
| 1567 | 39 | Io. Antonius Locatellus. | ib. |
| 1571 | 40 | Balthaſſar Iuſtinianus. | ibid. |
| 1583 | 41 | Io. Thomas Sanfelicius. | 177 |
| 1585 | 42 | Io. Hieronym. Maretius. | 179 |
| 1587 | 43 | Petrus Rodulphus. | ibid. |
| 1591 | 44 | Vincentius Calceus. | 180 |
| 1598 | 45 | Sigiſmundus Donatus. | ibid. |
| 1605 | 46 | Marius Maurus. | ibid. |
| 1611 | 47 | Andreas Perbenedictus. | ibid. |
| 1635 | 48 | Bartholomeus Frigerius. | ib. |
| 1640 | 49 | Saluſtius Peculus. | ibid. |
| 1648 | 50 | Antonius Pavonellus. | ibid. |
| 1654 | 51 | Hyacinthus Tauruſius. | 181 |
| 1674 | 52 | Io. Baptiſta Deſii. | 182 |
| 1678 | 53 | Franc. Maria Verius. | ibid. |
| 1685 | 54 | Io. Franc. de Laurentiis. | ib. |
| 1699 | 55 | Placidus Scoppa. | ibid. |
| 1713 | 56 | Io. Michael Teroni. | ibid. |

## AMALPHITANORUM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 596 | 1 | Primerus. | 189 |
| 839 | 2 | Petrus. | 190 |
| 840 | 3 | Leo. | 191 |
| 848 | 4 | Petrus. | ibid. |
| | 5 | Bonus. | 192 |
| 872 | 6 | Sergius. | ibid. |
| 897 | 7 | Urſus. | ibid. |
| 925 | 8 | Iaquintus. | ibid. |
| 949 | 9 | Conſtantinus. | ibid. |
| 960 | 10 | Maſtolus. | ibid. |
| 987 | 11 | Leo. | ibid. |
| 1030 | 12 | Laurentius. | 195 |
| 1048 | 13 | Petrus. | 198 |
| 1070 | 14 | Ioannes. | ibid. |
| 1082 | 15 | Sergius. | 199 |
| 1103 | 16 | Maurus de Monte. | 200 |
| 1142 | 17 | Joannes. | ibid. |
| 1166 | 18 | Joannes de S. Paulo. | 204 |
| 1168 | 19 | Robaldus. | ibid. |
| 1174 | 20 | Dionyſius. | 205 |
| 1202 | 21 | Matthæus Capuanus. | ibid. |
| 1215 | 22 | Joannes Capuanus. | 218 |
| 1254 | 23 | Bartholomæus Pignatellus. | 221 |
| 1254 | 24 | Gualterus. | ibid. |
| 1266 | 25 | Philipp. Auguſtaricius. | 223 |
| 1295 | 26 | Andreas de Alaneo. | 229 |
| 1326 | 27 | Landulphus Caracciol. | 231 |
| 1351 | 28 | Petrus Capuanus. | 233 |
| 1362 | 29 | Marinus de Judice. | ibid. |
| 1375 | 30 | Ioannes Aquaviva. | 236 |
| 1376 | 31 | Sergius Griſonus. | ibid. |
| 1395 | 32 | Paulus. | 239 |
| 1401 | 33 | Beltrandus de Alaneo. | ibid. |
| 1410 | 34 | Robertus Brancia. | 240 |
| 1423 | 35 | Andreas de Palearea. | 241 |
| 1449 | 36 | Antonius de Carleno. | ibid. |
| 1400 | 37 | Nicolaus de Miraballis. | ib. |
| 1475 | 38 | Ioannes de Nicolinis. | 243 |
| 1483 | 39 | Io. Baptiſta de Iudicib. | 244 |
| 1484 | 40 | Andreas de Cuncto. | ibid. |
| 1504 | 41 | Thomas Regulanus. | 245 |
| 1510 | 42 | Ioannes Card. Medices. | ibid. |
| 1513 | 43 | Robertus de Pre. | 246 |
| 1513 | 44 | Antonius Baliſtrarius. | ibid. |
| 1516 | 45 | Laurentius Puccius. | 247 |
| 1517 | 46 | Hieronymus Planca. | ibid. |
| 1519 | 47 | Hieronymus de Ianderonibus. | ibid. |
| 1530 | 48 | Ferdinandus de Anna. | 248 |
| 1541 | 49 | Alphonſus Oliva. | 250 |
| 1544 | 50 | Franciſcus Sfondratus. | 251 |
| 1547 | 51 | Tiberius Criſpus. | ibid. |
| 1561 | 52 | Maximus de Maximis. | ibid. |
| 1565 | 53 | M. Antonius Borzutus. | ibid |
| 1570 | 54 | Carolus Montilius. | 252 |
| 1576 | 55 | Iulius Roſſinus. | ibid. |
| 1616 | 56 | Paulus Æmilius Philonardus. | 253 |
| 1625 | 57 | Iacobus Theodulus. | ibid. |
| 1635 | 58 | Matthæus Granitus. | ibid. |
| 1638 | 59 | Angelus Picus. | 254 |
| 1649 | 60 | Stephanus Quaranta. | ibid. |
| 1679 | 61 | Cajetanus de Miraballis. | 256 |
| 1682 | 62 | Simplicius Caravita. | ibid. |
| 1701 | 63 | Michael de Bononia. | ibid. |

## CAPRITANORUM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 987 | 1 | Ioannes. | 258 |
| 1024 | 2 | N. . . | ibid. |
| 1218 | 3 | N. . . | ibid. |
| 1254 | 4 | Ioannes. | ibid. |
| 1284 | 5 | I. | ibid. |

| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 311 | 6 | N. | 258 |
| 1350 | 7 | Jacobus. | ibid. |
| 1363 | 8 | Guilielmus. | ibid. |
| 1377 | 9 | Nicolaus. | 263 |
| | 10 | Rogerius. | ibid |
| 1398 | 11 | Benedictus de Paradoſſo. | ib. |
| 1418 | 12 | Julianus Thomaſius. | ibid. |
| 1420 | 13 | Jacobus. | ibid. |
| 1410 | 14 | Joannes Ferretius. | ibid. |
| 1430 | 15 | Petrus Beſſine. | ibid. |
| 1433 | 16 | Franciſcus. | ibid |
| 1460 | 17 | Martinus. | ibid. |
| 1474 | 18 | Lucas. | ibid. |
| 1485 | 19 | Marcus de Muro. | ibid. |
| 1490 | 20 | Joannes de Aloyſio. | ibid. |
| 1499 | 21 | Raphael Rocca. | 264 |
| 1514 | 22 | Euſebius de Gionetto: | ibid. |
| 1528 | 23 | Auguſtinus Falivenia. | ibid. |
| 1534 | 24 | Angelus Barreta. | ibid. |
| 1539 | 25 | Leonardus de Mag ſtris. | ib. |
| 1552 | 26 | Alphonſus de Val de Cabras. | 265 |
| 1555 | 27 | Alexander Somerius. | ibid. |
| 1564 | 28 | Philippus Mazzula. | ibid. |
| 1584 | 29 | Franciſcus Liparolus. | ibid. |
| 1608 | 30 | Trajanus Bocautus. | ibid. |
| 1626 | 31 | Raphael Raſtellius. | 267 |
| 1634 | 32 | Lauretus de Franchis. | 268 |
| 1637 | 33 | Alexander Sibillia. | ibid. |
| 1639 | 34 | Franc. Antonius Blondus. | ib. |
| 1641 | 35 | Paulus Pellegrinus. | ibid. |
| 1683 | 36 | Dionyſius Petra. | ibid. |
| 1698 | 37 | Michael Gallus. | 269 |


LITTERENSIUM.


| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 984 | 1 | Stephanus. | 272 |
| 1118 | 2 | Petrus. | ibid. |
| 1169 | 3 | Petrus. | ibid. |
| 1179 | 4 | Joannes. | 273 |
| 1289 | 5 | Jacobus. | ibid. |
| 1300 | 6 | Petrus. | ibid. |
| 1311 | 7 | Raho. | ibid. |
| 1349 | 8 | Petrus. | ibid. |
| 1349 | 9 | Jacobus de Roa. | ibid. |
| 1365 | 10 | Robertus de Caſtello. | ibid. |
| 1390 | 11 | Nicolaus de Siſtis. | ibid. |
| 1392 | 12 | Thomas. | ibid. |
| 1392 | 13 | Joannes. | ibid. |
| 1403 | 14 | Jacobus. | ibid. |
| 1407 | 15 | Franciſcus. | ibid. |
| 1428 | 16 | Cucchius. | ibid. |
| 1441 | 17 | Antonius. | Ibid. |
| 1459 | 18 | Gabriel. | 274 |
| 1478 | 19 | Antonius. | ibid |
| 1503 | 20 | Antonius de Miraballis. | ib. |
| 1503 | 21 | Andreas Curialis. | ibid. |
| 1517 | 22 | Valentinus de Apreja. | ibid |
| 1540 | 23 | Bartholomæus de Capoblanco. | ibid. |
| 1547 | 24 | Joannes Antonius Panruſa. | 275 |
| 1562 | 25 | Sebaſtianus Loccavella. | ib |
| 1565 | 26 | Jo. Antonius Attorcus. | ibid. |
| 1567 | 27 | Bartholomæus Ferrus. | ibid. |
| 1570 | 28 | Philippus Faſius Cappo-nius. | ibid |
| 1570 | 29 | Aurelius Grianus de Urciſonis. | 276 |
| 1576 | 30 | Jo. Berardinus Grandopolus. | ibid |
| 1582 | 31 | Jo. Leonard. Bottilierius. | ib. |
| 1590 | 32 | Franciſcus Bruſcus. | ibid. |
| 1622 | 33 | Andreas Caputus. | ibid. |
| 1650 | 34 | Honuphrius de Ponte. | 277 |
| 1676 | 35 | Antonius Molinarius. | 278 |
| 1698 | 36 | Joannes Citri. | ibid. |
| 1709 | 37 | Dominicus Gaglianus. | 279 |
| 1728 | 38 | Dominicus Galiſius. | 280 |


MINORENSIUM.


| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 987 | 1 | Sergius. | 292 |
| | 2 | Urſus. | ibid |
| 1069 | 3 | Jaquintus. | 293 |
| 1091 | 4 | Maurus. | 294 |
| 1103 | 5 | Leo. | 296 |
| 1112 | 6 | Stephanus. | ibid. |
| 1117 | 7 | Conſtantinus. | ibid. |
| 1161 | 8 | Maurus Scannapeco. | 300 |
| 1178 | 9 | Laurentius. | ibid. |
| 1217 | 10 | Ioannes de Cavellis. | 303 |
| 1247 | 11 | Gerbinus. | 304 |
| 1269 | 12 | Petrus. | 306 |
| 1281 | 13 | Andreas Capuanus. | 308 |
| 1305 | 14 | Andreas de Alaneo. | 309 |
| 1342 | 15 | Bartholomæus de Comite Urſo. | ibid. |
| 1348 | 16 | Marcuccius. | 310 |
| 1348 | 17 | Iacobus Sergius. | ibid. |
| 1364 | 18 | Philippus. | ibid. |
| 1364 | 19 | Romanus. | ibid. |
| 1390 | 20 | Paulus. | 311 |
| 1448 | 21 | Chriſtophorus Oliva. | ibid. |
| 1425 | 22 | Nicolaus de Maccia. | ibid. |
| 1474 | 23 | Ludovicus. | ibid. |
| 1476 | 24 | Palamides de Cuncto. | ibid. |
| 1483 | 25 | Andreas de Cuncto. | 313 |
| 1483 | 26 | Io. Baptiſta de Conteſtabilibus. | ibid. |
| 1493 | 27 | Sauillus de Simeone. | ibid. |
| 1497 | 28 | Alexander Salatus. | ibid. |
| 1511 | 29 | Ambroſius Romanus. | ibid. |
| 1512 | 30 | Thomas. | ibid. |
| 1526 | 31 | Io: Petrus Bonus. | 314 |
| 1546 | 32 | Ambroſius Allitus: | ibid. |
| 1552 | 33 | Antonius Simonius de Monte. | 315 |
| 1555 | 34 | Petrus de Affatatis. | ibid. |
| 1557 | 35 | Donatus de Laurentiis. | ibid. |
| 1563 | 36 | Alexander Molus. | ibid. |
| 1565 | 37 | Ioannes Amatus. | ibid. |
| 1567 | 38 | Io. Auguſtinus Campanilis. | ibid. |
| 1596 | 39 | Horatius Baſiliſcus: | ibid. |
| 1597 | 40 | Thomas Zerula. | 316 |
| 1604 | 41 | Georgius Lazarus. | ibid. |
| 1615 | 42 | Thomas Brandolinus. | ibid. |
| 1636 | 43 | Laurentius de Franchis. | 317 |
| 1639 | 44 | Patricius Donatus. | ibid. |
| 1649 | 45 | Leonardus Leria. | 319 |
| 1670 | 46 | Antonius Botti. | ibid. |
| 1683 | 47 | Dominicus Mennus. | ibid. |
| 1692 | 48 | Ianuarius Criſpinus. | ibid. |
| 1694 | 49 | Carolus Cutillus. | 321 |
| 1705 | 50 | Franciſcus Morgione. | ibid. |
| 1719 | 51 | Raphael Toſti. | ibid. |


SCALENENSIUM.


| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 987 | 1 | Sergius. | 327 |
| 1118 | 2 | Alexander. | ibid. |
| 1144 | 3 | Urſus. | ibid. |
| 1171 | 4 | Alexander. | ibid. |
| 1207 | 5 | Conſtantius de Afflicto. | 328 |
| 1227 | 6 | Matthæus de Afflicto. | 330 |
| 1313 | 7 | A. . . . | 332 |
| | 8 | Theodorus Scacciavento | ib. |
| 1352 | 9 | Guillelmus. | ibid. |
| 1328 | 10 | Guillelmus. | 333 |
| 1342 | 11 | Iacobus Serſali. | ibid. |
| 1390 | 12 | Andreas. | 336 |
| 1396 | 13 | Petrus. | ibid. |
| 1418 | 14 | Petrus, vel Petruccius. | 337 |
| 1418 | 15 | Natalis de Afflicto. | ibid. |
| 1450 | 16 | Evangeliſta Firiolus. | ibid |
| 1465 | 17 | Matthæus de Dote. | ibid. |
| 1500 | 18 | Iacobus Piſanellus. | 338 |
| 1511 | 19 | Ferdinandus de Caſtro. | ibid. |
| 1515 | 20 | Balthaſſar del Rio. | 338 |
| 1541 | 21 | Ludovicus Vannius de Theodolis | ibid. |
| 1548 | 22 | Gaſpar de Foſſa. | ibid. |
| 1551 | 23 | Alphonſus Romerus: | 339 |
| 1552 | 24 | Conſtantinus Veltronus | ib. |
| 1577 | 25 | Felicianus Niguarda. | ibid |
| 1583 | 26 | Franciſcus de Afflicto | ibid. |
| 1594 | 27 | Io. Baptiſta Serignanus. | 340 |
| 1594 | 28 | Florianus Nanni. | ibid. |
| 1598 | 29 | Franciſcus Bennius. | ibid. |
| 1617 | 30 | Michael Bonſius. | 341 |
| 1624 | 31 | Honorius Verme. | ibid. |
| 1637 | 32 | Cœleſtinus Puccirellus. | ibid. |
| 1642 | 33 | Bernardinus Panicola. | 342 |
| 1667 | 34 | Ioſeph Sagetius. | ibid. |
| 1694 | 35 | Aloyſius de Capua. | ibid. |
| 1706 | 36 | Nicolaus de Rocco. | Ibid. |
| 1707 | 37 | Ioſeph Maria Permezzi | ib. |
| 1718 | 38 | Nicolaus Guerrera. | ibid. |


SALERNITANORUM.


| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| | 1 | S. Bonoſius. | 351 |
| | 2 | S. Gramatius. | 352 |
| | 3 | S. Verus. | ibid. |
| | 4 | S. Euſterius. | ibid. |
| | 5 | S. Valentinus. | ibid. |
| 500 | 6 | S. Gaudentius. | ibid. |
| 534 | 7 | Aſterius. | 353 |
| 652 | 8 | Luminoſus. | ibid. |
| | 9 | Joannes. | ibid. |
| 600 | 10 | Zaccharias. | ibid. |
| | 11 | Columbus. | ibid. |
| | 12 | Lupus. | ibid. |
| | 13 | Renovatus. | ibid. |
| | 14 | Benedictus. | ibid. |
| | 15 | Talonius. | ibid. |
| | 16 | Aderanus. | ibid. |
| | 17 | S. Gaudioſus. | ibid. |
| 761 | 18 | Leo. | 358 |
| | 19 | Rodopertus. | ibid. |
| 818 | 20 | Rodoaltus. | 359 |
| 834 | 21 | Petrus. | ibid. |
| 844 | 22 | Roctolus. | ibid. |
| 848 | 23 | Magnaldus. | ibid. |
| 853 | 24 | Teupus. | ibid. |
| 867 | 25 | Alo. | Ibid. |
| 872 | 26 | Landenarius. | ibid. |
| 882 | 27 | Petrus. | 360 |
| 909 | 28 | Bernardus. | 361 |
| 942 | 29 | Rachenaldus. | Ibid. |
| 947 | 30 | Petrus. | 362 |
| 950 | 31 | Petrus: | ibid. |
| 954 | 32 | Bernardus. | ibid. |
| 958 | 33 | Petrus. | 363 |
| 968 | 34 | Ioannes. | ibid. |
| 681 | 35 | Amatus. | ibid. |
| 992 | 36 | Dauferius. | 376 |
| 993 | 37 | Grimoaldus. | ibid. |
| 1007 | 38 | Michael. | 377 |
| 1016 | 39 | Benedictus. | ibid. |
| 1019 | 40 | Amatus Iunior. | 378 |
| 1043 | 41 | Amatus. | ibid. |
| 1047 | 42 | Ioannes. | ibid. |
| 1056 | 43 | S. Alphanus. | 380 |
| 1085 | 44 | Alphanus. | 392 |
| 1121 | 45 | Romualdus. | 396 |
| 1137 | 46 | Guillelmus. | 398 |
| 1153 | 47 | Romualdus. | 399 |
| 1181 | 48 | Nicolaus. | 407 |
| 1225 | 49 | Cæſareus de Alagno. | 417 |
| 1263 | 50 | Matthæus de Porta. | 419 |
| 1273 | 51 | Ioannes. | 422 |
| 1281 | 52 | Philippus. | 424 |
| 1297 | 53 | Guillelmus de Godonio. | 427 |
| 1306 | 54 | Guido de Collemedio. | ibid. |
| 1305 | 55 | Bernardus. | ibid. |
| 1310 | 56 | Iſaucus. | 429 |
| 1310 | 57 | Robertus Archuſari. | ibid. |


Ho-

An. Chr. Column.
1312 58 Honuphrius. 429
1319 59 Bertrandus de Turre. ibid.
1321 60 Amaldus. ibid.
1330 61 Urſus Minutulus. 420
1334 62 Benedictus Capuanus. ibid.
1347 63 Rogerus Sanſeverinus. 431
1349 64 Bertrandus. 432
1364 65 Guillelmus Sanſeverinus. ib.
1378 66 Joannes Aquaviva. ibid.
1378 67 Guillelmus de Capua. ibid.
1394 68 Ligorius de Majorinis. 433
1400 69 Bartholomæus de Aprano. ibid.
1415 70 Nicolaus Piſcicellus. 434
1441 71 Barnabas Urſinus. 435
1449 72 Nicolaus Piſcicellus. ibid.
1471 73 Petrus Guillelmus de Roccha. ibid.
1472 74 Ioannes Aragonius. ibid.
1486 75 Octavius Bentivolus. 436
1500 76 Joanues Vera. ibid.
1507 77 Federicus Fregoſius. ibid.
1533 78 Nicolaus Rodulphus. 437
1548 79 Rodulphus Pius Carpenſis. 4;8
1548 80 Ludovicus de Torres. ibid.
1554 81 Hieronymus Seripandus. ib.
1564 82 Gaſpar Cervantes. 440
1568 83 M. Antonius Columna. ib.
1574 84 M. Antonius Marſilius. 441
1592 85 Marius Bologninus. 442
1606 86 Joannes Beltraminus de Guevara. 443
1612 87 Lucius Sanſeverinus. ibid.
1625 88 Gabriel Treſcius. 444
1630 89 Julius Sabellus. ibid.
1642 90 Fabritius Sabellus. ibid.
1658 91 Joannes Torres. ibid.
1664 92 Gregorius Carrafa. 445
1676 93 Alphonſus Alvarez. ibid.
1689 94 Hieronymus Paſſarellus. ib.
1692 95 Marcus de Oſſos. ibid.
1697 96 Bonaventura Boevins. ibid.

ACERNENSIUM.

1136 1 Piſanus. 447
1197 2 Petrus. ibid.
1222 3 Paſchaſius ibid.
1274 4 Lucas. ibid.
1309 5 Andreas Capograſſus. ibid.
1314 6 Bartholomæus. ibid.
1321 7 Iordanus. ibid.
1331 8 Petrus. ibid.
1345 9 Iacobus. ibid.
1348 10 Matthæus de Marino. ibid.
1363 11 Iulianus. ibid.
1389 12 Benedictus. ibid
1396 13 Pacellus. 448
1405 14 Manfredus de Averſa. ibid.
1418 15 Antonellus Siraca. ibid.
1436 16 Nicolaus Solimele. ibid.
1469 17 Paraclitus de Malvetiis. ib.
1487 18 Menaleus de Ianuariis. ibid.
1493 19 Antonius Bonitus. ibid.
1012 20 Petrus de Aretio. 449
1514 21 Alemannus. ibid.
1514 22 Lucius. Ibid.
1523 23 Pompejus Columna. ibi.
1525 24 Hieronymus Oliverius. ibid.
1539 25 Franciſcus Quignanes. ibid.
1539 26 Nicolaus Angelus de Oliveriis. ibid.
1566 27 Ioan. Matthæus Valdinas. ibid.
1570 28 Lælius Iordanus. ibid.
1581 29 Io. Franciſcus Orificius. ib.
1593 30 Antonius Agellius. ibid.
1604 31 Paulus Manara. 450
1613 32 Io. Franciſcus Solimele. ib.
1613 33 Ioannes Serranus. 450
1637 34 Ludovicus Galbiatus. ibid.
1638 35 Petrus Paulus Bonſins. 451
1643 36 Clemens Confectus. ibid.
37 Camillus Ragona. ibid.
1665 38 Antonius Ghelmus. ibid.
1690 39 Franciſcus Sifola. ibid
1696 40 Scipio Carocius. ibid.
1703 41 Nicolaus Ventriglia. ibid.
1718 42 Dominicus Antonius Menafra. ibid.

CAMPANIENSIUM.

1525 1 Cherubinus Cajetanus. 457
1544 2 Camillus Mentuatus. ibid.
1560 3 Marcus Laureus. ibid.
1471 4 Hieronymus Scaramp. 458
1584 5 Flaminius Roverella. ibid.
1591 6 Iulius Cæſar Guarner. ibid.
1607 7 Barzellinus de Barzellinis. ibid.
1618 8 Alexander Scappius. 459
1628 9 Conſtantinus Teltins. ibid.
1637 10 Alexander Riparolus. ibid.
1644 11 Franciſcus Carduccius. ibid.
1649 12 Ioſeph Avila. ibid.
1657 13 Ioannes Caramuel Lobkovvitz. 460
1673 14 Dominicus Tafurus. 462
1680 15 Hieronymus Prignanus. ibi
1697 16 Ioſeph Bondola. ibid.
1715 17 Franciſcus Xaverius Fontana. 463

CAPUTAQUENSIUM.

1126 1 Arnulphus. 467
2 Leonardus. ibid
1231 3 N. . . Ibid.
1251 4 Beneventanus. 468
1275 5 Petrus. 470
1286 6 Gibertus. ibid
1294 7 Ioannes. Ibid.
1312 8 Philippus. ibid.
1321 9 Ioannes. 471
1336 10 Philippus de Mango. ibid.
1340 11 Thomas de Mango. 471
1386 12 Iacobus. ibid
1405 13 Guillelmus. ibid.
1412 14 Balthaſſar de Iudice. 472
1418 15 Ioannes Panella. 473
1418 16 Thomas de Beringariis. ibid.
1423 17 Berardus Caracciolus. ibid.
1425 18 Franciſcus de Thomacellis. ibid
1439 19 Bartholomæus. ibid.
1441 20 Maſſellus Mirtus. ibid.
1462 21 Franciſcus de Comite. ibid.
1470 22 Franciſcus Bertinus. 474
1476 23 Auxius de Podio. ibid.
1483 24 Ludovicus Podocatarius. ib.
1504 25 Aloyſius de Aragonia ibid.
1514 26 Vincentius de Galeotis. ibi.
1522 27 Laurentius Puccius. ibid.
1523 28 Thomas. ibid.
1531 29 Henricus Loffredus. ibid
1543 30 Franciſcus Sfondiatus. 475
1552 31 Hieronymus Verallus. ibid.
1553 32 Paulus Æmilius Verall. ib.
1574 33 Laurentius Bellus. ibid.
1586 34 Lælius Morellus. ibid.
1610 35 Ioannes Vitellius. 478
1611 36 Petrus Matta de Haro. ibid.
1627 37 Franciſcus Maria Brancaccius. 479
1635 38 Aloyſius Pappacauda. 480
1649 39 Thomas Carrafa. ibid.
1665 40 Camillus de Ragona. 481
1677 41 Andreas Bonitus. ibid.
1684 42 Io. Baptiſta de Pace. 482
1699 43 Vincentius Corcionus. 483
1704 44 Franciſcus Paulus Nicolai. 484
1717 45 Carolus Franciſcus Giocoli. ibid.

MARSICANORUM.

370 1 Sempronius. 487
2 Rodulphus Alanus. 496
580 3 Iulianus. ibid.
853 4 Tuderiſius. ibid.
5 Grimoaldus. 497
1089 6 Giſulphus. ibid.
1095 7 Ioannes. ibid.
8 Ioannes. ibid.
1123 9 Leo. ibid.
1131 10 Henricus. 498
1150 11 Ioannes. ibid.
1166 12 Ioannes. 501
1198 13 Ioannes. 504
1200 14 Benedictus. 505
1210 15 Anſelmus. ibid.
1222 16 Rogerius. ibid.
1239 17 N. . . . ibid.
1273 18 Raynaldus de Leontino. 506
1275 19 Reginaldus. ibid.
1293 20 Ioannes de Vetere. 507
1305 21 Matthæus. 510
1310 22 Ioannes Acutus. ibid.
1315 23 Rogerius. ibid.
1330 24 Petrus. 512
1349 25 Rogerius. ibid.
1349 26 Petrus. 513
1353 27 Bartholomæus. ibid.
1368 28 Bernardus. ibid.
1378 29 Thomas. ibid.
1383 30 Petrus Ylperinus. 515
1389 31 Andreas. ibid.
1399 32 Marcus. 517
1399 33 Petrus. ibid.
1400 34 Nardellus. ibid.
1440 35 Carlettus. ibid.
1453 36 Leonardus. ibid.
1456 37 Petrus de Diano. ibid.
1458 38 Andreas. ibid.
1466 39 Sampſon de Cayano. ibid.
1478 40 Io. Antonius Piccirus. ibid.
1473 41 Nicolaus Angelus de Abbatiſſa. 518
1484 42 Antonius Medices. ibid.
1485 43 Fabritius Guarna. ibid.
1494 44 Octavianus Caracciolus. 519
1536 45 Vincentius Buccaferrus. ib.
1537 46 Angelus Archilegius. ibid.
1541 47 Martius de Martiis Medices. ibid.
1574 48 Angelus de Martiis Medices. 520
1583 49 Aloyſius Pallavicinus. ibid.
1584 50 Antonius Fera. ibid.
1600 51 Aſcanius Pariſius. ibid.
1614 52 Timotheus Caſelius. ibid.
1640 53 Ioſeph Ciantes. 521
1656 54 Angelus Pinerius. 522
1671 55 Io Baptiſta Falvus. 523
1676 56 Ioannes Gambacurta. 524
1683 57 Franc. Antonius Leopardus. ibid.
1686 58 Dominicus Lucchettus. ib.
1710 59 Donatus Anſanus. ibid.

NUCERIÆ PAGANORUM.

1 S. Priſcus. 526
592 2 Numeſius. ibid.
598 3 Primicerius. ibid.
743 4 Amatus. ibid.
5 N. . . . ibid.

6 Lan-

An. Chr. Column.
1061 6 Landus. 526
7 Felix. ibid.
1228 8 Valerius Urſinus. ibid.
1260 9 N. . . . ibid.
1386 10 Franciſcus. 526
1401 11 Angelus. ibid.
1419 12 Gabriel de Garofalis. ibid.
1433 13 Julianus de Angreranis. 527
1436 14 Jacobus Benedictus. ibid.
1443 15 Bartholomæus de Michaelibus. ibid.
1455 16 Petrus. ibid.
1478 17 Ioannes de Cerretanis. ibid.
1480 18 Petrus Strambonus. ibid.
1503 19 Bernardinus Urſinus. ibid.
1511 20 Dominicus Iacobatius. ibid.
1517 21 Andreas Iacobatius. 528
1528 22 Paulus Iovius ſenior. ibid.
1551 23 Iulius Iovius. 529
1560 24 Paulus Iovius Iunior. 530
1585 25 Sulpitius Conſtantinus. ib.
1602 26 Simeon Lunadorus. 531
1610 27 Seraphinus de Vicariis. ibid.
1622 28 Franciſcus Trivultius. ibid.
1632 29 Hippolytus Franconius. 532
1654 30 Bonaventura de Avolos. ibid.
1659 31 Felix Gabrielius. ibid.
1685 32 Emygdius Lentus. ibid.
1692 33 Sebaſtianus Periſſi. ibid.
1700 34 Io. Baptiſta Carrafa. ibid.
1718 35 Nicolaus de Dominicis. ib.

NUSCANORUM.

1048 1 S. Amatus. 533
1104 2 Guido. 534
1143 3 Rogerius. ibid.
1164 4 Guillelmus. ibid.
5 Rogerius. 536
1200 6 Lucas. ibid.
1285 7 Iacobus. ibid.
1306 8 P. . . . 537
1346 9 Rogerius Geſualdus. ibid.
1350 10 Franciſcus. ibid.
1365 11 Arnoldus. ibid.
1392 12 Marius. ibid.
1396 13 Bernardus. ibid.
1399 14 Angelus Berſillus. ibid.
1419 15 Guillelmus. ibid.
1419 16 Antonius. ibid.
1435 17 Paulutius, ſeu Carlutius. ib.
1437 18 Iannuccius Paſchaſius. ibid.
1471 19 Stephanus Muſcatellus. 539
1465 20 Antonius Maramaldus. ibid.
1513 21 Marinus de Acciabanca. ib.
1523 22 Hieronymus de Acciabianca. ibid.
1538 23 Petrus Paulus Pariſius. ibid.
1545 24 Aloyſius de Cavalcant. 540
1563 25 Alexander Gadalectus. ibid.
1573 26 Petrus de Filiis. ibid.
1578 27 Patritius Lunatus. ibid.
1602 28 Lazarus Pellizarius. ibid.
1607 29 Io. Baptiſta Zuccarus. ibid.
1615 30 Michael Retius, ſeu Reſta. 541
1639 31 Franciſcus Archudius. ibid.
1642 32 Ioannes Maurus. ibid.
1645 33 Anellus Campagna. ibid.
1649 34 Petrus Paulus Roſſi. ibid.
1659 35 Benedictus de Rocciis. ibid.
1662 36 Angelus Pichettus. ibid.
1669 37 Fulgentius Arminius. ibid.
1686 38 Benedictus Hyacinthus Sangermanus. ibid.
1703 39 Hyacinth. Dragonettus. ib.

POLICASTRENSIUM.

1070 1 S. Petr. Pappacarbonus. 543
1110 2 Arnaldus. 560

An. Chr. Column.
1222 3 N. . . ibid.
1237 4 Guillelmus. 562
5 N. . . . ibid.
1254 6 Ioannes Caſtellomata. ibid.
1256 7 Marius. 563
1256 8 Fabritius, ſeu Fabianus. ib.
1278 9 Bartholomæus. ibid.
1356 10 Thomas. ibid.
1356 11 Franciſcus Capogroſſo. ibid.
1383 12 Nicolaus. ibid.
1392 13 Lucas. ibid.
1417 14 Nicolaus. ibid.
1438 15 Iacobus Lancellottus. ibid.
1445 16 Carolus. 564
1455 17 Hieronymus de Vinea. ibid.
1468 18 Henricus Languardus. ibid.
1471 19 Gabriel Altilius. ibid.
1485 20 Hieronymus Almenta. ibid.
1493 21 Gabriel Guidanus. 565
1504 22 Aloyſius de Aragonia. ibid.
1504 23 Bernardinus Laureus. ibid.
1516 24 Ioannes. ibid.
1516 25 Pyrrhus Aloyſius. ibid.
1530 26 Benedictus Accoltus. ibid.
1535 27 Andreas Matthæus Palmerius. ibid.
1537 28 Fabritius Arcella. ibid.
1542 29 Vbertus Gambara. ibid.
1543 30 Nicolaus Franciſcus de Maſſanella. ibid.
1577 31 Ludovicus Bentivolus. ibid.
1581 32 Ferdinandus Spinellus. ibid.
1605 33 Philippus Spinellus. 566
1605 34 Hilarius Corteſius. ibid.
1610 35 Antonius Sanctorius. ibid.
1630 36 Vrbanus Feliceus. ibid.
1635 37 Petrus Magrus. 567
1652 38 Philippus Iacobius. ibid.
1671 39 Vincentius de Sylva. ibid.
1679 40 Thomas de Roſa. 568
1696 41 Hyacinthus Camillus Maradeus. ibid.
1705 42 M. Antonius de Roſa. 569
1713 43 Andrea de Robertis. ibid.

SARNENSIVM.

1066 1 Riſus. 571
1119 2 Ioannes. 572
1134 3 Petrus. ibid.
1156 4 Ioannes. ibid.
1180 5 Vnfridus. ibid.
1208 6 N. . . ibid.
1209 7 Rogerius. ibid.
1216 8 Ioannes. ibid.
1255 9 N. . . . ibid.
1255 10 Angelus de Aquino. ibid.
1265 11 Ioannes. ibid.
1296 12 Guillelmus. 577
1324 13 Napoleo. ibid.
1333 14 Nicolaus. ibid.
1333 15 Franciſcus. ibid.
1350 16 Napoleo. ibid.
1350 17 Theobaldus. 578
1371 18 Ioannes. ibid.
1404 19 Ioannes. ibid.
1408 20 Franciſcus Mormilius. ibid.
1408 21 Ioannes. ibid.
1419 22 Marcus. ibid.
1439 23 Andreas. ibid.
1478 24 Antonius de Pazziis. ibid.
1478 25 Ioannes. ibid.
1481 26 Andreas de Rogeriis. ibid.
1482 27 Andreas de Pazziis. ibid.
1499 28 Auguſtinus de Euſteutevilla. 579
1513 29 Georgius Maccaſanus. ibid.
1517 30 Franciſcus Romelinus. ibid.
1517 31 Ludovicus. ibid.
1518 32 Silvius Paſſerinus. ibid.

An. Chr. Column.
1519 33 Guillelmus Bertrandus. 579
1527 34 Andreas Matthæus Palmerius. ibid.
1531 35 Pompejus Columna. ibid.
1534 36 Ludovicus Gomez. 580
1543 37 Franciſcus Sfondratus. ibid.
1544 38 Marius Ruffinus. ibid.
1547 39 Donatus Mariceccius. ibid.
1548 40 Guillelmus Tuttavilla. ibid.
1569 41 Vincentius Herculanus. ibi.
1573 42 Vincentius Ceperanus. ibid.
1578 43 Paulus Fuſcus. 581
1583 44 Hieron. Matthæuccius. ibid.
1595 45 Antonius de Aquino. ibid.
1616 46 Steph. Solis Caſtelbanco. ib.
1659 47 Antonius Matthæus. 582
1666 48 Sixtus Maria Pirontus. ibid.
1673 49 Nicolaus Ant. de Tura. ibid.
1706 50 M. Antonius Attaffi. ibid.
1718 51 Didacus de Pace. ibid.

BARENSIUM.

347 1 Gervaſius. 593
465 2 Concordius. ibid.
539 3 Petrus. ibid.
780 4 Leontius. ibid.
826 5 Sebaſtianus. ibid.
845 6 Angelarius. ibid.
888 7 Iacobus. 600
888 8 Hermendus. 601
897 9 Rodoaldus. ibid.
897 10 Guitpardus. ibid.
912 11 Rodericus. ibid.
918 12 Ioannes. ibid.
13 Alſariſius. ibid.
950 14 Petrus. ibid.
951 15 Ioannes. ibid.
978 16 Paulus. ibid.
993 17 Chryſoſtomus. ibid.
1006 18 Ioannes. ibid.
1018 19 Biſantius. ibid.
1035 20 Romualdus Prothoſpatarius. 603
1035 21 Nicolaus. ibid.
1062 22 Andreas. 604
1078 23 Vrſus. ibid.
1089 24 Elias. 608
1105 25 Riſus. 614
1118 26 Gualterius. 618
1126 27 Matthæus. 619
1129 28 Angelus. ibid.
1138 29 Ioannes. 621
1151 30 Ioannes. 622
1171 31 Raynaldus. ibid.
1188 32 Dauferius. 623
1207 33 Berardus de Coſtaca. ibid.
1214 34 Andreas. 624
1226 35 Marinus Filangerius. 626
1254 36 Henricus Filangerius. 627
1259 37 Ioannes. 628
1280 38 Romualdus Griſonus. 629
1310 39 Landulphus. 641
1333 40 Rogerius S. Severinus. 642
1347 41 Bartholomæus Carrafa. 643
1367 42 Nicolaus Brancaccius. 644
1367 43 Bartholomæus Prignanus. ib.
1378 44 Landulph. Maramaldus. 645
1384 45 Iacobus Carrafa. 646
1387 46 Nicol. Acconciamuro. 647
1387 47 Robertus Sanſeverinus. ibi.
1400 48 Nicolaus Paganus. ibid.
1425 49 Franciſcus Ayellus. 648
1453 50 Guido Guidanus. ibid.
1454 51 Latinus Vrſinus. 649
1492 52 Antonius de Ayello. 650
1493 53 Io. Iacob. Caſtelleoneus. 651
1513 54 Steph. Gabriel Merinus. ib.
1530 55 Hieronym. Grimaldus. 652
1540 56 Hieronymus Saulius. ibid.
1550 57 Iacobus de Puteo. 653

An. Chr. Column.
1562 58 Antonius de Pureo. 654
1592 59 Iulius Cæſar Richardus. 655
1602 60 Bonviſius Bonviſius. 656
1604 61 Galeatius Sanvitalis. 658
1606 62 Decius Caracciolus. 659
1613 63 Aſcanius Geſualdus. 664
1638 64 Didacus Serſale. 667
1666 65 Ioannes Granafeus. 669
1684 66 Thomas Maria Rufus. 671
1691 67 Carolus Loffredus. 673
1698 68 Mutius de Cajeta. 674

BITECTENSIUM.

1179 1 Raus. 680
2 N. . . . ibid
1262 3 Franciſcus. ibid.
1263 4 Ioannes de Colopardo. ibid.
1294 5 Marinus. ibid.
1318 6 Emanuel Spinula. ibid.
1328 7 Iacobus Boncorus. ibid.
1369 8 Vitus de Aquaviva. ibid.
1369 9 Angelus. 681
1397 10 Antonius ibid.
1399 11 Petrus. ibid.
1407 12 Angelus. ibid.
1423 13 Carolus Anchamonus. ibid.
1432 14 Petrus. ibid.
1434 15 Federicus. ibid.
1452 16 Leonardus de Judice. 681
1482 17 Sulpitius Aquaviva. ibid.
1483 18 Franciſcus Quartus. ibid.
1499 19 Vincentius Piſtachius. ibid.
1518 20 Coſmus Piſtachius. ibid.
1528 21 Laurentius Serriſtorus. 682
1532 22 Ioannes Salviatus. ibid
1539 23 Ludovicus Serriſtorus. ibid.
1583 24 Cæſar Arena. ibid.
1599 25 Valerius Mutus. ibid.
1903 26 Balthaſſar Puſterla. ibid.
1606 27 Livius Limatula. ibid.
1611 28 Iulius Matthæus. ibid.
1624 29 Michael Miſſerottus. 683
1631 30 Sigiſmundus Thaddæus. ib.
1641 31 M. Antonius Thomatus. ib.
1655 32 Franciſcus Cajeta. ibid.
1669 33 Gaſpar Toraldus. 684
1677 34 Jacobus Sanctorius. ibid.
1684 35 Franciſcus Honuphrius. ib.
1718 36 Joachim Franc. Caprin. 686

BITUNTINORUM.

1087 1 Arnulphus. 687
1177 2 Ioannes. ibid.
1200 3 N. . . . ibid.
1252 4 N. . . . ibid.
1253 5 Pancratius. ibid.
1266 6 Thomas. ibid.
1280 7 Pardus. ibid.
1283 8 Leucius Coraſius. ibid.
1317 9 Ioannes. 688
1346 10 Stephanus. ibid
1348 11 Robertus. ibid.
1348 12 Jacobus Falconacius. ibid.
1349 13 Nicolaus. ibid.
1365 14 Joannes. ibid.
1382 15 Henricus. ibid.
16 Jacobus. ibid
1392 17 Joannes. ibid
1399 18 Antonius. ibid
1424 19 Paulus de Alfatatis. ibid.
1457 20 Antonius de Regio. ibid.
1481 21 Antonius de Urbino. ibid.
1484 22 Andreas de Paltronibus. ib.
1484 23 Baptiſta Pontinus. ibid.
1500 24 Jo. Baptiſta Urſinus. ibid.
1517 25 Io. Baptiſta Urſinus. 689
1517 26 Julius Medices. ibid
1517 27 Jacobus Urſinus. ibid.

1530 28 Alexander Farneſius. ibid.
1532 29 Lupus de Alarcon. ibid
1538 30 Sebaſtianus Delius. ibid.
1544 31 Cornelius Muſſus. ibid.
1574 32 Jo. Petrus Fortiguerra. ibid.
1593 33 Flaminius Pariſius. ibid.
1603 34 Hieronymus Pallanterius. ib.
1619 35 Jo. Baptiſta Stella. 691
1622 36 Fabritius Carrafa. ibid.
1652 37 Alexander Creſcentius. 692
1668 38 Thomas Aquaviva. ibid.
1672 39 Franciſcus Antonius Gallus. 693
1686 40 Philippus Maſſarenga. 694
1689 41 Carolus Ferrarius. 695
1700 42 Jo. Baptiſta Capanus. ibid.
1720 43 Dom. Maria Cedronius. 696

CATHARENSIUM.

1030 1 N. . . . 697
1179 2 Marius. ibid.
1328 3 Dompinus. ibid.
1328 4 Bergius. ibid.
1333 5 Thomas. 698
1350 6 Bartholomæus. 698
1350 7 Adam. ibid.
1353 8 Duvino. ibid.
1410 9 Antonius. ibid.
1421 10 Raymundus. ibid.
1425 11 Secundus. ibid.
1430 12 Marinus Contarenus. ibid.
1454 13 Bernardus. ibid.
1457 14 Angelus Faſolus. ibid.
1459 15 Marcus. ibid.
1525 16 Trifonus Biſantius. ibid.
1525 17 Lucas Biſantius. ibid.
1565 18 Paulus Biſantius. 699
1578 19 Franciſcus Lupanis. ibid.
1600 20 Hieronymus Bucchia. ibid.
1602 21 Angelus Ranuccius. ibid.
1611 22 Hieronymus Ruſca. ibid.
1620 23 Jacobus Pamphilus. ibid.
1622 24 Vincentius Bucchius. ibid.
1656 25 Io. Anton Sborovatius. ibid.
1688 26 Marinus Drago. ibid.
1709 27 Franciſcus Parchich. ibid.
1716 28 Simeon Gritti. ibid.
1718 29 Hyacinthus Zanoberti. ibid.

CUPERSANORUM.

487 1 Simplicius. 701
501 2 Hilarius. ibid.
1088 3 Leo. 703
1120 4 Saxo. ibid.
1145 5 Rogerius. 704
1153 6 Leo. ibid.
1179 7 Caſius. ibid.
1190 8 Guillelmus. ibid.
1196 9 N. . . . 705
1250 10 N. . . . ibid.
1266 11 Stephanus. ibid.
1283 12 Joannes de Gropis. 711
1318 13 Guillelmus. 712
1335 14 Petrus Baccarius. ibid.
1343 15 Ioannes. ibid.
1350 16 Stephanus. ibid.
1358 17 Petrus de Renza. ibid.
1383 18 Antonius. ibid.
1399 19 Iacobus. ibid.
1399 20 Angelus. ibid.
1404 21 Stephanus Alphanus. ibid.
1423 22 Antonius Guidotti. ibid.
1433 23 Marinus Urſinus. ibid.
1437 24 Andreas de Vetulis. ibid.
1439 25 Donatus Bottinus. 713
1443 26 Petrus de Migolla. ibid.
1464 27 Paulus de Turculis. ibid.
1482 28 Sulpitius Aquaviva. ibid.

1494 29 Vincentius Piſtacchius. 714
1498 30 Donatus Aquaviva. ibid.
1528 31 Antonius Sanſeverinus. ib.
1534 32 Iacobus Ant. Carrozza. ibid.
1560 33 Franciſcus Lottinus. 714
1561 34 Romulus de Valentibus. ib.
1579 35 Franciſc. Maria Sfortia. 715
1605 36 Petrus Capullius. ibid.
1625 37 Vincentius Martinellus. ib.
1622 38 Antonius Brunachius. ibid.
1638 39 Auguſtinus Ferrentillus. ib.
1642 40 Petrus Paulus Bonſius. 716
1658 41 Joſeph Palermus. ibid.
1671 42 Io. Stephanus Senariga. 717
1681 43 Andreas Brancaccius. ibid.
1702 44 Philippus Meda. 718

IVVENACENSIUM

1071 1 Ioannes. 722
1096 2 Petrus. ibid.
1113 3 Bernerius. ibid.
1124 4 Urſus. 723
1172 5 Bertus. 725
1184 6 Paulinus. 727
7 Maldiſius. ibid.
1218 8 Urſus. ibid.
1226 9 Palmerius. ibid.
1253 10 Leonardus de Sermineto. ib.
1275 11 Salvius. 728
1283 12 Ioannes. ibid.
13 Ioannes. ibid.
1329 14 Guillelmus Alventacus. 729
1333 15 Iacobus Morola. ibid.
1342 16 Ioannes. 730
1343 17 Iacobus Carubba. ibid.
1350 18 Raymundus. ibid.
19 Antonius Cipollonus. ibid.
1386 20 Nicolaus. ibid.
1390 21 Franciſcus Rolandinus. ibid.
1395 22 Grimaldus de Turculis. ibid.
1433 23 Petrus. ibid.
1455 24 Antonius Ilerden. ibid.
1457 25 Hector Galgano. ibid.
1462 26 Marinus Morula. 732
1471 27 Petrus Recanatus. ibid.
1496 28 Iuſtinus Planca. 733
1517 29 Laurentius Puccius. 734
1517 30 Iacobus Tramarinus. ibid.
1527 31 Marcellus Planca. ibid.
1549 32 Ludovicus Furconius. ibid.
1549 33 Ioannes Antolices. ibid.
1574 34 Sebaſtianus Barnabas. 735
1581 35 Lucianus de Rubeis. ibid.
1589 36 Io. Antonius Viperanus. ib.
1608 37 Gregorius Sanctacruc. 736
1611 38 Iulius Maſius. ibid.
1637 39 Carolus Maranta. 737
1659 40 Mich. Angel. Vaginari 738
1671 41 Agnellus Alferius. ibid.
1693 42 Hyacinthus Cajetanus Chyurlia. ibid.

LAVELLENSIUM.

1060 1 Vincentius. 740
1099 2 Seonus. ibid.
1099 3 Biſantius. 741
1179 4 Ioannes. ibid.
1342 5 Ioannes. ibid.
1342 6 Philippus. ibid.
1343 7 Laurentius. ibid.
1364 8 Marcuttinus. ibid.
1364 9 Matthæus Scaleata. ibid.
1385 10 Brucardus. ibid.
1391 11 Angelus Barilis. ibid.
1394 12 Nicolaus. ibid.
1394 13 Franciſcus de Auria. ibid.
1403 14 Iacobus. ibid.
1420 15 Robertus. ibid.


Fran-

| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 1437 | 16 | Franciſcus. | 741 |
| 1438 | 17 | Michael Angelus de Nerulis | ibid. |
| 1454 | 18 | Matthæus Antonius. | ibid |
| 1474 | 19 | Stephanus Capanus. | ibid. |
| 1482 | 20 | Petrus Pellagarius. | 742 |
| 1487 | 21 | Troilus Agneſius. | ibid. |
| 1498 | 22 | Quirinus Longus. | ibid. |
| 1502 | 23 | Joannes de Manna. | ibid |
| 1504 | 24 | Bernardus Scannafora. | ibid. |
| 1504 | 25 | Bernardinus de Leis. | ibid. |
| 1504 | 26 | Ludovicus Lagarius | ibid. |
| 1515 | 27 | Franciſc. Card Surrentin. | ib. |
| 1515 | 28 | Petrus Priſcus. | ibid. |
| 1539 | 29 | Jo. Vincentius Michael. | 743 |
| 1545 | 30 | Donatus Mauritius. | ibid. |
| 1547 | 31 | Thomas Stella. | ibid. |
| 1549 | 32 | Io. Petrus Ferrettus. | ibid. |
| 1554 | 33 | Bartholom. Orſuccius. | ibid. |
| 1558 | 34 | Antonius Florebellus. | ibid. |
| 1561 | 35 | Lucius Maranta. | 744 |
| 1578 | 36 | Tiberius Corteſius. | ibid. |
| 1602 | 37 | Didacus de Quadra. | ibid. |
| 1605 | 38 | Leo Fidelis. | ibid. |
| 1613 | 39 | Sylvaggius Primitellus. | ibid. |
| 1615 | 40 | Vincentius Peritus. | ibid |
| 1618 | 41 | Io. Baptiſta de Mare. | ibid. |
| 1621 | 42 | Franciſcus Cereo de Mayda. | ibid. |
| 1626 | 43 | Fabius Olivadicius. | ibid. |
| 1627 | 44 | Placidus Padiglia. | ibid. |
| 1635 | 45 | Cherubinus Manzonius. | ib. |
| 1544 | 46 | Franciſcus de Notariis. | ibid. |
| 1651 | 47 | Ioſeph Boncore. | 745 |
| 1688 | 48 | Bartholomæus Roſa. | ibid. |
| 1688 | 49 | Sebaſtianus Milatius. | ibid. |
| 1700 | 50 | Nicolaus Cerbinus. | ibid. |


## MINERBINENSIUM.


| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 1071 | 1 | Innacius. | 746 |
| | 2 | Tranſmundus. | ibid. |
| 1197 | 3 | Leopardus. | ibid. |
| 1200 | 4 | Richardus. | ibid. |
| 1256 | 5 | Petrus de Cidonilia. | ibid. |
| 1276 | 6 | Bivianus. | ibid. |
| 1298 | 7 | Antonius de Gaeta. | ibid. |
| 1426 | 8 | Leonardus. | ibid. |
| 1432 | 9 | Sancius. | ibid. |
| 1434 | 10 | Goffredus. | ibid. |
| 1456 | 11 | Joannes Campanella. | ibid. |
| 1492 | 12 | Robertus de Noja. | ibid. |
| 1497 | 13 | Marinus de Falconibus. | 747 |
| 1525 | 14 | Antonius Saxolinus. | ibid. |
| 1528 | 15 | Bernardinus Fumarellus. | ib. |
| 1529 | 16 | Io. Franciſcus. | ibid. |
| 1536 | 17 | Donatus Maricutius. | ibid. |
| 1545 | 18 | Io. Vincentius Michelius. | ib. |
| 1596 | 19 | Laurentius Mongiojus. | ibid. |
| 1605 | 20 | Iacobus Antonius Caporalis. | ibid. |
| 1657 | 21 | Altobellus Cariſſimus. | ibid |
| 1633 | 22 | Io. Michael de Rubeis. | ibid. |
| 1633 | 23 | Hieronymus Zambeccarius. | ibid. |
| 1635 | 24 | Antonius Maria Pranzonius. | ibid. |
| 1663 | 25 | Franc. Maria Vignola. | ibid. |
| 1702 | 26 | M. Antonius Chevenix. | 748 |
| 1719 | 27 | Nicolaus Pignatellus. | ibid. |


## POLYMNIANENSIUM.


| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| | 1 | Petrus. | 749 |
| 1035 | 2 | Richardus. | 753 |
| 1103 | 3 | Richardus. | ibid. |
| 1116 | 4 | Ambroſius. | ibid. |
| 1140 | 5 | Bonaventura. | ibid. |
| 1170 | 6 | Mayon. | ibid. |
| 1179 | 7 | Arpinus. | 754 |
| 1271 | 8 | Barchedus. | 754 |
| 1318 | 9 | Guillelmus. | ibid. |
| 1310 | 10 | Matthæus. | ibid. |
| 1332 | 11 | Bonaventura de Boſcolis | ib. |
| 1341 | 12 | Guillelmus. | ibid. |
| 1343 | 13 | Bonavinus. | ibid. |
| 1351 | 14 | Nicolaus. | ibid. |
| 1363 | 15 | Nicolaus. | 755 |
| 1378 | 16 | Paulus de Griffis. | ibid. |
| 1390 | 17 | Lupulus de Lacu. | ibid. |
| 1391 | 18 | Angelus. | ibid. |
| 1401 | 19 | Franciſcus. | ibid. |
| 1401 | 20 | Chriſtophorus. | ibid. |
| 1411 | 21 | Nicolaus. | ibid. |
| 1410 | 22 | Paulus de Alfatiaris. | ibid. |
| 1424 | 23 | Raonus de caſtro Mediano. | ibid. |
| 1460 | 24 | Claudius. | 756 |
| 1468 | 25 | Latinus Urſinus. | ibid. |
| 1473 | 26 | Iacobus Toraldus. | ibid. |
| 1506 | 27 | Gaſpar Toraldus. | ibid. |
| 1506 | 28 | Michael Claudius. | ibid. |
| 1508 | 29 | Chriſtoph. Magnacutius. | ib. |
| 1517 | 30 | Iacobus Tramarinus. | ibid. |
| 1540 | 31 | Io. Maria de Monte. | 757 |
| 1541 | 32 | Roſimanus Caſamaxima. | ib. |
| 1544 | 33 | Petrus Antonius Caſamaxima. | ibid. |
| 1570 | 34 | Angelus Gazzinus. | ibid. |
| 1572 | 35 | Petrus Franciſcus Fertus | ib. |
| 1580 | 36 | Raphael Thomeus. | ibid. |
| 1590 | 37 | Io. Baptiſta Guanzatus. | ib. |
| 1607 | 38 | Io. Maria de Guanzellis. | ib. |
| 1619 | 39 | Franciſcus Nappius. | 758 |
| 1629 | 40 | Hieronymus Pariſanus. | ibid. |
| 1636 | 41 | Antonius de Pezio. | ibid. |
| 1642 | 42 | Io. Dominicus Moroli. | ibid. |
| 1650 | 43 | Vincentius Pinerius. | ibid. |
| 1672 | 44 | Scipio de Martinis. | 759 |
| 1681 | 45 | Ignatius Maria Fiume. | ibid. |
| 1694 | 46 | Io. Baptiſta Capilupus. | 760 |
| 1717 | 47 | Petrus Antonius Pinus. | 761 |


## RUBENSIUM.


| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 44 | 1 | S. Cletus. | 763 |
| | 2 | S. Procopius. | 764 |
| 493 | 3 | Ioannes. | ibid. |
| 1009 | 4 | Ioachim de Zonicis. | ibid |
| | 5 | Abiatarus de Barghettinis. | ibid. |
| 1071 | 6 | Guibertus. | ibid. |
| 1110 | 7 | Petrus Gargentis. | ibid. |
| 1163 | 8 | Urſus. | ibid. |
| 1177 | 9 | Daniel. | ibid. |
| 1235 | 10 | N. . . . | ibid. |
| 1300 | 11 | Petrus de Gabriellis. | ibid. |
| 1318 | 12 | N. . . . | 765 |
| | 13 | Major. | ibid. |
| | 14 | Ioannes. | ibid. |
| | 15 | Guillelmus. | ibid. |
| 1343 | 16 | Nicolaus Perrenſis. | ibid. |
| 1344 | 17 | Ioannes. | ibid. |
| 1349 | 18 | Stephanus. | ibid. |
| 1390 | 19 | Antonius. | ibid. |
| 1399 | 20 | Sixtus Coleta. | ibid. |
| 1418 | 21 | Simeon. | ibid. |
| 1432 | 22 | Petrus Roſa. | ibid. |
| 1443 | 23 | Chriſtophorus de S. Petro. | ib. |
| 1451 | 24 | Petrus Perrenſis. | ibid. |
| 1469 | 25 | Antonius de Coletis. | ibid. |
| 1480 | 26 | Antonius de Rocca. | ibid. |
| 1486 | 27 | Franciſcus Spalluccia. | ibid. |
| 1512 | 28 | Iulianus de Mirto. | 766 |
| 1520 | 29 | Io Franciſcus de Mirto. | ibid. |
| 1578 | 30 | Horatius de Mirto. | ibid. |
| 1589 | 31 | Gaſpar Paſchalis. | ibid. |
| 1604 | 32 | Ioſeph Salucius. | ibid. |
| 1621 | 33 | Chriſtophor. Memmolus. | ib |
| 1646 | 34 | Marcus Romanus. | 767 |
| 1650 | 35 | Ferdinandus Apicellus. | 767 |
| 1656 | 36 | Io. Baptiſta Vulpius. | ibid. |
| 1663 | 37 | Gabriel Tonioli. | ibid. |
| 1666 | 38 | Ioſeph Caruſ. | 768 |
| 1672 | 39 | Sebaſtianus ab Alexand. | ibid. |
| 1673 | 40 | Dominicus Surrentinus. | ib. |
| 1676 | 41 | Dominicus Galleſius. | ibid. |
| 1680 | 42 | Io. Donatus Jannonius. | ibid. |
| 1698 | 43 | Franciſcus Morgione. | ibid. |
| 1705 | 44 | Bartholom. Gambadorus | ib. |


## NAZARENÆ ECCLESIÆ.


| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 1126 | 1 | Bernardus. | 770 |
| 1129 | 2 | Guillelmus. | ibid. |
| 1144 | 3 | Robertus. | 771 |
| 1151 | 4 | Robertus. | ibid. |
| 1155 | 5 | Aitardus. | ibid. |
| 1158 | 6 | Lotardus. | ibid. |
| 1265 | 7 | N. . . | ibid. |
| 1282 | 8 | N. . . : | 772 |
| 1298 | 9 | Guido. | 773 |
| 1298 | 10 | Guillelmus. | ibid. |
| 1326 | 11 | Petrus. | ibid. |
| 1330 | 12 | Petrus. | ibid. |
| 1345 | 13 | Durandus de Setmino. | ibid. |
| 1348 | 14 | Richardus. | ibid. |
| 1366 | 15 | Guillelmus Balvayſius. | ibid. |
| 1368 | 16 | Ioannes Salamonius. | ibid. |
| 1396 | 17 | Ioannes. | ibid. |
| 1401 | 18 | Io. Paulus, | ibid. |
| 1431 | 19 | Auguſtinus de Favoronibus. | ibid. |
| 1455 | 20 | Jacobus Aurilia: | 774 |
| 1491 | 21 | Jo Maria Podericus. | 776 |
| 1510 | 22 | Orlandus de Ruvere. | 777 |
| 1515 | 23 | Gregorius Benigninus. | 778 |
| 1520 | 24 | Leonardus Buccutus. | ibid. |
| 1526 | 25 | Petrus de Albis. | ibid. |
| 1526 | 26 | Hercules Rangonius. | ibid. |
| 1526 | 27 | Laurentius Campegius. | ibid. |
| 1526 | 28 | Petrus Franciſcus Ferrus. | ib. |
| 1528 | 29 | Franciſcus. | ibid. |
| 1528 | 30 | Philippus Adimarius. | 779 |
| 1536 | 31 | Hieronymus de Caro. | ibid. |
| 1553 | 32 | Bernardin. de Figueroa. | 782 |
| 1572 | 33 | Fabius Mirtus. | 785 |
| 1587 | 34 | Franciſcus Spera: | 786 |
| 1587 | 35 | Hieronymus B. Iaqua. | ibid. |
| 1604 | 36 | Maphæus Barberinus. | ibid. |
| 1608 | 37 | Michael Angel. Tonius. | ib. |
| 1609 | 38 | Dominicus Rivarola. | ibid. |
| 1627 | 39 | Antonius Lambardus. | 787 |
| 1639 | 40 | Antonius Severolus. | ibid. |
| 1667 | 41 | Franc. Antonius de Luca. | ib. |
| 1677 | 42 | Martialis Pellegrinus. | ibid. |
| 1685 | 43 | Philippus Condulmarius. | ib. |
| 1690 | 44 | Ioſeph Roſa. | 788 |
| 1695 | 45 | Dominicus Folgori. | ibid. |
| 1706 | 46 | Iulius Piazza. | ibid. |
| 1710 | 47 | Hieronymus Matthæjus | ib. |
| 1717 | 48 | Salvator Miroballus. | ibid. |


## CANNENSIUM.


| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 44 | 1 | N. . . . | 789 |
| 112 | 2 | S. Liberalis. | ibid. |
| | 3 | S. Rogerius. | ibid. |
| 500 | 4 | Felix. | 790 |
| 867 | 5 | Petrus. | ibid. |
| 963 | 6 | Lucidus. | ibid. |
| 1071 | 7 | Ioannes. | ibid. |
| 1105 | 8 | N. . . | ibid. |
| 1129 | 9 | Ioannes. | 793 |
| 1158 | 10 | Ioannes, | ibid. |
| 1179 | 11 | Ioannes. | ibid. |
| 1188 | 12 | Bonifacius. | ibid. |
| 1209 | 13 | Paſchalis. | 794 |

| Ao. Chr. | | | Columna. |
|---|---|---|---|
| 1256 | 14 | Petrus de Cidonila. | 794 |
| 1276 | 15 | Theobaldus. | ibid. |
| 1384 | 16 | Petros. | 796 |
| 1415 | 17 | Ioannes. | 797 |
| 1429 | 18 | Nicolaus. | ibid. |
| 1437 | 19 | Richardus. | 799 |
| 1439 | 20 | Joachimus. | ibid. |
| 1445 | 21 | Marinus de Urſinis. | ibid. |
| 1447 | 22 | Aſtorgius Agoeſius. | ibid. |
| 1449 | 23 | Jacobus de Aurilia. | 800 |

MONTIS VIRIDIS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1175 | 1 | Marius. | 803 |
| 1179 | 2 | Nicolaus. | 806 |
| 1265 | 3 | Urſinus. | ibid. |
| 1269 | 4 | Petrus. | ibid. |
| 1291 | 5 | Gubertus. | ibid. |
| 1348 | 6 | Leonardus. | ibid. |
| 1348 | 7 | Matthæus. | ibid. |
| | 8 | Franciſcus de Bellantibus | ib. |
| 1384 | 9 | Laurentius. | 808 |
| 1390 | 10 | Petrus de Rocca Argenti. | ib. |
| 1418 | 11 | Thomas de Tauratin. | ibid. |
| 1422 | 12 | Matthæus. | ibid. |
| 1464 | 13 | Vivianus de Vivianis. | ibid. |
| 1492 | 14 | Franciſcus de Oliveto. | ibid. |
| 1499 | 15 | Petrus. | ibid. |
| 1503 | 16 | Ioannes. | ibid. |
| 1506 | 17 | Barthol de Capiteferro. | ibid. |
| 1521 | 18 | Hieronymus de Caro. | ibid. |

SIPONTINORUM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 44 | 1 | S. Juſtinus. | 813 |
| 132 | 2 | N. . . . | 814 |
| 194 | 3 | N. . . . | ibid. |
| | 4 | N. . . . | ibid. |
| 300 | 5 | S. Euſanius. | ibid. |
| 300 | 6 | N. . . . | ibid. |
| 333 | 7 | N. . . . | ibid. |
| 385 | 8 | N. . . . | ibid. |
| 465 | 9 | S. Felix. | ibid. |
| 493 | 10 | S. Laurentius. | ibid. |
| 546 | 11 | Felix. | 818 |
| 527 | 12 | Vitelianus. | ibid. |
| 649 | 13 | Rufinus. | ibid. |
| 668 | 14 | S. Barbatus. | ibid. |
| 700 | 15 | Adericus. | ibid. |
| 733 | 16 | Toto. | ibid. |
| 743 | 17 | Cæſarius. | ibid. |
| 748 | 18 | Joannes. | ibid. |
| 769 | 19 | David. | 819 |
| 825 | 20 | Guinus. | ibid. |
| 833 | 21 | Urſus. | ibid. |
| 845 | 22 | Joannes. | ibid. |
| 852 | 23 | Carolus. | ibid. |
| 868 | 24 | Ioannes. | ibid. |
| 857 | 25 | Ayo. | ibid. |
| 886 | 26 | Conſervatus. | ibid. |
| 894 | 27 | Petrus. | ibid. |
| 908 | 28 | Valdefridus. | ibid. |
| 914 | 29 | Ioannes. | ibid. |
| 954 | 30 | Vincentius. | ibid. |
| 957 | 31 | Landulphus. | ibid. |
| 984 | 32 | Alon. | 820 |
| 998 | 33 | Alphanus. | ibid. |
| 1009 | 34 | Mundus. | ibid. |
| 1011 | 35 | Alphanus. | ibid. |
| 1034 | 36 | Leo. | 821 |
| 1051 | 37 | Joannes. | 823 |
| 1053 | 38 | Uldaricus. | ibid. |
| 1066 | 39 | Gerardus. | ibid. |
| 1089 | 40 | Bonhomo. | 824 |
| 1097 | 41 | Albertus. | ibid. |
| 1117 | 42 | Gregorius. | 825 |
| 1118 | 43 | Leo. | ibid. |
| 1130 | 44 | Sergius Freccia. | ibid. |
| 1140 | 45 | Villelmus. | ibid. |
| 1157 | 46 | Gifredus. | 826 |

| An. Chr. | | | Columna. |
|---|---|---|---|
| 1175 | 47 | Gerardus. | 828 |
| 1175 | 48 | Gerardus. | ibid. |
| 1195 | 49 | Joannes. | ibid. |
| 1195 | 50 | Hugo. | ibid. |
| 1219 | 51 | Albertus. | 831 |
| 1231 | 52 | Rugerius de Anglone. | 834 |
| 1265 | 53 | Joannes. | 840 |
| 1290 | 54 | Andreas. | ibid. |
| 1301 | 55 | Gregorius de Monte Longo. | ibid. |
| 1302 | 56 | Leonardus Mancinus. | 841 |
| 1327 | 57 | Matthæus Urſinus. | 843 |
| 1328 | 58 | Bartholomæus. | 844 |
| 1330 | 59 | Saxus. | ibid. |
| 1343 | 60 | Petrus. | ibid. |
| 1352 | 61 | Franciſcus Criſpus. | ibid. |
| 1358 | 62 | Marinus. | ibid. |
| 1364 | 63 | Philippus. | 845 |
| 1375 | 64 | Petrus. | ibid. |
| 1382 | 65 | Joannes. | ibid. |
| 1386 | 66 | Joannes. | ibid. |
| 1398 | 67 | Nicolaus de Sacchis. | ibid. |
| 1401 | 68 | Nicolaus. | 852 |
| 1407 | 69 | Laurentius. | 853 |
| 1414 | 70 | Paulus. | 855 |
| 1436 | 71 | Matthias de Fulcis. | ibid. |
| 1438 | 72 | Angelus Capranica. | 856 |
| 1447 | 73 | Beſſarion. Card. | ibid. |
| 1449 | 74 | Joannes Burgius. | ibid. |
| 1458 | 75 | Nicolaus Perottus. | 857 |
| 1481 | 76 | Tiberius de Nardinis. | 858 |
| 1500 | 77 | Agapitus Gerardinus. | ibid. |
| 1500 | 78 | Antonius Maria de Monte. | 859 |
| 1512 | 79 | Io. Maria de Monte. | ibid. |
| 1544 | 80 | Joannes Riccius. | ibid. |
| 1545 | 81 | Io. Andreas Mercurius. | 860 |
| 1552 | 82 | Sebaſtianus Pighinus. | ibid. |
| 1554 | 83 | Dionyſius de Robertis. | ibid. |
| 1560 | 84 | Bartholomæus de la Cueva. | ibid. |
| 1562 | 85 | Ptolomæus Gallius. | 861 |
| 1573 | 86 | Joſeph Sepia. | ibid. |
| 1586 | 87 | Dominicus Gymnaſius. | ibid. |
| 1607 | 88 | Annibal Serugus de Gymnaſiis. | 862 |
| 1612 | 89 | Ioannes de Severinis. | 863 |
| 1623 | 90 | Bernardus Buratus. | ibid. |
| 1628 | 91 | Andreas Caracciolus. | ibid. |
| 1630 | 92 | Horatius Hanuibaldenſis de Molana. | 864 |
| 1643 | 93 | Antonius Marullus. | ibid. |
| 1649 | 94 | Paulus Theutonicus. | ibid. |
| 1652 | 95 | Io. Alphonſus Puccinellus. | ibid. |
| 1659 | 96 | Benedictus Capelletus. | ibid. |
| 1675 | 97 | Vincentius Maria Urſinus. | 865 |
| 1680 | 98 | Tiberius Muſcettola. | ibid. |
| 1708 | 99 | Ioannes de Leſma. | ibid. |

VESTANORUM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1110 | 1 | N. . . . | 866 |
| | 2 | Margardus. | 866 |
| 1168 | 3 | N. . . . | ibid. |
| 1179 | 4 | Simon. | ibid. |
| | 5 | N. . . . | ibid. |
| 1196 | 6 | Angelus. | ibid. |
| 1303 | 7 | Gabriel. | ibid. |
| 1303 | 8 | Ioannes. | ibid. |
| 1344 | 9 | Elias. | ibid. |
| 1350 | 10 | Nicolaus. | ibid. |
| 1387 | 11 | Samperius. | ibid. |
| 1390 | 12 | Antonius. | ibid. |
| 1405 | 13 | Laurentius de Giliotto. | ibid. |
| 1405 | 14 | Franciſcus. | ibid. |
| | 15 | Guillelmus. | ibid. |
| 1410 | 16 | Ioannes. | 867 |
| 1470 | 17 | Bernardus. | ibid. |

| Au. Chr. | | | Columna. |
|---|---|---|---|
| 1475 | 18 | Carolus Buſconus. | 867 |
| 1505 | 19 | Lanous Pius. | ibid. |
| 1514 | 20 | Franciſcus. | ibid. |
| | 21 | Hieronymus Magnanus. | ib. |
| 1527 | 22 | Ludovicus. | ibid. |
| 1528 | 23 | Leonardus Bonafides. | ibid. |
| 1530 | 24 | Alphonſus Carrillo de Alarcon. | 868 |
| 1543 | 25 | Peregrinus Fabius. | ibid. |
| 1555 | 26 | Julius Paveſius. | ibid. |
| 1558 | 27 | Hugo Boncompagnus. | 869 |
| 1560 | 28 | Antonius Gargulia. | ibid. |
| 1574 | 29 | Anſelmus de Oliveriis. | ibid. |
| 1580 | 30 | Ioſeph Stephanus. | ibid. |
| 1589 | 31 | Thomas Malateſta. | ibid. |
| 1598 | 32 | Marcius Ferracutus. | ibid. |
| 1613 | 33 | Mutius Vitalis. | 870 |
| 1614 | 34 | Paulus Palumbus. | ibid. |
| 1618 | 35 | Ambroſius Palumbus. | ibid. |
| 1642 | 36 | Paulus Ciera. | ibid. |
| 1644 | 37 | Iacobus Accariſius. | ibid. |
| 1654 | 38 | Ioannes Maſtellonus. | ibid. |
| 1668 | 39 | Raymundus de Puteo. | 873 |
| 1659 | 40 | Andreas Ludovicus Tontulus. | ibid. |
| 1697 | 41 | Franc. Ant. Vulturale. | ibid. |
| 1697 | 42 | Laurentius de Corvinis. | 874 |
| 1703 | 43 | Io. Antonius Rogerius. | 875 |
| 1705 | 44 | Camillus Caravita. | 876 |
| 1718 | 45 | Ioſeph Griſconius. | 877 |
| 1720 | 46 | M. Antonius de Marco. | ib. |

RAPOLLANORUM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1070 | 1 | Urſus. | 879 |
| 1092 | 2 | Ioannes. | 880 |
| 1163 | 3 | N. . . . | ibid. |
| | 4 | N. . . . | ibid. |
| 1205 | 5 | Ioannes. | ibid. |
| 1206 | 6 | Bartholomæus. | ibid. |
| 1257 | 7 | Rogerius. | ibid. |
| 1280 | 8 | Rogerus. | ibid. |
| 1308 | 9 | Petrus. | ibid. |
| 1316 | 10 | Bernardus de Palma. | ibid. |
| 1342 | 11 | Ioannes. | ibid. |
| 1346 | 12 | Gerardus. | ibid. |
| 1349 | 13 | Nicolaus de Crypta. | 881 |
| 1370 | 14 | Benedictus de Caſalcantibus. | ibid. |
| | 15 | Nicolaus. | ibid. |
| 1376 | 16 | Angelus. | ibid. |
| 1387 | 17 | Antonius. | 881 |
| 1398 | 18 | Thomas. | ibid. |
| 1398 | 19 | Lucas. | ibid. |
| 1446 | 20 | Franciſcus de Oliverio. | ibid. |
| 1455 | 21 | Petrus Minutulus. | 882 |
| 1477 | 22 | Vincentius Galcora. | ibid. |
| 1485 | 23 | Colantonius Lentulus. | ibid. |
| 1485 | 24 | Malitia de Geſualdo. | ibid. |
| 1488 | 25 | Tenſlus Carrafa. | 883 |
| 1497 | 26 | Aloyſius. | ibid. |
| 1514 | 27 | Franciſcus. | ibid. |
| 1520 | 28 | Gibertus Senilis. | ibid. |
| 1520 | 29 | Raymundus Senilis. | 884 |
| 1528 | 30 | Antonius Puccius. | ibid. |
| 1528 | 31 | Iaunottus Puccius. | ibid. |

TRANENSIUM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 1 | Redemptus. | 888 |
| 254 | 2 | S. Magnus. | ibid. |
| 493 | 3 | Euſtius. | 891 |
| 781 | 4 | Suchinius. | ibid. |
| 787 | 5 | Leo. | ibid. |
| | 6 | Ioannes. | ibid. |
| 1053 | 7 | Ioannes. | 894 |
| 1057 | 8 | Delius. | ibid. |
| 1071 | 9 | Biſantius Senior. | ibid. |
| 1118 | 10 | Hubaldus. | 900 |


1119

| An. Chr. | | | Column. |
|---|---|---|---|
| 1129 | 11 | Verterandus. | 900 |
| 1141 | 12 | Peregrinus. | ibid. |
| 1142 | 13 | Biſantius Iunior: | ibid. |
| 1179 | 14 | Amantius. | 906 |
| 1194 | 15 | S. Marcus. | ibid. |
| 1201 | 16 | G. . . . | ibid. |
| 1206 | 17 | Bartholomæus. | ibid. |
| 1257 | 18 | Jacobus. | ibid. |
| 1268 | 19 | Nicolaus. | ibid. |
| 1280 | 20 | Othobonus. | ibid. |
| 1288 | 21 | Philippus. | ibi. |
| 1297 | 22 | Joannes. | ibid. |
| 1298 | 23 | Oddo Arcioneus. | ibid. |
| 1317 | 24 | Bartholomæus. | 907 |
| 1357 | 25 | O. . . . | ibid. |
| 1328 | 26 | Bartholomæus Brancaccius. | ibid. |
| 1342 | 27 | Andreas. | ibid. |
| 1341 | 28 | Guillelmus. | ibid. |
| 1343 | 29 | Philippus. | 908 |
| 1348 | 30 | Magneſius. | ibid. |
| 1350 | 31 | Jacobus Turre del Campanaro. | ibid. |
| 1383 | 32 | Antonius de Lamberto. | 909 |
| 1390 | 33 | Henricus. | ibid. |
| 1390 | 34 | Richardus de Sylveſtris. | ib. |
| 1393 | 35 | Jacobus. | ibid. |
| 1418 | 36 | Cubellus. | 909 |
| 1418 | 37 | Franciſcus Caroſius. | ibid. |
| 1427 | 38 | Jacobus de Banchis. | ibid. |
| 1439 | 39 | Latinus Urſinus. | ibid. |
| 1450 | 40 | Ioannes Urſinus. | 910 |
| 1470 | 41 | Coſmus de Melioratis. | ibid. |
| 1481 | 42 | Ioannes Afraldus. | ibid. |
| 1493 | 43 | Ioannes Caſtellar. | ibid. |
| 1503 | 44 | Franciſcus Floris. | ibid. |
| 1509 | 45 | Cæſar Lambertinus. | ibid. |
| 1512 | 46 | Hieremias. | ibid. |
| 1517 | 47 | Io. Dominicus de Cupis. | ib. |
| 1551 | 48 | Bartholomæus Serriſtorus. | 911 |
| 1555 | 49 | Io. Bernardinus Scotius. | ib. |
| 1560 | 50 | Io. Baptiſta de Hoseda. | ibid. |
| 1572 | 51 | Angelus Orabonus. | ibid. |
| 1577 | 52 | Scipio de Tolfa. | ibid. |
| 1593 | 53 | Iulius Caracciolus. | 912 |
| 1597 | 54 | Andreas de Franchis. | 913 |
| 1605 | 55 | Ioannes Rada. | 914 |
| 1606 | 56 | Didacus Alvarez. | ibid. |
| 1635 | 57 | Thomas Arichonius. | ibid. |
| 1656 | 58 | Thomas de Sarris. | 915 |
| 1666 | 59 | Io. Baptiſta del Tinto. | ibid. |
| 1677 | 60 | Paulus Ximenez. | ibid. |
| 1695 | 61 | Petrus de Torres. | ibid. |
| 1717 | 62 | Ioſeph Davanzatus. | 916 |


## SALPENSIUM.


| | | | |
|---|---|---|---|
| 326 | 1 | Pardus: | 917 |
| 467 | 2 | Palladius. | ibid. |
| 1059 | 3 | Raynaldus. | ibid. |
| 1102 | 4 | Guillelmus. | 917 |
| 1150 | 5 | Stephanus. | ibid. |
| 1174 | 6 | Paulus. | ibid. |
| 1197 | 7 | Paganus: | ibid. |
| | 8 | Oddo de Marcellinis. | ibid. |
| 1236 | 9 | Petrus. | 918 |
| 1293 | 10 | G. . . . | Ibid. |
| 1300 | 11 | Amandus. | 919 |
| 1317 | 12 | Galganus. | ibid. |
| 1350 | 13 | Donatus de Taurano. | ibid. |
| 1346 | 14 | Nicolaus. | ibid. |
| 1358 | 15 | Ioannes. | ibid. |
| | 16 | Ioannes. | ibid. |
| 1364 | 17 | Salvius. | ibid. |
| | 18 | Colellus: | ibid. |
| | 19 | Nicolaus | ibid. |
| 1389 | 20 | Angelus. | ibid. |
| 1395 | 21 | Antonius Pizzamanus. | ibid. |
| 1413 | 22 | Melillus. | ibid. |
| 1413 | 23 | Franciſcus de Nigris. | ibid. |
| 1422 | 24 | Nicolaus Antonius: | ibid. |
| 1439 | 25 | Matthæus. | ibid. |
| 1523 | 26 | Marius. | ibid. |
| 1532 | 27 | Gaſpar Flores. | ibid. |
| 1544 | 28 | Thomas Stella. | ibid. |


## ANDRIENSIUM.


| | | | |
|---|---|---|---|
| 492 | 1 | S. Richardus. | 921 |
| 1143 | 2 | N. . . . | 925 |
| 1179 | 3 | Richardus. | ibid. |
| | 4 | N. . . . | 926 |
| 1290 | 5 | Placidus. | ibid. |
| 1318 | 6 | Ioannes. | ibid. |
| 1319 | 7 | Dominicus: | ibid. |
| 1349 | 8 | Ioannes. | Ibid. |
| 1349 | 9 | Andreas. | ibid. |
| 1356 | 10 | Ioannes. | Ibid. |
| 1376 | 11 | Nicolaus. | ibid. |
| 1376 | 12 | Benedictus. | Ibid. |
| | 13 | Lucidus. | ibid. |
| 1385 | 14 | Franciſcus. | ibid. |
| 1390 | 15 | Melillus Sabanicæ. | ibid. |
| 1418 | 16 | Franciſcus. | 927 |
| 1427 | 17 | Andreas de Aureu. | ibid. |
| 1435 | 18 | Ioannes Dondeus. | ibid. |
| 1452 | 19 | Antonellus. | 930 |
| 1460 | 20 | Antonius de Ianocto. | 931 |
| 1463 | 21 | Rogerus de Atella. | ibid. |
| 1477 | 22 | Martinus de Soca Majore. | ibid. |
| 1477 | 23 | Angelus Florus. | ibid. |
| 1495 | 24 | Hieronymus de Porcariis. | 932 |
| 1503 | 25 | Anton. de Roccamoro. | ibid. |
| 1515 | 26 | Andreas Paſtor. | ibid. |
| 1516 | 27 | Simon de Nur. | ibid. |
| 1517 | 28 | Nicolaus de Fliſco. | ibid. |
| 1517 | 29 | Io. Franciſcus de Fliſco. | ib. |
| 1566 | 30 | Lucas de Fliſco. | Ibid. |
| 1582 | 31 | Lucas Antonius Reſta. | ibid. |
| 1597 | 32 | Vincentius Baſsus. | 932 |
| 1604 | 33 | Antonius de Franchis. | ibid. |
| 1625 | 34 | Vincentius Caputus. | 933 |
| 1626 | 35 | Alexander Strozzius. | ibid. |
| 1632 | 36 | Felix Franciſchinus. | ibid. |
| 1641 | 37 | Aſcanius Caſſianus. | ibid. |
| 1657 | 38 | Alexander Fgitius: | ibid. |
| 1690 | 39 | Petrus Vecchia. | ibid. |
| 1692 | 40 | Franc. Antonius Triveri. | ib. |
| 1697 | 41 | Andreas Arianus. | ibid. |
| 1706 | 42 | Niculaus Adinolphus. | 934 |
| 1718 | 43 | Io. Paulus Torti. | 935 |


## VIGILIENSIUM.


| | | | |
|---|---|---|---|
| 118 | 1 | S. Maurus. | 937 |
| 787 | 2 | Georgius. | 938 |
| 1059 | 3 | Mercurius. | ibid. |
| 1072 | 4 | Ioannes. | ibid. |
| 1074 | 5 | Dumnellus. | ibid. |
| | 6 | Maucuſius. | ibid. |
| 1099 | 7 | Stephanus. | ibid. |
| 1107 | 8 | Amandus. | 939 |
| 1197 | 9 | Biſantius. | 941 |
| 1259 | 10 | Nicolaus. | 944 |
| 1237 | 11 | Berius. | ibid. |
| 1292 | 12 | Leo. | ibid. |
| 1298 | 13 | Matthæus; | ibid. |
| 1313 | 14 | Leo. | ibid. |
| 1314 | 15 | Ioannes. | ibid. |
| 1317 | 16 | Iacobus. | ibid. |
| 1320 | 17 | Nicolaus. | ibid. |
| 1327 | 18 | Bartholomæus. | ibid. |
| 1348 | 19 | Martinus. | ibid. |
| 1348 | 20 | Simeon de Rayano. | ibid. |
| 1387 | 21 | Dominicus. | ibid. |
| | 22 | Ioannes. | Ibid. |
| 1390 | 23 | Iacobus. | 945 |
| | 24 | Franciſcus Falconius. | ibid. |
| 1413 | 25 | Nicolaus Falconius. | ibid. |
| 1442 | 26 | Iacobus Petrus. | ibid. |
| 1476 | 27 | Bernardinus Barbianus. | 946 |
| 1487 | 28 | Marinus Madius. | 947 |
| 1507 | 29 | Antonius Lupicinus. | 948 |
| 1524 | 30 | Hieronymus Siphohus. | Ibid. |
| 1565 | 31 | Io. Andreas Signatius. | Ibid. |
| 1575 | 32 | Leonardus de Bonaccurſis. | ibid. |
| 1576 | 33 | Io. Baptiſta Sorianus. | ibid. |
| 1583 | 34 | Nicolaus Secadenarius. | 949 |
| 1583 | 35 | Alexander Colpius. | ibid. |
| 1609 | 36 | Antonius Albergatus: | ibid. |
| 1627 | 37 | Nicolaus Belloſactus. | 950 |
| 1637 | 38 | Bernardinus Scala. | ibid. |
| 1642 | 39 | Guillelmus Gaddius. | ibid. |
| 1652 | 40 | Ioſeph Lomellinus. | ibid. |
| 1658 | 41 | Cæſar Cancellotus. | ibid. |
| 1663 | 42 | Io. Baptiſta Penna. | Ibid. |
| 1664 | 43 | Franc. Anton. Riccius. | 951 |
| 1685 | 44 | Ioſeph Criſpinus. | Ibid. |
| 1692 | 45 | Pompejus Sarnellius. | 952 |

# INDEX

## Nominum omnium Epiſcoporum, qui in hoc ſeptimo Italiæ Sacræ tomo continentur ordine alphabetico diſpoſitus.

*Prior num. columnum, poſterior numerum marginalem notat.*

## A


ABlatarus de Barghettinis *Ruben.* 764. 5
Achilles Caracciolos *Poten.* 142.42
Adam *Catharen.* 698.7
Aderamus *Salern.* 353.16
Adericus *Sipont.* 818.15
Agapitus Gerardinus *Sipon.* 858.77
Agoellus Alferius *Juven.* 738.41
Campagna *Nuſcan.* 541.33
Roſſi *Poten.* 144.51
Aimandus *Salp.* 919.11
Aitardus *Nazaret.* 771. 5
Albertus *Sipon.* 824.41. 831.51
Alemannus *Acerneu.* 449.21
Alexaoder *Scalen.* 327.2.4
Coſpius *Vigilien.* 949.35
Creſcentius *Bitun.* 692.37
Detus *Anglon.* 106.42
Egitius *Andrien.* 933. 38
Farneſius *Bitun.* 689.28
Gadalectus *Nuſcan.* 540.25
Molus *Minor.* 315.36
Riparolus *Campan.* 459.10
Salatus *Minor* 313.28
Scappius *Campan.* 459. 8
Sibilia *Caprear.* 268.33
Somerius *Caprear.* 265.27
Spaneolus *Tricar.* 156.33
Strozzios *Andrien.* 933.35
Alo *Salern.* 359.25
Alon. *Sipon.* 820. 32
Aloris *Acherun.* 13. 6
Aloyſius *Rapol.* 883.26
de Aragonia *Capataq.* 474.25
*Policaſtren.* 565.22
de Capua *Scalen.* 342.35
Capuanus *Gravin.* 131.47
de Cavalcantibus *Naſcan.* 540.24
Pappacauda *Caputaq.* 480.38
Pallavicinus *Marſic.* 520.49
de Philippis *Poten.* 244.48
Alphaous *Salern.* 380.43. 392.44
*Sipont.* 820. 33.35
Carillo *Veſtan.* 868.24
Alphonſus Giliolus *Anglon.* 104.40
Oliva *Amalph.* 250.49
Romerus *Scalen.* 339.26
de Val de Cabras *Capr.* 265.26
Alfariſius *Baren.* 601.13
Altobellus Cariſſimus *Miner.* 747.21
Alvarus della Quadra *Venuſ.* 176.35
Amaldus *Salern.* 429.60
Amandus *Vigilien.* 939.8
Amantius *Poten.* 133. 21
*Tran.* 906.14
Amatus *Nucer.* 526. 4
*Nuſcan.* 533. 1
A Amatos *Saler.* 363.35
Ambroſius *Polymnian.* 753.4
Palumbus *Veſtan.* 870.35
Politus *Minor.* 314.32
Romaous *Minor.* 313.29
Andreas *Acherunt.* 24. 20. 36.37
*Andrien.* 926. 9
*Baren.* 604. 22. 624. 34
*Gravinen.* 119.17
*Marſicen.* 515.31. 517.38
*Potentin.* 140.22
*Sarnen.* 578.23
*Scalen.* 336.12
*Sipon.* 840.54
*Tranen.* 907.27
Ludovicus Tootulus *Veſt.* 873.40
Matthæus Palmerius *Acher.* 56.58
*Polic.* 565.27 *Sarnen.* 579.34
de Alaneo *Amalph.* 229.26. *Minor.* 309.14
de Aquino *Tricar.* 159. 44
B Atianus *Andr.* 933.41
de Aurea *Andrien.* 927.17
Bonitus *Caputaq.* 481.41
Brancaccius *Caperſ.* 717.43
Capograſſus *Acern.* 447. 5
Capuanus *Minor.* 308. 13
Caputus *Litteren.* 276.33
Caracciolus *Sipon.* 863.91
de Cuncto *Minor.* 313.25
*Amalph.* 244.40
Curialis *Litteranen.* 274.21
de Franchis *Tran.* 913.54
de Fuſco *Venuſin.* 173.24
de S. Hieronymo *Tricaric.* 25.15
Jacobatius *Nucer.* 528.21
de Palearea *Amalph.* 241.35
de Paltronibus *Bitun.* 688.22
Paſtor *Andrien.* 932.26
de Pazaiis *Sarnen.* 578.27
Perbenedictus *Venuſ.* 180.47
C de Robertis *Polic.* 569.43
de Rogeriis *Sarnen.* 578.26
Sioraos *Poten.* 140.24
de Vetolis *Caper.* 712.24
Angelarius *Baren.* 593. 6
Aogelus *Baren.* 619.27
*Biteſt.* 681. 9. 12
*Caperſ.* 712.20
*Nucer.* 520.12
*Polymn.* 755.18
*Poten.* 140. 26
*Rapol.* 881.16
*Salp.* 919.20
*Tricar.* 151.13. 152. 22
*Veſtan.* 866. 6
de Aquino *Sarn.* 572.10
Archilegius *Marſic.* 519.46
Barilis *Lavel.* 741.12
Barrera *Caprear.* 264.24

Angelus Berſillus *Naſcan.* 537.14 A
Capranica *Sipon.* 876.74
Faiolus *Cathar.* 698.14
Florus *Andrien.* 931.53
Gazainus *Polymn.* 757.34
de Martiis Medices *Marſic.* 520.48
Orabonus *Tran.* 911.51
Pichetus *Nuſcan.* 541.36
Picus *Amalph.* 254.59
Pinerius *Marſic.* 522.54
Ranuccius *Cathar.* 699.21
Annibal Serugus de Gymnaſiis *Sipont.* 862.88
Anſelmus *Acher.* 43.48
*Marſic.* 505.15
de Oliveriis *Veſtan.* 869.29
Antimus Civaleria *Venuſ.* 174.30
Antonius *Andrien.* 930.19
*Biteſt.* 681.10
*Bitunt.* 688.18.21
*Cathar.* 668.9
*Caperſ.* 712.18 B
*Juven.* 730.24
*Litter.* 273.17.274.19
*Nuſcan.* 537.16
*Rapol.* 881.17
*Raben.* 765.19
*Veſtan.* 866.12.
Maria Brancaccius *Acher.* 67.74
Manzolus *Gravin.* 122.37
de Monte *Sipont.* 859.78
Pranaonius *Minerb.* 747.24
Agellius *Acern.* 449.30
Albergatus *Vigilien.* 949.35
de Ayello *Baren.* 640.52
Angelus *Poten.* 141.28
de Aquino *Sarnen.* 581.45
Baleſtrarina *Amalph.* 246.44
Bonitus *Acernen.* 448.19
Betti *Minor.* 319.46
Brancatus *Gravin.* 121.31
Brunachius *Caper.* 715.38 C
de Cajeta *Minerb.* 746.7
de Capreolis *Tritar.* 157.36
Cipollonus *Juven.* 730.10
de Coletis *Rub.* 765.25
Delrio Colminares *Acher.* 67.73
Fera *Marſic.* 520.50
Florabellus *Lavellen.* 743.34
de Franchis *Andrien.* 932.33
Garguſia *Veſtan.* 869.28
Glielmus *Atern.* 451.38
Guidotti *Caper.* 712.22
de Jannotto *Andrien.* 931.20
Lambardus *Nazaren.* 787.39
de Lamberto *Tran.* 909.32
Lupicinus *Andrien.* 948.29
Maramaldus *Naſtan.* 539.20
Marcellus *Sipon.* 864.93
Matthæus *Sarn.* 582.47
Medices *Marſic.* 518.42
*Sarn.* 582.47 D
de Miraballis *Litteren.* 274.20
Molinarius *Litter.* 278.35
Pavonellus *Venuſ.* 180.50
de Paaaiis *Sarn.* 578.24
de Peaio *Polymn.* 758.41
Piazamanus *Salpen.* 919.21
Puccius *Rapol.* 884.30
de Puteo *Baren.* 654.58
de Regio *Bitun.* 688.20
de Rocca *Rabenſis.* 765.26
de Roccamoro *Andrien.* 932.25
de Ruſſis *Gravin.* 120.24
Sanctorius *Polic.* 566.35
Sanſeverinus *Caperſan.* 714.31
Saxolinus *Miner.* 747.14
Severolus *Nazar.* 787.40
Simonius de Monte *Minor.* 315.33
Antonellus Siraca *Acernen.* 448.15

A Araldus *Acher.* 23.8
Arcadius Riccius *Gravin.* 128.42
Arnaldus *Policaſt.* 560.2
Arnoldus *Acher.* 25.29
*Nuſtan.* 537.11
*Tricarien.* 146.1
Arnulphus *Bitun.* 687.1
*Caputaquen.* 467.1
Arpinus *Polymn.* 754.1
Aſcanius Caſſianus *Andrien.* 933.37
Geſualdus *Baren.* 664.63
Jacobatius *Anglon.* 103.37
Pariſius *Marſir.* 520.51
Aſedeus *Acherunt.* 13.14
Aſterius *Salern.* 353.7
*Venuſin.* 168.3
Aſtor Paganellus *Gravin.* 152.35
Aſtorgius Agneſius *Cannen.* 799.22
Auguſtinus *Venuſ.* 172.16
Caſſandra *Gravin.* 124.39
B de Euſteutevilla *Sarnen.* 579.28
Falivenia *Caprearum.* 264.23
de Favoronibus *Nazar.* 773.19
Ferentilius *Caperſan.* 715.39
Aurelius Grianus *Literanen.* 276.19
Auguſtinus de Guarino *Tricarien.* 155.30
Auxius de Podio *Caputaquen.* 474.53
Ayo *Sipon.* 819.25
Azo *Acherunt.* 13.13

# B

BAlas *Poten.* 133.4
Balthaſſar de Benavente *Poten.* 144.49
del Rio *Scalen.* 338.28
de Judice *Caputaq.* 472.14
Juſtinianus *Venuſ.* 176.40.
Puſterla *Biteſten.* 682.26
Baptiſta Pontinus *Bitunt.* 688.23
C S. Barbatus *Sipont.* 818.14
Barchedus *Polym.* 754.8
Barnabas Urſinus *Salern.* 435.71
Bartholomæus *Acern.* 447.6
*Caputaq.* 473.49
*Catharen.* 698.6
*Marſir.* 513.27
*Poltraſ.* 563.9
*Poten.* 139.10
*Rapol.* 880.6
*Sipon.* 844.58
*Tran.* 906.17.907.24
*Vigil.* 944.18
de Aprano *Salern.* 433.69
Brancaccina *Tran.* 907.56
de Capiteferro *Montis-Vir.* 808.17
Capoblanco *Liter.* 274.23
Cartafa *Baren.* 643.41
de Comite Urſo *Mineren.* 309.15
de la Cueva *Sipontin.* 860.84
D Ferrus *Literen.* 275.27
Frigerius *Venuſ.* 180.48
Gambadorus *Raben.* 768.44
de Michaelibus *Nucer.* 527.15
Orſuccius *Lavell.* 743.33
Pignatellus *Amalphit.* 221.23
Prignanus *Acher.* 45.47
*Baren.* 644.43
Roſa *Lavel.* 745.48
Serriſtorus *Tran.* 911.48
Barzellinus de Barzellinis *Campan.* 458.7
Beltrandus de Alaneo *Amalph.* 239.33.
Benedictus *Acernen.* 447.12
*Andrien.* 926.12
*Marſic.* 505.14
*Potrn.* 140.25
*Saler.* 353.14.377.39
Hyacinthus Saugermanus *Nuſcan.* 541.38

Benedictus Accoltus *Polit.* 565.26
de Arpino *Poten.* 140.23
Capelletus *Sipont.* 864.96
Capuanus *Saler.* 430 62
de Cavalcantibus *Rapoll.* 881.15
de Paradoſto *Capren.* 263.11
de Rocciis *Nuſcanus.* 541.35
Beneventanus *Caputaq.* 468.4
Berardus Caracciolus *Caputaq.* 473.17
de Coſtaca *Baren.* 623.33
Bergius *Cathar.* 697.4
Bernardinus Barbiaous *Vigil.* 946 57
de Bonjoanne *Venuſin.* 174.31
Fumarellus *Minerb.* 747.15
Helvinus *Anglon.* 101.33
Laureos *Policaſt.* 565.23
de Leis *Lavell.* 748.55
Figueroa *Nazaren.* 782.32
Pannicnla *Scalen.* 348.33
Scala *Vigil.* 950.38
Urſinus *Nacer.* 527.19
Bernardus *Cathar.* 698.13
*Marſicen.* 513.28
*Nazar.* 770.1
*Naſcan.* 537.13
*Salern.* 360 58.362.38
*Veſtan.* 867.17
Burattus *Sipon.* 863.90
de Coccio *Gravin.* 119.19
Juſtioianus *Anglon.* 103.38
de Palma *Rappollan.* 880.10
Scannafora *Lavel.* 742.24
Bernerius *Juven.* 722.3
Bertrandus *Salern.* 432.64
de Turre *Salern.* 429 39
Bertus *Acherun.* 13.9
*Juven.* 755.5
*Vigil.* 944.11
Beſsárinn. *Sipon.* 856.73
Biſantius *Baren.* 601.19
*Lavell.* 741 3
*Traaen.* 894.9 900.13
*Vigilien.* 941.9
Morellus *Acher.* 45.49
Bivianus *Minerv.* 746.6
Bonaccurſus *Tricar.* 551.9
Bonajunta de Boſcolis *Polym.* 754.11
Bonaveotura *Polym.* 753.5
de Avolos *Nuc.* 532.30
Boerius *Salern.* 445.96
Claverius *Poten.* 544.46
Bonavinus *Polym.* 754.13
Bonhomo *Sipon.* 824.40
Bonifacius *Canaea.* 793.12
*Potea.* 139.15
Bononios *Saler.* 351.1
Bonviſus de Bonviſis *Baren.* 656.60
Bonus *Amalph.* 192.5
*Venaſia.* 172.18
Brucardus *Lavellen.* 741.10

# C

CÆſar Franciſcus Lucinus *Gravin.* 131.48
Arena *Biteſtea.* 685.24
Cancellotus *Vigil.* 950.40
Lambertinus *Tran.* 910 45
Cæſarius *Sipont.* 818.17
de Alagnn *Saler.* 417.49
Cæleſtinus Puccitellus *Scalea.* 341.38
Cajetanos de Miraballis *Amalph.* 256.61
Camillus Caravita *Veſtan.* 876.44
Mentuatus *Campan.* 457. 2
Ragone *Acerran.* 451. 37
*Caputaq.* 481.40
Carlettus *Marſic.* 517.35
Carolus *Policaſt.* 564.16
*Sipont.* 819.23
Carolus Franciſcus Giocoli *Caputaq.* 484.45
Anchamonos *Biteſt.* 68. 3
Buſconus *Veſtan.* 867.48
Cutillus *Minor.* 321.49
Ferratius *Bitan.* 695.41
Loffredus *Barea.* 673. 67
Maraota *Javea.* 737.39
Mnotilius *Amalph.* 252.54
Pignatellus *Potea.* 144.52
Caſius *Cuperſan.* 704.7
Cherubinus Cajetanus *Campan.* 457.1
Manzooius *Lavell.* 744.45
Chriſtophorus *Polym.* 755.20
Magnacntius *Polym.* 756.29
Memmolus *Ruben.* 766.33
Oliva *Minor.* 318.81
de S. Petro *Raben.* 765.55
Chryſoſtomus *Barea.* 601.17
Claudius *Polym.* 756.54
Clemens Conſectus *Acernen.* 451.36
S. Cletus *Rubea.* 763.1
Colantonius Lentulus *Rapoll.* 882.23
Colellns *Salpea.* 919.18
Colnmbus *Salera.* 353.11
Concordius *Barea.* 593 2
Conſtaotinus *Amalph.* 192.9
*Minorea.* 296.7
*Venuſin.* 169.9
de Afflicto *Scalea.* 328.5
Teſtins *Campan.* 459 9
Veltronus *Scal.* 339.24
Conſervatus *Sipont.* 819.26
Cornelius Muſſus *Bitunt.* 689.31
Coſmas Melioratus *Tran.* 910.48
Coſmus Piſtachius *Biteſt.* 681.20
Cubellus *Traaen.* 909.36
Cucchius *Literen.* 279.16

# D

DAniel *Rubea.* 764.9
Dauſerius *Baren.* 623.32
Dauſerius *Salera.* 376 36
David *Sipont* 819.19
Decius Caracciolus *Caren.* 659.62
Delius *Tran.* 894.8
Deodatns *Anglon.* 84.9
Didacus Alvarez *Tean.* 914.56
Lozano *Poten.* 244.47
de Pace *Sara.* 582.51
de Quadra *Lavellen.* 744.37
Serſale *Barea.* 667.64
de Vargas *Potea.* 143.43
Diomedes Carraſa *Tricarcen.* 157.39
Dionyſius *Amalph.* 205.20
de Monte Leone *Venuſ.* 173.55
Petra *Capr.* 268.36
de Robertis *Sipon.* 86n 83
Dominicus *Andriea.* 926.7
*Vigil.* 944.21
Antonios Maſra *Acera.* 451.42
Maria Cedronius *Bitan.* 696.43
Cenninus *Gravia.* 128.44
Folgori *Nazar.* 788.45
Gaglianus *Litter.* 279.37
Galiſius *Litter.* 580.38
Galleſius *Rubea.* 768.41
Gymnaſius *Sipon.* 861.67
Jacobatius *Nucer.* 527.20
Lucchettus *Marſic.* 524.58
Menna *Minor.* 319.47
Rivarola *Nazar.* 786.38
Sabbatinus *Anglon.* 117.47
Spinola *Acher.* 66.69
Surrentinus *Rubea.* 768.40
Taſurus *Campan.* 462.14
Valvaſſerius *Gravin.* 129.4
Dompinus *Cathar.* 697.3

Do-

Donatus Anſanus *Marſic.* 524.59 A
Aquaviva *Cuper.* 714.30
Bottinus *Cuper.* 713.25
de Laurentiis *Minor.* 315.35
Maricuccius *Minerb.* 747.17
Maricuccius *Sarnen.* 580.29
Mauritius *Lavellen.* 743 30
de Taurato *Salpen.* 919.13
Dumnellus *Vigil.* 938.5
Durandus *Acherun.* 32.31
de Sermino *Nazar.* 773 13
Duvino *Cathar.* 698.8

## E

ELias *Baren.* 608.24
*Veſtan.* 866 9
Emanuel Spinola *Bitecten.* 680.6
Emygdius Lentus *Nucer.* 532.32
Evalanius *Acher.* 13.12 B
Evangeliſta Firiolus *Scalen.* 337.16
S. Euſanius *Sipont.* 814.5
Euſebius de Gioueto *Caprear.* 264.22
Euſterius *Salernit.* 352.4
Eutitius *Tranen.* 891.3

## F

FAbius Mirtus *Nazaren.* 785.33
Olivadicius *Lavellen.* 744.43
Fabritius *Policaſ.* 563.8
Antinorus *Acher.* 65.68
Arcella *Policaſt.* 565.28
de Capua *Anglon.* 100.28
Guarna *Marſic.* 518.43
Sabellus *Salern.* 444.90
Fauſtinus *Poten.* 133.1
Federicus *Bitecten.* 681.15
Fregoſius *Salern.* 436.77 C
Felicianus Niguarda *Scal.* 339.25
Felix *Canen.* 790.4
*Nucer.* 526.7
*Sipont.* 815.9.818.11
Franciſchinus *Andr.* 933.36
Gabrielius *Nucer.* 532.31
Ferdinandus de Anna *Amalph.* 248.48
de Caſtro *Scalen.* 338.19
Apicellus *Ruben.* 767.35
Seronus *Venuſ.* 175.34
Spinellus *Polic.* 565.32
Flaminius Pariſius *Bitunt.* 689.33
Roverella *Campan.* 458.5
Flavius Gallettus *Anglon.* 106.44
Florianus Nanni *Scalen.* 340.28
Franciſcus *Andr.* 926.14.927.16
*Bitecten.* 680.3
*Caprear.* 263 16
*Gravin.* 119.14
*Lavel.* 741.16 D
*Litter.* 273.15
*Nazar.* 778 29
*Nucer.* 526.10
*Naſcan.* 537.10
*Polymn.* 755.19
*Poten.* 139.16
*Rapol.* 883.27
*Sarnen.* 577.15.
*Veſtan.* 866.14.867.20
Antonius Blondus *Capr.* 268.34
Gallus *Bitun.* 693.39
Leopardus *Tricar.* 161.48
*Marſic.* 524.57
de Luca *Anglon.* 106.45
*Nazar.* 787.41
Riccius *Vigil.* 951.43
Triveri *Andrien.* 933.40
Vulturale *Veſtan.* 873 41

Franciſcus Maria Brancaccius *Caputaq.* 479.37
Nerius *Venuſ.* 182.53
Sfortia *Caperſ.* 715.35
Vignola *Minerb.* 747.25
Paulus Nicolai *Caputaq.* 484.44
Xaverius Fontana *Campan.* 463.17
de Abillaneda *Acher.* 64.63
de Afflicto *Scalen.* 339.26
Arcudius *Naſcan.* 541.31
de Auria *Lavel.* 741.13
de Bellantibus *Montis Virid.* 806.8
Beunius *Scalen.* 340.29
Bertinus *Caputaq.* 474 22
Bonaccorſi *Gravin.* 120.23
Boſius *Gravin.* 122.34
Bruſchus *Litteren.* 276.32
Cajeta *Bitecten.* 683.32
Capogroſſo *Policaſt.* 563.11
Carduccius *Campan.* 459.11
Caroſius *Tran.* 909.37
Cereo de Mayda *Lavell.* 744.42
de Comite *Caputaq.* 473.21
Criſpus *Sipont.* 844.61
Falconius *Vigil.* 945.24
Floris *Tran.* 910.44
Honuphrius *Bitect.* 684.35
Liparolus *Caprear.* 275.29
Lottinus *Caperſ.* 714.33
Lupani *Cathar.* 699.19
della Marra *Anglon.* 90.15
Morgione *Minor.* 321.50
*Ruben.* 768.43
Mormilius *Sarn.* 578.20
Nappius *Polym.* 758.39
de Nigris *Salpen.* 919.23
de Noteriis *Lavellen.* 744.46
de Oliveto *Rapol.* 881.20
de Oliveto *Mont. Viridis.* 808.14
Palmerius *Acherunt.* 61.59
Parchich *Cathar.* 699.27
Quartus *Bitect.* 681.18
Quignones *Acern.* 449.25
Rolandinus *Juven.* 730.21
Romelinus *Sarn.* 579.30
Ruſticuccius *Venuſ.* 176.37
Sfrondratus *Amalph.* 251.50
*Caputaq.* 475.30
*Sarn.* 580.37
Sifola *Acern.* 451.39
Spalluccia *Ruben.* 765.27
Spera *Nazaren.* 786.34
Thomacellus *Caputaq.* 473.18
Trivultius *Nucer.* 531.28
de Veneranneriis *Venuſ.* 173.22
Urſinus *Tricar.* 156.35
Ayellus *Baren.* 648.49
Fulgentius Arminius *Naſcan.* 541.37
Fulvius Cribellus *Tricar.* 161.47

## G

GAbriel *Litteren.* 274.18
*Veſtan.* 866.7
Altilius *Polic.* 564.19
de Garoſolis *Nucer.* 526.12
Guidanus *Policaſ.* 565.21
Gabriel Tontoli *Ruben.* 767.37
Treſcius *Saler.* 444 88
Galeatius Sanvitalis *Baren.* 658 61
Galganus *Salpen.* 919.12
Gaſpar Cardoſus *Poten.* 242.41
Cervantes *Salern.* 440.82
Flores *Salpen.* 919.27
de Foſsa *Scalen.* 338.22
Mezomonaco *Tricar.* 161.46
Paſchalis *Ruben.* 766.31
Toraldus *Polym.* 756.27
Toraltus *Tricar.* 161.45 *Bitect.* 684.33


Gau-

Gaudentius Salern. 352.6
Gaudioſus Salern. 353.17
Gaufridus Veauſin. 172.18
Gentilis Urſinus Acher. 43.41
Georgius Vigil. 938.2
Lazarus Minor. 316.41
Maccafanus Sarn. 579.29
Margera Poten. 241.33
Geraldus Acher. 25.28
Gerardus Poten. 133.6
Rapollan. 880.12
Sipontia. 823.39.828.47.48
de Porta Poten. 134.7
Gerbinus Minoren. 304.11
Gervaſius Baren. 593.1
Gibertus Caputaq. 470 6
Senilis Rapol. 883.28
Gifredus Sipon. 826.46
Giſulphus Narſican. 497.6
Gobertus Montis Viridis. 806.5
Goderius Acherun. 24.26.27
Goffredus Minerb. 746.10
Gotifridus Tricaricen. 151.10
Gramatius Salern. 352.2
Gratias Poten. 139.11
Gregorius Sipontin. 825.42
Benigninns Nazaren. 778.23
Carrafa Salern. 445.92
de Monte Longo Sipontia. 840.55
Sanctacrueius Juven. 736.37
Grimaldus de Turculis Javen. 730 22
Grimoaldus Marſic. 497.5
Salern. 376.37
Gualterus Amalphitan. 221.24
Anglon. 85.12
Baren. 618.26
Guibertus Raben. 764.6
Guido Acher. 44 42
Gravin. 117.2
Nazaren. 773.9
Nuſcan. 534.2
Venuſia. 172.14
Aſcanius Sforzia Anglen. 101.32
de Collemedio Salern. 428.54
Guidanus Baren. 648.50
Medices Venuſin. 175.33
Gulielmus Anglon. 90.16
Caprear. 258.8
Caputaquen. 471.13
Cuperſan. 704.8.712.13
Nazaren. 770.1.773.10
Nuſcan. 534.4.537.15
Policaſtr. 562.4
Polym. 754.9.12
Poten. 139.14.17
Ruben. 765.15
Salern. 398.46
Salpen. 917.4
Sarnen. 577.12
Scalea. 330.9.333.10
Tranen. 907.28
Veſtan. 866.15
Alveniacus Javen. 729.14
Balvayſius Nazar. 773.15
Bertrandus Sarn. 579.33
de Capua Saler. 432.67
Gaddius Vigilien. 950.39
de Godonio Saler. 428.53
Sanſeverinus Saler. 432 65
de Turre Poten. 139.18
Tutavilla Sarn. 580.40
Guinus Sipon. 819.20
Guitpardus Baren. 601.10

# H

HEctor Galgane Juven. 730.25
Henricus Bituntin. 688.15
A Henricus Marſic. 498.10
Tranen. 909.33
Tricaricen. 248.4
Daſmaris Gravin. 120 26
Filangerius Barra. 627.36
Languardus Acherun. 54.56
Polic. 564.18.
Loffredus Caputaquen. 474.29
Hercules Rangonius Nazar. 778.26
Hermandus Baren. 601.8
Hieremias Tranen. 910.46
Hieronymus de Acciabianca Naſc. 539.22
Almenſa Policaſt. 564.20
Bilaqua Nazaren. 786.35
Bucchia Cathar. 699.20
de Caro Montis Viridis. 808.18
de Caro Nazaren. 779.31
Folengius Tricar. 156.34
Grimaldus Baren. 652.55
de Janderonibus Amalph. 247.47
B Magnanus Veſtan. 867.21
Magneſius Poten. 143.44
Matthæjus Nazar. 788.47
Mattheuccius Sarn. 581.44
Oliverius Acera. 439.24
Pallanterius Bitunt. 689.34
Pariſanus Polym. 758.40
Paſsarellus Salern. 445.94
Planca Amalph. 247.46
de Porcariis Andrien. 932.24
Prignanus Campan. 461.15
Ruſca Cathar. 699.22
Saulius Baren. 651.56
Scarampus Campan. 458.4
Seripandus Saler. 438.81
Sipholus Vigilien. 948.30
Verallus Caputaq. 475.31
de Vinea Policaſt. 564.17
Zambeccarius Minerb. 747.23
Hilarius Cuperſan. 701.2
C Corteſius Policaſt. 566.34
Hippolytus Franconius Nacer. 532.29
Honuphrius Saler. 429.58
S. Cruce Tricar. 154.27
de Ponte Litter. 277.34
Verme Scalen. 341.31
Horatius Annibaldenſis de Molana Sipen. 864.92
Baſiliſcus Minor. 315.39
de Mirto Ruben. 766.30
Hubaldus Tranen. 900.10
Hugo Sipontia. 828.50
Boncompagnus Veſtan. 869.27
Hyacinthus Camillus Marradeus Polic. 568.41
Cajetanus Chyurlia Juven. 738.42
Dragonettus Nuſcan 541.39
Tauruſius Veauſ. 181.51
Zanobetti Cathar. 699.29

# I

D JAcobus Acern. 447.9
Anglon. 97.21.98.24
Baren. 600.7
Bitunt. 688.16
Caprear 258.7.263.9.13
Caputaq. 471.12
Caperſ. 712.19
Gravin. 118.8.119.13
Lavel. 741.14
Litter. 273.5.14
Nuſcan. 536.7
Poten. 140.20
Tranen. 906.18.909.35
Venaſ. 172.13
Vigil. 944.16.945.23
Antonius Caporalis Minerb. 747.20
Antonius Carozza Cuperſ. 714.32
Accariſius Veſtan. 870.37

Jacobus de Appiano *Grav.* 121.29
Aurilia *Nazaren.* 774.20
de Barulis *Tranen.* 909.38
Benedictus *Nucer.* 527.14
Boncorus *Bitecten.* 680.7
de Campanaro *Tranen.* 908.31
de Capua *Anglon.* 100.27
Carraſa *Baren.* 646.41
Carubba *Juven.* 730.17
Chiaſconius *Anglon.* 98.26
Falconacius *Bitunt.* 687.12
Lacellottus *Policaſt.* 563.15
Morula *Juven.* 729.15
Nini *Poten.* 141.36
Pamphilus *Cathar.* 699.23
Petrus *Vigilien.* 945.26
Piſanellus *Scalen.* 338.18
de Puteo *Baren.* 653.57
de Roa *Litter.* 273.9
Sanctorins *Bitect.* 684.34
Sergius *Minor.* 310.17
Serſali *Scalen.* 333.11
Squaquera *Poten.* 140.27
Theodulus *Amalph.* 253.57
Toraldus *Polymnian.* 756.26
Tramarinus *Juven.* 734.30
*Polym.* 756.30
Urſinus *Bitunt.* 689.27
Jannotus Puccius *Rapol.* 884.31
Jannuccius Paſchaſius *Nucer.* 537.18
Januarius Criſpinus *Minor.* 319.48
Jaquintus *Amalphitan.* 192.8
*Minoren.* 293.3
*Venuſ.* 168.6
Ignatius Maria Fiume *Polymn.* 759.45
*Minerb.* 746.1
Innicus Sciſara *Anglon.* 104.39
Joachim Franciſcus Caprinus *Bitect.* 683.36
de Zonicis *Ruben.* 764.4
Joachimus *Cannen.* 799.20
Joannes *Acher.* 24.21.22
*Amalph.* 198.14.200.17
*Andrien.* 926.6.8.10
*Anglon.* 73.2.90.17
*Baren.* 601.12.15.18.621.29.622.30.628.37
*Bitun.* 687.2.688.9.14.17
*Cannen.* 790.7.793.9.10.11.797.17
*Caprear.* 258.1.4
*Caputnq.* 470.7.471.9
*Cuperſ.* 712.15
*Gravin.* 119.12
*Juven.* 722.1.728.12.13.730.16
*Lavel.* 741.4.5
*Litter.* 273.4.13
*Marſic.* 497.7.8.498.11.508.12.504.13
*M. Viridis* 808.16
*Nazar.* 773.17
*Polic.* 565.24
*Poten.* 138.9.140.19
*Rapol.* 880.2.5.11
*Ruben.* 764.3.765.14.17
*Salern.* 353.9.363.34.378.42.422.51
*Salpen.* 919.15.16
*Sarnen.* 572.2.4.8.11.578.18.19.21.25
*Sipont.* 818.18.819.22.24.29.823.37
828.49.840.53.845.65.66
*Tranen.* 891.6.894.7.906.22
*Venuſ.* 168.2.173.21.23
*Veſtan.* 866.8.867.16
*Vigil.* 938.4.944.15.22
Alphonſus Puccinellus *Sipon.* 864.95
Andreas Lignatus *Vigil.* 948.31
Mercurius *Sipon.* 860.81
Angelus Peregrinus *Gravin.* 122.33
Antonius Aſtoreus *Litter.* 275.26
Locatellus *Venuſ.* 176.39
Pantuſa *Litter.* 275.24
Pititus *Marſ.* 517.40
Rogerius *Veſt.* 875.43

A Joannes Antonius Sanctorius *Acher.* 64.62
Sborovatius *Cathar.* 699.25
Scotius *Anglon.* 101.29
Viperanus *Juven.* 735.36
Archangelus Baldinur *Gravin.* 127.41
Auguſtinus Campanilis *Minor.* 315.38
Baptiſta Capanus *Bitunt.* 695.42
Capilupus *Polym.* 760.46
Carraſa *Nucer.* 532.34
de Conteſtabilibus *Minor.* 313.26
Deſii *Venuſ* 182.52
Detus *Anglon.* 105.41
Falvus *Marſic.* 523.55
Guanzatus *Polymn.* 757.37
de Hoxera *Tran.* 911.50
de Judicibus *Amalph.* 244.39
de Mare *Lavel.* 744.41
de Pace *Caputnq.* 482.42
Penna *Vigil.* 950.42
Sanctorius *Tricar.* 157.37
B Serignanus *Scalen.* 340.27
Sorianus *Vigil.* 948.33
Spinula *Acher.* 67.71
Stella *Bitun.* 691.35
Tinto *Tranen.* 915.59
Urſinus *Bitun.* 688.14.689.25
Vulpius *Ruben.* 767.36
Zucchatus *Nuſc.* 540.29
Bernardinus Grandopolus *Litter.* 276.29
Scotus *Tranen.* 911.49
Dominicus de Cupis *Tran.* 910.47
Moroli *Polymn.* 758.42
Donatus Jannonius *Ruben.* 768.42
Franciſcus *Minerb.* 747.16
de Fliſco *Andrien.* 932.29
de Laureniis *Venuſ.* 182.54
Franciſcus de Mirto *Ruben.* 766.29
Orificius *Acern.* 449.29
Solimele *Acern.* 450.32
Hieronymus Marrerius *Venuſ.* 579.42
C Jacobus Caſtelleoneus *Baren.* 651.53
Leonardus Bottilierius *Litter.* 276.31
Maria de Guanzellis *Polym.* 757.38
de Monte *Polym.* 757.31
de Monte *Spontin.* 859.79
Podericus *Nazar.* 776.21
Matthæus Valdinas *Acer.* 449.27
Michael de Rubeis *Minerb.* 747.22
Saracenus *Acher.* 63.60
Teroni *Venuſ.* 182.56
Paulus *Nazar.* 773.18
Amanius *Anglon.* 102.35
Tonti *Andrien.* 935.43
Vaſſalus *Poten.* 141.30
Petrus Bonus *Minor.* 314.31
Ferrettus *Lavellen.* 743.32
Fortiguerra *Bitunt.* 689.32
Philippus Caſtellioneus *Poten.* 141.32
Stephanus Senariga *Cuperſ.* 717.42
Thomas Sanſelicius *Venuſ.* 177.41
D Vincentius Carraſa *Anglon.* 101.30
Michael *Lavellen.* 743.29
Michaelius *Minerb.* 747.18
Acutus *Marſic.* 510.22
Alborienſis *Poten.* 141.35
de Aloyſio *Caprear.* 263.22
Amatus *Minor.* 315.37
Antolices *Juven.* 734.33
Aquaviva *Amalph.* 236.30
*Salern.* 432.66
Aragonius *Saler.* 453.74
Attaldus *Tranen.* 910.42
Burgius *Sipon.* 856.74
Campanella *Minerb.* 746.11
Capuanus *Amalph.* 218.22
Caracciolus *Anglon.* 98.23
Caramnel *Campan.* 460.13
Caſtellar *Tranen.* 910.43
Caſtellomata *Policaſtr.* 562.6


Joan-

Luca de Raynaldi *Gravin.* 122.32
Lucianus de Rubeis *Juven.* 735.35
Lucidus *Andrien.* 926.13
*Cannen.* 790. 6
Lucius *Acernen.* 449.22
Maranta *Lavell.* 744.35
Sauſeverinus *Salern.* 443.87
Ludovicus *Minor.* 312.23
*Sarnen.* 579.31
*Veſtan.* 867.22
Bentivolus *Polic.* 565.31
Canoſſa *Tricar.* 155.32
Gomez *Sarnen.* 580.36
Flonoblet *Anglon.* 98. 25
Furconius *Juven.* 734.32
Galbiatus *Acern.* 450.34
Lagarius *Lavellon.* 742.26
Podocatarius *Caputaq.* 474.24
Serriſtorus *Biteéten.* 682.23
de Theodolis *Scalen.* 338.21
de Torres *Salern.* 438.80
Luminoſus *Salern.* 353. 8
Lupulus de Lacu *Polym.* 755.17
Lupus *Acher.* 13.11
*Saler.* 353.22
de Alarcon *Bitunt.* 689.29

# M

MAgnaldus *Salern.* 359.23
Magneſius *Tran.* 908 30
Magnus *Tranen.* 888. 2
Major *Ruben.* 765.13
Maldiſius *Juven.* 727. 7
Malitia Geſualdus *Rapollan.* 882.24
Mancuſius *Vigil.* 938. 6
Manfredus *Achernn.* 47.54
Manfredus *Poten.* 138. 8
Manfredus de Averſa *Acer.* 448.14
Maphæus Barberinus *Nazar.* 786.37
Marcellus Cavalerius *Gravin.* 229.46
Marcellus Planca *Juven.* 734.32
Marcuccius *Minor.* 310.16
Marcus *Anglon.* 85.13
*Cathar.* 698.15
*Marſic.* 517.32
*Poten.* 240.21
*Sarnen.* 578.22
*Tranen.* 406.15
Antonius Attaffi *Sarn.* 582.50
Bocautus *Amalph.* 251.53
Chevenix *Minerb.* 748.26
Coccinus *Angl.* 106.43
Columna *Salern.* 440.83
de Marco *Veſtan.* 877.46
Marſilius *Salern.* 441.84
de Muro *Caprear.* 263.19
de Roſa *Polic.* 569.42
Thomaſius *Biteét.* 683.31
Laurus *Campan.* 457. 3
de Oſsos *Salern.* 445.95
Romanus *Ruben.* 767.34
Marcuttinus *Lavell.* 741. 8
Marguardus *Veſtan.* 866.2
Marinus *Biteét.* 680. 5
*Sipont.* 844.62
de Acciablanca *Nuſc.* 539.21
Contarenus *Cathar.* 698.12
Drago *Cathar.* 699.26
de Falconibus *Minerb.* 747.13
Filangerius *Baren.* 626. 35
de Judice *Amalph.* 233.29
de Morula *Juven.* 732.26
de Paulis *Acher.* 51.55
Urſinus *Cannen.* 799.21
*Caperſ.* 722.23. *Gravin.* 121.28
Marius *Cathar.* 697. 2
*M Viridis.* 803.1

A Marius *Nuſc.* 537.12
*Policaſt.* 563. 7
*Salpen.* 919.26
Bologninus *Salern.* 442.85
Maurus *Venuſ.* 280.46
Ruffinus *Sarn.* 580.38
Martialis Pellegrinus *Nazar.* 787.42
Martinus *Caprear.* 263.17
*Tricar.* 252.16
*Vigil.* 944.19
Madius *Vigil.* 947.28
de Sotomajore *Andrien.* 931.22
Martius de Martiis Medices *Marſic.* 520.47
Maſcius Ferracutus *Veſtan.* 869 32
Maſsellus Mirtus *Caputaq.* 473.20
Maſtolus *Amalph.* 292.10
Matthæus *Baren.* 619.27
*Marſic.* 510.21
*M. Virid.* 806.7. 808. 12
*Polym.* 754.10
B *Salp.* 919.25
*Tricar.* 151.11
*Vigil.* 944.13
de Afflicto *Scalen.* 330. 6
Antonius *Lavell.* 741.18
de Aquino *Gravin.* 121.30
Capuanus *Amalph.* 205.21
Conſentinus *Anglon.* 108.46
de Dote *Scalen.* 337.17
de Fuſcis *Sipont.* 855.71
Granitus *Amalph.* 253. 58
de Marino *Acern.* 447.10
de Porta *Saler.* 419.50
Scaleata *Lavellen.* 741. 9
Urſinus *Sipon.* 843.57
Maurus *Minor.* 294. 4
S. Maurus *Vigil.* 937. 2
Maurus de Monte *Amalph.* 200.16
Scaunapeco *Minor.* 300. 8
Maximus de Maximis *Amalph.* 251.52
C Mayon *Polym.* 753. 6
Melillus *Andrien.* 926.15
Melillus *Salpen.* 919.22
Menelaus de Januariis *Acern.* 448.18
Mercurius *Vigilien.* 938. 3
Michael *Salern.* 377.38
Angelus de Nerulis *Lavell.* 741.17
Tontus *Nazaren.* 786.37
Vaginari *Juven.* 738.40
de Bononia *Amalph.* 256.63
Bonſius *Scalen.* 341.30
Claudius *Polym.* 756.28
Gallus *Caprear.* 269.37
Maſseottus *Biteéten.* 683.29
Retius *Nuſcan.* 541.30
Torres *Poten.* 143.45
Monocollus *Acher.* 13. 2
Muiſardus de Villargo *Venuſ.* 169. 7
Mundus *Sipon.* 820.34
Mutius de Cajeta *Baren.* 674.68
D Vitalis *Veſtan.* 870 33

# N

NAedellus *Marſican.* 517.34
Natalis de Afflictis *Scalen.* 337.15
Neapoleo *Sarnen.* 577.13.16
Nicolaus *Andrien.* 926.15
*Baren.* 603.21
*Bitun.* 688.13
*Cannen.* 797.18
*Caprear.* 263.9
*Gravin.* 118.11.119.15
*Juvenac.* 730.20
*Lavel.* 741 12
*Montis Virid.* 806.2
*Policaſt.* 563.12.14
*Polym.* 754.14.755.15
*Rapol.* 881.15

Nicolaus *Salern.* 407.48
*Salpen.* 919.14.19
*Sarn.* 577.54
*Sipont.* 852.68
*Tranen.* 906.19
*Tricar.* 152.18.153.24
*Veſtan.* 866.10
*Vigil.* 944.10.17
Angelus de Abbatiſsa *Marſic.* 518.45
Ollverius *Acern.* 449.26
Antonius de Tura *Sarn.* 582.49
Franciſcus de Maſsanella *Polic.* 565.30
Hieronymus Porfidus *Venaſ.* 173 28
Acconciamuro *Baren.* 643.46
Accrociamuri *Acher.* 45.48
Adinolphus *Aadrien.* 934 42
Antonius *Salpen.* 919.24
Beilolactus *Vigil.* 950.37
Brancaccius *Baren.* 644.42
Cerbinus *Lavel.* 745.50
de Crypta *Rapol.* 881. 13
de Dominicis *Nucer.* 532.35
Falconins *Vigil.* 945.25
de Fliſco *Aadrien.* 932.28
Grana *Anglon.* 103.36
Guerrero *Scalen.* 342.38
de Maccia *Minor.* 312.22
de Miraballis *Amalph.* 241.37
Paganus *Baren.* 647.48
Perottus *Sipon.* 857.75
Perrenſis *Rab.* 765.26
Pignatellus *Minerb.* 748.27
Piſcicellus *Acher.* 46.53
*Salern.* 434 70.435.72
de Rocco *Scalen.* 342 36
Rodulphus *Salern.* 437.78
de Sacchis *Sipon.* 845.67
Secadenarius *Vigil.* 949 34
de Siſtis *Litteren.* 273.11
Solimele *Acernen.* 448.36
Veutriglia *Acern.* 431.41
Ninus Ninius *Poten.* 192 38
Numeſius *Nucer.* 326. 2

# O

Obertus *Poten.* 239.13
Octavianus Caracciolus *Marſic.* 519.54
Octavius Bentivolus *Saler.* 436.75
Mirtus *Tricar.* 157.38
Oddo Arceoneus *Traaen.* 906.23
Marcellinus *Salpen.* 917. 8
Oliverius Carrafa *Anglon.* 101.31
Carrafa *Tricar.* 155.31
Orlandns de Ruvete *Nazar.* 777.22
Othobonus *Tranea.* 906.20

# P

Pacellus *Acern.* 448.13
Paganus *Salpen.* 917. 7
Palamides de Cuncto *Minor.* 312.24
Palladius *Salpen.* 917.2
Palmerins *Gravin.* 118.10
de Galluſio *Tricar.* 150. 6
*Juven.* 727.9
Palutius *Nuſcan.* 537.17
Pancratius *Bitun.* 687. 5
Pantaleon *Gravin.* 118. 7
de Malvetiis *Acern.* 448.17
*unt.* 687. 7
*Salpen.* 917. 1
*anner* 794.13
*Acer* 447. 3
Dor 317.44
L 540.27
J 727.6

A Paulus *Amalph.* 239.32
*Baren.* 604.16
*Minor.* 312.20
*Salpen.* 917. 6
*Sipon.* 853.70
Æmilius Philonardus *Amalph.* 253.56
Verallus *Caputaq.* 475.32
de Affattatis *Bitunt.* 688.19.
*Polyma.* 755.22
Biſantius *Cathar.* 699.18
Ciera *Veſtan.* 870.36
de Griffis *Sarn.* 581.43
Fuſcus *Sara.* 581 43
Jovius ſenior *Nucer.* 528.22
Junior *Nucer.* 530.24
Manara *Acern.* 450.31
Obertus *Venuſin.* 576.38
Palumbus *Veſtan.* 870.34
Pellegrinus *Caprear.* 468.35
Theutonicus *Sipon.* 864 94
B de Turculis *Caper.* 713.27
Ximenez *Tran.* 925.60
Peregrinus *Tran.* 900.12
Fabius *Veſtan.* 868.15
Petrus *Acern.* 547.2.8
*Acherun.* 83.3.29.30.34.34.35.45.45
*Amalph.* 190.2.191.4.198.13
*Anglon.* 80. 6
*Baren.* 593.3.601.14
*Biteſt.* 681.11.14
*Cannen.* 790.3.796.16
*Caputaq.* 470.5
*Gravin.* 118.9
*Juven.* 722.2.730.23
*Litter.* 272.2.3. 273.6.8
*Marſic.* 512.24. 513.26. 517.33
*Minor.* 306.12
*M. Viridis.* 806. 4
*Nazar.* 773.12.22
*Nucer.* 527.16
C *Polym.* 749. 5
*Poten.* 133. 3
*Rapol.* 880. 9
*Scalen.* 336.13.337.14
*Salern.* 359.21.360.27.362.30.31.363.33
*Salpen.* 918. 9
*Sarnea.* 572. 3
*Sipont.* 819.27. 844.60. 845.64
*Venaſ.* 168.3.172 11.15.17
Aloyſius Carrafa *Tricar.* 158.42.43
Antonins Caſamaxima *Polym.* 757.33
Pinus *Polyma.* 765.47
Franciſcus Ferrus *Nazar.* 778.28
*Polym.* 757.35
Gulllelmns de Rocca *Salern.* 435.73
Joannes de Baraballis *Acher.* 46.50
Paulus Bonſius *Acer.* 451.35. *Cuper.* 716.40
Periſius *Nuſc.* 539.22
Ruſſi *Nuſc.* 541.34
de Affattatis *Minor.* 315.34
D de Albis *Nazar.* 778.25
de Archia *Acher.* 43.40
de Aretio *Acern.* 449.20
Baccarius *Cuperſ.* 312.13
Beſsine *Caprear.* 263.15
Capuanus *Amalph.* 233.28
Capullius *Caperſ.* 715.36
de Cidonilia *Minerb.* 746.5. *Cannen.* 794.14
de Diano *Marſic.* 517.37
de Filiis *Naſcan.* 540.26
de Gabriellis *Raben.* 764.11
Gargentis *Ruben.* 764. 7
Magrus *Policaſt.* 567.37
Matta *Caputaq.* 478.36
de Migola *Caperſan.* 713.25
Minutulus *Rapoll.* 882.21
Pappacarbonus *Policaſt.* 543. 1
Pellagarius *Lavellen.* 747.20
Perrenſis *Ruben.* 765.24

Pe.

Petrus Pliſcus *Lavell.* 742.28
Recanatus *Juven.* 732. 27
de Renza *Caperſan.* 712.17
de Roccaargenti *M. Viridis.* 808.10
Rodulphus *Venuſin.* 179.43
Roſa *Raben.* 765.22
de Serlupis *Tricar.* 151.14
Strambonus *Nacer.* 527.18
de Torres *Poten.* 144.50. *Tranen.* 915.61
Vecchia *Andrien.* 933.39
Yperinus *Marſic.* 515.30
Philippus *Anglon.* 95.19
*Capataq.* 470. 8
*Gravin.* 120.12
*Lavell.* 741. 6
*Minor.* 310.18
*Salern.* 424.52
*Sipont.* 845.63
*Tranen.* 906.21. 908.29
*Venaſ.* 168.1.
Adimarius *Nazar.* 779.30
Auguſtaricius *Amalph.* 223.25
Canſacchus *Gravin.* 128.43
Condulmarius *Nazar.* 787.43
Faſius Caponius *Litter.* 275.28
Jacobius *Polic.* 567.38
de Mango *Caputaq.* 471.10
Maſſarenga *Bitan.* 694.40
Meda *Caperſ.* 718.44
Mazzula *Caprear.* 265.28
Sarluca *Anglon.* 95.20
Spinellus *Policaſt.* 566.33
Piſanus *Acern.* 447. 1
Placidus *Andrien.* 916. 5
Padiglia *Lavell.* 744.44
Scoppa *Venaſ.* 182.55
Pompejus Columna *Acernen.* 449.23
*Poten.* 142.37. *Sarnen.* 579.35
Sanellius *Vigil.* 952.45
Primerius *Amalph.* 189. 1
*Nuceriæ.* 526. 3
Priſcus *Nuceriæ.* 526. 1
S. Procopius *Ruben.* 764. 2
Ptolomæus Gallius *Sipont.* 861.85
Pyrrhus Aloyſius *Policaſt.* 565.25

## Q

Quirinus Longus *Lavellen.* 742.22

## R

Rachenaldus *Salern.* 361.29
Raho *Litter.* 273. 7
Raonus *Polym.* 755.23
Raphael Raſtellus *Caprear.* 267.31
Rocca *Caprear.* 264.21
Thomeus *Polymn.* 757.36
Toſſi *Minor.* 321.51
Raymundus *Catharen.* 698.10
*Juvenacen.* 730.18
de Puteo *Veſtan.* 873.39
Senilis *Rapoll.* 884.29
Raynaldus *Acher.* 34 36
*Baren.* 622.31
*Salpen.* 917. 3
de Leontino *Marſic.* 506.18
Redemptus *Tranen.* 888. 1
Reginaldus *Marſic.* 506.19
Renovatus *Salern.* 353.13
Richardus *Acher.* 33.33
S. Richardus *Andrien.* 921.1. 925.3
*Anglon.* 93.18
*Canaen.* 799.19
*Minerb.* 746. 4
*Nazaren.* 773.14
*Polym.* 753.2.3
*Tricaric.* 151. 8
Caracciolus *Gravin.* 119.16
de Olibano *Acher.* 46.52

A Richardus de Sylveſtris *Tran.* 909.34
Riſus *Baren.* 614.25
*Saenen.* 571. 1
Robaldus *Amalph.* 204.19
*Acher.* 32.32.44.44
*Anglon.* 83. 8
*Bituntin.* 688.11
*Gravin.* 117. 4
*Lavellen.* 741.15
*Nazaren.* 771.3.4
*Tricar.* 148. 3
*Venuſ.* 172.10
Archuſati *Saler.* 429. 57
Brancia *Amalph.* 240.34
Caſcello *Litter.* 273.10
de Noja *Minerb.* 746.12
de Prie *Amalph.* 246.43
de Procopio *Venuſ.* 173.26
de Robertis *Tricar.* 158.41
Sanſeverinus *Baren.* 647. 47
B Roboam *Anglon.* 79. 4
Roctolus *Salern.* 359.22
Rodericus *Baren.* 601.11
Rodoaldus *Baren.* 601. 9
Rodoaltus *Salern.* 359.20
Rodopertus *Salern.* 358.19
Rodulphus *Acher.* 24. 18
Alanus *Marſic.* 496. 2
Pius *Salern.* 438.79
Rogerius *Cannen.* 789. 3
*Caprear.* 263.10
*Caperſan.* 704. 5
*Marſicen.* 505.16. 510.23
*Nuſcan.* 534.3. 536.5
*Saen.* 572. 7
*Venuſin.* 169. 8
de Anglone *Sipont.* 834.52
de Atella *Andrien.* 931. 21
Geſualdus *Naſcan.* 537. 9
Sanſeverinus *Baren.* 642.40
C *Rapollan.* 880.7.8
*Tricar.* 148.5. 150.12
de Longobardis *Gravin.* 120.25
de Mareſcallis *Anglon.* 97. 22
Sanſeverinus *Salern.* 431.63
Romanus *Acher.* 13. 1
*Minor.* 310.19
Romualdus *Salern.* 396.45. 399.47
Griſonus *Baren.* 629.38
Protoſpata *Baren.* 603.20
Romulus de Valentibus *Caperſ.* 714.34
Roſimanus Caſamaxima *Polym.* 757.32
Rufinus *Sipont.* 818.13

## S

Sabas de Carbonibus *Tricar.* 154.25
Salvator Miroballus *Nazar.* 788.48
Salvius *Juvenac.* 728.11
D *Salpen.* 919.17
Saluſtius Peculus *Venuſ.* 180. 49
Samperius *Veſt.* 866.11
Sampſon de Cayano *Marſic.* 517.39
Samuel *Gravin.* 118.6
Sancius *Minerb.* 746. 9
Santillus de Simeone *Minor.* 313.27
Saxo *Caperſ.* 703. 4
Saxun *Sipont.* 844.59
Scipio Carrocius *Acern.* 451.40
de Martinis *Polym.* 759.44
de Tolſa *Acher.* 65.64. *Tran.* 911.52
Sebaſtianus *Baren.* 593. 5
ab Alexandro *Ruben.* 768.39
Barnabas *Poten.* 141.40 *Juven.* 735.34
Delius *Bitunt.* 689.30
Loccavella *Litter.* 275.25
Periſſi *Nucer.* 332.35
Pighinus *Sipon.* 860.81

Secundus *Catburen.* 698.11 A
Sempronius *Marſic.* 487. 1
Seonus *Lavel.* 740. 3
Seraphinus de Vicariis *Nucer.* 531.27
Sergius *Amalph.* 192.6, 199.13
*Minor.* 292. 1
*Scalen.* 327. 1
Freccia *Sipon.* 825.44
Griſonus *Amalph.* 236.31
Sigiſmundus Donatus *Venuſ.* 180.41
Pappacauda *Venuſ.* 174.29
Saracenus *Acher.* 63.61
Thaddæus *Biteđ.* 683.30
Silvaggius Primitellus *Lavell.* 744.39
Simeon *Anglon.* 71. 3
*Ruben.* 765.21
Carraſa *Acher.* 67.70
Gritti *Cuthar.* 699. 28
Lunadorus *Nucer.* 531.26
de Rayano *Vigilien.* 944.20
Simon *Veſtun.* 866. 4 B
Gattula *Venuſ.* 176.36
de Nor *Andrien.* 932.17
Veglinus *Tricar.* 261.50
Simplicius *Cuperſ.* 701. 1
Caravita *Amalph.* 256.62
Sixtus Maria Pirontus *Surn.* 582.48
Coleta *Ruben.* 765.20
Stephanus *Acher.* 137.24.23.24.25
*Bitunt.* 688.10
*Cuperſ.* 705.11. 712.16
*Litteren.* 272. 1
*Minoren.* 296. 6
*Ruben.* 765.18
*Salpen.* 917. 5
*Venuſin.* 168. 4
*Vigil.* 938.7
Gabriel Merinus *Baren.* 651.54
Alfanus *Cuperſ.* 712.21
Capanus *Lavel.* 741.19
Carraria *Tricar.* 152.23 C
Gobernus *Acher.* 46. 51
Muſcatellus *Nuſcan.* 539.19
Quaranta *Amalph.* 254.60
Robertus *Tricar.* 158.40
de Solis *Sarnen.* 581.46
Sulpitius Aquaviva *Biteđ.* 681.17. *Cuperſ.* 713.28
Conſtantinus *Nucer.* 830.25
Surbimius *Trunen.* 891. 4
Sylvius *Acher.* 13. 4
Paſſerinus *Sarn.* 579.32
Sylveſter Matera *Anglon.* 90.14

## T

TAlonius *Salern.* 353.15
Tancredus *Gravin.* 119.18
Teupus *Salern.* 359.24
Theobaldus *Cunnen.* 794.15
*Surn.* 578.17 D
Theodorus Scacclavento *Scalen.* 332. 8
Theodoſius *Acher.* 13. 5
Thomas *Bitunt.* 687. 6
*Caputaq.* 474.28
*Cuthar.* 698. 5
*Gravin.* 117. 5
*Litter.* 273.12
*Marſic.* 513.29
*Minor.* 313.30
*Policaſt.* 563.10
*Rapol.* 881.18
*Tricar.* 152.17
*Venuſ.* 172.19
Maria Ruffus *Baren.* 671.66
Aquaviva *Bitun.* 692.38
Arichonius *Trun.* 914. 57
de Beringariis *Caput.* 473.16
Brancaccius *Tricar.* 152.20
Thomas Brandulinus *Minor.* 316.42
Carraſa *Caputaq.* 480.39
Malateſta *Veſtun.* 869.31
de Mango *Caput.* 471.11
Regulanus *Amalph.* 245.41
Roſa *Polic.* 588.40
de Sarria *Trun.* 915.58
Stella *Lavell.* 743.31
*Salpen.* 919.28
Tauratio *M. Viridis.* 808.11
Zerula *Minor.* 316.40
Tiberius Carraſa *Poten.* 142.39
Criſpus *Amalph.* 251.51
Corteſius *Lavell.* 744.36
Nardinus *Sipon.* 856.76
Muſcettnia *Sipont.* 865.98
Timotheus Caſelius *Marſic.* 520.52
Toto *Sipont.* 818.16
Trajanus Bocgutus *Caprear.* 265.80
Tranſmundus *Minerb.* 748. 2
Triſonus Biſantius *Cathar.* 698.16
Troilus Carraſa *Rapoll.* 883. 25
Magneſius *Lavell.* 742.21
Tuderiſius *Marſic.* 496.4

## V

VAldefridus *Sipont.* 819.28
Valentinus *Salern.* 352. 5
de Apreja *Litter.* 274.22
Valerius Mutus *Biſeglien.* 682.25
Urſinus *Nucer.* 526. 8
Ubertus Gambara *Polycaſt.* 565.29
Verterandus *Trunen.* 900.11
Verus *Saler.* 352. 3
Villelmus *Anglon.* 79. 3
*Sipont.* 825.45
Vincentius *Lavel.* 740.4 *Sipont.* 819.30
Maria Urſinus *Sipon.* 865.97
Baſſus *Andrien.* 932.32
Buccaferrus *Marſic.* 519.45
Bucchius *Cuthar.* 699.24
Calceus *Venuſ.* 180.44
Caputus *Andrien.* 933.34
Ceperanus *Sarn.* 580.42
Corcinnus *Caputaq.* 483.43
Galeota *Rapoll.* 882.22
de Galeotis *Caputaq.* 474.26
Herculanus *Sarn.* 580.41
Juſtinianus *Grav.* 122.38
Lanfrancus *Acher.* 67.72
Martinellus *Cuperſ.* 715.37
Palmerius *Acher.* 56.57
Peritus *Lavell.* 744.40
Pinerius *Polym.* 758.43
Piſtachius *Biteđ.* 681.19
de Sylva *Polic.* 567.39
Vitellianus *Sipont.* 818.12
Vivianus de Vivianis *M. Viridis.* 808.13
Vitus *Tricar.* 152.19
de Aquaviva *Biteđ.* 680. 8
Uldaricus *Sipont.* 823.38
Unfridus *Sarn.* 572. 3
Urbanus Feliceus *Polic.* 566.36
Urſinus *M. Viridis.* 806. 3
Urſus *Amalph.* 192. 7
*Baren.* 604. 23
*Gravin.* 117. 3
*Juven.* 723.4. 727.8
*Minoren.* 292. 2
*Rapoll.* 879. 1
*Ruben.* 764. 8
*Scalen.* 327. 3
*Sipon.* 819. 21
*Tricar.* 155.28
Minutulus *Salern.* 430.61

## Z

Zacharias *Saler.* 353.10

IN-

# INDEX

## Cognominum omnium Epiſcoporum, qui in hoc ſeptimo tomo Italiæ Sacræ continentur ordine alphabetico diſpoſitus.

*Primus num. columnam, ſecundus numerum marginalem deſignat.*

## A


de ABbatiſſa Nicolans Angelus *Marſic.* 518.41
Abillaneda Franciſcus *Acber.* 64.63
Accariſius Jacobus *Veſtan.* 870.37
de Acciabianca Hieronymus *Nuſcan.* 539.22
Marinus *Nuſcan.* 539 21
Accoltus Benedictus *Policaſt.* 565.26
Acconciamuſo Nicolaus *Baren.* 647.46
*Acherun.* 45.48
Acutus Joannes *Marſic.* 510.22
Adimarius Philippus *Nazaren.* 779.30
Adinolphus Nicolaus *Andrien.* 934.42
Affatatis Petrus *Minor.* 315.34
de Afflicto Conſtantinus *Scalenen.* 328.5
Franciſcus *Scalen.* 339.26
Matthæus *Scalen.* 330. 6
Natalis *Scalen.* 337.15
Agellius Antonius *Acern.* 449.30
Agneſius Troilus *Lavel.* 742.21
Aſtorgius *Cannen.* 799.22
de Alaneo Andreas *Amalph.* 229.26
*Minor.* 309.14
Beltrandus *Amalph.* 239.33
Cæſarius *Salern.* 417.49
Alanus Rodulphus *Marſic.* 496. 2
de Alarcon Lupus *Bitun.* 689.29
Albergatus Antonius *Vigil.* 949.36
de Albis Petrus *Nazaren.* 778.25
ab Alexandro Sebaſtianus *Ruben.* 768.39
de Alfatatis Paulus *Bitunt.* 688.19
*Polym.* 755.22
Alferius Agnellus *Juven.* 738.41
Almenſa Joannes *Policaſt.* 564.20
de Aloyſio Joannes *Caprear.* 263.20
Aloyſius Pyrrhus *Policaſt.* 565.25
Altilius Gabriel *Policaſt.* 564.19
Alphanns Stephanus *Cuperſ.* 712.21
Alvarez Alphonſus *Salern.* 445.93
Didacus *Tran.* 914.56
Alveniacus Guillelmus *Juven.* 729.14
Amaneus Joan. Paulus *Anglon.* 102.35
Amatus Joannes *Minor.* 315.37
Anchamonus Carolus *Biteſt.* 681.13
Angelus Antonius *Poten.* 141.28
de Anglone Rogerius *Sipon.* 834.52
de Angreranis Julianus *Nucer.* 527.13
de Anna Ferdinandus *Amalph.* 248.48
Anſanus Donatus *Marſic.* 324.59
Antinorus Fabritius *Acherun.* 65.68
Antolices Joannes *Juven.* 734.33
Apicellus Ferdinandus *Ruben.* 767.35
de Appiano Jacobus *Gravin.* 121.29
de Aprano Bartholomæus *Salern.* 433.69
de Apreja Valentinus *Litter.* 274.22
Aquaviva Donatus *Cuper.* 714.30
Ioannes *Amalph.* 236.30
A Aquaviva Ioannes *Salern.* 432.66
Sulpitius *Biteſt.* 681.17
Sulpitius *Cuper.* 713.28
Thomas *Bitun.* 692.38
Vitus *Biteſt.* 680.8
de Aquino Angelus *Sarnen.* 572 10
Andreas *Tricar.* 159.44
Antonius *Sarnen.* 581.45
Matthæus *Gravin.* 121 30
de Aragonia Aloyſius *Caputaq.* 474.25
de Aragonia Joannes *Polic.* 565.22
Aragonius Ioannes *Saler.* 435.74
Arbaudus Lambertus *Venuſ.* 175.32
Arborienſis Ioannes *Poten.* 141. 35
Arcella Fabritius *Polic.* 565.28
Arceoneus Oddo *Tran.* 906.23
de Archia Petrus *Acher.* 43.40
Archilegius Angelus *Marſic.* 529.46
Archudius Franciſcus *Nuſcan.* 541.31
Archufati Robertus *Saler.* 429.57
B Arena Cæſar *Biteſt.* 682.24
de Aretio Petrus *Acernen.* 449.20
Arianus Andreas *Andrien.* 933.41
Arichonius Thomas *Tran.* 914.57
Arminius Fulgentius *Nuſcan.* 541.37
de Arpino Benedictus *Poten.* 140.23
Aſtoreus Antonius *Litter.* 275.26
de Atella Rogerius *Andrien.* 931.27
Attaſſi M. Antonius *Sarn.* 582.50
Attaldus Ioannes *Tran.* 910.42
Auguſtaricius Philippus *Amalph.* 223.25
de Averſa Manfredus *Acern.* 448.14
Aviſa Ioſeph *Campan.* 459.12
de Avolos Bonaventura *Nucer.* 532.30
de Aurea Andreas *Andrien.* 927 17
de Auria Franciſcus *Lavel.* 741.13
Aurilia Iacobus *Cannen.* 800.23
Jacobus *Nazaren.* 774.20
Ayelus Franciſcus *Baren.* 648.49
Antonius *Baren.* 650.52
C


## B


BAccarias Petrus *Cuperſ.* 712.14
Baldinus Jo. Archangelus *Gravin.* 127.41
Baleſtrarius Antonius *Amalph.* 246.44
Balvaſyus Guillelmus *Nazar.* 773.15
de Banchis Iacobus *Tranen.* 909.38
de Baraballis Petrus Ioannes *Acherunt.* 46.50
Barborinus Maphæus *Nazaren.* 786.36
Barbianus Bernardinus *Vigil.* 946.27
de Barghettinis Abiatarus *Ruben.* 764.5
Barilis Angelus *Lavellen.* 741.11
Barnaba Sebaſtianus *Poten.* 142.40
Sebaſtianus *Juven.* 735.34
Barreta Angelus *Caprear.* 264.24

de Barzellinis Baezellinus *Campan.* 458.7
Baſiliſcus Hoeatius *Minor.* 315.39
Baſſus Vincentius *Andrien.* 932.32
Bellolactns Nicolaus *Vigil.* 950.17
Bellus Laurentius *Capataq.* 475.33
de Benavente Balthaſsae *Poten.* 144.49
Benedictus Jacobus *Nucer.* 527.14
Benignınus Gregorius *Nazar.* 778.23
Bennius Franciſcus *Scal.* 340.29
Bentivolus Ludovicus *Policaſ.* 565.31
Octavius *Salern.* 436.75
de Beringeriis Thomas *Caputaq.* 473.16
Berſillus Angelus *Nuſc.* 537.14
Bertinus Franciſcus *Caputaq.* 474.22
Beetrandus Guillelmus *Sarn.* 579.33
Beſsone Petrus *Caprear.* 263.15
Bilaqua Hieronymus *Nazaren.* 786.35
Biſaotius Lucaa *Cathar.* 698.57
Paulus *Cathar.* 699.18
Triſonus *Cathar.* 698.16
Blondus Franciſcos Antonius *Capr.* 268.34
Boczutus Trajanus *Capr.* 265.30
M. Antonios *Amalph.* 265.53
Boerius Bonaveotura *Salern.* 445.16
Bologninus Marſius *Salernit.* 445.85
de Bonacurſis Leonardus *Vigil.* 948.32
Bonacurſi Franciſcus *Gravin.* 120.23
Bonafides Leonardus *Veſtan.* 867.23
Boncompaguus Hugn *Veſtan.* 869.27
Boncorus Iacobus *Biteſt.* 680.7
Ioſeph *Lavellen.* 745.45
Bondola Joſeph *Campan.* 462.16
de Boojoanne Bernardious *Venuſ.* 574.31
Bonitus Antonius *Acern.* 448.19
Andeeas *Capataq.* 481.41
de Bononla Michael *Amalph.* 216.63
Bonſius Michael *Scalen.* 341.30
Peteus Paulus *Acern.* 451.35
*Caperſ.* 716.40
de Boovíſis Bonviſus *Baren.* 656.60
Bonus Io. Petrus *Minor.* 314.31
de Boſcolis Bonaventuea *Polymn.* 754.11
Boſius Franciſcus *Gravin.* 522.14
Botti Antonius *Minor.* 319.46
Bottilierius Io. Leonardus *Litter.* 276.31
Bottious Donatus *Caper.* 713.25
Andreas *Caperſ.* 717.43
Antonius Maria *Acher.* 67.74
Baetholomæus *Tran.* 907.26
Brancaccius Feanciſcus Maria *Capataq.* 479.17
Ioſulus *Poten.* 141.31
Nicolaus *Baren.* 644.42
Thomas *Tricar.* 152.20
Brancatus Antonius *Gravin.* 121.31
Beancia Robertns *Amalph.* 240 34
Brandolious Thomas *Minor.* 113.42
Brunachius Aotonius *Caper.* 715.38
Bruſchus Feanciſcus *Litteren.* 276.32
de Bellantibus Feanciſcus *M.Virid.* 806.8
Buccaferrus Vincentius *Marſic.* 519.45
Hieeooymus *Cathar.* 699.20
Bucchius Vincentius *Cathar.* 699.24
Buccuthus Leonardus *Nazaren.* 778.24
Bueattus Beroardus *Sipon.* 863.90
Burgiua Ioaunes *Sipon.* 856 74
Buſconus Carolns *Veſtan.* 867.18

# C

CAjeta Franciſcus *Biteſten.* 683.32
Mutius *Barea.* 674.68
Cajetanos Cherubinus *Campan.* 457.1
Calceus Vincentius *Venuſ.* 180.44
Campagna Anellus *Nuſcan.* 541.33
del Campanaro Iacobus *Tran.* 908.31
Campanella Ioannes *Minerb.* 746.11
A Campanilis Ioan. Auguſtinus *Minor.* 315.38
Campegius Laurentius *Nazar.* 778.27
Cancellotus Cæſar *Vigil.* 950.41
Canoſsa Ludovicus *Tricar.* 150.32
Canſacchus Philippus *Gravin.* 528.43
Io. Baptiſta *Bitan.* 695.4[illegible]
Capelettus Benedictus *Sipont.* 864.96
Capilupus Io. Baptiſta *Polymn.* 760.46
de Capiteferro Bartholomæus *M.Viridis.* 808.17
de Capoblanco Bartholomæus *Litter.* 274.23
Capograſsus Aodreas *Acera.* 447.5
Capogroſso Feanciſcus *Policaſt.* 563.11
Caporalis Iacobus Antonius *Minerb.* 747.20
Capponius Philippns Faſius *Litter.* 275.28
Capranica Angelus Sipon. 856.72
Capeious Ioachim Feanciſcus *Biteſt.* 686.36
de Capeiolis Antonius *Tricar.* 157.36
de Capua Fabritius *Anglon.* 100.28
Guillelmus *Salern.* 432.67
Ioſeph *Scalen.* 342.35
B Capuanus Andreas *Minor.* 308.13
Aloyſius *Gravin.* 131.47
Benedictus *Salern.* 410.62
Ioannes *Amalph.* 218.22
Matthæus *Amalph.* 205.21
Petrus *Amalph.* 233.28
Capullius Petrus *Caper.* 715.36
Caputus Andreas *Litter.* 276.33
Vincentius *Andrien.* 933.34
Caracciolus Achilles *Poten.* 142.42
Andeeas *Sipon.* 863.95
Beeardus *Capataq.* 473.17
Decius *Baren.* 659 62
Ioannes *Anglon.* 98.23
Iulius *Tran.* 912.53
Landulphus *Amalph.* 231.27
Octavianus *Marſic.* 519.44
Richardus *Gravin.* 119.16
Caramuel Io anne *Campan.* 460.13
Caravita Camillus *Veſt.* 876.44
C Simplicios *Amalph.* 256.61
de Carbooibus Saba *Tricar.* 554.25
Caedoſus Gaſpar *Poten.* 142.41
Carduccius Franciſcus *Campan.* 459.11
Carillo Alphonſus *Veſt.* 868.24
Cariſſimus Altobellus *Minerb.* 247.21
Carleno Antonius *Amalph.* 241.36
de Caro Hieronymus *Nazar.* 779.35
*M.Viridis.* 808.18
Carocios Scipio *Acern.* 451.40
Caroſius Franciſcus *Tran.* 909.17
Carozza Iacobus Anton. *Caperſ.* 714.32
Carraſa Bartholomæus *Baren.* 643.41
Diomedes *Tricar.* 157.39
Fabritius *Bitant.* 691.36
Gregorius *Salern.* 445.92
Iacobus *Baren.* 646.45
Io. Baptiſta *Nucer.* 512.34
Ioan. Vincentius *Anglon.* 101.30
Oliveeius *Anglon.* 101.31
D Oliverius *Tricar.* 155.31
Petrus Aloyſius *Tricar.* 158.42
Petrus Aloyſius Iunioe *Tricar.* 158.43
Simeon *Acheran.* 67 40
Tibeeius *Poten.* 142.39
Troilos *Rapoll.* 883.25
Thomas *Capataq.* 480.39
Carraeia Stephanus *Tricar.* 152.23
Carubba Iacobus *Iuven.* 730.17
Carus Ioſeph *Ruben.* 768.38
Caſamaxima Petrus Antonius *Polym.* 757.33
Roſimaous *Polym.* 757.32
Caſelius Ioſeph *Marſic.* 520.52
Caſsandra Auguſtinus *Gravin.* 124.19
Caſſianus Antonius *Andrien.* 913.17
Caſtellar Ioannes *Tranen.* 910.43
Caſtellioneus Io. Philippus *Potent.* 141.32
Caſtellioneus Io. Iacobus *Baren.* 651.53
de Caſtello Robertus *Litter.* 273.10

Ca-

Caſtellomata Joannes *Policaſt.* 562. 6 A
de Caſtro Ferdinandus *Scalen.* 338.19
de Cavalcaotibus Benedictus *Rapellan.* 881. 14
Aloyſius *Nuſcar.* 540.24
Cavalerius Marcellus *Gravia.* 129.46
de Cavellis Joannes *Minor.* 303.10
de Cayano Sampſon *Marſic.* 517.39
Cedronius Dominicus Maria *Bitunt.* 696.43
Cenninus Dominicus *Gravin.* 128.44
Ceperanus Vincentius *Sarnen.* 580. 42
Cerbinus Nicolaus *Lavel.* 745.50
de Cerretania Joannes *Nucer.* 527.17
Cervaotes Gaſpar *Salern.* 44 .82
Chiaſconius Jacobus *Anglon.* 98.26
Chyurlia Hyaciothus Cajetanus *Juven.* 738.42
Ciantes Joſeph *Marſic.* 521.53
de Cidonilla Petrus *Cannen.* 794.14
*Minerb.* 746. 5
Ciera Paulus *Veſtan.* 870.36
Cipollonius Antonius *Juven.* 730.19
Citus Joannes *Litter.* 278.36 B
Civaleria Antooius *Venuſ.* 174.30
Claudius Michael *Polymn.* 736.28
Claverius Bonaveotura *Poten.* 544.46
Cocciuus M. Antonius *Aaglon.* 106.43
de Coccio Bernardus *Gravin.* 119. 59
de Coletis Sixtus *Rubea.* 765. 20
Aotooius *Ruben.* 765.25
de Collemedio Guido *Salern.* 428 54
de Colopardo Joaones *Bitect.* 680. 4
Columna M. Aotonius *Salern.* 440.83
Pompejus *Acern.* 449.23
*Potent.* 542. 37
de Comite Franciſcus *Caputaq.* 473.21
Urſo Bartholomæus *Minoren.* 309.15
Coudulmarius Philippus *Nazar.* 787.43
Confectus Clemens *Acera.* 451.36
Conſentinus Matthæus *Angl.* 508.46
Couſtautinus Sulpitius *Nucer.* 530.25
Coutarenus Mariou s *Catbar.* 698.12
Contellus Joannes *Acber.* 45.46 C
de Conteſtabilibus Jo. Baptiſta *Minor.* 313.26
Coraſius Leucius *Bitunt.* 687. 8
Corcionus Vincentius *Caputaq.* 483.43
Corteſius Hilarius *Polic.* 566.34
Tiberius *Lavel.* 744.36
de Corvinis Laurentius *Veſt.* 874.42
Coſpius Alexander *Vigil.* 940.35
Coſtaca Berardus *Baren* 623.33
Creſceutius Alexander *Bitunt.* 692.37
Cribellus Fulvius *Tricar.* 161.47
Criſpinus Januarius *Minor.* 319.48
Joſeph *Vigil.* 951.48
Criſpus Franciſcus *Sipon.* 844.61
Tiberius *Amalph.* 251.51
de Crypta Nicolaus *Rapoll.* 881. 13
de Cuncto Andreas *Amalph.* 244.40
*Minor.* 313.25
Palamides *Minor.* 312.24
Cueva Bartholomæus *Sipont.* 860.84
de Cupis Joau. Dominicus *Tranen.* 910. 47 D
Curialis Andreas *Litter.* 274.21
Cutillus Carolus *Minor.* 321.49

# D

DAſmaris Henricus *Grav.* 120.26
Davanzatus Joſeph *Tran.* 916.62
Delius Senaſtianus *Bitun.* 689.30
Delrio Antonios *Acber.* 67.73
Deſii Jo. Baptiſta *Venuſ.* 182.52
Detus Alexander *Anglon.* 106. 42
Jo. Baptiſta *Anglon.* 505.41
de Diano Petrus *Marſic.* 517.37
de Domioicis Nicolaus *Nucer.* 532.35
Donatus Patritius *Minor.* 317 44
Sigiſmundus *Venuſ.* 580.45
Dondeus Joannes *Andrien.* 927.18
de Dote Matthæus *Scalen.* 337.17
Drago Marinus *Catbar.* 699.26
Dragonettus Hyacinthus *Nuſcan.* 541.39

# E

EGittius Alexander *Andrien.* 933.38
Euſteutevilla Aogoſtinus *Sarnen.* 579.28

# F

FAblus Peregrinus *Veſt.* 868.25
Falconaccius Jacobus *Bitun.* 688.12
de Falconibus Marinus *Minerb.* 747.13
Falconius Franciſcus *Vigil.* 945.24
Nicolaus *Vigil.* 945.24
Falivenia Auguſtious *Caprear.* 264.23
Falvus Io. Baptiſta *Marſic.* 523.55
Farneſius Alexander *Bitun.* 689.28
Faſolus Angelus *Catbar.* 698.14
de Favoronibus Augoſtinus *Nazaren.* 773.19
Feliceus Urbanus *Policaſt.* 566.36
Fera Antonius *Marſic.* 520.50
Ferracutus Maſcius *Veſtan.* 869.32
Ferrarius Carolus *Bitun.* 695.41
Ferrentillus Aoguſtin. *Cuperſ.* 715.39
Ferrettus Ioannes *Caprear.* 263.24
Io. Petrus *Lavell.* 743.32
Ferrus Io. Bartholomæos *Litter.* 275.27
Petrus Franciſcus *Nazaren.* 778.28
*Polym.* 757.35
Fidelis Leo *Lavell.* 744.38
Figueora Bernardinus *Nazaren.* 782.32
Filangerius Henricus *Baren.* 627.36
Marinus *Baren.* 626.35
de Filiis Petrus *Nuſcan.* 540.26
Firiolus Evangeliſta *Scalen.* 337.16
Flume Igoatios Maria *Polym.* 759.45
de Fliſco Ioaunea Franciſcus *Andrien.* 932.29
Lucas *Andrien.* 932.32
Nicolaus *Andrien.* 932.28
Flonoblet Ludovicus *Anglon.* 98.25
Florebellus Antonius *Lavellen.* 743.34
Flores Angelus *Andrien.* 931.23
Gaſpar *Salpen.* 919.28
Floris Franciſcus *Tran.* 910.44
Folenghius Hieronymus *Tricar.* 156.34
Folgori Dominicus *Nazar.* 788.45
Fontana Franciſcus Xaverius *Campan.* 468.57
Fortiguerra Ioao. Petrus *Bitun.* 689.32
de Foſsa Gaſpar *Scalen.* 338.22
de Franchis Andreas *Tran.* 913.54
Laurentius *Caprear.* 268.32
*Minor.* 317.43
Aotonius *Andrien.* 932.33
Franciſchiuus Felix *Andrien.* 933.36
Franconius Hippolytus *Nucer.* 532.29
Fregoſius Federicus *Salern.* 436.77
Fricia Sergius *Sipon.* 825 44
Frigerios Barthol. *Venuſ.* 180. 48
Fumarellus Bernardiuus *Minerb.* 747.15
Furconius Ludovicus *Iaven.* 734.32
de Fuſcis Matthias *Sipon.* 855. 71
de Fuſco Andreas *Venuſ.* 173.24
Fuſcus Paulus *Sarnen.* 581.43

# G

de GAbrieliis Petrus *Ruben.* 764.11
Gabrielius Felix *Nucer.* 532.31
Gadalectus Alexander *Naſcan.* 540 25
Gaddius Guilielmus *Vigil.* 950.39
Gaglianus Dominicus *Litter.* 279.37
Galbiatus Ludovicus *Acern.* 450.34
Galeota Vincentios *Rapol.* 882.22
de Galeotis Vinceotius *Caputaq.* 474.26

Gal-

Galganc Hector *Iuven.* 730.25
Galleſius Dominicus *Rub.* 768.41
Gallettus Flavius *Anglon.* 106.44
de Gallinario Ioannes *Gravin.* 120.20
Galliſius Dominicus *Litter.* 280.38
Gallius Ptolomæus *Sipont.* 861.85
Gallus Franciſcus *Bitun.* 693.39
Michael *Caprear.* 269.37
de Gallufio Palmerius *Tricar.* 150.6
Gambacurta Ioannes *Marſic.* 524.56
Gambara Ubertus *Polic.* 565.29
Gambadorus Bartholomæus *Ruben.* 768.44
Gargentis Petrus *Ruben.* 764.7
Garguſia Antonius *Veſtan.* 869.28
de Garofalis Gabriel *Nucer.* 526.12
Gattula Simon *Venuſ.* 176.36
Gerardinus Agapitus *Sipon.* 858.77
Geſualdus Aſcanius *Baren.* 664.63
Malitia *Rapol.* 882.24
Rogerius *Nuſcan.* 537.9
Giliolus Alphonſus *Anglon.* 104.40
de Giliotto Laurentius *Veſtan.* 866.13
Giocoli Carolus Franciſcus *Caputaq.* 484.45
de Gionetto Euſebius *Caprear.* 264.22
Glielmus Antonius *Acern.* 451.38
Gobernus Stephanus *Achor.* 46.51
de Godonio Guillelmus *Saler.* 428.53
Gomez Ludovicus *Sarn.* 580.36
Grana Nicolaus *Anglon.* 103.36
Granaſeus Joannes *Baren.* 669.65
de Grandis Julius *Anglon.* 102.34
Grandopolus Jo. Bernardinus *Litter.* 276.30
Grauitus Matthæus *Amalph.* 253.58
de Griffis Paulus *Polym.* 755.16
Grimaldus Hieronymus *Baren.* 652.55
Griſconius Joſeph *Veſtan.* 877.45
Griſonus Romualdus *Baren.* 629.38
Sergius *Amalph.* 236.31
Gritti Simeon *Cathar.* 699.28
de Gropis Ioannes *Cuperſ.* 711.12
de Guarino Auguſtinus *Tricar.* 155.30
Guarna Fabritius *Marſic.* 518.43
Guarnerius Iulius Cæſar *Campan.* 458.6
Guanzatus Io. Baptiſta *Polym.* 757.37
Guanzellis Jo. Maria *Polym.* 757.38
Guerrero Nicolaus *Salern.* 342.38
de Guevara Ioannes *Saler.* 443.86
Guidanus Guido *Baren.* 648.50
Gabriel *Polic.* 565.21
Guidotti Antonius *Cuper.* 712.22
Gymnaſius Dominicus *Sipon.* 861.87

## H

Helvinus Bernardinus *Anglon.* 101.33
Herculanus Vincentius *Sarn.* 580.41
de S Hieronymo Andreas *Tricar.* 151.15
Honuphrius Franciſcus *Bitect.* 684.35
de Hoxeda Io Baptiſta *Tran.* 911.50

## I

Jacobatius Aſcanius *Anglon.* 103.37
Dominicus *Nucer.* 527.20
Andreas *Nucer.* 528.21
Iacobius Philippus *Polic.* 567.38
de Janderonibus Hieronymus *Amalph.* 247.47
Jannonius Io Donatus *Ruben.* 768.42
de Iannocto Antonius *Andrien.* 931.20
de Ianuariis Menelaus *Acern.* 448.18
Iordanus Lælius *Acern.* 449.28
Iovius Iulius *Nucer.* 529.23
Paulus *Nucer.* 528.22
Paulus Iunior *Nucer.* 530.24
de Iudice Balthaſar *Caputaq.* 472.14
Leornardus *B.tect.* 681.16
Marinus *Amalph.* 233.29
de Iudicibus Io. Baptiſta *Amalph.* 244.39
Iuſtinianus Balthaſar *Venuſ.* 176.40
Bernardus *Anglon.* 103.38
Vincentius *Gravin.* 122.38

## L

de Lacu Lupulus *Polym.* 755.17
Lagarius Ludovicus *Lavell.* 742.26
Lambardus Antonius *Nazaren.* 787.39
Lambertinus Cæſar *Tran.* 910.45
de Lamberto Antonius *Tran.* 909.32
Lancellottus Jacobus *Polic.* 563.15
Lanfrancus Vincentius *Acher.* 67.72
Languardus Henricus *Polic.* 564.18
de Laurentiis Donatus *Minor.* 315.35
Io Franciſcus *Venuſ.* 182.54
Laureus Bernardinus *Policaſt.* 565.23
Marcus *Campan.* 457.3
Lazarus Georgius *Minor.* 316.41
de Leis Bernardinus *Lavel.* 742.25
Lentulus Colantonius *Rapoll.* 882.23
Lentus Emygdius *Nucer.* 532.32
de Leontino Raynaldus *Marſic.* 506.18
Leopardus Franc. Antonius *Tricar.* 161.48
*Marſic.* 524.57
Leria Leonardus *Minor.* 319.45
Lerma Ioannes *Sipon.* 865.99
Lignatus Io. Andreas *Vigil.* 948.31
Limatula Livius *Bitect.* 682.27
Liparolus Franciſcus *Caprear.* 265.29
Loccavella Sebaſtianus *Litter.* 275.25
Locatellus Jo. Antonius *Venuſ.* 176.39
Loffredus Henricus *Caput.* 474.29
Carolus *Baren.* 673.67
Lomellinus Joſeph *Vigil.* 950.40
de Longobardis Rogerus *Gravin.* 120.25
Longus Quirinus *Lavel.* 742.22
Lottinus Jo. Franciſcus *Cuper.* 714.33
Lozano Didacus *Poten.* 144.47
de Luca Franciſcus Antonius *Anglon.* 106.45
*Nazar.* 787.41
Lucchettus Dominicus *Marſic.* 524.58
Lucinus Cæſar Franciſcus *Gravin.* 131.48
Lunadorus Simeon *Nucer.* 531.26
Lunatus Patritius *Nuſcan.* 540.27
Lunguardus Henricus *Acherun.* 54.56
Lupani Franciſcus *Cather.* 699.19
Lupicinus Antonius *Vigil.* 948.29

## M

Maccaſanus Georgius *Sarn.* 579.29
de Maccia Nicolaus *Minor.* 312.22
Madius Martinus *Vigil.* 937.38
de Magiſtris Leonardus *Caprear.* 264.35
Magnacutius Chriſtophanus *Polym.* 756.29
Magnanus Hieronymus *Veſtan.* 867.21
Magneſius Hieronymus *Poten.* 143.44
Magnus Petrus *Polic.* 567.37
de Mayorinis Ligorius *Salern.* 433.68
Malateſta Thomas *Veſtan.* 869.31
de Malvetiis Paraclitus *Acern.* 448.17
Manara Paulus *Acern.* 450.31
Mancinus Leonardus *Sipon.* 841.56
de Magno Philippus *Caputaq.* 471.10
Thomas *Caputaq.* 471.11
de Manna Joannes *Lavell.* 742.23
Manzolus Antonius Maria *Grav.* 122.37
Manzonius Cherubinus *Lavell.* 744.45
Maradeus Hyacinthus Camillus *Polic.* 568.41
Maramaldus Antonius *Nuſcan.* 539.26
Landulphus *Baren.* 645.44
Maranta Carolus *Juven.* 737.39
Lucius *Lavell.* 744.35
de Marcellinis Oddo *Salpen.* 917.8
de Marco M. Antonius *Veſtan.* 877.47

de Mare Io. Baptiſta *Lavel.* 744.41 A
Marerius Io. Hieronymus *Venuſ.* 179.42
de Mareſcallis Rogerius *Angl.* 97.22
Margera Georgius *Poten.* 141.33
Maricuccius Donatus *Sarn.* 580. 39
Minerb. 747.17
de Marino Matthæus *Acern.* 447.10
de la Marra Franciſcus *Anglon.* 90.15
Marſilius M. Antonius *Saler.* 441.84
de Martiis Medices Angelus *Marſicen.* 520.48
Martius *Marſicen.* 519.47
Martinellus Vincentius *Cuperſ.* 715.37
de Martinis Scipio *Polym.* 759.44
Maſius Julius *Juven.* 736.38
de Maſſanella Nicolaus Franciſcus *Polic.* 565.30
Maſsarenga Philippus *Bitun.* 694.40
Maſserottus Michael *Biteſt.* 683.29
Maſtellonus Joannes *Veſtan.* 870.38
Matera Sylveſter *Anglon.* 90.14
Matta de Haro Petrus *Caputaq.* 478.36
Matthæuccius Hieronymus *Sarnen.* 581.44 B
Matthæjus Hieronymus *Nazar.* 788.47
Matthæus Julius *Biteſt.* 682.28
Antonius *Sarn.* 582.47
Mauritius Donatus *Lavellen.* 743.30
Maurus Joannes *Nuſcan.* 541.32
Marius *Venuſ.* 180.46
de Maximis Maximus *Amalph.* 251.52
de Mayda Franciſcus *Lavell.* 744.42
Mazzula Philippus *Caprear.* 265.28
Meda Philippus *Cuperſ.* 718.44
Medices Antonius *Marſicen.* 518.42
Guido *Venuſ.* 175.33
Joannes *Amalph.* 245.42
Julius *Bitunt.* 689.26
Melioratus Coſmus *Tran.* 910.41
Memmolus Chriſtophorus *Ruben.* 766.33
Menaſra Dominicus Antonius *Acern.* 451.42
Menna Dominicus *Minor.* 319.47
Mentuatus Camillus *Campan.* 457. 2
Mercurius Jo. Andreas *Sipon.* 860.81 C
Merinus Stephanus Gabriel *Baren.* 651.54
Merullus Antonius *Sipon.* 864. 93
Mezomonaco Gaſpar *Tricar.* 161.46
Michael Io. Vincentius *Lavell.* 743.29
de Michaelibus Bartholomæus *Nucer.* 527.15
Michaelius Io. Vincentius *Minerb.* 747.18
Migolla Petrus *Cuper.* 713.26
Milatius Sebaſtianus *Lavel.* 745.49
Minutulus Petrus *Rapol.* 882.21
Urſus *Salern.* 430.61
de Miraballis Antonius *Litteren.* 274.20
Cajetanus *Amalph.* 256.61
Nicolaus *Amalph.* 241.37
Miroballus Salvator *Nazar.* 788.48
Mirtus Fabius *Nazaren.* 785.33
Maſsellus *Caputaq.* 473.20
Io. Franciſcus *Ruben.* 766.29
Horatius *Ruben.* 766.30
Iulianus *Ruben.* 766.28
Octavius *Tricar.* 157.38 D
Mirus Ioannes *Acherun.* 65.65
de Molana Horatius *Sipon.* 864.92
Molinarius Antonius *Litter.* 278.35
Molus Alexander *Minor.* 315.36
Mongiojus Laurentius *Minerb.* 747.19
de Monte Antonius *Minor.* 315.33
Antonius Maria *Sipon.* 859.78
Io. Maria *Sipon.* 859.79
Io. Maria *Polym.* 757.31
Maurus *Amalph.* 200.16
de Monte Fuſculo Ioannes *Anglon.* 84.10
Leone Dionyſius *Venuſ.* 173.25
Longo Gregorius *Sipon.* 840.55
Montilius Carolus *Amalph.* 252.54
Morellus Biſantius *Acher.* 45.49
Lælius *Caputaq.* 475.34
Morgione Franciſcus *Minor.* 321.50. *Ruben.* 768.43
Mormilius Franciſcus *Sarn.* 578.20

Morola Iacobus *Juven.* 729.15
Marinus *Iuven.* 732.26
Moroli Io. Dominicus *Polym.* 758.42
de Muro Marcus *Caprear.* 263.19
Muſcatellus Stephanus *Nuſcan.* 539.19
Muſcettola Tiberius *Sipont.* 865.98
Muſſus Cornelius *Bitun.* 689.31
Mutus Valerius *Biteſt.* 682.25

# N

NAnni Florianus *Scalen.* 340.28
Nappius Franciſcus *Polym.* 758.39
de Nardininis Tiberius *Sipon.* 858.76
Nerius Franciſcus Maria *Venuſ.* 182.53
de Nerulis Michael Angelus *Lavel.* 741.17
Nicolai Franciſcus Paulus *Caputaq.* 484.44
de Nicolinis Ioannes *Amalph.* 243.38
de Nigris Franciſcus *Salpen.* 919.23
Niguarda Felicianus *Scalen.* 339.25
Nini Jacobus *Poten.* 141.36
Ninus *Poten.* 142.38
de Noja Robertus *Minerb.* 746.12
de Nor Simon *Andrien.* 932.27
de Noteriis Franciſcus *Lavellen.* 744.46

# O

OBertus Paulus *Venuſ.* 176.38
de Olibano Richardus *Acherun.* 46.52
Oliva Alphonſus *Amalph.* 250.49
Chriſtophorus *Minor.* 312.21
Olivadicius Fabius *Lavellen.* 744.43
de Oliveriis Anſelmus *Veſtan.* 869.29
de Oliverio Franciſcus *Rapol.* 881.20
Oliverius Hieronymus *Acernen.* 449.24
Nicolaus *Acernen.* 449.26
de Oliveto Franc. *M.Viridis.* 808.14
Orabonus Angelus *Tran.* 911.51
Orificius Io. Franc. *Acern.* 449.29
Orſuccius Bartholomæus *Lavell.* 743.33
Ortega Ioannes *Poten.* 141.34
de Oſsos Marcus *Salern.* 445.95

# P

de PAce Io. Baptiſta *Caputaq.* 482.42
Didacus *Sarnen.* 582.51
Padiglia Placidus *Lavellen.* 744.44
Paganellus Aſtor *Gravin.* 122.35
Paganus Nicolaus *Baren.* 647.48
Palearea Andreas *Amalph.* 241.35
Palermus Ioſeph *Cuperſ.* 716.41
Pallanterius Hieronymus *Bitun.* 689.34
Pallavicinus Aloyſius *Marſicen.* 520.49
de Palma Bernardus *Rapol.* 880.10
Palmerius Andreas Matthæus *Sarn.* 579.34
Andreas Matthæus *Acher.* 56.58
Andreas Matthæus *Polic.* 565.27
Franciſcus *Acherun.* 61.59
Vincentius *Acherun.* 56.57
de Paltronibus Andreas *Bituntin.* 688.22
Palumbus Ambroſius *Veſtan.* 870.35
Paulus *Veſtan.* 870.34
Pamphilus Iacobus *Cathar.* 669.23
de Panella Ioannes *Caputaq.* 473.15
Pannicola Bernardinus *Scalen.* 342.33
Pantuſa Io. Antonius *Litteren.* 275.24
Pappacarbonus S. Petrus *Polic.* 543. 1
Pappacauda Aloyſius *Caputaq.* 480.38
Sigiſmundus *Venuſ.* 174.29
de Paradoſso Benedictus *Caprear.* 263.11
Parchich Franciſcus *Cathar.* 699.27
Pariſanus Hieronymus *Polym.* 758.40
Pariſius Petrus Paulus *Nuſ.* 539.23

Pari-

Pariſius Aſcanius *Marſicen.* 520.51 A
Flaminius *Bitun.* 689.33
Paſchalis Gaſpar *Ruben.* 766.31
Paſchaſius Jannuccius *Nuſcan.* 537.18
Paſarellus Hieronymus *Salern.* 445.94
Paſerinus Sylvius *Sarn.* 579.32
Paſtor Andreas *Andrien.* 932.26
Paveſius Julius *Veſtan.* 868.26
de Paulis Marinus *Acherun.* 51.55
de S. Paulo Joannes *Amalph.* 204.18
Pavonellus Antonius *Venuſ.* 180.50
de Pazziis Andreas *Sarnen.* 578.27
Antonius *Sarnen.* 578.24
Peculus Saluſtius *Venuſ.* 180.49
Pellagarius Petrus *Lavel.* 742.20
Pellegrinus Martialis *Nazar.* 782.42
Pellizarius Lazarus *Nuſc.* 540.28
Penna Io. Baptiſta *Vigil.* 950.42
Perbenedictus Andreas *Venuſ.* 180.47
de Peregrinis Jo. Angelus *Gravin.* 122.33
Paulus *Caprear.* 268.35 B
Perimezzi Ioſeph Maria *Scal.* 342.37
Periſſi Sebaſtianus *Nucer.* 532.33
Peritus Vincentius *Lavel.* 744.40
Perottus Nicolaus *Sipon.* 857.75
Perrenſis Nicolaus *Ruben.* 765.16
Petrus *Ruben.* 765.24
Petra Dionyſius *Caprear.* 268.36
Petrus Iacobus *Vigil.* 945.26
de Pezio Antonius *Polym.* 758.41
de Philippis Aloyſius *Poten.* 144.48
Philonardus Paulus Æmilius *Amalph.* 253.56
Piazza Iulius *Nazar.* 788.46
Pichettus Angelus *Nuſcan.* 541.36
Picus Angelus *Amalph.* 254.59
Pighinus Sebaſtianus *Sipon.* 860.82
Pignatellus Bartholomæus *Amalph.* 221.23
Carolus *Poten.* 144.52
Nicolaus *Minerb.* 748.27
Pinerius Angelus *Marſic.* 522.54
Vincentius *Polym.* 758.43 C
Pinus Petrus Antonius *Polymn.* 761.47
Pirontus Sixtus Maria *Sarn.* 582.48
Piſanellus Iacobus *Scalen.* 338.18
Piſcicellus Nicolaus *Acherun.* 46.53
*Saler.* 434.70.435.72
Piſtachius Coſmas *Biteſt.* 681.20
Vincentius *Biteſt.* 681.19
*Cuper.* 714.29
Pititus Jo. Antonius *Marſicen.* 517.40
Pius Latinus *Veſtan.* 867.19
Rodulphus *Salern.* 438.79
Pizzamanus Antonius *Salp.* 919.21
Planca de Incoronatis Hieronymus *Amal.* 247.46
Juſtinus *Iuven.* 733.28
Marcellus *Iuven.* 734.31
de Podio Auxius *Caputaq.* 474.23
Podocatarius Ludovicus *Caputaq.* 474.24
Politus Ambroſius *Minor.* 314.32
de Ponte Honuphrius *Litteren.* 277.34
Pontinus Baptiſta *Bitun.* 688.23 D
Porcarius Hieronymus *Andrien.* 932.24
Porphidus Nicolaus Hieronymus *Venuſ.* 173.28
de Porta Gerardus *Poten.* 134.7
Matthæus *Salern.* 419.50
Pranzonius Antonius Maria *Minerb.* 747.24
de Prie Robertus *Amalph.* 240.43
Prignanus Barthol. *Acherun.* 45.47
Bartholo *Baren.* 644.43
Hieronymus *Campan.* 461.15
Primitellus Sylvaggius *Lavel.* 744.39
Priſcus Petrus *Lavel.* 742.28
de Procopio Robertus *Venuſ.* 173.26
Protoſpatharius Romualdus *Baren.* 603.20
Puccinellus Jo. Alphonſus *Sipon.* 864.95
Puccitellus Cæleſtinus *Scalen.* 341.32
Puccius Antonius *Rapol.* 884.30
Iannottus *Rapoll.* 884.31
Laurentius *Iuven.* 734.29
Puccius Laurentius *Caputaq.* 474.27
*Amalph.* 247.45
Pudericus Io. Maria *Nazaren.* 776.21
Puſteria Balthaſsar *Biteſt.* 682.26
de Puteo Jacobus *Baren.* 653.57
Antonius *Baren.* 654.58
Raymundus *Veſtan.* 873.39

# Q

de QUadra Didacus *Lavellen.* 744.37
Alvarus *Venuſ.* 176.35
Quaranta Stephanus *Amalph.* 254.60
Quartus Franciſcus *Biteſt.* 681.18
Quignones Franciſcus *Acern.* 449.35

# R

RAda Ioannes *Tranen.* 914.55
Ragona Camillus *Acern.* 451.37. *Cap.* 481.40
Rangonius Hercules *Nazar.* 778.26
Ranuccius Angelus *Cathar.* 699.21
Raſsellius Raphael *Caprear.* 267.31
de Rayano Simeon *Vigil.* 944.20
de Raynaldis Lucas *Gravin.* 121.32
Recanatus Petrus *Juven.* 732.27
de Regio Antonius *Bitunt.* 688.20
Regulanus Thomas *Amalph.* 245.41
de Renza Petrus *Cuper.* 712.17
Reſta Lucas Antonius *Andrien.* 932.31
Michael Petrus *Nuſcan.* 541.30
Riccius Archadius *Gravin.* 128.42
Franc. Antonius *Vigil.* 951.43
Julius *Gravin.* 122.36
Joannes *Sipont.* 859.80
Richardus Julius Cæſar *Baren.* 655.59
del Rio Balthaſsar *Scalen.* 338.20
Riparolus Alexander *Campan.* 459.10
Rivarola Dominicus *Nazaren.* 736.38
de Roa Jacobus *Litteren.* 273.9
de Robertis Dionyſius *Sipon.* 860.83
Andreas *Polic.* 569.43
Robertus *Tricar.* 158.41
Stephanus *Tricar.* 158.40
Robertus Joannes *Gravin.* 121.27
de Rocca Antonius *Ruben.* 765.26
Rocca Raphael *Caprear.* 264.21
de Rocca Argenti Petrus *Montis Viridis.* 808.10
Moro Antonius *Andr.* 932.25
Petrus Guillelmus *Saler.* 435.73
de Rocci s Benedictus *Nuſcan.* 541.35
de Rocco Nicolaus *Scalen.* 342.36
Rodulphus Nicolaus *Saler.* 437.78
Petrus *Venuſ.* 179.43
de Rogeriis Andreas *Sarnen.* 578.26
Rogerius Antonius *Veſtan.* 875.43
Rolandinus Franciſcus *Juven.* 730.21
Romanus Marcus *Ruben.* 767.34
Ambroſius *Minor.* 313.29
Romelinus Franciſcus *Sarnen.* 579.30
Romerus Alphonſus *Scalen.* 339.23
Roſa Petrus *Ruben.* 765.22
Bartholomæus *Lavel.* 745.48
Joſeph *Nazar.* 788.44
M. Antonius *Polic.* 569.42
Thomas *Polic.* 568.40
Roſſi Agnelius *Poten.* 144.51
Roſſinus Julius *Amalph.* 252.55
Roverella Flaminius *Campan.* 458.5
de Rubeis Jo. Michael *Minerb.* 747.22
Lucianus *Juven.* 735.35
Rubeus Joſeph. *Acherun.* 65.66
Ruffinus Marius *Sarnen.* 580.38
Ruffus Thomas Maria *Barren.* 671.66
Ruſca Hieronymus *Cathar.* 699.22
Ruſſi Petrus Paulus *Nuſcan.* 541.34
de Ruſſis Antonius *Gravin.* 120.24
Ruſticuccius Franciſcus *Venuſ.* 176.37

de

de Ruvere Orlandus *Nazar.* 777.22

# S

SAbbatinus Dominicus *Anglon.* 110.47
Sabellus Iulius *Salern.* 444.89
Fabritius *Salern.* 444.90
Sacchettus Julius *Gravin.* 127.40
de Sacchis Nicolaus *Sipon.* 845.67
Sagetius Joſeph *Scalen.* 342.34
Salamonius Ioannes *Nazar.* 773.16
Salatus Alexander *Minor.* 313.28
Salucius Ioſeph *Ruben.* 766.32
Salviatus Ioannes *Biteƈ.* 682.22
Sanctacrucius Gregorius *Iuven.* 736.37
Honuphrius *Tric.* 154.27
Sanfelicius Jo. Thomas *Venuſ.* 177.41
Sangermanus Benedictus *Nuſcan.* 541.38
Sanctorius Jo. Antonius *Acherun.* 64.62
Antonius *Polic.* 566.35
Iacobus *Biteƈ.* 684.34
Jo.Baptiſta *Tricar.* 157.37
Sanſeverinus Antonius *Cuperſ.* 714.31
Guillelmus *Salern.* 432.65
Lucius *Salern.* 443.87
Robertus *Baren.* 647.47
Rogerius *Baren.* 642.40
Rogerus *Saler.* 43[illegible]
Sanvitalis Galeatius *Baren.* 65[illegible]
Saracenus Jo. Michael *Acherun.* 63.60
Sigiſmundus *Acherun.* 63.61
Sarluca Philippus *Anglon.* 95.20
Sarnellius Pompejus *Vigil.* 952.45
de Sarria Thomas *Tran.* 915.58
Saulius Hieronymus *Baren.* 652.56
Saxolinus Antonius *Minerb.* 747.14
Sborovatius Joann. Antonius *Cathar.* 699.25
Scacciavento Theodorus *Scalen.* 332.8
Scala Bernardinus *Vigil.* 950.38
Scaletta Matthæus *Lavell.* 741.[illegible]
Scannafora Bernardus *Lavell.* 742.[illegible]
Scannapeco Maurus *Minor.* 300.[illegible]
Scappius Alexander *Campan.* 459.8
Scarampus Hieronymus *Campan.* 458.4
Scoppa Placidus *Venuſ.* 182.55
Scotius Antonius *Anglon.* 101.29
Scotus Io. Bernardinus *Tran.* 911.49
Secadenarius Nicolaus *Vigilien.* 949.34
Senariga Io. Stephanus *Cuperſ.* 717.42
Senilis Gibertus *Rapollan.* 883.28
Raymundus *Rapollan.* 884.29
Sepia Joſeph *Sipon.* 861.86
Sergius Jacobus *Minor.* 310.17
Serignanus Ioann. Baptiſta *Scalen.* 340.27
Seripandus Hieronymus *Salern.* 438.81
de Serlupis Petrus *Tric.* 152.14
de Sermineto Leonardus *Juven.* 737.10
de Sermino Durandus *Nazar.* 773.13
Seronus Ferdinandus *Venuſ.* 173.34
Serranus Joannes *Acernen.* 450.33
Serriſtorus Bartholomæus *Tran.* 911.48
Laurentius *Biteƈ.* 682.21
Ludovicus *Biteƈ.* 682.23
Serſale Didacus *Baren.* 667.64
Iacobus *Scalen.* 333.11
Serugus Annibal *Sipon.* 862.88
de Severinis Ioannes *Sipon.* 863.89
Severolus Antonius *Nazar.* 787.40
Sfondratus Franciſcus *Amalphi* 251.50
*Caputaq.* 475.30
*Sarnen.* 580.37
Sfortia Franciſcus Maria *Cuperſ.* 715.35
Guido Aſcanius *Anglon.* 101.32
Sibillia Alexander *Caprear.* 268.33
Siſola Franciſcus *Acern.* 451.39
de Silveſtris Richardus *Tranen.* 909.34
de Simeone Santillus *Minor.* 313.27
Sinraus Andreas *Poten.* 140.24

A Sipholus Hieronymus *Vigil.* 948.30
Siraca Antonellus *Acern.* 448.15
Sirianus Jo. Baptiſta *Vigilien.* 948.33
Siſcara Junicus *Anglon.* 104.39
de Siſtis Nicolaus *Litteren.* 273.11
de Solis Caſtelblancus Stephanus *Sarnen.* 581.46
Solimele Nicolaus *Acernen.* 448.16
Jo. Franciſcus *Acernen.* 450.32
Nicolaus *Venuſ.* 173.27
Somerius Alexander *Caprear.* 265.27
de Soto Majore Martinus *Andrien.* 931.22
Spallucia Franciſcus *Ruben.* 765.27
Spaneolus Alexander *Tricar.* 156.33
Spera Franciſcus *Nazaren.* 786.34
Spilla Ioannes *Acherun.* 65.67
Spinellus Ferdinandus *Policaſt.* 565.32
Philippus *Policaſt.* 566.33
Spinula Dominicus *Acherun.* 66.69
Io. Baptiſta *Acherun.* 67.71
Emanuel *Biteƈ.* 680.6
B Squaquera Iacobus *Poten.* 140.27
Stella Io. Baptiſta *Bitun.* 691.35
Thomas *Salpen.* 919.28
*Lavellen.* 743.31
Stephanus Ioſeph *Veſtan.* 869.30
Strambonus Petrus *Nucer.* 527.18
Strozzius Alexander *Andrien.* 933.35
Surrentinus Dominicus *Ruben.* 768.40
de Syva Vincentius *Polic.* 567.39

# T

TAfuras Dominicus *Campan.* 462.14
Tauratio Thomas *M. Viridis.* 808.11
de Taurato Donatus *Salpen.* 919.13
Tauruſius Hyacintus *Venuſ.* 181.51
Teroni Io. Michael *Venuſ.* 182.56
Teſtius Conſtantinus *Campan.* 459.9
Theutonicus Paulus *Sipon.* 864.94
C Thaddæus Sigiſmundus *Biteƈ.* 683.30
de Theodolis Ludovicus *Scalen.* 338.21
Theodolus Jacobus *Amalph.* 253.57
Thomaſius M. Antonius *Biteƈ.* 683.31
Iulianus *Caprear.* 263.12
Thomeus Raphael *Polym.* 757.36
Thomacellus Franciſcus *Caputaq.* 473.18
Tinto Io. Baptiſta *Tran.* 915.59
de Tolſa Scipio *Acherun.* 65.64
*Tran.* 911.52
Tontolus Gabriel *Ruben.* 767.37
Andreas Ludovicus *Veſtan.* 873.40
Tontus Michael Angelus *Nazar.* 736.39
Io. Paulus *Andrien.* 935.43
Toraldus Gaſpar *Biteƈ.* 684.35
*Polym.* 756.27. *Tricar.* 161.45
Jacobus *Polym.* 756.26
Torres Ludovicus *Salern.* 438.80
Ioannes *Salern.* 444.91
Michael *Poten.* 143.45
D *Poten.* 144.50. *Tran.* 915.61
Toſsi Raphael *Minor.* 321.51
Tramarinus Jacobus *Polymn.* 756.30. *Juven.* 734.30
Trapani Lucas *Tricar.* 161.49
Treſcius Gabriel *Salern.* 444.88
Triveri Franciſcus Antonius *Andrien.* 933.40
Trivultius Franciſcus *Nucer.* 531.28
de Tura Nicolaus Antonius *Sarn.* 582.49
de Turculis Paulus *Cuperſ.* 713.27
Grimaldus *Iuven.* 730.22
de Turre Guillelmus *Poten.* 139.18
Bertrandus *Saler.* 449.29
Cremata Joannes *Poten.* 141.29
Tutavilla Guillelmus *Sarn.* 580.40

## V


VAginari Michael Angelus *Juven.* 738.40
de Val de Cabras Alphonſus *Capr,* 265.26
Valdinas Io. Matthæus *Acern.* 449.27
de Valentibus Romulus *Cuper,* 714.34
Valvaſarius Dominicus *Gravin.* 129.45
de Vargas Didacus *Poten,* 143.43
Vaſſallus Ioan. Paulus *Poten.* 141.30
Vecchia Petrus *Andrien.* 933.39
Veglinus Simeon *Tricar,* 161,50
Veſtronus Conſtantinus *Scalen,* 239.24
de Veneraneriis *Venuſ.* 173.22
Ventriglia Nicolaus *Acern,* 451.41
Vera Joannes *Salern.* 436.76
Verallus Hieronymus *Caputaq.* 475.31
Paulus Æmilius *Caputaq,* 475.32
Verme Honuphrius *Scalen.* 341.31
de Vetere Joannes *Marſic,* 507,20
de Vetulis Andreas *Cuper.* 718.24
de Vicariis Seraphinus *Nucer,* 531.27
Vignola Franc. Maria *Minerb.* 747.25
de Villargo Muiſardus *Venuſ.* 169.7
de Vinea Hieronymus *Policaſt,* 564.17
Viperanus Io. Antonius *Iuven,* 735.36
Vitalis Mutius *Veſtan.* 870.33
Vitellus Joannes *Caputaq.* 478.35
de Vivianis Vivianus *M. Viridis,* 808 13
de Urciſonis Augelius *Litter.* 276.29
Urſinus Bernardinus *Nucer.* 527.19
Barnabas *Saler.* 435.71
Gentilis *Acher,* 43.41
Urſinus Joannes *Tran.* 910 40
Io. Baptiſta *Bitunt.* 688.24
Io. Baptiſta *Bitun.* 689.25
Iacobus *Bitun.* 689.27
Franciſcus *Tricar.* 156.35
Latinus *Polym,* 756.25
*Baren.* 649.58. *Tran.* 909.39
Matthæus *Sipon.* 843 57
Marinus *Cannen.* 799 21
*Gravin.* 121.28, *Cuperſ.* 712.23
Valerius *Nucerin.* 526.8
Vincentius Maria *Sipon.* 865 97
Vulpius Io Baptiſta *Ruben.* 767.36
Vulturale Franç. Antonius *Veſtan.* 873.41


## X


Ximenez Paulus *Tranen.* 915.60


## Y


Ylperinus Petrus *Marſicen.* 513.30


## Z


ZAmbeccarius Hieronymus *Minerb.* 747.23
Zanobetti Hyacinthus *Cathar.* 699.29
Zerula Thomas *Minor.* 316.40
de Zonicis Joachim *Ruben.* 764.4
Zucchatus Ioan. Baptiſta *Nuſcan.* 540.29


# INDEX

## Epiſcoporum Sanctorum in hoc tomo ſeptimo contentorum:


S. Alphanus *Salern.* 380.43
S. Amatus *Nuſcan.* 533.1
S. Barbatus *Sipon.* 818.14
S. Bonoſus *Salern.* 351.2
S. Cletus *Ruben.* 763.1
S. Euſanius *Sipon.* 813.5
S. Euſterius *Salern.* 352.4
S. Felix *Sipont.* 814.9
S. Gaudentius *Salern.* 352.6
S. Gaudioſus *Salern.* 353.17
S. Gramatius *Salern.* 352.2
S. Iuſtinus *Sipont.* 813.1
S. Laurentius *Sipont.* 814.10
S. Liberalis *Cannen.* 789.2
S. Magnus *Tranen.* 888.2
S. Marcus *Tranen.* 906.15
S. Maurus *Vigilien.* 937.1
S. Petrus Pappacarbonus *Polic.* 543.1
S. Priſcus *Nucer.* 526.1
S. Procopius *Ruben.* 764.2
S. Richardus *Andrien.* 921.1
S. Rogerius *Cannen.* 789.3
S. Valentinus *Salern.* 352.5
S. Verus *Salern.* 352.3

# INDEX RERVM ET MATERIARVM,

## De quibus in hoc ſeptimo Tomo, & opere fit mentio,

A

ABbatiſſa eſt capax, ratione digoitatis, juriſdictionis ſpiritualis, & executionis ſui juris. 709.C A
Abbatiſſæ S. Pauli de Sabina cum ſociabus traditur eccleſia S. Nicolai de Palma, ut ſecurè vivant tempore belli. 426.C
Alexander Detua epiſc. Anglonen. Petro Franciſco germano epitaphium poſuit. 106.A
Alexander Card. Farneſius eccleſiæ Bituntinæ Adminiſtrator evaſit Pont. ſub nomine Pauli III. 689.C
Alexander II. Pont. Alphano Archiep. Salernit. vetera privilegia confirmavit. 382.B
Alexandri III. Poot. privileglum pro epiſcopatu Acherunt. 33.C
Alexandri IV. diploma in favorem monaſterii S. Mariæ Amalphitanorum. 222.D
Alferius, alias Adelferins natalibus clariſſimus, Monachus Cluniacenſis, Caveoſe cænobinm fundavit, cujus fuit primus Abbas. 367.C B
Alphani Archiep. Salernitai diploma ſupra exemptionem eccl. S. Nicolai. 384.D
S. Alphani Archiep. Salernitani, Monaſticæ vitæ progreſſus, & ordinationis tempus Chronica Caſiuenſis notum reddit. 381.A
Alphanus Archiep. Beneventanus, ac Sipontinus Henricum Imperatorem hoſpitio ſuſcepit. 841.B
Ambroſins Catharinus Politus, vir præclariſſimus, fuit electus epiſc Minor. 314.C
S. Amatus epiſc. Nuſcanus primus fuit, plures ecclesias conſtruxit, ſaoctiſque morib. & miraculis clatuit. 533.B
Amatus ultimus epiſc. & primus Archiep. Salernitanus declaratus fuit Principe Joanne procurante. 364.A
Amatus Archiep. Salernitanos, ab Archiepiſcopali jure liberam fecit eccl. S. Mariæ ultra fluvium Liſini per ſuum diploma. 366.A
Amatus Jnnior Archiepiſcopo Salern. privilegiorum confirmationem à Benedicto VIII. Pont. ſuſcepit. 378.B C
Amalphiæ ducatus deſcriptio. 185.D
Amalphitanæ civitatis chronica traoſcripta refertur. 183.A
Amalphiæ civitatis, inſignia, & particularia deſcribuntur. 183 A
Anacleti II, Aotipapę privilegium in ſavorem Urſonis Juvenacenſis epiſc. in quo diœceſis bona enumerantur. 723.B
Andreæ de Alaneo Archiep. Amalphitani præclara geſta. 229.D
Andreæ Caputi viri clariſſimi epiſc. Litterenſis præclara geſta. 275.D
Andreas de Cuncto Archiep. Amalph, præclaræ vitæ meritis claruit. 244.D
Andreas Matthæus Archiep. Acheruntlous a Clemente VII Card. creatus, & à Carolo V. electus Gubernator Mediolani. 61.A
Andrienſis eccleſia, milletrecentis reliquiis eſt adornata, quæ variis in thecis aſſervantur. 920.D D
Angelarius Archiepiſcopus Danuſinus Archiepiſcopatui Barenſi præficitur, utriuſque nominis & juris juſignitur. 593.D
Angelus Abbas S. Petri Montis Vultu per inſtrumentum conceſſit Amalphitanis locum, in quo conſtruere poſſent cœnobium in honorem S. Benedicti. 196.A
Angelus Archiep. Barenſis tamquam ſchiſmaticus ab Innocentio II. Pont de ſede fuit ejectus 619 D
Angeli Flori epiſc. Andrienſis præclara geſta leguntur in ſui tumuli epitaphio. 931.C
Anglonæ olim Aquiloniæ civitatis antiquiſſimæ deſcriptio. 68.B
Anſelmus Marſicenſis epiſcopus prophetiæ dono ornatus ſcripſit Pontificum vaticinia. 505.B
Antiquæ civitatis Sarni deſcriptio, ejuſque diœceſis. 570.B
Antiquiſſimæ urbis Scalæ, ejuſque ſitus deſcriptio. 321.D
Antonius Agellius epiſc Acern. ſanctis operibus, ac doctrina floruit. 450.A
Antonii Baleſtrarii Abbatis S. Galgani Ord. Ciſtercienſis Archiepiſc Amalph præclara geſta. 246.B
Antonius Bonito Ord. Minorum epiſcopi Acernenſis ob ſuam charitatem Pater pauperum eſt acclamatus. 448.D
Antonius Florebellus epiſcopus Lavellenſis plura ſcripſit, & epitaphium ſibi poſuit. 744.A
Antonius Puteus Archiep. Barenſis multa pietatis opera complevit. 654.B
Antonius Severolus Archiepiſcopus Nazarenus nobili familia, & gloria fulget. 787 A
Apparitio miraculoſa S Viti martyris cuidam illuſtri fœminæ, nomine Florentiæ. 750 C
Apuliæ deſcriptio. 583.A
Apulię pars, quæ ad Occaſum vergit & Septentrionem. triplici nomine ob diverſas rationes nuncupata fuit. 585.A
Apuliæ pars, quæ ad Orientem, & Auſtrum vergit, variis nominibus appellatur. 587.D
Archiepiſcopus Amalphitanus Philippus Auguſtaricius ſuo diplomate modum, legemque ſervandam ſancivit, pro majori ſolemnitate translationis corporis S. Andreæ Apoſtoli. 224.B
Archiepiſcopi Salernit. Bartholomæi epitaphium. 434.A
Arnaldus Rayardus Ord Minorum Archiep. Salernitanus vir doctus plura monumenta ſuæ doctrinæ reliquit. 429.D
Atrani oppidi ſitus accuratè deſcribitur. 302.B
Aſterius Salernitanus epiſcopus Concilio Conſtantinopolitano interſuit, ubi Anthimus Patriarcha depoſitus fuit. 753.A
Auſtriaci Principes, atque Ferdinandus III imp. Joannem Caramuelem vaſti ingenii virum oneribus, & muneribus locupletaverunt. 4?0.C
Auguſtinianæ Moniales Cœnobii S. Mariæ de Nuna, receperunt habitum Dominicanum. 42.A

B

BAlthaſſar del Rio. Franciſco germano epitaphium poſuit, & in eodem tumulo ſepelitur. 338.C
S. Barbatus epiſcopus Beneventanus curam eccl.

Sipontinæ ſuſcepit. 818.C
Brachium S. Matthæi Apoſtoli Beneventum tranſlatum, & ſuo corpori fuit reſtitutum Salerni. 389.B
Barium deſcriptio. 586.A
Bartholomæus de Caſtello novo privilegio confirmavit omnia bona data à fratre ſuo Alexandro in favorem Abbatis S. Stephani. 503.D
Bartholomæus epiſc. Potentinus epitaphium poſuit. 645.A
Bulla in favorem eccleſiæ Montis Gargani à Bonifacio IX. conceſſa, ab eodemque nulla & nullius valoris declarata fuit. 845.D
Bulla Clementis VII. Pont. in erectionem epiſcopatus Campanienſis. 453.B
Bernardinus de Figueroa, Eccleſiam cathedralem Nazarenam à fundamentis conſtruxit, de qua re extat inſcriptio. 782.C
Bernardinus epiſc. Venuſinus ex voto cum ſuo populo eccleſ. excitavit D. Rocho & Sebaſtiano, quorum auxilio peſtem profligarunt. 174.D
Bernardi epiſcop. Salernitani narrantur præclara geſta. 361.B
Benedictus VIII. Pontif. Benedicto Archiepiſcopo Salernitano privilegia confirmavit. 378.A
Benedicti de Cavalcantibus epiſc. Rapollani monumentum ponitur. 881.B
Bertrandi de Alaneo Archiepiſc. Amalphitani epitaphium, in quo ejus præclara geſta leguntur. 240.A
Biſantius Archiepiſc. Tranenſis, natalibus, ac virtutibus clarus ſanctum Nicolaum cognomine Peregrinum hoſpitio ſuſcepit, ac defunctum ſepelivit. 894.D
Biſantius Tranenſis Archiepiſc. primum lapidem fecit pro fundamentis eccleſiæ conſtruendæ ad honorem S. Nicolai Peregrini. 902.B
Boamundus Boamundi Antiochiæ Principis filius plura bona obtulit eccl. S. Andreæ Amalphitanæ, civibuſque Amalphitanis. 203.C
Bonifacius VIII. Pont. celebre cœnobium S. Trinitatis militibus Hieroſolymitanis perpetuò tradidit. 171.A
S. Bonoſius Salernitanæ Eccl. epiſc. 351.D

## C

CAlliſtus II. Pontif. privilegium confirmationis omnium jurium conceſſit ad favorem Eccl. Barenſis Omnium Sanctorum. 618.C
Campaniæ civitatis deſcriptio non procul ab Ebulo nobili oppido, quod Robertus Guiſcardus exædificavit. 452.A
Capreæ ſeu Caprearum civitatis brevis deſcriptio. 257.C
Caputaquenſis Lucanorum civitas deſcribitur, ejuſque diœceſis. 465.A
Carmina ad honorem ſancti Nicolai Peregrini conſcripta. 900.A
Carmina, & effigies ſculptæ in æneis portis eccleſiæ Salernitanæ. 396.B
Carmina leguntur exprimentia particularem magnificentiam Barii. 590.A
Carmina quæ leguntur ad parietes altaris medii cathedralis Salern. 347.A
Carolus Maranta Epiſcopus Juvenacenſis plura ſui ingenii edidit monumenta. 737.C
Carolus IX. Rex Galliæ Ugonottorum vires proſtravit. 443.A
Carolus utriuſque Siciliæ Rex pernobile cœnobium Ciſtercienſe fundavit titulo beatæ Mariæ de Victoria. 576.A
Carolus I. utriuſque Siciliæ Rex permagnificam Abbatiam pro Ciſtercienſibus extruxit, & inſigni privilegio ditavit. 563.B
Carolus II. Rex conceſſit locum pro fratribus Minoribus intra mœnia Bitunti. 688.A
Carolus Rex Neapolit. plures eccleſias, ac beneficia unienda curavit Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis. 633.C
Caroli III. Regis Neapol. privilegium in favorem Amalphitanorum. 238.A
Catalogus multorum Sanctorum, & beatorum Abbatum, aliorumque Prælat. 372.A
Catharenſi in Eccleſia diebus feſtis epiſt. atq; evangelia lingua Illyrica canuntur. 697.A
Cœleſtini III. Pontif. bulla, in qua præſcripſit Scalenſis diœceſis fines, in gratiam Alexandri Epiſcopi. 327.D
Cœnobium Cavenſe fuit epiſc. auctoritate inſignitum. 369.C
Cœnobio Ciſtercienſi nomen S. Petri de Canonica fecerunt, pluraq; bona eidem atribuerunt Manſo Capuanus, & Joannes ejus filius. 213.B
Cœnobii Cuperſani D. Benedicti, non ſolum Monachi, ſed etiam Moniales juriſdictionem quaſi epiſcopalem exercuerunt. 701.D
Cœnobium Cœleſtinorum à Thoma Marſici comite fundatum, à filio ejuſdem nominis, & comitatus hærede, fuit multis bonis privilegiatum. 512.A
Cœnotaphium in laudem Alexandri Spaneoli epiſc. Tricar. 156.C
Cœnotaphium in honorem Aloyſii Guarnerii, nepotis Julii Cæſaris epiſc. Campanien. 458.D
Cœnotaphium in quo conſcribuntur laudes Angeli Pichi Archiepiſc. Amalphit. 254.C
Cœnotaphium ad laudem Auguſtini Ferentilli Cuperſ. epiſcopi. 716.A
Celebre cœnobium S. Benedicti Cuperſani Monialibus Ordin. Ciſtercienſis datum eſt incolendum. 706.A
Cœnotaphium ad honorem Cornelii Muſſi epiſcopi Bitunt. 690.B
Cœnotaphium in laudem Gregorii Donati ſac. Pal. Magiſtri. 318.B
Cœnotaphium in quo laudes, & virtutes Galeatii Sanvitalis recenſentur. 658.D
Cœnotaphium ad honorem Joannis Vera Archiep. Salernitani, presbyt. Card. 436.C
Cœnotaphium ad laudem Romuli de Valentibus epiſc. Cuperſ. 714.D
Cæſarei de Alagno obitus, ad cujus ſepulchrum extat epitaphium. 424.C
Cæſarei de Alaneo Archiepiſcopo Salern. acta ſcribuntur. 418.B
Chriſtophorus Memmolus epiſcopus Rubenſis, epitaphium ad laudem Decii fratris ſui inſcribi curavit. 766.D
Civitatis Acerni Campaniæ felicis deſcriptio. 445.D
Civitas Amalphitana à Longobardis depopulata fuit. 191.C
Civitatis Policaſtri deſcriptio ejuſque diœceſis. 542.A
Civitatis Minoris (vulgo *Minore* dictæ) deſcriptio. 281.B
Civitatis Nuceriæ Paganorum deſcriptio, ejuſque diœceſis. 525.A
Civitatis Tranen. ejuſq; diœceſis deſcriptio. 885.A
Civitatis Venuſii vetuſtiſſimæ Apulorum, ejuſdemque epiſcopatus deſcriptio. 165.D
Clementis V. Pont. litteræ datæ cauſa reformationis monaſterii S. Joannis in Lamis. 841.B
Clemens V. Pont. ſuo diplomate bona data Eccl. S. Nicolai confirmavit, & alio diplomate indulgentia perpetua nobilitavit. 639.A
S. Cletus I. Rubenſis epiſc. à ſancto Petro ordinatus fuit. 763.D
Comes Vinceſlaus fuit fundator S. Nicolai nobilis cœnobii Ordinis Carthuſianorum. 95.D
Conceſſio Boemundi Principis ad favorem Abbatiæ S. Anaſtaſii martyris. 75.B
Conceſſio Comitiſſæ Caratenutæ ſuorumque conſanguineorum in favorem cœnobii Caſænovæ. 835.D
Conceſſio Goffredi comitis in favorem Eccleſiæ Montis Viridis. 804.D

Con-

Conceſſio facta à Matthæo Salernitano Archiep. in favorem Ord. Prædicatorum. 420. A A
Conceſſio Joannæ I. Reginæ in ſavorem epiſcopatus Minor. 310. C
Conceſſio Innocentii III. Pont. in favorem Andreę Archiep. Acheruntini. 36. A
Conceſſio Petri epiſcopi Salernitani ad ſavorem Landelaichæ, & ejus filii Guatmarii Principis. 360. B
Conceſſio Raul Montis Seabioſi domini Altari S. Mariæ de Paſticio. a8. B
Conceſſio Ricardi Siuiſcalchi, & D. Albendæ, nxoris ejus in favorem Abbatiæ ſancti Anaſtaſii. 74. C
Conceſſio Rogerii Regis ad favorem eccleſiæ Barenſis. 6ra. C
Conceſſio Vvillelmi Regis Siciliæ Caſtelli Nucaræ epiſc. Anglonenſi. 79. B
Confirmatio bonorum à Rege Alphonſo facta in ſavorem eccleſiæ Cannenſis. 80a. A
Confirmatio Eugenii IV. Pont. Madii adminiſtratoris eccleſiæ Materanenſis. 50. B B
Confirmatio omnium Jjurum epiſcopatus Litterenſis, per Amalphitauum Capitulum facta. a72. B
Confirmatio privilegii in favorem eccleſiæ S. Thomæ Cantuarienſis. 523. D
Confirmatio privilegiorum Abbatiæ ſancti Anaſtaſii de Carbono facta è Rogerio Siciliæ Rege. 77. C
Confirmatio omnium privilegiorum à Clemente VII. conceſſa in ſavorem eccl. Nazar. 778. B
Confirmatio privilegiorum ad favorem eccleſiæ Nazarenæ. 777. A
Confirmatio omnium bonorum Eccleſiæ Omnium Sanctorum ab Helia Archiepiſcopo Barenſi edita. 613. D
Confirmatio venditionis terræ Calavaræ in favorem Abbatiæ S. Anaſtaſii. 78. A
Conſecratio eccleſię Caſmenſis ab Alexandro II. celebrata. 26. C
Conſtantiæ Reginæ Indultum in favorem Bernerii Juvenacenſis epiſc. 7aa. D C
Conſtantia Siciliæ Regina petiit ab Innocentio III. Pont. conceſſionem indultorum ſecundum priorem ſormam. 562. B
Couſtantinus epiſcopus Reginnenſis confirmavit, & dedicavit eccleſiam de ſancto Joanne in ſavorem monaſterii Cavenſis. a99. B
Conſtantini epiſc. Reginnenſis conſtitutiones, ſpectantes ad bonos mores clericorum. a97. A
Concilium à Nicolao II. Pont. in Apulia celebratur, etiam Joannes Archiepiſc. à throno deponitur. 894. B
Corpus ſancti Rogerii ex Cannenſi eccleſia ſublatum apud Barolitanos manet, eximioque cultu aſſervatur. 796. D
Corpus S. Richardi epiſc. Salpenſis, ne à militibus Pannoniæ Regis corriperetur, abſconditum fuit in tutiori loco à Regina Joanna. 921. B
Corradus epiſcopus, & Regni Siciliæ Legatus confirmavit donationes receptas à Minorenſi eccl. 302. C D

D

Declaratio Indulti Cœleſtini III. pro dignitatibus eccl. Sipontinæ. 828. D
Declaratione Innocentii III. intelligitur Materanam eccleſiam nullo tempore habuiſſe ſedem epiſcopalem. 37. D
Deciſio cujuſdam litis vertentis inter duos Abbates de cujuſdam eccleſiæ patronatu. 421. D
Decretum Honorii III. Pontif. in quo mandat Archiep. Sipontino, ut nnam miſſam, in die Cœnæ Domini celebrare ſufficiat. 831. D
Dedicatio S. Laurentii in Lucina ſolemni ritu à Cœleſtino habita. 34. A
Deſcriptio Cryptæ mirabilis S. Archangeli Michaelis, terræ S. Angeli Faſanellæ. 469. D
Deſcriptio SS. Corporum aliarumque reliquiarum, quæ in Sacrario Cathedralis Salernit. aſſervantur. 348. A
Diploma Joannis XXIII. Pont. per quod revocatur Bulla Boniſ. IX. Pont. illius prædeceſſoris. 850 C
Diploma translationis Eccleſiæ Nazarenæ per Pium V. 782. C
Diploma Innocentii III. Pontiſ. in quo recolligitur Garganicos populos Archiepiſcopo Sipontino eſſe ſubjectos. 829. D
Diploma Leonis X. Pontif. in quo declaratur Antiſtitem, nt Acheruntinum eſse Archiepiſcopum, & Materanum eſse Epiſcopum. 57. A
Diploma Regium Caroli II. pro bono regimine Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis, in quo multa uotatu digna leguntur. 634. A
Dionyſius Archiepiſc. Amalphitanus multa bona fecit ſuæ Eccleſiæ, & mortnus eſt. 205. C
Documentum donationis Ferdinandi I. Regis Neapolit. ad favorem Jacobi Archiepiſc. Nazareni. 776. A
Documentum de ſacultate data Pandono Juvenacenſi Epiſcopo. 721. A
Documentum ad ſavorem, & petitionem Benedicti Archiepiſcopi Salernitani. 430. D
Documentum ſolutionis ſactæ pro Terræ Sanctæ ſubſidio ab Joanne Abbate Ciſtercii, ſub tituio totius Ordinis Ciſtercienſis. 711. B
Documentum ſpectans ad Monaſterium S. Georgii puellarum. & S. Mariæ Monachorum S. Benedicti Saierni. 405. D
Documentum ſpectans ad xenodochium pauperum. 406. D
Donatio, atque exemptio Nicolai Archiepiſcopi Salernitani ad ſavorem Abbatis S. Leonardi Ordinis Ciſtercienſis. 410. B
Donatio ſacta ab Archiepiſcopo Marino Acheruntino Capitulo Potentino. 52. C
Donationes ſactas Presbyteris Eccleſiæ Salernitanæ Federicus II. Imperat. ſuo diplomate confirmavit. 414. B
Donationis exemplar Eccleſiæ à quodam Falcone in honotem S. Margheritæ virginis & martyris propriis expenſibus conſtructæ. 941. A
Donationes Richardi Comitis Agelli pro Presbyt. Eccleſiæ Salernitanæ. 412. B
Donationes Thomæ Comitis Marſici ad favorem monaſterii S. Thomæ Cantuarienſis. 510. D
Deſolatio civitatis, Cannæ compendioſis carminibus exprimitur. 788. D
Drogo dux & comes inſtrumentum donationis fecit Gaufrido Abbati ſanctiſſimæ Trinitatis Venuſinæ. 168. D
Duciſſæ Sikelgaitę favorabile indultum in ſavorem Epiſcopatus Minorenſia. 293. C
Dominicus nobili Gymnaſiorum ſtirpe, Archiepiſc. Sipontinus, & S. R. E. Cardinalis, parentibus cœnotaphium poſnit. 862. B

E

Eccleſiæ Cathedralis Acheruntinæ ampla ſtructura deſcribitur. 8. D
Eccleſia S. Michaelis Archangeli, dięceſis Sipontinæ, non eſt manufacta. 810. B
Eccleſiam S. Michaelis Archangeli, in nrbe à Leone Papa, & Rege Carolo condita eſt. 891. A
Elogium ad honorem Andreæ de Alaneo, cum ſequenti epitaphio. a31. B
Elogium in bibliotheca Bononienſi, in quo laudabilia Hieronymi Pallanterii recenſentur. 691. A
Elogium ad honorem Bonviſi Archiepiſc. Barenſis, & S. R. E. Cardinalis. 657. A
Elogium ad honorem Franciſci de Afflictis Epiſcopi Scalenſis. 340. A
Elogium ad laudem Gregorii VII. Pont. Opt. Max. qui Salerni decubuit. 347. D
Eloginm ad laudem Hieronymi Bilacqua Archiepiſcopi Nazareni. 786. B
Elogium ad honorem Hieronymi Pallanterii Epiſcopi Bituntini. 690. C
Elogium ad laudem Jacobi Tramarini Epiſcopi Polym. 756. D

Elogium ad laudem Jacobi Morulæ, ſeu Moroni Epiſc. Juvenacenſis. 730.A
Elogium ad laudem Horatii de Mirto Epiſcopi Rubenſis. 766.B
Elogium ad laudem Luciani de Rubeis Epiſc. Juvenaceſis. 735.B
Elogium ad laudem Petri de Yſtro Epiſc. Cuperſani. 712.B
Elogium in honorem S. Petri Abbatis Cavenſis, atque Epiſc. Policaſtrenſis. 544.B
Elogium ad honorem Romanæ Caſamaximæ Abbatiſſæ Cœnobii S. Scholaſticæ. 640.B
Elogia eruditiſſimi viri, ſupra originem, progreſſus, ruinas, fortunaſque civitatis Scalæ. 325.A
Epiſcoporum nomina, qui interfuerunt coronationi Alphonſi Secundi Regis. 264.A
Epiſcopus Catharen. cum aliis tribus naufragio ex hac vita diſceſſit. 697.B
Epigramma ad honorem Fabritii Carrafæ Epiſc. Bituntini. 691.C
Epigramma ad honorem Hieron. Seripandi Archiep. Salernitani. 440.A
Epitaphium in honorem Adeliſiæ Ptolomeæ Comitiſſæ Senis oriundæ. 518.B
Epitaphium in honorem S. Andreæ Apoſtoli, cujus corpus in templo cathedrali Amalphiæ reconditum fuit. 187.D
Epitaphium pro Andrea Matthæo S. R. E. Cardinali. 61.C
Epitaphium ad honorem Andreæ Archiep. Amalphitani. 245.A
Epitaphium in honorem Alexandri Sibiliæ Epiſc. Capritani. 268.B
Epitaphium ad honorem Ambroſii Romani epiſc. Minorenſis. 313.C
Epitaphium in honorem Americi Patris Antonii Archiepiſcopi Amalphitani. 246.D
Epitaphium in laudem Antonii Aggelli Archiepiſcopi Barenſis. 650 D
Epitaphium Antonii Mariæ Manzoli epiſc. Gravinenſis. 122.B
Epitaphium in laudem Balthaſſaris Juſtiniani epiſc. Venuſini. 177 A
Elogium ad laudem Bartholomæi Brancaccii Archiep. Tranenſis. 907.C
Epitaphium in laudem Bartholomæi Archiep. Tranenſis, atque ejus fratris Camilli nobilis familiæ Serriſtoriæ. 911.B
Epitaphium ad laudem Bartholomæi Carrafæ Archiepiſc. Barenſis. 643.D
Epitaphium in laudem Bernardini Helvini epiſcopi Anglonenſis. 102.A
Epitaphium ad honorem Bernardini Buratti Archiepiſc. Sipontini. 865.C
Epitaphium conſecrationis eccleſię ſancti Euſtachii apud Materam. 27.B
Epitaphium ad laudem Fabritii Carrafæ epiſc. Bituntini. 691.C
Epitaphium referens illuſtres virtutes, & magnificentias Fabii Mirti Frangipanii Archiep. Nazareni. 785.D
Epitaphium in honorem Franciſci Antonii Sanctorii Archiepiſc. Acheruntini. 64.C
Epitaphium ad laudem Franciſci Bennii epiſc. Scalenſis. 341.A
Epitaphium in honorem Franciſci Bruſchi epiſc. Litterenſis. 276.C
Epitaphium in laudem Gregorii Sanctacrucii epiſc. Juvenacen. 376 B
Epitaphium in honorem Heliæ Archiep. Barenſis. 614.B
Epitaphium in honorem Hieronymi epiſcopi Policaſtrenſis. 564.D
Epitaphium in laudem Hieronymi Seripandi Archiepiſcopi Salernitani viri celeberrimi. 439 C
Epitaphium ad honorem Jacobi Arcuccii Caprearum Comitis. 263.A
Epitaphium in honorem Joannis Amati Canonici Lateran. & epiſc. Minor. 315 C
Epitaphium Joannis Baptiſtæ Deti epiſc. Anglonenſis. 105.D
Epitaphium in honorem Joannis Baptiſtæ Zuccati epiſc. Nuſcani. 540.D
Epitaphium in honorem Joannis Antonii Pitiri epiſc. Marſicenſis. 517.D
Epitaphium in laudem Joan. Franciſci Acernenſis epiſc. 459.C
Epitaphium, quod ſibi poſuit Joannes Maria Braſichellenſis, epiſc. Polymnian. 756.D
Epitaphium ad honorem Joannis Niccolini Archiepiſcopi Amalphitani. 243.D
Epitaphium in laudem Joannis Ortegæ Epiſcopi Potentini. 141.C
Epitaphium, & carmina ad honorem Julii Roſſini viri clariſſimi Archiep Amalphitani. 253.A
Epitaphium pro Joanne Thoma Epiſcopo Venuſino. 177.C
Epitaphium ſupra tumulum extructum ab Julio Epiſcopo Juvenacen. 737.A
Epitaphium ad laudem Juſtini Planca Epiſcopi Juvenacenſis. 734.A
Epitaphium ad honorem Julii Cæſaris Richardi Archiep. Barenſis. 656.A
Epitaphium ad honorem Jacobi de Puteo Archiep. Barenſis, & S. R. E. Cardinalis. 653.B
Epitaphium ad honorem Lucii Sanſeverini Cardinalis, & Archiepiſc. Salernit. 444.A
Epitaphium ad laudem Ludovici Furconii Epiſcopi Juvenacenſis. 734.C
Epitaphium ad laudem Marcelli Planca Epiſcopi Juvenacenſis. 734 B
Epitaphium in laudem Martii Bolognini Archiep. Salernitani. 443.C
Epitaphium in honorem Martii de Martiis Medices Epiſcopi Marſicenſis viri clariſſimi. 520.A
Epitaphium in memoriam Matthæi de Ponte Epiſcopi Scalen. 338.A
Epitaphium ad honorem Mauri Epiſ. Reginnenſis. 300.A
Epitaphium ad honorem Pauli Ciera Epiſcopi Veſtani. 870.A
Epitaphia in honorem Pauli Iovii Nuceriæ Epiſcopi, celebris hiſtoriographi. 549.C
Epitaphium ad laudem Pauli de Turculis Epiſcopi Cuperſani optimi viri. 713.C
Epitaphium ad honorem Petri Card. Capuani. 218.A
Epitaphium in laudem Petri Capuani Cardinalis Junioris. 219.A
Epitaphium Philippi de S. Magno Ep. Caputaquenſis. 771.A
Epitaphium in ſacra Turri poſitum ad honorem Philippi Archiep. Amalphitani. 229.B
Epitaphium in honorem Stephani Solis Caſtelblanco Ep. Sarnenſis. 581.A
Epitaphium in honorem Nicolai Archiep. Salernitani. 412.C
Epitaphium ad honorem Nicolai Naccia Epiſc. Minorenſis. 312.B
Epitaphium ad honorem Stephani Gabrielis Merini Archiep. Barenſis S. R. E. Card. 652.A
Epitaphium in honorem Thomæ filii Thomæ Comitis Marſici. 513.D
Epitaphium ad honorem Thomæ Marſici Comitis fundatoris Cœnobii Carthuſiani. 511.D
Epitaphium in laudem bonorum operum Timothei Caſelli Epiſcop Marſicenſis. 520.D
Epitaphium ad laudem Vincentii Juſtiniani Epiſc. Gravinenſis, in quo ejus præclara geſta compilantur. 123.D
Epitaphium in honorem Urſi Minutuli Archiep Salernitani. 430.B
Epiſtola Gregorii VII. Pont ad Alphanum Archiep. Salernitanum. 387.D
Epiſtola Gregorii IX. Pont. quæ confirmat ſententiam latam contra Epiſcopum Caputaq; 467 C

Epiſtola Urbani II. Pontif. ad Alphanum II. Archiep. Salernitanum, per quam revocat privilegia Monaſterii Cavenſis. 393.A
Epiſtola Eugenii IV. Pont. ad Populum Materanenſem. 51.C
Eugenii IV. Pont. Indultum pro Fratribus Ordinis Minorum condendi tria Cœnobia in Provincia Apuliæ. 48.A
Eugenius IV. Pont. Cœnobium Cavenſe Angelotto de Fuſcis in commendam tradidit. 370.D
Eugenii IV. Pont. Privilegium pro Eccleſia Materanenſi. 48.B

F

FAbritius Antinorus Archiepiſcopus Acheruntinus. per Urbanum VIII. Eccleſiæ Syracuſanæ præficitur. 66.A
Fabritius Antinorus Archiepiſcopus Acheruntinus Eccleſiam Metropolitanam Materæ conſecravit; cujus rei extat in marmore monumentum. ibid.
Franciſco Bennio Epiſcopo Scalenſi ſedente, Ravellenſis Eccleſia cum Scalenſi unita fuit. 340.D
Franciſcus de Bellantibus Montis Viridis, & aliarum Eccleſiarum fuit Præſul, cujus vita, & præclara geſta adnotantur. 806.B
Franciſcus Liparulus Epiſcopus Capritanus fuit unus ex fundatoribus SS. Proceſſi, & Martiniani. 265.C
Franciſcus Maria Brancaccius Epiſcopus Caputaquenſis, genere, & virtutibus clarus S. R. E. Card effectus. 479.C
S Franciſcus Michaelis Archangeli Ædem viſitavit, & ſignum S. Crucis in ſpeluncæ lapidem impreſſit. 831.C
Fratres Ordinis Prædicatorum ab Eccleſia S. Leonardi, ad Eccleſiam SS. Simonis, & Judæ Barenſem tranſmigrarunt. 631.C
Frequens eſt Chriſti fidelium peregrinatio ad Eccleſiam S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano. 811.A
Ferdinandus Aragonius, utriuſque Siciliæ Rex à Latino Urſino Card. Archiepiſcopo Barenſi, regium diadema Barii ſuſcepit. 649.B
Ferdinandus I. Rex Siciliȩ donationis documentum cudere fecit pro Antonio Piccolomineo. 242.B
Ferdinandus I. Rex Siciliæ Antonio Piccolomineo Ducatum Amalphitanum dono dedit: quem Philippus IV. Hiſpaniarum Rex tranſtulit in Octavium Piccolomineum. ibid.
Federicus Imperator percepit omnes redditus Eccleſiæ Amalphitanæ. 218.D
Federicus II. Imperator Eccleſiam Cathedralem Juvenacenſem extruxit, & Joannes Epiſcopus conſecravit. 728.B
Federicus Imperator II. omnia privilegia conceſſa Cœnobio S. Mariæ de Pulſano, ſuo diplomate confirmavit. 832.B
Federici Regis, & Imperatoris Indultum pro Cœnobio Ciſtercienſi S. Petri de Canonica. 214.B
Federicus Fregoſus Archiep. Salernitanus. Cardinalatus dignitatem gemens accepit. 437.A
Fons in territorio Scalenſi mirabilis proprietatis. 322.B
Fundatio Abbatiæ S. Mariæ de Sagittario Ordinis Ciſtercienſis. 80.C

G

GAſpar Cervantes Archiep. Salernitanus Seminarium inſtituit, & multa alia bona fecit, ad cujus gloriam extat Epitaphium. 440.B
Gabrielis Altilii Epiſc. Policaſtrenſis epitaphium pro ejuſdem ſepulchro. 564.B
Gabriel de Garofalis Nucerię epiſcopus plura ingenii ſui monumenta reliquit, ad cujus laudem extat epitaphium. 527.A
Gaufridus epiſcopus Venuſinus majorem campanam conflari fecit, & quatuor exametris ornavit. 172.D
S. Geovarii martyris corpus in Cathedrali Eccleſia ſepelitur à Michaele de Tores epiſc. Potentino. 143.A
Gerardus Archiep. Sipontinus miſſus eſt Legatus ad partes Dalmatię. 823.C
Gerardus Archiepiſc. Spalatrenſis evaſit ſimul Archiep. Sipont. 828.A
S. Gerardi oſſa Obertus epiſc. Potentinus tranſtulit, & epitaphium poſuit. 139.B
Gerardi epiſcopi Potentini præclara geſta quibuſdam verſibus comprehenduntur. 134.C
Gerardus primus fuit Magiſter militaris Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani. 177.C
Geſta Fratris Gentilis Urſini Ord. Præd. Adminiſtratoris Eccleſiæ Acheruntinæ. 44.A
Goffredi Comitis Cannarum privilegium, in quo plura bona Eccleſiæ Cannenſis recenſentur pro illius juribus ſervandis. 790.D
Gravinæ Civitatis, & ejus diœceſis perbrevis deſcriptio. 114.B
Gregorius VII. Pont. Archiepiſcopos, fratres, & Coepiſcopos denominat. 27.A
Gregorii IX. Pont. Privilegium in favorem Epiſcopatus Tricaricenſis. 148.D
Gregorii IX. Pont. Indultum pro Eccleſiis Monialium in Accona. 38.D
Gregorius IX Pontif. Rubilano Cœnobio Ordin. Florenſis univit Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Stella, à Ciſtercienſibus Monachis renuntiatam. 219.D
Gregorii IX. Pont. Epiſtola, pro unione S. Mariæ de Stella Cęnobio Rubiliano. 220.B
Gregorius X. Pont. Rodulphi diſpoſitionem ad favorem Monialium S. Benedicti Cuperſani, diplomate confirmavit. 706.C
Gregorius X. Pont. ſcripſit Epiſtolam Petro Epiſc. Minorenſi. 308.B
Gregorii IX. Pontif. Commiſſio, facta Barenſi, Rhegino Archiepiſc. & Fratri Joſepho Monacho Ciſtercien. contra Andream Archiepiſc. Acherun. 42.B
Grimaldus Marſicenſis Epiſcopus Corpus S. Januarii Epiſcopi Carthaginen. occultum adinvenit. 497.A
S. Grimatii Epiſcopi Salernitan. præclara geſta. 352.B
Guillelmi Apulienſis carmina in laudem Amalphitan. 186.B
Guillelmus Comes Marſici Eccleſiam ædificavit in honorem S. Thomæ Cantuarienſis, eidemque plura bona, ac jura conceſſit. 501.C
Guillelmus Comes Roberti filius inſtrumentum ſuæ donationis erga Cęnobium S. Trinitatis fieri juſſit. 170.B
Guillelmo Epiſcopo Capritano ſedente, Jacobus Arcuccius cœpit cœnobium Carthuſianum ædificare, redditibuſque ditavit: & Joanna Regina, atque Comitiſſa privilegiis ampliavit. 258.D
Guillelmus Epiſcopus Veſtanus abjurata Clementis Antipapæ propenſione, Bonifacio IX. adhæſit. 866.D
Gulielmus Siciliæ Rex privilegium obtulit Eccleſiæ S. Viti Martyris. 653.C
Guillelmus Rex Siciliæ corroborat & confirmat privilegium prædeceſſorum ſuorum pro Abbatia de Carbono. 78.D
Guillelmus Tancredi filius Eccl. bona, quæ poſſidebat, eidem reddidit per Alexan. II. Pont. 383.D
Guibertus Epiſcopus Rubenſis interfuit dedicationi Eccleſiæ Caſſinenſis ab Alexandro II. Pont. magnificentiſſimè celebrata. 764.B

H

HEctor Galgane Epiſcopus Juvenacenſis privilegium confirmationis ab Alphonſo. Rege obtinuit. 731.A
Helias Archiep. Barenſis brachium S. Thomæ Apoſtoli, & Vincentii Levitæ, & martyris, quæ

dono acceperat, in Eccleſia S. Nicolai honorificè collocavit. 613. C A

Helias vir planè divinus Archiep. Barenſis ab Vrbano II. Pont. fuit ordinatus. 608. C

Henrici Imperatoris viſio habita in Eccleſia ſancti Michaelis Montis Gargani. 821. A

Henrici Imperatoris femur, ab Angelo contactum emarcuit. 821. B

Henricus Lunguardus, condignis laudibus honoratur. 54. A

Henrici Marſicenſis Epiſcopi tempore nova cathedralis conſtructa eſt, cujus rei extat monumentum. 498. D

Hymni ad honorem S. Gaudioſi Epiſcopi Salernitani à Sennazario conſcripti. 357. D

Hieronymus de Caro ultimus fuit Epiſcopus Montis Viridis. 808. B

Hieronymus Seripandus Archiepiſc. Salernitanus plura ſui ingenii monumenta publicæ utilitati expoſuit. 439. D

Hieronymus Vitelli Archiep. Amalphitanus coactus fuit Archiepiſcopatum dimittere. 248. A B

Hiſtoria inventionis corporis S. Sabini Epiſc. Canuſini à Joanne Barenſi Archidiacono regiſtrata. 610. C

Hiſtoria translationis S. Nicolai Peregrini Confeſſoris Tranenſis. 900. D

Henrici Loffredi Epiſcopi Caputaquenſ. inſcriptio. 474. A

Honorius III Pont. Conſtantino Epiſcopo Scalenſi, & duobus Canonicis Amalphitanis litteras miſit. 329. D

Honuphrii de S. Cruce Epiſcopi Tricaricenſis præclara geſta prodit Epitaphium. 154. B

Hugonis Archiepiſcopi Sipontini intuitu, Cœleſtinus III. indulſit pro majori honorificentia dignitatum ipſius Eccleſiæ. 828. D

I

IAcobus Epiſcopus Cannenſis Archiepiſcopatum Nazarenum ſimul eodemque tempore obtinuit. 802. C C

Iacobus Comes Magnus Apuliæ Juſtitiarius confirmavit privilegia in favorem ſancti Thomæ Cantuarienſis. 505. A

Iacobus Carrafa ab Vrbano VI. fuit Barenſis Archiep. dignitate indutus, & poſtea expoliatus; deinde à Bonifacio IX redintegratus. 647. A

Iacobi Stazali tempore, Epiſcopi Scalenſis, nobiles viri Friſarii Cathedralem penè collapſam à fundamentis reædificare cœperunt. 334. A

Ioachinus Ord. Ciſtercienſis profeſſus, fuit Fundator Ordinis Florenſis. 220. D

Ioannes Archiepiſcopus Amalphitanus S. Franciſcum Aſſiſinatem hoſpitio ſuſcepit, ibi cœnobium condidit. 218. D

Ioannes Archiepiſcopus Salernitanus, à Clemente II. Pont. Indultum ſuſcepit, in eoque de Ioannis ſanctitate fit mentio. 378. C

Ioannes Andreas Archiepiſcopus Sipontinus propria virtute ad Eccleſiaſticos honores ſibi aditum fecit. 860. B D

Iannotius Antonii Cardinalis Puccii nepos primus, Eccleſiam Rapollanam cum Melphienſi unitam regendam ſuſcepit. 884 B

Ioannes Antonius Pantuſa vir eruditiſſimus Epiſc. Litterenſis, plures libros ſcripſit. 275 B

Ioannes Antonius Viperanus epiſcopus Juvenacenſis plura ſui ingenii reliquit monumenta, de quibus extat laudabile epitaphium. 735. A

Ioannis Antolicea epiſcopi Juvenacenſis duæ extant inſcriptiones in ſuæ pietatis laudem. 734. D

Ioannes Aragonius Regis Ferdinandi filius, Archiepiſc. Salernitanus Presbyt. card. S. Sabinæ, obiit Romæ. 436. A

Ioannis Archiep. Barenſis epitaphium, in quo ejus præclara geſta leguntur. 622. C

Ioannis Baptiſtæ Sanctorii epiſcopi Tricar epitaphium. 157. B

Ioannes epiſcopus Beneventanus, & Sipontinus, intuitu Petri fundatoris eccleſiæ S. Martini, illam immunem declaravit ab epiſcopali juriſdictione 819. B

Ioannes Burgius Archiep. Sipontin. &c. Princeps medicorum ſuo tempore fuiſſe legitur. 856. C

Joannis epiſcopi Cannenſis habetur memoria per quandam conceſſionem. 793 A

Joannes Caramuel Lobkovvitz (epiſcopus Campanienſis, & Satrianenſis Ord. Ciſtercienſis alumnus) omni eruditione, & genere ſcientiarum etiam admirandus. 460 C

Joannis Caramuelis epiſcopi Campanienſis, opera uſque adhuc impreſſa, & quibus in locis reperiri poſſint, recenſentur. 461. A

Joannes de Cavellis Minorenſis epiſcopus pronunciavit ſententiam ad favorem monaſterii Cavenſis, contra epiſcopum Caputaq; 303 B

Joannes Salernitanus epiſcopus ſuaſu Giſulphi Principis liberam fecit eccleſiam S. Nicolai ad Palmam. 363 C

Joannes Michael Saracenus Archiepiſcopus Acheruntinus Presb. Cardinalis evaſit. 63. A

Joannis Niccolini Archiepiſc. Amalphitani laudes conſcribuntur. 243. B

Joannes Petrus Ferrettus epiſcopus Lavellenſis plura ſui ingenii monumenta reliquit. 743. B

Joannes della Porta ab Anacleto Antipapa Archiepiſcopus Amalphitanus fuit creatus, & ab Innocentio Pontifice depoſitus. 202. B

Joſeph Ciantis epiſc. Marſicenſis variæ inſcr. 521. C

Imperatoris Romani privilegium in favorem cœnobii Carbonenſis. 82. B.

Indultum Andreæ Malthæi Archiep. Acheruntini, & cardinalis pro eccleſia S. Mariæ Majoris Milioniaci. 62. B

Indultum Adriani IV. Pont. ad favorem cœnobii S. Trinitatis. de Monte ſacro Sipont. diœc. 826. A

Indultum Alexand. II. Pont. in favorem Archiep. Acherunt. 23. C

Indultum Caroli Regis Siciliæ ad favorem eccleſiæ Cannenſis. 797. A

Indultum Cœleſtini III. Pont. ad favorem cœnobii S. Benedicti Cuperſ. 705. A

Indultum Conſtantiæ Reginæ ad favorem Riſonis, & ejus Archiepiſcopatus Barenſis. 615. A

Indultum ad favorem Eccleſiæ S. Franciſci Salerni. 419 A

Indultum Ferdinandi I. Regis Neapolit. ad favorem & inſtantiam Jacobi Auriliæ Archiep. Nazareni. 774 B

Indultum Gregorii IX. Pont. pro eccl. Monialium in tenimento Materæ exiſtentibus. 38 D.

Indultum Gregorii IX pro Eccleſiis Monialium Ord. S. Auguſt. in territorio Acconenſi exiſtentibus. 39 D

Indultum Gregorii XIII Pont pro altari S. Nominis Jeſu ad inſtantiam Feliciani Niguarda epiſc. Scalenſis. 339. B

Indultum Joannis XV. Pont. in favorem Grimoaldi Archiep Salernit. 376 C

Indultum Leonardi Monachi Ciſtercienſis epiſ. Aigloneuſis pro cœnobio S. Mariæ de Sagittario 85. A

Indultum Paſchalis II. Pont ad favorem Euſtachii Abbatis S. Nicolai Barenſis Eccleſiæ 616. A

Indultum Pii V. Pont. ad favorem Iſabellæ Aquævivæ Abbatiſſæ pro ſua juriſdict. exercenda. 710. B

Indultum Raynaldi Archiep. Baren. in favorem Berti epiſ Juvenacen. 725 D

Indultum Roberti Cuperſ. comitis ad favorem eccl. S. Nicolai. 619 D

Indultum Richardi cõmitis ad favorem Euſtachii accleſiæ S Nicolai Abbatis. 616. D

Indultum Romualdi Archiepiſcopi Barenſis ad petitionem Regis Caroli II. Neapolit. 637. D

Indultum Urbani II. Pontif in favorem Alphani Archiepiſc. Salernitani. 393. D

Innocentii III. Pont. epiſt. pro Raynaldo viro clariſſimo Archiepiſcopo Acheruntino conſecrato, ſuffraganeis Acheruntinæ eccleſ. 34 C

Innocentius III. Pont. litteras miſit ad Caputaquen. epiſcopum, & Abbatem Cavenſem, ſpectantes ad electionem novi epiſc. Polic. 560.C A
Innocentii IV. Pont. privilegium ad favorem Amalphiæ urbis. 222.A
Innocentii IV. epiſt. ad favorem Deodati epiſc. Anglon. 84.B
Innocentii IV. Pontif. indultum pro confirmatione juriſdictionis Monaſterii Carbonenſis. 95.A
Innocentii III. Pont litteræ pro unione eccleſiæ Materanæ, & Acherunt. 21.B
Inſcriptio Andreæ de Franchis antiquiſſimæ familiæ. 913.D
Inſcriptio in laudem Bernardi Juſtiniani epiſ. Anglonenſis. 104.A
Inſcriptio ad laudem Cæleſtini puccitelli epiſc. Scalenſis. 341.D
Inſcriptio in laudem Diomedis Carrafæ epiſc. Tricar. 157.D
Inſcriptio ad laudem Fabritii Antinori Archiep. Acherunt. 66.B B
Inſcriptio Sergii Freccia Archiep. Sipontini. 825.D
Inſcriptio Leonardi Boccuti Archiep. Nazar. 778.A
Inſcriptiones in honorem defuncti Marini Archiepiſc. Acherun. 53.C
Inſcriptio ad honorem Marini Filangerii Archiep. Barenſis. 627.A
Inſcriptio poſita in templo S. Nicolai epiſc. ad honorem Heliæ Archiep. Barenſis, & Euſtachii Abbatis. 612.A
Inſcriptiones in memoriam Nicolai epiſc. Polymnianenſis. 755.A
Inſcriptio ad laudẽ Raoni, ſeu Pauli epiſ. Pol. 755.D
Inſcriptio Roberti Salernit. Archidiac. fundatoris eccleſiæ B. Gregorii. 405.A
Inſcriptio ad laudem Romualdi Archiep. Barenſis. 631.A
Inſcriptio ad templum ſancti Petri Montis corbini ad laudem Lucæ epiſc. Acern. fundatoris ejuſdem Templi. 447.B
Inſcriptio reperta in demolitione altaris majoris Eccleſiæ Juvenacenſis. 728.C C
Inſcriptio, in qua leguntur pia opera Julii Maſii epiſc. Juvenacenſis. 736.D
Inſcriptio invẽta in ſubterraneo loco Rubẽſi. 762.D
Inſcriptio marmorea ſuper eccleſiam Divi Michaeli dicatam, atque reædificatam ab epiſc. Stephano Sarnenſi. 581.C
Inſcriptio, quæ extat ad tumulum S. Sabini epiſcopi. 611.C
Iſabella S. Benedicti Abbatiſſa, litem cum Stephano epiſc Cuperſano habuit, cujus cauſæ documentum extat. 708.B
Inſtrumentum concordiæ initæ inter Marcum epiſcopum Anglonenſem, & ejus Capitulum ex una parte, & inter Archimandritam, & Monaſterium de Carbono, ex altera parte. 86.C
Inſtrumentum oblationis factæ à Joanne Principe B. Petro monaſterii Cavenſis Abbati. 395.B
Inſtrumentum oblationis eccleſiæ s. Sophiæ cujuſdam Joannis. 391.D D
Inſtrumentum Roberti Montis Scabioſi Domini in favorem eccleſiæ S. Nicolai Baren. 619.D
Inſtrumentum electionis Romualdi Archiep. Barenſis. 629.B
Inſtrumentum donationis Richardi viri nobilis ad favorem eccleſiæ S. Triphomenis. 301.B
Inſtrumentum donationis Sylveſtri comitis Marſicanorum ad favorem Abbatis, & Monaſterii Cavenſis. 499.A
Inſtrumentum impertitæ auctorit à Capit. Salernitano, conſecrandi eccl. s Mariæ Ord. Præd 422.C
Inventio cæleſtis baſilicę ſancti Michaelis Archangeli in Monte Gargano. 818.A
Julius de Grandis epiſc. Anglon. duo epitaphia poſuit. 102.B
Julius card. Medices, qui poſtea Clemens VII. Pont. etiam appellatus eccl. Bitunt. gubernavit. 689.B
Julius III. Pont. Capritanam eccleſiam univit cum Dragonarienſi ob utriuſque paupertatem. 265.A
Julius Sanctorius Cardinalis reſtituit cœnobium, ſive Abbatiam s. Anaſtaſii pœnè collapſam. 73.A
Juramentum præſtari ſolitum à canonicis Amalphit. 234.D

L

LAdislai Regis indultum in favorem cœnobii Carthuſiani. 97.B
Landulphus Beneventanorum Princeps ſacrum, Matthæi Apoſtoli brachium dextrum obtinuit. 388.C
Landulphus canonicus, vir prudens, & literatus inter duos litigantes, Archiepiſcopali Barenſi dignitate gaviſus eſt. 641.A
Landulphi Caraccioli Archiep Amalphit. præclara geſta. 232.A
Landulphus à Joanne Papa XIII. Beneventanæ & Sipontinæ eccleſiæ ordinatus eſt primus archiep. 819.D
Landulphus Judex quaſdam controverſias compoſuit inter Romualdum archiep. & Lucam Guarnam. 304.B
Landulphus Maramaldus Archiep. Barenſis, à diverſis Pontificibus diverſa, munia ſuſcepit. 645.D
Leonis III. Pontif. diploma ad favorem cœnobii s. Benedicti Cuperſ. 702.A
Leo IX. Pont. confirmat jura Archiepiſc. Salernitani, per epiſtolas miſſas Joãni Archiepiſc 379.D
Leonis X. Pont. confirmatio erectionis eccleſiæ ſanctæ Mariæ majoris Milionaci in Collegiatam. 56.C
Leonis X. Pont. decretum in favorem dignitatis Archiepiſcopalis Eccleſiæ Materanæ. 59.C
Leo X. Pont. mandavit diploma Raymundo de Cardona, ad favorem Thomæ epiſc. Minoren. 313.D
Leo Epiſcopus Marſicenſis, aliquando Grumentinus appellatus conceſſit eccleſiam ſanctiſſ. Trinitatis Abbati Nilo Carbonenſi. 498.A
Leo primus Sipontinæ ſedis à Benedicto IX. factus eſt Archiepiſcopus, ut conſtat in privilegio confirmationis, dato ab Innocentio III. Pont. 821 D
Leo, de Urſo comite, primus urbis Amalphiæ Archiepiſcopus conſecratus, à Leone XV. Pont Metropolitica jura ſuſcepit. 193.D
Leonardus de Sermineto Ord. Ciſtercienſis ad epiſcopatum Juvenacenſem promotum fuit. de cujus laudabili vita Innocentius IV. Pont. plures ſcripſit epiſt. 727.B
Litterenſis civitatis deſcriptio, ejuſque diœceſis. 270.C
Litteræ Regis Alphonſi in favorem eccleſ. epiſc. Cannenſis. 800.A
Litteræ Caroli I. Regis Siciliæ ad Abbatem Ciſtercii. 577.A
Litteræ Vrbani II. Pont. per quas patet facultatem datam eſſe Archiep. Tranenſi conferendi beatum Nicolaum Peregrinum in Catalogo SS. 901.D
Laverii Martyris admiranda geſta fideliter tranſcripta ſunt. 488.B
Laurentius Monachus S. Benedicti Archiepiſcopus Amalphitanus plura ſcripſit tum græcè cum latinè. 195.B
S. Laurentii epiſc. Sipontini Zenonis Imperatoris conſanguinei præclara acta recenſentur. 815.C
Lucius II. Pont. omnia privilegia eccleſiæ Barenſi conceſſæ ſuo diplomate confirmavit. 620.D
Lucius III. Pont. confirmavit indultum geſtandi mitras ſericas canonicis Salernitanis. 409.D
Luchini Palmerii magnanimitas, & chriſtianæ fidei zelus. 61.A
Ludovici Regis Siciliæ privilegium in favorem eccleſiæ Anglonenſis. 94.A
Ludovici Serriſtori epiſc Bitectenſis memoria extat in quadam inſcriptione s. Mariæ de Quercia. 682.B
Ludovici de Torres Archiep. Salern. viri probatiſſimi elogia. 438.A

S.Ma-

M

S. Macarii Ægyptii corpus, cum plurimis Sanctorum reliquiis venerantur in eccleſia Metropolitana Amalphiæ. 588. A
S. Magnus virtutibus, & miraculis clarus extitit, & ad Archiepiſcopatum Tranenſe, invictè traducitur, 888. A
S. Magnus dum adhuc puer eſſet recepit ab Angelo decem talenta. 889. A
Mandatum Eugenij IV. Pont. pro reducenda eccl. Materanenſi. 47. D
Mandatum per litteras factum Patribus S. Dominici Neapolis ab Alexandro IV. Pont. 628. B
Mandatum Innocentii V. Pont. ſpectans ad recuperationem corporis s. Rogerii furtim ſublati. 795. A
Mandatum Innocentii V. Pont. ad Bivianum Minerbenſem epiſc. ob recuperationem ablati corporis s. Rogerii epiſc, ibid.
Manfredoniæ, ſeu novi Siponti deſcriptio, quæ à Manfredo Rege ædificata fuit. 809. A
Manna exſudans ex lipſanis Ss. Martyrum Mauri ſociorumque ejus, panaceam omnium languorum eſse Angeli revelarunt. 945. D
Marci Antonii Columnæ Archiep. Salern. viri clariſſimi laudes. 440. D
Marcus Antonius Archiep Salern plura ſui ingenii monumenta reliquit, ac dignis muneribus & operibus claruit. 441. D
Marinus de Judice, Archiepiſcopus Amalphitanus, læſæ majeſtatis reus inventus mortem recepit. 235. D
Marius Montis Viridis epiſcopus à Goffredo comite plura jura, ac privilegia ſuſcepit. 803. A
Marſicum civitas Lucaniæ, cujus habetur deſcriptio. 485. C
Martini IV. Pont litteræ ſuper electionem Leonardi, ad Epiſcopatum Tric. 150. D
Martini de Soto epiſc. Andrienſis egregia opera leguntur in ſui tumuli epitaphio. 931. G
Matthæus de Afflictis Epiſcopus Scalenſis epitaphium poſuit ad honorem proprii Patris. 332. B
Matthæi de Afflictis epiſc. Scalenſis extat memoria in quodam documento cuſo ad favorem Joannis Archiep. Amalphit. 330. B
Matthæi Graniti viri admirabilis Archiep. Amalph. cœnotaphium. 253. D
Matthæus Regni Siciliæ Vicecancellarius plura pietatis opera reliquit; ac duo monaſteria condidit. 408. A
Maurus de Monte Archiep. Amalph. privilegium, & donationem accepit à Rogerio Duce. 200. D
Mauro epiſc. Reginnenſe ſedente Rogerius Dux plura indulſit in favorem eccl. ſanctæ Triphomenis. 493. A
Mentio Laurentii epiſ. Capaccienſis habetur in quodam cœnotaphio ab Octavio Bello poſito, 475. B
Mentis virtute Didacus Alvarez Archiepiſcopatum Tranenſem aſcendit, pluraque ſui ingenii monumenta reliquit. 914. D
Metropolitana Baſilica Salerni à Roberto duce extructa fuit, ut declarat inſcriptio ſupra templi portam poſita. 346. A
Michael Archangelus ſuam eccl. in Monte Gargano ſicuti condidit ita conſecravit. 817. A
Michael Bonſius Ord. Minorum à Paulo V. Scalenſis, & Ravellenſis epiſc. eſt declaratus. 341. B
Miracula plura à S. Nicolao Peregrino poſt mortem patrata. 898. A
Monaſterium Belliloci Congregat. Cluniacenſis fundatio in Aragona. 44. C
Monumentum ad honorem Caroli Regis Galliæ S. R. E. defenſoris. 891. A
Monumentum Dedicationis eccl. cathed. Barenſis. 633. A
Monumentum donationis factæ eccl. S. Nicolai Barenſis. 610. A
Monumentum fundationis novæ eccleſiæ cathedralis Venuſinæ. 167. C
Monumentum Nicolai comitis Principatus, qui bona quædam conceſſit cauſa ditandi Salern. Archiepiſc. 398. C

N

NArratio inventionis, & translationis corporis S. Riccardi Anglici epiſc. Andrienſis 827. B
Narratio translationis corporis S. Nicolai Peregrini, in qua duæ columnæ nubium adſtare viſæ ſunt. 904. C
Narratio ſecundæ inventionis corporum Ss. martyrum Mauri, ſociorumque. 945. B
Narratio cæleſtis viſionis, quam habuit B. Riccardus epiſc. Andrienſis. 922. B
Narratio Martyrii Ss. Mauri epiſc. Bethlemitæ, Pantaleemonis, ac Sergii Imperat. Trajani equitum. 939. D
Narratio trinæ translationis Ss. corporum Mauri, Pantaleemonis, atque Sergii Martyrium, quos Deus multis miraculis illuſtravit. 939. C
Narratio Inventionis SS. Mauri epiſc. Pantaleemonis, atque Sergii martyrum. 939. A
Narratio cujuſdam tractatus, inter Petrum Cardinalem Capuanum, & inter Matthæum Archiep. & Capitulum Amalph. 206. C
Narratio miſerabilis obitus Petri epiſcopi Amalph. cujus cadaver, ex vaticinio S. Triphomenis martyris à canibus laceratum fuit. 190 A
Nazareno Archiep. Clemens IV. Pont. dedit facultatem deferendi ante ſe crucem per totum Orbem Chriſti fidelium. 771. C
Nazarena Archiep. dignitas ex Nazareth Galileæ in Apuliam translata eſt; cujus jura & privilegia deſcribuntur. 769. A
Naufragantes opem S. Nicolai Peregrini invocantes opportunum ſentiunt auxilium. 902. D
Nicolaus Archiep. Salernitanus ab Henrico IV Imp. diro carceri mancipatus eſt. 414. D
S. Nicolai epiſc. quamdam partem oſſium, ex Myra Venetias advectam eſſe comprobatur. 607. C
S. Nicolai Magni epiſc. Myrenſis pars oſſium Barium advecta eſt. 607. A
Normanus de genere Francorum duas eccleſias obtulit Rado Abbati S. Stephani de Marſico. 497 B
Nuſcum civitatis deſcribitur, cũ ſua diœceſi. 532. D

O

OBitus S. Alferii Abbatis Cavenſis miraculis, & ſanctitate celebris. 372. A
Obitus S. Alphani Archiep. Salernitani, ſanctitate inſignis. 391. A
Obitus Aloyſii de Cavalcantibus epiſcopi Nuſcani. 540. B
Obitus venerabilis Andreæ de Alanço epiſ. Minorenſis. 309. B
Obitus Andreæ Perbenedicti epiſc. Venuſ. multis meritis clari. 180. B
Obitus Angeli de Martiis Medices epiſc. Marſiconſis, 520 A
Obitus Antonii Brunachii epiſc. Cuperſani. 715. B
Obitus Aſcanii Geſualdi Archiep. Baren. 665. A
Obitus Aſcanii Jacobatii epiſc. Anglonenſis. 103. A
Obitus Aſcanii Pariſii epiſc. Marſicen. ad cujus tumulum laudabilem extat epitaphium. 520. C
Obitus Arnuldi archiepiſc. Acherunt meritis præclari. 29. B.
Obitus Auguſtini de Favoronibus archiepiſcopi Nazareni viri doctrina, ac vitæ integritate celebris. 773. D
Obitus Bartholomæi de la Cueva illuſtriſſimis natalibus, ac moribus clariſſimi. 860. D
Obitus Bartholomæi de Michaelibus Nuceriæ epiſc 527. B
Obitus Biſantii archiep. Barenſis. 601. D
Obitus Bruni comitis, & archiep. Colonienſis. 621. D
Obitus B. Canionis epiſc. & martyris. 23. B
Obitus Cherubini Cajetani, primi epiſc. Campanienſis. 457. C
Obitus Conradi Bavari Principis, Monachi Clarevallenſis, & S.R.E Cardinalis. 622. A
Obitus Dominici Cardinalis Spinulæ archiep. A-

cheruntini. 67.A
Obitus Franciſci Floris archiep. Tranan. S. R. E. Card. atque Conſtantinopol. Patriarchæ. 9 to.D
Obitus Franciſci Palmerii Acherunt. Archiep. 62.A
Obitus Toraldi Principis, ob cujus mortem violentam familia Toraldorum extincta eſt. 756.B
Obitus Ferdinandi Spinelli, ad cujus gloriam extat epitaphium. 565.D
Obitus Gaſparis de Simeonibus, eloquentia, ac omni eruditione conſpicui. 459.B
Obitus Gerardi epiſcopi Sueſſionenſis, ac duorum Presbyterorum, ad quorum tumulum extat epitaphium. 632.D
Obitus Guillelmi archiepiſc. Salernitani. 398.D
Obitus Guillelmi Ducis filii Rogerii, per quem omnis populus doluit, & ingemuit. 396.D
Obitus Henrici Filangerii archiep Baren. 627.D
Obitus Henrici Lunguardi archiep. Acheruntini. 55.D
Obitus Jacobi Aurilia archiep. Nazareni, qui morum decore enituit. 776.D
Obitus Joannis Jacobi Caſtellonæi Archiepiſc. Barenſis viri clariſſimi. 651.D
Obitua Joannis Baptiſtæ Deti Cardinalis, & Epiſc. Oſtienſis. 105.D
Obitus Joannis Baptiſtæ Serignani epiſc. Scalenſis Ord Prædicatorum. 340.B
Obitus Joannis epiſc. Juvenacenſis Ord. Minorum. 729.D
Obitus Joannis Pauli Amaſii epiſc. Anglonenſis. 103.A
Obitus Julii Matthæi epiſcopi Bitectenſis. 682.D
Obitus Laurentii archiep. Amalphitani. 195.C
Obitus Leonis viri ſanctiſſimi archiepiſc. Acheruntini. 13.C
Obitus ſancti Lucæ cognomento Carboni Magni Sabæ diſcipuli. 73.A
Obitus Ludovici Epiſc. Tricar. 156.A
Obitus s. Magni archiep. Tranenſis. 890.A
Obitus Marci Antonii Boczuti archiepiſc. Amalphit. 252.A
Obitus Matthæi Archiepiſc. Amalph. in Concilio Lateran. 218.C
Obitus præclariſſimi viri Matthæi primum Archiep. Sipontini, deinde S.R.E. Cardinalis. 844.B
Obitus Mauri archiep. Amalph. inter Monachos Poſitani. 201.C
Obitus Natalis de Afflictis epiſc. Scalen. 338.B
Obitus & epitaphium Nicolai Piſcicelli archiep. Salern. 434.C
Obitus Nicolai archiep. Barenſis diverſarum eccleſiarum fundatoris. 603.D
Obitus, & epitaphium Nicolai Archiep. Salernit. 434.D
Obitus Nicolai de Palea, multorum cœnobiorum Fundatoris. 720.C
Obitus Palmerii de Galluſio epiſc. Tricar. 130.C
Obitus Pauli Æmilii Philonardi archiep. Amalph. 253.B
Obitus Philippi Maynardi viri illuſtris Archiep Nazareni. 779.B
Obitus Raynaldi archiep. Acheruntini. 35.D
Obitus Roberti epiſc. Anglonenſis Ordin. Ciſterc. 84.A
Obitus Roberti Brancia archiep. Amalphitani doctrina inſignis. 240 D
Obitus Roberti Galli Commendatarii Amalphiæ, & Card. S.R.E. 246.A
Obitus Robaldi archiep. Amalph. Græcæ, Latinæ, & Hebraicè linguæ peritiſſimi. 204.C
Obitus Rodoperti epiſc. Salern. 359.A
Obitus Rogerii comitis de s. Severino, cujus extat epitaphium. 307.A
Obitus Romualdi Archiep. Salern. qui rerum geſtarum gloria claruit. 405.A
Obitus Sebaſtiani Archiep. Baren. 593.C
Obitus Sigiſmundi Saraceni Archiep. Acheruntini. 63.D
Obitus Thomæ Brancaccii primo Puteolani, deinde Tricaricenſis Epiſcopi, ultimo S.R.E. Card. 152.B
Obitus Thomæ Zerulæ viri perfectiſſimi, Epiſc. Minorenſis, in cujus ſepulchro extat epitaphium. 316.B
Oliverius Carraſa Commendatarius Cœnobium Cavenſe Ord. s. Benedicti ad Caſinen. Cong. reduxit, atque conſenſu Alexandri VI. Pont. eidem Commendam renunciavit, ut patet in diplomate. 371.B
Octavianus Caracciolus epiſcopus Marſicenſis epitaphium poſuit ſibi, & epiſc. ſucceſſoribus. 519.B
Oppidi s. Angeli deſcriptio, in quo multa adhuc extant Saracenorum ſepulchra ſaxo excavata. 810.B
Oratio Encomiaſtica de vita, & geſtis ſancti Gaudioſi epiſ. Salern. ortu viri clariſſimi, & genere Neapolitani. 354.A
Originale Eccleſiæ Minorenſis, in quo leguntur quædam innovationes conventionum. 298.A
Origo Eccleſiæ ſancti Michaelis Archangeli in Monte Gargano. 816.A
Origo, & quædam præclara geſta B. Gerardi Inſtitutoris Ord. Equitum s. Joannis Hieroſolymitani. 322.D
Oſſa glorioſi Apoſtoli, & Evangeliſtæ Matthæi ſolemni pompa translata fuerũt Salernum. 386.D
Otho Imperator Salernum cepit. 376.B

P

Paſchalis II. Pont. ad favorem cœnobii S. Benedicti Cuperſani edidit Indultum. 703.D
Paſchalis II. Pontificis privilegium in favorem Petri Archiepiſcopi Acheruntini. 29.B
Paſchalis II. Pontificis privilegium pro nobili monaſterio in diœceſi Acherunt. ſito apud Bantinum. 30.C
Patritii Donati epiſc. Minorenſis monumentum 318.B
Pauli Æmilii Romanorum Conſulis monumentum. 788.D
Pauli III. Pontificis auctoritate cathedra Epiſcopalis Anglonæ traducta fuit Turſium. 69.B
Paulis III. Pontificis bulla ad favorem fratrum, & hæredum familiæ Bonitæ. 250 B
Paulus III. Pontif. per Bullam conceſſit juſpatronatum præſentandi dignitatem Archidiaconatus Amalphitani nobili familiæ Bonitæ. 249.B
Paulus III. Pont. ſuo diplomate confirmavit unionem epiſcopatus Cannenſis Montiſque Viridis cum Eccleſia Nazarena. 779.D
Pauli Jovii Nuceriæ epiſc. præclaram doctrinam, ac eruditionem commemorat, ac decribit Abbas Nicolaus Baccetius. 548.C
Sanctus Petrus Abbas Cavenſis trium millium Monachorum extitit Pater, ut legitur in quadam inſcriptione. 544.A
S. Petris Abbatis Cavenſis vita verſibus perſcripta. 555.C
Petrus epiſcopus Amalphitanus epiſtolas direxit ad Pulcherium Amalphitanorum Præfectum. 191.D
Petrus ultimus epiſcopus, & primus Archiepiſcopus Barenſis fuit, & facultatem obtinuit duodecim epiſc. ſuffraganeos ordinandi. 593.B
Petrus Aloyſius Carrafa epiſc. Tricaricenſis Germaniæ Nuncius S.R.E. Cardinalis, ac Legatus Bononiæ obiit. 158.C
Petro. Aloyſio Carrafa epiſcopo ſuiſque prædeceſſoribus ejuſdem familiæ, Canonici Tricaricenſes magnificum in marmore epitaphium poſuere. 138.D
Petro Alpherio Archiepiſcopo Amalphitano ſacrificanti, hoſtia ſanctiſſima, caro rubra apparuit. 198.C
Petrus Capuanus Bajulus Amalphiæ ad inſtantiam epiſc Gerbini Minorenſis, judicium tulit contra Angelum Surrentinum. 305.A
Petrus Cardinalis Capuanus Hoſpitale apud eccleſiam S. Mathiæ conſtruxit, & pluribus bonis ſta-

bili-

bilibus ditavit. 318.A
Petrus Cardinalis Capuanus ſcholas Amalphitanas aperuit gratis, ut patet in erectionis diplomate. 209.D
Petrus epiſ. Minorenſis conſtitutiones ad bene ſanctèque vivendum ſpectantes edidit 306.C
Petrus Anglonenſis Epiſc. ab Honorio III. depoſitus eſt. 81.A
Petri Archiepiſc. Nazareni memoria extat in quadam inſcriptione eccleſiæ S. Laurentii Patavinæ Urbis. 773.A
Petrus Paulus Pariſius epiſcopus Nuſcanus S.R.E. Presbyter Cardinalis, plura monumenta doctrinæ reliquit, de quo extat laudabile epitaphium. 539.C
S.Petrus Pappacarbonus epiſcopus Policaſtri Abbas Cavenſis, ſanctitate inſignis primus Abbas fuit, qui uſum mitræ recepit. 543.D
Petrus Recanatus epiſcopus Juvenacenſis privilegium obtinuit à Ferdinando Rege in favorem ſuæ Eccleſiæ. 732.C
Petri Salpenſis epiſc. qui corpus S.Urbani Bucelani reperuit, memoria, in quibuſdam carminibus columnæ inciſis conſervatur. 918.D
Petri Yperini epiſc. Marſicenſis Magiſtri ſacri Palatii, Theologicis, & moralibus exornati extat epitaphium cum figura. 515.B
Philippus Archiepiſcopus Amalph. nonnulla decreta ad favorem ſui Cleri ſancivit. 256.D
Philippus Guarna Dominus Marſici donationem Guillelmi in favorem s. Thomę Cantuarienſis confirmavit. 504.B
Philippus Mazzula epiſcopus Capritanus adhuc vivens ſibi poſuit monumentum. 265.D
Philippus Archiep. Salernitanus multa favorabilia ſuſcepit à Carolo Siciliæ Rege. 424.D
Pius V. Pont. mandavit Philippo Faſio Epiſcopo Litterenſi, ut cathedralem transferret in novam eccleſiam per Bartholomæum Ferrum conditam. 275.C
Placidus Padiglia epiſcopus Lavellenſis Monachus Cęleſtinus plura ſuæ doctrinæ monumenta reliquit. 744.D
Populus Grumentinus in honorem s. Laverii Martyris eccleſiam conſtruxit, & inſcriptionem poſuit. 493.D
Populi Materani, per ſupplicem libellum ad Leonem X. appellarunt pro conſervanda archiepiſcopali dignitate. 58.B
Potentiæ civitatis Lucaniæ deſcriptio, ejuſque diœceſis. 131.C
S. Priſcus Martyr fuit primus Nuceriæ epiſcopus 526 A
Privilegium confirmationis factum ab Andrea Archiep. Barenſi in favorem cœnobii omnium Sanctorum, & monaſterii S.Benedicti. 614.D
Privilegium Alexandri Claromontis, Riccardi fratris ejus pro Abbatia S. Martyris Anaſtaſii. 76.D
Privilegium Angeli Barenſis Archiep. in favorem Urſonis Juvenacenſis epiſcopi. 724.A
Privilegium Eugenii III. Pont. in favorem Archiepiſcopatus Acheruntini. 32.B
Privilegium Ferdinandi Regis Siciliæ pro cœnobio Carbonenſi, ſupplicante Romano Archimandrita. 99.A
Privilegium Joannæ Siciliæ Reginæ ad favorem Guillelmi epiſcopi Scalenſis. 333.A
Privilegium Ioannæ Reginæ II. in quo legitur data confirmaſſe, & alia plura bona ſuperaddidiſſe eccleſiæ Cannenſi. 978.A
Privilegium Rogerii Archiep. Sipontini, cum duobus ſigillis cereis. 837.A
Privilegium Rogerii Regis ad favorem ſui Populi Salern. 399.B
Privilegium ad favorem Ord. Prædicatorum conceſſum a Capitulo Salern. 423.B
Privilegium Urſonis Archiep. Barenſis in favorem Euſtachii Abbatis fundatoris Eccleſiæ omnium Sanctorum. 606.A
Privilegium Urbani II. Pont. in favorem Archiepiſcopatus, & Archiepiſcopi Heliæ Barenſis. 608.C
Privilegium Urbani III. Pont. in favorem epiſc. Cannenſis. 793.B
Prologus Panionis B. Canionis epiſcopi & martyris. 14.B
Provinciæ Lucaniæ ſive Baſilicatæ deſcriptio. 1.A

Q

Quidam Conſtantinus Presbyter renunciavit eccleſiam de Toczu'ano, ut uniretur cœnobio Ciſtercienſi à Petro Capuano Cardinali conſtructa. 212.D
Quidam Conventus Regularium confirmationem ſuæ juriſdictionis receperunt ab Andrea Acheruntino Archiep. 38.A
Quidam Maſius Frater Ordinis Minorum conſtituitur Adminiſtrator eccleſiæ Materanenſis. 49. C
Quidam epiſcopus Capritanus Benedicti Papæ defuncti terribilem habuit viſionem. 258.B
Quidam Ioannes Canonicus Rapollanus à Capitulo electus epiſcopus, à Gregorio IX. fuit reprobatus. 880.A
Quædam eccleſiæ Parochiales diœceſis Catharenſis Græcorum ritum erroreſque ſectantur. 697.A
Quædam conceſſio facta à militibus Friſonis, ad favorem eccleſiæ S. Michaelis in Urbe. 891.B
Quædam inſcriptio ſupra fores civitatis Tranenſis poſita. 885.A
Qualis fuerit deciſio ſacræ Congregationis ſupra litem vertentem inter Sipontinos, & Garganicos clericos. 855.B
Quanta damna intulerint Turcæ civit. Manfredoniæ tempore Annibalis Archiep. 863.A
Quanta, & qualia fuerint præclara opera Ptolomæi Gallii Archiep. Sipon. & S.R.E. Card. 861.B
Quare bellum factum ſit inter Regem Ungariæ, & Reginam Joannam I. 927.D
Quodam ex veteri codice, excerpta recenſentur vita Petri optimi Eremitæ, ac B. Joannis ejus nepotis. 193.D
Quot oppida, & cœnobia ſita ſint in diœc. Sipont. 812.C
Quorundam virorum illuſtrium Ord. Cavenſis laudes recenſentur. 374.D
Quo tempore Eccleſia epiſc. Rapollana, cum Melphienſi unita fuit. 879.A
Quo tempore Joannes Maria Archiepiſcopus Sipont. ad Pontificatum aſcenderit. 859.D

R

Raynaldus epiſcopus Cajetanus ad Barenſem Eccleſiam translatus eſt, in qua ſanctis operibus claruit. 623.A
Rapollani, cum Melphienſibus de gloria certantes, deſtructi fuere. 879.A
Regalis uxor quondam Dom. de Tricarico eccleſiam Beatæ Mariæ Salerni condidit, in qua extat inſcriptio. 424.B
Regis Tancredi Siciliæ, confirmatio privilegiorum pro Abbatia s. Eliæ de Carbono. 79.D
Richardi Caraccioli Epiſcopi Gravinenſis epitaphium. 119.C
Richardus comes Agelli alia bona ſuperaddidit Presbyteris eccleſiæ Salernitanæ. 413.C
Richardo epiſcopo Minerbino ſcripſit Innocentius III. Pont. 746.C
S.Richardi epiſc. Salpenſis præclara geſta exſcripta exhibentur. 921.B
Riſus primus epiſc. Sarnenſis, de cujus inſtitutione extat monumenti authographi reſcriptum. 571.A
Robertus comes pro menſa epiſc. Tric. multa tribuit. 145.D
Roberti comitis inſtrumentum ad favorem epiſc. Tricar. 147.D
Roberti Montis Scabioſi comitis, Inſtrumentum donationis ad favorem epiſcopatus Tricar. 146.D
Robertus Dux Alphano Archiep. plura reddidit bo-

na, ad eccleſiam Salern. pertinentia. 389.B
Robertus Dux Salerni eccleſiæ s. Matthæi Apoſtoli conditor, de inimicis triumphator glorioſus obiit. ibid.
Roberti Regis Siciliæ epiſtola in favorem Guillelmi epiſc. Juvenacenſis. 729.B
Rubertus Dux Apuliæ Salerni civitatem occupavit. 386.C
Rogerii de Atella eccleſiarum Andrienſis, & Montis Peluſii epiſc. inſcriptio. 931.A
Rogerius de Anglone Archiep. Sipont. ſimul cum matre ſua donationem fecit in favorem cœnobii Caſænovæ Ord. Ciſtercienſis. 835 A
Rogerii Ducis maxima liberalitas erga cœnobium Cavenſe. 369.A
Rogerii Ducis immunitates in gratiam Matthæi epiſ. Scalenſis confirmantur per diploma Federici II. Imp. 331.B
Rogerii Guiſcardi comitis donatio eccleſ. s. Trinitatis. 169.D
Rogerius Dux donationem fecit eccl. s. Triphumenis, cujus rei extat inſtrumentum. 295.D
Rogerius Dux ſe in Regem coronari fecit Panormi. 397.B
Romulus de Valentibus ad ſui tumulum laudabile habet epitaphium. 714.C
Rubi vetuſtiſſimæ urbis deſcriptio, ejuſque diœceſis. 762.C

S

SAcratum s. Leucii corpus ab Iſmaelitis venditur comiti Beneventano. 892.A
Sacrum Laverii martyris caput ingenti miraculo effulſiſſe narrant veterum traditiones. 496.A
Sacellum s. Mariæ à Manfredo ædificat. cui epiſcopus Obertus Potentinus epitaphium poſuit. 139.B
Salerni pervetuſtæ civitatis deſcriptio, in cujus laudem extat elogium Guillelmi Apulienſis. 343.A
Salerni civitas propriis Principibus per aliquod tempus ſubjecta fuit. 344 B
Salerni civitas, miraculo s. Matthæi liberatur ab invaſione Ariadeni inſignis Piratæ. 437.D
Salerni Princeps Arechis eccleſiam in honorem BB Petri, & Pauli inſtruxit, & Idolo aureo invento illam deauravit. 358.D
Sarni fluminis mirabilis proprietas. 570.B
Sævitia Henrici VI. Imp. contra Vvillelmum filium Regis Tancredi Siciliæ. 415.A
Sempronius Ato primus epiſc. Grumentinus, à Damaſo Papa ſanctiſſimo fuit creatus. 487.D
Sententia Philippi Archiep. Salernitani inter duos Abbates litigantes. 425.A
Sergio Archiepiſcopo Amalphitano ſedente Sergius quidam Maſtali filius publico inſtrumento quædam bona ſua vendidit, aliave donavit Leoni Abbati Ss. Cyriaci, & Julittæ de Atrano. 199.B
Sergio Archiepiſcopo Amalphitano vivente, per Clementem VII. Antipapam, quidam Nicolaus eligitur Archiepiſcop. Amalphiæ. 237.B
Sergius IV. Pontifex Indultum ad favorem Michaelis quondam Archiep. Salernit. 377.B
Series Illuſtrium Abbatiſſarum, quæ præclaris virtutum meritis cœnobio s. Benedicti Cuperſani præfuerunt. 709 D
Scipionis de nobiliſſima familia Frangipania legitur inſcriptio. 912.A
Silveſter comes Marſici eccleſiam Panormi ædificavit, in qua filiam ſuam Mathildam ſepelivit, eique epitaphium poſuit. 501.B
Silveſter comes Marſici alia ſua bona dedit ad favorem eccleſiæ Prothomartyris Stephani. 501.A
Silveſtri comitis, conceſſio favorabilis pro Abbate Marino monaſterii Cavenſis. 499.A
Simplicii Cuperſani epiſc. extat laudabile monumentum. 701.B
Sixti IV. Pont. privilegium in favorem Cathedralis eccleſiæ Materanæ. 54.D
Sixtus IV. Pont. primum Commendatarium cœnobii Carbonenſis conſtituit. 98.D
Stephani Quatanta Archiep. Amalphitani elogium. 255.B
Supplicatio Laurentii Archiep. Sipont. ad Martinum V. Pont. pro juriſdictione ſuæ Cathedralis tuenda. 853.C

T

TAncredo Rege Siciliæ defuncto Henricus VI. Imp. Regnum, & Reginam, filium, & filias in ſui poteſtatem redegit. 414.D
Tempore Boni epiſc. Venuſini ædificatum eſt cœnobium s. Franciſci ab ipſo deſignati, ubi præ foribus legitur epitaphium. 572.B
Tempore Conſtantini de Afflicta familia, epiſc. Scalenſis inventa fuit lamina plumbea diverſis ſculpta figuris. 329.A
Tempore Alexandri III. Pont. celebratum eſt concilium Lateranenſe. 33.D
Teſtamentum Roberti caſtri Trentenariæ Domini, in quo Romualdi Archiep. Salernitani fit mentio. 400.C
Teſtamentum valde digni Siconis comitis. 416.D
Thecla matrona clariſſima, corpora quorundam martyrum tranſtulit, ac in villa ſepelivit. 936.A
Theobaldus epiſcopus Cannenſis ſublatum corpus S. Rogerii omni ſtudio requiſivit, & adinvenit. 794. D
Thomæ Brandolini viri laudatiſſimi Ord. Prædicatorum epiſcop. Minorenſis extat epitaphium. 317.B
Thomas Curteſius epiſc. Veſtanus, Adulatorum acerrimus hoſtis fuit Pater Iacobi epiſc. Vaſionenſis. 868.B
Thomas Marſici comes, omnia privilegia confirmavit, pluraque bona conceſſit ad intuitum Abbatiſſæ S. Thomæ Cantuarienſis. 507.B
Thomæ Regulani Archiep. Amalpit. geſta narrantur. 245.C
Translatio corporis S. Leucii Alexandrini Patriarchæ, & Confeſſoris. 892.A
S. Thriphumenis Virg. & Mart. Minorenſis civitatis Patronæ, inventionis, & translationis hiſtoria. 282.B
Tricarici Baſilicatæ, ſive Lucaniæ Provinciæ Urbis deſcriptio. 145.A
S. Triphomenis virg. & mart. plura miracula referuntur. 284.D
S. Triphomenis virg. & mart. tumulum, verſibus eruditis eſt inciſum. 283.D
Turſienſis eccl. & diœceſis Anglonenſis deſcriptio. 69.D

V

S. VErus, s. Euſterius, s. Valentinus, & s. Gaudentius, ſucceſſivè ad epiſc. munus Salerni vocati fuere. 352.D
Venuſium Rempublicam fuiſſe plura monumenta teſtantur. 166.A
Veteris Faſanellæ deſtructio, novæque exædificatio deſcribitur. 468.C
Vetuſtiſſimæ urbis Cannæ deſcriptio ejuſque diœceſis. 788.C
Vetuſtæ urbis Converſani, ſeu Cuperſani, & ejus diœceſis deſcriptio. 700.B
Ugonis Claromontis, & Gimargæ conjugis ejus donatio Abbatiæ s. Anaſtaſii de Carbono. 71.C
Vincentii Palmerii Archiep. Acheruntini laudes. 56.B
Violentia Theodori militis, & aliorum contra Jacobum epiſcopum Gravinenſem. 119.A
Vita, & Paſſio B. Canionis epiſc. & mart. admiranda. 15.B
Vita s. Gerardi epiſc. Putent. 535.A
Vita B. Joannis Ord. Ciſtercienſis Converſi Religioſi s. Mariæ de Sagittario. 91.A
Vita s. Magni mart. Archiep. Tranen. breviter conſcripta. 889.A

Vita

Vita s. Nicolai Peregrini uſq;adhuc inedita. 895. A
Vita, & geſta s. Petri Abbatis Cavenſis, & epiſc. Policaſtrenſis profusè conſcripta. 544. C
Vita & obitus s. Sabini epiſc. 594. B
Vita s. Rogerii epiſc. Cannenſis, qui omnium morum fragrantia redoluit. 789. C
Victoria obtenta miraculosè à Sipont. & Beneventanis, de hoſtibus ſuis adhuc paganis. 816. D
Urbis Acheruntinæ, ejuſque diœceſis deſcriptio. 5. A
Urbis Andriæ & ejus diœceſis deſcriptio. 920. B
Urbis Bitecti brevis deſcriptio, ejuſque diœceſis. 679. D
Urbis Bitunti deſcriptio cum ſua diœceſi. 686. D
Urbis Cathari deſcriptio, cum ſua diœceſi. 696. D
Urbis Juvenaciæ deſcriptio cum ſua diœc. 720. B
Urbis Lavelli Apuliæ deſcriptio, ejuſque diœceſis. 740. C
Urbis Materæ, ejuſque diœceſis deſcriptio. 10. A
Urbis Montis Viridis, ejuſque diœceſis deſcriptio. 802. D
Urbis Minerbinæ deſcrip. ejuſque diœc. 745. C
Urbis Polymniani Apuliæ deſcriptio, ejuſque diœceſis. 748. C
Urbis Rapolli, ejuſque diœceſis deſcriptio. 878. C
Urbis Salpiæ deſcriptio, quam Martinus V. Pont. Eccleſiæ Tranenſi perpetua unione ſubjectam fecit. 917. A
Urbis vetuſtæ Siponti, antiqua veſtigia, qualis fuerit ſua magnificentia, demonſtrant. 809. A
Urbis Veſtæ, ejuſque diœceſis deſcriptio. 875. C
Urbis Vigiliæ (vulgò *Biſeglia*) ejuſque diœceſis deſcriptio. 935. D
Urbanus Feliceus epiſcopus Policaſtrenſis plura ſuæ memoriæ reliquit inſignia. 586. D
Urbanus II. Pont. Cœnobium Cavenſe multis indulgentiis ditavit. 369. B
Urbanus II. Pont. cum admiranda ſolemnitate, & devotione cœnobium Cavenſe conſecravit 307 C
Urbanus VIII. olim Archiep. Nazarenus fuit eloquentia, & eruditione coruſcans. 786. C
Urbanus II. Pont. Eccleſiam s. Mariæ Bantini Ord. s. Benedicti conſecravit, & ſuo diplomate plenariis Indulgentiis ditavit. 27. D
Urſus Reginnenſis epiſc. confirmationem donationis à Joanne, & Sergio Ducibus accepit, in favorem eccl. s. Triphomenis. 292. C
Urſone Archiepiſ. Barenſi, Robertus Dux Apuliæ plura bona eccleſiæ Barenſi donavit. 607. A
Vvillelmus Rex Siciliæ ad petitionem Laurentii epiſc. Minorenſis fecit decretum in favorem Eccleſiaſticæ libertatis. 306. C
Vvillelmi IV. Acconenſis eccl. epiſc. privilegium pro Amalphitanis. 203. A

*FINIS.*

# REGESTUM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv.

Omnes ſunt Terniones præter * Duernionem.

Digitized by Google